N. 30

Digitized by Google

VETERIS TESTAMENTI
LIBRI
HAGIOGRAPHI,

EX TRANSLATIONE

JOANNIS CLERICI.

Digitized by Google

Digitized by Google

VETERIS TESTAMENTI
LIBRI
HAGIOGRAPHI,

JOBUS, DAVIDIS PSALMI, SALOMONIS PROVERBIA, CONCIONATRIX & CANTICUM CANTICORUM;

EX TRANSLATIONE

JOANNIS CLERICI;

CUM EJUSDEM

COMMENTARIO PHILOLOGICO

IN OMNES MEMORATOS LIBROS,

ET PARAPHRASI IN JOBUM AC PSALMOS.



AMSTELÆDAMI,

Apud R. & J. WETSTENIOS & GUL. SMITH.

M. DCC XXXI.

Digitized by Google

LECTORI

S. P. D.

AMICUS AUCTORIS.

NON dubito fore pleroſque, in aliis præſertim regionibus, qui, ſtatim atque videbunt non ab ipſo Auctore Lectorem heic compellari, vel mortuum eſſe exiſtiment, vel, ſi eum adhuc vivere norint, valde mirentur, quid cauſſæ ſit, cur alius has præfandi partes in ſe recipere ſuſtinuerit. Verùm mirari deſinent omnes, ubi edocti erunt, quomodo nunc ſeſe habeat VIR Optimus & Eruditiſſimus. Vivit equidem, ſed ita vivit, ut nullum amplius laborem ſcribendi aut meditandi ferre queat, qui hactenus per totum vitæ, pro modo rerum humanarum nequaquam brevis dicendæ, curriculum, *Phereponus* vere fuerat, & talem ſe profiteri ſemper bona fide potuit. Nihil itaque, proh dolor! ab illo in poſterum exſpectare debet Reſpublica Litteraria: & hoc ipſum quantivis pretii, quod reliquum erat magni Operis in Sacros Veteris Teſtamenti Libros, aliquatenus imperfectum in dias luminis oras prodit, quando aliter non licet. Bene tamen eſt, quod hi Commentarii ab Auctore dudum maximam partem conſcripti, & ante aliquot annos, integris adhuc animi & corporis viribus, prœlo commiſſi, eo uſque perducti ſint, ut jactura, quamquam gravis, levior videri queat, ſi illud, quod abſolvendum ſupererat, cum eo comparetur, quod plane confectum eſt. Ad ultimas metas diuturni & ingentis laboris ſeſe perventurum ſperaverat Auctor, bonæ valetudinis, qua adhuc fruebatur, vix umquam interrupto tenore, confiſus; adeoque lentè feſtinabat, & ſe aliis Scriptis diverſi generis ab iſto perficiendo identidem avocari patiebatur: eo minus ægrè, quod inter tales moras plura quotidie repertum iri, aut ſe oblatura, exiſtimabat, quibus adcuratius, plenius & ornatius redderet Opus, quod omnium maximè ipſi cordi erat, & ad cujus elucubrationem alia fere omnia ſtudia ſua referebat. At vero, dum plena exſequutio conſilii utiliſſimi ita differtur & in longum protrahitur, ecce labuntur anni, ſenectus ingruit, vires immenſis & concatenatis laboribus paulatim deteruntur, & tandem morbo gravi tentatæ, in dies poſtea magis ac magis franguntur. Habes, LECTOR, cauſſam ejus, quod Te non ignorare, meâ & fortaſſe tuâ intereſt.

tereſt. Nunc quid præſtitum ſit, & quid Tibi jam offeratur, paucis accipe:

Duobus ejusdem formæ Voluminibus, ut ipſe Auctor publicè ſignificaverat, reliqua iſta pars Operis eximii conſtat; quorum uno continentur HAGIOGRAPHA, altero PROPHETÆ. Utriusque generis Libri, quemadmodum *Pentateuchus* & *Libri Hiſtorici*, quibus à longo tempore Orbis Litteratus fruitur, nova Verſione, nullo excepto, donati ſunt. Ita enim res ſuas componebat Auctor, ut ante omnia verſionem pararet, nec niſi poſt eam omnino abſolutam ſeſe adcingeret ad elucidationem & explicationem Contextûs Sacri, quam per Commentarios & Paraphraſim ſuo more modoque moliebatur. Talibus autem Commentariis inſtructa Tibi ſiſtuntur omnia *Hagiographa*: at inter *Prophetas*, qui *Majores* dicuntur, Auctor non proceſſit ultra *Jeremiam*, & hujus *Lamentationes*. E *Minoribus* vero *Prophetis*, ſolum *Abdiam* habebis, & ne hunc quidem haberes, niſi ante quadraginta annos jam editus fuiſſet; qui tamen vel ſic plane novum opus plerisque omnibus videbitur. Unico enim folio, *in quarta forma*, ut vocant, tunc temporis ſeorſim excuſum fuit, tamquam ſpecimen ſcilicet totius Operis futuri in Vetus Teſtamentum, adeo ut tantilli opuſculi exemplaria vix poſſint ſupereſſe, aut ſaltem in paucorum admodum manibus verſari neceſſe ſit. Quod ſpectat Paraphraſim, illa, ut in Voluminibus præcedentibus, ſubjecta eſt Verſioni Librorum, qui indigere videbantur; in aliis, qui carere poterant, omiſſa. Diſſertationes Varias, heic etiam additurus erat Auctor, ſi per valetudinem licuiſſet: & ad eas Te haud raro remitti, LECTOR, videbis, non ſine magno, ut opinor, Tuo deſiderio, quas, *De Libro* JOBI, *De* PSALMIS, *De* CANTICO CANTICORUM, *De* PROPHETIS &c. pollicetur, ita ut etiam de iis, tamquam jam confectis & paratis, loquatur. Nimirum quod facillimè facere poterat, & feciſſet, ſi Deo placuiſſet, ſufficientes animi & corporis vires ei ſervare, id pro facto jam habebat Vir Optimus. His omnibus igitur carendum erit, ut & *Chronologiæ Propheticæ*, cujus aliquando meminit.

De univerſa ratione interpretandi & commentandi non exſpectas, LECTOR, ut quidquam Te moneam, quippe ſatis ſuperque dudum notà ex duobus prioribus Voluminibus, ad quorum exemplum reliqua elaborata fuere. Haud inutile tamen erit heic ob oculos Tuos ponere, quod ipſe Auctor, ſub finem Anni M. DCC. XXVI. dicebat, quum præſertim alià linguà loqueretur, Gallicè nimirum, in Præfatione Tomi XXVII. BIBLIOTHECÆ ANTIQUÆ & NOVÆ, ubi horum Commentariorum proximè, ut factum eſt, excudendorum ſpem faciebat. „ Nihil, ait, in illis legetur, quod ſapiat Controverſias Theologicas, inter „ *Chriſtianos* adhuc vigentes. Ejusmodi tractationes aptiores ſunt ad rixas alendas, in probrum Chriſtiani Orbis ceſſuras, quàm ad inveniendam & hominibus perſuadendam Veritatem, quæ nonniſi animo tranquillo ſe patefacit. Unicuique licere debet, quod ipſe verum putat, „ modeſtè profiteri, & idoneis argumentis, ſine ullà acerbitate & cujusquam convicio, tueri. Præterea non heic agitur de dogmatibus planè novis inveniendis, ſed de locis quibusdam obſcuris, per ea Dogmata quorum veritas apud omnes in confeſſo eſt, novè exponendis. „ Boni Interpretis eſt, qui Veteris Teſtamenti explicationem ſuſcepit,

„ ad

„ ad Hiſtorias antiquas, ad Mores & Opiniones Populorum Orientalium,
„ ad ſitum Locorum, aliaque ſimilia ſedulo adtendere. In Commentariis noſtris plurima occurrunt loca alio prorſus modo explicata; quàm
„ hactenus fieri ſolebat, eo quòd illa, quæ jam dixi, in mentem Interpretum etiam optimorum, non venerint. Apud *Prophetas* non paucæ ſunt ad talia adluſiones, quæ ipſi minimè aperiunt, ſed nota ſupponunt, ut certe tunc temporis vulgo erant, in vicinia præſertim. Colloquiis etiam JOBI & Amicorum nonnulla continentur, ad Conſuetudines quaſdam Veterum *Arabum* ſpectantia, quæ, ut multæ aliæ, adhuc hodie vigent, ut patet ex Recentiorum Peregrinatorum Scriptis: unde etiam in univerſum colligi poteſt, Populos illos priſcorum morum & veterum opinionum tenaciſſimos omnium, quotquot ſunt, fuiſſe, ideo quòd pauci admodum peregrini iis ſeſe immiſcuerint". Hæc Auctor. Nos quædam tantum addemus de ſingulis Veteris Teſtamenti Libris, qui hoc, præter alia quævis Artis Criticæ ſubſidia, ab eo explanati & illuſtrati, nunc in publicum emittuntur.

Primus, qui ex ordine ſeſe offert, Liber eſt JOBI, inter difficillimos, ſi non difficillimus intellectu, omnium Veteris Teſtamenti Librorum: adeoque nullus erat, qui magis egeret, ut luce novâ in Commentariis, ita Paraphraſi perpetuâ, ad ſenſum ſimul verborum oſtendendum, & ſeriem orationis evolvendam. Utrum iſtius Libri narratio pro verâ hiſtoriâ habenda ſit, an vero parabola cenſeri queat, ſapienter & utiliter inventa, nondum inter Eruditos conſtat, & ſuos habet utraque ſententia patronos, haud ſpernendos. Noſter rem in medio relinquens, etſi in eam partem propendere videatur, quæ poſteriori ſententiæ favet, ubique fere in Commentariis ſuis oſtendit, quomodo, quamcumque ſententiam quis ſequatur, procedere queat ſenſus, quem ipſe verbis ineſſe putat. Rationes hinc & illinc adlatas, aut adferendas, expoſiturus fuiſſet bonâ fide in Diſſertatione, ut jam dixi, promiſſâ. Illius defectus utcumque ſuppleri poteſt, ſi legantur quæ dudum Auctor dixerat in Libro Gallico, cui titulum fecit: *Judicia nonnullorum Theologorum Hollandorum de* Hiſtoria Critica Veteris Teſtamenti *conſcripta à* RICARDO SIMONIO &c. Epiſt. IX. *pag.* 177. & *ſeqq.* Quamvis heic, ut in aliis rebus, videatur poſtea non idem planè in omnibus ſenſiſſe. Tunc enim putabat, Librum *Jobi* eſſe veram Hiſtoriam, ſed Poëtico more exornatam. At vero in his Commentariis *Jobum* eſſe poſſe exiſtimat Perſonam Dramaticam, ſub cujus involucro deſcribatur Vir ab inimicis & amicis peſſimè habitus, qui ipſe imago ſit Piorum, inter *Hebræos*, in Captivitatem ſimul cum Impiis abductorum. Conferri poſſunt etiam, quæ dixit, occaſione *Commentarii* GASPARIS SANCTII *in Librum* JOB &c. BIBLIOTHECÆ SELECTÆ Tom. XXIV. Artic. I.

PSALMI, qui ſequuntur, Paraphraſim etiam habent comitem; excepto *Pſalmo CXIX.* ad cujus intelligentiam Notæ ſufficere viſæ ſunt. Secundum Auctorem noſtrum, ille, quiſquis ſit, qui Pſalmos DAVIDIS, & aliorum collegit, ſive *Eſdras* fuerit, ſive alius, eos in quinque Libros digeſſit; quorum ſinguli, ubi incipiant, indicatur. Primus nimirum priores XLI. Pſalmos continet. Secundus inde incipiens, cum Pſalmo LXXII. definit: Tertius cum LXXXIX. Quartus cum CVI. Quintus & ultimus reliquos habet ad finem. De hac diviſione,

& aliis rebus ad Auctores Pſalmorum, ipſosque Pſalmos ſpectantibus, acturus etiam fuiſſet Auctor, in Diſſertatione ſingulari. Quædam jam dixerat in modo laudatis *Judiciis nonnullorum Theologorum Hollandorum*, pag. 184. & *ſeqq.* Ceterum inter alia, Interpres noſter multam operam poſuit in exponendis Pſalmis Propheticis, qui vel integri, vel partim, ad CHRISTUM & res *Evangelii* pertinent, ſive *Davidem*, *Salomonem*, aut alium quemvis primario reſpiciant, at ita ſint concepta verba, ut ſenſui myſtico longè melius aptentur; ſive directè & unicè ad Meſſiam ejusque tempora referantur. Videbis imprimis, LECTOR, *Pſalmum CX.* ita explanatum, ut oſtendatur & urgeatur, de nullo alio, quàm de *Meſſia* heic agi poſſe. Sæpe etiam refellit Auctor interpretationes & emendationes audaciſſimas MARCI MEIBOMII, Viri ceteroquin Eruditiſſimi, qui Anno 1698. *Specimina* quædam in Vetus Teſtamentum, poſt alia ante aliquot annos præmiſſa, ediderat, ubi levibus argumentis, & præſertim petitis ex Arte Poëtica *Hebræorum*, cujus regulas ſe detexiſſe putabat, nec tamen umquam aperuit, pro arbitrio & imperio plurima detrahebat, addebat, immutabat.

Tribus reliquis *Hagiographorum* Libris noſter nullam Paraphraſim addidit, quòd nihil eâ opus eſſe exiſtimaret, in *Proverbiis* potiſſimum, ubi nulla fere connexio. Non diſtinguit autem heic, quemadmodum in *Pſalmis* feciſſe diximus, varias Collectiones Sententiarum, diverſis temporibus factas, & de quibus etiam egerat in *Judiciis nonnullorum Theologorum* &c. pag. 186. & *ſeqq.* Initio tantum Capitis XXV. ubi, ſecundum ibi dicta, tertia Collectio incipit, ex ejus inſcriptione colligi obſervat, ſuperiora Proverbia aut *Salomonem*, aut alios, qui ab eo acceperant, litteris mandaſſe ante tempora *Ezekiæ* Regis. *Agurem* autem, cujus ſunt quæ leguntur *Cap. XXX.* non fuiſſe Hebræum, ſed Proſelytum quemdam ex aliquâ Gentium finitimarum, ſuſpicatur.

SALOMONIS non ECCLESIASTEM, ſive *Concionatorem*, ſed CONCIONATRICEM vertit noſter, rationibus è Grammaticâ petitis, quæ in ipſius Commentario leguntur; ut nimirum intelligatur SAPIENTIA, quæ à *Salomone* loquens inducitur. Hic Liber, ut & præcedens, ubi pleraque Ethica, ſæpe illuſtratur collatione eximiorum locorum, ex optimis Scriptoribus Ethnicis, cùm Græcis, tum Latinis, petitorum.

In CANTICO CANTICORUM, de ſenſu Grammatico ſe unicè fuiſſe ſollicitum, lubens profitetur Interpres noſter: quamvis, ait, non vituperet eos, qui ſpiritualem quemdam ſenſum quærunt, modo ne conjecturas dubias & contortas aliis obtrudere velint, & pro Spiritûs Sancti ſententiis venditare. Singulis autem Epithalamii partibus nomina Perſonarum, quæ loquentes inducuntur, & de quibus dubitari nequit, præfixa ſunt; quod ad perſpicuitatem orationis plurimum facit.

In duobus Prophetis, ESAIA & JEREMIA, exponendis ita ſe geſſit Auctor, ut dolendum ſit, reliqua non potuiſſe ab eo pari modo explanari. Heic, ut alibi, & frequentiùs etiam, ab HUGONE GROTIO recedit, ſalvo ceteroquin honore, quem tali & tanto Viro deberi profitetur, & ſemper profeſſus eſt. Non opus eſt monere, Paraphra-

ſim

ſim Verſioni horum Prophetarum ſubjectam eſſe. Res ipſa loquitur; in illis, ſi uſquam alibi, ejuſmodi interpretationem neceſſariam fuiſſe.

Neque omnino ſine Diſſertationibus Criticis hæc duo ultima Volumina in manus Lectorum pervenient: ſed, quemadmodum in præcedentibus Voluminibus plures occurrunt, quarum pleræque ſoli Auctori noſtro debentur, paucæ aliis, à quibus in rem ſuam & utilitatem publicam, mutuatus eſt; ita etiam heic duas invenies, Lector, quarum una noſtrum Auctorem habet, alia Interpretem.

Prima Diſſertatio eſt JOANNIS SMITH, *Theologi Cantabrigienſis*, DE PROPHETIA ET PROPHETIS. Ex Anglico Sermone tranſlata ab Auctore noſtro, in ejus ſcriniis dudum repoſita erat, idque eo animo, ut Volumini, quo continentur Prophetæ, præfigeretur. Nec legiſſe quemquam pœnitebit, ob eruditionem Theologi, quæ ſtatim ſe prodit, & multa haud protrita, quæ ibi reperientur. Diſſertationem illam, ut *eximiam*, laudabat HENRICUS DODWELLUS, in *Epiſtolâ* ſuâ *II. De Studiis Theologicis*, cujus locum CLERICUS noſter, ex Anglica Lingua verſum, protulit, in *Additamentis* ad HENRICI HAMMONDI *Adnotationes* in MATTHÆI *Cap.* II. *verſ.* 2. Et ipſe, in his Commentariis ſuis, haud raro ad eam Lectores remittit. Non igitur omittenda erat: & eo minus, quod nemini forte extra beatam illam Inſulam, ubi nata erat, hactenus nota fuerit. Certe ipſe Auctor *Joannes Smith*, quis fuerit, nequidem in ipſa *Anglia* forte multi ſciunt. Nec mirum videbitur, ſi adtendat Lector ad ea quæ ipſi didicimus, poſtquam per litteras conſuli curavimus non unum Virum inter *Anglos* Eruditiſſimum. Fuit hic JOANNES SMITH, primo quidem *Socius* Collegii *Emanuelis* apud *Cantabrigienſes*; in quod receptus eſt die 5. *Aprilis* Anno 1636. Præſide tunc Collegii BENJAMINO WHICHCOT, Theologiæ Doctore. *Baccalaureatûs* gradum ibi nactus eſt, tamquam Collegii Membrum, Anno 1640/1641. Poſtea renunciatus eſt *Socius Collegii Reginæ* apud eosdem *Cantabrigienſes*, juſſu Comitis *de Mancheſter*, dato 9. *Junii* 1644. Sed videtur non fuiſſe admiſſus, niſi elapſo eo tempore, quo in illuſtri illa Academia, ſtatis vicibus, honores Academici adſumi ſolent (Anglicè *Commencement*) quandoquidem eum Magiſtrum Artium creatum fuiſſe adparet in *Collegio Emanuelis*, eodem anno 1644. Juvenis adhuc mortuus eſt, in *Collegio Reginæ*, 7. *Auguſti* 1652. Quo anno natus ſit, non comperi; neque de ejus patria certi quid conſtat. Id tantum colligere licet ex nonnullis, quæ ipſe dicebat in Teſtamento ſuo, condito 3. *Auguſti* 1652. oriundum eum fuiſſe ex *Northamptonienſi Comitatu*. Nihil ipſe vivus edidit, quod quidem ſciamus. Sed poſt mortem prodierunt ejus Diſſertationes Selectæ (*Select Diſcourſes*) patriâ Linguâ ſcriptæ, inter quas hæc eſt, nunc Latina facta, *De Prophetia & Prophetis*. Præfationem poſthumis illis Opuſculis, quæ in *quarta forma* lucem viderunt *Londini*. Anno 1660. præfixit Doctor *Worthington*: additâ ſimul Oratione Funebri, in ejus honorem habitâ ab Epiſcopo *Patrick*, ubi de Vita defuncti quædam memorantur. Vir fuit *Joannes Smith* Eruditiſſimus, præſertim pro ætatis brevitate. Inter alia, *Philoſophiæ Platonicæ*, & *Rabbinorum*, valde incubuerat; ut vel ex hac Diſſertatione abundè cuivis liquebit.

Altera

P R Æ F A T I O.

Altera eſt *Diſſertatio* De Veterum Hebræorum Poësi, quam Anno 1688. Auctor ediderat Gallicè, in Bibliotheca Universali & Historica, Tom. IX. Artic. VIII. *pag.* 219. & *ſeqq.* hic verò ad calcem Voluminis Prophetarum relatam habes. In illa fusè ſatis probare conatus eſt, Veterum *Hebræorum* Poëſin, non metricam, ſed rythmicam fuiſſe, qualis eſt in Lingua Gallica, & aliis nunc vulgaribus. Rationem ejus Poëſeos ad oculos ibi oſtendit, luculento ſpecimine *Pſalmi CL.* ſeu ultimi, in verſus ὁμοιοτελεύτους diſtincti. Alia deinde ſpecimina protulit, in *Canticis* Mosis, Exod. *Cap. XV.* Deuteronom.*Cap. XXXII.* & *Cantico* Deboræ, Judic. *Cap. V.* Immo omnes Psalmos eodem modo diſpoſitos exhibendi animus ipſi fuerat, ut in dicta Diſſertatione plus ſemel monet, & quidem ita ut labor ille jam tum fere magnam partem confectus fuiſſe videatur. Nihil tamen illius adparet in Commentario ad *Pſalmos*; unde conjicere licet, Auctorem poſtea maluiſſe tempus ſuum in rebus magis neceſſariis collocare; & ſatis habuiſſe, quòd aliis viam indicarit, quà incedere poſſent, ſi idem tentare vellent, principia & exempla ab ipſo propoſita ſequendo. Poſt irritos enim conatus variorum Scriptorum, qui indolem Hebraïcæ Poëſeos ſe reperiſſe exiſtimarunt, noſter ſententiam ſuam, de quâ paucis quibusdam aliquid ſubolueraț, ſed ſuboluerat tantum, omnibus ingenii & eruditionis viribus tuetur, plurimisque argumentis, minimè ſpernendis, firmat, in ea, de qua agimus, Diſſertatione. Equidem, ſatis ſcio, ut ſunt ingenia hominum, non omnium adſenſu illa conjectura probabitur. Sed nec deerunt etiam, puto, quibus illa in univerſum veriſimillima omnium hactenus in medium adlatarum videbitur, adeoque tamdiu retinenda, quamdiu nihil melius, in re obſcurâ, inventum erit. Calculo ſuo jam, exempli gratiâ, eam probavit Blasius Garofalus, in *Cogitatis de Poëſi* Græcorum & Hebræorum, Italicè ſcriptis, & *Romæ* Anno M. DCC. VII. editis: de cujus Viri Eruditi & Ingenioſi in eamdem opinionem conſenſu fortuito ſibi gratulatur noſter, Bibliothecæ Selectæ Tom. XX. pag. 169, & *ſeqq.* Aliis quoque placuiſſe obſervat celeberrimus inter *Auguſtanæ Confeſſionis* Theologos, Joannes Franciscus Buddeus, haud ita pridem fato functus: (*Iſagog. Hiſtorico-Theolog.* Lib. II. Cap. VIII. *pag.* 1451) quamvis ipſe cum iis faciat, qui rationem Poeſeos *Hebræorum* planè ignotam, nec quidquam de eâ ſtatui poſſe exiſtimant. Video etiam, Eximium & Eruditiſſimum Theologum, Jacobum Cappellum, Celeberrimi illius *Ludovici Cappelli* Filium, apertè & candidè mentem ſuam hac de re declaraſſe. In Epiſtola enim Latina, quam Clericus ipſe publici juris fecit, Bibliothecæ Selectæ Tom. XIII. Artic. IV. *pag.* 288, & *ſeqq. proximè ad verum accedere* ait, *de antiquiſſima Hebræorum Poëſi ſententiam Auctoris noſtri*, & *plurimis exemplis demonſtrat, quæ diverſis temporibus ſparſim ſe ipſi obtulerunt minimè quærenti, quibus alia innumera adjici poſſe* profitetur. Quidquid ſit, nemini ſaltem ingratum fore, immo plurimis, Linguæ præſertim Gallicæ haud ſatis gnaris, gratiſſimum puto, quòd illa Diſſertatio jam ab omnibus ubicumque locorum Eruditis heic legi queat, in Latinam Linguam, & quidem à Viro harum rerum peritiſſimo, tranſlata. Auctor ipſe, ut initio Commen-

mentarii in *Lamentationes* JEREMIÆ monet, ſuum ipſius Interpretem acturus fuiſſet, ſi ad finem optatum laboris pervenire datum eſſet, & ſine dubio inter vertendum non pauca vel additurus, vel emendaturus, vel mutaturus, pro jure ſuo, & novo poſt lapſum plurimorum annorum examine.

SIC jam Te dimittere poſſum, & ad lectionem univerſi Operis amandare, LECTOR, poſtquam uno verbo dixero, *Indices* neceſſarios quemadmodum in præcedentibus Voluminibus, ita in his additos fuiſſe, quos Bibliopolæ confici curarunt. Quid ſupereſt, niſi ut faveas & bene preceris Auctori, tot laboribus, in gratiam Reipublicæ, cum Litterariæ, tum Chriſtianæ, defuncto, & nonniſi viribus omnino deficientibus, illos umquam detrectaturo? Hoc ultimum Opus, quæſo, ut alia omnia ab ipſo edita, legas, eo animo, quo ſcripſit: nihil æquius, nihil Tibi utilius, nihil laudabilius, à Te peti poteſt. Nolo ut in ipſius verba jures, nec eam ipſe mihi legem dixi. Hoc tantum oro, & poſtulo, jureque orare & poſtulare poſſe exiſtimo, ne ſtatim ea pro imperio damnes, quæ Tibi forte non adridebunt, ſaltem ne Auctorem ullius mali conſilii temerè inſimules. Niſi livoris œſtro percitus ſis, aut hominum malevolorum vel imprudentium cœco adfectu te tranſverſum agi patiaris, facilè animadvertes, & eo magis, quo Auctoris noſtri ſcripta adtentiùs evolves, eum bonâ fide Vero addictum fuiſſe, magnâ curâ in illud inquiſiviſſe, & quod ſe inveniſſe putabat, candidè aperuiſſe. Numquam ille ſe ἀναμάρτητον putavit, & res ipſa docet planè alienum fuiſſe ab ea ſtulta ſuperbia, quâ inflatos ſeſe produnt ii qui acerrimè adverſus ipſum inſurrexerunt. Quoties ille ſe alicubi erraſſe, more hominum, deprehendit, ſtatim, ſive ſponte ſuâ, ſive ab aliis monitus, haud ægrè adgnovit, & emendavit. Ut dies diem docet, ita ſua ipſe vineta aliquando cecîdit. Non equidem exprobratæ novitatis νεωτερολογίας, quo vulgus tantopere movetur, ſe deterreri paſſus eſt, quin à trita via recederet, quandocumque illa non ſatis tuta videbatur. Sed vel hac de cauſa & ſummopere laudari Auctor, & maximi fieri debent ejus Scripta, etiam ab iis qui ab illo in quibuſdam diſſentiunt; quum ita exemplum inſigne ediderit, ad quod ſe componere omnino par eſt, quicumque Veri amore haud fucatè tanguntur, & omnium maximè qui purioris Religionis, quæ *Reformatam* ſe dicit, principia amplectuntur. Nulli magis ſuſpectos ſe ipſi reddunt animi de Vero planè ſecuri, quàm qui receptis ſententiis mordicus inhærent; quando præſertim eorum, ut fit plerumque, manifeſto intereſt, ne in odium aliorum quorum partes ſequuntur, incurrant, & commodis etiam hujus vitæ excidant. Tales vix umquam ſerio quidquam expendunt, & nonniſi caſu in Verum incidunt; æquè parati Falſum omnibus viribus propugnare, ſi forte id rationes eorum exigant. Niſi exſtitiſſent Viri μεγαλόψυχοι, qui ſpretis Vulgi clamoribus, auſi ſunt, Rectâ Ratione duce, veritatem in puteo latentem inveſtigare; in luto adhuc hæreremus innumerarum Opinionum præjudicatarum, nec tantum incertarum, ſed etiam manifeſto falſarum, immo & abſurdiſſimarum. Hoc tantum cavendum eſt, ne à receptis ſententiis diſcedatur, niſi paratis & adhibitis ſubſidiis neceſſariis, ut de illarum infirmitate certum judicium ferri queat. Quibus ſubſidiis Auctorem noſtrum ſufficienter in-

 ſtructum

ſtructum eſſe ſi quis neget, idem æquè facilè adfirmare poterit meridie non lucere. A præcipiti autem judicio ita ſibi cavit CLERICUS, ut neſciam an quisquam ſit, inter Scriptores cujuſcumque generis, qui ſæpius rem in medio relinquat; & vel nihil definiat in alterutram partem, vel conjecturas tantum, magis aut minus veriſimiles, ſe proponere, modeſtè ſignificet. Sed ſi *virtutem* ejus *incolumem oderunt* quidam, *ſublatam ex oculis quærent Invidi*; aut ſaltem eam adgnoſcet & laudabit grata poſteritas. Vale, LECTOR.

LIBER

LIBER JOBI.

I. JOBI religio, probitas, liberi, divitiæ, proliſque & opum jactura, quâ tamen, non adducitur, ut minùs religioſè de Deo loquatur.

1. VIr fuit, in Huſitide terra, cui nomen erat Jobo. Erat autem vir ille integer, rectus, timénſque Dei & qui malum fugeret. 2. Nati illi erant ſeptem filii & tres filiæ. 3. Pecus ejus fuit ſeptem millium minorum pecudum, trium millium camelorum, quingentorum jugorum boum, & quingentarum aſinarum. Ei maxima etiam fuit familia, ditiſſimúſque erat vir ille omnium Orientalium. CAPUT I.

Cùm

PARAPHRASIS.

1. VIr fuit in Arabiæ Deſertæ tractu Hauſitico, cui viro nomen erat Jobo, Dei timens, & integritatis ſingularis, qua vitia diligentiſſime fugiebat. 2. Filii illi erant ſeptem, & tres filiæ. 3. Idem ditiſſimus erat pecoris, quippe cui erant ſeptem millia ovium aut capratum, tria millia camelorum, quingenta juga boum & quingentæ aſinæ; quæ eo ævo divitiæ erant Arabum Scenitarum. Ingens quoque ei erat copia ſervorum, & ditiſſimus Arabum habebatur.

Filii

COMMENTARIUS
In CAPUT I.

1. VIr fuit] איש היה, *iſch hajah.* LXX. Ἄνθρωπός τις. Sic paſſim inchoari ſolent narrationes. Vide Jud. XIII, 2. XVII, 1. 1. Sam. I, 1. Similiter & aliæ gentes loquutæ. Ita *Ovidius* Pythagoræ doctrinam explicaturus, Metam. Lib. XV. *Vir fuit hic ortu Samius.* Nulla ergo, hoc loco, ἔμφασις eſt in voce איש, ut volebant *Joan. Druſius* & *Philipp. Cadurcus.* Sed magis ineptierunt viri, alioqui minimè inepti & in Humanioribus Litteris facilè principes, *M. Ant. Muretus* & *Juſtus Lipſius*, ad hæc verba *Senecæ* ex Ep. CXX. *Magnam rem puta, unum hominem agere. Præter ſapientem autem, nemo unum agit; ceteri multiformes ſumus. Muretus* obſervat de Elkana, Patre Samuelis, initio Regum, dici, *fuit unus vir*; quòd ita interpretatus ſit *S. Hieronymus*, principio commentariorum in Job: *non enim per diverſa mobilis & inſtabilis ferebatur, ſed firmus, atque inconcaſſus perſiſtens, vir unus erat.* Primùm non eſt *Hieronymus*, qui in Jobum ſcripſit, ſed neſcio quis, Hebraicæ Linguæ, imò & Latinæ imperitus. Deinde *fuit vir unus*, idem eſt ac quod Galli ſolent dicere, *il y avoit un homme*, hoc eſt, homo quidam; quomodo & Latini interdum loquuntur, ut in Latinitate ſua immeritò ſuſpecta oſtendit *Joan. Vorſtius*, & ante illum *Gaſpar Scioppius*, in Animadverſionibus in *Voſſium* n. LI. Ineptè argutatus eſt auctor Commentarii in Jobum, qui aliud hîc quæſivit. Ecce tamen tibi *Lipſium*, adſentientem *Mureto*, his verbis: *Mureti etiam nota hic opportuna; nam quod in Sacris de Jobo* (errat, hæc enim de Elkana, non de Jobo dicuntur) *ſcribitur:* Fuit unus vir, *id ita Hieronymus interpretatur:* non per diverſa &c. Undè colligere licet viros doctiſſimos, ſed idiomatis Sacri parum peritos, perperam interdum Codices Sacros adtigiſſe.

In Huſitide terra] בארץ עוץ *beerets Houts.* LXX. Intt. ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι, Hieronymus, *in terra Hus.* Tres viri fuere, hoc nomine. Primus Arami primogenitus, de quo Gen. X, 23. qui Damaſcenam condidit, ut Veteres magno conſenſu tradiderunt; quorum ſententiam pluribus confirmat *Sam. Bochartus* Phal. Lib. II. c. 8. *Hauſitidis* etiam *Reges* memorat Jeremias XXV, 20. qui eos diſtinguit ab Arabiæ & Idumææ Regibus. Alter filius Nachoris, fratris Abrahami, cujus mentio fit Gen. XXII, 21. & cujus ſedes fuiſſe creduntur in Arabia Deſerta, ad Euphratem. Αἰσῖται eos populos vocat *Ptolemæus*, quos rectiùs vocaſſet *Auſitas*, ut idem *Bochartus* rectè animadvertit. Tertius fuit inter poſteros Edomi, ut docemur Geneſ. XXXVI, 28. atque ab hoc Idumæa dicta eſt *terra Hutſi*, Lam. IV, 21. Veriſimillima videtur eorum ſententia, qui de ſedibus Nachoris filii hîc agi volunt; quia is tractus Sabæorum, Arabiæ populorum ad Meridiem, & Chaldæorum Meſopotamiæ ad Septemtriones, obnoxius erat latrociniis; quod mox adcuratiùs oſtendemus. Etiamnum hodie incolæ eorum circiter locorum, ex antiqua fama, contendunt Jobum apud ſe fuiſſe. Vide *Thevenotium* Itineris Part. II. L. I. c. 11.

Cui nomen erat Jobo] איוב שמו *Jjob ſchemo*, Job nomen ejus. Veteres & Recentiores nonnulli Jobabum יובב dictum fuiſſe etiam volunt, ex Gen. XXXVI, 33 ubi inter poſteros Edomi *Jobabus* memoratur; ſed tam levis ſimilitudo magni ponderis eſſe nequit. Ad calcem quidem Interpretationis LXX. Virorum, hæc leguntur: ἐν μὲν γῇ κατοικῶν τῇ Αὐσίτιδι, ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας· προϋπῆρχε δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωβάβ. Sed antecedentia oſtendunt hæc eſſe à manu neſcio cujus Chriſtiani, qui rem juxta cum ignariſſimis norat. Qui veram hanc hiſtoriam

4. Cùm autem convenirent ejus filii, conviviáque agitarent domi, quiſque die ſuo, ad quæ tres ſorores vocabant, ut epularentur & biberent ſecum; 5. circumactis diebus convivii, accerſebat eos Jobus, & purificabat. Tum mane ſurgens offerebat holocauſta,

4. Filii ejus, vice quiſque ſuâ, convivio fratres & ſorores, more gentis, excipiebant. 5. Circumactis ſeptem diebus conviviorum, vocare liberos ſolebat Jobus, ut eos, more recepto, luſtraret, & holocauſta offerebat, pro eorum numero. Reputabat quippe, apud ſe, potuiſſe liberos ſuos ea Hebdomade

riam putant deducunt nomen איוב à radice איב *ajab*, inimicè ſe geſſit, & *inviſum* interpretantur, quaſi eſſet pro איוּב quod eſt Participium *Pahul*, eúmque ſignificat qui odio habetur & vexatur ab inimicis. Arabes pronunciant *Aiouba*, aut *Aioub*. Sed & hoc ſenſu, nomen hoc rectè poſſit tribui Perſonæ Dramaticæ; deſcribitur enim hîc vir ab inimicis & amicis peſſimè habitus, qui poſſit eſſe Imago piorum inter Hebræos, in captivitatem abductorum, ut diximus in Diſſertatione de hoc Libro.

Integer, rectus, &c.] Hiſce ſynonymis ſingularis virtus hominis ſignificatur; qui, licèt non eſſet ſine delictis, quibus nullus mortalium caret, erat tamen expers eorum peccatorum; quæ ei graves pœnas, eáſque inſignes, quales fuere ejus calamitates, contrahere à Deo poterant; pro ſolita ejus Providentiæ ratione, quæ nonniſi ſingulares peccatores ſingularibus calamitatibus adficere exiſtimabatur. Ejuſmodi vir potuit eſſe in Auſitide ad Euphratem, & tales etiam erant, ſine dubio, aliquot ex iis, qui captivi abducti ſunt in Babyloniam, unà cum graviorum delictorum reis, & majoribus pœnis dignis.

3. *Pecus ejus fuit*] ויהי מקנהו *vajjehi mikuehou*. Sunt qui *poſſeſſionem* vertant, & verum eſt illorum temporum, locorúmque potiſſimam *poſſeſſionem* in pecudibus ſitam fuiſſe. Sed מקנה paſſim divitias pecuarias ſignificat, deflexâ nonnihil à primaria ſignificatione. Sic LXX. Intt. τὰ κτήνη αὐτοῦ, quamvis Vulgatus *poſſeſſio*. Vide infra verſ. 16. & Gen. XXVI, 14. *Ovidius* Faſtorum V.

Cetera luxuriæ nondum inſtrumenta vigebant.
Aut pecus, aut latam dives habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt.

Tales erant opes Jobi. Tales fuere divitiæ Virgiliani Galæſi Æneid. VII, 536.

——— *juſtiſſimus unus*
Qui fuit, Auſoniiſque olim ditiſſimus arvis.
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.

Quæ opes cùm maximæ erant, tum etiam innocentiſſimè quæſitæ cenſebantur, nec immeritò. Aliæ enim aut rapto, aut ſubdolâ mercaturâ plerumque parabantur. *Cicero* de Officiis Lib. I. c. 42. *Omnium rerum, ex quibus aliquid adquiritur, nihil eſt agriculturâ melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.* Ad quem locum vide Interpretes, & eumdem *Ciceronem* in Catone Majore c. 16. & 17.

Minorum pecudum] צאן *tſon*, quod ovillum & caprinum pecus, ut notum eſt, complectitur. Vide ad Gen. XII, 6.

Quingentarum aſinarum] Rectè obſervavit *Jac. Cappellus*, cui frater *Ludovicus* ſuccinit, vocem אתון *athoun* eſſe epicœni generis, nec minùs utrumque ſexum ſignificare, quàm חמור hhamor, *aſinus*. Eum vide, in obſervationibus ad hunc locum. *Aſinas* tamen memorati crediderim, quòd pretioſiores eſſent, quippe quæ parerent, lac præberent, & pecudum numerum augerent. LXX. Intt. θήλειαι ὄνοι νομάδες. Poſtremam vocem putabat *Lud. Cappellus* eſſe gloſſema, aut ita dictas aſinas, quæ liberè paſcerentur, non in ſtabulis hærerent. Poſterius malim, ut intelligantur aſinæ, quibus domini vehebantur & quibus pabulum in ſtabulis præbebatur, numero memorato eximi. Sed onde hoc norant LXX. Interpretes? Itaque rectiùs fuiſſet omiſſum.

Familia] עבדה *habadah*. Rectè *Aquila* δουλεία & *Symmachus* οἰκετεία. Poſſet tamen, etiam ex Chaldaicæ Linguæ uſu, verti *terra culta*, nam עבר eſt, in ea Lingua, interdum *terram colere*. Ideò LXX. Int. utramque interpretationem conjunxere, niſi alterutra è margine in contextum irruperit; habent enim: καὶ ὑπηρεσία πολλὴ σφόδρα, καὶ ἔργα μεγάλα ἦν αὐτῷ ἐπὶ τῆς γῆς. Priorem interpretationem, ex Hebraicæ Linguæ certo uſu petitam, ſequuti ſumus; nam nemo neſcit voce *familia*, apud Latinos, ſervos ſignificari; quamvis ceteroqui nemo negarit quin Jobus multùm agri culti poſſideret, cùm haberet quingenta juga boum; quæ alioquin inutilia fuiſſent, niſi quod ararent habuiſſet.

Ditiſſimúſque erat vir ille] *Et erat vir ille magnus, præ omnibus Orientis filiis.* Deſerta, nempe, Arabia Judææ collata ad Orientem erat, & *Oriens* reverâ vocatur, Gen. XXV, 6. ejúſque incolæ *filii Orientis* Jud. VI, 3. Inde etiam *Saraceni* dicti quaſi שרקין, hoc eſt, *Orientales*; qua de re vide *Ed. Pocockium*, in Notis ad *Abul Farajum* p. 34. Ex hoc autem loco liquere videtur ſcriptorem hujus libri fuiſſe hominem Iſraëlitam, ex uſu terræ Chananææ loquentem.

4. *Cùm autem convenirent*, &c.] *Et ibant filii ejus & faciebant convivium*; quæ loquutio conſuetudinem quamdam ſollemnem ſignificat, ſed aliâ Linguâ vix exprimi queat. LXX. Int. συμπορευόμενοι δὲ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους ἐποιοῦν πότον καθ' ἑκάστην ἡμέραν.

Quiſque die ſuo] Cùm ſeptem filii eſſent Jobo, per ſeptem dies convivia agitabant; ſed an, exactis ſeptem diebus, iterum vocarentur, octavo die, à primogenito ad convivium; aut quodnam intervallum, inter hunc epularum hebdomadicum circulum, interponeretur non liquet. Credibile tamen eſt hebdomade conviviorum exactâ, interſtitium aliquod fuiſſe. Sunt qui velint diem natalem ſingulorum Jobi filiorum ſpectari, ſed *circumactio dierum* convivii oſtendit, per ſeptem dies continuos, convivia agitata, non ſingulis liberorum Jobi natalibus diebus. Regum Arabum more vivebant Jobi filii. *Strabo* Lib. XVI. de Nabatæis p. 183. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν ὄγκῳ μεγάλῳ πολλὰ συνεχῶς ποιεῖ συμπόσια: *Rex, adparatu magno, multa continenter convivia parat.* Quod hîc notatu dignum viſum eſt.

Ut ederent & biberent] Hoc loquendi genus adhi-

ta, pro eorum omnium numero; fortaſſe enim, inquiebat, peccarunt filii mei & Deo apud animum ſuum maledixerunt; & ſic quidem ſemper faciebat Jobus.

6. Cùm verò aliquando conveniſſent filii Dei, ut ſe coram Jehova ſiſterent, venit etiam inter eos

made peccata admittere, aut pravas de Numine opiniones apud animum ſuum foviſſe. Sic ſe octavo quoque die vir religioſus gerebat.

6. Cùm verò aliquando ſancti Angeli Dei ad Creatorem ſuum conveniſſent, ut factorum ſuorum rationem redderent; adfuit malus ille Spiritus, quem Satanæ, hoc

adhiberi ſolet, ubi de opiparo convivio ſermo eſt. Vide Gen. XXVI, 30. Exod. XXXII, 6.

5. *Circumactis diebus*, &c.] ויהי כי הקיפו ימי המשתה *& fuit cùm circumegiſſent dies convivii.* Hæc verba oſtendunt dies illos non fuiſſe, interpoſitis motis, abruptos, ſed unâ hebdomade cumprehenſos. Sic dicitur תקופת השנה *circumactio anni* Exod. XXXIV, 22. unius anni periodus.

Purificabat eos] יקדשם *jekaddeſchem*, ſanctificabat, ut, nimirum, pararentur ad ſacrificium. Secubabant à conjugibus, corpus abluebant & mundis veſtibus induti aderant. Vide not. ad Gen. XXXV, 2. Exod. XIX. 15. Ii erant mores eorum temporum, quibus non ſatis reverenter ad ſacra acceſſuros ſe putabant, niſi ea quæ diximus obſervaſſent; quibus quidem munditiea animi, ſeu ſanctitas morum ſignificabatur, ſed minimè conſtabat, ut ſuperſtitioſi Judæi poſtea crediderunt. Viderunt hoc ſapientiores Ethnici, apud quos ejuſmodi ablutiones obtinebant. *Cicero* de Legibus Lib. II. c. 10. *Caſtè jubet lex adire ad Deos, animo, videlicet, in quo omnia; nec tollit caſtimoniam corporis, ſed hoc oportet intelligi, cùm multùm animus corpori præſtet; obſervetúrque, ut caſta corpora adhibeantur, multò eſſe in animis id ſervandum magis; nam illud, vel aſperſione aquæ, vel dierum numero tollitur; animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec amnibus ullis elui poteſt.*

Holocauſta] Victimas, nempe, pro peccato, & quidem ſeptenas, pro numero filiorum. Gentes omnes, eo ævo, exiſtimabant, ſi agnoſceretur peccatum, veniáque ejus à Deo peteretur, oblatâ victimâ, quæ vice delinquentis veluti plectebatur, Deum placari & victimam, loco offerentis, accipere. Ac ſanè, apud Hebræos, Deus ſibi hac ratione ſatisfieri, teſtatus erat, & antiquioribus etiam temporibus, ut liquet ex ſacrificio Noachi, cum Arcâ egreſſus eſſet. LXX. Intt. addunt μόσχον ἕνα περὶ ἁμαρτίας, quæ gloſſema redolent. *Lud. Cappellus* vult hæc fuiſſe, in Hebræo Textu; cui non adſentimur.

Deo apud animum ſuum maledixerunt.] ברכו אלהים בלבבם *berechou elohim bilbabam.* Verbum ברך *barach*, quod in Kal eſt *benedicere*, in Pihel contrarium ſignificat. Sic verbum חטא & alia ſignificatus contrarios, in iis conjugationibus, habent. Vide not. ad 1. Reg. XXI, 10. Malè ergo hîc verterat *Aquila*, εὐλόγησαν, & meliùs LXX. Intt. ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῶν κακὰ ἐνενόησαν πρὸς Θεόν. Sic & Chaldæus: ואַרגיזו קדם יי ברעיוניהון *& provocarunt coram Jehova in cogitationibus ſuis. Hieronymus* tamen, *benedixerunt*, quod nonnulli κατ' ἀντίφρασιν interpretantur, ſed ineptè. *Maledicere Deo, apud animum ſuum*, eſt malè de eo cogitare, quod inter bibendum fieri potuit, quamvis impias cogitationes non protuliſſent. Illuſtre exemplum pravarum cogitationum in convivio, ſed quæ verba impia ſequuta ſunt, exemplum eſt Beltſatſar, Dan. V, 1.

6. *Cùm verò aliquando conveniſſent*] *Et fuit dies & venerunt*; hoc eſt, aliquando, ut dicimus Gallicè, *un jour*, *quodam die*, ut *Hieronymus* habet. Chaldæus: *die judicii, in principio anni*, quæ ſunt commenta Rabbinica. LXX. Intt. ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, quaſi legiſſent כיום *chajjom* pro היום *hajom*. Sed hoc melius.

Filii Dei] בני אלהים *bne elohim.* Habent LXX. Intt. οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, qui eſt ſenſus verborum, quem plerique Interpretes ſequuti ſunt. Thargum: כתי מלאכיא chitthe malachja, *turbæ angelorum.* Qui hiſtoriam narrari hîc putant hæc contigiſſe, prout narrantur, volunt, adeóque bonos Angelos à mandatis ſibi datis redeuntes ſe ſe coram Deo ſtitiſſe, in eum locum in quo ſe præſentem luce ſplendidiſſimâ teſtatur; atque inter eos Satanam etiam fuiſſe, Deo rationem redditurum. Sed qui Drama hunc librum eſſe cenſent hoc ipſo loco utuntur, ut oſtendant veluti poëticum hoc eſſe ornatum, ut ratio calamitatum Jobi reddatur; eò quòd minùs ſit veriſimile Angelos bonos, ſemper Deo adſtantes, veluti in conventum veniſſe, & præſertim cœleſtes beatitudinis ſedes Cacodæmonem ingreſſum; qui à lapſu inde expulſus eſt, nec eò ampliùs admitti poſſe videtur. Vide ad hunc locum *Joan. Marianam*, virum nequaquam ineptum. Adde & alterum Hiſpanum *Emanuelem Sa*, idem cum Mariana ſentientem.

Ut ſe coram Jehova ſiſterent] להתיצב על יהוה *lihithjatſeb hal Jehova.* Quaſi ad conventum quemdam habendum. Sed hæc humano more expreſſa.

Venit etiam inter eos Satan.] השטן *haſſchatan.* Notum eſt hac voce quemvis *adverſarium* ſignificari. Vide ad 1. Ephem, XXI, 1. Sed cùm hîc agatur de Angelis, *Satan* dicitur Angelus quidam κατ' ἐξοχὴν, qui bonorum hominum eſt adverſarius; quo ſenſu hæc vox, à tempore Captivitatis Babylonicæ, frequens fuit. Vide Zachar. III, 1, 2. Primus eſt hic Jobi locus, in quo mentio fiat eo nomine Angeli illius malefici; unde qui putant librum hunc poſt Captivitatem ſcriptum, confirmationem ſententiæ ſuæ petunt; nam vulgò Judæi nomina Angelorum Babylone veniſſe contendunt, quòd nulla horum nominum mentio, in libris Captivitate antiquioribus. Eſt ſimilis conventûs cœleſtis deſcriptio, 1. Reg. XXII. ubi mentio fit ſpiritûs, qui Deo pollicetur ſe fore *ſpiritum mendacii*, in ore Prophetarum Achabi; ſed nomen nullum ei imponitur, malum tamen intelligendum res ipſa oſtendit. Si adtentè utriuſque cœleſtis conventûs hiſtoria legatur, & quæ diximus ad 1. Reg. XXII. expendantur; ſatis liquebit humano more, & Regum inſtar Deum utrobique deſcribi, nec eſſe has hiſtorias, præter modum, urgendas. Ut enim Deus non habet conſilium cum Angelis, de eo quod facturus eſt; quemadmodum

Digitized by Google

eos Satan. [7]. Ibi Jehova Satanæ, unde venis ? inquit. Reſpondit verò Satan Jehovæ & à peragranda, inquit, ac perambulanda terra. [8]. Tum Jehova Satanæ: an ſervum, inquit, meum Jobum animadvertiſti, nec quemquam eſſe inſtar ejus, in terra, virum integrum, rectum, timentem Dei & malum fugientem? [9]. Reſpondit denuo Satan Jehovæ, & num gratis, inquit, Dei metuens eſt Jobus? [10]. Annon cum tu ſepiviſti, domúmque ejus & quidquid ei eſt circumquaque, operibus manuum ejus benedixiſti, pecúsque ejus *multitudine ſuâ* per terram prorupit ? [11]. Verùm manum, quæſo,

hoc eſt, *Adverſarii* nomine vocitant, eo quòd virtuti & felicitati hominum adverſetur. [7]. Tum verò Creator Adverſarium rogavit unde veniret? qui repoſuit ſe ab peragrando orbe redire. [8]. Tum verò Deus ab eo quæreret, annon animadvertiſſet pium illum virum, cui Jobo nomen erat; nec quemquam eſſe in terris, qui Numinis reverentiâ & juſtitiâ erga homines eum æquaret. [9]. Satanas autem Deo: eſtne verò Jobus religioſus erga Deum, ſine mercede? [10]. Annon Tu eum, familiamque ejus, & quidquid habet texiſti, ejusque labori favilli & numerum pecoris ejus auxiſti, ita ut tractum terrarum, quem incolit,

admodum deſcribitur 1. Reg. XXII. ſic nec putandum eſt Deum cum Cacodæmone colloquutum, ut hîc facit, Jobúmque, ſeu eos, qui eo nomine ſignantur, excarnificandos Dæmoni permiſiſſe tantùm, ut oſtenderet ei Jobum, eóſve quos dixi bonos viros fuiſſe. Quid enim Dei intererat, quid ſentiret Cacodæmon de virtute piorum? An tanti erat improbum Spiritum, Deo & bonis Angelis notiſſimum, argui malignitatis & improbi judicii, ut propterea Jobi optimi & religioſiſſimi viri familia perderetur, & ipſe in extrema mala præceps ageretur? Abſit ut de divina bonitate ita ſentiamus, ut nos *quaſi pilas*, ut Ethnici loquuti ſunt, ab ea haberi putemus, & veluti per jocum, ludúmque, omnibus bonis, liberisque ſpoliari! Non eo modo nobis deſcribitur Deus, in Libris Sacris, cum Veteris, tum Novi Teſtamenti. Quid ergo, inquies, ſibi vult Scriptor hujus libri? Hoc unum, niſi fallor, Deum paſſum eſſe interdum bonum virum, aut bonos plures viros, in maximas miſerias incidere, atque à malis peſſimè haberi; ut liqueret quanta eſſet eorum virtus, & quàm exiguam rationem mercedis, in hac vita, haberet; ut eorum exemplo alii ad virtutem adducerentur, diſceréntque ab ea, ne propter graviſſimas quidem calamitates, eſſe deficiendum. Quæ doctrina ſemper fuit valde neceſſaria, ſed præſertim poſt Captivitatis tempora, cùm viri Dei cultores peſſimè ab Ethnicis haberentur; poſt quæ tempora nonnulli librum hunc ſcriptum putant. Quod confirmatur, quòd in eo ſint frequentes Chaldaiſmi.

7. *Unde venis, inquit*, &c.] Hæc ſunt, ut dixi, intelligenda; Deus alioqui non quærit quod optimè omnium novit, quódque ei notiſſimum eſſe non ignorabat Cacodæmon.

A peragranda, &c.] משוט *miſſibout*, ab obeundo terram & perambulando in ea; ut, nempe, quæreret, ſi qua hominibus nocendi occaſio eſſet eáque, ſi modò Deus ſineret, gnaviter uteretur. Vide Matth. XII, 43. 1. Pet. V, 8. Chaldæus hîc addit: *ad probanda opera filiorum hominis*.

8. *An ſervum meum*, &c.] *An poſuiſti cor tuum ad ſervum meum Jobum*, השמת לבך *haſſchamtha libbecha* Quæ loquutio paullò majorem habet ἔμφασιν Exod. IX, 21. Sed hîc aliud eſſe non videtur, præter *animadvertere*. Hinc LXX. Int. προσέσχες τῇ διανοίᾳ σου, & *Hieronymus: conſideraſti*. Aliquoties in hoc libro occurrit.

Nec quemquam eſſe] *Quòd nemo eſt, ſicut ille, in terra.* Quocumque tempore, & ubicumque vixiſſe dicatur Jobus; mirum eſt hoc de eo affirmari, ſi ſit extra Abrahami proſapiam quærendus; cum, à tempore hujus Patriarchæ, numquam in ea gente boni viri defuerint. Fieri tamen potuit, ut alicubi melior omnibus Hebræis vixiſſet. At quibus videtur Jobus eſſe imago piorum Hebræorum, in captivitate Babylonica, ii non difficulter affirmare hoc poſſe ſibi videntur; quia nec inter Idololatras, nec inter προσηλύτοις, ſeu proſelytos, ullus fuit Jobo, hoc eſt, inviſis illis Iſraelitis, qui in Captivitate Deo vero conſtanter adhæſerunt, æquiparandus.

9. *Num gratis*] החנם *hahhinnam* Inſimulat Cacodæmon Jobum mercenariæ Virtutis, quaſi ideò tantùm Dei timens eſſet, quòd divitias ab eo accepiſſet; quas ſi amitteret, nuncium eſſet Virtuti ac Religioni remiſſurus. Idem de piis Hebræis, qui, florente regno Judæorum, Religioni addicti fuerant, ſuſpicari maligni ingenii viri potuiſſent; quorum ſuſpiciones conſtantia Judæorum, in afflictiſſimis rebus, confutavit. Re ipsâ mercenaria fuiſſet eorum Virtus, qui dumtaxat propter hujus vitæ bona Dei timentes fuiſſent; cui, propter priora beneficia, creationem, nimirum, conſervationem per aliquod tempus, bonáque innumera quibus fruiti erant, gratias habere & agere debebant, & conſtanter eum colere, dum meliora tempora expectant. Animadvertendum hîc, ut nec in reliquo Libro, orationéque ipſa Dei ad Jobum, nullam promiſſorum alterius vitæ, quæ eo tempore obſcura erant, fieri. Si nota fuiſſent, ut poſtea fuerunt, Jobum ejúſque ſocios aliter loquutos eſſe oporteret; quippe quæ ſola poterant ſolvere problema, cur Deus bonus, in hac vita, infelices eſſe pateretur.

10. *Sepiviſti*] שכת בעדו *ſchachtha behado*, ſepiviſti pro ipſo; hoc eſt, eum protectione tuâ, quaſi ſepe incluſiſti. Vide Gen. VII, 16. ubi eſt vox בעד *behad*.

Prorupit] פרץ *pharats*, quod non tantùm *rumpere*, ſed & præ multitudine priſtinis ſedibus, nimium arctis, egredi, ac prorumpere. LXX. Intt. ſenſum ſequuti τὰ κτήνη αὐτοῦ πολλὰ ἐποίησας ἐπὶ τῆς γῆς. Hieronymus: *poſſeſſio ejus crevit in terra* Chaldæus: נכסוי תקיפו *poſſeſſiones ejus creverunt*. Sed vide Gen. XXVIII, 14. Eſai. LIV, 3. ubi eodem prorſus ſenſu occurrit hoc verbum.

11. *Manum, quæſo*, &c.] *Mitte, quæſo, manum tuam & tange* (נגע *nagah*, à נגע) *in omne quod*

quæſo, ei injicito, quidquid ei eſt percutito, tum *videbis* annon tibi in faciem ſit maledicturus? [12]. Jehova verò Satanæ, en, inquit, quidquid habet in manu tua *eſt*; verùm tamen ne ipſi manum injicito

Exiit deinde Satan, è conſpectu Jehovæ, [13]. cúmque aliquando filii & filiæ Jobi comederent & biberent vinum domi fratris natu maximi, [14]. venit nuncius ad Jobum, & cùm boves, inquit, ararent ac juxta paſcerent aſinæ, [15]. irruerunt in ea Sabæi, cáque

colit, longè latéque impleverit? [11]. At tu eum malè habeto, & pecori ejus morbos injicito; tum verò videbis an non ſit tibi palam conviciaturus? [12]. At Deus poteſtatem, inquit, tibi in omnes ejus facultates concedo. Ipſi verò cave, ne ulla in re noceas.

Egreſſus verò eſt Satanas è loco, in quo Deus, peculiari ratione, præſentem ſe eſſe oſtendebat, [13]. ſeque contulit domum, ſeu in tentorium natu maximi liberorum Jobi, ubi fratres & ſorores unà convivabantur; [12]. cùm eſſet inconſpicuus. [14]. Tum vero nuncius ad Jobum veniens, &c, cum boves, inquit, ararent, juxtáque eos paſcerentur aſinæ, [15]. Sabæi impetu in pecudes facto, eas abegerunt, fer-

quod ei; hoc eſt, feri, ita ut pereat, nam nonnisi *tangendo* ferimus. Vide Gen. XXXII, 32. Hæc tamen ſignificatio paullò frequentior eſt in Conjugatione *Pihel*.

In faciem ſit maledicturus] על פניך יברכך *hal phanecha jebarechcha*. Vide ad verſ. 5. Hoc eſt, palam de Divina Providentia & Bonitate malè loquuturus, quaſi nullæ eſſent. Idem feciſſent Hebræi, in captivitate, ſi Religionem à Deo acceptam ejuraſſent, propter calamitates ab Ethnicis ſibi illatas; connivente Deo, qui de Judæorum peccatis eas pœnas ſumere ſtatuerat.

In manu tua eſt] Poteſtatis tuæ facio, ut ei eripias; quod Cacodæmon alioquin efficere non potuiſſet. Hiſce verbis permiſſio Dei ſignificatur, ſine qua nulla eſt Cacodæmonis in homines poteſtas.

13. *Cúmque aliquando*, &c.] *Et fuit dies, & filii ejus & filiæ ejus comedentes*, &c. Videtur hæc circumſtantia addi, ut intelligantur filii Jobi à gregibus abfuiſſe, cùm abacti ſunt, quia tale nihil timebant; aut Hebræorum, nimis rebus ſuis confidentium, agros & greges à Chaldæis abactos.

14. *Cùm boves, inquit, ararent*] *Boves erant arantes*. In Arabia deſerta omnia non ſunt ſterilia, ſed ubicúmque eſt aquæ copia fertiliſſimi ſunt agri, præſertim ad Euphratis ripas. Nec quidquam vetat agros Jobo tribui, ad ortum Euphratis, in Meſopotamia, æquè ac ad occaſum in Arabia. Conſtat autem Meſopotamiam feraciſſimam fuiſſe. *Strabo* Lib. XVI. p. 1083. Ed. Amſtel. ἔστι εὔβοτος ἡ χώρα καὶ σύνεγγυς, ὥστε καὶ τὰ ἀειθαλῆ τρέφειν: *regio paſcuis læta eſt ac germinibus, adeoque etiam fert quæ ſemper vireat.* *Curtius* Lib. V. c. 1. *Inter Tigrim & Euphratem jacentia tam uberi & pingui ſolo ſunt, ut à paſtu repelli pecora dicantur, ne ſatietas perimat. Cauſa fertilitatis eſt humor, qui ex utroque flumine manat, toto ferè ſolo propter venas aquarum reſudante.* Fateor hæc videri potiſſimum intelligenda, de ſuperioribus Meſopotamiæ ad ſeptemtriones tractibus. Sed iis propior fortè erat, aut fuiſſe ſtatuebatur Jobus, & in inferioribus aqua Euphratis ita in rivos derivabatur ut poſſet totam oram vicinam fecundare, ut docet *Arrianus* Lib. VII. de Exped. Alexandri c. 7. his verbis: ὁ δὲ Εὐφράτης μετέωρός τε ῥεῖ καὶ ἰσοχειλὴς πανταχῇ τῇ γῇ, καὶ διώρυχές τε πολλαὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ πεποίηνται, αἱ μὲν αἰέναοι, ἀφ᾽ ὧν ὑδρεύονται οἱ παρ᾽ ἑκάτερα ᾠκισμένοι. Τὰς δὲ καὶ πρὸς καιρὸν ποιοῦνται, ὁπότε σφίσιν ὕδατος ἐνδεῶς ἔχοι, ἐς τὸ ἐπάρδειν τὴν χώραν (ἄνομβρος γὰρ τὰ πολλὰ ἡ γῆ αὕτη ἐξ οὐρανοῦ) καὶ οὕτως ἐς οὐ πολὺ ὕδωρ ὁ Εὐφράτης τελευτῶν, καὶ τεναγώδης ἐς τοῦτο, οὕτως ἀποπαύεται: *Euphrates vero altior labitur, & ubique ripas terræ æquat, & foſſæ multæ ab eo factæ ſunt, quædam perennes, è quibus aquam petunt, qui utrimque habitant; alias vero ad tempus faciunt, cùm aquæ ad irrigandam terram inopiâ laborant (pleraque enim ea terra cœleſti aqua caret) ideoque in aquam non multam Euphrates deſinens, & vadoſus eò uſque ceſſat.* *Strabo* de inferiore ad meridiem Meſopotamia, Lib. XVI. p. 184. Τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένα τῆς Μεσοποταμίας καὶ ἀπωτέρω τῶν ὀρῶν ἄνυδρα καὶ λυπρὰ ὄντα ἔχουσιν οἱ Σκηνῖται Ἄραβες, λῃστρικοί τινες καὶ ποιμενικοὶ μεθιστάμενοι ῥᾳδίως εἰς ἄλλους τόπους, ὅταν ἐπιλείπωσιν αἱ νομαὶ καὶ αἱ λεηλασίαι· τοῖς δὲ παρωρείοις ὑπό τε τούτων κακοῦσθαι συμβαίνει καὶ ὑπὸ τῶν Ἀρμενίων: *Meſopotamiæ partes ad meridiem vergentes, & à montibus remotas ſiccas atque ſteriles Arabes Scenitæ incolunt, latrocinuis & paſcendo pecori dediti & qui facilè in alia loca demigrant, ubi præda eos & paſcua deficiunt. Quare contingit ut, ad montes habitantes ab his infeſtentur & ab Armeniis.* Sedes Jobi, neque Armeniam verſùs, neque ad infimas partes fluvii collocatas putem, ob ſequentia latrocinia. Cùm dives eſſet, non uno loco habuit greges, ſed pro copia pabuli hac illac errantes; quamvis plerumque tentoria fortè haberet non procul à Chaldaicis montibus. *Petrus Valleaſis*, qui Arabiam deſertam per ea loca trajecit, ait P. I. Ep. XVII. Bagdado ſcripta, §. 11. *hiberno tempore*, eorum locorum incolas manere *in deſertis, ubi calet, nec multùm pluit, eóque habere pabulum circa Euphratem, æſtate verò recedere ad montes Caramaniæ, ſeu Ciliciæ.* Paullò inferiùs, deſcribit menſe Octobri, ſolum quoddam planum ad Euphratem, *in quo ſolo, propter humorem fluvii, copia magna erat variarum plantarum.* Sequitur etiam §. III. *Anaæ*, urbis deſcriptio ad utramque Euphratis ripam, cujus ager amœnus eſt. Sed & § IX. ſatis oſtendit fertiliſſimos eſſe agros ad eum fluvium, ſi modò colerentur; ut olim ſine dubio, florente Babyloniorum, ac Perſarum imperio, colebantur.

Juxta paſcerent] על ידיהם hal jedehem, *ad latus eorum*, hoc eſt, juxta eos, in loco vicino. Vide Joſ. XV, 46. 2. Sam. XV, 2.

15. *Irruerunt in ea Sabæi*] ותפל שבא *& cecidit Scheba.* Non intelligendi Arabiæ Felicis populi, nimiùm, ut videtur, hinc remoti; ſed poſteri illius Schebæ, qui nepos fuit Abrahami Gen. XXV, 3. & *Orientem verſùs*, cum cetera

que abegerunt, ſervos verò ferro ceciderunt; ex quibus ego ſolus evaſi, ut *hæc* tibi nunciarem. 16. Etiamnum ille loquebatur, cùm alter venit, & ignis Dei, inquit, cecidit è cœlo, corripuit minuta pecora, mancipiáque & ea abſumſit; ex quibus unus ego evaſi, qui *hæc* tibi nunciarem. 17. Hic adhuc loquebatur, cùm alius venit & Chaldæi, inquit, tribus globis confectis, invaſerunt camelos, abduxerunt eos, ſervóſque gladio conciderunt; è quibus ego ſolus aufugi, qui tibi nuncium *de hiſce* adferrem. 18. Eo quoque etiamnum loquente, venit alius, & cùm filii, inquit, tui, filiæque tuæ

ſervóſque tuos, qui armenta ſervabant, trucidarunt, me ſolo excepto, quaſi ut tibi calamitatem hanc nunciarem.

16. Hæc etiamnum dicente ſervo, en tibi alterum, qui aderat, nunciaturus fulmina è cœlo delapſa occidiſſe minutum pecus, & mancipia id ſervantia adflatu trucidaſſe; eo excepto qui ei calamitatem nunciaret.

17. Vixdum dixerat, cùm tertius nunciavit Chaldæorum tres turmas invaſiſſe camelos, eoſque, trucidatis ſervis cuſtodibus, eo excepto qui nunciabat, abduxiſſe, ſeque ſolum ex illa cade aufugiſſe.

18. Nondum dixerat, cùm adfuit ſervus nunciaturus Jobo, omnes ipſius liberos, cùm apud natu maxi-

tera Keturæ ſobole habitatum ivit, hoc eſt, in Arabiam deſertam.

Servos verò ferro ceciderunt] *Percuſſerunt ore gladii*; quod, nempe, heri armenta acriùs defendiſſent, nec ſe eum iis dedere voluiſſent. Alioqui ſervi ipſi prædæ loco ſunt.

Ut hæc tibi nunciarem] להגיד lehaggid, *ad nunciandum*. Hîc ל non deſignat finem ſervi elapſi, qui fugit ut vitæ conſuleret, non ut herum moneret, ſed eventum; ita enim fugerat, quaſi eam in rem fugiſſet. Vide Indicem Hebraicum Pentateuchi ad litteram ל.

16. *Cùm alter venit*] *Et alter venit*. Paullò pòſt. Hæc ſequentia continentem calamitatum ſeriem Jobo, aut iis, qui nomine Jobi deſcribuntur, contigiſſe ſignificant, quibus eorum conſtantia tandem labefactata eſt.

Ignis Dei] אש אלהים *eſch elohim*, quod ſolet fulmen deſignare. Si hæc verè contigerunt, ut vulgò putant Interpretes, crebra & inuſitata fuiſſe oportet fulmina, quibus ſeptem millia pecudum, aut circiter perierunt; tam latè enim fulmen patere, aut evagari non ſolet. Alii ergo *magnum* quemdam *ignem* interpretantur, à Cacodæmone è nubibus demiſſum, quo ambuſti fuerint greges. Quidquid tandem contigerit, notatu dignum eſt, aut *fulmen*, aut *ignem* quemvis dici *ignem Dei*; cùm Deus, hoc in negotio, nihil fecerit, ſed paſſus tantùm eſſe dicatur Cacodæmonem hoc facere. Chaldæus etiam habet: אשתא מן קדם יי נפלת מן שמיא *ignis è conſpectu Jehovæ cecidit è cœlo*. Hoc voluit Scriptor Sacer, fulmen, quod dici ſolet *ignis Dei*, deciditſe è nubibus, operâ Cacodæmonis. Ceteroqui Deus non magis ἀμέσως fulmen mittit, quàm ullum aliud opus efficit; quod ope corporum ab initio ab eo creatorum fit, ſine miraculo.

17. *Chaldæi*] כשדים *Chaſchdim*. Cùm duplices fuerint Chaldæi, quorum alii ad Boream, alii ad meridiem Babyloniæ erant, ut oſtendimus in Indice Philologico ad *Thomæ Stanleii* Hiſt. Philoſophiæ Orientalis; priores intelligendi hîc videntur. Chaldæi enim meridiani aſtrorum contemplationi, non latrociniis, dediti erant; ſed Septemtrionales eâ infamiâ laborabant, ut docet *Xenophon* Lib. III. Cyropædiæ C. II., 3. ex diviſione Oxonienſi, ubi ſic de Chaldæis montanis, & Armenorum vicinis: πολεμικώτατοι δὲ λέγονται οὗτοι τῶν περὶ τὴν ἐκείνην χώραν εἶναι, καὶ μισθοῦ στρατεύονται, ὁπόταν τις αὐτῶν δέηται, διὰ τὸ πολεμικοὶ καὶ πένητες εἶναι: *bellicoſiſſimi dicuntur hi eſſe, eorum qui eam oram habitant, & mercede merentur, cùm quiſpiam iis indiget, quòd bellicoſiſſimi ſint & pauperes.* Similia habentur, in ſequentibus §. 12. Latrocinia etiam ab iis exercita ex eodem loco *Xenophontis* liquet.

Tribus globis confectis, &c.] *Poſuerunt tria capita*, שמו שלשה ראשים, *ſchamou ſchel-ſchah raſchim*. LXX. Intt. οἱ ἱππεῖς ἐποίησαν ἡμῖν κεφαλὰς τρεῖς. Hieronymus: *turmas tres*. Cur equeſtres copias hîc quæſiverint non intelligo; niſi hi latrones, jam ab illis temporibus, equis uterentur.

19. *A ſolitudine*] מעבר המדבר *è trans deſertum*, vel *è latere deſerti*. Vel occidentalis, quaſi è Syria flans; vel auſtralis, quaſi ex Arabia felici ſpirans, & inſtar turbinis circumacto impetu domum evertens.

In quatuor domûs angulos] Hinc intelligere licet Jobo ejúſque liberis tribui hîc, eo certè tempore, non tentoria, qualia erant Scenitarum Arabum; ſed domos, non quidem magnæ firmitatis, firmiores tamen tabernaculis, quibus collabentibus tot homines ægrè potuiſſent opprimi. Nihil vetat Jobum, ſi fuit, ex eorum Arabum numero fuiſſe, qui in urbibus aliquando certè habitabant. Vide not. ad Gen. XVI, 12.

20. *Surrexit Jobus*, &c.] Quamvis ſæpe abundet verbum *ſurrexit*, hîc non videtur abundare, ſed Jobus deſcribi quaſi ſurgens; cùm antea ſederet, ut lugentis habitu indueretur.

Laceravit pallium, caput totondit] Notiſſima luctûs indicia. Vide ad Gen. XXXVII, 29. & Levit. X, 6. Lacerare veſtes licuit apud Iſraëlitas, ſed non capillos tondere, mortui causâ. Vide Levit. XXI, 5. Ceteroquin, apud alias gentes, uſitatum fuit. Vide Eſa. XV, 2. Jerem. XVI, 5. XLVIII, 37.

Deum adoravit] Supplevi vocem *Deum*, quæ frequenter jungitur verbo וישתחו *vajiſchtbabbou*, aut etiam ſubauditur. Sequentia verba hoc ſuadent, in quibus Jobus ſe ſe divinæ voluntati ſubjiciens deſcribitur. Sic & in Alexandrino Codice LXX. Intt. προσεκύνησε τῷ κυρίῳ.

21. *Nudus, inquit*, &c.] Sic *Silius Italicus* Lib. V, 266.

——— *modò quem Fortuna ferendo*
Congeſtis opibus, domiſque referſit opimis,
NUDUM *Tartareâ portavit navita cymbâ.*

Nudus

Digitized by Google

tuæ epularentur, biberéntque vinum domi fratris ſui primogeniti; 19. ecce verò ventus vehemens ortus eſt à ſolitudine, cúmque in quatuor domûs angulos incidiſſet, corruit *illa* in adoleſcentes, qui mortui ſunt; ego autem ſolus effugi, qui hæc tibi nunciarem.

20. Tum ſurrexit Jobus, laceravit pallium, caput totondit, & corruens in terram *Deum* adoravit, 21. ac nudus, inquit, ex utero matris meæ egreſſus ſum, nudus eò revertar. Jehova dederat, Jehova abſtulit, ſit nomen ejus benedictum! 22. Nullo horum *dictorum* peccavit Jobus, neque Deo inſipientiam tribuit.

II. Jobus,

maximum epularentur, 19. proceloſo vento è ſolitudine ſubito flante ita concuſſum tabernaculum, ut omnes oppreſſiſſet atque occidiſſet; ſe vero unum cladis ſuperſtitem eſſe, qui calamitatem nunciaret.

20. Ibi verò Jobus pallium laceravit, tonderi ſe juſſit, pronuſque in humum Deum adoravit, 21. ac nudus, inquit, cùm ex utero matris meæ exierim, nudus ibo in terram omnium communem matrem. Deus quæcumque habui mihi dederat, idemque, ea quibus me donaverat, jure ſuo, repetit; nec minus propterea laudandus. 22. Quibus in verbis, nihil fuit, quo Deo Opt. Max. quidquam detraheret ex iis, quæ ei debentur.

PARA-

Nudus eò revertar] אשוב שמה *aſchoub ſchammah*. Quandoquidem Jobus in uterum matris, unde nudus prodierat, redire non poterat; nonnulli volunt hoc δυναστικῶς dictum, & à Jobo terram oſtenſam; quaſi dixiſſet: ut nudus ex utero matris, quæ me peperit, exivi: ſic nudus in uterum matris communis (terræ, nimirum) redibo. Sed non ſunt verba ad vivum reſecanda, ubi de ſententia conſtat. Hoc vult Jobus, ut nudus vitam ingreſſus erat, ſic nudum ex ea egreſſurum. Habet Thargum: לבית קבורתא *in domum ſepulturæ*. Dignum tamen eſt quod hîc memoretur dictum Caroli V. Imp. qui cùm terram Hiſpaniam adtigiſſet, proſtratus oſculum ei fixit, & *ſalve*, inquit, *mihi optatiſſima mater; nudus ex utero matris exivi, nudus ad te, tamquam alteram matrem, redeo; & quod unum poſſum, pro tam multis in me meritis, corpus meum & oſſa mea do, dedicóque*. Ex Hiſpanis Scriptoribus refert *Jac. Aug. Thuanus*, Hiſtor. Lib. XVII. extremo.

Jehova dederat, &c.] Idem ſenſus non rarò, apud veteres Ethnicos, occurrit. Romani de M. Antonino Philoſopho: *à Diis commodatus ad Deos redit*. *Julii Capitolini* C. XVIII. Poſt hæc verba, habent LXX. Intt. ὡς τῷ κυρίῳ ἔδοξεν οὕτως ἐγένετο. Vulgatus, *ſicut Domino placuit, ita factum eſt*. Quæ verba vult *Lud. Cappellus* deeſſe in Hebraïcis Codicibus, Crit. Sacræ Lib. II. C. XIV, 1. Additum potiùs à Græcis crediderim.

Abſtulit] Vide ad C. II, 6.

Sit nomen ejus benedictum] שם יי מבורך *ſchem Jehovah mborach*; hoc eſt, non minùs reverenter de Deo loqui me par eſt, nec minùs eum laudare debeo. Nam paſſim *nomen Dei* & *Deus* unum idémque ſunt.

22. *Nullo horum dictorum*] *In omni hoc non peccavit*. Hæc videntur ſignificare Jobum, in ſequentibus, non ita reverenter de Deo loquuturum; nec ſatis æquo animo calamitatem ſuam paſſurum; quod ſequentia reverâ oſtendunt. Non quamvis meritò dixerit calamitates ſubitas & ſingulares, quæ ſibi immiſſæ erant, non fuiſſe pœnas ullius flagitii novi, aut inuſitati, quod commiſiſſet, Deúſque hoc probet, quia verum erat; non ſequitur tamen eum ubique ſatis reverenter de Deo loqui; quod hæc verba innuere videntur. Ceterùm ut hæc de viro pio, cui mala contigiſſent, quæ hîc narrantur, itáque loquutus eſſet, quemadmodum Jobus loquitur, meritò dicuntur: ſic nec abſurdè idem dixeris de piis Judæis, qui, unà cum malis, in captivitatem abducti ſunt, & æquo animo ærumnas illas ſuas tulerunt; quamvis nullius peculiaris ſceleris ſibi conſcii eſſent, quo inuſitatas illas pœnas, pro divinæ Providentiæ ſolita bonitate, contraxiſſe ſibi præ ceteris, intelligerent.

Neque Deo inſipientiam tribuit] לא נתן תפלה לאלהים, *non dedit ſtultitiam Deo*. LXX. Intt. οὐκ ἔδωκεν ἀφροσύνην τῷ Θεῷ. Vulg. *neque ſtultum quid contra Deum loquutus eſt*. Videtur hoc velle, Jobum nihil dixiſſe, quod Providentiam Divinam inſipientiæ argueret; quemadmodum ſolebant Ethnici, ſi quam calamitatem paterentur, quam ſe meritos non eſſe putabant. Veterum Orientis Idololatrarum nobis non ſuppetunt libri, ex quibus eos ita ſe geſſiſſe oſtendamus; ſed non eſt cur Græcis & Romanis ſapientiores eos fuiſſe putemus, qui Diis conviciari, ſi quid immerentes, ut putabant, patiebantur, ſolebant. Quod multis exemplis comprobare liceret, ſi hoc ageretur. Vide dicta à nobis ad *Pedonis Albinovani* Elegiam I, 130, 187. & 195.

COM-

Digitized by Google

II. Jobus, moleſto ulcere à capite ad calcem adfectus, ex impatientia tamen in Deum non peccat, ab uxore licèt irriſus. Inviſunt illum tres amici, cum quibus tacitus, per ſeptiduum, in pulvere ſedet.

CAPUT II.

1. CUM verò *alio* die conveniſſent filii Dei, ut ſe coram Jehova ſiſterent, venit etiam Satan inter eos, ut ſe *quoque* ſiſteret Jehovæ. 2. Jehova verò Satanæ, unde venis? inquit. Jehovæ Satan reſpondit, & ex peragranda, inquit, obeundáque terra. 3. Jehova autem Satanæ, an animum advertiſti, inquit, ad ſervum meum Jobum, nec quemquam inſtar ejus in terra virum eſſe integrum, rectum, Dei timentem & qui malum

PARAPHRASIS.

1. CUM autem alio die ad Deum conveniſſent Angeli, ſe quoque Satanas intet alios ei ſtitit. 2. Tum verò Deus Satanæ, unde, inquit, venis? Is ſe terram peragraſſe, ut quid, apud homines geretetur, reſpondit. 3. At Deus illi, annon animadvertiſti, inquit, Jobi integritatem, religionem, & omnium vitiorum fugam? Vidiſti virtuti addictiſſimum, nec eò minùs me in illum concitare auſus eum, ut ſine ratione, quæ tua nequitia eſt, effeciſti ut optimum virum malè haherem. 4. At Satanas Deo:

Unusquisque ſui potiſſimùm amans eſt, & modò ipſe incolumis ſit cetera non multùm curat. 5. Nunc verò ſi ipſum malè habueris, eum tibi palam detrahentem audies. 6. Tum Deus repoſuit, poſſe Satanam eum malè habere, ita tamen ut vitæ ejus parceret. 7. Satanas vero, eâ poteſtate accepta, è cœtu

COMMENTARIUS
In CAPUT II.

1. C*Um verò alio die*] ויהי היום *& fuit dies*, ſed *alium* addidi, ob antecedentem, qui Capite ſuperiore memoratur, cujus vide verſ. 6.

3. *Ut ſine ratione eum perderem*] לבלעו חנם *lballebo bhinnam*, ad abſorbendum eum gratis. Sive hæc eſt Hiſtoria, ſive Parabola, ſatis liquet verba hæc non eſſe nimiùm urgenda; quaſi Deus fateretur Cacodæmoni ſe injuſtè ei Jobi facultates, liberóſque perdendi facultatem dediſſe, incitatum pravi Genii calumniis. Hoc tantùm Scriptor voluit, ſive virum illum, cui Jobo nomen erat, ſive eos quorum imago eſt, in hac Parabola, (ſi Parabola ſit) calamitatibus iis communibus cum malis, non dare pœnas flagitiorum, quæ admiſerint, ſed alia de ratione iis ſubjacere; quia, nimirum, hoc ad illuſtrandam veram Virtutem multùm facit. Hinc enim liquet minimè eſſe mercenariam, ut ad Cap. I. jam diximus. Hoc quoque ad confirmandos bonorum animos ſpectat, quippe qui hinc intelligant calamitates non ſemper ab irato Deo immitti, nec proinde iram ejus Virtuti adhærentes pertimeſcant, atque ab eo deficiant; ſed exſpectent meliora tempora, quibus Deus eos liberabit. Hæc ſummopere neceſſaria fuerunt, iis temporibus; quibus, cùm obſcurior etiamnum eſſet alterius vitæ, poſt hanc mortalem, felicitas, infeliciter agentes boni poterant ærumnis vitæ labefactari, & Virtuti velut inutili valedicere. Contraria omnia ex hac, ſive Parabola, ſive Hiſtoria colligi poſſunt.

4. *Cutem pro cute*, &c.] עור בעד עור *hor behad hor*. Proverbium eſt, quo hoc videtur ſignificari: ſi cute dandum eſt ſupplicium, præſtat cute alienâ dare, quàm ſuâ; qualis eſt cutis liberorum & ſervorum, quos homines perire malunt, quàm ſe. Videtur deſumtum eſſe ex more quodam Orientalium, quorum delicta interdum cute alienâ, ut ſervorum, luebantur; quod & in Occidente aliquando factum, ubi ſervi torquebantur ac flagris cædebantur; ut herilia ſcelera revelarent, corióque ſuo, ejus causâ, pœnas darent. *Cutis* pro toto homine hîc ſumitur, ut interdum χρῶς, apud Græcos, & *cutis*, apud Latinos. Itaque hoc vult Cacodæmon, Jobum, quandoquidem videbat ſe Deo pœnas debere, malle ei aliorum corporibus ſatisfacere, quàm ſuo; itaque æquo animo mortem ſervorum, & liberorum tuliſſe.

Quidquid viro eſt pro ſe dabit] Malunt homines ſua perire, quàm ſe.

5. *Percute oſſa ejus & carnem*] גע אל עצמו ואל בשרו, *tange ad os ejus & carnem*; hoc eſt, ejus corpus, quod doloribus ure. Vide ad Cap. I, 11.

6. *Vitam ei ſervato*] את נפשו שמר *animam ejus ſerva*; hoc eſt, ne adtingas, ægrotet quidem, ſed non lethaliter. Aliquando verba activa adhibentur, ubi nulla eſt actio, ſed potiùs ceſſatio. Sic Cap. I, 21. *Jehova abſtulit*, hoc eſt, auferri paſſus eſt. Vide *Sal. Glaſſium* Gram. Sacræ Lib. III. Tract. III. canone 11.

7. *Inflammatione malignâ*] בשחין רע *biſchebhin rah*. LXX. Intt. ἕλκει πονηρῷ. Vulgatus: *ulcere peſſimo*. Servat vocem Chaldæus, qui habet שיחנא בישא, quia vox reverâ Chaldaica eſt, ut monuimus ad Exod. IX, 9. ubi quodnam genus morbi ſit diximus. Non eſt quidem lethalis, ſed moleſtus & plenus ſummâ anxietate & jactatione corporis; qualia ſunt *ſacer ignis* & ἐξανθήμασι de quibus *Celſus* de Medicina Lib. V. c. XXVIII. 4, 15. aliáque id genus. At quodnam genus inflammationis hîc intelligatur, nemo dixerit. Satis eſt inflammationem eſſe, aut morbum cutis ex inflammatione ortum. Quod commenti ſunt viri eruditi de morbo ſimili lui Venereæ, quæ *Neapolitanus morbus* dici ſolet, de Elephantiaſi, déque ulcere Syriaco, cui eſſet admiſtum Scorbutum, & morbo plurium complicatione conſtante, ea omnia ſunt aut incertiſſima, aut etiam parum probabilia. De iis vide *Thom. Bartholinum* de Morbis Biblicis c. VII. & *Henr. Valentin. Voglerum* de rebus nat. ac medicis, quarum in Scriptura fit mentio, ad hunc locum. *Origenes* contra *Celſum* Lib. VI. p. 503. ait Dæmonem Jobum [illegible] ἀγρίῳ ἐλέφαντι, *Elephantiaſi acerbâ circumdediſſe.*

A Planta pedis ad capitis verticem] Sparſa, nempe,

Digitized by Google

lum fugiat? Retinet *adhuc*, integritatem ſuam, at tu incitaſti me, ut ſine ratione eum perderem. 4. Reſpondit rurſus Satan Jehovæ, & cutem pro cute, inquit, & quidquid viro eſt pro ſe dabit. 5. At nunc injice ei manum, percute oſſa ejus & carnem, *ac videbis* annon in faciem tibi ſit maledicturus. 6. En verò, inquit Jehova Satanæ, eum in manu tua, verùm tamen vitam ei ſervato. 7. Tum egreſſus Satan è conſpectu Jehovæ, Jobum adſecit inflammatione malignâ, à planta pedis ad capitis verticem.

8. Sumſit verò Jobus teſtam, quâ ſe ſe ſcalperet, atque in medio cinere ſedit. 9. At uxor illi, etiámne, inquit, retinens es tuæ probitatis? Deo benedicito, & morere. 10. Verùm Jobus, loqueris, inquit, ut ſtulta mulier loqui ſolet. Bonum quoque à Deo accipimus; annon etiam malum *æquo animo* accipiemus? In omnibus hiſce, non*dum* ſermonibus ſuis peccavit Jobus.

Audi-

cœtu Angelorum egreſſus, gravi morbo adfecit, qualis eſt qui a Medicis *ſacer ignis* dicitur, quo puſtulæ, per totum ejus corpus, eruperunt; qui moleſtiſſimus eſt, quamvis lethalis non habeatur.

8. Cùm verò Jobus incommodiſſimo pruritu laboraret, & inſtrumento careret, quo ſe ſcabere aliàs ſolebat, teſtâ ſe ſcabere cœpit, atque in pulvere ſedit. 9. At ejus uxor parum religioſa, pietatem erga Deum, quâ excellebat, irridere cœpit, & dictitare eum fruſtra pietatem coluiſſe, & Deo benedicere, cùm nihilo ſeciùs eo morbo lethali eſſet interiturus. 10. At Jobus furioſam mulierem caſtigavit, monuit homines, qui tot beneficiis immeritis adfecti fuerunt, propter nonnulla vitæ incommoda non debere excandeſcere. Quibus in verbis nihil erat, quod Deum offendere poſſet.

Hæc

nempe, per totam cutem ἐξανθήματα, aut ſimile quiddam. In calidioribus oris, morbi cutis frequentiores & moleſtiores ſunt, quod ex hodiernis etiam Itinerariorum Scriptoribus conſtat. Vide *Thevenotium* in Itiner. Part. II. Lib. I. c. 80.

8. *Teſtam quâ ſe ſe ſcalperet*] חרש להתגרד בו *chhereſch lehithgared bo*. Satis quidem ex Chaldaïca Lingua conſtat, cujus in hoc libro multa ſunt clara veſtigia, verbum התגרד quod in hoc ſolo Scripturæ V. T. loco legitur, eſſe *ſeſe ſcabere*, aut cutem lacerare, ſed cur teſta utebatur, ut ſe ſe ſcaberet? Sunt qui velint factum id, ob intolerandum pruritum, alii verò ritum hunc fuiſſe lugentium, qui ſe teſtâ ſcabebant. Sed cùm poſterior ſententia nullo alio exemplo confirmetur, priorem prætulerim; & facilè fieri potuit ut toto corpore prurîtu laborante, cùm nemo adeſt qui ægrum ea in re adjuvet, teſtâ utatur ad ſcabendum locum, ad quem digiti pervenire non poſſunt; ut id ſpatium, quod eſt à tergo inter humeros. Conſtat plures morbos cutis cum maximo pruritu eſſe conjunctos. Poſſit etiam fieri ut in iis oris, quemadmodum etiamnum hodie in Oriente, indecorum eſſet ſe ſe ſcabere digitis; qua de cauſa, habent manum eburneam, aut aliâ materiâ conſtantem, qua ſe ſcabunt, ut docet *Joan. Chardinus* Itiner. Perſici T. II. pag. 442. Ed. in 4. Ideò fortè Jobus, eo inſtrumento deſtitutus, ſe teſtâ ſcabebat. Sed & nos non ita pridem in hac urbe & Ultrajecti hujuſmodi manus eburneas, ex India adlatas, vidimus. Attamen & olim, apud Romanos, uſitatum novimus ex Apophoretis *Martialis* §. LXXXI. ubi Scalptorium:

Defendet manus hæc ſcapulas, mordente moleſto
Pulice, vel ſi quid pulice ſordidius.

LXX. Intt. ἵνα τὸν ἰχῶρα ξύῃ, quod Vulgatus vertit: *ut ſaniem raderet*, ſed nihil hîc de ſanie.

In medio cinere] Ut in luctu. Vide Jon. III, 6. LXX. Intt. habent hîc: ἐπὶ τῆς κοπρίας ἔξω τῆς πόλεως. Tum ſubnectunt alia, quorum in textu Hebræo nullum veſtigium, & quæ redolent paraphraſin hominis otioſi.

9. *Etiamne retinens es tuæ integritatis*] Hîc תמה *thummah*, quod ex origine vocis *integritatem* vertimus, ut ſolet, videtur ſignificare *virtutem*, aut etiam *religionem erga Deum*. Violenta mulier, more Ethnicorum, videtur Deum injuſtitiæ & crudelitatis arguiſſe, auditâ ſubitâ liberorum, facultatúmque jacturâ, & ægrè tuliſſe virum ſuum æquo animo hæc omnia paſſum, & Deum etiam laudaſſe, ut Cap. I, 21. Itaque cùm eum videret moleſtiſſimo morbo correptum, hominis religionem irridet, quam inutilem ei fuiſſe putabat.

Deo benedicito, & morere] Hæc inimicè dicuntur à furioſa muliere, quaſi ita loqueretur: i nunc, Deum lauda, & laudibus in caſſum, apud ſurdas aures, effuſis, morere in calamitate tua; non aliter ac homines improbi & impii. Sic *Ovidius* Amorum Lib. III. Eleg. IX, 35.

Cùm rapiant mala fata bonos, ignoſcite faſſo,
Sollicitor nullos eſſe putare Deos.
Vive pius, moriere pius; cole ſacra, colentem
MORS gravis, à templis, in cava buſta trahet.

Miror LXX. Intt. neglectis verbis Hebraïcis, vertiſſe εἰπόν τι ῥῆμα εἰς Κύριον καὶ τελεύτα, neque enim pro ברך *bareeh*, benedicito, putarim eos legiſſe דבר *dabber*, dic.

Hæc & ſuperiora explicuimus, ex ſententia vulgari, quâ hiſtorica hæc eſſe ſtatuuntur; ſed qui putant eſſe parabolica & ſub Jobi perſona deſcribi pios Hebræos, in Captivitatem abductos, non malè etiam ſub perſona ejus uxoris volunt impios, qui Judaïcæ Religioni nuncium remiſerant, irridebántque pios, qui conſtanter ei adhærebant, Deúmque laudabant, quamvis graviſſimis ærumnis premerentur.

10. *Loqui ſolet*] *Ut loqui* (כדבר chedabber) *una ſtultarum loqueris.*

Bonum quoque à Deo accipimus] Hoc eſt, cùm bona etiam à nullo alio accipiamus, quàm à Deo, omniáque ei debeamus; annon æquo animo pati nos decet mala ab eo immiſſa? Particula גם *gam*, quam *quoque* vertimus, reſpicit ad ſequentia. Hæc enim vult Jobus: ſi malum tantùm à Deo acciperemus, poſſemus queri, ſed גם את הטוב נקבל *etiam bonum accipimus*, ideóque mala bonis penſanda ſunt, & in ejus voluntate adquieſcendum, ſi quid mali nos pati velit.

Nondum ſermonibus ſuis peccavit Jobus] *Non* pecca-

[11]. Audiverunt autem tres Jobi amici omnem hanc calamitatem, quæ ei contigerat; unusquiſque eorum è loco ſuo venit, Eliphazus Themanita, Bildad Suchita, & Tſophar Nahamathita; convenerúntque, ut irent ac oſtenderent ei ſe ejus cauſâ dolere, eúmque ſolarentur; [12]. & cùm è longinquo oculos in eum conjeciſſent, non agnoverunt. Quare exclamantes fleverunt & ſciderunt quiſque pallium, & projecto in cœlum pulvere capita ſua ſparſerunt. [13]. Tum humi ſeptem diebus, ſeptémque noctibus ſederunt, nec quiſquam verbum ullum protulit, quo eum adloqueretur, quod maximus eſſet ejus dolor.

III. *Jo-*

[11]. Hæc cùm audiſſent très amici Jobi, calamitatéque ejus perculſi fuiſſent, eum inviſerunt. Erant autem tres viri non indocti, ex vicina Arabia; Eliphazus, videlicet, Themanita, Bildadus Suchita & Tſophar Nahamathita, qui convenerunt ut eum inviſerent, ærumniſque amici ſe etiam angi oſtenderent. [12]. Cum eum è longinquo jacentem proſpexerunt, vix infelicem agnoſcere potuerunt. Quare propius accedentes, in ejulatus & lacrimas erumpentes, pulverem in aërem conjectum capitibus exceperunt; [13]. tum per ſeptem dies humi jacuerunt, nec ſolari oratione infelicem Jobum conati ſunt, quod dolor ejus ſolatium nondum admitteret.

PARA-

peccavit Job, in ſuis labiis. Hæc innuunt in ſequentibus nonnihil peccatum, ut diximus ad Cap. I. 22.

11. *Eliphazus Themanita.*] אליפז התימני *Eliphaz hatthemani.* Vertunt LXX. Intt. Θαιμανῶν βασιλεύς. תימן *Theman* videtur eſſe nomen idem ac ימן *Jemun*, eóque ſignificari meridiana quædam regio. Nemo neſcit ימין *jamin* meridiem dici, quaſi dextram partem mundi; & ſæpe תימן *theman*, LXX. Intt. ceteriſque omnibus νότος, *auſter*, *meridies*, transfertur. Verùm alii Idumææ, alii Arabiæ partem hac voce ſignificari putant. *Euſebius* in locis Hebraicis: Χώρα ἡγεμόνων Ἐδὼμ, ἐν τῇ Γεβαλιτικῇ ἀπὸ Θαιμὰν, υἱοῦ Ἐλιφὰζ, τοῦ Ἡσαῦ, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔτι νῦν κώμη ἐστὶ Θαιμὰν ἀπέχουσα Πετρῶν ἀμφὶ τὰ ιε. σημεῖα, ἐν ᾗ καὶ ἐγκάθηται στρατιωτικὸν, ὅθεν ὡρμᾶτο Ἐλιφὰζ ὁ Θαιμὰν βασιλεύς· καὶ τοῦ Ἰσμαὴλ δὲ Θαιμὰν γεγονέναι λέγεται παῖς· καὶ πᾶς δὲ ὁ αὐτὸς οὗτος τόπος οὕτω καλεῖται· καὶ γὰρ ἑρμηνεύεται Θαιμὰν, νότος. *Hieronymo* interprete: *Theman regio principum Edom, in terra Gebalitica à Theman filio Eliphaz, filii Eſau, ſortita vocabulum. Sed & uſque hodie eſt villa, nomine Theman, diſtans ab urbe Petra quinque* (*vel* quindecim) *millibus, ubi & Romanorum militum præſidium ſedet. De quo loco fuit Eliphaz Rex Themanorum. Unus quoque filiorum Iſmaël appellabatur Theman. Sciendum autem quod omnis auſtralis regio Hebræis Theman dicitur.* Poſtea: Θαιμὰν, ὡς Ἰεζεκιὴλ, πόλις τῆς Ἰδουμαίας· ὡς δὲ Ἡσαΐας πόλις τῆς Ἀραβίας· κεῖται καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ· ἐν δὲ τῷ Ἀβδιοὺ λέγεται πόλις Ἡσαῦ. Θαιμὰν δὲ καὶ εἷς τῶν υἱῶν Ἡσαῦ ἐκαλεῖτο. Liquet ſanè ſic vocari urbem Idumææ ex Jerem. XLIX, 7, 20. & Amos I, 11, 12. Fuit etiam Eliphazus Heſavi filius, & Theman Eliphazi, ut liquet ex Gen. XXXVI, 11, 12. Sed filius Iſmahelis vocabatur *Thema*, Gen. XXV, 17. At cùm *Theman* frequenter ſignificet Meridiem, Arabiáque felix ſit regionum, quæ Judææ vicinæ ſunt, maximè meridiana, quamobrem dicitur ימן *jaman*, & cum Arabico Articulo אלימן *aljaman*; crediderim ex Arabia Felice veniſſe Eliphazum, quæ hîc ſignificatur voce *Theman*. Arabes ſapientiæ famâ ſemper celebres fuere. Vide ad I. Reg. IV, 30. Si quis tamen malit Idumæum intelligi, propter nomina Eliphazi, & Themanis, & quòd ii populi etiam ſapientes haberentur, ut liquet ex Jerem. XLIX, 7. non intercedam. Oportet, ſive hæc ſit vera Hiſtoria, ſive Parabola tantùm, amicos Jobi haberi veri Dei cultores; quales erant multi, quibus Hebræorum Religio non improbabatur.

Bildad Suchita] בלדד השוחי *Bildad haſſchouhhi.* LXX. Intt. Σαυχέων τύραννος. Ubi fuerit *Suach* non conſtat; Idumææ, aut Arabiæ videtur fuiſſe locus.

Tſophar Nahamathita] צופר נעמתי *tſophar nahamathi.* Non magis liquet ubi eſſet *Nahama*, ſed circa eadem loca eam fuiſſe oportuit.

Oſtenderent ei ſe ejus cauſâ dolere] לנוד לו *lanoud lo.* Vide Pſ. LXIX, 21. Jerem. XVI, 5. XLVIII, 17. LXX. Intt. hoc & ſequens verbum vertunt παρακαλέσαι καὶ ἐπισκέψασθαι αὐτόν. Vide ad CXLII, 11.

12. *Et cùm è longinquo*, &c.] *Et ſuſtulerunt oculos ſuos è longinquo.*

Exclamantes fleverunt] *Et ſuſtulerunt vocem ſuam & ſciderunt*, &c.

Sciderunt quisque pallium] More ſolito, in calamitatibus. Gen. XLIV, 13.

Et projecto in cœlum pulvere, &c.] *Et ſparſerunt pulverem ſupra capita ſua, cœlum versùs.* Aliud hîc nihil quærendum, præter lugentium ritum, qui manibus ſuis pulverem in aërem jaciebant, quem nudis capitibus excipiebant. Vide ap. Joſ. VII, 6.

13. *Septem diebus*, &c.] Quaſi cultores Dei, qui ſeptem diebus omnia creavit; quò ſeptenarius numerus paſſim reſpicit.

Sederunt] Aut jacuerunt, ſi dormire vellent. Non eſt inuſitatum in Oriente humi dormire, ſtragulâ veſte tantùm ſubjectâ; ſed hîc nihil, præter ſolita indumenta, corpori ſuo ſuppoſuerunt. Quamvis ex Scriptoribus, qui de moribus Orientalium ſcripſerunt, ſatis conſtet ſolitos Orientales multò diutiùs uno in loco ſedere, & cubare, quàm Europæos, nec ambulare ſolere, ut nos; attamen, intelligenda hæc ſunt de maxima parte temporis. Vide hac de re Itinerarium Perſicum *Joannis Chardini.*

Nec quisquam verbum ullum protulit.] Quia timebant ne dolorem ejus exacerbarent, ſi de hiſtoria quidem vera ſermo ſit; ſi verò de Parabola, quia mos is fuit Orientalium.

COM-

III. *Jobus in querelas erumpit, diei ſuo natali malè precatur, optátque, ob calamitatem ſuam, ſe numquam natum fuiſſe, aut quàm primùm mortuum.*

[1]. POSTEA, ore aperto, Jobus diei ſuo *natali* malè precatus eſt, [2]. coepitque loqui & dixit: [3]. pereat dies quo natus ſum, & nox quâ dictum eſt *de me*: maſculus eſt CAPUT III.

P A R A P H R A S I S.

[1]. CUm verò aliquo modo elanguiſſet dolor, cœpit Jobus diem ſuum natalem, quaſi infauſtum, maledictis inceſſere, prout Orientales populi, in inſigni calamitate, ſolebant; [2]. & oblivioni, inquit, mandetur infauſtus ille dies quo natus ſum; ut & nox, in qua obſtetrix parentibus meis natum eſſe puerum dixit! [3]. Spatium illud viginti quatuor horarum perpetuis tenebris damnetur, neque id nu-

C O M M E N T A R I U S
In Caput III.

1. *POſtea ore aperto Jobus*, &c.] *Poſtea aperuit Job os ſuum.* Rupto ſilentio, queri cœpit; ut ſolet fieri, in maximo luctu, ubi primùm eſt ſilentium, animi dolore adtoniti indicium, deinde ejulatus.

Diei ſuo natali] Verſ. 3. & ſeqq.

2. *Cœpitque loqui & dixit.*] ויען איוב ויאמר *vajjaban Ijob vajjomer.* Eſt repetitio Hebraica. Notum eſt ענה *hanab* non tantùm eſſe reſpondere, ſed etiam priorem loqui.

3. *Pereat dies, quo natus ſum*, &c.] Ab hiſce verbis, ſi *Hieronymo* credimus, *hexametri verſus ſunt, dactylo, ſpondeóque currentes, & propter Linguæ idioma, crebrò recipientes & alios pedes, non earumdem Syllabarum, ſed eorumdem temporum. Interdum quoque rhythmus ipſe dulcis & tinnulus fertur, numeris lege ſolutis, quod metrici magis, quàm ſimplex lector, intelligunt.* Sed hæc mera ſunt commenta hominum non ſatis Hebraïcè doctorum, ut oſtendimus in Diſſertatione de Libro Jobi. Verba autem hæc non ſunt nimiùm urgenda, quippe quæ ſenſu omni carerent. Quomodo enim dies præteritus *perire* poteſt? Quod factum eſt infectum fieri nequit. Sed ſcriptor hujuſce libri dolorem Jobi, ſi fuit revera vir ullus, cui hæc contigerint; vel viris piis, iiſdémque in hac vita infeliciſſimis, hæc verba ἐσχηματισμένα tribuit, quibus ſignificat ſatius eſſe miſeris, quales erant, non naſci; quàm natis & aliquamdiu florentibus in calamitates tantas incidere. Similia fermè ſunt verba *Statii* Protreptico ad Criſpinum, quem mater veneno tollere tentaverat. Lib. V. Silv. 2. verſ. 88.

Excidat illa dies ævo, ne poſtera credant
Secula, nos certè taceamus & obruta multâ
Nocte tegi propriæ patiamur crimina gentis.

Quæ verba *Chriſtophorus Thuanus*, Pariſienſis Senatûs Præſes, egregiè aptabat lanienæ Pariſienſi anni MDLXXII. ut docet ejus filius *Jac. Auguſtus Thuanus* in Hiſtoria, ad annum. Simile quid obverſabatur Scriptori Herculis OEtæi, cùm eum dicentem inducit, verſ. 1131.

Converte, Titan clare, anhelantes equos,
Emitte noctem, pereat hic mundo dies,
Quo morior, atrâ nube inhorreſcat polus!

Duo præterea hîc non ſunt prætermittenda. Unum eſt, orationes Jobi ejúſque amicorum, Orientalis Rhetoricæ pigmentis refertas, non ita ex eorum ore prodiiſſe (licèt Hiſtoria, non Parabola, habeatur) quales hîc leguntur. Non ſunt hi extemporales ſermones, ſtyluſque, quo ſolerent vulgò uti. Itaque ſi orationum verè habitarum ſententia hîc exprimitur, ſententia tantùm eſt, non ipſa verba; nec certè tam longi ſermones potuere verbo tenus ſcriptis mandari, niſi ab ipſis qui eos habuerunt dictati ſint, quod veriſimile non eſt. Alterum verò, hæc verba Jobi impatienter calamitatem ſuam ferentis, non eſſe ſine delicto; quamvis, ad ſummam rei quod adtinet, verum dicat; nimirum, vitæ ſingulares ærumnas, quales patiebatur, non eſſe ſingularis nequitiæ pœnas habendas. Niſi malorum ſenſus acutiſſimus hominem præter modum exacerbaſſet, non ita loquutus eſſet, ut loqueretur, qui ſe numquam fuiſſe, quàm in tantas ærumnas incidiſſe mallet. Erat, vel in eo ſtatu, cur Deo, ob præterita, præſentiáque beneficia, gratias haberet atque ageret, & liberationem futuram æquiore animo exſpectaret; quod etiam interdum facit, nam quæ, præ dolore & anxietate, acerbiora profudit, ea melioribus dictis penſat; cujus inſigne eſt exemplum, quod ad finem Cap. XIX. habemus. Addendum etiam hiſce obſervationibus, hinc liquere, ut ex multis aliis locis, non ſatis dilucidam fuiſſe, eo ævo, alterius vitæ cognitionem; nam quiſquis beatam vitam, poſt hanc ærumnoſam, exſpectat, is numquam ſe optat in rerum natura non eſſe, cùm æternæ felicitatis poſſeſſio, poſt breve hoc ævum, pios maneat; nec breviſſima mala ſint ullâ ratione ſempiternæ beatitati æquiparanda. Sed ignoſcendum eſt dolori, & ratio habenda eſt temporis, ſi rectè de Jobo judicare velimus. Laudanda patientia, extollenda fides, prædicanda virtus hominis, quæ, pro temporibus, magnæ fuerunt, encomiáque Scriptorum Sacrorum meritò tulerunt; quamvis Chriſtianis non liceret eodem modo loqui, quo hîc loquens inducitur. Quæ ſemel paullò pluribus monenda credidi, ne ſæpiùs eſſent repetenda.

Maſculus eſt natus] הורה גבר *borah gaber*; hoc eſt, pro ſolita verborum ſignificatione, *conceptus eſt vir.* Ideò Vulgatus; *conceptus eſt*

eſt natus. 4. Dies ille ſit caliginoſus, Deus ex alto in eum non inquirat, nec lumen ei illuceat. 5. Polluant eum tenebræ & umbra mortifera, ei incumbat nubes, terreant illum ut qui malè precantur diei. 6. Noctem illam invadat caligo, ne ſit inter dies anni, nec in numerum *dierum* menſium veniat. 7. Sit illa nox ſolitaria, neque con-

numero dierum habeat Deus! 4. Perpetuâ nocte, per viginti quatuor horas, obſcuretur; ne per nubes liceat ſtellas cernere, ita ut terreat, haud aliter ac infauſti dies. 6. Perpetua caligo eam abſorbeat, vetétque quominùs ejus diei ratio habeatur; ita ut non numeretur inter anni dies, aut noctes. 7. Sit illa nox ſolitaria, neque ullo cœtu exhilaretur, neque cantico ullo jucundo cohoneſtetur.

homo. Sed de natalibus, non de conceptione loquitur Jobus, ut antecedentia verba & res ipſa oſtendunt. Vide & 1. Par. IV, 17. At LXX. Intt. habent ἰδοὺ ἄρσεν, *en maſculum*, quaſi pro הורה *horah* legerint, aut legendum cenſuerint הנה *hinneh*, ecce, ut rectè animadvertit *Lud Cappellus.* Quare miror, in verſione hujus libri è Græco, quæ *Hieronymo* tribuitur, legi etiam *conceptus eſt homo*; quod à Græcis LXX. Intt. verbis nimiùm recedit, ſed conſentit cum *Symmacho*, qui habebat ἐν ᾧ ἐκυήθη ἄνθρωπος. Hæc verba ſunt obſtetricis, aut alius mulieris, quæ patri Jobi nunciavit natum eſſe ei filium. Vide ſimilem locum Jerem. XX, 15.

4. *Caliginoſus*] חשך Hohſchech, *caligo.* Ne ſol eo die oriatur, ſed nox ejus, ſeu quâ inchoatur, cum ſequente nocte, uno tenebrarum tenore conjungatur. Hic משל *maſchal*, hoc eſt, ἐσχηματισμένος λόγος Poetarum Tragicorum figuras æquat, aut etiam ſuperat.

Deus ex alto in eum non inquirat] Non magis curet Solem ei oriri, quàm ſi nullus eſſet, ut ſequentia verba oſtendunt.

5. *Polluant eum tenebræ*] יגאלהו חשך *jigalahoa hhoſchech.* Sunt qui verti velint *vindicent eum ſibi tenebræ*, quòd גאל, in Kal, *redimere*, ac *vindicare ſibi* ſignificet; in Pihel verò *polluere.* Sed hiſce litteris יגאלהו æquè ſubjici poſſunt puncta conjugationis *Pihel*, ac *Kal*; nec ſatis conſtat, in ſola conjugatione *Pihel*, *polluendi* poteſtatem obtinuiſſe. Itaque hanc prætulimus, ita ut hoc velit Jobus, ſe optare eum diem, propter perpetuas tenebras, veluti *pollutam*, hoc eſt, nefaſtum haberi, nec in eo quidquam ullius momenti inchoari. *Aquila* verterat μολύναι. Thargum habet יטנפון jettannenoun, *polluant.* At LXX. Ἐκλάβοι αὐτὸν σκότος. Vulgatus: *obſcurent eum tenebræ*, unde liquet eos ſenſum ſpectaſſe, potiùs quàm verba. *Symmachus* verò: ἀνθεπισπάσαιτο αὐτῆς, & *Theodotion* ἀγχιστευσάτω αὐτὸν, quæ oſtendunt ſignificationem *ſibi vindicandi* eos ſequutos.

Umbra lethifera] צלמות *tſalmaveth.* Deducitur vulgò è צל ſtel, *umbra* & מות maveth, *mors*; ita ut ſignificetur umbra lethifera, ſeu tenebræ quæ mortis cauſa ſunt; quales ſunt locorum opacorum aut cavernarum umbræ, in quibus feræ latebant, & unde prodeuntes pecudibus & hominibus mortem inferebant. Nec alius ſenſus eſſe poteſt, ſi pronunciationem vulgarem ſequamur. Sed vide not. ad Cap. X, 21.

Terreant illum, ut qui malè precantur diei] כמרירי יום *chimrire jom.* Obſcuriſſima eſt vocum harum prior, nec parum Interpretes torſit. Nos partim ſequuti ſumus LXX. Intt. qui habent καταραθείη ἡ ἡμέρα, unde colligere eſt eos כמרירי deduxiſſe ab ארר arar, *malè precatus eſt.* Primùm τὸ כ interpretamur *ut*, deinde מרירי *mrire* putamus eſſe idem ac מארירי *maarire*, participium *Hiphil*, in ſtatu conſtructo. Τὸ א eliſum eſt aut à Librario, aut per Craſin, ut הסורים pro האסורים *vincti* Eccleſiaſt. IV, 14. & הרמים pro הארמים *Syri*, 2 Par. XXII. 5. Alia exempla vide apud *Lud. Capellum* Crit. Sacræ Lib. III. C. X, 36. Iidem intelliguntur, ac qui infrà verſ. 8. dicuntur אררי יום *orere jom*, malè dicentes diei; niſi quòd poſterius hoc loquendi genus videatur propriè ſignificare eos, qui ipſi per ſe diei malè precantur; prius qui per alios hoc fieri curant. Videtur Jobus reſpicere ad conſuetudinem ſuperſtitioſam eorum temporum, quâ ſolerent nonnulli malè precari cuipiam diei, ut quæcumque in eo ſuſciperentur aggreſſis malè cederent; quam in rem, concepta quædam verba & certi ritus adhibebantur. Fortè vates, aut ſacrificuli, quæ fuit impoſtorum audacia, per ſe talia moliebantur, atque operam ſuam aliis locabant. Putabant vulgò, recitatis illis verbis, adhibitiſque ſollemnibus ritibus, diem infauſtum fieri; quam ob rem deterrebantur ſuperſtitioſi & creduli, ne quidquam eo ſuſciperent. Senſus ergo eſt Johum optare ut die ſuo natali homines terroribus panicis agitentur; ut ſolent, cùm vates quiſpiam diei malè precatus eſt. Notum eſt, apud Græcos & Romanos, fuiſſe dies, quos vocarent ἀποφράδας ἡμέρας & *nefaſtos dies*, quibus ſi quid ſuſciperetur malè cederet. De qua voce, lege quæ *Heſychius* & *Suidas* habent, & præſertim *Luciani* Pſeudologiſtam. Apud Orientales, ſimiliter dies quidam infauſti habebantur, quod liquet ex uſu hodierno Perſarum, de quo *Joan. Chardinus* Itiner. Perſici Tom. III. copioſè egit. Sunt enim non Mohammedanæ ſuperſtitionis pars, ſed antiquæ potiùs Religionis veterum Chaldæorum & Perſarum reliquiæ. Non memini tamen alibi me legere diris precibus, in diem quemdam prolatis, Infauſtum factum fuiſſe. Simili tamen ſuperſtitione, Majores noſtri dixerunt *à la bonne heure*, pro feliciter, & *à la male heure*, pro contrario; unde & *heur* & *bonheur*, pro felicitate & *malheur*, pro infortunio.

Alii verò vocem hanc deducunt à מרר *marar*, amarus fuit, vertuntque *ſicut amarores diei.* Quæ origo vocis placuit *Hieronymo*, cùm habeat: *involvatur amaritudine*, quaſi legiſſet במרירי non כמרירי. *Aquila* tamen habuit ὡς πικρῶν μοι. Sic quoque alii, ſed ſenſu obſcuro, & conſtructione parum expeditâ, quid enim eſt *involvi amarore*, aut *terreri ſicut amaroribus diei*? Scio quid conentur Interpretes, ſed ſunt omnes eorum interpretationes vio-

contingat in ea læta vociferatio. [8]. Qui malè precantur diei eum infauſtum habeant, *eóque* Leviathanem excitare parati ſint. [9]. Obtenebrentur crepuſculi ejus ſtellæ, exſpectet lucem, nec ulla ſit, nec auroræ ortum videat; [10]. quia non occluſit fores uteri *è quo prodii*, & oculis meis moleſtiam *non* abſcondit.

Cur

tetur. [8]. Exſecreutur eam ii, qui ſolent diris imprecationibus devovere, & neſaſtos facere dies & qui in perniciem hominum excitant Crocodilos. [9]. Nec cernantur ullæ ſtellæ, fruſtra exſpectetur earum lux, poſt ſolis occaſum; nec tamen adſint, nec ullus emicet ſplendor ſequentis auroræ; [10]. quia non impedit ne naſcerer, neque

obviam

violentæ. Sunt qui velint כמרירי יום verti oportere *nigrores diei*, quaſi eſſet à כמר *chamar*, repetitâ tertiâ radicali, inter quos *Sam. Bochartus* Phalegi Lib. I. c. 33. Sed *nigror noctis*, quid ſit intelligo, *nigror* diei quid ſibi velit ignoro. Qui hæc expenderit, videbit non minus contorta eſſe, quæ hîc dicuntur.

6. *Noctem illam.*] Videtur hoc nomine intelligi integrum νυχθήμερον, nam nox ipſa propriè dicta neceſſariò debet eſſe caliginoſa, niſi fortè optet Jobus deeſſe ei nocti lucem ſtellarum.

Ne ſit inter dies anni] אל יחד *al jibbad*, ne adunetur. Cùm dies conſtent ſpatio noctis & diei, ſi non per integras viginti quatuor horas eſſet, ad quas accederet nox ſequentis diei; nam Hebræi, ut notum eſt, νυχθήμερον à nocte incipiunt; tenebræ illæ viginti quatuor horarum non numerarentur, inſtar diei.

Nec in numerum dierum menſium veniat.] Vocem *dierum* ſupplevimus, quia agitur de *die*, non de menſe.

7. *Sit illa nox ſolitaria.*] Ecce nox illa, ſit גלמוד *galmoud*. LXX. Intt. ὀδύνη, ut eſt in Cod. Romano, & ὀδυνηρά, ut eſt in Alexandrino. *Symmachus* ἔμβλητος, *Aquila* μεμονωμένη & *Hieronymus*, *ſolitaria*. Sic omnino ſumitur Eſaiæ XLIX. 21. Senſus hic eſt, ne fiant ulli cœtus, hilaritatis cauſâ, eâ nocte, neque læta ulla vociferatio in eâ in poſterum audiatur; quales noctis ſilentium turbant, ſi qui conventus fiant hilaritatis cauſâ. Vide C. XV. 34. XXX. 3.

8. *Qui malè precantur diei eum infauſtum habeant.*] יקבהו אררי יום *jikkebuhou orere jom*. Vide ad vſ. 5. LXX. Intt. καταράσαιτο αὐτὴν ὁ καταρώμενος τὴν ἡμέραν. Vulgatus: *Maledicant ei qui maledicunt diei*. Hæc perſuadent, ut jamdiximus, artem quamdam fuiſſe, illis temporibus, malè precandi diebus. Vertimus *infauſtum habeant*, quod alii *malè dicant*, vitandæ repetitionis causâ, & quod idem ſit ſenſus; *maledictus* enim dies fiebat, diris illis precibus, infauſtus.

Eóque Leviathanem excitare parati ſint.] העתידים עורר לויתן *hahabbidim horer livjathan*. LXX. Intt. ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειρώσασθαι. *Aquila*: οἱ παρασκευασμένοι ἐξεγεῖραι Λευιαθάν, ſequutus Hieronymus: *qui parati ſunt ſuſcitare Leviathan*; nec alii Interpretes Græci multùm ab hiſce abeunt. עורר autem hîc eſt, pro לעורר *leborer*, ad excitandum, ut Pſ. XL. 5. אין ערוך *en baroch*, pro לערוך *lebaroch*. Copioſè de Leviathane egit *Sam. Bochartus* Hierozoïci Part. 2. Lib. V. c. 16. & 17. ubi hujus Libri Capp. XL. & XLI. oſtendit pro Crocodilo ſumi. Hîc quoque Crocodilum ſignificari crediderim, Jobúmque reſpicere ad neſcio quos Magos, qui diris precibus dies infauſtos reddebant, atque audebant Crocodilos carminibus excitare; quod nemo alioqui facere ſuſtinebat, ut liquet ex Cap. XLI. 1. Vult ergo ab hiſce hominibus, eo die, excitari Crocodilum, die ſuo natali, ut omnes territi, eo die, ſe ſe domi contineant. Si quis tamen malit *draconem*, ſeu majorem ſerpentem intelligi, poterit etiam de iiſdem Magis ſermo eſſe, qui carminibus ſerpentes colligere, & immittere in populos crederentur. Tales homines חוברים *bboberim*, quaſi *congregatores* ab Hebræis dicti creduntur; qua de re, vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 6. Fateor ſæpiùs memorari Magos, qui coërcerent ſerpentes, quàm qui immitterent; ſed qui prius credebantur, ſimul etiam poſterius, quod difficilius non eſt, efficere potuiſſe viſi ſunt.

Qui è Rabbinico ſtylo interpretantur לויתן livjathan, *luctum eorum*, non ſatis firmo videntur tibicine niti; cùm quia opotteret legi לויתם *livjatham*, tum etiam quia, ex uſu Rabbinico Thalmudis ſolo, nihil de uſu antiquiorum ſæculorum colligere licet.

9. *Crepuſculi ejus ſtellæ*] Quæ crepuſculo fulgere incipiunt. Hinc LXX. ἄστρα τῆς νυκτὸς ἐκείνης. Malè Vulgatus: *ſtellæ caligine ejus*, nam נשף neſcheph, *crepuſculum*, & *auroram* ſignificat, non caliginem; deinde eſt כוכבי נשפו *chochabe niſchpho*, non כוכבים בנשפו *ſtellæ in ejus caligine*.

Exſpectet lucem] Nempe, dies ille, cujus pars prior nocte, poſterior luce conſtabat, præterito noctis ſpatio, lucem nullam habeat.

Nec auroræ ortum videat] בעפעפי שחר *behaphhephe ſchhal*, quod verbo tenus vertere ſolent *in palpebris auroræ*. Sed quis Latinè *palpebras auroræ* ferre queat? Exiſtimavimus ergo hîc & Cap. XLI. 9. eâ loquutione ſignificari ortum auroræ, quaſi Aurora hîc deſcriberetur ἐσχηματισμένως inſtar mulieris, quæ in Orientali cœli plaga oriretur, & cujus ex horizonte, ante omnia, frons & palpebræ emergerent, quibus apertis dies inchoaretur. Hinc LXX. Ἑωσφόρον ἀνατέλλοντα hic verbo Cap. XLI. εἶδος Ἑωσφόρου. Vulgatus hîc rectè *ortum ſurgentis auroræ*, ſed infra verbo tenus *palpebras diluculi*. *Symmachus* hîc: προσδοκηθεῖν, καὶ μὴ ὂν ὑπομεῖναι ἐν σκότῳ. Quæ obſcura ſunt.

10. *Uteri è quo prodii*] בטני bitni, *uteri mei*. Sed ita Latinè loqui non licebat. Hinc LXX. Intt. πύλας γαστρὸς μητρός μου, & Vulgatus: *ventris qui portavit me*.

Oculis meis moleſtiam non abſcondit] *Et abſcondit moleſtiam ab oculis meis*; hoc eſt, ne res tam moleſtas viderem non impediit.

Aut

[11]. Cur non ab utero *matris* mortuus ſum; *aut*, cùm ex utero egreſſus eſſem, *non* exſpiravi? [12]. Cur mihi excipiendo parata fuerunt genua, atque ubera, ut *ea* ſugerem? [13]. Nunc enim jacerem & quieſcerem, dormirem, eſſétque nunc mihi requies, [14]. unà cum Regibus & Conſiliariis terræ, qui *in* ſolitudinibus ſibi *villas* ædificarunt, [15]. ac cum principibus, quibus fuit aurum, quique domos ſuas argento repleverunt. [16]. Vel, ſicut abortivus fœtus, non eſſem, ac ſicuti infantes, qui lucem non viderunt.

[17]. Ibi mali deſinunt irrequieti eſſe, & defecti viribus illic quieſcunt. [18]. Ibi vincti tranquilli ſunt, nec vocem *laborem* exigentis audiunt. [19]. Parvus & magnus illic ſunt, ſer-

obviam ivit calamitatibus meis. [11]. Cur non in matris utero mortuus ſum, aut natus illico exſpiravi? [12]. Cur obſtetricis genua parata fuerunt, ut me ex utero cadentem exciperent; aut mammæ, quas ſugerem? [13]. Tum verò in ſepulcro jacuiſſem, dormirem, & quiete fruerer, ab eo tempore. [14]. Cum Regibus, iisque qui regionem conſiliis ſuis rexerunt, & qui in ſolis locis, villas ſibi pararunt; [15]. vel cum divitibus Regibus, qui domos ſuas argento implerunt, nec iis miſerior eſſem. [16]. Eſſem inſtar abortivi fœtûs, nullus eſſem, aut infantium inſtar qui lucem numquam viderunt. [17]. Illic homines improbi neminem terrent, ubi defecti viribus quieſcunt. [18]. Illic qui in vinculis fuerant, ne fugerent, ob laborem qui ab iis exigebatur, non ampliùs exactoris vocem

11. *Aut, cùm ex utero egreſſus ſum, non exſpiravi?*] מבטן יצאתי ואגוע, *ex utero exii & exſpiravi.* Deſunt particulæ, quas ſupplevimus, quaſi ſcriptum eſſet: ואברכם מבטן יצאתי לא גועתי *veabbarechem mibbetten jatſathi lo gavahthi.* Paſſim ita ſunt ſupplendæ particulæ, quod, ubi res obſcura agitur, difficultatem magnam creat. *Plutarchus* de Conſol. ad Apollonium p. 115. T. II. refert ex *Ariſtotele* Silenum Midæ reſpondiſſe, antiquiſſimam hanc eſſe ſententiam, & cujus auctor ignoratur: ὡς ἄρα μὴ γίνεσθαι μὲν ἄριστον πάντων, τὸ δὲ τεθνάναι τοῦ ζῆν ἐστι κρεῖττον: *non ſanè naſci optimum eſſe omnium, & mori melius eſſe, quàm vivere.* Vel paullò clariùs, in ſequentibus: Ἄριστον πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι· τὸ μέν τοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἄλλων ἀνυστὸν, δεύτερον δὲ τὸ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα: *Optimum omnibus utriuſque ſexûs hominibus, numquam natum eſſe; proximum huic & inter alia, quæ conſequi homo poſſit, primum eſt, natum quàm citiſſimè mori.* Exſcripſerat hæc ex *Ariſtotele*, *Cicero* Lib. de Conſolatione, ubi, ut docet *Lactantius* Lib III. c. 19. *non mihi*, inquiebat, *longè optimum, nec in hos ſcopulos incidere vitæ, proximum autem, ſi natus ſis, quàm primùm tamquam ex incendio, effugere fortunam.* Vide & *Plinium* H. N. Lib. VII. initio. Neſcio quid ſimile animo volvens hîc inducitur Jobus; quod non fieret, ſi alterius vitæ tam perſpicua ei fuiſſet cognitio, quàm à nonnullis putatur.

12. *Cur mihi excipiendo parata fuerunt genua*] קדמוני ברכים *kiddemouni birchajim*, anteverterunt me genua; hoc eſt, obſtetricis excipere paratæ puerum cadentem ex utero matris.

13. *Jacerem & quieſcerem* &c.] Hæc popularia ſunt, nam non homo quieſcit in pulvere, ſed ejus cadaver. Homo *mens* eſt, ut rectè Socrates, quæ vivit ſine corpore. Si ea ſenſiſſet Jobus, quæ ſentimus, dixiſſet: corpore terræ commiſſo & ſoluto, mens mea apud Deum quieſceret.

Requies] נוח *janouahh*, quod nomen eſſe crediderim, niſi fortè legendum מנוח *manoahh.*

14. *Conſiliariis terræ*] יעצי ארץ *johatſe erets*; viris honoratis, qui in conſilium vocantur; ubi de Republica ſententiæ ſunt dicendæ; quique non minùs ac viles, pauperéſque homunciones mortui ſunt.

Qui in ſolitudinibus ſibi villas ædificarunt] הבנים חרבות למו *ædificantes ſolitudines ſibi.* Sic Vulgatus, ſenſu perſpicuo. Viri enim illuſtres & opulenti villas ſibi hîc, illic, per ſolitudines Arabiæ & Meſopotamiæ ædificabant. LXX. Int. γαυριῶντες ἐν ξίφεσιν, quod, ut conjicit *L. Cappellus* in notis Criticis, legiſſe videantur הגאים בחרבות *baggeonim bahharaboth*, hoc eſt, *ſublimes in gladiis.* Hæc adduntur de Regibus & Conſiliariis, ut intelligant lectores eos non minùs eſſe mortuos, divites & potentes cùm eſſent, quàm abortivos fœtus, aut qui poſt natales continuò mortui ſunt; Jobumque iis miſeriorem propterea futurum non fuiſſe, cùm omnium ſimilis eſſet exitus.

15. *Abortivus fœtus*] כנפל טמון chnephel tamoun, *inſtar decidui occulti*, hoc eſt, abortivi fœtûs, qui etiamnum latet in utero matris, in eoque moritur. LXX. Int. ἔκτρωμα ἐκπορευόμενον ἐκ μήτρας μητρός. Deberet eſſe μήπω ἐκπορευόμενον.

16. *Mali deſinunt irrequieti eſſe.*] חדלו רגז *hhadelou rogez.* LXX. Int. in Codice Romano ἐξέκαυσαν θυμὸν ὀργῆς, ſed meliùs in Alexandrino ἔπαυσαν. *Aquila*: ἐπαύσαντο κλονοῦντες, *ceſſaverunt à tumultu*, ut habet Vulgatus. רגז *rogez* hîc ſignificare videtur irrequietam malorum vitam, quam exercitam habent, dum ſemper aliquid mali moliuntur; aut ſibi timent ab iis, quibus malè fecerunt. Fermè eodem modo mortem, aut ſtatum potiùs mortuorum deſcribit *Seneca* Conſ. ad Martiam. CXIX. & ſeq. *Excepit illum* (mortuum) *magna & æterna pax; non paupertatis metu, non divitiarum curâ, —— non invidiâ felicitatis alienæ tangitur, nec ſuæ premitur; nec conviciis quidem ullis verecundæ aures verberantur* &c. Paullò pòſt de Morte: *Hæc ſervitutem, invito domino, remittit, hæc captivorum catenas levat, hæc è carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat &c.*

17. *Vincti tranquilli ſunt.*] אסירים שאננו *aſirim ſchaananou.* Qui vincti fuerant, & opere damnati. Neſcio cur hæc verterint LXX. Int

ſervúſque ab hero ſuo liber. [20]. Cur dedit *Deus* laboranti lucem, & iis quibus amarus eſt animus vitam?

[21]. Exſpectant mortem, nec adeſt; *cupidiùs* eam effodiunt, quàm theſauros occultos. [22]. Læti præ gaudio geſtiunt, quando invenerunt ſepulcrum. [23]. At vivis occulta eſt ejus via, eámque Deus texit. [24]. Nam ante paſtum meum ſuſpirium meum venit; effuſus eſt, inſtar aquæ, rugitus meus; [25]. quia cùm timerem, malum mihi contigit; quod verebar, mihi evenit. [26]. Pax mihi cùm non eſſet, neque tranquillitate fruerer, neque quieſcerem, venit irrequieta vita.

IV. *Eli-*

vocem audiunt. 19. Parvi & magni eodem ſtatu ſunt, nec ſervi deteriore ſorte fruuntur, quam manumiſſi. 20. Cur *Deus* vitam producit eorum, qui nimio labore premuntur & lucem largitur iis, quibus eſt vita amara? 21. Exſpectant cupidiſſimè mortem, nec tamen adeſt; eam avidius effoderent, quam theſauros. Ii lætiùs morerentur, quàm intolerando labori incumbunt. 22. Ex animo lætantur, cùm invenerunt ſepulcrum. 23. Sed hominibus ignota eſt mortis via, quam Deus iis occuluit. 24. Antequam cibum capiam, ſuſpirius angor, lacrimaſque effundo torrentis inſtar; 25. quia calamitas, quam timebam, mihi contigit. 26. Cum cladem à vicinis exſpectarem, & irrequietam vitam agerem; calamitate oppreſſus ſum, quæ me quieſcere non patitur.

PARA-

Intt. ſi codicem Romanum ſequimur, *οἱ αἰώνιοι*, aut *δι αἰῶνος*, ſi Alexandrino

Laborem exigentis] נגש *nogeſch*. Addidi *laborem*, quia aliud nihil à vincto exigi poterat. *Aquila* vertit, *ἀναγκαστοῦ*, at *Symmachus*, *ἐπαναγκαστής*, quæ eodem recidunt. Mirum eſt *φορολόγον* hìc quærere LXX Intt.

18. *Ab hero ſuo*] מאדניו *meadonau*, ab heris, quod idem eſt; nam notum heri & domini nomen ſolere, apud Hebræos, numero multitudinis efferri.

19. *Cur dedit Deus.*] למה יתן *lamah jitthen*, cur dedir. Supplevimus *Deus*, quis enim, præter Deum, lucem hominibus dat? Sæpe ea vox in hoc libro ſupplenda eſt, ut ſuis locis notavimus. Idem in Pſalmis animadvertere licet. Vide Indicem in voce *Deus*. LXX. verterunt *δέδοται*, & Vulgatus: *data eſt*, quamvis verbum ſit activum, ut ſolet fieri cùm nominativus eſt omiſſus.

20. *Laboranti*] לעמל *lebamel*, à עמל *bamal*, quod moleſtiam & laborem ſignificat.

Quibus amarus eſt animus] *Amoris animâ*; hoc eſt, quibus res adverſæ ſunt, ſine ſpe melioris ſortis.

21. *Cupidiùs eam effodiunt.*] ויחפרהו ממטמונים *vajjahhpheruhou mimmathmonim*, *& effodient eam, potiùs quàm theſauros*; hoc eſt, cupidius eam effoderent, quàm mandatos terræ theſauros, ſicubi eam invenire ſe poſſe putarent, nimirum, non violentam, quæ quovis modo inveniri poteſt. Videntur hæc ſpectare eos, qui metallis damnati ſunt; & qui mallent mortem invenire in fodinis, quàm pretioſa metalla quæ effodiuntur in gratiam Regum.

23. *Occulta eſt ejus via*] אשר דרכו נסתרה aſcher darcho niſtharah, *cujus via ejus occulta eſt*; hoc eſt, qui neſcit quam viam inire poſſit, ut ſeſe calamitate expediat, nec quid futurum ſit novit.

Eamque Deus texit] Quaſi involucro obnupſit, ne ſciret quà ſit eundum.

24. *Ante paſtum meum.*] *Ante panem meum*; hoc eſt, ſingulis diebus, antequàm cibum ullum capiam, miſerias meas ſuſpiriis proſequi neceſſe habeo.

Effuſus eſt, inſtar aquæ, rugitus meus.] *Rugitus mei*, שאגתי *ſchagothai*; hoc eſt, querelæ; metaphorâ à leone ductâ, fera in Arabia non infrequente. Effundi rugitus hìc dicuntur, ut alibi *effundi anima*, Vide 1. Sam. I. 15. & de ritu effundendæ aquæ Ibid. VII. 5. *Rugitus* pro querela, aut precibus eſt. Pſ. XXII. 2.

25. *Quia cùm timerem &c.*] *Quia timorem timui & evenit mihi.* Timuerat, nimirum, ne à priſtina felicitate, calamitate quapiam, excideret; quod erat ſapientis viri & rerum humanarum vices reputantis.

26. *Pax mihi cùm non eſſet &c.*] Quod fortè ſibi à latrociniis vicinorum Chaldæorum & Arabum timuiſſet, aut ne quo infortunio familia ſua mactaretur. Viri probi & religioſi, in ejuſmodi regionibus viventes, meticuloſi erant; ſecuriores improbi, quòd ceteris terrori eſſent.

Irrequieta vita] רגז *rogez*, ut ſupra vſ. 17. LXX. Intt. utrobique *ὀργὴν* verterunt. Vulgatus hìc *indignationem*, antea *tumultum*.

COM-

IV. *Eliphazus Jobum caſtigat, peccatique arguit, quòd Deus de innocentibus pœnas non ſumat, quod ex viſo quodam nocturno demonſtrat.*

CAPUT IV.

1. RESPONDIT verò Eliphazus Themanita, his verbis: 2. Si tentemus te adloqui, an ægrè feres? Quis *tamen* ſermones cohibere poſſit? 3. Multos erudiviſti, & defeſſas manus confirmaſti. 4. Labantem erexerunt ſermones tui, & genua titubantia corroboraſti. 5. *Verùm* quia nunc *calamitas* ad te venit, ægrè fers; *quia* te adſequuta eſt, perturbaris.

6. Non-

PARAPHRASIS.

1. HIS auditis, Eliphazus reſpondit Jobo, in hanc ſententiam: 2. Si te, Jobe, adloquamur, ſermones noſtros fortè adſpernaberis. Vix tamen his, quæ dixiſti, non reſpondere poſſumus. 3. Multos imperitos hactenus erudiviſti, ſermonibus tuis, atque homines vacillantes confirmaſti. 4. Deſperantes, & titubantes, rerum adverſarum cauſâ, ad meliorem ſpem revocaſti. 5. Nunc verò hæc tua te calamitas ita oppreſſit, ut prorſus perturberis, ùtque animum deſpondeas. 6. Virtute tua fretus omnia ſecunda ſperabas; 7. quaſi crederes probos fuiſſe, quibus graviores calamitates contigerint, cùm revera nemo ejusmodi mala patiatur. Quinam verò ſunt homines probi,

COMMENTARIUS
In CAPUT IV.

2. *Si tentemus te adloqui.*] *An tentabit verbum ad te, fatigaberis?* הנסה דבר *haniſſab dabar*; ſubaudito nominativo דובר *dober* aut מדבר *medabber*, pro conſuetudine Linguæ Hebrææ. Alii putant הנסה eſſe pro הנשא *an proferet*, nec ſanè ſenſus, aut Hebraïſmi ratio repugnat. Sed tamen, cùm ſine ulla mutatione ſententia bona ſit, maluimus nihil mutare. Vide Deut. IV. 34. *Aquila*: μήτι ἐπαρῶμεν λαλῆσαι πρός σε; *Theodotion*, εἰ λαψόμεθα, *Symmachus*, ἐὰν ἀναλάβωμεν λόγον. LXX. verò abſurdè, μὴ πολλάκις σοι λελάληται. Vulgatus, *cœperimus loqui*. Sanè hîc interrogatio tantumdem valet, ac conditionalis particula *Si*. Alii malunt ſubaudiri: *annon (ſi) tentemus loqui* &c. Sed Hebræi ſic interdum loqui amant.

An ægrè feres?] תלאה *thileh*, fatigaberis, aut moleſtia tibi creabitur. Vide infra XVI. 7. & Eſa. VII. 12. *Theodotion* κοπιάσεις, *Symmachus* μοχθήσεις, Vulgatus: *moleſtè feres*. LXX. Intt. ἐν κόπῳ, obſcurè & incommodè.

Quis tamen ſermones cohibere poſſit?] ועצור במלין *& cohibere in ſermonibus quis poterit?* Ubi במלין eſt Chaldaïsmus, pro מלים, qui frequens eſt in hoc Libro. LXX. Intt. habent: ἰσχὺν δὲ τῶν ῥημάτων σου τίς ὑποίσει; Senſum hunc putarunt eſſe oportere, cùm alius ſit commodior.

3. *Multos*] *Ecce multos.*

Defeſſas manus confirmaſti] Quid hæc, in proprio ſenſu, ſignificent omnes norunt, ſed improprio hîc animi in virtute confirmationem ſonare videntur. Ut cibo, potu & quiete corpus exhauſtum & feſſum vires recipit: ſic animus rebus adverſis dejectus & debilitatus, adeóque deſperationi proximus, adloquiis viri prudentis conſtantiam recuperat. Eò reſpicit hîc Eliphazus.

4. *Labantem* &c.] כושל *choſchel*, quod LXX. Intt. verterunt ἀσθενοῦντα, *Symmachus* σφαλέντας, Vulg. *vacillantes*. Idem hæc ſignificant ac priora. Repetitiones ejusmodi, in Lingua Hebraïca, elegantia non carent; quamvis in aliis non ita placeant.

Titubantia] כורעות, *curvata*, quæ, nimirùm, curvantur, cùm ſtandum, aut incedendum eſt, & titubant; ut ſolent ægri, vi morbi debilitati.

5. *Calamitas*] Supplevimus hîc רעה *rahah*, malum, aut calamitas, quia ſunt hîc verba fœminini generis תבוא & תגע. Fortè ſubaudiri eam voluit Scriptor Sacer, fortè etiam ſolâ Librarii culpâ excidit.

6. *Nonne timor tuus* &c.] Verba in Hebræis inverſa videntur: *nonne timor tuus fiducia tua, exſpectatio tua & integritas viarum tuarum*; תקותך ותם דרכיך *thikvathcha vethom darchecha*, quarum vocum prima aut loco mota eſt à librariis, ut colligere eſt ex re ipſa & conjunctione voci ſequenti præfixa; aut certè à Latinè loquentibus ultimo loco exprimenda eſt. Senſus eſt perſpicuus: Timor, quo tu Deum proſequi vis, vel Religio tua, fiducia tua fuit, & integritas viarum tuarum, ſeu probitas fecit ut conſtantem felicitatem à Deo, veluti jure tuo, exſpectares.

7. *In memoriam tuam revocato* &c.] Ante hæc verba ſupplendum *animo: atqui innocens non eras*. Quod Eliphazus ex ipſa re, ſeu infelicitate Jobi probare conatur, in ſequentibus, quemadmodum alii ejus ſocii.

8. *Serunt moleſtiam* &c.] עמל *hamal*, moleſtiam, quam aliis, nempe, creent. Videtur eſſe Parœmia: *qui arant improbitatem* &c. hoc eſt, qui arant ut improbitatem ſerant, eámque ſerunt, ſimilia patiuntur mala, quæ aliis inferre voluerunt. Vide Proverb. XI. 18. XXII. 8. Hoſ. VI I. 2. X. 13. Gal. VI. 7, 8. Sunt qui offendantur, hoc loquendi genere: *arare improbitatem*, ſed rectè eos amandat *Joan. Druſius* ad Eccleſiaſtic. C. VII. 13. ubi eſt ἀροτριᾶν ψεῦδος καὶ ἐπ' ἀδελφῷ.

Metere ſolent.] *Metent eam* יקצרוהו *jiktſerohou*. Hæc eſt vis Futuri frequens in hujusmodi ſententiis, quibus continetur quod fieri conſuevit. Sic fermè *Æſchylus* ἑπτὰ Θήβας p. 100. Ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται *injuriæ, ager mortem profert*; hoc eſt, qui ſevit injuriam mortem colligit.

Idem Poëta in Perſis p. 165.

Ὕβρις

6. Nonne timor tuus & integritas viarum tuarum *fuerunt* fiducia & exſpectatio tua?
7. In memoriam nunc revocato *an* innocens quiſquam perierit, & ubi recti homines
ſint exciſi? 8. Quemadmodum vidi, qui arant improbitatem & ſerunt moleſtiam, eas metere
ſolent. 9. Flatu Dei pereunt, & ſpiritu narium ejus abſumuntur. 10. Rugitus leonis
& vox nigri leonis *compeſcuntur*, leunculorúmque dentes evelluntur. 11. Leo fero-
ciſſimus perit ſine præda, & catuli leænæ ſeparantur.
12. Ad me verbum clam delatum eſt, aurisque mea aliquantulum ex eo percepit.
13. In cogitationibus è viſis nocturnis, cùm ſopor incidit in homines; 14. pavor &
tremor mihi objecti ſunt, & omnia oſſa mea conterruerunt 15. Spiritus in conſpectu
meo tranſivit, utque pili carnis meæ ſtarent effecit. 16. Adſtabat, nec vultum ejus
no-

probi, quibus talia contingant? 8. Semper vidi omnes, qui malè habiti ſunt, à Providentia Divina, improbitatis pœnas dediſſe. 9. Dei vel minimo flatu, ut ita loquar, pereunt, atque evaneſcunt. 10. Crudelitas & rugitus ferociſſimorum leonum ab hominibus coercentur. 11. Ac tandem rapaciſſimis ipſis hominibus ita deeſt præda, ut eorum liberis deſint, quæ vitæ ſunt neceſſaria.

12. A me noctu eſt vox audita, quæ clam aures méas perculit, 13. eo tempore, quo in ſomnis homines à Deo clam monentur. 14. Quare in ſomnis vehementer commotus ſum, cùm viderem Spiritum, qui ſpecie humanâ indutus coram me tranſiit & contremuerim. 15. Spiritus ergo coram me ſtare videbatur, méque graviter commovit, ut omnes pili mei ſtarent. 16. Cùm mihi adſtaret, neque eum noſſem, vocem hanc audivi:

17. *An*

Ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ᾽ ἐκάρπωσεν στάχυν
Ἄτης, ὅθεν πάγκλαυτον ἐξαμᾷ θέρος.

Contumelia enim efflorescens emittit ſpicam noxæ, unde ſtabilem colligit meſſem. *Euripides* Ione, fragm. vſ. 6. memoratis ſceleribus, quæ ab hominibus admittuntur, honorum & divitiarum cauſâ:

Ἔπειτ᾽ ἀμᾶσθε τῶνδε δύστηνον θέρος.

Deinde horum colligitis miſeram meſſem. Sic & alii plures loquuti ſunt, ut Ageſilaus miranti mediocritatem veſtium ipſius & aliorum Lacedæmoniorum, ἀντὶ ταύτης, ἔφη, τῆς διαίτης, ὦ ξένε, τὴν ἐλευθερίαν ἀμώμεθα. *Pro hac frugalitate, inquit, metimus libertatem*, ut habet *Plutarchus* in Apophthegm. Laconicis. Proverbium fuit Latinum de iis, qui pro factis ſuis habebantur, quod eſt apud *Ciceronem* de Orat. II. 94. *ut ſementem feceris ita metes.* Vide ad Pſ. XCVII. 11. & Prov. XXII. 8.

9. *Flatu Dei pereunt* &c.] Facillimè à Deo perduntur, metaphorâ ductâ è corpuſculis, quæ flatu disjiciuntur.

10. *Rugitus leonis* &c.] Minæ, nempe, malorum, quibus bonos terrere conantur.

Nigri leonis] שחל *ſchahhal*, quo nomine pro שחר *ſchahhar*, dici nigros leones oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. III. C. I. quem adito.

Compeſcuntur] Aut *ſpernuntur*, vel ſimile quid, quod aut excidit, aut ſubaudiendum eſt. Oſtendit idem *Bochartus* ibid. c. V. col. 775. vocabulo *leonum* deſcribi homines impios & bonorum inimicos; quod hoc loco & aliis pluribus demonſtrat.

Leunculorum dentes evelluntur] Hoc eſt, nocendi inſtrumenta malis eripiuntur. Vide Pſalm. LVIII, 7. & quæ *Bochartus* hac de re ibidem C. II. col. 733.

11. *Leo ferociſſimus*] ליש *lajiſ*, eſt leo non decrepitus, ſed ferociſſimus, ut idem oſtendit ibidem C. I. col. 720. & 721. Hunc leonem eùm perire, ſine præda, dicit Eliphazus, hoc vult: ferociſſimos & fortiſſimos latrones ſæpe, prædæ penuriâ, interire; cùm Deus de iis ſupplicium ſumere vult.

Catuli leænæ ſeparantur] בני לביא יתפרדו *filii labi ſeparantur.* Voce לביא ſignificari non leonem annoſum, ſed *leænam* idem demonſtravit C. I. col. 719. & ſeq. Separari autem dicuntur catuli leænæ paullò grandiores, cùm mater; fruſtra prædâ quæſitâ, eos alere uberibus ampliùs non poteſt; ſed ipſi coguntur paſtum ſibi quærere. Hinc LXX. Intt. ἔλιπον ἀλλήλους.

12. *Ad me clam verbum delatum eſt*] אלי דבר יגנב elai dabar jegunnab, *ad me verbum furto ſublatum eſt*, aut *furtim devenit* *Symmachus*, πρὸς ἐμὲ δὲ ἐλαλήθη λαθραίως ὡς ἐν κλοπῇ, ubi λαθραίως videtur eſſe gloſſema. LXX. Intt. hîc à ſenſu & à verbis longè diſcedunt, forte quòd non potuerint legere quæ in ſuo exemplari erat: εἰ δέ τι ῥῆμα ἀληθινὸν ἐγεγόνει ἐν λόγοις σου, οὐθὲν ἄν σοι τούτων κακῶν ἀπήντησεν. Quæ non ſunt verſio, ſed fictio.

Aliquantulum] שמץ *ſchemets*, quod *Symmachus* ψιθυρισμα.

13. *In cogitationibus*] בשעפים *biiſhiphim*, LXX. Intt. ψόφῳ, unde Vulgatus: *in horrore.* *Aquila*, ἐν παραλλαγαῖς, *Symmachus*, ἐν ἐκπλήξει. Vox hæc proprie *ramos* ſignificat, ſed hîc rectè verti videtur *cogitationes*, poſt Int. Chaldæum, qui habet מחשבתא *mahhſchebatha.* Vid. XX, 2.

14. *Omnia oſſa mea*] רב עצמותי *rab hatſmothai* oſſium meorum. LXX. Intt. μεγάλως. *Hieronymus* rectiùs, *omnia*; quid eſt enim *multitudo oſſium*, præter *omnia oſſa*? Vide infra C. XXXIII. 19.

15. *Spiritus in conſpectu meo tranſivit*] *Et ſpiritus ad faciem meam tranſibit*, יחלף *jahhaloph*, mutatus eſt, aut tranſiit; יעבר *jeabor*, ut habet Chaldæus Int. Sunt qui vertant: *ventus in faciem meam irruit.* Sed ſequentia & antecedentia oſtendunt רוח *ronahh*, hîc dici eo ſenſu, quo rem intelligentem ſignificat; nam agitur de revelatione nocturna, quæ non niſi à natura intelligente fieri potuit.

16. *Adſtabat*] יעמוד *jahamod*, ſtetit ad me converſus; ſpecie, nimirum, humanâ, ut ſolebant Angeli.

Murmur] דממה demamah, *ſilentium*; hoc

C

eſt

noram, ſimulacrum *erat* ante oculos meos, murmúrque & vocem audiebam : [17]. an homo Deo juſtior erit? an vir creatore ſuo mundior? [18]. Ne ſervis quidem ſuis fidit, & in Angelis ſuis eſſe putat ſtultitiam. [19]. Quantò magis, qui habitant domos luteas, quarum fundamentum eſt in pulvere, coram tinea contererentur? [20]. A matutino tempore ad veſperam exſcinduntur, ſine ullo, qui animadvertat, in æternum peribunt. [21]. Nonne præſtantia, quæ in iis erat, abeſt, moriunturque, ſed non ſapienter.

V. Per-

17. *An homo juſtior habebitur Deo? aut erit Deo juſtior?* 18. *Ne Angelis quidem ſuis, interioris admiſſionis Miniſtris, ſatis fidit, cum illis ſtultitiæ quoddam genus ineſſe videat.* 19. Quanto magis ſtultitiæ inſimulari poſſunt homines, qui luteas domos in inſtabili arena collocatas habitant? Tineæ ipſæ eos poſſunt abſumere? 20. Intra ortum & occaſum Solis è medio tolluntur, nec hoc quiſquam curat, quamvis in æternum pereant. 21. Evaneſcit quidquid in eo præſtantiſſimum fuit & moriuntur, ſed non ut ſapientes decet.

eſt, vocem tenuem. Vide ad 1. Reg. XIX. 12.

17. *An homo Deo juſtior erit?*] Interrogatio eſt, loco negationis. Cùm Deus ſit juſtior homine, ſi contingat homini calamitatem quampiam incumbere, debet agnoſcere ſe reum eſſe; quia Deus, homine juſtior multò, innocentem non plectit. Orientalium brevis ſtylus multa ſupplenda relinquit & axiomata tantùm ponit, è quibus conſectaria ducat Lector. Hæc videtur eſſe mens Eliphaſi. Similia habet infrà XV, 15. XXV, 5.

An vir creatore ſuo mundior?] אם מעשהו יטהר גבר *an factore ſuo mundior eſt vir?* LXX. Intt. ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ ἄμεμπτος ἀνήρ. Legerunt ממעשהו *mimmahaſchebou*, pro מעשהו *mehoſchebou*, ſed perperam; ac innumera alia, vel in hoc Capite. Homo creatore ſuo mundior, ſeu ſanctior eſſet; ſi poſſet ea in Divina Providentia deprehendere, quæ ipſe facturus non eſſet, quòd injuſta forent. Itaque hoc Jobo objicit Eliphazus, quaſi abſurdum, quod ſequebatur, ex eo quòd queſtus erat ſe innocentem malè haberi. Hujus autem commatis verbis videtur contineri revelatio, de qua Eliphazus.

18. *Ne ſervis quidem ſuis fidit*] Aut hæc ſunt hyperbolica, aut minus vera. Nam Angeli ſunt peccati immunes, certè boni; nec de malis hîc ſermo eſſe poteſt. Sed crediderim Eliphazum hîc hyperbolicè loqui, & conferre etiam ſanctitatem Angelicam cum Divina, cui non eſt æquiparanda. Vide Cap. XV, 15.

18. *Stultitiam*] תהלה *thoholah.* LXX. Intt. σκολιόν τι, *Symmachus* ματαιότητα, Vulg. *pravitatem.* Vitium aliquod ſignificari conſtat, cúmque vicina radix הלל *inſanivit* ſignificet, vertimus *ſtultitiam.* Sapientia humana, collata divinæ, *ſtultitia* meritò vocari queat, propter infinitum diſcrimen. Sed fortè hæc hyperbolica ſunt.

19. *Qui habitant domos luteas*] אף שוכני בתי חמר *etiam habitantes domos luti.* Ubi אף eſt pro אף כי *aph chi.* Senſus eſt: quantò magis contemtu digni ſunt homines, ſi cum divina majeſtate conferantur? Quamvis contemtim omnia hominum ædificia, etiam duriſſimo lapide conſtantia, dici poſſint *lutea*, quòd tempore in lutum convertantur; crediderim tamen hîc reſpici ad mores Orientalium, qui è luto domos ædificant. Poſitis enim lignis tectis & transverſis, quibus tota domûs ſtructura continetur & fulcitur, interſtitia implent non tantum latere cocto, ſed etiam luto Sole exſiccato; quo Babylonis muri & ædificia magna ex parte conſtabant, ut ex reliquiis adparet, qua de re vide *Pet. Vallenſem* Itiner. P. I. Ep. 17. Baghdado data §. 8. & alibi. Tales etiam ſunt Baghdadi hodiernæ domus, ut idem docet; tales & Perſarum hodiernorum ædes, exceptâ Metropoli; ut copiosè, præ ceteris, narrat etiam *Joan. Chardinus* Itiner. P. II. c. 17.

Coram tinea contererentur] ידכאום לפני עש *conterent eos coram tinea.* Eſt loquutio, quâ rem contemtu dignam deſcribit Eliphazus. Nihil eſt contemtius tineâ, verme, à quo veſtes roduntur, útque quàm parvi ſint faciendi homines attendat, ait eos, ſi vel tinea adgrediatur, conteri. Aliud nihil hîc quærendum videtur. Adverſante, nimirum, Deo, minima vi homo conteri poteſt.

20. *A matutino tempore* &c.] Die uno, vel brevi tempore.

Exſcinduntur] Aut *conteruntur*, יכתו *jucchathou.*

Sine ullo qui animadvertat] מבלי משים *mibboli meſchim.* Subaudiendum לבו *libbo* cor, nam השים לב *poſuit cor* eſt animadvertit, ut ſuprà Cap. I, 8. II, 3. Vulg. *quia nullus intelligit.* Hæc faciunt ad contemtum hominis, qui, nemine curante, perit.

21. *Nonne præſtantia, quæ in iis erat, abit*] הלא נסע יתרם בם *annon abit præſtantia eorum in illis*, hoc eſt, אשר בם *quæ in illis.* Vulgatus: *Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis.* Incommodè, quamvis יתר poſſit ſignificare *reliquum.* Græcus tamen Interpres laudatur, fortè *Symmachus*, qui verterat: ἐνεξῆρε τὸ ὑπόλειμμα αὐτῶν ἐν αὐτοῖς. Vide de voce hac, *excellentiam* ſignificante, notata ad Geneſ. XLIX, 3.

Sed non ſapienter] ולא בחכמה *& non in ſapientia*, ut habet Vulgatus. LXX. παρὰ, aut διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν. Crediderim ſignificari, *ut decet ſapientes*; quia, nimirum, ægrè ferunt mortem. Nam Sapientem, qui ſcit & reputat ſe eſſe mortalem natum, decet æquo animo mori. Quam in rem multa Philoſophi, Græci & præſertim Stoïci, atque in iis *Epictetus*, quem vide Diſſert. Lib. IV, c. 10.

COM-

V. Pergit Eliphazus oſtendere hominem eſſe peccatorem, ſapientium conſenſu, & experientiâ ſuâ, hortatúrque Jobum ad confugiendum ad miſericordiam divinam, à qua liberationem ei pollicetur.

1. CLama, quæſo; an eſt tibi qui reſpondeat? ad quem Sanctorum te convertes? CAPUT V.
2. Stultum enim occidit ira, & inſipientem perdit invidia. 3. Vidi ego ſtultum radices emittentem, atque è veſtigio habitationi ejus malè precatus ſum. 4. Filii ejus procul erunt à ſalute, conterentur in porta, neque quiſquam *eos* liberabit. 5. *Is eſt* cujus meſſem famelicus comedit, quam vel è ſpinis petit, ejus divitias ſitientes abſorbent.

6. An-

P A R A P H R A S I S.

1. AUxilium ſi invoces Angelorum Bonorum, vel ſanctorum hominum; nemo tibi ſuppetias feret. 2. Stultus enim es, quem ira perdidit, & invidia transverſum egit. 3. Vidi quidem ſtultum, qui in loco, in quo erat, radices emiſiſſe videbatur, ſed habitaculo ejus malè precatus ſum; quo factum eſt, ut illinc expelleretur. 4. Filii ejus peribunt, judicio cadent, neque quiſquam eis auxilio erit. 5. Ejus ſegetes egeni furabuntur, quamvis ſepe ſpinarum ſeptas. Opes ejus iidem auferent.

C O M M E N T A R I U S
In CAPUT V.

1. C*Lama, quæſo*] קרא נא, quod poſſit etiam verti, *voca, quæſo*, quempiam, nimirum, qui te defendat. Hoc vult Eliphazus, neminem eſſe, qui poſſit adſentiri Jobo, ipſum, innocentem licèt, à Deo malè mulctari.

Ad quem Sanctorum te convertes?] Quinam ſint hîc קדשים Kedoſchim, Sancti, non conſtat. LXX. Intt. habent ἁγίων ἀγγέλων, & reverâ Angeli interdum *Sancti* vocantur, ut Zachar. XIV, 5. Dan. VIII, 13. Vide & infrà Cap. XV, 15. Sed poſſint & homines *Sancti* ſignificari; qui, nimirum, idololatriæ immunes & ſanctis moribus eſſent, ut Pſalmo LXXXIX, 6, 8. & alibi ſæpe. Utrovis modo vox intelligatur, negat Eliphazus quemquam inter Angelos, aut homines pios inventum iri, qui ſuſtineat Jobo patrocinari.

2. *Stultum enim occidit ira*] יהרג *jaharog*; occidere ſolet, ut paſſim. Hoc vult, Sanctos, quorum meminit, Jobi indignationem improbare, quia optimè norunt, ejusmodi adfectum parum prudentibus hominibus eſſe exitialem.

Inſipientem] פתה *photheh*. Alterum membrum oſtendit *inſipientem* ſignificari. LXX. πεπλανημένον. *Aquila* θελγόμενον. *Symmachus* νήπιον. Vulg. *parvulum*. Idem eſt ac פתי *phthi*, hoc eſt, fatuus.

Perdit invidia] ימית קנאה *faciet mori invidia*, aut *zelotypia*; cùm, nempe, minùs felices felicioribus invident; qui adfectus homines macerat, & paullatim ad facta exitialia adducit. Hæc reſpiciunt ad Jobum, qui videbatur Eliphazo invidere iis, qui ſecundioribus rebus, quàm ipſe, utebantur.

3. *Radices emittentem*] משריש *maſchriſch*. Hoc eſt, ſe & familiam confirmantem, ita ut floreret.

Atque è veſtigio] ואקוב נוהו פתאם *vaekkob navehou phithom*. Ait ſe malo, niti, nimirum, ad meliorem frugem rediret, malè precatum eſſe; cúmque in nequitia ſua perſeveraſſet, ſe precum ſuarum effectum in liberis ejus vidiſſe. Qui voculam פתאם *phithom*, ſubitò, referunt ad exitum ſubitum improborum, id vident in verbis Eliphazi, quod iis non ineſt; nam de filiis demum eorum, cum rebus adverſis conflictantibus loquitur, verſu ſequente; non de ipſis, quos ſubitò periiſſe non dicit.

4. *Procul ſunt à ſalute*] A liberatione, ſi quam inimicorum vim repellere neceſſe habeant. Videntur hæc intelligenda de iis, qui ruri ſunt בשדות *in agro*, ut ſequentia pertinent ad eos, qui ſunt in urbibus.

In porta] בשער *baſſchahar*, in porta, hoc eſt, ut notum eſt, in loco, in quo jus dicebatur. Vide ad Proverb. XXII, 22. LXX. Intt. ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, neſcio quare.

5. *Is eſt cujus &c.*] *Cujus meſſem ejus*. Vult meſſes, aut ſegetes ejus ab erronibus famelicis, quales multi per Arabiæ deſerta vagabantur, avectas fuiſſe.

Quam vel è ſpinis petit] ואל מצנים *& ad è ſpinis*; hoc eſt, uſque à ſpinis, vel è ſpinis. Quamvis, nimirum, ſegetes denſis ſpinis eſſent ſeptæ, vult eas ſepes ab erronibus perruptum iri, & per medias ſpinas ablatum iri demeſſas ſegetes. LXX. Intt. δίκαιοι (cùm ſit רעב *famelicus*) ἔδονται. Deinde: αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται, quæ planè abeunt à verbis Hebraicis. Sed paſſim videntur ii Interpretes finxiſſe ſenſus, cùm verba non intelligebant. *Aquila* verterat: αὐτοὶ δὲ πρὸς ὅπλον ἀρθήσονται, quia צנה *tſinnah*, hoc eſt, *ſcutum* ſignificat. Sic quoque Vulgatus: *ipſum rapiet armatus*.

Ejus divitias ſitientes abſorbent] ושאף צמים חילם *& abſorbet ſitiens divitias eorum*. צמים *tſammim* eſt pro צמאים *tſmeim*; quivis ſitientium, id eſt, egenorum atque avidorum. Cum *famelicis*, qui meſſes abſumunt, alii jungi meliùs nequeant, quàm *ſitientes*, qui opes exhauriunt. *Aquila*: ἀφειλκύσαντο διψῶντες εὐπορίαν αὐτοῦ, & *Symmachus*: ἀναφορήσουσι διψῶντες τὴν δύναμιν αὐτῶν. LXX. verò Intt. ἐκσιφωνισθείη ἡ ἰσχὺς αὐτῶν, omiſſâ voce צמים. Grammaticæ convenientius eſſet צמא *ſitiens* in ſingulari, aut ישאפו *ſchaaphou* in plurali; ſed apud Hebræos ſæpe ejusmodi ἐναλλαγαὶ numerorum occurrunt; quarum tamen neſcio annon partem aliquam librariis debeamus.

6. Annon

[6]. Annon egreditur è pulvere improbitas? annon è terra moleſtia germinat? [7]. Homo naſcitur ad moleſtiam, & filii prunæ altè volant. [8]. At ego Deum quæram, & cauſam meam Deo permittam. [9]. Facit ille magna, nec perveſtigari poſſunt, *tótque* mirabilia, ut nullus eorum ſit numerus. [10]. Dat pluviam in terræ ſuperficiem, demittitque aquam in plateas; [11]. ita ut extollat humiles, & pullati ſalute erigantur. [12]. Irritas facit callidorum molitiones, neque manus eorum opes *ſibi* comparare poſſunt. [13]. Sapientes in ipſorum calliditate capit, conſiliúmque pravorum eſt præceps. [14]. Interdiu

[6]. Annon ex homine, luto formato, orta eſt improbitas? Annon ex illo naſcitur nequitia? [7]. Quemadmodum ſcintillæ natura ſuâ altè volant: ſic homines ad moleſtias ferendas nati. [8]. At ego Deum religiosè colam, & cauſam meam ei committam. [9]. Facit ille res maximas, quæ captum hominum longè ſuperant, & quæ numerari non poſſunt. [10]. Demittit pluviam in terræ ſuperficiem, quâ plantæ aluntur, atque plateas urbium rigat, ut arbores, umbræ causâ, illic plantatæ; [11]. ut humiliores, non minus quam divites, earum umbra fruantur & qui, amiſſis parentibus, pullati ambulant refrigerentur. [12]. Molitiones hominum callidorum irritas reddit, nec patitur eos malis artibus ſibi divitias comparare. [13]. Aſtutorum conſilia ipſorum artibus evertit, oſtenditque temeraria eſſe. [14]. In rebus claris

6. *Annon egreditur*] כי לא יצא *chi lo jetse.* Interrogationem hanc eſſe putavimus, quòd reverâ è pulvere egrediatur improbitas, & moleſtia è terra germinet; quia hæc oriuntur ab homine, qui eſt, ad corpus quod attinet, terra & pulvis. כי ἐρωτηματικῶς ſumi oſtendit *Chr. Noldius* ſignif. 2. & 3. Alioqui ſenſus eſt hiulcus & propemodum nullus. *Hieronymus* mirè vertit: *nihil in terra ſine cauſa fit.* Pro און aven, *improbitas*, videtur legiſſe אין *en*, *non*, aut *nullus*, aut *nihil*. Sed Lingua Hebraica ita verti non patitur.

Moleſtia] עמל *hamal*; quæ, nempe, aliis creatur, aut etiam ipſis excogitantibus nocet, ut ſæpe fit.

7. *Homo naſcitur ad moleſtiam*] Ferendam, aut ſibi creandam, ſive ſtultitiâ, ſive nequitiâ. Vide *Plinii* H. N. Lib. II. in Prologo. Hic Eliphazus ſuperiora explicat. Videtur autem ἐκβατικῶς loqui, ſeu rationem habere eventûs, non conſilii divini; ex quo homo non eſt creatus ut miſer ſit, aut nequam; cùm hoc hominis culpâ contingat, non vitio Creatoris.

Filii prunæ altè volant] יעוף בני רשף יגביהו *filii prunæ adtollunt volatu*; hoc eſt, ſcintillæ altè volant. Cùm homines ſint inſtar ſcintillarum, ſeu brevis ævi; alta tamen ſapiunt & adgrediuntur, ut ſcintillæ altè volant. Eleganter ſcintillæ vocantur *filii prunæ*, éſtque hoc idioma Linguæ Hebraicæ, ut res dicatur *filia* alterius rei, ex qua oritur. Sic *ſagittæ* vocantur *filii arcûs* Jobi XLI, 19. aut *pharetræ* Thren. III, 13. Plura exempla ſuppeditabit, ſi neceſſe ſit, *Valent. Schindlerus*, in Lexico. LXX. vertunt νεοσσοὶ γυπὸς, *Aquila* υἱοὶ πτηνοῦ, *Symmachus*, τὰ τέκνα τῶν πετεινῶν. Sed רשף hoc non ſignificat. Vulgatus: *homo naſcitur ad laborem, & avis ad volatum.* Quæ nimis abeunt à verbis Hebraicis.

8. *Deum quæram*] Deum orabo, & quid voluntati ejus ſit conſentaneum inveſtigabo, ut faciam. Hæc opponit ſuperbiæ humanæ, quæ ſeſe nimiùm adtollit. *Quærere* Deum hæc complectitur. Vide 2. Reg. XX, 3, 4. 2. Par. XIV, 4, 15. XXVI, 5.

Cauſam meam Deo permittam] אל אלהים אשים דברתי al elohim aſchim dibrathi, *ad Deum ponam cauſam meam.* LXX. Intt. τὸν πάντων δεσπότην, vel τὸν παντοκράτορα ἐπικαλέσομαι, incommodè, nec ad verba Hebraica; niſi legerint pro duabus ultimis vocibus, הַשַּׂי דִּבְרָתִי. Vulgatus ad verbum: *ad Deum ponam eloquium meum.* Sed ut דבר *Dabar* eſt interdum *cauſa*, *lis*, ut Exod. XVIII, 16. XXIV, 14. nihil vetat quin דברה *Dibrah* idem hîc ſignificet, cùm loquutionis ratio ita poſtulare videatur. Hîc אל *el*, confunditur cum על, ut ſæpe alibi, & ſignificat *ſupra*, ut Pſ. XXII, 9. ac addito verbo השים *imponere*, ſeu permittere. Vide Pſalm. XXXVII, 1. LV, 23. triáque hæc Pſalmorum loca inter ſe confer.

9. *Nec perveſtigari poſſunt*] ואין חקר *& non inveſtigatio*; hoc eſt, non licet hominibus inquirere, cur & quomodo res faciat DEUS. Vide Eſai. XL, 28. LXX. Intt. ἀνεξιχνίαστα, Vulgatus: *inſcrutabilia.* *Francif. Vavaſſor*, ad hunc locum, advertere nos jubet *verſum hunc eumdem totum ab Jobo repeti* Cap. IX, 10. *atque ex parte ab Elihuo* c. XXXIV, 24. *quod argumentum eſt non comta & elaborata ad unguem omnia ab hoc Scriptore, ſed neglecta quædam & perſcripta ſimpliciùs fuiſſe.* Sed tantùm abeſt ut Orientalium Rhetorica eas repetitiones refugiat, ut contrà iis delectetur, ut vel ex hoc libro liquet, ubi idem ſæpiùs occurrit, ut paſſim alibi. Quod nec *Homerus* vitavit, qui cùm ex Græcorum Rhetorum canonibus non ſcripſerit, quantò minùs Hebræi?

Tótque mirabilia, ut nullus eorum numerus] *Mirabilia uſque ad nullum numerum.* Eſt נפלאות pro ונפלאות, ut Cap. IX, 10.

10. *Dat pluviam* &c.] Cùm aqua cœleſtis ſit planè ad vitam neceſſaria ubique, in Arabia præſertim, aliiſque ſiticuloſis oris, optatur. Ideóque hîc frequentius commemoratur.

In plateas] על פני חוצות *hal phne hhoutſoth*, in facies platearum; in quibus ſunt plantatæ arbores, umbræ causâ. Tantus eſt in iis oris æſtus, ut quàm maximè pluvia, quâ refrigerentur, indigeant. *Aquila* qui verterat ἐπὶ πρόσωπον ἐξωτάτων, more ſuo, Etymologiam verterat; non vocem, pro uſu recepto.

11. *Ita ut extollat humiles*] *Ut ponat humiles in altitudinem*; agricolæ enim, & reliqui qui non prædâ vivunt, tempeſtivis imbribus valde juvantur. Aut eſt hoc conjungendum cum verſu 9.

Et pullati ſalute erigantur] וקדרים שגבו ישע &

terdiu incidunt in tenebras , & ipſo meridie, quemadmodum in nocte; palpantur. [15]. Indigum à gladio, ab eorum ore, & à manu potentium liberat. [16]. Tenui *ab eo* ſpes eſt *facta*, & iniquitas os ſuum compeſcuit. [17]. Beatum hominem, *quem* increpuerit Deus! quique caſtigationem omnipotentis non ſpreverit! [18]. ille enim dolore adficit & vulnus obligat; percutit & manus ejus medentur. [19]. In ſex anguſtiis te liberabit , nec in ſeptima malum te adtinget. [20]. In fame te morti & in bello te gladio eripiet. [21]. In flagello linguæ, occultus eris, neque timebis à vaſtitate, cùm veniet.

claris dubitant de eo quod factu opus eſt; nec meliùs de iis judicant, quàm de obſcuris. [15]. Indigos liberat eorum calumniis, quibus quaſi gladiis utuntur ejusmodi homines, & tutatur contra eorum potentiam. [16]. Tenues ſpe bonâ ſuſtentat, cogitque iniquiores tacere. [17]. Beatum vero hominem, quem Deus calamitate increpuerit, ſi modò ejus increpationem non ſpreverit! [18]. Idem enim vulnerat, & vulnus curat; ferit atque ictui medetur. [19]. Non ex uno periculo, ſed ex omnibus pios liberat. [20]. Fame graſſante, bonum morti eripit; &, bello ſæviente, gladio. [21]. Si quæ calumnia contra te ſpargatur!

& atrati elati ſunt ſalute, nam eſt ישע pro בישע *bejeſchab*. Atrati ſunt lugentes parentes, aut conſanguineos, quibus quàm maximè indigebant. Vide Pſalm. XXXV, 14.

12. *Opes ſibi comparare poſſunt*] תעשנה ידהם תושיה *thabaſchenah jedehem thouſchijah*. *Facere opes* nota eſt loquutio, pro eo quod eſt *comparare opes*, de quo vide not. ad Gen. XII, 5. Sed quærunt Intt. quid ſit תושיה *thouſchijah*. Græci quidem, qui LXX. Intt. nomine adpellantur, ſummopere æſtuarunt in ea vertenda, vel in hoc ſolo libro. Hic verterunt ἀληθὴς, Cap. VI, 13. βοήθειαν, XI, 6. τῶν κατὰ σε, XII, 17. ἰσχὺς, XXX, 22. σωτηρία. Alibi βουλὴν, ἀσφάλειαν, καιρὸν, ματαίαν, παράκλησιν. Nec minùs varius eſt Vulgatus Interpres, qui habet hîc, *quæ cœperant*. Ego verò, cùm hæc vox à verbo יש *eſt* derivetur, crediderim eâ ſignificari *id quod eſt*, ſi propriè vertatur, & interdum οὐσίαν, quatenus hæc vox divitias ſignificat, vel quod eſt alicui; nec ſenſus malè aliis etiam nonnullis locis convenit. Alii vertunt *eſſentiam*, *ſubſtantiam*, *doctrinam*, *ſucceſſum*, *virtutem*, *ſapientiam*, *rationem*, *præſcriptum*, *legem* &c. prout locorum ſenſum poſtulare crediderunt, nam eſt vox πολύσημος.

13. *Sapientes in ipſorum calliditate capit*] לכד חכמים בערמם *locbed bhachamim bebormam*. Hîc חכמים *bhachamim* dicuntur ,. non in bonam partem, ſed homines *callidi*, ut liquet ex ſequentibus. Sic σοφοὶ & *ſapientes* Græcè & Latinè laude ob prudentiam , & vituperio ob aſtutiam digni pariter dicuntur. Profertur hic locus 1. Cor. III, 19 aliis verbis , quàm iis, quæ ſunt apud LXX. Intt. habet enim Paulus: ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, optimè. LXX. verò Intt. minùs commodè: ὁ καταλαμβάνων σοφοὺς ἐν τῇ φρονήσει αὐτῶν, nam ערם *callidum* eſſe, non *prudentem* ſignificat.

Pravorum] נפתלים *niphthalim*, hoc eſt, propriè *contortorum*; deinde transfertur vox ad ſignificandos pravos homines & aſtutos. LXX. vertunt hîc rectè πολυπλόκων. Vide not. ad Gen. XXX, 8. *Symmachus*: βουλὴ δὲ σκολιῶν περιεχθήσεται. Reverà ejusmodi hominum βουλὰς non poteſt non eſſe σκολιὰς, *contorta*.

Eſt præceps] נמהרה nimharah, *feſtinatum*; hoc eſt, non meliùs cedit eis quàm præceps conſilium, quod temerè captum eventu ipſo arguitur. Optime *P. Syrus*: *Velox conſilium ſequitur pœnitentia*. Ad quod vide *Jani Gruteri* Notas poſtumas p. 441.

14. *Interdiu incidunt in tenebras* &c.] Παροιμιωδῶς videtur hoc dici, de iis qui in rebus claris ceſpitant & labuntur. Quod contingit interdum nimiùm callidis, qui ſuâ ſibi calliditate nocent; dum quærunt occulta neſcio quæ conſilia, ubi nulla ſunt.

17. *Beatum hominem*] אשרי אנוש aſchte enoſch, *beatitudines hominis*, ut Pſ. I, 1.

Quem increpuerit Deus] יוכיחנו *jochibbennou*, quod intelligendum, non de ſola caſtigatione, ſeorſim ſpectata, ſed de ejus effectu, quo homo melior factus ſit. Eſt antecedens, pro conſequente.

Caſtigationem] מוסר *monſar*, quæ tam rebus, ſeu calamitatibus fit, quàm verbis. Vide hæc verba Proverb. III, 11.

18. *Dolore adficit*] Vulnere, nimirum, illato, quod hîc quamvis calamitatem ſignificat. Vide Deut. XXXII, 39.

19. *In ſex anguſtiis* &c.] Hoc eſt, te ſemper liberabit , in calamitatem delapſum, aut etiam impediet ne in eam incidas. Sunt certi numeri , pro incertis. Adhibent Hebræi frequenter ſeptenarium numerum , ob creationis memoriam, potiùs quàm alium; cui præmittitur hîc ſenarius , ut proximus. Sic loquitur etiam Salomo Proverb. VI, 16.

In ſeptima] בשבע bſchebah, *in ſeptem*, pro בשביעית beſchibhith, *in ſeptima*.

21. *In flagello linguæ*] בשוט לשון *bſchot laſchon*. Sic vertit *Hieronymus*, ut fecimus, niſi quod habet, *à flagello*, poſt LXX. Intt. qui tranſtulerunt ἀπὸ μάστιγος γλώσσης. Alii malunt שוט habere pro infinitivo, vertúntque *quando vagabitur lingua*, vel, *tempore quo vagatur lingua*, quod interpretantur de calumniis hac, illac ſparſis, earúmque pravis effectibus. Si *flagellum* vertas, ſimilis quoque erit ſenſus. Nihil equidem melius video, nec cupio quidquam in textu mutari, invitis Codicibus Maſorethicis, iisque quibus uſi ſunt Vett. Intt. Fateor tamen utramque loquutionem duriorem mihi videri, nec ſcio annon ante LXX. Intt. tempora mendum in hunc locum irrepſerit. Si pro voce לשון vox hîc eſſet, quæ *latrones* ſignificaret, ſenſus eſſet apertus, & ſequentibus verbis conſentaneus; ſermo enim eſſet de *vagantibus latronibus*. Sed quæ vox hîc eſſe poſſet fateor me neſcire. Hebraicè dicere poſſis בשוט השודד *bſchot haſcheded*, cùm vagatur vaſtator. Sed conjecturis indulgere non libet.

veniet. 22. Vaſtitatem & famem ridebis, nec tibi à fera terræ timebis. 23. Fœdus tibi erit cum lapidibus agri, & agreſtis fera pacem tecum colet. 24. Scies pacem eſſe in tentorio tuo, viſes habitationem tuam, neque peccati pœnas lues. 25. Videbis multos eſſe poſteros tuos, & ſobolem tuam ſicut herbam terræ. 26. Maturâ ætate ſepulcrum ingredieris, quemadmodum *in borreum* adſcendit acervus, tempore ſuo. 27. Hoc cùm inveſtigaſſemus, ſic eſſe comperimus; hoc audi, & in uſum tuum cognoſce.

VI. Reſ-

gatur, incolumis inde evades; neque erit cur hoſtilem vaſtitatem metuas. 22. Non metues vaſtitatem & famem, nec ſi feræ agros infeſtent, erit cur eas timeas. 23. Lapidoſus ſi tibi ſit ager, nihilo ſeciùs fertilis erit, nec feræ tibi nocebunt. 24. Intelliges in tentorio tuo, etiam cum feris, tibi pacem eſſe, nec ullas pœnas, eò quod villam tuam inviſeris ab urbe remotiorem, lues. 25. Tibi erit numeroſa poſteritas, quæ herbæ inſtar ſubcreſcet. 26. Senex demum morieris & ſepelieris, ut ſeges quæ non prius horreo infertur quàm matura ſit. 27. Hæc vera eſſe comperimus, quibus aurem præbeto, ut iis in rem tuam utaris.

P A R A-

Occultus erit] Non te inveniet id quod שוט לשון dicitur, quidquid tandem ſit.

A vaſtitate, cùm venerit] משוד כי יבוא *miſſchod chi jabo*. LXX. Intt. ἀπὸ κακῶν ἐρχομένων. *Aquila*, ἀπὸ ἀπονομῆς ἐπερχομένων. Vulg. *calamitatem cùm venerit.*

22. *Vaſtitatem & famem*] לשד ולכפן *lſched oulechaphan.* Sive שוד ſcribas vel שד perinde eſt, nam radices שוד *ſcheud* & שדד *ſchadad* æquè *vaſtare* ſignificant: ſequens vox כפן *chaphan* pro *fame* alibi non legitur, in Libris Hebraicis; ſed frequens eſt in Chaldaïca Lingua, ubi כפן *chphon* effertur. Multi ſunt, ut ſæpe dixi, hoc in libro, Chaldaïſmi. LXX. Intt. mirè verterunt: ἀδίκων καὶ ἀνόμων καταγελάσῃ. Meliùs Hieronymus: *in vaſtitate & fame ridebis.*

Nec à fera terræ timebis] Aut quòd ſat multi erunt inter ſervos tuos, venatores, qui arceant feras, dum occidunt propiùs ad greges tuos accedentes; aut quòd Deus ipſe, arcanâ quadam ratione, eas à te avertat. Arabes non uſque adeò timent Leones, ut eos vel baculo inſtructi non auſint perſequi, & occidere, ut docet *Thevenotius* Iter. Orient. P. 2. Lib. I. c. 13. Quando tamen frequentiores ſunt, accedùntque Schagalæ & Pardi, non exiguum periculum creant, ut idem docebit. Quod videmus etiam ex Samaritarum Hiſtoria 2. Reg. XVII, 25.

23. *Fœdus tibi erit*] כי עם אבני וגו *chi him abne* &c. Hîc omnino כי abundat, niſi quis velit eam particulam referre ad verſum antecedentem, cujus priorem partem reſpiciat prior pars hujus, ut poſteriorem poſterior.

Cum lapidibus agri] Satis quidem conſtat hoc velle Eliphazum, lapides agri non magis nocituros ſegetibus, quàm fœderati fœderatis nocent. Eſt antecedens pro conſequenti. Vide ad Cap. XXXI, 8. Sed quinam ſint lapides agri non ſatis liquet Interpretibus, poſſunt enim eſſe lapides agri ſponte ſuâ lapidoſi, ac proinde ſterilis; aut datâ operâ in eum conjecti, quod interdum ab hoſtibus fiebat, ut videmus 2. Reg. III, 25. Alii etiam alia, ut homines neſcio quos, qui obſcurè deſignentur, aut etiam grandinem commenti ſunt. Quæ ſunt omnia violenta. Exiſtimarim hoc velle Eliphazum, ſi Jobus reverâ pius ſiat, fore ut Deus vel ex ipſo lapidoſo ſolo ei uberem proventum eliceret. Rectè ſenſum expreſſit, hiſce verſibus *Franc. Vavaſſor:*

Quin votis lapidoſa tuis, ceu fœdere pacto,
Reſpondebit humus, neque lætum differet uber.

Sed addit, ſine neceſſitate, alteram interpretationem:

Nec metus, illidas ſaxo ne fortè reperto
Inſcius ipſe pedem, neu te veſtigia fallant.

24. *Scies pacem eſſe &c.*] *Pacem eſſe tentorium tuum.* Hoc eſt, experientiâ ipsâ deprehendes, providentiâ divinâ, omnia tibi apud te ſecunda fluere; nam *pax*, apud Hebræos, & tranquillitatem & quæcunque ex ea defluunt bona ſignificat, ut notum eſt.

Viſes habitationem tuam] פקדת נוך *phakadtha naveeha*, ut videas an ſatis rectè omnia, vel an quidpiam perierit.

Neque peccati pœnas lues] ולא תחטא *nec peccabis. Lud. de Dieu* vertit: *nec fruſtraberis*, hoc eſt, non invenies te deſtitutum neceſſariis, quòd חטא in Lingua Æthiopica defectum ſonet. Verùm ex illa ſignificatione vertendum potiùs eſſet, *nec ullâ re carebis.* Alii, *aberrabis à ſcopo*, ut Jud. XX, 16. Sed malui eſſe antecedens, pro conſequente, ſeu *peccare* ἀντὶ *& pœnam peccati dare*, quæ pœna in jactura ſita erat. Vide ad Gen. XLIII, 8. *Symmachus* verterat ἀναμαρτήτως, in eamdem ſententiam.

25. *Videbis*] *Scies*; hoc eſt, videbis ipſe poſteros tuos, tuæque poſteritati intereris.

26. *Maturâ ætate*] בכלח *bchelahh.* Hæc vox occurrit tantùm hîc & Cap. XXX, 2. nec radicem ullam, in Lingua Hebraïca, aut in vicinis habet, unde de ejus propria ſignificatione conjicere liceat. LXX. Intt. ὥσπερ σῖτος ὥριμος κατὰ καιρὸν θεριζόμενος, ex conjectura, ut puto, propter ſequentia. *Hieronymus: in abundantia*, neſcio cur. *Matura ætas* rectiùs convenire videbatur, quòd hoc inter benevolentis Numinis indicia habebatur, nonniſi ſenem mori, & quod in ſequentibus mentio fiat maturarum ſegetum. Qui interpretantur *quaſi viventem* ætatem, ex כ & לח *leahh*, ex ingenio Linguæ adverſantur, & ſententiæ loci.

In borreum adſcendit acervus] בעלות גדיש *chehaloth kadiſch, ut adſcendit acervus.* Cum conſtat τὸ גדיש eſſe acervum frugum, & quidem etiamnum in agro collectum, ut liquet ex Exod. XXII, 6. addidi *in borreum*, eò enim ex agro *adſcendit*, cùm triticum, aut aliud ſemen è palea excuſſum & ventilatum horreo infertur. Cum horreo ejuſmodi, cui inferuntur ſegetes, non malè conferas ſepulcrum, in quod ſenex maturâ ætate mortuus conditur.

Et in uſum tuum cognoſce] דע לך *dah lach*, tibi ſcito; ſcit enim aliis, non ſibi, qui eo quod novit rectè non utitur. Quærunt Interpretes,

VI. Reſpondet Eliphazo Jobus, ſeſe purgat, votum repetit, cujus rationes addit, objectionéſque confutat.

CAPUT VI.

1. RESPONDIT verò Jobus his verbis. 2. Utinam in libra adpenderetur indignatio mea, ſimúlque calamitas mea adtolleretur! 3. Etenim arenâ maris gravior eſſet, ideóque verba mea abſorberentur. 4. Sagittæ Omnipotentis mihi adhærent, ſpiritúſque meus earum venenum hauſit, & terrores Dei in me aciem inſtruxerunt.

5. Num

PARAPHRASIS.

1. REPOSUIT verò Eliphazo Jobus & 2. utinam, inquit, in libram hinc indignatio mea, illinc calamitas adtolleretur! 3. Poſterior longè gravior eſſet, & præ hac querelæ meæ nullius eſſent ponderis, ideoque evaneſcerent. 4. Sagittæ Dei Omnipotentis carni meæ infixæ adhærent, animúſque meus graviſſimos dolores patitur, & Deus in me, veluti acie inſtructa, me ſummopere terret doloribus, quos in me immiſit.

5. Ona-

pretes, an Eliphazus rectè in hiſce ſenſerit, cum viros pios quaſi felices deſcribit? Sane non aliter loquitur, quàm Lex Moſaïca, & quod dicit ſæpe contingebat. Sed in eo peccat, quòd perpetuum eſſe putavit, atque ex calamitate Jobi collegerit hominem flagitii cujuſpiam gravioris reum fuiſſe, quaſi nemo pius adverſis premi non potuiſſet.

COMMENTARIUS
In CAPUT VI.

2. U*Tinam in libra adpenderetur* &c.] *Utinam adpendendo adpenderetur indignatio mea, & calamitatem meam in libra adtollerent ſimul*; nempe, שקלים *adpendentes.* Nam nominativus debet ex re ipſa ſuppleri, aut res paſſivâ conjugatione exprimi.

3. *Etenim arenâ maris*] *Quia nunc* (כי עתה) *arenâ marium.*

Gravior eſſet] יכבד *jicbbad*, quod eſt maſculini generis, refertúrque ad nomen fœmininum חותי hhavvathi, *calamitas mea*, enallage generis non rarâ, præſertim in verbo; cùm nomen quodpiam ſubaudiri poteſt, quod genere cum verbo conſentit, ut rectè animadvertit *Joan. Buxtorfius* Theſ. Grammat. Lib. II. c. 10. Hîc autem ſubaudiri commodè queat nomen משקל miſchkal, *pondus*. Hoc enim vult Jobus, ſi in libra pendi potuiſſent hinc quidem calamitas ſua, inde verò querelæ; pondus illius ſuperaturum pondus arenæ marium, nedum ut querelis levior eſſet. *Pondus arenæ* habetur, quaſi maximum Proverb. XXVII, 9. ubi indignatio ſtulti dicitur *pondere arenæ gravior.*

Ideóque verba mea abſorberentur] לעו *labou*, quod hic paſſivo ſenſu ſumitur, niſi malis nominativum ſubaudire. Senſus eſt: *nulla ratio haberetur verborum meorum*; nam quæ facilè abſorbentur, cùm parva ſint, magni momenti non habentur. Abſorberentur autem verba, magnitudine ponderis malorum; cum verba ventis leviora eſſent, mala autem longè graviſſima. Sic Pſ. CVII, 27. *Omnis eorum ſapientia abſorbetur*, pro eo quod eſt evaneſcit, perit, magnitudine periculi. *Aquila* verterat καταποντισθήσεται, *Symmachus* καταπεπηγότα, *Theodotion* ὑγκοποι. LXX. Intt. φαῦλα, & Vulg. *dolore plena.*

4. *Mihi adhærent*] עמדי himmadi, *mecum ſunt.*

Sagittas Dei vocat calamitates, quas ei Deus immiſerat. Vide Pſ. XXXVIII, 9.

Earum venenum] חמתם *bhamathan.* Confert, nempe, calamitates ſuas cum ſagittis venenatis, quarum vulnera periculoſiſſima ſunt, aut etiam lethalia. Iis multi populi uti ſolebant, utuntúrque etiamnum gladiis venenatis Japonentes & Macaſſares, apud Indos. Vide hac de re *Curtium* Lib. IX. c. VIII, 20. & ad eum *Joan. Freinſhemium.* Sunt qui vertant hîc: *earum venenum ebibit ſpiritum meum.* Sed minus commode, nam vulneratus haurit venenum, non venenum eum qui vulneratus eſt.

In me aciem inſtruxerunt] יערכוני *jabarchouni*; hoc eſt, inſtructâ veluti acie & confertim me adgrediuntur. LXX. Intt. hæc & ſuperiora non intellexerunt, cùm verterint: ὧν ὁ θυμὸς αὐτῶν ἐκπίνει μου τὸ αἷμα (fortè πνεῦμα) ὅταν ἄρξωμαι λαλεῖν κεντοῦσί με. Vulgatus: *quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, & terrores Domini militant contra me.* Nam חמה ſine dubio eſt *venenum.* Vide Pſalm. LVIII, 5. CXL, 4.

5. *Num rudit onager in gramen?*] Hæc Paroemiam redolent, ſed non ſatis liquet quâ ſententiâ hîc adhibeantur. Fortè pertinent ad deſcriptionem faſtidii, quo Jobus laborabat, & quo fiebat ut cibos alioqui ſibi gratos averſaretur, quaſi diceret: tanto faſtidio teneor, ut cibos, qui mihi antea placebant, comedere nequeam; alioqui ſi mihi nunc placerent, non eos magis rejicerem, quàm eſurientes onager, ac bos gramen ſpernunt. *Symmachus*: μὴ ῥύσει λιμῷ ὄναγρος παρόντος χλόης. Vulgatus: *numquid mugiet onager, cùm habuerit herbam?* Quòd ſi rem ad animum referre malis, poſſent hæc verba ſic intelligi; Jobum nequaquam faſtidire ſermones amicorum, ex ulla, quæ ſibi inſit, ſuperbia, qui ceteroqui poſſent ſuâ naturâ leniendis his doloribus apti eſſe; ſed quòd ad rem nihil facerent, cum hoc pro conceſſo ſtatuerent, ſingulari quopiam ſcelere Jobum ſibi pœnas, quas patiebatur, contraxiſſe.

6. *An inſipidum ſine ſale comeditur*] Proverbium eſt, cujus, ſi rem ad animum referas, hic eſt ſenſus: non magis in conſolationibus veſtris poſſum adquieſcere, quàm cibus inſulſus libenter ſine ſale comedi. Alioqui ſi de faſtidio

5. Num rudit onager in gramen? num mugit bos in pabulum ſuum? 6. An inſipidum ſine ſale comeditur? an eſt ſapor in albumine ovi? 7. Renuit *illa* adtingere adpetentia mea, ea ſunt ut faſtiditus cibus.

8. Utinam perveniret poſtulatum meum *ad Deum!* utinam Deus daret mihi, quod exſpecto, 9. vellétque me conterere, & ut me exſcinderet manum ſuam exſereret. 10. *Hoc* adhuc erit mihi ſolatio, ſi conflagrem in dolore, nec parcat; quia verba Sancti non occul-

5. Onager non rugit in gramen, quaſi indignabundus; neque bos in pabulum; ideóque nec amicorum meorum ſolatia faſtidirem. 6. Verum nunc ſunt eorum verba inſulſa; 7. quæ audire non poſſum, quippe quæ, faſtiditi cibi inſtar, mihi diſplicent.

8. Utinam id quod à Deo peto mihi concederet, 9. méque uno vulnere conficeret, ne amplius hæc mala ſentirem! 10. Hoc mihi ſolatio eſſet, etiam dolore ardenti, quamvis mihi nequaquam parceret; quod Dei verba minime occultaſſem. 11. Nullas mihi

dio oris intelligas, eo utetur Jobus, ut ſignificet ſe non magis cibo, qui ſibi offerebatur, delectari; quàm amici cibis inſipidis delectarentur, ſi ſale deſtituerentur, quo eos condirent. *Symmachus*: *μή τι βρωθήσεται ἀνάρτυτον τῷ μὴ ἔχειν ἅλας*; Vulg. *aut poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum?*

6. *An & ſapor in albumine ovi?*] כריר חלמות *brir bhallamouth*, LXX. Intt. *οἱ δὲ καὶ τὸ γεῦμα ἐν ῥήμασι κενοῖς*; quaſi legiſſent, ut putat *Lud. Cappellus*, בְּדִבְרֵי חֲלֹמוֹת *in verbis ſomniorum*, quæ ſunt inania. Sed tanta eſt eorum Interpretum, in obſcuris vertendis, licentia; vix ut divinando adſequi poſſimus quid legerint, aut legendum putarint. *Hieronymus: poteſt aliquis guſtare quod adfert mortem?* Legiſſe videtur hîc: בְּרוּיָה לַמָּוֶת broujah lammaveth, *guſtata ad mortem*, ſubaudiens אכילה achilah, *eſca*. *Cappellus* jam obſervârat ab eo litteras tres poſtremas מות ſejunctas fuiſſe, & pronunciatas *maveth*, ſed cetera non viderat. Utinam extaret verſio *Aquilæ* hujus loci! ſed ſolet interdum eum ſequi *Hieronymus*, & fortè ita legerat.

Idem vir eruditus obſervat vulgatam interpretationem *in albumine ovi*, non aliunde fulciri, quàm quòd חֶלְמוֹן apud veteres Rabbinos *vitellum ovi* ſignificet, in hoc eorum dicto: מבחוץ חלמון מבפנים חלבון *albumen extrinſecus, & vitellus intrinſecus*. Sed conſtat præterea, apud Syros, חלמתא *bhlamtho* ſignificare *vitellum* ovi; nec incommode ſumi poſſit ea vox pro ovo. Ad quod accedit quòd ריר quod eſt proprie *ſaliva*, metaphorâ non ineptâ hîc adhiberi queat, ut ſignificetur *albumen*, quod habeatur quaſi *ſaliva vitelli*, quòd fortè putarent albumen eſſe veluti recrementum vitelli, aut quòd non ſit ſalivæ viſcidæ abſimile. Denique *albumen* eſt per ſe inſipidum. Hæ rationes fuere, cur vulgatam intèrpretationem recentiorum Interpretum hîc ſequuti ſimus. Ipſe vult ſignificari veluti *ſalivam mammillæ*, hoc eſt, humorem, qui ſponte è mammilla effluit, inſtar ſputi, quòd Arabicè חלמה ſignificet extremitatem mammillæ. Sed fallus eſt, aut acidus ejusmodi humor, quippe qui eſt ſerum; & hîc ſermo videtur eſſe de cibo, non de re, quæ non alit. Hoc ergo velle crediderim Jobum: non gratiores mihi ſunt veſtri ſermones, quàm eſt albumen ovi, ſine ſale, palato faſtidienti.

7. *Renuit illa adtingere adpetentia mea*] מאנה נפשי לנגוע *meenah naphſchi lingoah*, ubi נפשי *naphſchi* verti *adpetentia mea*, quia de cibis ſermo eſt. Sic vox ſumitur Eſaiæ XXIX, 8. *Quemadmodum, cùm ſomniavit eſuriens ſe comedere, expergefacti verò anima eſt vacua* (וריקה נפשו) & *quemadmodum ſomniat ſitiens ſe bibere, excitatus verò defeſſus eſt & anima ejus* (נפשו) *adpetit potum: ſic erit turba omnium gentium, quæ montem Sionem bello impetent.* Ubi manifeſtè נפש *nephesch*, adpetentiam cibi & potûs ſignificat. Vult Jobus, à ſe ſermones inſulſos amicorum faſtidiri.

Ea ſunt ut faſtiditus cibus] המה כדוי לחמי hemmah chidve lahhami, *illi ſunt quaſi langores panis mei*; hoc eſt, cibi faſtiditi à me, ut cibi faſtidiuntur, ab iis qui languent. המה refertur ad תפל thaphel, *inſipidum* & חלמות hhallamouth, *albumen*, ſi conſtructionem Grammaticam ſpectes; ſed cùm illis conferantur à Jobo ſermones amicorum, ad eos ſermones eſt animo referendum. LXX. Intt. vertunt hunc verſum, hoc modo: *Οὐ δύναται γὰρ παύσασθαί μου ἡ ὀργή*, (in Cod. Rom. *ἡ ψυχή* in Alexandr.) *βρόμον γὰρ ὁρῶ τὰ σῖτά μου ὥσπερ ὀσμὴν λέοντος*, quod verterat *Hieronymus*, in verſione è Græco: *Sic nec anima mea poteſt ceſſare; fœtidas enim video eſcas meas, ſicut eſt odor leonis*, pro quibus quid legerint non intelligo. *Hieronymus* ex Hebræo interpretatur: *quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia* (קִדְוֵי) *cibi mei ſunt*. Fatendum obſcurum eſſe locum, & qui, ſine antiquioribus Codicibus, fortè intelligi nequeat.

8. *Ad Deum*] Hoc neceſſariò ſupplendum oſtendunt ſequentia verba. Metaphora eſt à Regibus petita, ad quos non ſemper perveniebant miſerorum libelli ſupplices; & ad quos tamen pervenire eos oportebat, ut ratio eorum haberetur. Perinde eſt ergo ac ſi diceret Jobus: utinam exaudirentur preces meæ! Sic 2. Par. XXX, 27. de Levitis, qui populo Hebræo bene precati erant: *Exaudita verò eſt* (à Deo) *eorum vox, & ad ſanctas ejus ſedes in cœlum pervenit*, ותבוא *thabo*, ut hic. Hoc notandum duximus, quia perperam multi interpretati ſunt, *eveniat petitio mea.*

9. *Vellétque conterere me* &c,] *Et velit Deus & conterat me*; hoc eſt, me mori velit.

Et ut me exſcinderet, manum &c.] יתר ידו ויבצעני *jatther jado, vibathſabani*, ſolvat manum ſuam & abſcindat me. Abſurdè verterunt LXX. Intt. *εἰς τέλος δέ*. *Aquila* & *Symmachus* melius, *ἐπιβαλεῖν τὴν χεῖρα*.

10. *Hoc adhuc erit mihi ſolatio*] *Et erit adhuc conſolatio mea*, ותהי עוד נחמתי. *Aquila* & *Theodotion*, *καὶ ἔσται ἔτι ἡ παράκλησίς μου*, & ſic Vulga-

Digitized by Google

occultavi. [11]. Quænam ſunt vires meæ, ut *quidquam* ſperem? quisnam finis meus, ut vitam meam producam? [12]. An vires meæ ſunt *inſtar* virium lapidis, aut caro mea ænea? [13]. Annon *verum eſt* nullum eſſe in me auxilium, & à me eſſe facultates amotas? [14]. Ei qui contabeſcit miſericordia & timor Omnipotentis ab amico relinquuntur. [15]. Fratres mei torrentis inſtar defecerunt, & ut fluvii rapidi tranſierunt. [16]. Qui

hi vires reliquit, nec eſt cur longiorem mihi vitam ſperem. [12]. Non ſum lapidis, aut æris inſtar, ut nihil ſentiam. [13]. Nullum mihi supereſt auxilium, cum omnes facultates amiſerim.

[14]. Homini morbo contabeſcenti, nemo amicus propterea exprobret deſtitutum eſſe miſericordia & timore Dei. [15]. Sed fratres & populares mei me deſeruerunt, torrentis inſtar, qui, deficiente aqua, exareſcit, aut fluminis, cujus aqua celeri lapſu in mare

Vulgatus. LXX. Intt. abſurdè prorſus: εἴη δέ μου πόλις τάφος, quaſi legiſſent עירי קבורה *biri kbourah*.

Si conflagrem in dolore] ואסלדה בחילה *veaſalledah bchilah*. Verbum סלד, quod alibi non occurrit, è Chaldaica Lingua interpretati ſumus, ut convenientiſſimum videbatur. LXX. Intt. verterunt hunc verſum: ἐφ' ἧς ἐπὶ τειχέων ἡλλόμην. סלד *Salad* eſſe *ſalire* unde reſciverint neſcio, ſed חילה *chilah* crediderunt idem eſſe ac חיל *chel*, murus. At nullum commodum hinc excudere potuerunt ſenſum. Vulgatus: *& hæc ſit mihi conſolatio, ut adfligant me dolore, non parcat* &c. Sed אסלדה non poteſt verti *adfligant me*. Chaldæus: ואבוע בדתיהא *& caleſiam in ardore*.

Nec parcat] Nimirum, *mihi*, ſed me è medio tollat Deus.

Quia verba Sancti non occultavi] קדוש *Kadoſch*, ſeu *Sanctus* intelligitur is, qui *Sanctus Iſraëlis* vocatur in Prophetis. Sed quia Jobus non inducitur, quaſi Hebræus, non additur *Iſraëlis*. Videntur reſpici revelationes divinæ, quæ debuerunt nonnullæ eſſe, apud Arabas, ſi inter eos reverà fuit vir qui Jobus vocaretur, & quæ hîc narrantur paſſus fuerit, aut dixerit. Sin verò ſub ejus perſona deſcribuntur pii Hebræi in captivitatem abducti, intelliguntur revelationes Hebræorum Prophetis, à Moſe usque, factæ; quas nemo celare debuit alius, & præſertim liberos, quos docere præcepta Dei neceſſe quivis habuit. Petit autem Jobus, ſeu dramaticus, ſeu verus, ut Deus ſibi hanc gratiam largiatur, ut quàm primùm vitam cum morte commutet, vel quia ipſius voluntatem numquam occultaverat.

11. *Ut quidquam ſperem*] Jobus, nimirum, ſenex & gravi morbo adfectus nihil niſi mortem exſpectare poterat, poſt morbi longos cruciatus, luctum perpetuum ob amiſſos liberos, dolorémque ob facultatum omnium jacturam.

Quisnam finis meus] Quem ſtatum meliorem exſpectare poſſet, ſub vitæ finem, non videbat; ideóque quàm citiſſimè mori optimum ſibi ducebat. Attamen poſtea meliora ſperat ſub finem c. XIX. Nimirum, æſtu doloris exagitatus nunc nihil ſperat, nunc ſpe nequaquam deſtituitur. *Aquila*: καί τί τέλος μου ὅτι μακροθυμήσω, quod ſequutus eſt *Hieronymus*. LXX. τίς μου ὁ χρόνος ὅτι ἀνέχεταί μου ἡ ψυχή.

Vitam] *Animam meam*, אאריך נפשי *aarich naphſchi*.

12. *An vires meæ*] כחי *chchi*, hoc eſt, firmitas corporis, totiúsque temperationis, ut poſſet quævis mala perferre. כח *chcahh*, ubi cum lapidibus jungitur, ſignificat eorum duritiem.

13. *Annon verum eſt nullum* &c.] *Annon nullum eſt auxilium meum in me*, האם אין עזרתי בי *haim en bezrathi bi*. Vocula האם eſt *an* Num. XVII, 13. hîc verò commodius verti nequeat quàm *annon*; ſed quia Latinè loquentibus conjungi non poteſt cum negatione, addidimus *verum eſt*, quod ſenſui nihil addit, ſed involutum explicat. Negatione enim hæc exprimenda eſſe antecedentia & ſequentia & res ipſa oſtendunt; ut rectè *Chriſtianus Noldius* oſtendit, ad hanc particulam, in Adnot. & Vindiciis num. 185. LXX. Intt. ἢ οὐκ ἐπ' αὐτῷ ἐπεποίθειν, quaſi legiſſent בו bo, *in eo*, pro בי bi, *in me*. Sed ſequentia hanc lectionem confutant. Vulgatus rectius: *ecce non eſt auxilium mihi, in me*. Videtur Jobus hîc negare ullas ſibi opes ſupereſſe, quibus ſenectutem leviorem ſibi redderet.

Facultates amotas] תושיה נדחה *thouſchijah niddechhah*. Diximus ad Cap. V, 12. nobis videri voce תושיה *divitias* aliquando ſignificari, quæ notio optimè in hunc locum quadrat. Jobo enim facultates à latronibus erant abactæ.

14. *Ei qui contabeſcit miſericordia* &c.] למס מרעהו חסד ויראת שדי יעזב *liqueſcenti amicus miſericordiam* (aut *beneficentiam*) *& metum Omnipotentis relinquet*; nam vocem מרעהו habemus loco nominis ſubſtantivi Heemanthiei, propter ſequens verbum יַעֲזֹב *relinquet*. Alioqui ſi מ eſſet præpoſitio, oporteret legere יֵעָזֵב in Niphal. מס *mas*, propriè *liqueſcens*, aut contabeſcens eſt, metaphoricéque ſumitur pro eo, qui vectigal, aut tributum pendit, vel operam, tributi loco, præſtat. Vide Exod. I, 11. Hoc loco ſumitur pro eo, qui morbo & mœrore contabeſcit, qui ſenſus optimè loco convenit; ait enim Jobus amicos ſolere amicis morbo & animi ægritudine tabefactis proponere miſericordiam divinam, fiduciámque quæ ex ejus metu oritur; nec talia cuiquam negari, niſi ſibi, quem amici contendebant miſericordia divina indignum, nec antea Dei timentem fuiſſe concedebant. Hunc ſenſum loci eſſe videbunt, qui contortas aliorum interpretationes cum hac contendent.

15. *Fratres mei*] Conſanguinei & populares.

Defecerunt] בגדו *bagedou*, quod turpem amici defectionem hîc ſignificat, nam perfidiæ notionem verbum hoc complectitur.

Fluvii rapidi] כאפיק נחלים *chaaphich nahhalim*, fortis fluviorum. Fortè eſt pro כאפיקי נחלים *fortibus fluviorum*, hoc eſt, rapidis fluviis. LXX. Intt. κῦμα, aut κύματα. Vulgatus:

16. Qui atri ſunt præ pruina, eos occultat nix. 17. Tempore ſuo effluunt, pereunt, cùm incaleſcit, è loco ſuo exſcinduntur. 18. Declinant orbitæ viæ illorum, in deſerta abeunt *illi* & pereunt. 19. Reſpiciunt ſemitas Themæ, ſibique vias Sebæ exſpectant. 20. Pudore adficiuntur, quia ſperarunt; eò usque veniunt *ubi* & pudefiunt. 21. Quia nunc adfuiſtis, annon quemadmodum fractus ſim videbitis & timebitis? 22. An

re fertur. 16. Ut qui per pruinam ſæpiùs ambularunt frigore aduruntur, & ſæpius etiam obruuntur nive: 17 ita ego, qui cum omni calamitatum genere conflictor, propterea obruor contumeliis. 18. In avia illi feruntur, ubi fame pereunt. 19. Cupiunt Themam ſe conferre, & ſe vias Sabææ inituros ſperant; 20. ſed pudore adficiuntur, quia tota regione viarum errarunt. 21. Vos verò, qui nunc mihi adfuiſtis & quantam in calamitatem inciderim vidiſtis,

ſicut torrens, qui raptim tranſit in convallibus.

16 *Qui atri ſunt* &c.] הקודרים מני קרח עלימו יתעלם *nigri præ pruina ſuper iis occultat nix.* Proverbium eſt, idque obſcurum, quod tamen ſic intellexerim: ut qui ob exceptam ſæpius pruinam colorem aduſtum habent, non ei tantum incommodo ſunt obnoxii, ſed obruuntur etiam interdum nive: ita ego, qui cum omni genere calamitatum conflictabar, præterea obruor veſtris contumeliis. Deſumta hæc eſſe queant ex iis, qui, frigidiore tempeſtate, per montes Armeniæ iter faciebant, nec pruinâ tantùm, ſed & nive obruebantur. Fatendum omnia, quæ hîc & veteres & recentiores Intt. habent, meras conjecturas eſſe eáſque non admodum probabiles, nec certiora tamen poſſe inveniri. LXX. Intt. Οἵτινές με διευλαβοῦντο νῦν ἐπιπεπτώκασί μοι, ὥσπερ χιὼν ἢ κρύσταλλος πεπηγώς. Vulgatus: *Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix.* Chaldæus: ראשרמין מן צנמא עליהון יתחיל חלגא *qui nigri ſunt, propter frigus, contra eos prævalebit nix.* Sic etiam loquutus *Virgilius*: *Boreæ penetrabile frigus adurit*, Georg. Lib. I, 93. ad quem locum plura exempla congeſſit *Lacerda.*

17. *Tempore ſuo effluunt*] Hæc ita intellexerim referri ad antecedens proverbium, ut ad amicos Jobi eorúmque ſimiles, non ad ipſum pertineant. Deſcribit eos inſtar nivis, quæ, poſtquàm incaluit dies, liqueſcit atque effluit. Unà cum inconſtantia ejusmodi hominum, eorum exitium videtur hîc memorari. Verbum Hebraicum יזרבו *jezorebou*, verti *effluunt*, conjecturâ ex re ipſa ductâ, quia conferuntur cum nive, quæ calore liqueſcit & effluit. Non abludit à ſono, ſignificationéque verbum צרף *tſaraph*, quod eſt *liquefacere* metallum. LXX. Intt. habent καθὼς τακεῖσα θέρμης γενομένης οὐκ ἐπεγνώσθη ὅπερ ἦν. Vulgatus: *Tempore quo fuerint diſſipati peribunt, & ut incaluerit ſolventur de loco ſuo.*

Pereunt] נצמתו *nitſmathou*, planè ſunt exciſi.

Cùm incaleſcit] בחמו *bebhummo*, ubi pronomen adfixum refertur ad vocem שלג ſcheleg, *nix*, quamvis ea vox ad aliud quiddam exprimendum anteceſſerit. In hoc τῶν מושלים ſtylo non minor eſt audacia, in metaphoris, nec ſtructuræ, ut ſic dicam, complicatio, quàm in *Pindari*, & Chororum Tragicorum dictione.

E loco ſuo exſcinduntur] נדעכו *nidhachou*, quod propriè *exſtincti ſunt*; ſed Latinè loquenti *è loco ſuo exſtingui* durum erat.

18. *Declinant orbitæ*] ילפתו ארחות דרכם *jillaphethou orbhoth darcham.* Quamvis ſæpe דרכים *drachim* & ארחות confundantur, hic diſtingui videntur, ita ut poſterius veſtigium viæ, ſeu in veſtigiis plauſtrorum, quæ *orbitæ* vocantur, ſeu pedum animalium ſitum ſit; prius verò viam ipſam. De verbi לפת ſignificatione altera, quâ eſt *contrectare*, *amplecti*, diximus ad Ruthæ C. III, 9. Hîc verò omnino ſignificare videtur *declinare* à recta via. Vulg. *involutæ ſunt ſemitæ.* Chaldæus: מקלקלין *torquent ſemitas.* Videtur Jobus reſpicere ad eos, qui, ſine peritis ducibus, in Arabia deſerta iter faciunt, & quòd nulla ſæpe ſint viarum in ea veſtigia, in ſolitudines avias & omnibus deſtitutas perveniunt; nec errando poſſunt ad locum ullum cultum devenire; quo fit ut, cibo & potu deſtituti, pereant.

In deſerta abeunt] יעלו בתהו *jahalou bethohou*, adſcendunt in *thohou*, hoc eſt, in *deſerta* perveniunt, nam תהו *incultum* & *deſertum* eſſe oſtendimus ad Gen. I, 2. Facilè contingit in Arabia errantibus, ob ducis penuriam, aut imperitiam, ut miſeri viatores errore impliciti in nullum locum cultum pervenire poſſint, antequàm viaticum abſumſerint, & ſic fame & ſiti pereant. Vide *Pet. Vallenſem* in Ep. XVI. P. I. è deſerta Arabia ſcripta. Sunt qui referant hæc ad mores pravos eorum, de quibus Jobus loquitur, ſed videtur tantùm exitium iis prædicere.

19. *Reſpiciunt ſemitas Themæ*] ארחות תמא *orbhoth Thema.* An תמא *Thema* & תימן *Theman* idem ſint mihi non conſtat. Sed ſignificari locus Arabiæ videtur, ad quem ſine duce per deſerta ire periculoſum erat. Sic שבא *Scheba* etiam, fortè interiorem illam Arabiam, in qua regnavit ea Regina, quæ Salomonem inviſit, probabilius hoc eſſet ſi תימן *theman* hîc ſignat: legeretur, quod meridiem ſonat. Legendum exemplum infeliciter per Arabiam, fraude ducis, errantis Ælii Galli, apud *Strabonem* Lib. XVI. Sex menſes abſumſit, ut eò perveniret, unde ſexaginta diebus rediit, ſed amiſſâ magnâ parte exercitûs.

Vias Sabæ exſpectant] Sperant ſe iniviſſe rectam viam ad Sabæos, nec tamen ad eos unquam perveniunt, ſed in ſolitudinibus pereunt.

20. *Pudore adfecti ſunt* &c.] Hoc eſt, pudet eos ſeſe temerè in viam, quam ignorabant, dediſſe. Sed non tam de pudore vult hæc accipi Jobus, quàm de infelici itineris exitu; & paſſim in Scriptura *pudore adfici*, eſt infelicem eventum conſilii cujusdam experiri, & *pudore non adfici*, felicem.

Eò usque veniunt ubi] באו עדיה bou hadeah, *veniunt ad eam usque*; hoc eſt, ad eam terram, vel oram, in qua pudefiunt; ſeu vident nimis ſerò ſe ſe rectam viam non iniviſſe. Cùm verò

An dixi adſerte mihi *quidpiam* è facultatibus veſtris, & in meum uſum date; 23. eripite me manui hoſtis, & è manu potentium liberate me?

24. Docete me & tacebo, facitéque ut in qua re erraverim intelligam. 25. Quam vim habent verba recta! quis veſtrûm *me* ulla in re arguet? 26. An excogitatis orationes ad *me* increpandum, útque in auras *abeant* verba hominis deſperati? 27. An de pupillo

vidiſtis, annon timere oportet, ne ſimilia patiamini? 22. An opibus veſtris adjuvari volui, 23. aut hoſtibus meis, me potentioribus, qui mihi pecudes meas abegerunt, a vobis eripi?

24. Qui in tantam calamitatem inciderim me docete, & date operam ut qua in re erraverim intelligam, vóſque tacitus audiam. 25. Quanta vis ineſt verbis rectis! quis veſtrûm me delicti arguet? 26. An meditamini orationes, quibus me increpetis, ut in

rò quæ à verſu 16. dixit Jobus propriè deſeribant fatum eorum, qui per ſolitudines errantes, viarum ignari, in iis tandem intereunt; poſſint & tralatitio ſenſu intelligi de errore ratiocinationum, quo huc illuc delati homines tandem eò deveniunt, temerè ratiocinando, quò eos pudet ſe deveniſſe, & unde quò ſe convertant neſciunt. Quod contigit amicis Jobi, qui eadem repetendo, ipſum ſcelere quopiam ſingulari pœnas, quas patiebatur, ſibi contraxiſſe, dictitabant; cùm tamen nullius ejuſmodi ſceleris convinci ab iis poſſet, aut ſibi eſſet conſcius.

21. *Quia nunc adfuiſtis* &c.] לא תראו חתת ותיראו *lo thireou hhathath vethiraou.* *Quia nunc fuiſtis, non videbitis fractionem & timebitis.* Pro לא *non*, quod in ipſo textu legitur, monent Judæi in margine legendum לו *ei.* *Joan. Mercerus* rejicit hanc Judæorum obſervationem, eò quòd Levit. XI, 21. in Maſſora, ubi recenſentur loca, in quibus ſcriptum eſt לא pro לו, hic locus non adnotetur. Quare exiſtimant nonnulli hinc corrigendam Maſſoram. Fatendum nec LXX. Int. nec *Hieronymum* hîc negationem legiſſe, ſic enim habent illi: Ἀτὰρ δὲ καὶ ὑμεῖς ἐπέβητέ μοι ἀνελεημόνως, ὥστε ἰδόντες τὸ ἐμὸν τραῦμα φοβήθητε· Vulgatus verò: *Nunc veniſtis & modo videntes plagam meam timetis.* At Chaldæus legit, cum ita interpretetur: ארום כדון הויתון כלא הויתון, *quoniam nunc fuiſtis, quaſi non eſſetis.* Ac ſanè vix ullus eſt ſenſus, niſi legatur. Qui tamen vertunt הייתם לא *fuiſtis nihil*, aut *nihili*, exemplum tam miræ loqutionis nullum adſerunt, nec ſane puto conſentaneam eſſe ingenio Linguæ Sacræ. Itaque, neglecto accentu *Athnach*, qui eſt ſubjectus voculæ à Maſſorethis, eam cum ſequentibus conjunximus. Poſt הייתם *fuiſtis*, ſubandiendum עמי *hemmi*, mecum, aut ſimile quiddam. Tum ſequentia: *annon*, vel *non videbitis fractionem & timebitis?* nihil duri habent. Convertitur Jobus ad amicos, eóſque monet, conſpectâ calamitate ſuâ, timere debuiſſe; non ſibi, quaſi reo magnorum quorumdam ſcelerum, inſultare.

22. *An dixi adſerte* &c.] Hæc eò pertinent ut oſtendat Jobus ſe, cùm amicis ſuis numquam oneri fuerit, ab iis humaniùs haberi debuiſſe. Sunt Interpretes, qui ſingulos fermè verſus inter ſe connectere conantur, & hunc quidem cum antecedente; ſed non opus eſt ſingulos verſus eſſe inter ſe connexos; ſatis eſt quidquid Jobus dicens inducitur, facere hoc ad ipſius calamitatem, miſerrimámque conditionem, in qua erat, aut ad amicos reſpicere. Non hîc ratiocinatur, inſtar Dialectici, aut Rhetoris Græci, vel Romani, ſed more popularium, quorum hæc eſt eloquentia, quæ ad rem ſuam faciunt, nullo fermè ordine ſervato, exacervare; quod in omnibus fermè libris, ſtylo τῶν משלים, vel ἐσχηματισμένως ſcriptis, videre eſt, ut in Prophetis. Ubi nexus ſatis liquet, ex verbis, aut ex natura rei, ratio ejus ſine dubio habenda eſt; ſed non eſt oratio fidiculis torquenda, ut eliciatur ſeries quæ ei non ineſt, aut Logicus ordo inveniatur in ſermonibus, in quibus non quærebatur.

In uſum meum] בעדי *pro me.*

24. *Docete me*] Hîc ad aliud tranſit; nimirum, ſe paratum eſſe ait rationibus cedere, ſed ullas antea ſe audiviſſe negat, iterúmque ſe innocentem profitetur.

25. *Quam vim habent verba recta!*] *Quàm validi ſunt ſermones rectitudinis!* מה נמרצו אמרי ישר. Sic recentiores plerique, ex 1. Reg. II, 8. At LXX. Int. ὡς ἔοικε φαῦλα ἀληθινοῦ ῥήματα, & Vulgat. *Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis?* *Aquila:* τί ἐμοχθηρώθησαν λόγοι εὐθῦς. Chaldæus, מה בסימין *mah baſſimin, quàm dulces.* Hinc liquet non ſatis conſtitiſſe Interpretibus, quid vox ſibi vellet. *Edm. Caſtellus* putat rectiùs verti ad mentem Veterum: *quàm vilia facta ſunt verba recta.* Sed Veteres ipſi ex conjectura verterunt, quibus licet Recentiorum conjecturam præferre; quæ meliùs cum antecedentibus & conſequentibus conſentit, & loco 1. Reg. II. fulcitur.

Me ulla in re arguet] *Quid arguendo arguet?* מה יוכיח הוכח מכם, *mah jocchiahh hocheahh michem.* LXX. Int. οὐ γὰρ παρ' ὑμῶν ἰσχὺν αἰτοῦμαι. Nempe, in verbo adlato viſi ſibi ſunt videre vocem כח *choahh*, quæ eſt *vis*, *potentia*, & palpando verterunt, nullâ analogiæ, aut ſtructuræ ratione habitâ, ut paſſim in obſcuris. Vulgatus multò meliùs: *cùm è vobis nullus ſit, qui poſſit arguere me.* Interrogationem in negationem, ejuſdem ſententiæ, mutavit. Negat Jobus ullum ex amicis poſſe eum arguere flagitii, quo inuſitatam calamitatem, quam ſentiebat, commeritus eſſet.

26. *Ad me increpandum*] הלהוכיח *halehochiahh*, quod poſſit etiam commodè verti: *an ad arguendum*, hoc eſt, ad me flagitiorum convincendum, ex quibus liqueat perperam à me innocentiam meam jactari. LXX. Int. οὐδ' ἔλεγχος ὑμᾶς ῥήμασί με παύσει. Vulgatus: *Ad increpandum tantùm eloquia concinnatis.*

Utque in auras abeant verba hominis deſperati] ולרוח אמרי נואש *& in ventum verba deſperati.* Videtur ſubaudiendum verbum, niſi quis malit ſic conſtruere: an *ad increpandum orationes excogitatis & ad ventum*, aut *ſpiritum verborum*

pupillo *ſortem* jacietis, & fodietis *ædes* contra amicum veſtrum? 28. Velitis ad me reſpicere, an in os veſtrum mentiar. 29. Mutamini, quæſo; ne ſit *in vobis* iniquitas, mutamini, innocentia mea *eſt* etiamnum *eadem* in ſe. 30. Eſtne in lingua mea iniquitas? annon palatum meum ſentit calamitates?

VII. Suam & communem hominum miſeram ſortem deſcribit Jobus, Deóque quodam modo exprobrat.

CAPUT VII. 1. ANNON *veluti* militia *obeunda eſt* homini in terra, diéſque ejus inſtar dierum mercenarii ſunt? 2. Sicut ſervus anhelat, *præ* umbræ *cupiditate*, & mercenarius exſpec-

in auras abeant hominis profligati verba? 27. An rectum eſt de pupillo ſortem jacere, aut amici domum ſubfodere? 28. Me videte, ac dicite an in os veſtrum mendacium proferam. 29. Ad meliorem mentem redite, ne ulla ſit in vobis iniquitas; eadem probitas eſt in me, ac antea, quamvis non eadem felicitas. 30. An quidquam iniquum vobis perſuadere conor? an non calamitatum amarores ſat deguſtavi?

PARAPHRASIS.

1. Eſt omnino vita hominum in terris, inſtar militiæ, aut etiam inſtar occupationum mercenarii, 2. vel ſervi umbram exſpectantis, quorum prior etiam laboris mercedem accipere geſtit. 3. Eodem

horum hominis deſperati? nam verba, ut notum, ab Hebræis dicuntur, *ſpiritus oris*. Prius tamen malui, quia *ſpiritus verborum* alibi non legitur. LXX. οὐδὲ γὰρ ὑμῶν φθέγμα ῥημάτων ἀνέξομαι. Vulgatus: *in ventum verba profertis*. Ex conjectura.

27. *An de pupillo* &c.] Proverbium eſt de re, quæ ab hominibus probitatis ſtudioſis non poteſt fieri. Quis enim probus de dividendis pupilli, vel orphani bonis ſortes jaciat, aut amici murum perfodiat? Itaque videtur hoc Jobus velle, amicos eodem jure in ſe invehi poſſe, quo talia fieri queunt; hoc eſt, nullo.

Jacietis] תפילו thaphilou, *facietis cadere*, ſcilicet, גורל *ſortem*, aut *ſortes*, quæ è vaſe excuſſo cadebant, ut non ſemel diximus. Vide ad Levit. XVI, 8.

Fodietis] תכרו thichrou. Supplevi בית bajith, *domum*, quod facilè poterat fieri in Orientalium ædibus luteis. Sed poſſit etiam ſubaudiri בור *bor*, aut שחת *ſchabhath*, fovea; ita ut velit Jobus amico foveam, in quam cadat, effodi non ſolere, nec debere.

28 *An in os veſtram mentiar*] *Et in os veſtrum ſi mentiar.*

29. *Mutamini*] שובו *redite*, nimirum, à prava opinione, quam de me temerè concepiſtis. Inde תשובה *thſchoubah*, vel *reditus ad Deum* dicitur paſſim reditus ad ſaniorem mentem, vel mutatio in melius.

Innocentia mea] צדקי *juſtitia mea*, hoc eſt, innocentia in genere, cùm opponitur delictis.

Etiamnum eadem in ſe] עוד בה hod bah, *adhuc in illa*; hoc eſt, in ſe ſpectata eadem eſt. LXX. Intt. שובו priore loco verterunt καθίσατε, quaſi eſſet à ישב jaſchab, ſedit, poſteriore πάλιν, & pro עוד צדקי בה τῷ δικαίῳ συνέρχεσθε. Malè, ſed Vulgatus deteriùs: *Reſpondete, obſecro, abſque contentione, & loquentes id quod juſtum eſt judicate.*

30. *Annon palatum meum* &c.] אם חכי לא יבין הוות *im hhicchi lo jabin hhavoth*, ſi palatum meum intelligit calamitates; hoc eſt, *ſentit*, nam palato aut linguâ ſentimus, non intelligimus. Sed ut Latini *ſapere* palato, æquè ac mente dicunt: ita & Hebræi utuntur verbo הבין *hebin*, intelligere duplici ſenſu. Mirè verterunt hæc LXX. Intt. ἢ ὁ λάρυγξ μου οὐχὶ σύνεσιν μελετᾷ; & Vulgatus: *nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit.*

COMMENTARIUS

In CAPUT VII.

1. A*Nnon veluti militia*] צבא *tſaba*, quod cùm propriè *militiam* ſignificet, ſenſúmque egregium pariat, non video cur ad translatitiam ſignificationem confugiendum ſit, ut nonnulli faciunt. Vita *militia* hìc dicitur, ob moleſtias perpetuas, quibus eſt obnoxia; non ſecus ac ii, qui in caſtris merentur. Vide Eſaiæ XL, 2. Qui *determinatum tempus* vertunt, nullum certum proferunt ejus ſignificationis exemplum. Infrà Cap. XIV, 15. vitam etiam ſonat, eámque, inſtar militiæ exercitam, non definitum ejus tempus. Alii *conditionem ſervilem* volunt, ob ſequentia. Sed nuſquam צבא *ſervilem conditionem* ſonat, quamvis pro miniſterio ſacro Levitarum ſumatur; qui vicibus, ut milites excubiis ſolent, ſacris muneribus fungebantur, excubabant &c. *Aquila* verterat: μήτι ἡ στρατεία τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς; Vulg. *militia eſt vita hominis ſuper terram.* LXX. Intt. pro *militia* habent πειρατήριον, minùs commodè. *Epictetus* Diſſert. Lib. III. c. 24. Στρατεία τίς ἐστιν ὁ βίος ἑκάστου, καὶ αὕτη μακρὰ καὶ ποικίλη: *Militia quædam eſt cujuſque vita, eáque longa & varia.* Pag. 333. Ed. Cantab. Vide & antecedentem pag. & 343.

Inſtar dierum mercenarii] Qui perpetuo labore diſtinetur, quemadmodum miles. Sic & vita moleſtiis & curis tota diſtinguitur. *Aliorum aurea catena eſt & laxa, aliorum arcta & ſordida. Sed quid refert? eadem cuſtodia univerſos circumdedit; alligatique ſunt etiam qui alligaverunt. Niſi tu fortè leviorem in ſiniſtra catenam*

Digitized by Google

exſpectat laboris præmium: 3. Sic ego, hereditatis inſtar, vanos menſes accepi, &
laborioſæ noctes mihi ſunt adnumeratæ. 4. Si cubitum ivi, dixi: quando ſurgam?
Tum admenſus eſt *mihi Deus* veſperam, & jactationibus ſatiatus ſum, usque ad auroram.
5. Induit caro mea vermem & glebam pulveris, cutis mea diſrumpitur, & contabeſ-
cit. 6. Dies mei celeriores ſunt radio textorio, & abſumuntur, ſine ſpe.

7. Me-

3. Eodem modo accepi, quaſi hereditatem, vanos exactæ vitæ dies; & noctes, non ſine anxietate, mihi ſint adnumeratæ. 4. Si cubitum irem, neſciebam an umquam eſſem ſurrecturus; adjecit tamen Deus etiam noctem, ſed in qua ad auroram jactatus ſum in ſomniis. 5. Mox vero caro mea in vermes, ac pulverem vertetur. 6. Vita mea, inſtar radii textorii, evolvetur & ſine ſpe reditûs evaneſcet.

7. Me-

catenam putas. Alium honores, alium opes vinciunt; quoſdam nobilitas, quoſdam humilitas premit; quibusdam aliena ſupra caput imperia ſunt, quibusdam ſua; quoſdam exſilia uno loco tenent, quoſdam ſacerdotia. Omnis vita ſervitium eſt. Seneca *de Tranquill. Vitæ* c. X.

2. *Sicut ſervus anhelat*] Qui, nempe, ruri opus facit, ſole lucente, qui acerrimus eſt illis oris, in quibus vixiſſe ſtatuitur Jobus. Itaque ſervi illic anhelant, ſeu vehementiſſimè cupiunt jam adeſſe id tempus, quo ſibi in umbra quieſcere liceat. Clara ſunt Hebraica verba ישאף צל *jiſchaph tſel*, quare miror apud LXX. Int. τετυχὼς in Cod. Vaticano, aut τετευχηκὼς σκιᾶς ut Alexandrinus habet, legi. Sed & antea δεδοικὼς τὸν κύριον αὐτοῦ unde natum ſit difficile eſt intellectu, cùm præſertim hæc ſimul juncta ſenſum nullum efficiant. Rectè Vulgatus: *ſicut ſervus deſiderat umbram.*

Laboris præmium] פעלו phoholo, *opus ſuum*, hoc eſt, ejus præmium, ut Levit. XIX, 13. LXX. rectè μισθόν. *Hieronymus* minus commodè *laboris finem*

3. *Hereditatis inſtar*] *Factus ſum hereditate mihi*, הנחלתי לי *hounhhalthi li*, *menſes vanitatis*, aut *menſes vacui & noctes laboris numerarunt mihi.* LXX. Int. ὑπέμεινα μῆνας κενούς, νύκτες δὲ ὀδυνῶν δεδομέναι μοί εἰσι. Vulgatus: *habui menſes vacuos & noctes laborioſas enumeravi mihi.* Fortè ſcripſerat *enumerarunt*, nam eſt מנו *minnou.* Vult Jobus ſe ab aliquo tempore tam miſeram vitam egiſſe, quam eſt ſervi, aut mercenarii vita; cum fruſtra ſingulis menſibus meliorem ſortem exſpectaſſet, noctésque laborioſas, ob anxietatem & morbum, haberet.

4. *Dixi: quando ſurgam?*] Indicium hoc ſummæ anxietatis, ut Deut. XXVIII, 67. *Mane dices: utinam adveniſſet veſpera! & veſperi dices: utinam adveniſſet tempus matutinum!* &c.

Veſperam] Hoc eſt, conceſſit mihi noctem, ut Cap. I. Geneſeos, ubi ſæpiùs *veſpera* ſumitur pro nocte. Supplevimus *Deus*, quis enim alius nominativus ſubaudiri poſſet? LXX. Intt. hîc pro מתי אקום *quando ſurgam* habent πότε ἡμέρα, ὡς δὲ ἀναστῶ, vel ὡς δ' ἂν ἀναστῶ, & pro ומדד ערב *& menſus eſt noctem*, πάλιν πότε ἑσπέρα. Melius Vulgatus: *ſi dormiero dicam, quando conſurgam?* Sed cur in ſequentibus: *& rurſum exſpectabo noctem?*

Jactationibus ſatiatus ſum] שבעתי נדדים *ſchabahthi ndudim*, ſatiatus ſum vagationibus; hoc eſt, jactationibus per lectum. Hoc tantùm loco vox occurrit. LXX. πλήρης δὲ γίνομαι ὀδυνῶν, ex conjectura, ut & Vulgatus: *replebor doloribus.*

Usque ad auroram] עד נשף *had neſcheph*, quod hîc non crepuſculum veſpertinum, ſed auroram ſignificat; nam eſt veluti terminus, ad quem à veſpera perveniebat Jobus. Hinc LXX Int. ἀπὸ ἑσπέρας ἕως πρωΐ, & Chaldæus שפרפרא *tempus matutinum.* Malè Hieronymus, *usque ad tenebras.* Sic ſumitur נשף 1. Sam. XXX, 17. & alibi.

5. *Induit caro mea vermem*] Hæc & ſequentia ita capienda, quaſi Jobus velit, mox fore ut moriatur, vermésque carnes ejus tegant, ut eam vorent, in pulverem deinde convertatur. De re mox futura, quaſi præſente, loquitur. LXX. Int. φύρεται δέ μου τὸ σῶμα ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων. Senſum potiùs quàm verba ſpectarunt; Latinus: *induta eſt caro mea putredine.*

Glebam pulveris] וגוש עפר *vegouſch haphar.* Vox גוש nusquam alibi exſtat. *Glebam* vertimus, quia LXX. Int. habent hîc τήκω βώλακας γῆς, quamvis cur ſit hîc τήκω non intelligamus. Res ipſa quoque ita vertendum ſuadebat. *Edmondus* verò *Caſtellus* putabat e Syriaco vocis uſu poſſe verti *profunditatem pulveris*, aut *terræ*, ut reſpiciatur ad ſepulcrum. Priorem tamen interpretationem prætulerim.

Cutis mea diſrumpitur & contabeſcit] עורי רגע וימאס *hori ragah vajjimmaës*, hoc eſt, *pellis mea movit ſe* (ſeu diſrupta eſt) *& contabuit*; nam ימאס eſt pro ימס *jimmas*, è מסס maſas *contabuit.* Sic Pſalm. LVIII, 8. eſt ימאסו כמו מים *liqueſcent inſtar aquæ*, pro ימסו *jimmaſou*; & infra vſ. 16. מאסתי pro מסותי *maſſothi*; ſive hoc ſit à librarii manu, ſive litteras quæ *matres Lectionis* dicuntur Hebræis, antiquiſſimis temporibus, frequentius, quàm poſtea, interponerent, ut cenſebat *Lud. Cappellus*, cujus vide Criticæ Sacræ Lib III. c. X, 32. Hujus vocis ſignificatum poſſit exprimi voce τήκω, quam mirum in ſenſum uſurparunt hîc LXX. Intt. qui habent: τήκω δὲ βώλακας γῆς ἀπὸ ἰχῶρος ξύων, quæ quomodo hîc invenerint non ſatis aſſequor. Vulgatus ex conjectura: *cutis mea aruit & contracta eſt.*

6. *Celeriores ſunt*] קלו מני kallou minni, *leviores ſunt*, hoc eſt, celerius elabuntur.

Radio textorio] ארג *ereg*, quod vulgò *textura* verti ſolet. Sed quid *levius*, aut *celerius* ſit *texturâ*, non intelligo; nam quòd textura telæ, aut panni celeriter fiat, ideò tamen ipſam texturam (niſi actionem texendi intelligas) celerem non dixeris. Itaque *radium textorium* intelligi malim. Ea vox totum *inſtrumentum textorium*, ſignificat Jud XVI, 14. ut ad eum locum oſtendimus. LXX. Intt. habent hîc: ὁ δὲ βίος μου ἐλαφρότερος λαλιᾶς. Sed ארג *loquelam* eſſe nullo exemplo conſtat. Alii Interpre-

7. Memento ventum eſſe vitam meam, neque oculum meum reverſurum, ut *quidquam* boni videat. 8. Non contemplabitur me oculus videntis me. *Si* oculi tui ſint contra me, tum verò nullus ſum. 9. Deficit nubes & abit : ſic nec deſcendens in ſepulcrum, *inde* adſcendet. 10. Non revertetur ampliùs domum ſuam, nec locus ejus eum ampliùs agnoſcet. 11. Nec ego os meum compeſcam, loquar in anguſtia ſpiritûs

7. Memineris, ô Deus, vitam venti inſtar effluere, neque redire, ut bono ullo fruar. 8. Nemo ampliùs me videbit, nec, ſi me infenſus intuearis, vivere diutius poſſum. 9. Ut nubes disjecta evaneſcit : ſic & qui in ſepulcrum ſemel deſcendit, nunquam poſtea redit. 10. Numquam domum revertitur, neque locus, in quo habitavit, eum ampliùs videbit. 11. Non poſſum querelas meas compeſcere, in angore animi mei non poſſum non loqui, nec querelas meas non effundere. 12. An ſum mare, aut cetus, ut

tes Græci, ut teſtatur auctor Græcæ Catenæ in Jobum, ediderant δρομέως. An legerunt רוץ *barats*? ut Cap. IX, 25. Sed nimis hœc remotum à voce ארג. Sic quoque legit *Hieronymus*, qui vertit: *Dies mei velociùs tranſierunt, quàm à texente tela ſucciditur.* Sed radius, quo ſtamini ſubtemen immittitur, velociſſimè à latere telæ, aut panni ad oppoſitum latus tranſit.

Abſumuntur ſine ſpe] יכלו באפס תקוה *jichlou beephes thikvah.* באפס eſt ſine ut Dan. VIII, 25. Intelligendum, ſine ſpe reditûs; quod non conſentit, ut nec ſequentia, cum eorum ſententia, qui Jobo mortuorum reſurrectionem notam & creditam volunt, ex loco Cap. XIX. non bene intellecto. LXX. Intt. ἐν κενῇ ἐλπίδι. Meliùs *Symmachus*, ut eſt in Catena Jobi, μὴ οὔσης ἐλπίδος, & *Hieronymus*, *abſque ulla ſpe.*

7. *Ventum eſſe vitam meam*] Quæ inſtar venti, aut halitûs celeriter tranſit & evaneſcit.

8. *Si oculi tui ſint contra me*] עינך בי ואינני henecha bi veenenni, *oculi tui in me & nullus ego*; hoc eſt, ſi me iratus intuearis. ב ſæpe ſumitur pro *contra*. Sic Deus *ponere faciem ſuam in animam* בנפש bnepheſch, *quæ comederit ſanguinem* Levit. XVII, 10.

9. *Deficit nubes & abit*] Hoc eſt, *ſicut deficit* &c. Sæpe Hebræi comparationes ſic exprimunt.

Sic nec deſcendens in ſepulcrum inde adſcendet] *Chryſoſtomus*, in Catena, ad hunc locum: Ἄξιον διὰ τοῦτο μάλιστα θαυμάζειν τὸν δίκαιον ὅτι περὶ ἀναστάσεως οὐδὲν ἐπιστάμενος, ὠδυνᾶτο μὲν ὑφέρε δὲ γενναίως. Ὅτι γὰρ οὐκ ᾔδει τὸ σαφὲς περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς ἐκ νεκρῶν παλιγγενεσίας ἐντεῦθεν δῆλον: *propterea digniſſimus eſt admiratione juſtus, quòd cùm nihil ſciret de reſurrectione, doleret quidem, ſed fortiter ferret. Illum autem certi nihil de regenerationis è mortuis myſterio ſciviſſe hinc liquet.* *Didymus* ibidem, poſtquàm dixit nonnullos hæc intelligere de mortuis ad hanc ipſam mortalem vitam non redituris, addit: αὕτη μὲν ἡ ἑρμηνεία πιθανὴ, ἀληθεστέρα δὲ ἡ προτέρα, ὅτι ἠγνόει τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως ὁ δίκαιος· ὅθεν καὶ πλέον ἐστὶ θαυμαστὸς, ὅτι μηδὲν τοιοῦτον ἐλπίζων οὕτω τὴν ἄκραν ἀρετὴν κατώρθωσεν: *probabilis quidem hæc eſt interpretatio, prior autem verior; quod juſtus quæ ad reſurrectionem pertinent ignoraverit; unde & admiratione majore dignus eſt, quòd tale nihil ſperans, ſic ad ſummam virtutem pervenerit.* Sanè hæc non poſſunt intelligi de ſolo reditu ad hanc vitam mortalem negato, ſed de quovis genere reſurrectionis ad vitam meliorem. Si enim ſciviſſet Jobus fore ut aliquando ad immortalem vitam reſurgeret, eâ ſpe ſe debuiſſet ſolari; non ita loqui, quaſi nihil ampliùs eſſet ſperandum. Qui hunc librum parabolam putant, hinc colligent auctori rem fuiſſe ignotam, vel auctorem judicaſſe ſe Arabas σεβομένους non potuiſſe inducere ſic loquentes, quaſi eam ſciviſſent.

10. *Nec locus ejus eum ampliùs agnoſcet*] Non videbit; quod ſi fieret, eum pro domino agnoſceret.

11. *Nec ego os meum compeſcam* &c.] Hæc omnia eò ſpectant, non ut Jobus ſe delicti omnis immunem eſſe prædicaret, quod falſum fuiſſet & intolerandæ ſuperbiæ; ſed ut contenderet nihil à ſe flagitii commiſſum, quo dignior ſupplicio & ſupplicio quidem tam gravi, támque inſigni, quàm alii qui probi habebantur & erant, cenſeretur.

Dicam in amarore animi mei] אשיחה במר נפשי *aſchibba bmar naphſchi.* LXX. Intt. ſenſum expreſſerunt, his verbis: ἀνοίξω πικρίαν μου συνεχόμενος. Magis ad verbum *Symmachus*: διαλεχθήσομαι τῷ παραπικρασμῷ τῆς ψυχῆς μου, quod vertit *Hieronymus*: *confabulabor cum amaritudine animæ meæ.* שיח proprie quidem *cogitare*, *meditari* ſignificat, ut oſtendimus ad Geneſ. XXIV, 63. ſed antecedentia oſtendunt de verbis hîc eſſe capiendum; nec apud ſe tantùm, in ſequentibus ratiocinatur, ſed, audientibus amicis, vociferatur.

12. *Num mare ego ſum*] Cui Deus, nempe, littorum repagula oppoſuit, ne exundaret; quæ vocantur à Jobo משמר *cuſtodia*, quâ caveturne loca culta inundet.

Num cetus] תנין *thannin*, quod meliùs *cetus*, hoc eſt, major piſcis, vertitur, hoc loco, ubi maris mentio anteceſſit; quàm *draco*, ut habent LXX. Intt. *Cuſtodia*, vel *repagulum* majoribus piſcibus ſunt etiam vada & littora; quæ impediunt quo minùs propius ad terram accedant, quia in aqua minùs profunda natare nequeunt.

Contra me cuſtodiam ponas] תשים עלי משמר *thaſchim halai miſchmar.* Quod LXX. rectè ad verbum verterunt: κατέταξας ἐπ' ἐμὲ φυλακήν. Quare miror *Olympiodorum*, in Catena, dicere Hebræum, pro hac poſtrema voce, habere πόνους, *dolores.* Fortè gloſſam margini adſcriptam habuit pro *Aquilæ* verſione; nam reverâ *cuſtodia* nulla Jobo adpoſita dici poteſt, præter calamitates, quibus coërcebatur, ne ſuperbiret, atque intra officii limites continebatur.

13. *Conſolabitur*] Nempe, ſomno tranquilliore dolorum ſenſum leniet, & per noctem ſaltem oblivionem inducet. Unde Græcis, præſertim

Digitized by Google

tûs mei, dicam in amarore animi mei : 12. Num mare ego ſum, num cetus, ut contra me cuſtodiam ponas? 13. Si dixero: conſolabitur me grabatum meum, ſuſtinebit *me* in ſermone meo lectulus meus; 14. tum verò me ſomniis terret, & viſis perturbat. 15. Animus meus ſuſpendium *vitæ* præfert, & mortem oſſibus meis. 16. Tabefactus ſum, non vivam in æternum; me miſſum facito, nam inanitas ſunt dies mei. 17. Quid

ut mihi aggerem opponas, quo me coërceas. 13. Cum putarem in lecto meo quietem me & ſomnum conſequuturum, atque à querelis abſtenturum; 14. tum verò ſomniis me terruiſti, & viſis nocturnis perturbaſti. 15. Jam præfero vitæ ſtatum hominis laqueo ſuffocati, & mortem quamvis, quâ oſſa in pulverem rediguntur. 16. Jam in calamitate uſque adeò angor, ut contabeſcam, intelligamque me numquam meliorem ſortem conſequuturum. Me ergo miſſum facito, cum vita mea nihil ſit manius. 17. Quis-

ſertim ſonibus, dicta eſt nox εὐφρόνη, quòd homines εὔφρονας faciat; ſeu, reſecto corpore, animum etiam ſuſtentet, vel, ut verbis Lucretianis è Lib. IV. utar, quòd

——— ſomnus per membra quietem
Irrigat, atque animi curas è pectore ſolvit.

Quam in rem multa Poëtæ, ſed quæ quotidie ſentimus, nec auctoritatibus probanda.

13. *Suſtinebit me in ſermone meo*] ישא בשיחי משכבי jiſcha bſchihhi miſchchabi, *feret in ſermone meo lecti mei*; hoc eſt, querelas nocturnas jacientem ſuſtentabit, ſeu leniet querelarum amarorem, inducto ſomno. LXX. Intt. hîc habent: ἀνοίσω δὲ πρὸς ἐμαυτὸν ἰδίᾳ λόγον τῇ κοίτῃ, quaſi legiſſent: אשא כי שיחי למשכבי *aſſcha bi ſchium lemiſchchabi*. Sed *Theodotion* legit, ut eſt hodie, in Codicibus noſtris: συμβαστάσει με ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου. Vulgatus: *relevabor loquens mecum in ſtrato meo*, propius LXX. Intt. ſequutus.

14. *Me ſomniis terret*] Non neceſſe erat ea ſomnia Deo tribuere, neque enim hominis calamitoſi triſtia ſomnia aliunde oriri videbantur, quàm è diurnis cogitationibus. *Baſilius* Homil. in Julitam Martyr. Πεφύκασι γὰρ πῶς αἱ καθ' ὕπνον φαντασίαι ὡς τὰ πολλὰ ἀπηχήματα εἶναι τῶν μεθημερινῶν φροντίδων ὁποῖα γὰρ ἂν ᾖ τὰ κατὰ τὸν βίον ἡμῶν ἐπιτηδεύματα τοιαῦτα ἀνάγκη εἶναι καὶ τὰ ἐνύπνια: *Sunt enim viſa in ſomnis ut plurimum ſoni extremi diurnarum curarum. Qualia enim ſunt noſtra in vita ſtudia, talia neceſſe eſt eſſe etiam ſomnia.* Quem locum videtur animo præſentem habuiſſe *Iſidorus* Pelusiota, cùm Libri I. Ep. 9. ſcriberet, in qua habet: αἱ νυκτεριναὶ φαντασίαι, ὡς γέγραφας, φιλομαθέστατε, οὐ μόνον τῶν μεθημερινῶν συντυχιῶν καὶ ὁμιλιῶν ἀπηχήματα, ἀλλὰ καὶ τῆς ῥαθύμου συνηθείας γεννήματα. *Nocturna viſa, ut ſcripſiſti, diſcendi cupidiſſime, non tantùm ſunt diurnorum congreſſuum & colloquiorum ſoni extremi, ſed etiam ignavæ conſuetudinis fœtus.* Sic etiam Ethnici, ut *Petronius* C. IV.

Somnia, quæ mentes ludunt volitantibus umbris,
Non delubra Deûm; nec ab æthere Numina mittunt,
Sed ſibi quiſque facit. Nam cùm proſtrata ſopore
Urget membra quies, & mens ſine pondere ludit,
Quidquid luce fuit tenebris agit ———
In noctis ſpatio miſerorum vulnera durant.

Potuit itaque Jobus, qui triſtia interdiu patiebatur & animo volvebat, ſine ullo ſingulari Dei interventu, triſtia ſomniare. Sed cùm calamitates divinæ ei à Deo eſſent immiſſæ, ſomnia etiam laborioſa, quæ earum erant ſequelæ, eidem tribuit.

15. *Animus meus ſuſpendium vitæ præfert*] ותבחר מחנק נפשי *thibhhar mehhanak naphſchi*, hoc eſt, *eliget ſuſpendium*, aut *ſtrangulationem*; ſubaudiendum מחיים mehhajim, *potiùs quàm vitam*. LXX. Intt. ἀπαλλάξεις ἀπὸ πνεύματός μου τὴν ψυχήν μου, quaſi pro מחנק legiſſent מרוחי *merouhhi*. Meliùs *Aquila*, αἱρεῖται ἀγχόνην ἡ ψυχή μου, ut & Vulgatus: *elegit ſuſpendium anima mea*.

Mortem oſſibus meis] מות מעצמותי *maveth mehatsmothai*; præfert mortem vitæ, quæ cum oſſibus fermè ſolis, tabefactâ carne, maximâ ex parte conjuncta eſt. LXX. Intt. ἀπὸ δὲ θανάτου τὰ ὀστᾶ μου, ſine ſenſu. *Symmachus*: θάνατον διὰ τῶν ὀστῶν μου, non meliùs. *Hieronymus*: *& mortem oſſa mea*; neglectâ præpoſitione מ, ſine ratione.

16. *Tabefactus ſum*] מאסתי *maastbi*, pro מסותי *maſſothi*, contabui, liquefactus ſum, ut verſu 5. Qui ex ſolita ſignificatione verbi מאס, *contemſi*, aut *aſpernatus ſum*, vertunt, ſenſum intricare videntur. Optat Jobus ſibi quàm primùm à Deo vitam eripi, propter calamitates; quandoquidem non ita multò pòſt ei moriendum erat. Vidit hoc *Olympiodorus*, qui ſic habet ad hunc locum: Ἱκετεύω λάβε τὴν ψυχήν μου καὶ ἀπάλλαξόν με τῆς ὀδύνης διὰ τοῦ θανάτου, οὐ γὰρ αἰώνιόν με κατεσκεύασας ἵνα νῦν μὲν ἐνέγκω τὰς ἀλγηδόνας, τὸν ὕστερον δὲ χρόνον ἐν ἀναπαύσει ζήσομαι· οὐδὲν οὖν αἰτῶ παρὰ τὸ σὸν δόγμα, δέσποτα: *Supplex oro, vitam meam ſumito, & à doloribus per mortem me libera; non enim me æternum feciſti, ut nunc quidem feram dolores, poſterum verò tempus in quiete vivam: nihil igitur, Domine, decreto tuo contrarium poſtulo.* Malè vertit *Patricius Junius*, *in futuro autem ſæculo, quiete & tranquillitate fruar*; agitur enim de hac vita, quam in terris agimus, quæque eſt mortalis. LXX. Intt. eodem modo intellexerunt, cùm verbis οὐ γὰρ εἰς αἰῶνα ζήσομαι, addiderint, quod in Hebræo non exſtat, ἵνα μακροθυμήσω.

Me miſſum facito] חדל ממני *hhadal mimmenni*, deſine à me, ne me amplius tot doloribus adfici patiaris.

Nam inanitas ſunt dies mei] כי הבל ימי *chi hebel jamai*. LXX. κενὸς γάρ μου ὁ βίος, obſcuriùs, quàm ſi, ſervato Hebraïſmo, dicas cum *Symmacho* ὅτι ματαιότης αἱ ἡμέραι μου. *Olympiodorus* ait alium Interpretem habere, ἀτμὸς γὰρ αἱ ἡμέραι μου, ſed videtur eſſe gloſſema, quale eſt hoc *Hieronymi*, *nihil enim ſunt dies mei.* Vult

Jobus,

[17]. Quid eſt homo, ut magni eum facias, animum in eum intendas, [18]. matutinis temporibus eum inviſas, *ſingulis*que momentis explores? [19]. Quouſque non recedes à me, nec dimittes, donec ſalivam meam deglutiero? [20]. Peccavi, quid tibi faciam, cuſtos hominis? quare me poſuiſti, ut in me incurreres, & mihi ſim oneri? [21]. Cur non ignoſcis delicto meo? cur non prætermittis improbitatem meam; quandoquidem mox in pulvere cubabo, & *ſi* me quæras, *non* ampliùs ero.

VIII.

17. Quiſnam tandem eſt homo, ut eum magni facere videaris, animumque in eum convertas; 18. ut matutinis temporibus ejus curam geras, & perpetuo quæ agat obſerves? 19. Quouſque quid agam obſervabis, nec horæ momento me mihi permittes? 20. In te deliqui, quid faciam quo te placare poſſim, ô hominum cuſtos? Quare vero in me, quaſi tibi adverſarer, perpetuò incurris, ita ut vita mihi ſit oneri. 21. Cur delictis meis non ignoſcis? cur non nequitiam meam prætermittis & negligis; cùm brevi mihi ſit moriendum, atque in pulvere jacendum; ubi ſi me quæſiveris, talem, qualis fui, non invenies?

PARA-

Jobus, perinde eſſe Deo, qui notat brevitatem humanæ vitæ, paullò breviorem ei vitam facere, ne diutius eum tot & tantis malis conflictaretur.

17. *Quid eſt homo, ut magni eum facias*] Videtur hæc eſſe imitatio Pſalm. VIII, 15. *Quis eſt homo, ut ejus recorderis, & filius hominis, ut eum viſas?* Similis eſt iterum ſenſus Pſalm. CXLIV, 3, 4.

Animúmque in eum intendas] תשית אליו לבך thaſchith elau libbecha, *ponas in eum cor tuum*; hoc eſt, ejus facta & dicta adtendas, ut eum punias, ſi qua in te peccavit.

18. *Matutinis temporibus eum inviſas*] תפקדנו לבקרים *thiphkedennou libkarim*, ut pater familias, qui res ſuas quotidie mane inſpicit, ut ſatiſne ſalvæ ſint videat, curétque quæri, aut inſtaurari quod deeſt. LXX. Intt. qui rationem loquutionis non intelligebant, verterunt, ἐπισκοπὴν αὐτοῦ ποιήσῃ ἕως τὸ πρωΐ, ſi credimus Vaticano Codici. Sed Alexandrinus habet τὸ πρωΐ.

Singuliſque momentis explores] לרגעים תבחננו *lirgahim thibhhanennou*. Petitum & hoc è rei familiaris cura, quâ fit ut diligens paterfamilias ſubinde exploret nonnulla, ut videat ſatiſne rectè habeant. Vide *Ariſtotelem* de Cura rei familiaris Cap. VI. ubi docet patremfamilias ipſum omnia inſpicere debere. LXX. Intt. habent hîc: καὶ εἰς ἀνάπαυσιν αὐτὸν κρινεῖς, ſine ſenſu. *Symmachus* verterat meliùs: αἰφνιδίως ἐδοκιμάσας αὐτόν, ut & Latinus: *& ſubitò probas eum.* Præſtat capere de frequenti cura, quâ Deus hominum virtutem explorat & confirmat ſimul, ſi vera ſit; quàm de ſubita exploratione.

19. *Non recedes à me*] Me, nimirum, adfligens; vel non deſines me calamitatibus premere.

Donec ſalivam meam deglutiero] Hoc eſt, ita me indeſinenter vexas, ut ſine mœrore non ſim vel quanto tempore opus eſt, ut ſalivam deglutiam.

20. *Peccavi, quid tibi faciam* &c.] חטאתי מה אפעל לך *hhatathi mah ephhal lach.* Alii volunt horum verborum hanc eſſe ſententiam. ſi peccavi, dic quid tibi facere me oporteat, ut te mihi placem; alii verò: fac me peccaſſe, an propterea tibi ulla in re nocui, ut ſic mihi jugiter indigneris? *Olympiodorus*: ἀντὶ τοῦ εἰ κἀγὼ ἥμαρτον. τί σοι δύναμαι ποιῆσαι; μάλιστα μὲν οὐδὲ ἡ ἐμὴ ἁμαρτία εἰς σὲ ἀνατρέχει: pro eo quod eſt, *& ſi peccavi, quid tibi poſſum facere? præſertim cùm meum peccatum ad te non adſcendat.* Quem ſenſum ut quiſpiam exprimeret, adſcripſerat margini τί σε ἔβλαψα, quod *Olympiodorus* perperam eſſe putavit in Hebræo Codice. Alteram etiam interpretationem profert: πῶς ἀποφλήσω; πῶς ἀπολογήσομαι; *quomodo debitum exſolvam? quomodo me defendam?* Hanc prætulerim.

Cuſtos hominis] נצר האדם *ſervans hominem*, quod verterunt LXX. ὁ ἐπιστάμενος τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων, quaſi נצר *notſer* ſignificet obſervantem hominem, ut videat quid cogitet, ut Proverb. XXIV, 12. נצר נפש *cuſtos animæ* dicitur eam noſſe.

Ut in me incurreres] למפגע *lmiphgah*, in incurſum. Alibi vox non legitur, ſed verbum פגע ſignificat non tantùm *occurrere*, verùm etiam *impetum in aliquem facere*, ut occidatur, aut male habeatur. Vide Jud. VIII, 21. 2. Sam. I, 25. Sequentia oſtendunt eo ſenſu nomen hîc eſſe capiendum. Vide infrà Cap. XVI, 12. LXX. Intt. habent κατεντευκτήν, Latinus, *contrarium*.

Et mihi ſum oneri?] ואהיה עלי למשא *veheijeh halai lmaſſcha.* Hæc una dicitur eſſe *è correctionibus Scribarum*, תקון סופרים, qui cùm legerint in Codicibus ſuis עליך *halecha*, ſuper te, aut tibi, emendarunt עלי halai, *ſuper me*, aut mihi, quòd prius contumelioſum Deo videretur, cùm homo Deo oneri eſſe non poſſit. Ac ſanè LXX. Intt. habent ἐπὶ σοὶ φορτίον, & *Hieronymus* in verſione è Græco: *& ſum tibi oneri.* Unde conſtat olim ſic lectum fuiſſe. Attamen ex Hebræo ipſe vertit: *factus ſum mihimet ipſi gravis*, & Chaldæus etiam habet למטול עלי *mihi in onus.* Sic quoque verti, quia Codices Maſſorethicos ubique ſequi conſtitui, ſed prior lectio videtur loco convenientior, nam ideò dicit Jobus Deo, ſe ei oneri eſſe; quòd in ſe perpetuò incurreret, quaſi in hoſtem, quem vexare & amovere cuperet. Minùs reverens eſt loquutio, erga Deum; ſed ſunt & aliæ multæ, in his Jobi orationibus, quæ reverentiores non ſunt. Itaque quamvis non credam omnibus, quæ Rabbini narrant de *correctionibus Scribarum*; non abſurdè ſentire videntur, qui antiquorum Codicum lectionem hîc mutatam cenſent.

21. *Cur non ignoſcis*] מה לא תשא *mah lo thiſſcha*, hoc eſt, *cur non fers*, vel *aufers* quæ frequens eſt loquutio ad ſignificandam peccatorum veniam. Sic *Hieronymus*: *cur non tollis peccatum.* At LXX. Intt. διὰ τί οὐκ ἐποιήσω

τὰς

Digitized by Google

VIII. Bildadus Jobo reponit, cúmque vituperat, quòd Deum injuſtitiæ inſimularet, & ad ſaniorem mentem revocat.

CAPUT VIII.

[1]. REPOSUIT verò Bildadus Suchita, & dixit: [2]. Quouſque hæc dices, ventúſque vehemens erunt oris tui dicta? [3]. An Deus jus pervertet? an Omnipotens juſtitiam non præſtabit? [4]. Si filii tui in eum deliquerunt, eos defectioni ipſorum permiſit. [5]. *At* ſi tu manè ſurrexeris ad Deum *invocandum*, & omnipotentem fueris deprecatus, [6]. ſi tu mundus, rectúſque fueris; excitabit *bonitatem ſuam* erga te, & pacatam præſtabit habitationem innocentiæ tuæ. [7]. Fuerit principium tuum exiguum, at poſterior tua conditio valde augebitur.

[8]. Nam

PARAPHRASIS.

1. HAEC cùm magnâ vehementiâ effudiſſet Jobus, ſibi hominem confutandum ſuſcepit alter è tribus amicis Jobi Bildadus Suchita his verbis: 2. Quòuſque tandem, Jobe, hujuſmodi ventoſam orationem, inſtar venti vehementioris effundes? 3. Deus verò eſt juſti, & æqui amantiſſimus, nec minùs eſt juris obſervans, quam omnipotens. 4. Si liberi tui in eum deliquerint, nonne eſt Deum ab iis pœnas repetiiſſe? 5. At ſi quotidie mane Deum ex animo invocaveris, & deprecatus fueris ejus iram; 6. ſi vir bonus & religioſus fueris; tum verò faciet ut ſe clementem erga te experiaris, útque pacatas tuas ſedes tibi præſtet, 7. & poſterior vitæ tuæ pars pluribus bonis abundet, quam prior; cui longe præferetur.

8. Quæ

τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν, quaſi נשא eſſet à verbo נשה naſchah, quod eſt *obliviſci*.

Prætermittis] תעביר thahabir, *facis* aut *ſinis tranſire*, hoc eſt, negligis, quaſi animadverſione tua minime dignum; quippe profectum à natura mortali, quæ dio nocere non poteſt.

Si me quæras] ושחרתני ואינני *& quæſiviſti me, & nullus ſum.* LXX. Intt. ὀρθρίζω δὲ, οὐκέτι εἰμί, quia שחר ſchabhar eſſet *aurora*, ſed eſt à verbo שחר *quæſivit*. Volg. *à mane me quæſieris, non ſubſiſtam.*

COMMENTARIUS
In CAPUT VIII.

2. V*Entúſque vehemens*] רוח כביר *rouahh chabbir*, hoc eſt, *multus*, aut *magnus*; nec metaphora eſt inelegans orationem acriorem vocare *ventum vehementem*. LXX. Intt. *πνεῦμα πολυρῆμον*, & Vulgatus *Spiritus multiplex*, non ſatis commodè. *Theodotio* melius, *πνεῦμα βαρύλαιον* Ut ventus vehemens omnia evertit ac perfringit, ſonitúque ſuo impedit, quo minùs alia audiantur: ſic ſermo æquo acrior veri & æqui rationem nullam habet, nec contradictionis eſt patiens.

3. *An Deus jus pervertet?*] Interrogatio pro negatione.

Juſtitiam non præſtabit] *Pervertet juſtitiam*, quod Latinè repeti non poterat. Utrobique eſt verbum יעות *jehavvetb*. Vera hæc ſunt, ſed nihil ad rem, cùm eò ſpectent ut Jobum reum agant ſcelerum, quibus ſibi graves & ſingulares pœnas contraxerat. Nam Deus malè eum haberi patiebatur, non ut pœnas de eo ſumeret, quas à deterioribus non repetebat; ſed ut virtutem ejus illuſtraret.

4. *Eos defectioni ipſorum permiſit*] *Et miſit eos in manum defectionis ſuæ*; hoc eſt, Deus permiſit eos in exitium, ſuæ defectioni debitum, trahi; nam peccatum nullo alio præmio adficere poteſt eos, à quibus committitur. Hic Bildadus ſtatuit liberos Jobi ſibi ipſos exitium contraxiſſe, peccatis quibuſdam ſingularibus, ob quæ turbine & domûs ruinâ ſint oppreſſi. Sed in hac quoque re errare videtur.

5. *Si tu mane ſurrexeris ad eum invocandum*] אם אתה תשחר אל אל *im attah theſchabber el El*; ut Cap. I, 5 [illegible] matutino tempore omnia ad ſacrificium neceſſaria parabant, dein Sacra faciebant; fortè ne ebrii Sacris operarentur; quod contingere alioqui potuiſſet, ſi in ſeriorem horam dilatum fuiſſet ſacrificium. Hinc LXX. Intt. ὄρθριζε πρὸς κύριον, & Vulgatus: *ſi diluculo conſurrexeris ad Deum.* Alii malunt: *quæreres Deum*, aut *ſtudioſè quæreres Deum*, & ſanè conſtat hanc eſſe ſignificationem verbi שחר, ut vidimus vſ. 21. Cap. VII. Sed quia ſequitur, non את אל *Deum*, ſed אל אל *ad Deum*, prætulimus verſionem LXX. Intt.

6. *Excitabit bonitatem ſuam erga te*] יעיר עליך jahir halecha. *excitabit erga te.* Supplendum videtur, vel certè ſubaudiendum טובתו tobatho, *bonitatem ſuam*; nam cùm activum ſit verbum יעיר non caret caſu, aut expreſſo, aut ſubaudito. Similis loquendi modus occurrit Dan. XI, 25. ubi Rex Aquilonis dicitur *excitaturus potentiam ſuam & cor ſuum in Regem Auſtri*: ויער כחו ולבבו על מלך הנגב *vajjaher chobho ulibhabho hal melech hannegeb.* Hoc loco *bonitatem* excitaturus dicitur Deus *erga Jobum*, quòd aliquamdiu, veluti ſopita manſiſſet. LXX. Intt. δεήσεως ἐπακούσεταί σου, ſensûs, potiùs quàm verborum, ratione habitâ. Vulgatus, *evigilabit ad te.*

Pacatam reddet habitationem tuam] שלם *ſchillem*, hoc eſt, omnia tua ſecundabit, nam שלום *pax*, pro felicitate & ſecundis rebus paſſim ſumitur. Hinc LXX. Intt. ἀποκαταστήσει δέ σοι δίαιταν δικαιοσύνης. Vulgatus, *pacatum reddet habitaculum juſtitiæ tuæ.*

Habitationem innocentiæ tuæ] *Juſtitiæ tuæ*; hoc eſt, domum in qua vir innocens habitabit.

7. *Exiguum*] מצער mitshar, *paucitas.*

Poſterior tua conditio] אחריתך ahharithcha, *poſtre-*

8. Nam interroga, quæſo, priorem ætatem & comparato te ad majores ejus expendendos; 9. quia *ab* heſterno die ſumus, nec *quidquam* ſcimus, quòd umbra dies noſtri *ſint* in terra. 10. Annon illi docebunt te, dicent tibi *quod ſcire cupis*, & ex animo ſermones proferent? 11. An creſcit juncus, ſine luto? an augetur ulva, ſine aqua? 12. Dum adhuc in ſuo virore eſt, nonne ſecatur & ante omne fœnum exſiccatur? 13. Sic

8. Quæ ſuperioribus ætatibus contigerint in memoriam revocato; 9. nam cùm grandævi non ſimus, nec diu vivamus, multa à nobis ignorari neceſſe eſt; verùm illæ te docebunt quod etiamnum ignoras. 10. Illæ te minimè fallent, ſed docebunt ſummâ fide quæ vera ſunt; quippe quæ nullâ præconcepta opinione, aut pravo adfectu corruptæ fuerunt. 11. Ut ſine luto non creſcit juncus, utque ulva ſine aqua non augetur; 12. ſed dum etiamnum virides ſecantur, citius quam fœnum: 13. Sic qui Dei

poſtremum tuum. Reverâ hoc contigit Jobo, ſed alia de cauſa, quàm putabat Bildadus.

8. *Priorem ætatem*] לדור ראשׁון *ledor riſchon*, quæ non eſt *ætas prima* Adami ejúſque æqualium, quam conſulere tunc nemo poterat; ſed *prior*, & cujus etiam *patres* aut majores memorantur.

Comparato te ad majores ejus expendendos] וכונן לחקר אבותם *vechonen lebbeker abotham*, hoc eſt, *& para te ad inveſtigationem patrum eorum*; nempe, majorum ejus. LXX. Intt. ἐπερώτησον γὰρ γενεὰν πρώτην (hoc eſt, προτέραν) ἐξιχνίασον δὲ κατὰ γένος πατέρων. Latinus: *Interroga generationem priſtinam & diligenter inveſtiga patrum memoriam.*

9. *Quia ab heſterno die ſumus*] כי תמול אנחנו *chi thmol anahhnou*; *quia heri nos.* LXX. Intt. χθιζοὶ γάρ ἐσμεν; hoc eſt, à breviſſimo tempore. Sic *Plato*, 2. Alcibiade χθιζὰ δὲ καὶ πρωϊζὰ γεγενημένα de rebus recentibus, & Græci paſſim χθὲς καὶ πρώην de brevi tempore præterito. Tam brevis ævi ſumus, ut nemini ſua ipſius experientia & eruditio ſatis eſſe queant; ſed & priorum ætatum Hiſtoria & judicia ſunt conſulenda.

Nec quidquam ſcimus] Addidimus hîc accuſativum, qui neceſſariò ſupplendus.

Quod umbra dies noſtri ſint &c.] Quòd vita noſtra, inſtar umbræ, in hac terra noſtra prætereat. Non de Medicina tantùm, ſed de omnibus diſciplinis, verum eſt Hippocrateum illud: ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή: *vita brevis, ars longa, occaſio præceps, experientia periculoſa, judicium difficile.* In moralibus præſertim & ad quotidianam vitam pertinentibus, innumera ſunt; quibus hoc monitum convenit, & in quibus experientia, judicióque priorum ætatum indigemus, ne in gravia mala incidamus.

10. *Quod ſcire cupis*] Aut, *quod ignoras*, aut ſimile quidpiam, quo pendens oratio fulciatur.

Ex animo] מלבם *millibam*, *è cordibus ſuis*; hoc eſt, ex animi ſententia. Vivi enim vivis ſæpe blandiuntur, aut inſidias ſtruunt; nec propterea dicunt id quod ſentiunt, ſed quod placet, aut credi cupiunt. Verùm jam fato functi, antequàm eos conſulere poſſemus, ii ſine adulatione, aut inſidiis loquuntur; quòd multa dixerint generalia, quæ noſtris negotiis aptare poſſumus. Præſtat hoc Hiſtoria, quæ dum res alienas deſcribit, ſine fuco, paſſim nos quoque docet quid ſit faciendum, aut cavendum.

11. *An creſcit juncus ſine luto* &c.] Comparatio hæc videtur eſſe proverbialis, quam ab Antiquis deſumit Bildadus, ut oſtendat quis ſit finis ſimulatorum virtutis; videtur enim ejus vitii Jobum arguere velle. Sententia eſt: quemadmodum juncus, licèt in multa aqua crevit, antè areſcit, quàm ulla alia herba, quòd cum virentem in varios uſus ſecent: ſic virtutis ſimulatores, ſeu *hypocritæ*, quamvis facultatibus multis onuſti, & amicorum præſidiis cincti, in ipſo flore ætatis peribunt.

An augetur ulva] אחו *ahho*, de qua egimus ad Gen. XLI, 2.

12. *Dum adhuc in ſuo virore eſt* &c.] ut nimirum, in varias texturas faciliùs flectatur, nec frangatur. *Plinius* Lib. XXI. c. 18. plura junci genera memorat, variósque eorum uſus, & inter alia hæc habet: *Uſus ad naſſas marinas, vitilium elegantiam; lucernarum lumina; præcipua medulla, amplitudine, juxta maritimas Alpes, tantâ, ut inciſo ventre impleant pænè unciarum latitudinem; in Ægypto verò cribrorum longitudinem, non aliàs utiliorem.*

Ante omne fœnum &c.] Quia contextis inde variis texturis, in calidis regionibus, brevi ſiccatur. Funes etiam qui junco & ulvâ frequenter fiebant, non poſſunt diu virides eſſe. Vincula quoque vitium hiſce conſtantia brevi exareſcunt. De his *Plinius* Lib. XVII. c. 23. *Etiam quibus ſalices ſuperſunt, molliore hoc vinculo facere malunt, herbáque Siculi quam vocant ampelodeſmon; Græcia verò univerſa, junco, cypero, ulvâ.*

13. *Sic viæ omnium —— peribunt*] Conſilia eorum & cœpta irrita fient. Sic etiam loquutus eſt Pſaltes Pſ. I. vſ. ult.

Sic ſpes ſimulatorum] ותקות חנף *vethikvath hhaneph*, *& ſpes*, aut *expectatio ſimulatoris.* LXX Intt. vertunt ἀσεβοῦς, ſed Hieronymus *hypocritæ*, è Linguæ Chaldaïcæ uſu, & ſic Recentiores. *Thom. Gatakerus* mavult, è ſignificatione radicis, *pollutum* interpretari; ſed non perſuaſit. Vide eum Miſcellan. Poſtum. c. XXII. Si ex Arabica Lingua interpretaremur, *hominem verè religioſum* ſignificaret; quod planè contrarium eſt uſui Librorum Sacrorum, nam חנף conſtanter malum virum, & *ſimulatorem virtutis* ſonat. Unde intelligere licet, ad illuſtrationem Linguæ Hebraïcæ, non eſſe temerè ad vicinas Linguas confugiendum; ſed tum demum cùm nihil ex ea erui poteſt, quod ſententiam Scriptorum Sacrorum illuſtret. *Spes* autem hîc dicitur non adfectus ille animi, qui ſic propriè vocari ſolet; ſed id quod eum excitat, ut ſunt amici, divitiæ, honores, aliáque ejuſmodi; quæ quando amittuntur, ſpes perire dicitur; quia id ex quo nata erat, non eſt ampliùs.

14. *Illos*

Digitized by Google

[13]. Sic viæ omnium, qui Dei obliti ſunt, ſic ſpes ſimulatorum peribunt. [14]. Illos ſpei ſuæ tædebit, & tela aranei erit eorum fiducia. [15]. Innitentur domui ſuæ, nec ſtabit; eam adprehendent, nec permanebit. [16]. In Sole vigebant, & ſupra ſepem eorum teneri eorum rami prodibant. [17]. Ad acervum radices eorum implicabantur, domum

Dei obliti videntur, & ſimulatores virtutis ſolent perire, cùm Deus eos deſerit, præter omnem ſpem atque exſpectationem. 14. Illos tædet ſpei temerè conceptæ, & pudet fiduciæ, quæ veluti e tela araneæ ſuſpenſa erat. 15. Fieti erant domibus ſuis, ſed illæ corruerunt, quas in caſſum tueri conabantur. 16. In Sole vigebant, & teneriores etiam rami ſupra ſepem adtolli videbantur. 17. Radices eorum implicabantur ad acervum lapidum, qui ardorem Solis arce-

14. *Illos ſpei ſuæ tædebit*] אשר יקוט כסלו *aſcher jakoth chiſlo*, hoc eſt, *quem tædebit*, aut *pigebit ſpei ſuæ*, ſeu cui dolebit, ſe in rebus fallacibus & caducis ſpem collocaſſe, cùm ſe deluſum videbit. Neſcio quid legerint LXX. Intt. cùm verterunt ἀοίκητος ἔσται αὐτοῦ ὁ οἶκος.

Tela aranei erit eorum fiducia] ובית עכביש מבטחו *& domus araneæ fiducia ejus*; hoc eſt, videbit id, cui fiderat, non fuiſſe firmius, quam aranearum telam. Nihil hîc, quod non ſit notiſſimum. Sed ſi teſtimonia Veterum legere cupias, adi *Sam. Bochartum* Hieroz. Lib. IV. c. 23. LXX. Intt. ἀράχνη δὲ αὐτοῦ ἀποβήσεται ἡ σκηνή, quæ multum abeunt ab Hebraicis. Melius *Aquila & Symmachus*, οἶκος ἀράχνης ἡ πεποίθησις αὐτοῦ. Vulgatus etiam: *ſicut tela aranearum fiducia ejus.*

15. *Innitentur domui ſuæ*] Hoc eſt, liberis ac familiæ, conſanguineis, adfinibus, popularibus, à quibus deſtituentur.

Eam adprehendent] Hoc eſt, ejus fiducia & auxilio ſe tutos putabunt; ut qui, ne labantur, firmum quidpiam adprehendunt. Hebr. יחזיק בו *jahhazik bo*, hoc eſt, *firmiter adprehendet eam.* LXX. Intt. ἐπιλαβομένου αὐτοῦ, *illo adripiente.* Deteriùs *Hieronymus*, *fulciet eam*, nam res ipſa repugnat, & uſus verbi in conjugatione Hiphil ſequente ב eſt contrarius, nam ſignificat *adprehendere* aut *retinere* quidpiam, ut ſuprà C. III, 9. & alibi paſſim.

Nec permanebit] ולא יקום *vlo jakoum*, hoc eſt, non ſtabit. LXX. Intt. εἰ μὴ ὑπομείνῃ, *non perſtiterit* Malè Vulgatus, *non conſurget.* קום *Koum* non tantùm eſt *ſurgere*, ſed & *ſtare*, ut omnibus notum.

16. *In Sole vigebant*] רטב הוא לפני שמש *virens ille ante Solem.* Verbum רטב *ratab* eſſe *madefieri* liquet ex Cap. XXIV, 8. quia plantæ, quibus humor, quo vegetentur, & alantur, non deeſt, virent, ideò רטב ratob, *virentem* etiam ſignificat. Eadem poteſtas eſt radicis & plurium derivatorum in Linguis Chaldaica & Arabica. LXX. Intt. hîc habent ὑγρὸς γάρ ἐστιν ὑπὸ ἡλίου. *Aquila*: ἰκμαλέος ἐστὶν εἰς πρόσωπον ἡλίου. Vulgatus: *Humectus eſt, antequàm veniat Sol.* Imò Sole lucente; deſcribit enim Bildadus hominem improbum, ſub imagine arboris, quæ Soli licèt expoſita, propter humorem terræ viret, & poſtea evulſa perit; quòd mali ſæpe aliquamdiu floreant, tum è medio tollantur. Similitudo elegantior & apertior erit, ſi reputemus calidis in locis, niſi multus humor ſubſit, aut adfundatur, arbores æſtate folia ponere. *Theophraſtus* Hiſt. Plant. Lib. I. c. 15. ubi de φυλλοβολίᾳ agit: δοκεῖ δὲ καὶ ἡ χώρα συμβάλλεσθαι, καὶ ὁ τόπος ὁ ἔνικμος πρὸς τὸ διαμένειν· τὰ γὰρ ἐν τοῖς ξηροῖς καὶ ὅλως λεπτογείοις πρότερα φυλλοβολεῖ, καὶ τὰ πρεσβύτερα δὲ τῶν νέων: *videntur etiam regio & locus humidus conferre ad durationem foliorum. Quæ enim ſunt in locis ſiccis, & univerſè in ſolo tenui, folia amittunt, & veteres quidem arbores, ante novas.* Qui in Oriente iter fecere, paria omnes narrant. Vide [illegible] I. 3.

Et ſupra ſepem eorum] על גנתו *hal gannatho.* Vertimus *ſepem*, quia verbum גנן *ganan* propriè *tegere*, *cingere* ſignificat, unde גן & גנה *viridarium muro cinctum*, quales Perſici παραδείσους, cum agitur de arboribus ramos emittentibus על גנה *ſupra* gannah; quod non poteſt intelligi de viridario, ſed de muro, cujus altitudinem ſuperant rami. Similis eſt comparatio Gen. XLIX, 22. ubi Joſephus prædicitur fore *ſurculus ad fontem, cujus rami ſupra murum porrigentur.*

Teneri eorum rami] יונקתו jonaktho, *tener ejus ramus.* LXX. Intt. hunc locum ſic verterunt: καὶ ἐκ σαπρίας αὐτοῦ ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ ἐξελεύσεται, ubi quid pro verbis ἐκ σαπρίας αὐτοῦ legerint non intelligo.

17. *Ad acervum radices eorum implicabuntur*] על גל שרשו יסבכו *hal gal ſcharaſchau jeſubbachou.* Quæ verba non ſunt facilia intellectu. Videtur hoc velle Bildadus, hominem, quem deſcribit, fore inſtar arboris in loco plantatæ, qui ardorem Solis non usque adeò ſentit, propter cumulum aliquem lapidum. LXX. Intt. ἐπὶ συναγωγὴν λίθων κοιμᾶται, quod intelligi nequit: uti nec quod habet Vulgatus, *ſuper acervum petrarum, radices ejus denſabuntur.* Radices arborum non denſantur *ſuper acervum petrarum*, ſed potius *ad acervum*, quod על *hal*, æquè ſignificat ac *ad. Theodotion* collem verterat, ἐπὶ βουνὸν ῥίζαι αὐτοῦ. Alii גל *gal* interpretantur non *acervum*, nec *collem*, ſed *fontem*, quaſi eſſet idem ac גלה *gullah*; hæc autem vox fontem ſignificat Joſ. XV, 19. Verùm mentio *domûs lapideæ*, quæ ſequitur, favet priori interpretationi. In fervidis illis Arabiæ & Meſopotamiæ regionibus, acervus lapidum, quo humus tecta ſit, poteſt eam à nimio ardore defendere, efficeréque ut arboris vicinæ radices ſubtus repentes altiùs agantur, & humore perpetuo frondes alant.

Domum lapideam reſpicient] בית אבנים יחזה *beth abanim jehhezeh.* Si hæc ſana ſint, eodem modo, ac ſuperiora, ſunt explicanda; de umbra, nimirum, lapideæ domûs, in qua arbor adoleſcat, & creſcat. Sed LXX. Intt. habent hîc: ἐν δὲ μέσῳ χαλίκων ζήσεται, *vivet in medio ſilicum*, & Vulgatus: *& inter lapides commorabitur.* Legerunt בין *ben* pro בית *beth*, & יחיה *jehhejeh* pro יחזה *jehhezeh*, debuerúntque proinde interpretari, *inter lapides vivet*, בין אבנים יחיה, quam lectionem commodiorem judica-

bat

domum lapideam reſpiciebant. [18]. At ſi evulſeris eos loco ſuo, abnegabit eos *dicℓ-que*: non vidi vos. [19]. Hoc demum eſt gaudium viæ eorum, & è pulvere alii pullulabunt. [20]. Deus, *nempe*, non repudiat integrum, nec maleficorum manum adprehendit [21]. *Exſpecta* donec impleat os tuum riſu & labia tua læto clamore. [22]. *Tum verò* odio te habentes pudore induentur, nec ullum erit improborum tentorium.

IX. Reſ-

arcebant. 18. At ſi quis eos loco migrare coëgerit, nemo eos pro ſuis agnoſcet. 19. Hoc eſt, nempe, ſolatium, quod e ſua vivendi ratione capient, ut alii eorum loco tractum obtineant. 20. Deus non aſpernatur bonos, nec malis favet. 21. Exſpecta, ſi bonus vir es, ea tempora quæ tibi lætandi cauſas ſuppeditent. 22. Eo tempore, qui te oderunt, pudore ſuffundentur, neque ullas certas ſedes habebunt.

PARA-

bat noſtrâ *Lud. Cappellus*. Non dubito quin in libro, tam obſcuro, multa olim Librarii imperitiâ corruperint; ſed quæ nunc à nobis emendari ex conjectura non poſſunt.

18. *At ſi evulſeris* &c.] Vel, *ſi quis evulſerit*, nam eſt in tertia perſona, יבלענו *jeballebennou*, ſubaudito nominativo. Sed Latinè ſecundâ perſonâ res commodiùs exprimitur. Hoc autem vult Bildadus: ſed ut ejuſmodi arbor ſemel evulſa interit, nec poteſt iterum eodem loco plantari & vireſcere: ſic & improbus ſemel è fortunis, felicitatéque ſua dejectus numqam ad eas redit.

Abnegabit eos] וכחש בו chihheſch bo, *negabit eum*. Plurali numero ſemper hîc uſi ſumus, ubi ſermo eſt de malis, quamvis ſingularis habeatur in Textu Hebræo, perſpicuitatis gratiâ. Locus autem hic dicitur *abnegare eum*, qui in eo fuit, cùm nullum è patria auxilium fert, non aliter ac ſi alienus eſſet. Vide Cap. VII, 10. Pſ. XXXVII, 35, 36. ubi improbus confertur etiam cum lauro vireſcente, quæ evulſa non invenitur amplius.

Non vidi vos] *Non vidi te*. LXX. perperam, οὐχ ἑώρακας τοιαῦτα.

19. *Hoc demum eſt*] *Ecce illud gaudium eſt*. Senſus eſt, eò tandem recidere voluptates malorum, ut in graviſſimam calamitatem delabantur; è qua emergere non poſſunt, cùm nemo eis auxilium ferat.

Viæ] Vitæ, ut notum, ſeu rationis vivendi. Pro ſuperioribus hujus commatis verbis, habent LXX. Intt. ὅτι καταστροφὴ ἀσεβοῦς τοιαύτη; quæ quid faciant ad Hebræa non exputo. Sed fortè Hebraica verba hîc corrupta eſſe judicarunt, ſenſúmque eis, quem potuerunt, convenientiſſimum, ſubſtituerunt; quod ſæpe iis contigiſſe ſuſpicor. Abſurdè in verſione *Hieronymi* è Græco, editum eſt, *everſio imputabilis eſt*, pro *impii talis eſt*.

Et è pulvere alii pullulabunt] ומעפר אחר יצמחו *& de pulvere alius*, aut *alienus germinabit*. Metaphora eſt ex arboribus petita, quibus mortuis aliæ ſubſtituuntur, quæ ex eodem loco, quo priores ſteterant, pullulant. In comparationis ἀποδόσει, intelligendum, malis hominibus, cum fortunis ſuis everſi ſunt, ſucceſſores dari, qui munus & locum eorum obtineant.

20. *Deus non repudiat*] *En Deus non aſpernatur* תם, *integrum*; hoc eſt, hominem bonum; qui opponitur τοῖς מרעים *mrebim*, ſeu improbis, & maleficis.

Manum adprehendit] יחזיק ביד *jabhazik bejad*; ut eam veluti confirmet, infirmiorum enim manum firmior adprehendens ei vires addit. LXX Intt. πᾶν δὲ δῶρον ἀσεβοῦς οὐ δέξεται, quaſi eſſet מיד mijjad, *à manu*, ſed perperam. Meliùs Latinus: *nec porriget manum malignis*, è *Symmacho*, qui habuit: οὐδὲ ὀρέξει χεῖρα κακούργοις.

21. *Exſpecta*] Hanc vocem ſupplevi, quæ aut ſubaudienda eſt, aut etiam excidit, niſi etiam plura deſint. LXX. Intt. habent ἀληθινῶν δὲ στόμα ἐμπλήσει γέλωτος. Non intelligo quî in voce עד had, *donec* invenire potuerint ἀληθινῶς.

Impleat os tuum riſu] Hoc eſt, tibi ridendi & vociferandi, præ lætitia, cauſas ſuppeditet. Hortatur Bildadus Jobum, ut, ſi verè pius ſit, exſpectet etiamnum à Deo liberationem.

22. *Pudore induentur*] Aut, tegentur; nimirum, rubore. Hebraiſmus notus, quamquam ita etiam loquuntur Græci. Vide *Thom. Gatakerum* de Stylo N. T. C. XLII.

Nec ullum erit tentorium] Hoc eſt, domicilium. LXX. Intt. δίαιτα δὲ ἀσεβοῦς οὐκ ἔσται.

Digitized by Google

IX. Reſpondet Jobus, fatetúrque ſe eum non eſſe, qui Deo reſponſare queat, & miſeram ob ſuam ſortem lamentatur.

Caput IX.

1. Respondit verò Jobus his verbis: 2. Verè novi rem ſic habere; quis homo ſe apud Deum purgabit? 3. Si voluerit *Deus* cum eo contendere, ne ſemel quidem, ex mille vicibus, *homo* ei reſpondebit; 4. Eſt ſapiens animo & robore validus, quis ſe contra eum obfirmavit & incolumis evaſit? 5. Transfert montes, nec *homines quomodo hoc fiat* intelligunt, cùm eos in indignatione ſua ſubvertit. 6. Dimovet terram è loco ſuo, & columnæ ejus contremiſcunt. 7. Vetat Solem *oriri*, nec oritur; ſtellás-

PARAPHRASIS.

1. Reposuit verò Jobus rem ita à ſe intelligi; 2. neminem mortalium poſſe ſe prorſus purgare, ita ut ſit expers omnis peccati; 3. Si enim paulo ſeverius agere velit Deus, vix in mille vicibus, unâ poſſet ſe prorſus purgare. 4. Cum ſit per omnia ſapiens, & omnipotens, nemo poſſit obfirmare animum in illum, atque evadere. 5. Montes, ſi indignetur, loco movere poteſt Deus, quamvis non poſſimus intelligere qui res fiat. 6. Terram ipſam loco movet, ut id, quo immota ſervatur, vacillare videatur. 7. Poſſit etiam impedire, ne Sol oriatur, ſtellasque ita occultare, ut cerni ab hominibus nequeant.

COMMENTARIUS
In Caput IX.

2. Novi verè rem ſic habere] אמנם ידעתי כי כן *verè novi quod ſic.* Reſpicit ad ſummam ſermonum prolatorum, qui eò ſpectant ut oſtendant neminem hominem, apud Deum, juſtum haberi poſſe; ut liquet ex ſequentibus Jobi verbis. Negat ergo hac de re agi, ſed an ipſe peccatis ſingularibus tam inſignes pœnas ſibi contraxiſſet.

Se apud Deum purgabit] Aut, *juſtus erit apud Deum*; hoc eſt, oſtendet ſe peccati eſſe expertem.

3. *Ex mille vicibus*] אחת מני אלף *unum ex mille.* Subaudiendum פעם, ut infra Capite XXXIX, 35. & Pſ. XXVII, 4.

Ne ſemel quidem ei reſpondebit] Nimirum, rectè ita ut cauſâ non cadat, ſi Deus ſummo jure cum eo agere velit.

4. *Eſt ſapiens animo* &c.] חכם לבב ואמיץ כח *ſapiens corde & robuſtus viribus.* Sunt hæc ἀνθρωποπαθῆ, nam in homine eſt animus, in quo ſapientia, & corpus, in quo ſunt vires. Vult Jobus Deum eſſe ſapientiſſimum & potentiſſimum.

Quis contra eum ſe obfirmavit] מי הקשה אליו mi hikſchah elau, *quis induravit in illum.* Subaudiendum לבבו lbabo, *cor ſuum*, ut Exod. IV, 21. & alibi.

Incolumis evaſit] וישלם vajjiſchlam, *& pacem habuit.* Sed pax paſſim incolumitatem ſignificat. LXX. Int. comma hoc verterunt: τίς σκληρὸς γενόμενος ἐναντίον αὐτοῦ ὑπέμεινε. Senſum expreſſerunt, potius quàm vim extremæ vocis. *Aquila*: εἰρήνευσε, *Symmachus*: διετέλεσεν. *Hieronymus: quis reſtitit ei & pacem habuit?*

5. *Transfert montes* &c.] המעתיק הרים *hammaktbik harim.* Idem verbum occurrit infra C. XXXV, 15. ubi *verba deſeruiſſe* amicos Jobi dicuntur. Mirum eſt LXX. Int. hîc vertiſſe παλαιῶν ὄρη, *antiquum montes*, quæ ſignificatio huc non facit. Melius *Symmachus*, ἐξαιρῶν ὄρη, & Vulgatus: *tranſtulit.*

Nec homines quomodo hoc fiat intelligunt] *Et neſciunt.* ולא ידעו *vlo jadehou, quomodo hoc fiat non intelligunt.* Supplevimus *homines*, cùm verbum ידע *jadehou*, cognoſcunt, ad montes referri nequeat. *Symmachus* quidem habebat ἀδηλοποιῶν αὐτά, ſed quod nemo probarit. Chaldæus interpres his verbis παλαιουμένων Reges ſignificari credidit, cum habeat: דמסלק מלכיא דקימין כטוריא ולא ידעו דהפכנון ברגזה *qui transfert reges firmos inſtar montium, & neſciunt eum illos ſubvertiſſe, in ira ſua.* Quæ interpretatio quidem non eſt inepta, ſed minùs cum ſequentibus convenit, quæ videntur propriè intelligenda. Sic *Plinius* Lib. II. c. 79. de motu terræ in Laconia: *Taygeti montis magna pars, ad formam puppis eminens, abrupta.* Cap. LXXXIII. de alio terræ motu in Italia: *Montes duo inter ſe concurrerunt, crepitu maximo inter ſe adſultantes, recedentéſque.* Vide & Cap. LXXXVIII. & XCI. Seneca Natur. Quæſt. Lib. VI, c. 25. *Si velis credere, ajunt aliquando Oſſam Olympo cohæſiſſe, & ſciſſam unam magnitudinem montis in duas partes.*

Cùm — ſubvertit] אשר vertimus *cùm*, ut Num. V, 29. & alibi, qua de re vide ſignif. 18. apud *Chr. Noldium.*

6. *Dimovet terram è loco ſuo*] De parte Telluris hæc vera ſunt, non de tota; quæ conſtanter, eadémque orbitâ, circa Solem fertur eo motu, qui numquam ab hominibus animadvertitur.

Et columnæ ejus contremiſcunt] Hæc vera etiam de Telluris parte eſſe poſſunt, non de tota, quæ nullis columnis nititur. *Seneca* Quæſt. Nat. Lib. VI. c. 20. *Fortaſſe aliqua parte terræ, veluti* Columnis *quibuſdam &* Pilis *ſuſtinetur; quibus vitiatis & recedentibus, tremit pondus impoſitum.* Vide & Pſ. LXXV, 4.

7. *Vetat Solem oriri*] *Dicens Soli, nec oritur*; hoc eſt, qui, ſi velit, impediat Solem oriri; nam alioqui Deus numquam Solem oriri vetuit. Vel Poëticè hoc intelligendum de die nubilo, quo Sol ortus negetur, quòd conſpici non potuerit.

Stelláſque, veluti clauſas, obſignat] ובעד כוכבים יחתם *& pro ſtellis obſignat.* Quaſi, nempe, clauſæ tenerentur ſtellæ, ne orirentur, in loco cujus ſera eſſet obſignata, ut ſolent homines facere, quando nolunt locum clau-

ſtellásque, *veluti clauſas*, obſignat. [8]. Extendit cœlos ſolus & calcat edita maris. [9]. Fecit Urſam, Orionem & Hyadas, & intima auſtri. [10]. Facit magna, ita ut perveſtigari nequeant, & mirabilia tot, ut nullus eorum *ſit* numerus. [11]. Ecce præteribit ſupra me, nec eum videbo; tranſibit, nec eum animadvertam. [12]. En rapiet, quis verò eum coget reſtituere? quis ei dicet: quid facis? [13]. Niſi Deus revocet iram ſuam, ſub eo adjutores ſuperbiæ incurvantur.

[14]. Etiam-

nequeant. 8. Solus ille extendit cœlos, ut omnia ambitu ſuo complectantur, & maris convexitatem coercet. 9. Creavit omnes ſtellas, tam boreales, quam auſtrales. 10. Mirabilia facit, quæ quomodo fiant nemo intellexerit, eaque tanto numero, ut à nobis numerari nequeant. 11. Idem eſt inconſpicuus, adeo ut præſentia ejus a nobis animadverti nequeat. 12. Aufert hominibus quidquid libet, nec quidquam ut reſtituat cogi poteſt; nec quiſquam rationem eorum, quæ facit, ab eo repetere queat. *Aut*: Quis ab eo reddi quod abſtulit, quaſi jure repetere ſuſtineat? quis ab eo facti rationem repetat? 13. Niſi Deus ſponte ſua placetur, facile homines ſuperbi, coram eo, deprimuntur.

14. Egó-

clauſum aperiri. Aut loquitur Jobus de eo, quod faceret Deus, ſi vellet; aut hæc intelligenda ſunt hyperbolicè, de nocte nubila, quâ nullam ſtellam videre licet.

8. *Extendit cœlos ſolus*] נטה שמים לבדו *noteh ſchamajim lebaddo*. Videntur hæc reſpicere ad primam creationem, quâ Deus cœlos, ſeu ingens illud ſpatium, quod circa terram cernitur, creavit, ſideribúſque ornavit.

Calcat edita maris] דורך על במתי ים *calcat ſupra alta maris*. Hîc *alta maris* videntur dici ingentes fluctus, qui ad *ſidera* navigantibus ferri videntur; quos *calcare* dicitur *Deus*; hoc eſt, eos compeſcere, quotieſcumque videtur. Sic Græci Poetæ interdum loquuntur de fluctibus, ut *Apollonius* Rhodius Lib. I, 521.

——— ἐκ δ' ἀνέμοιο
Εὔδιοι ἐκλύζοντο τινασσομένης ἁλὸς ἄκραι.

Vento tranquillæ agitabantur maris agitati ſummitates; hoc eſt, fluctus.

9. *Fecit Urſam*] עשה עש *hoſche haſch*. LXX. Intt. habent πλειάδα, Vulgatus *Arcturum*. Occurrit iterum hoc nomen infra C. XXXVIII, 32. Multis oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. II. Lib. I. c. 16. עש factum eſſe, per aphæreſin ﻧ נ ex Arabico נעש *nabaſch*, quod feretrum propriè ſignificat, deinde Urſam majorem & minorem. Eum vide.

Orionem] כסיל *cheſil*, quod Ὠρίωνα verterunt LXX. Intt. Vulgatus *Oriona*. Cùm incertum ſit utrum rectius, perinde fuit alterutro uteremur.

Hyadas] כימה *chima*, quod quid ſit non magis liquet, quàm ſuperius. LXX. Intt. Ἀρκτοῦρον, Latinus *Hyadas*.

Intima auſtri] חדרי תמן *hhadre theman*, quod & *penetralia auſtri* vertere queas. Videntur auſtralia ſidera ſignificari. *Olympiodorus* citat ex Hebræo: καὶ πάντα τὰ ἄστρα τὰ κυκλοῦντα νότον. LXX. Intt. ταμιεῖα νότου, Latinus: *interiora auſtri*.

10. *Ita ut perveſtigari nequeant*] עד אין חקר *donec nulla inveſtigatio*; hoc eſt, ita ut nec rationem quâ fiunt, nec eorum numerum perveſtigare & invenire homines queant. Benè LXX. ἀνεξιχνίαστα, Vulgatus, *incomprehenſibilia*.

Tot ut nullus ſit earum numerus] עד אין מספר *donec nullus numerus*. Ingens numerus ſic exprimitur.

11. *Ecce præteribit* &c.] Hoc eſt, occultè præſens nobis eſſe poteſt, cùm ſit inconſpicuus.

12. *En rapiet* &c.] Hæc pertinent ad jus Dei, quo poteſt hominibus ea adimere, quæ iis dedit, ſine ulla hominum injuria, cum ſuorum ſit Dominus. Vide Cap. I, 21.

13. *Niſi Deus revocet iram*] אלוה לא ישיב אפו *Deus non faciet redire iram ſuam*. Videtur ſubaudiendum אם, *ſi*, quod ſæpe omittitur, in hac ſignificatione, ut oſtendit *Chr. Noldius*. Hoc LXX. Intt. non intelligentes verterunt: αὐτὸς γὰρ ἀπέστραπται ὀργήν, ubi omiſerunt negationem, quod falſum eſſe ſcirent à Deo iram ſuam non revocari. *Symmachus*, ſi *Olympiodoro* credimus, verterat: ὁ Θεὸς οὐ ἀνταπέστραπτο ἡ ὀργή. *Hieronymus* incommodè: *cujus iræ nemo reſiſtere poteſt*. Poſſet etiam ἐρωτηματικῶς verti: *Deus non revocet iram? Sub eo* &c. eodem ſenſu.

Sub eo adjutores ſuperbiæ incurvantur] תחתו שחחו עזרי רהב *thahhthau ſchahhahhu hozere rahab*. Hoc eſt, jugum ejus ferre coguntur; metaphora enim petita videtur à juvencis, qui collum ſub jugo incurvant. *Adjutores* autem *ſuperbiæ* dicuntur, qui homines potentes adjuvant, ſuperbiæque eorum adulantur, & opem ferunt, unde fit ut major indies fiat. *Symmachus* verterat: ὑποκάτω δὲ αὐτοῦ καμφθήσονται οἱ ὑπερειδόμενοι ἀλαζονείᾳ. Incommodè, ſed deteriùs LXX. Intt. qui עזרי רהב vertunt κήτη τὰ ὑπ' οὐρανόν, quod abſurde expreſſum eſt, in verſione Hieronymiana è Græco, *cetera ſub cœlo*, pro *cete ſub cœlo*, vitio Librariorum, qui *cete* vocem truncatam eſſe putarunt. *Hieronymus* habet, *qui portant orbem*, quod quomodo hîc invenerit, non intelligo, nam quod habet dicatur נשאי תבל *noſee thebel*, quod nec ſono, nec figura eſt prioribus adfine.

14. *Etiamne ego ei reſponſarem* &c.] אף כי אנכי אענו אבחרה דברי עמו. Hæc verbotenus verba ſenſum cùm optimum fundant, non intelligo, cur veteres ita hîc ceſpitarint, niſi vitioſos codices, aut parum eleganter deſcriptos habuerint. LXX. Intt. vertunt: ἐὰν δέ μου ὑπακούσεται ἢ διακρίνει (vel, ut eſt in Alexandr. Cod. ὑπακούσῃ ἢ διακρίνῃ) τὰ ῥήματά μου, quæ carent ſenſu, ſtatuúntque fuiſſe in Codd. אם תענני ויבחר *im thahanenni vejibhhar*. *Hieronymus* propiùs paullò ad noſtram lectionem: *quantus ergo ſum, ut reſpondeam ei & loquar verbis meis cum eo*. Vult Jobus ſibi ſapientiam & magnitudinem Dei nimis fuiſſe notas, quàm

ut

14. Etiamne ego ei reſponſarem, verborúmque delectum haberem ; *quibus* cum eo
uterer? 15. Imò ſi innocens fuero, non reſpondebo; ſed judicem meum deprecabor.
16. Si *eum* invocavero & reſponderit mihi, non credam ab eo auditam vocem meam;
17. qui turbine contrivit me, & ſine cauſa auxit mea vulnera. 18. Non paſſus eſt me
reſpirare, ſed amaroribus me ſatiavit. 19. Si ad potentiam *ſpectes*, en potens eſt; ſi ad
jus, quis efficiet ut *eum* conveniam? 20. Si me innocentem dixero, os meum me
damna-

14. Egóne cum eo contenderem, & verbis delectis cum eo agerem? 15. Imò verò, vel ſi innocens eſſem, ei non reſponſarem, ſed judicis mei ſeveritatem deprecarer. 16. Si invocatus mihi reſponderit, vix vocem meam ab eo auditam crediderim; 17. cùm me veluti procella contriverit, & vulnera mea, ſine ulla ſingulari cauſa, auxerit. 18. Vix paſſus eſt me reſpirare, ſed amariſſimis doloribus, ad ſatietatem usque, cumulavit. 19. Si potentiam ejus reputem, potentiſſimus eſt; ſi juris rationem habeam, qui eum convenire potero? 20. Si innocentiam tueri adgrediar, me verbis meis, quibus me

ut ei reſponſaret, ſi Deus ſecum colloquium inſtituere vellet; quod & poſtea fecit, ſed tacente Jobo. ענה hîc eſt non tantùm *reſpondere* ſimpliciter quærenti, ſed contradicere, ideóque *reſponſare* vertimus.

15. *Imò ſi innocens fuero*] אשר אם צדקתי *qui ſi juſtus fuero.* אשר vertimus hîc *imo verò*, ex ſententia *Chr. Noldii*, in 4. hujus particulæ ſignificatione, ut 1. Sam. XV, 20. Reverâ etiam homo innocens tantæ majeſtati concedere debet, ita ut omnia ab ea rectè fieri agnoſcat, licèt ejus conſilia ſemper non intelligat.

Non reſpondebo] לא אענה *lo ebeneh*, pro quo LXX. Intt. legerunt יענה *jabaneh*, in tertia perſona; habent enim οὐκ εἰσακούσεται, ſine ſenſu. Sic tamen & *Theodotion* verterat: ὅτις εἰ δικαιωθήσομαι οὐκ ἀποκριθήσεταί μοι. Primam perſonam habet Vulgatus: *non reſpondebo.*

Judicem meum deprecabor] למשפטי אתחנן *limſchopheti ethhannen*; hoc eſt, gratiam judicis, ſubmiſſis precibus, impetrare conabor, orabóque ne mecum ſummo jure agere velit. Sequuti hîc ſumus *Hieronymum.* LXX. Intt. pro למשפטי legerunt למשפטו cùm habeant: τοῦ κρίματος αὐτοῦ δεηθήσομαι. Sed hæc verba *Theodotioni* in quibusdam Codd. tribuuntur.

16. *Si eum invocavero* &c.] Hæc non ſatis conſentire cum antecedentibus videntur; ſed ignoſcendum homini ſummâ calamitate preſſo, & æſtuanti, ſi interdum ſibi omnino non conſtet; nec, in hoc figurato Orientalium ſtylo, quærendus adcuratus ſingulorum commatum nexus.

Et reſponderit mihi] Aut voce, aut exauditis precibus meis.

Non credam ab eo auditam vocem meam] Perinde eſt ac ſi diceret: Deus tot calamitatibus me oppreſſit, ut ſi nunc à me invocatus mihi reſponſurus ſit, vel conceſſurus, quæ petiero, vix credere poſſim; usque adeò me malè habuit!

17. *Qui turbine contrivit me*] אשר בשערה ישופני *aſcher biſharah jeſchouphent*, ubi בשערה eſt pro בסערה, prout vox ſcribi ſolet. Intelligitur turbo venti, cum tonitribus & nubium concurſu, qui poſtea grandinem effundit, quâ confringitur agrorum omnis proventus. Itaque vult Jobus ſe, violento turbine, liberis & facultatibus ſubitò orbatum fuiſſe à Deo. Ac ſanè procellâ quadam, permittente Deo, à Cacodæmone excitatâ, minutarum pecudum ingentem numerum & liberos amiſerat, ut videmus Cap. I, 16, 19. LXX. Intt. habent: μὴ γνόφῳ με ἐκτρίψῃ, Vulgatus: *in turbine enim conteret me.*

Sine cauſa auget mea vulnera] והרבה פצעי חנם *& multiplicat vulnera mea gratis*; quod verti etiam poſſit, *& mihi vulnera multa inflixit, ſine cauſa.* Deum ait, *ſine cauſa* tot & tanta vulnera ſibi inflixiſſe; quòd reverâ ſi conferretur cum aliis hominibus, nihil erat cur ſeorſim tam graviter puniretur, nullis ſingularibus peccatis tam inuſitatas pœnas ſolus meritus; dum alii incolumes erant, quorum innocentia major non fuit, aut etiam minor.

18. *Non paſſus eſt me reſpirare*] *Non paſſus eſt revocare me ſpiritum*, aut *halitum meum.* Reſpicit, ut videtur, ad ſubitas clades, quas ei nuncii ſuper alios alii nunciarunt.

19. *Si ad potentiam ſpectes*] אם לכח אמיץ הנה *im lechoabh ammits hinneh.* Hîc הנה *ecce* eſt, præter morem, poſt nomen, ſed hoc fortè eſt à manu Librarii; ut multa alia, quæ nobis nunc crucem figunt.

Quis efficiet ut eum conveniam] מי יועידני *mi johideni*, *qui faciet me convenire*; hoc eſt, ut jure eum conveniam; vel, quis ei diem dicet, ut in jure ſe ſiſtat? Vide Jerem. L. 44. LXX. Intt. habent: τίς ἂν κρίματι αὐτοῦ ἀντιστήσεται; Latinus: *nemo audet pro me teſtimonium dicere.* Chaldæus, מן יהסיד עלי *quis teſtabitur pro me.* Eſt hæc conjugatio Hiphil à יעד *jabad*, quod eſt in Kal *condicere diem & locum conventûs*, & in Hiphil facere ut hoc fiat, qui ſignificatus huic loco egregiè convenit.

20. *Si me innocentem dixero*] אם אצדק *im etsdak*, *ſi juſtus fuero*, ſed ſequentia oſtendunt ſermonem eſſe de innocentiæ profeſſione.

Os meum me damnabit] ירשיעני *jarſchibeni*, quod abſurdè verterunt LXX. Intt. ἀσεβήσει, alii rectiùs καταδικάσει με, hæc eſt enim certa verbi ſignificatio, quam etiam ſequutus eſt Vulgatus Int. *Ore* autem *ſuo* damnatum ſe iri ait Jobus, quòd facilè, interrogante Deo, poſſit peccati argui, ac proinde pœnâ, ex ſua ipſius confeſſione, damnari; cùm liceat Deo huic remittere delictum, illi non remittere.

Si integer ego fuero] Repetendam ante vocem תם, *integer*, particulam אם *im*, ſatis liquet. תם אני autem ſignificat non ut integer reverâ ſim, ſed *integrum me dixero*, ut ex antecedentibus verbis & re ipſa colligere licet.

Me perverſum oſtendet] יעקשני *jabkeſcheni.* Hiphil habet hîc, ut paſſim, ſignificatum dicendi,

Digitized by Google

damnabit; *ſi* integer ego fuero, me perverſum oſtendet. [21]. Integérne ego ſum? non novi me, & vitam meam faſtidio. [22]. Unum eſt, quamobrem loquutus ſum; integrum & malum ille abſumit. [23]. Si flagellum ſubitò interficit, explorationem innocentium *quivis* ridebit. [24]. Terra in manum improbi tradita eſt, ora judicum ejus velat; ſin minùs, quis ille *eſt?*

[25]. Dies

me peccatorem eſſe faſſus ſum, arguet; 21. ſi integritatem meam jactem, memet ipſe non ſatis novi & mortem mihi accerſam. 22. Hoc uno ut loquerer factum eſt, quod bonos æquè ac malos perdit. 23. Si pœna lethalis ſit & ſubitò occidat, rei purgatio ridetur. 24. Improborum in manibus ſunt agri, quia mali muneribus, aut terrore, impediunt quo minùs Judices jus intelligant, aut intelligere ſe oſtendant; quis enim hoc facere queat, præter malum virum?

25. Vita

cendi, vel oſtendendi, non faciendi. LXX. Intt. σκολιὸς ἀποβήσομαι, quod noluerint dicere σκολιὸν ποιῆσαι. Vulgatus: *ſi innocentem me oſtendero, pravum me comprobabit*, rectius.

21. *Integer ego ſum*] Iterum eſt hic תם אני *tham ani*, ut in antecedente verſu. Per interrogationem expreſſimus, quæ ſi minùs placeat, erit hic repetendum *ſi*, ut antea. Senſus eſſe videtur: Dicámne me integrum eſſe? ille verò oſtendet me mihi ſatis notum non eſſe, inimicúmque eſſe vitæ meæ, quam amittam, quod cum me integrum eſſe dixerim, flagitiorum tamen reus comperiar, ſi ſummo jure mecum agatur, ac proinde morte dignus.

Non novi me] *Non noſcam animam meam*, לא אדע נפשי *lo edah naphſchi*; hoc eſt, me mihi ignotum eſſe oſtendet Deus, prolatis in lucem meis delictis, quæ melius multò novit, quàm ego. Ante omnia, φιλαυτία nobis intus blanditur & delictorum oblivionem inducit, deinde Amici etiam nobis adulantur; unde fit ut nos tandem non ſatis norimus. Quod pulcrè dixit *Plutarchus*, in libello de Adulat. & Amici diſcrimine, p. 65. T. II. Οὕτως ἡμᾶς προκολακεύουσα μαλακωτέρους ποιεῖ τοῖς θυραίοις κόλαξιν, ὡς ἑτοίμους ὄντας. οἱ δὲ πειθόμενοι τῷ Θεῷ καὶ τῷ Γνῶθι σαυτὸν, ὡς ἑκάστῳ πάντων ἄξιόν ἐστι μαθόντες, ἅμα καὶ φύσιν καὶ τροφὴν, καὶ παίδευσιν ἑαυτῶν ἀναθεωροῦντες, ἐλλείμματα μυρία τοῦ καλοῦ, καὶ πολὺ τὸ φαῦλον καὶ εἰκῇ συμμεμιγμένον ἔχουσιν ἐν πράξεσιν ἐν λόγοις, ἐν πάθεσιν, οὐ πάνυ ῥᾳδίως ἐμπεριπατεῖν τοῖς κόλαξιν ἑαυτοὺς παρέξουσιν: *magna de nobis ipſis opinio nobis prior adulata molliores reddit, erga externos adulatores, quippe paratos* (iis excipiendis.) *Sed ſi Deo obſequuti & monito illi Noſce te ipſum, intelligentes qui ſingula ſint toto digna, & ſimul indolem, educationem & inſtitutionem noſtram contemplati, quæ innumeros defectus ejus quod Honeſtum eſt, & multum mali & temerariè admiſſum habet, in actionibus, in verbis, in adfectibus non ita calcari nos ab adulatoribus patiemur.*

Vitam meam faſtidio] אמאס חיי *emas bhajai*. Ea dico, ex quibus ſequitur me vita eſſe indignum, quaſi eam faſtidirem. LXX. Intt. ut in obſcuris ſæpe, neque Hebraïcæ, neque Græcæ Linguæ rationem ullam habuere: εἰ τε γὰρ ἠσέβησα, οὐκ οἶδα τῇ ψυχῇ, πλὴν ἀφαιρεῖταί μου ἡ ζωή. Vulgatus non multò meliùs: *etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.*

22. *Unum eſt quamobrem* &c.] Eò nempe, ſpectat tota Jobi oratio, ſe innocentem malè haberi, Deúmque ſolitum eſſe bonos, æquè ac malos, calamitatibus, ſine diſcrimine, premere. Nec hoc falſum erat, ſed non ſatis noti erant fines Dei eo tempore, quo vulgò putabant in hac vita bonis benè, malis malè eſſe oportere. Mali quidem aut ad meliorem frugem ærumnis vitæ adducuntur, aut plectuntur, gravioréſque luent, in altera vita, pœnas. Boni verò confirmantur in virtute, à vitiis, quæ res ſecundæ pariunt, immunes ſervantur, & præmia longè majora poſt mortem accipiunt. Horum ignoratio effecit, ut Jobus rerum humanarum regimen à Divina Providentia non ſatis intelligeret, & querelas vehementiores effunderet; quamvis ceteroqui non falsò innocentem ſe eſſe contenderet.

Integrum ac malum æquè abſumit] Vetus eſt hæc querela eorum, qui non ſatis alterius vitæ præmia & pœnas in animum revocabant, vel ignorabant. Nullum eſſe diſcrimen putabant, in hac vita, ſortis bonorum & malorum. Vide Pſ. LXXIII, 2. & Jerem. XII, 1. & ſeqq. Quin & interdum bonorum deteriorem ſortem eſſe querebantur; unde graviſſimæ & iniquiſſimæ in Providentiam querelæ, quæ legi poſſunt, apud *Claudianum* Lib. I. in *Rufinum*, initio, ubi vide & quæ collegit *Caſp. Barthius*. Senſus eſt ſatis apertus, nec intelligo quid fuerit in Libro LXX. Intt. cùm verterint: Μέγαν καὶ δυνάστην ἀπολλύει ὀργή. Melius Vulgatus: *& innocentem & impium ipſe conſumit.*

23. *Si flagellum ſubitò interficit*] אם שוט ימית פתאם *im ſchot jamith phith m.* *Flagellum* pœnam graviorem ſignificat, quâ Deus hominum peccata caſtigare, aut etiam virtutes confirmare ſolet, dum eas probat. Vide Eſaiæ XXVIII, 15. LXX. Intt. hîc habent, ὅτι φαῦλοι ἐν θανάτῳ ἐξαισίῳ, quæ hîc ſenſu carent, nec Hebraicis ulla ratione conveniunt. Latinus, *ſi flagellat, occidat ſemel*, quæ idem eum ac nos legiſſe oſtendunt.

Explorationem innocentium quivis ridebit] למסת נקים ילעג *limſath nkijim jilbag* Supplevimus hîc *quivis*, quaſi Hebraïcè ſubaudiatur לועג *lobeg*, hoc eſt, quivis qui ridet, pro more conſueto, cùm nominativus omittitur, atque è re ipſa ſuppletur. Senſus eſt, ſi flagello divino ſubitò è medio tollantur, tam boni, quàm mali; quosvis riſuros id quod dicebatur, de probatione bonorum; nam non eſt probatio, ſi extinguantur, ſed pœna. LXX. Intt. ἀλλὰ δίκαιοι καταγελῶνται, non rectius quàm ſuperiora. Vulgatus: *& non de pœnis innocentum rideat*, æquè incommodè.

24. *Terra in manum improbi* &c.] Improbi ſunt agrorum domini. LXX. abſurdè: παραδίδονται γῆ εἰς χεῖρας ἀσεβοῦς, niſi fortè ſcripſerint παρα-

Digitized by Google

25. Dies mei curſore leviores fuerunt; fugerunt, nec bonum *ullum* viderunt. 26. Tranſierunt cum navibus celerrimis, inſtar aquilæ *quæ* ad eſcam volat. 27. Si dixero: ſermonem *hunc* meum oblivioni mandabo, relinquam *triſtem hunc* vultum meum, & *animum* recreabo; 28. timeo *ne redeant* omnes dolores mei, & novi me à te innocentem habitum non iri. 29. Ero ego nocens; cur ita in caſſum laborarem? 30. Si abluero

25. Vita mea magnâ velocitate elapſa eſt, nec felicitate ulla in ea frui potui. 26. Præterit inſtar velocíſſimæ navis, ſecundo vento actæ, ut aquilæ, celeribus alis in prædam deſcendentes. 27. Si apud me ſtatuam, triſtes haſce querelas miſſas facere, vultúque hilariore eſſe & lætari; 28. metuo ne redeant omnes ærumnæ, quas animo expuliſſem; novi me tamen à te innocentem habitum non iri. 29. Habebor enim mali inſtar, nec quidquam profecero. 30. Si animum meum vitiis omnibus purga-

παραδέδοται γῆ, ut *Hieronymus* habet in verſione è Græco, *terra tradita eſt*. Quod malim.

Ora judicum ejus velat] Improbus gratiâ, aut muneribus, aut terrore impedit, quominùs Judices flagitia puniant, quaſi ea non viderent. Vel de calamitate Judicum poſſunt hæc intelligi, nam rebus adverſis laborantes ſolebant caput ſibi obnubere. Vide 2. Sam. XV, 30. & quæ ibi notavimus. Qui ſenſus ſi admittatur, hoc ſignificabit Jobus, datâ improbis agrorum poſſeſſione, viros optimos, qui antea illic jus dicebant, rebus adverſis premi.

Sin minùs, quis ille eſt?] Hoc eſt, ſi ab improbo hoc non fiat, à quo ergo fit? Nullus ſenſus orationis ſeriei convenientior occurrebat. Sic legerunt LXX. Intt. qui habent: *εἰ δὲ μὴ αὐτός ἐστι, τίς ἐστι*, & *Symmachus*, qui ſic verterat: *καὶ νῦν τίς ἐστι*, & Vulgatus: *quod ſi ille non eſt, quis ergo eſt?*

25. *Nec bonum ullum viderunt?*] Hoc eſt, bonum nullum in vita ſenſi; quia, nimirum, præter moleſtias, in omni genere vitæ inevitabiles, omnia præterita bona amiſerat, quorum memoriâ angebatur. LXX. Intt. *ἀπέδρασαν καὶ οὐκ εἴδοσαν*, omiſsâ voce טובה *bonum*.

26. *Tranſierunt cum navibus celerrimis*] חלפו עם אניות אבה *bhalephou bim onijoth ebe*. *Lud. Capellus*, ad hunc locum, obſervat radicem אבה Arabicè eſſe *ornare*, & ſignificari putat naves omni ſuâ ſupellectili ornatas. Sed cum ſignificet etiam *recedere*, ſermonem poſſe eſſe de navibus ad receſſum paratis & celeriter aufugientibus. *Samuel* verò *Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. I. c. 2. *Ebeh* ſuſpicatur eſſe fluvii nomen, quia hodieque duo ſunt amnes אבי *Ebe*, vel *Ebbe*, in illis locis, quorum unus eſt prope Cupham, alter in Babyloniæ regione *Waſit*, quæ Græcorum eſt *Meſene*. Addit tamen Arabibus eſſe אבי *aba* verbum, *ad iter accingi*, itaque reſpici poſſe naves veloces ad iter accinctas, aut actuarias, ſi mavis, quæ ſunt expeditiores. LXX. Intt. vertunt: *ἢ καὶ ἔστι ναυσὶν ἴχνος ὁδοῦ*, quod alienum. *Hieronymus*, *quaſi naves poma portantes*, ex Syriaca Lingua, in qua אבה *abah*, pomum ſignificat. Melius *Symmachus*: *ἀπῆλθον ὁμοίως ναυσὶ σπευδούσαις*, quia ſine dubio de navibus celeribus ſermo eſt. Vulgò, *naves deſiderii* ab אבה *voluit*. Sed undecumque veniat hæc vox, navem celerem ſignificari ſatis liquet.

Ad eſcam volat] יטוש עלי אכל *jatouſch bale ochel*. טוש ex uſu Linguæ Chaldææ eſt *volare*, ut rectè obſervatum *Sam. Bocharto* Hieroz. P. 1. Lib. I. c. 3. Chaldæi ſcribunt טוס *tevas*. LXX. Intt. *αὐτοῦ πετομένου ζητοῦντος βοράν*. *Symmachus*: *ὡς ἀετὸς ἱπτάμενος ἐπὶ βοράν*. Latinus: *ſicut aquila volans ad eſcam*.

27. *Si dixero*] אם אמרי *im amri*, ſi dicere meum, nempe, ſit; ſi ita loquar.

Sermonem hunc meum] שיחי *ſchibhi*, aut etiam *meditationem meam*. Ait Job, ſi alia omnia loquatur, aliúmque vultum gerat, in caſſum hæc etiam à ſe factum iri.

Triſtem hunc] Hæc è re ipſa ſupplevi, perſpicuitatis causâ.

Animum recreabo] אבליגה *abligah*. Subauditur נפשי *naphſchi*, aut ſimile quidpiam. Vide C. X, 20. & Pſ. XXXIX, 14. LXX. hæc & ſuperiora abſurdè verterunt: *συγκύψας τῷ προσώπῳ στενάξω*, & Latinus: *commuto faciem meam & dolore torqueor*. Atqui LXX. Intt. benè *ἀναπαύεσθαι* & *ἀναψύχειν* verterunt, locis memoratis, & Latinus Pſ. XXXIX. *ridere*; unde liquet iis nulla fuiſſe Lexica, quæ certam vocum ſignificationem oſtenderent; quod ex multis aliis locis conſtat.

Novi me à te innocentem &c.] ידעתי כי לא תנקני *jadabthi chi lo thenakkeni*. Qui aliquem innocentem habet, ab eo pœnas nullas repoſcit; ideóque cùm velit dicere Jobus quomodocumque ſe gerat, à Deo ſe malè habitum iri, dicit לא תנקני *me innocentem non habebis*. LXX. Intt. *οὐκ ἀθῷόν με ἐάσεις*. Vulgatus: *Sciens quod non parceres delinquenti*. Incommodè. Notum eſt hoc verbum in Conjugatione *Pihel*, eſſe *innocentem habere*, vel *inſtar innocentis habere*. Vide Exod. XX, 7. XXXIV, 3. 1. Reg. II, 9. Hoc autem exprobrat Deo Jobus, ex temerè præconcepta opinione bonos & malos promiſcuè à Deo malè haberi.

29. *Ero ego nocens*] אנכי ארשע *anochi erſchah*. Quidquid faciam, ego ero reus, vel inſtar rei habebor. Ideóque nihil eſt, cur aliter loquar, quàm facio. LXX. Intt. *ἐπειδὴ δέ εἰμι ἀσεβής*. Latinus: *ſi autem & ſic impius ſum*. Sed רשע non ſignificat *impium*, ſed quemvis improbum, & quando apponitur τῷ נקי *innocenti*, ut hîc, *reum*, ſeu *nocentem*. Vide ad Exod. II, 13.

Cur ita in caſſum laborarem?] למה זה הבל איגע *lamah zeh hebel igah*, pro להבל lehebel, *in vanum*. Rectè *Aquila*: *ἱνα τί τοῦτο μάτην κοπιῶ*, & Latinus: *quare fruſtra laboravi*; potiùs in ſubjunctivo *laborarem*, aut *laborem*. LXX. Intt. *διὰ τί οὐκ ἀπέθανον*, quaſi eſſet לא אגוע *non exſpiravi*.

30. *Si abluero me aquâ nivali* &c.] Hæc *παροιμιωδῶς* dici videntur, de vita innocente; perindéque eſt, ac ſi diceret: quamvis innocentiſſimam vitam agerem, attamen morerer; innocentia mea me morti non eriperet. Vide

F de

Digitized by Google

lucro me aquâ nivali, ſi manus meas ſmegmate mundavero; 31. tum in foſſam me demerges, & abominabuntur me veſtes meæ. 32. Non *eſt* vir inſtar mei, *alioquin* ei reſponderem, unà in jus iremus. 33. Sed nemo eſt, qui inter nos *reum* arguat, *aut qui* nobis ambobus manum injiciat. 34. Virgam ſuam à me amoveat, terrórque ejus ne me conturbet; 35. proloquar, nec timebo, quia non ego talis ſum apud me.

X. Pergit Jobus conqueri, petit à Deo ne inſtar improbi habeatur, cùm non ſit, beneficiáque Dei in ſe & calamitates commemorat.

CAPUT X. 1. PERTAESA eſt anima mea vitæ meæ, *non* relinquam ſermonem *meum* de me, *ſed* in amarore animi mei loquar. 2. Dicam Deo: ne me improbum habeas, ne

purgarem, 31. in lutulentam foſſam vitiorum me detruderes, adeo ut inquinatior indies fierem. 32. Non mihi res eſt cum homine mei ſimili, alioqui cum eo litigarem, unaque in jus iremus: 33. Sed nemo eſt qui reum arguat, aut qui utrique manum injiciat. 34. At ſi deſinat Deus me malè habere, méque terrere; 35. tum vero apertè loquar, ac ſine metu; quia mihi non ſum conſcius ſcelerum, quæ tantas pœnas mihi, quaſi alius deterior eſſem, contraxerint.

PARAPHRASIS.

1. TAEDAT me vitæ meæ, ideóque dolorem meum non diſſimulabo, & quidquid mihi ſuggerit animus aperiam. 2. Deo ipſi dicam ne me, inſtar improbi, habeat, eumque orabo ut me doceat, cur mihi

de hac loqnutione *Thom. Gatakerum* Adverſ. Poſt. c. XL.

31. *In foſſam me demerges*] Hoc eſt, in ſepulcrum, in quod non minùs boni, quàm mali deſcendunt.

Abominabuntur me veſtes meæ] Putrefactum cadaver veſtes, quibus indutum erit, commaculabit & corrumpet; adeò ut, ſi veſtibus ſenſus ineſſet, cadaver eſſent abominaturæ, ſéque eo expedituræ. LXX. Intt. hæc de vivi Jobi morbis intellexerunt, nec *foveæ* (שחת *ſchabbath*) mentionem ullam fecerunt: *ἱκανῶς ἐν ῥύπῳ με ἔβαψας, ἐβδελύξατο δέ με ἡ στολή μου.* Sed שחת nusquam eſt *ῥύπος* aut *ſordes*. Attamen Latinus quoque: *ſordibus intinges me.* טבל *tabal* eſt quidem in liquorem *mergere*, ſed nihil obſtat quo minùs, tralatitio ſignificatu, dicatur de demiſſione in foveam.

32. *Non eſt vir inſtar mei*] Tertiâ perſonâ loquitur Jobus de Deo, mutatione frequenti.

Alioquin ei reſponderem] Nempe, apud judices, ſi ab eo accuſarer. Ideò LXX. Intt. *ᾧ ἀντικρινοῦμαι*, non malè. Supplevi *alioquin*, propter orationis nexum & perſpicuitatem.

Unà in jus iremus] נבוא יחדו במשפט *nabo jahhdau bammiſchphat.* Sed non poterat Deus, apud judicem ullum, lege conveniri.

33. *Reum arguat*] מוכיח mochiahh, *arguens*, hoc eſt, qui reum deprehenſum caſtiget.

Aut qui nobis &c.] ישת ידו *jaſcheth jado*, ſubaudiendum אשר או *aut qui*. Judices manum litigantibus injiciunt, ut ſi reus damnetur pœnas luat; aut, ſi actor reum convincere nequeat, calumniæ damnetur.

34. *Virgam ſuam à me amoveat*] In voce שבטו *ſchibto*, virgam ſuam, littera ט eſt majuſcula, in Codice Maſorethico; ad ſignificandas, ut ajunt, novem calamitates, quas Jobus metuebat, quia ט, in numeris, valet novem. At cur majuſcula littera hoc ſignificat? Annon minuſcula æquè potuit? Præterea quæ ſunt novem calamitates, quas paſſus erat? Si eas partiri adgrediamur, plures, aut pauciores inveniri, pro arbitrio partientis, poſſint. Satius ergo eſt intelligere optari à Jobo, ut Deus ſibi polliceatur, ſe plagas ab eo amoturum, ut poſſit cauſam ſuam agere.

35. *Non ego talis ſum apud me*] לא כן אנכי עמדי lo chen anochi himmadi, *non ſic ego apud me*; hoc eſt, mihi conſcius non ſum ſceleris ullius, quo tanta mala, potiùs quàm alii, mihi contraxerim. Rectè LXX. Intt. *οὐ γὰρ οὕτω συνεπίσταμαι*, in Vaticano Cod. quibus addit Alexandrinus *ἄδικον*. Minùs commodè Vulgatus: *non enim poſſum metuens reſpondere.* עמדי idem eſt ac לעיני *oculis meis*, hoc eſt, apud animum meum. *Symmachus* verterat: *οὐ γάρ εἰμι ἐγὼ ὁ αὐτὸς παρ᾽ ἐμαυτῷ.* Sed כן *ſic* non eſt *ὁ αὐτὸς*, *idem*.

COMMENTARIUS
In CAPUT X.

1. NOn *relinquam*] אעזבה *ebezebah*, relinquam, ſine negatione. Sed cùm hæc ſit conſtans ſignificatio verbi עזב *bazab*, réſque ipſa oſtendat Jobum pergere cauſam ſuam agere, aut excidit negatio, aut interrogativè exprimendum: *an relinquam ſermonem de me?* quæ interrogatio perinde eſt, ac negatio. LXX. Intt. habent in Codice Vaticano: *ἐπαφήσω ἐπ᾽ αὐτὸν τὰ ῥήματά μου*, in Alexandrino: *ἐπ᾽ ἐμαυτὸν ἐπαφήσω τὸν θυμόν μου*, quæ ſunt obſcura & parum adcurata.

Sermonem meum] שיחי *ſchibbi.* Vide Cap. IX, 27.

De me] עלי *halai.* Sæpe על *hal* ſignificat *de.* Vide ſignificatum XX. apud *Noldium.* Vulg. habet: *dimittam adverſùm me eloquium meum.* Sed pro ſe, non contra ſe loquitur Jobus.

Sed in amarore animi mei] Supplendum fuit *ſed*,

me docto cur mecum litiges. 3. An bonum eſt tibi *me* opprimere, improbare laborem manuum tuarum, & conſilio malorum illucere? 4. An ſunt tibi oculi carnei? an, prout homo videt, vides? 5. An dies tui ſunt inſtar dierum hominis? an tui anni ſunt, ut anni viri? 6. ut inquiras in meam iniquitatem, & peccatum meum inveſtiges? 7. Scis me non eſſe improbum, nec quemquam eſſe, qui à manu tua liberet. 8. Manus tuæ elaborarunt me, & circumquaque ſimul *quæ habeo* fecerunt; túne me deglutires? 9. Memento, quæſo, te finxiſſe me, inſtar luti, & effecturum ut in

mihi ejusmodi litem intendat; 3. an eum juvat miſerum hominem opprimere, opus manuum ſuarum aſpernari; malorum vero cœptis favere? 4. Sic eum alloquar: an ſunt tibi oculi carnei, quales ſunt hominibus? 5. An vita tua major non eſt humana, 6. ut tam curioſè inquiras in vitia mea, pœnásque de eis exigas? 7. Scis me nequaquam gravioribus vitiis eſſe contaminatum, nec quemquam eſſe, qui me manibus tuis eripere poſſit. 8. Sum ego opus manuum tuarum, & quidquid habeo; tune ergo me perderes? 9. Memor eſto te fuiſſe figulum meum, qui me luto finxeris, quique probè noris me in pulverem

ſed, propter antecedentia. *Amaror animi* eſt ægritudo. Vide 1. Sam. XXII, 1.

2. *Ne me improbum habeas*] אל תרשיעני *al tharſchieni*. Conjugatio Hiphil ſæpe non actionem, ſed judicium notat, in hoc verbo. Vide Deut. XXV, 1. Malè LXX. Intt. μή με ἀσεβεῖν δίδασκε, hoc eſt, *ne me doce peccare*, ne fac ut ſim malus. Perperam. Rectius habebat *Aquila*: μὴ καταδικάσῃς με, unde Vulgatus: *noli me condemnare*, quod eſt perinde ac: *ne me ſontem*, aut *malum habeas*, vel *pronuncies*.

Mecum litiges] תריבני *thribeni*. Pœnas mihi infligas. Eſt antecedens pro conſequente. Deus enim non modò litem intendere videbatur Jobo, ſed etiam pœnas irrogare.

3. *An bonum eſt tibi*] An rectum videtur, an tibi placet?

Me opprimere] כי תעשק chi thahaſchok, *quòd opprimis me*; nempe, fraude. Hinc Interpres quidam Græcus, qui fortè eſt *Aquila*: ὅτι συκοφαντήσῃς. Unde Vulgatus, qui ſæpe *Aquilam* ſequitur: *ſi calumnieris me*. Non agitur de calumnia, ſed de oppreſſione fraudulenta; quâ innocentem circumveniri ſe perperam putabat Jobus.

Improbare] כי תמאס *chi thimas*, quòd aſperneris, aut improbes; quaſi Deus Jobum à ſe factum minus probaret; quod imperiti & inconſtantes artifices faciunt, qui rem à ſe factam ſæpe faſtidiunt.

Illuceas] הופעת *ophahtha*, hoc eſt, faveas, nam Deus iis *illucere* dicitur quibus favet, conſuetâ Scripturæ loquendi ratione. Sic loquitur Jobus, quia conſilia malorum, ſeu inimicorum ſuorum, adverſus ipſum, bene ceſſiſſe iis videbantur. Senſum verterunt LXX. Intt. βουλῇ δὲ ἀσεβῶν προσέσχες, & Hieronymus: *conſilium impiorum adjuves*.

4. *Oculi carnei*] *Oculi carnis*, hoc eſt, hominis, ut ſequentia oſtendunt. Sententia eſt: an erras, inſtar hominis, qui ſe animadvertere putat quod nuſquam eſt, & flagitia in homine innocente invenire? Vel: an mihi invides, quemadmodum homines, quorum invidi ſunt oculi, invident?

5. *An dies tui ſunt* &c.] An brevis ævi es, ut poſſis, inſtar hominis maligni, aut invidi, malè velle, vel invidere? Pares paribus malè faciunt, aut invident; at non Deus æternus & omnipotens, quem hominis ὀλιγοχρονίου miſereri decet, prout facit. Vide Pſalm. XC, 2, 3.

Anni viri] *Dies*, ſed quia antea hæc vox occurrerat, *annus* maluimus, quod idem eſt & melius loco convenit.

6. *Ut inquiras* &c.] Quaſi Deum nimis magnum putaret, quàm ut hominum brevis ævi delicta perſequeretur. Vide Geneſ. VI, 3.

7. *Scis me non eſſe improbum*] על דעתך כי לא ארשע hal dahthecha chi lo erſchah, *ſuper cognitionem tuam, quod improbus non ſum*, vel *reus non fui*. Hic על idem valet ac *in*, hoc ſenſu: *in cognitione tua* eſt me reum non eſſe; hoc eſt, noſti. LXX. οἶδας γάρ. Vulgatus: *Et ſcias* &c.

8. *Elaborarunt me*] עצבוני *hittſebouni*. Cùm hoc verbum in Conjugatione *Kal*, *dolore adficere* ſignificet, cúmque liqueat è ſequente membro *formandi* poteſtatem huic Conjugationi *Pihel* ineſſe; videtur hîc ſignificari laborioſa quædam & difficilis formatio. Eſt ergo ἀνθρωποπάθεια, quâ deſcribitur humani corporis formatio, quaſi res per ſe non facilis; quamvis omnia ſint facilia Deo. Quod ſi Jobus ex ſua cognitione corporis humani, quæ magna non erat, ſi conferatur cum hodierna, collegit mirum eſſe hoc Dei opificium; quantò magis nobis, Anatomices longè peritioribus, admirationi eſſe debet? Meritò ergo recentiores Phyſici, expoſitâ ſtupendâ induſtriâ, quæ in diſpoſitione ejus partium cernitur, *digitum Dei* hac in re agnoſcendum eſſe demonſtrarunt. Hinc in Chaldaicis Oraculis homo dicitur τολμηρᾶς φύσεως τέχνασμα, *audacis naturæ opificium*.

Circumquaque ſimul &c.] Hoc eſt, interna & externa omnia ſimul fecerunt. Non eſt enim Machina corporis animalium ejusmodi, ut particulatim fieri potuerit. Tota ſimul, & ſemel, ob connexum mirabilem partium, uſúmque quem ſibi invicem præſtant, formata eſt, & veluti conflata; ut quæ metallis liquefactis & in typum concavum conjectis formantur; quod Veteres, ut *Galenus*, & præſertim recentiores Phyſici egregiè demonſtrarunt. LXX. Intt. μετὰ ταῦτα μεταβαλών με ἔπαισας. Meliùs Vulgatus: *me totum in circuitu*, ſed incommodè ſequentia: *& ſic repente præcipitas me*.

Túne me deglutires?] Quaſi diceret, non decere artificem ſapientem, qui ſummâ arte, maximóque ſtudio opificium perfecit, id deſtruere; & multò minùs Deum.

9. *Memento, quæſo* &c.] Hoc eſt, cùm me brevis ævi feceris, ſimque mox lege à te poſita,

in pulverem redeam. [10]. Nonne ſicut lac fudiſti me & inſtar caſei coagulaſti? [11]. Cute & carne induiſti me, oſſibus & nervis me compegiſti. [12]. Vita, *aliis*que beneficiis me benignè donaſti, & cura tua ſpiritum meum ſervavit. [13]. Hæc repoſuiſti in animo tuo, ſcio hæc eſſe apud te *nota*.

[14]. Si pecco, obſervas me, méque ab iniquitate mea mundum non habes. [15]. Si improbus ſum, væ mihi! at ſi innocens fuero, *cur* caput non adtollam, *cùm* ignominiâ ſatiatus *ſim*, & adflictionem meam videas? [16]. Creſcit, *dum* inſtar leonis me venaris,

verem rediturum. 10. Nonne me feciſti, quemadmodum è lacte fit caſeus? 11. Cute & carne animum meum veluti induiſti, ac nervis corpus firmaſti. 12. Vita aliisque beneficiis me donaſti, & curâ tuâ ſpiritus meus ſervatus eſt. 13. Horum probè novi te nequaquam eſſe oblitum, ſed recentem eſſe memoriam.

14. Attamen omnia delicta mea diligenter obſervas, meque ſcelerum purum non habes. 15. Si improbus ſim, væ mihi! at ſi innocens fuero, cur erecto capite non ambulem, cùm ignominia ſatiatus ſim, cumque doloris mei ſis teſtis? 16. Atqui augetur, dum me quaſi leonem, venaris, & mirum in

tâ, in pulverem rediturus; me, intra illud breve tempus, vexare & malè habere nolito.

10. *Sicut lac* &c.] Talia videntur omnium Animalium, ac proinde hominum initia. Omnia ex Ovis oriuntur, ubi liquore inſtar lactis cincta ſunt eorum primordia, in quibus animalcula latent; quæ eo humore aluntur, & augentur, ut tandem evolvantur & expediantur eorum membra, ut Phyſici oſtenderunt. Conſulantur qui de animalium in ovo evolutione, ut ſic dicam, ſcripſerunt apud *Ger. Blaſium*, *Marcellus Malpighius*, in Epiſt. Diſſertat. de Bombyce, *Franciſc. Redus* de formatione inſectorum, & alii.

Fudiſti me] תתיכני *thatthicheni*, quod eſt à נתך *nathach*, fluere, liquari. Vide ſupra III, 24. Inde in *Hiphil* liquefacere ſignificat, ut 2. Reg. XXII, 9. & in Hophal arte liquefieri, ut Ezek. XXII, 22. LXX. Intt. ἤμελξας, & *Hieronymus: mulſiſti me.* Meliùs *Aquila*: ἀπίεξας, neque enim agitur de mulgendo lacte, quamvis lactis fiat mentio, ſed de eo in vas effundendo, ubi coagulatur.

Inſtar caſei coagulaſti] כגבינה תקפיאני *chaggbinah thakphieni*. LXX. Intt. ἐτύρωσας με ἴσα τυρῷ, in Cod. Romano; in Alexandrino meliùs ἔπηξας, ſed, ut puto, ex *Aquila*, qui ſic verterat. Sic & Vulgatus: *ſicut caſeum me coagulaſti.* גבינה *caſeus* adfine eſt voci גבן *gibben*, quæ *gibboſum* ſonat, unde nomen caſeis, qui ſunt gibborum inſtar. Hinc LXX. Intt. Pſal. LXVIII, 16, 17. הר גבננים *har gabnannim*, montem multorum jugorum verterunt ὄρος τετυρωμένον, quaſi juga, caſeorum inſtar, habentem. Verbum קפא *kapha* ſignificat coagulari, Exod. XV, 8.

11. *Me compegiſti*] תשוככני *theſchochecheni*, quod deducitur à שוך *ſchouk*, quod eſt *ſepire*. Cap. I, 10. & Hoſ. II, 5. Sed ei ſignificatui hîc locus non eſt, neque enim oſſa & nervi ſepiunt humanum corpus, ſed ad id compingendum multùm faciunt. LXX. Intt. in Cod. Vaticano με ἔνειρας, in Alexand. ἐνειράς με, quod quid ſit difficile eſt dictu, niſi ſit pro ἐνεύρωσας, quod eſt à νευρόω, *nervoſum reddo*, *confirmo*. A Scholiaſte exponitur συνέρραψας *conſuiſti*, quod in Complutenſi Ed. legitur. *Hieronymus* in verſione è Græco, *me inſeruiſti*. Sanè ἔνειρας vix Græcum eſſe videtur. *Heſychius* quidem habet: νεῖρον, σφοδρὸν, ἰσχυρόν. Sed nihil hæc juvant. Sequuti ſumus primùm rem ipſam, deinde *Hieronymum* & Chaldæum, qui habet: אשתיתני *aſchthejothani*, *texuiſti me*.

12. *Vitâ aliisque me benignè donaſti*] חיים וחסד עשית עמדי *hhajim vahheſed haſibitha himmadi*. Verbum עשית *feciſti* antecedenti voci חסד *benignitas* optimè convenit, ſed non ita commodè jungitur nomini חיים *vita*. Verùm & alibi verbo non convenit cum omnibus nominibus, quibuscum jungitur. Vide Indicem Pentateuchi. LXX. Intt. ut hoc vitarent, verterunt: ζωὴν καὶ ἔλεος ἔθου παρ' ἐμοί, Vulgatus: *Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi.* Senſum expreſſimus, cùm totidem verba adnumerare non poſſemus.

Cura tua] פקדתך *phkudathcha*, propriè, *viſitatio tua*, ſed curam ſignificat, quia qui curam gerit alicujus rei, eam ſæpe viſit. Vide not. ad Gen. XXI, 1.

Spiritum meum] Vitam, ut paſſim.

13. *Hæc repoſuiſti* &c.] *Et hæc occultaſti in corde tuo*, צפנת בלבבך *tſaphanatha bilbabcha*. Quod nonnulli interpretantur, quaſi Jobus Deo exprobraret, quòd eo ipſo tempore, quo ei benefaciebat, recondita hæc mala, quæ ei immiſit, apud ſe occultaret; depromenda, quando ſibi videretur. Sat multa non circumſpecta Deo dicit Jobus, nec ſunt augenda. Itaque malui referre ad ea, quæ proximè antecedunt, de innocentia Jobi, quam Deus probè norat, déque beneficiis in Jobum ab eo antea collatis intelligere. LXX. Intt. ne ſenſum quidem adſequuti ſunt, cum habeant: ταῦτα ἔχων ἐν σεαυτῷ, οἶδα ὅτι πάντα δύνασαι, ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν. Rectiùs Vulgatus: *licèt hæc celes in corde tuo, tamen ſcio quia univerſorum memineris.*

14. *Si pecco, obſervas me*] שמרתני *ſchmarthani*; obſervas quæ agam, ut ſingulorum peccatorum pœnas repoſcas. Nam *obſervare* non eſt ſemper benevoli, ſed etiam inſidiatoris, vide ad Gen. III, 15. De Deo quoque dicitur obſervante peccata hominum, Pſ. CXXX, 3. déque iis pœnas exigente.

Ab iniquitate mea mundum non habes] לא תנקני *lo thenakkeni*, me non mundas. Non vult Jobus Deo exprobrare, quòd ipſum ſanctiorem non redderet, peccati in poſterum expertem; ſed quòd nimiùm adtenderet ipſius peccatum, neque immunem pœnæ eſſe pateretur, ut ſunt qui innocentes habentur. Vide de hac ſignificatione verbi Hebraici, ad Cap. IX, 28. Sic intelligenda eſt verſio LXX. Intt. ἐὰν

ἀθῷον

Digitized by Google

naris, & iterum in me mirabilia facis. 17. Renovas teſtes tuos contra me, creſcitque in me indignatio tua, vicibus exercitus me *adgreditur*. 18. Cur me ex utero eduxiſti? Exſpiraſſem, nec oculus me vidiſſet. 19. Eſſem, quaſi non fuiſſem, ab utero in ſepulcrum delatus. 20. Nonne exiguum quiddam ſunt dies mei? Deſine *indignari*, & à me ſepone *iram*, atque aliquantulùm recreabor; 21. antequàm *illuc* eam *unde* non revertar, in terram tenebricoſam & mortiferæ umbræ, 22. in terram obſcuram inſtar umbræ mortiferæ caliginis; *ubi* nullus eſt ordo, & illuceſcit inſtar tenebrarum.

XI. Re-

in modum vexas. 17. Veluti teſtes in me producis, mihi magis ac magis indignaris, atque veluti exercitus calamitatum in me irruit. 18. Atqui ſatius erat me in utero materno mori; animam efflaviſſem, nec quiſquam me contemplatus eſſet, 19. quaſi non fuiſſem, ex utero in ſepulcrum illatus. 20. Nunc etiam vita mea breve ævum complectitur. Deſine vero indignari, atque à me ſepone omnem iram; 21. antequam illuc eam unde non revertar, nempe, è tenebricoſis Terræ cavernis, 22. ubi alta nocte omnia tecta ſunt, nec quidquam ordine diſpoſitum, ſed omnia confuſa.

PARA-

ἀθῷόν με πεποίηκας, quæ vertit *Hieronymus*: *non impunitum feciſti me*. Sed in verſione ex Hebræo minus rectè: *Si peccavi & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris?*

15. *At ſi innocens fuero*] וצדקתי *vetſadakthi*, & juſtus, *aut* innocens fui. Hoc vult Jobus: malè mihi eſt, ſi ſim improbus; nec melius à Deo habeor, ſi juſtitiam, hoc eſt, virtutem colam. Quaſi Deus nullo diſcrimine bonum & malum habuiſſet.

Caput non adtollam] Ut deceret hominem innocentem, qui erecto capite, hoc eſt, ſine infamia, ambulare poteſt, & debet.

Videas] Eſt ראה in Imperativo. Verti quaſi eſſet ראה in Participio *Benoni*, propter commodiorem conſtructionem, cùm ſit idem ſenſus. Omiſſa ſunt à LXX. Intt. verba: *adſlictionem meam videam*, aut *vide adſlictionem meam*. Ab Hieronymo vox ראה *reeb* omiſſa eſt, nam habet tantùm: *ſaturatus adſlictione & miſeriá*.

16. *Creſcit*] ויגאה *vejigeb*, & creſcet.

Iterum in me mirabilia facis] *Et reverteris mirabiliter agis in me*, תתפלא בי *thithphalle bi*. Mirabilia hic dicuntur non θαυμάσια, quæ ſic in bonam partem vocantur, ſed quæ novitate ſuâ ſtuporem excitant. Gallicè *des choſes étonnantes*, vel *ſurprenantes*.

17. *Teſtes tuos*] עדיך *bedecha*. *Symmachus*: μάρτυράς σου ἀντικρύ μου αὔξων. Vulgatus: *inſtauras teſtes tuos, contra me*. Hoc eſt, iterum me accuſas, quod ſit per teſtes. Hinc LXX. Intt. τὴν ἔτασίν μου, *examen meum*, quod verterat Itala Vetus *tormenta mea*, ut habet etiam *Hieronymus*, in verſione è Græco, quia rei examinantur tormentis.

Vicibus exercitus me adgreditur] חליפות וצבא עמי *bhaliphoth vetſaba bimmi*, mutationes & exercitus mecum. LXX. Intt. ἐπήγαγες δ' ἐπ' ἐμὲ πειρατήρια. Vulgatus: *pœnæ militant in me*. Non ſatis aptè, nam vox חליפות *bhaliphoth*, mutationes, ſine dubio, ſignificat, & quidem hominum, qui viribus aliquid faciunt, ut 1. Reg. V, 14. Significat Jobus calamitates ſuas ejusmodi fuiſſe, ut iteratis vicibus ipſum adgrederentur, ûtque alternis opprimerent.

18. *Cur ex utero eduxiſti me*] Relabitur ad querelas Cap. III, 11. ubi ſe natum numquam fuiſſe optat.

19. *Eſſem quaſi non fuiſſem*] Nondum notam immortalitatem animi, tempore Jobi, fuiſſe, hæc ut innumera alia, clarè oſtendunt. Similia dicentem inducit *Euripides* Andromacham, Troadibus verſ. 631. & ſeqq. quæ adferre non pigebit.

Τὸ μὴ γενέσθαι τῷ θανεῖν ἴσον λέγω·
Τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν
Ἀλγεῖ γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν ᾐσθημένος·
Ὁ δ' εὐτυχήσας, εἰς τὸ δυστυχὲς πεσών,
Ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐτυχίας
Κείνη δ' ὁμοίως ὥσπερ οὐκ ἰδοῦσα φῶς,
Τέθνηκε, κοὐδὲν οἶδε τῶν αὑτῆς κακῶν.

Non natum eſſe ajo perinde eſſe ac eſſe mortuum; melius verò eſt mortem obiiſſe, quam triſtem vitam agere. Nil enim dolet, qui nulla ſenſit mala; qui verò fuit beatus & in calamitatem incidit, animo vagans cruciatur, propter priorem felicitatem. Illa verò (Polyxena Manibus Achillis mactata) *perinde eſt ac ſi non vidiſſet lucem, mortua eſt, nec quidquam ſcit malorum ſuorum. Plinius* H. N. Lib. VII. c. 55. *Omnibus à ſuprema die eadem, quæ ante primam; nec magis à morte ſenſus ullus, aut corpori, aut animæ, quàm ante natalem.*

20. *Nonne exiguum* &c.] Vide C. IX, 37. Pſ. XXXIX, 14. Vult tam brevem eſſe hominum vitam, ut Deum non deceat eam calamitatibus vexare.

Deſine] Sequimur τὸ קרי quod habet וחדל *vehhadal*, non יחדל *jabhadal*, ut eſt τὸ כתיב.
Prius ſequuntur Vett. Intt. & res ipſa poſtulat.

Indignari] Quaſi fuiſſet כעשׂ *cheeſch*, aut ſimile quid. Sententia alioquin hiulca eſt. Hinc LXX. ἔασόν με ἀναπαύσασθαι μικρόν, qui ſenſus eſt, à quo magis receſſit *Hieronymus*, qui habet: *dimitte ergo me, ut plangam paululùm dolorem meum*.

A me ſepone] ושית ממני *veſchith mimmenni*, ut eſt in margine, non ישית *jaſchith*, ut habet textus. Subaudio אפך *apphecha*, *iram tuam*, aut ſimile quidpiam; ut ידך *jadcha*, manum tuam, nempe, amove.

Recreabor] ואבליגה *veabligab*. Subaudiendum נפשי *animam meam*, hoc eſt, *me*; nam conjugationis *Hiphil* vis ſemper activa eſt, accuſativúsque, ſi abſit, ſubaudiendus. Vide Pſalm XXXIX, 14. ubi ſimilia ſunt.

21. *Mortiferæ umbræ*] צלמות *tſelmaveth*, quod, quaſi compoſitum eſſet ex צל *tſel umbra*, & מות *maveth*, *mors*, interpretantur. Non improbatur tamen à nobis ſententia *Lud de Dieu*, qui

CAPUT XI.

XI. Reponit Tſophar Nahamathita Jobo, quem contendit peccatorum pœnas luere, quamvis occultam Dei Providentiam non adſequatur, & ad ſanctiorem vitam revocat.

1. REPOSUIT verò Tſophar Nahamathita, his verbis: 2. An copiæ verborum non reſpondebitur? an vir loquax innocens erit? 3. Mendacia tua hominibus ſilentium imponunt, ſubſannas *alios*, neque eſt qui *tibi* pudorem incutiat. 4. Dixiſti: pura eſt doctrina mea, & mundus ſum coram te. 5. Attamen utinam Deus loquere-tur

P A R A P H R A S I S.

1. HIS à Jobo prolatis, Tſophar Nahamathita, alter amicorum Jobi, ſuarum eſſe partium putavit reponere inſulſis Jobi querimoniis, & ſic quidem exorſus eſt: 2. Facile eſt verboſæ orationi reſpondere, nec putandum hominem loquacem, quaſi innocentem, dimittendum. 3. Mendacia tua dicta, ô Jobe, homines videntur ad ſilentium adigere; nos irrides, nec quiſquam eſt qui audaciam tuam caſtiget, teque pudore ſuffundat. 4. Contendis doctrinam tuam errore carere, nec quidquam ei a Deo poſſe objici, adeoque à Deo te non argui erroris. 5. Utinam vero te adloqui vellet Deus, teque

qoi eò inclinabat, ut, ſi legeretur צַלְמוּת, *tenebras* intelligeremus, cum radix צלם in Æthiopica Lingua, adfini Linguæ Arabicæ, mutato צ in ט punctatum, *obſcurari*, *obtenebraſcere* ſignificet. Sic אילות *ejalouth*, מלכות *malchouth*, כסילות *chſilouth*, כריתות *chrithouth*, & alia formata ſunt. Adde reverâ צלם *tſelem*, in lingua Hebraica, interdum *tenebras* eſſe, ut Pſalmo XXXIX, 7. *Symmachus* vetterat ἐν σκοτομήνῃ βα-ράθῳ. LXX. Intt. σκοτεινὴν, ut Vulg. *tenebroſam*. Vide ad Cap. III, 5.

22. *Obſcuram inſtar mortiferæ caliginis*] *Terram obſcuritatis, ſicut caligo umbræ mortis.* Repetitione illâ augetur ἔμφασις, quâ ſtatum mortis deſcribit longè tenebricoſiſſimum, ut ſolent Poëtæ, quòd ſub terra collocarent regnum Plutonis. *Seneca* Hercule furente, verſ. 704.

——— *pigra ſedet*
Nox atra mundo.

Ibidem: verſ. 861. & ſeqq.

Stat Chaos denſum, tenebræque turpes
Et color noctis malus, ac ſilentis
Otium mundi, vacuæque nubes &c.
Nemo ad id ſerò venit, unde numquam,
Cum ſemel venit, potuit reverti.

Alibi plus ſemel, apud eumdem, ſimilia leges, & paſſim, apud alios Poetas.

Ubi nullus eſt ordo] *Et non ordines* ולא סדרים *velo ſdarim.* Eodem modo à Græcis & Latinis Poetis vocatur *Chaos*, & apud *Senecam* quidem ſæpius, præter adlatum locum.

Illuceſcit inſtar tenebrarum] ותפע כמו אפל *vethophah chmo ophel.* Lux illius loci eſt mera caligo, hoc eſt, nulla prorſus. LXX. Intt. & Vulgatus cùm verba non adſequerentur, ſenſum formarunt ex ingenio. Illi: εἰς γῆν σκότους αἰωνίου, οὗ οὐκ ἔστι φέγγος, οὐδὲ ὁρᾶν ζωὴν βροτῶν. Hic verò: *terra miſeriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, nec ullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.*

C O M M E N T A R I U S
In CAPUT XI.

2. *VIr loquax*] איש שפתים *iſch ſchephathajim*, *vir labiorum*; hoc eſt, *verboſus*, ut habet Vulgatus. LXX. Intt. eloquentem ſignari putarunt, habent enim εὔλαλος. Benè *Symmachus*: μὴ ὁ πολυλάλος, ἀντιῤῥητος ἔσται.

Innocens erit] יצדק *jitsdak*, juſtus erit, ſed paſſim *juſtus* pro innocente ſumitur. Neſcio cur LXX. Intt. habeant οἴεται δίκαιος εἶναι; nam ſententia ſatis clara eſt.

3. *Mendacia tua*] בדיך *baddecha.* Multiplex eſt ſignificatio vocis, cujus ambiguitatem non excutiemus. Commodiſſima eſt, ut quidem videtur, ea, quam ſequuti ſumus, ex qua ſtatuitur huic voci adfinitas eſſe cum ברא *commentus eſt*, *mentitus eſt*, quamvis ſi Dageſch bene ſit inſertum τῷ ד, deduci debeat à בדד, verba enim adfinia, licèt variarum formarum, ſæpe idem ſignificant, ut רבב *rabab* & רבה *rabah*, quæ pariter *creſcere*, *augeri*, *multum eſſe* ſignificant. *Phil. Codurcus*, ſignificari putabat *argumenta*, *elenchos*, ſed non perſuadet. LXX. Intt. mirè verterunt: εὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος, quaſi pro בדיך *baddecha* legiſſent ברוך *barouch*, aut Chaldaïco more: בריך *brich.* Sed pro ſequentibus מתים יחרישו *methim jahharìſchou*, quid legerint nemo dixerit. *Hieronymus*: *Tibi ſoli tacebunt homines.* Pro prima voce, videtur legiſſe לבדך *lbadcha*, quod loco non convenit.

Subſannas alios] ותלעג *vatthilhag*, ſupplendus, ut videtur, accuſativos, cum *Hieronymo*, qui habet: *cùm ceteros irriſeris.*

Neque eſt, qui tibi pudorem incutiat] ואין מכלים *veeu machlim*, & nullus pudefaciens. Vide Jud. XVIII, 7. LXX. Intt. μὴ πολὺς ἐν ῥήμασι γίνου pro *ſubſannas* & pro *nemo eſt* &c. οὐ γάρ ἐστιν ὁ ἀνταποκρινόμενός σοι, quæ poſtrema ſenſum aliquo modo exprimunt, ſed non vocis ultimæ poteſtatem. *Aquila* bene vetterat: καὶ οὐκ ἔστιν ἀνατρέπων σε. Vulg. *à nullo confutaberis.*

4. *Pura eſt doctrina mea*] זך לקחי *zach likchi.* LXX. Intt. μὴ γὰρ λέγε ὅτι καθαρός εἰμι τοῖς ἔργοις. ſed לקח *lekach*, propriè *acceptio*, eſt ſine dubio *doctrina* ab alio accepta; ut, è contrario, *traditio* eſt doctrina quam quiſpiam alios docet, ut מסרת *maſoreth*, apud Rabbinos.

Coram

tur & tecum labia ſua aperiret! 6. Te res occultas ſapientiæ doceret, *oſtenderetque* re ipsâ duplo majorem eam eſſe; ſcito Deum oblivionem tibi iniquitatis tuæ induxiſſe. 7. An inveſtigatione Deum comperies? an usque ad perfectionem omnipotentis invenies? 8. Eſt *hæc* æquè ſublimis ac cœlum, quid facies? eſt profundior inferis, quid *in ea* intelliges? 9. Menſura *ejus* longior eſt terrâ, & latior mari. 10. Si mutarit, *ſi* clau-

téque coarguere! 6. Res quas ignoras te doceret, oſtenderetque ſententiam ſuam longe tuâ majorem eſſe. At ſcito te ita à Deo eſſe deſertum, ut iniquitatis tuæ oblitus ſis. 7. An inveſtigando poteris arcana ejus reſcire, & perfectionem ejus adſequeris? 8. Cœleſtis eſt illa ſublimitatis, quî ad eam pervenire poſſes? Abſtruſior eſt profundiſſimis locis, quæ penetrare non potes. 9. Longior eſt terra & latior mari. 10. Si majorem tibi cognitionem negarit, ingenioque tuo occluſerit, & arcana veloti

Coram te] *In oculis tuis.* Referuntur hæc ad Deum.

5. *Attamen utinam Deus loqueretur*] ואולם מי יתן אלוה דבר *veoulam mi jitthen eloha dabber*, tamen quis dabit Deum loqui? Prima particula poſſet etiam verti *ſed*, ut Cap. V, 8. Sic LXX. ἀλλὰ πῶς ἂν ὁ κύριος.

6. *Re ipſa duplo majorem eam eſſe*] כי כפלים לתושיה *chi chiphlajim lthouſchijah*, quòd duplicia in re ipſa; nam תושיה eſt à verbo יש *jeſch*, eſt. Sententia eſſe videtur, duplo majorem eſſe ſapientiam, quàm putabat Jobus. LXX. Intt. ὅτι διπλοῦς ἔσται τῶν κατὰ σέ, ad ſenſum quod adtinet, non malè. Vulgatus: *quòd multiplex eſſet lex ejus.* Sed quî תושיה *legem* ſignificet non video. Poſſit fortaſſe etiam verti: *duplicem eſſe, ad divitias quod adtinet*; hoc eſt, divitias ſapientiæ divinæ duplo majores eſſe, quàm putabat Jobus. Vide ad Cap. V, 12. & Cap. XXVI, 3.

Oblivionem tibi iniquitatis tuæ induxiſſe] כי ישה לך אלוה מעונך *chi jaſſche lcha eloha mehavonecha*, oblivisci tibi fecit Deus de iniquitate tua. Sic השה pro *oblivisci fecit* Cap XXXIX, 20. Sententia eſt, paſſum eſſe Deum oblivionem Jobo ſubrepere peccatorum; nam *Hiphil* non minùs permiſſionem, quàm efficientiam ſignificat. Quod cùm non adtequerentur LXX. Intt. ſenſum intruſerunt à verbis Hebraïcis alienum: ὅτι ἄξιά σοι ἀπέβη παρὰ Κυρίου ὧν ἡμάρτηκας. Nec rectiùs *Hieronymus*: *& intelligeres quàm minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua.*

7. *An inveſtigatione*] החקר *hahheker*, quaſi eſſet הבחקר *habbehheker*, an per inveſtigationem. Vide Cap. V, 9. & XXXVIII, 16. LXX. Intt. ἢ τὸ ἴχνος Κυρίου εὑρήσεις, & Vulg. *Forſitan veſtigia Dei comprehendes.* Atqui Deus veſtigia ſui in omnibus creaturis reliquit. Intelligitur ſapientia Dei, cujus conſilia nullâ indagatione humanâ inveniri poſſunt.

Perfectionem omnipotentis] תכלית שדי *thachlith ſchaddai.* Cùm תכלית ſit à כלה chalah *perfectum eſſe*, vertimus *perfectionem*, quia de Deo ſermo eſt. Alioqui *finem* etiam ſignificat infrà C. XXVI, 10. XXVIII, 3. Sic *Hieronymus: usque ad perfectum omnipotentem*, quamvis minùs commodè. LXX Intt. ἢ εἰς τὰ ἔσχατα ἀφίκου ἃ ἐποίησεν ὁ παντοκράτωρ; ſed non tam de operibus Dei agit Tſophar, quàm de providentiæ conſiliis homini impervestigabilibus.

8. *Æquè ſublimis ac cœlum*] גבהי שמים *gobe ſchamajim*, altitudines cœli; hoc eſt, æquè alta ac cœlum, pro more Hebræorum; qui ſubſtantivis, loco adjectivorum, paſſim utuntur. LXX. Intt. incommodè ὑψηλὸς ὁ οὐρανός. Vulg. *excelſior cœlo eſt.*

Inferis] משאול *miſſcheol.* Vocant Hebræi שאול infimam partem mundi, ſeu quæ eſt ſub pedibus noſtris, circa Telluris centrum, eámque opponere ſolent cœlo. Vide Eſaiæ XIV, 13, 15. Matth. XI, 23.

9. *Menſura ejus*] Non ſunt hæc corporeo modo intelligenda, quamvis è rebus corporeis deſumta. Omnia fermè quæ de rebus intelligentibus dicuntur, loquendi generibus, è corporibus formatis, exprimuntur; quia homines priùs ſentiunt, quàm intelligant, ideóque τὰ νοητὰ verbis è ſenſilibus petitis deſcribunt. Quod in omnibus Linguis factum eſt. Cùm Tſophar vellet Omnipræſentiam Dei deſcribere, longiorem terrâ, latiorem mari dixit, ut ſignificaret Deum ubique & in terris & in mari & ulterius adeſſe. Fortè adludit ad opinionem a Veteribus receptam, quâ terra culta putabantur longa ab ortu in occaſum, lata verò à ſeptentrione in auſtrum. Itaque mare longius quidem erat, quàm terra, ſed non multò; ad latitudinem verò quod adtinet, longè patentius. Eam figuram conferebant cum fundæ mediæ partis figura, qua de re *Dionyſius* initio Periegeteos, ubi, memorato Oceano, ſic pergit:

——— ἐν δ᾽ ἄρ᾽ ἐκείνῳ
Πᾶσα χθὼν ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται,
Οὐ μὴν πᾶσα διαπρὸ περίδρομος, ἀλλὰ διαμφὶς
Εὐρυτέρη βεβαυῖα πρὸς ἠελίοιο κελεύθους,
Σφενδόνῃ εἰοικυῖα.

Quæ ſic vertit *Priſcianus*:

——— tellus quæ cingitur æquore tota
Inſula ceu ſeſe diffundens littore vaſto.
Non tamen, aſſiduè teres undique margine, circum
Clauditur hæc, bifido ſed brachia littore pandens
Arctatur rapidos curſus ad Solis utrimque,
Adſimilis fundæ.

10. *Si mutarit*] אם יחלף *im jahhaloph*, ſi quid mutarit in hominum ſorte. LXX. Intt. ἐὰν δὲ καταστρέψῃ τὰ πάντα, & Vulgatus: *ſi ſubvertit omnia.*

Si clauſerit] Fortè homines liberos in ergaſtulum conjici patiatur, apud hoſtes, vel ſervos fieri.

Si congregarit] Si iterum captivos, in unum coactos, in patriam reducat. Hæc ad Babylonicæ Captivitatis finem ſpectare non ægrè cenſuerint,

clauſerit, ſi congregarit, quis eam revocabit? 11. Novit ille homines vanos, vidit iniquitatem, nec *eam* adtendet! 12. Vir inanis ſapientiam recipiet, & pullus onagri homo naſcetur.

13. Si tu animum tuum induxeris, & palmas tuas ad eum extenderis; 14. ſi iniquitas ſit in manu tua, eam amoveto, neque in tentoriis tuis improbitatem habitare patitor. 15. Tum adtolles faciem tuam maculæ immunem, eriſque firmus, nec timebis. 16. Obliviſceris moleſtiæ *tuæ*, nec magis quàm aquæ præterlapſæ recordaberis. 17. Tempus *vitæ* erit meridiano tempore lucidius, & tenebræ erunt inſtar matutini. 18. Confi-

ti negarit; quis eam à cœpto ſuo revocabit? 11. Ita ſe gerit quia novit homines eſſe vanos, & iniquos, nec poteſt hæc non adtendere. 12. Tum demum homo inanis ſapiens fiet, cum naſcetur Onagri pullus humana forma fictus.

13. Si animum tuum induxeris Deum tibi placare, ad eum precibus confugito; 14. Si quo vitio labores, id a te amoveto, neque in tentoriis tuis habitare patitor homines eo infectos. 15. Tum verò nullius ſceleris tibi conſcius erecto vultu ambulare poteris, necquidquam timebis. 16. Quin & præteritæ omnis moleſtiæ oblivisci poteris, non aliter ac aquæ, quæ per fluvium effluxerit. 17. Tempus vitæ tuæ erit meridiana luce ſplendidius, & tenebræ erunt inſtar auroræ. 18. Confidentior eris, quia rerum ſecundarum ſpes erit, *puteos* fodies, & ſecurè

fuerint. qui iis temporibus librum hunc ſcriptum conjiciunt.

Revocabit] ישיבנו *jeſchibennou*, redire faciet, hoc eſt, à conſilio revocabit; nam השיב *oſcheib* paſſim eſt avertere, revocare, ad aliud conſilium traducere. Vide Eſaiæ XLIII, 13. LXX. Intt. paraphraſi hac utuntur: τίς ἐρεῖ αὐτῷ τί ἐποίησας, Vulgatus: *quis contradicet ei*

11. *Nec eam adtendet*] ולא יתבונן *velo jithbonen*, conſiderabit adtentius, ita ut pœnas de ea ſumat. LXX. Intt. οὐ παρόψεται Rectè, interrogatio enim eſt loco negationis. Vulgatus: *nonne conſiderat*. Debet ſubjici punctum exclamationis.

12 *Vir inanis*] ואיש נבוב *veiſch naboub*. De radice בוב *boub* diximus ad Exod. IX, 31. Inde nomen נבוב *naboub* pro *concavo* Jerem. LII, 21. niſi mavis eſſe Participium Niphal pro נָבוּב. Sic dicitur hic homo ſapientiâ inanis. Verterat *Symmachus* ἀνόητος quod idem eſt. *Hieronymus*: *vanus*. LXX. Intt. ἄνθρωπος δὲ ἄλλως θρασύνεται, ubi ἄλλως eſt *temerè*, ut homines inanes ſolent ſe gerere.

Sapientiam recipit] ילבב *jillabeb*, cor accipit, id eſt, ſapientiam, ut infra C. XII, 3. Proverb. VIII, 5. & ſæpiùs in eo libro. Sic Latini *cordatum* vocant hominem ſapientem. Ideò Chaldæus hîc יתחכם לבה *ſapiens fit ejus cor*. Neſcio cur LXX. Intt. ἐφρόνησεν verterint, & *Hieronymus*: *in ſuperbiam exigitur*.

Pullus onagri] עיר פרא *hajir phere*. Sic dicitur homo ferox & jugi impatiens, qua de re vide dicta ad Geneſ. C. XVI, 12. Vide & infrà C. XXIV, 5.

Homo denuo naſcetur] אדם יולד *adam jivvaled* Addidimus *denuo*, quia Hebræi, qui carent verbis compoſitis, eorum loco ſimplicibus utuntur. Hunc ſenſum poſtulant antecedentia verba. Vult Tſophar hominem ferum miteſcere, ſi modò nequitiam ſuam intelligat, & ſeriò emendandis moribus operam det. Hæc eò ſpectant, ut Jobum, quem errare putabat, ad rectiorem ſententiam adducat, ut ſequentia oſtendunt LXX. Intt. habent: βροτὸς δὲ γεννητὸς γυναικὸς ἴσα ὄνῳ ἐρημίτῃ; quæ paraphraſis eſt violenta Non rectiùs *Hieronymus*: *& tanquam pullus onagri ſe liberum natum putat*.

13. *Si tu animum tuum induxeris*] הכינות לבך *hachinotha libbecha*. הכין *hachin* eſt *parare*, *firmare*, & addito nomine לב *leb*, animum inducere, apud ſe ſtatuere. Vide 2. Paral. XII, 14. XXX, 19. LXX. Intt. εἰ γὰρ σὺ καθαρὰν ἔθου τὴν καρδίαν σου. Vulgatus: *tu autem firmaſti cor tuum*. Neſcio cur omiſerit conditionalem particulam אם *ſi*

Ad eum extenderis] Ad Deum, de quo antea. Notum eſt hoc loquendi genere preces ſignificari, ob geſtum precantium; unde, apud *Homerum*, χεῖρας ἀναχεῖν, & *tendere palmas*, apud *Virgilium*. de orantibus.

14. *Habitare patitor*] תשכן thaſchchen, *fac habitare*.

15. *Maculæ immunem*] ממום mimmoom, *à macula*. Cùm maculæ, hoc eſt, vitii eris immunis, adtolles faciem, vel erecto vultu incedes. מום *vitium* ſignificat, non tantùm corporis, ſed etiam animi, ut Deut. XXXII, 5. Proverb. IX, 7.

Firmus] מצק *mutſak*. A liquefactis quæ ſolidam & firmam maſſam conficiunt, nam צוק *tſouk* eſt liquefieri. Vide Cap. XXXVIII, 38. Mirè hunc locum, qui alioqui clarus eſt, verterunt LXX. Intt. οὕτως γὰρ ἀναλάμψει σου τὸ πρόσωπον ὥσπερ ὕδωρ καθαρὸν, ἐκδύσῃ δὲ ῥύπον, καὶ οὐ φοβηθήσῃ. Rectiùs multò Vulgatos: *tunc levare poteris faciem tuam, abſque macula, & eris ſtabilis & non timebis*.

16. *Nec magis quàm aquæ*] *Ut aquæ tranſierunt recordaberis*. Ubi אשר *quæ*, omiſſum, quod fit frequenter.

17. *Tempus vitæ erit meridiano tempore lucidius*] ומצהרים יקום חלד *oumitſoborajim jakoum bheled*, & præ meridie ſurget tempus; nempe, vitæ. *Lux* paſſim res ſecundas ſignificat, ut *tenebræ* adverſas. De voce חלד vide not. ad Pſ. XVII, 14.

Tenebræ erunt inſtar matutini] תעפה כבקר תהיה *thahuphah cabbboker thihjeh*. Tenebræ ipſæ erunt inſtar diluculi; hoc eſt, adverſa levia erunt, nec diuturna, ut crepuſculum. *Hieronymus*: *quaſi meridianus fulgor conſurget tibi, ad veſperam, & cùm te conſumtum putaveris orieris ut Lucifer*. Quæ paraphraſis nimia eſt: תעפה non poteſt eſſe verbum, conſtruitur enim cum תהיה *erit*, & legendum videtur תעפה *thehoupha*, quod idem ſit, ac עפה *hephah* & עיפתה *hepha-*

Digitized by Google

Confides, quia erit *certa* ſpes, fodies *puteos* & ſecurè cubabis. 19. Requieſces, nec quiſquam te terrebit; multi tibi ſupplicabunt. 20. Improborum oculi deficient, perfugium eorum peribit, ſpéſque eorum erit, quaſi halitus animæ.

XII. Multa Tſophari Jobus opponit de miſeria hominum, etiam proborum, de magnitudine Dei, déque innocentia ſua.

1. RESPONDIT verò Jobus, & dixit: 2. Enimverò vos eſtis populus *eruditus*, & vobiſcum morietur ſapientia. 3. Eſt mihi etiam cor, ſicut vobis; non ſum vobis inferior, CAPUT XII.

curè cubabis. 19. Cubabis, nec quidquam te terrebit, & multi tibi ſupplicabunt. 20. Improbi proſpicientes, num aliunde auxilium adveniat, fatigabunt oculos, experientúrque ſpem ſuam inanem eſſe, atque evanuiſſe ut animus morientis nemini conſpicuus evaneſcit.

PARAPHRASIS.

1. His repoſuit Jobus, hiſce aut ſimilibus verbis: 2. Vos Arabes ſapientes vos putatis, ſique vos mori contingeret, interituram vobiſcum omnem ſapientiam. 3. Atqui me vecordem non puto, nec ulla

hephatha Sic vocem intellexit Chaldæus Cap. X, 22. LXX. Int. inverſo ordine, & ſimili audaciâ: ἡ δὲ εὐχή σου ὥσπερ ἑωσφόρος, ἐκ δὲ σοῦ μεσημβρίας ἀνατελεῖ σοι ζωή. Qui תעפה εὐχὴν vertere potuerint non adſequor.

18. *Fodies* puteos] וחפרת *vechaphartha*. Supplevimus *puteos*; quia in Oriente illo, ad Meridiem vergente, magni erat momenti fontes aquæ jugis ſub terra invenire, aut certè ciſternas cavare poſſe; propter frequentiam locorum ſiticuloſorum, in æſtuoſis regionibus. Vide ad Gen. XXI, 25. XXVI, 18. & ſeqq. Generalibus verbis expreſſerunt hæc LXX. Intt. ἐκ δὲ μερίμνης καὶ φροντίδος ἀναφανεῖταί σοι εἰρήνη, ſed quæ Hebraicis verbis nonniſi ſenſu reſpondent. *Hieronymus* obſcurè: *defoſſus ſecurus dormies*, & frigidè etiam, ſi de ſepulcro intelligatur. Qui tentoria Arabum foſsâ cincta memorant, ut contra hoſtes ſe tuerentur, nullum ſimile exemplum adferunt, nec ita ſolebant homines vagi, ſolitudinibus ſe non vallo defendere adſueti. Non magis opus fuit fodi, ut tabernacula ſtatuerentur, ſatis fuit paxillos terræ infigi, & malleo adigi, ad quos funes, quibus erecta retinebantur tentoria, revincti erant; aut ſummùm inæqualem terræ ſuperficiem æquari.

Securè cubabis] Non erunt hoſtes, qui te terreant & noctu invadere poſſint, ut in ſequente verſu. Chaldæus de ſepulcro intellexit: ותתקן בי קבורתא *vethatchchen be kebourtha*, & *dormies ſecurè*. Sed quis mortuus non dormit ſecurè? Scio grave viſum Veteribus, ſi aperirentur ſepulcra, & oſſa mortuorum violarentur; ſed hoc pertinuit ad vivos, non ad mortuos, qui injurias non ſentiunt.

19. *Requieſces*] Humi recubans, nam eſt רבצת *rabatstha*, quod de brutis dicitur humi extento corpore quieſcentibus. Sic locorum illorum incolæ ſolent etiamnum hodie, ſubjectâ tantùm ſtragulâ veſte, quòd ſiccior ſit humus.

Tibi ſupplicabunt] חלו פניך *hhillou phanecha*, ſupplicabunt faciei tuæ; ſupplices ad te venient, nedum ut tibi terrori ſint.

20. *Oculi deficient*] עיני רשעים תכלינה *hene reſchahim thichlenah* Qui auxilium exſpectant oculos ſuos delaſſant, dum proſpiciunt ſicunde adveniat; unde fruſtra exſpectantium, & miſerorum *oculi deficere* paſſim dicuntur. Vide Pſ. LXIX, 4, 24.

Quaſi halitus animæ] מפח נפש *mapphahh nepheſch*. Proprium ſignificatum expreſſimus, quo optimè deſcribitur inane auxilium, quod inſtar *halitûs animæ*, hoc eſt, ſpiritûs oris evaneſcit. Alii mortem malunt intelligi, ut *Aquila, Symmachus & Theodotion*, qui habent ἀπώλεια, nam hoc vocabulum, quod deerat in Codd. LXX. Intt. ex eorum Verſionibus ſuppletum. Neſcio cur *Hieronymus abominationem animæ* verterit. Infrà C. XLI, 12. נפש *halitum* ſignificat.

COMMENTARIUS
In Caput XII.

2. *Populus eruditus*] Eſt tantùm עם *ham* populus, qui nuſquam ſapientiæ laude cenſetur. Hîc tamen ſapientiæ aut eruditionis ſignificatio neceſſariò poſtulatur, ut oſtendunt ſequentia. Sic Deut. IV, 6. ait Moſes ſi Iſraëlitæ divinas leges obſervarent, fore ut haberentur *populus ſapiens & prudens*, עם חכם ונבון. LXX. Intt. ἄνθρωποι, & Vulg. *homines*, quaſi vellet ironicè dicere Jobus: vos ſoli eſtis homines, reliqui pecudes. Sed nullum profertur ſimile exemplum, quo vox עם *ham* humanam naturam κατ' ἐξοχὴν ad bruta ſignificet. Qui volunt Jobum hoc velle, populi nomine, ſententiam dicentis, præter rem argutantur.

Vobiſcum morietur ſapientia] Poterat hoc fieri, apud Chaldæos & Magos, qui liberos tantùm ſuos eruditionis ſuæ participes faciebant, & quorum familiis exſtinctis, ſimul exſtincta fuiſſet ſapientia, quam profitebantur. Vide *Thom. Stanleji* Philoſoph. Orientalem Lib. I. Sect. I. c. 8. Operum noſtrorum Philoſophicorum Tom. II. Eò fortè reſpexit Jobus. Pro תמות *morietur* legerunt *Aquila & Symmachus* תמות, verterunt enim τελειώματα & τελειότης.

3. *Eſt mihi etiam cor*] Hoc eſt, ſapientia. Vide not. ad Cap. XI, 12.

Nec inferior vobis ſum] לא נפל אנכי מכם *lo nophel anochi micchem*, hoc eſt, *non cado ego plus quàm vos*. Quod bene vertit *Hieronymus*: *inferior veſtri ſum*. Videtur loquutio deſumta ab

inferior, & apud quem non ſunt talia? [4]. Sum *ut* qui deriſui eſt amico ſuo, *quamvis* invocet Deum, qui eum exaudit. Ludibrium eſt juſtus *&* integer [5]. Fax *eſt* contemta, cogitationi hominis ſecuri, qui paratus eſt, ſi cui pes vacillet, *ad eum invadendum.*

[6]. Tranquilla ſunt tentoria prædonibus, & ſecuræ *ſedes* iis qui Deum provocant, eique cui Deus *optata* in manum tradit. [7]. Enimverò interroga jumenta, & te docebunt; cœli volucrem, & tibi indicabit; [8]. vel virgultum terræ, & te erudiet; tibi *ipſi*

ulla in re vobis inferiorem, imò verò multos vobis pares eſſe. 4. Vos quidem me, quamvis amicum, ridetis, licèt Deum invocem, qui me exaudit. Attamen vobis, quamvis juſtitiæ, atque integritatis cultor etiamnum ſim, ludibrio ſum. 5. Contemnitis lumina mihi a Deo conceſſa, & ſecuri eſtis, paratique, ſi quis vacillet, eum invadere.

6. Atqui prædonibus ipſis tuta ſunt tentoria, & ſedes ſecuræ etiam iis, qui iram divinam provocant, atque à Numine accipiunt quæ optant. 7. Attamen ſapientiam Dei intelligere licet, ex ejus operibus, ne brutis quidem exceptis, qualia ſunt jumenta; eamque non minus indicant ipſæ aves, quas videmus per aerem temere volitare. 8. Idem colligere licet, ex plantis quibus eſt ornata tellus; quinimo ipſi muti piſces varietate ſuâ atque uſu, ſapientiam ejus prædicant. 9. Quis ignorat omnia hæc Dei opera eſſe, eorumque uſum ab eo eſſe profectum?

ab Orientalium conſuetudine. Qualis fuit Perſarum, in ſalutatione, de qua ſic *Herodotus* Lib. I. c. 134. Οἱ συντυγχάνοντες ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι, τῷδε ἄν τις διαγνοίη εἰ ὅμοιοί εἰσι οἱ συντυγχάνοντες· ἀντὶ γὰρ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους, φιλέουσι τοῖσι στόμασι. ἢν δὲ ᾖ ἅτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται. ἢν δὲ πολλῷ ᾖ ἅτερος ἀγεννέστερος, προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον: *cùm ſibi viciſſim in viis occurrant, hoc dignoverit aliquis an pares ſint, qui alii in alios incidunt; hi enim, pro mutua adloquutione, oſculantur inter ſe os. Si verò alter ſit inferior paulò, malas oſculantur. At ſi alter ſit multo ignobilior, procidens adorat alterum.* Quâ poſtremâ in ſalutatione, potuerunt etiam eſſe incurvandi corporis gradus; unde Jobus, ut minimè inferiorem ſe amicis eſſe oſtendat, ait, ſe *non magis procidere* quàm illi.

Apud quem non ſunt talia?] *Cum quo non ſicut ille?* Nemo eſt, qui talia non norit. *Hieronymus: Quis enim hæc, quæ noſtis, ignorat?* Hæc & proximè ſuperiora deſunt in Codicibus LXX. Interpretum

4. *Ut qui deriſus eſt*] שחק ſchehhok, *ridere*, quod hîc nominis loco eſt. Poſſis & *ludibrium* vertere, ut in ſequentibus verbis fecimus, vitandæ ambiguitatis causâ.

5. *Fax eſt contemta*] לפיד בוז *lappbid bouz*, fax contemtûs. Vix adſequi poſſimus unde ſit deſumta hæc metaphora; nam, qui dicunt ſic vocari facem pænè conſumtam, hariolantur. Fortè eſt hîc neſcio quid παροιμιῶδες, quod nos fugit; niſi ſit quidpiam librariorum culpâ, aut longâ die corruptum. Interim de re contemta ſermonem eſſe liquet. Fortè *fax contemta* dicitur is cui neceſſaria deſunt, & proximus eſt exitio, ſimilis lampadi, quæ caret materiâ, quâ flamma alitur, mox ſponte ſuâ extinguenda.

Cogitationi] לעשתות *labaſchthouth*, pro quo aliæ Editiones habent לְעַשְׁתּוֹת, quod idem eſſe queat, ac עשתונות *baſchthonoth*, cogitationes, Pſalm. CXLVI, 4. Dan. VI, 3. Sed cùm Radix עשת *nitere, ſplendere* ſignificet æquè ac *cogitare*; dubium eſt an verti hæc debeant *fax contemta ad ſplendorem*, vel *cogitationi*. Poſterius tamen ſequuti ſumus, propter ſequentia.

Hominis ſecuri] שאנן *ſchaanan*. Eſt tranquillus, quod in utramque partem ſumitur, pro homine, cui virtus ſua tranquillitatem parit, & pro eo, qui præ opibus & ſuperbia ſecurus eſt, quo poſteriore ſenſu occurrit Pſ. CXXIII, 4. & Amoſi VI, 1. &, ut videtur, hoc in loco.

Qui paratus eſt &c.] נכון למועדי רגל *nachon lemovade regel*, paratus ad vacillantes pede; nempe, invadendos. *Vacillantes pede*, ſunt qui in calamitatem incidunt, ut ii quibus pedes vacillant labuntur. *Offendere* paſſim ſignificat in calamitatem incidere. Sententia totius loci hæc eſſe poſſit: homo ſecurus, & qui, præ inhumanitate, neminem juvare vult, ſpernit eum, qui labitur. Vulgatus vertit: *lampas contemta ad cogitationes divitum, parata ad tempus ſtatutum.* Omitit רגל regel, quod tamen omitti non debuit, quia cum eo conſtruitur מועדי *movade*. LXX. Int. quid velint, aut quid legerint, mihi non liquet. Certè nullam rationem habuerunt verborum. Verba: *qui paratus eſt, ſi cui pes vacillet*, referri debere videntur ad hominem ſecurum. Quare ſupplendum, *ad eum invadendum*, aut ſimile quidpiam.

6. *Tranquilla ſunt tentoria*] Hoc eſt, tranquillæ ſunt ſedes, pacata domicilia. Queritur hîc Jobus de felicitate malorum.

Eique cui Deus optata *in manum tradit*] לאשר הביא אלוה בידו *laaſcher hebi eloha bejado.* Cui adducit Deus in manum. Si hæc referantur ad ſuperiora, ſingularis erit pro plurali, quaſi diceret Jobus: *quorum unicuique Deus optata in manum tradit.* Supplendum accuſativum *optata*, aut ſimilem alium res ipſa clamat.

7. *Enimverò*] ואולם *veoulam.* Vide *Noldium* ad hanc particulam ſign. 1. Oſtendere adgreditur Jobus, ex creaturis, nihil ſine Divina Providentia fieri; quod earum inſpectione æquè certò intelligimus, ac ſi clamarent ſe à Deo factas. Rem recentiores præſertim Phyſici extra omne dubium collocarunt.

Te docebunt] ותורך *vethorecha*, te docebit; nempe, unumquodque eorum.

8. *Vel virgultum* &c.] או שיח לארץ *o ſchiahh laarets.* LXX. Intt. ἐκδιήγησαι τῇ γῇ, & Vulgatus: *loquere terræ*, quaſi שיח eſſet Imperativus. Sed שיחים *virgulta* dici certum eſt, & commodè repetitur שאל *interroga.*

9. *Quis neſcit* &c.] Multi olim ignorarunt, præſertim Ethnici, & multi hodie, qui cum iis putant plantas & animalia eſſe terræ mechanicos

Digitized by Google

ipſi maris piſces narrabunt. 9. Quis neſcit, in omnibus hiſce, manum Jehovæ hæc
facere; 10. in manu cujus eſt anima omnis viventis, & ſpiritus omnis humanæ carnis?
11. Nonne auris verba probat, & palato eſca ſapit? 12. In ſenibus eſt ſapientia,
& *in* multitudine annorum prudentia. 13. Penès illum ſunt ſapientia & robur; ei eſt
conſilium & prudentia.
14. En deſtruit, nec inſtaurabitur; hominem includit, nec ei aperietur.
15. En prohibet aquas, & areſcunt, eas emittit & terram ſubvertunt. 16.
Apud illum ſunt robur & ſapientia; non eſt errans, aut qui in errorem inducat.
17. Du-

tum? 10. Dominus eſt vitæ omnium animalium brutorum, & hominum ipſorum, a quibus, pro jure ſuo, repetere poteſt, quæ dedit.

11. Nobis dedit aures, quarum ope ſonos audimus atque expendimus; & palatum, quo de ſapore ciborum judicamus. 12. Senibus majorem ſapientiam & prudentiam conceſſit, quam longiore experientia ſibi compararunt. 13. In Deo reperiuntur & ſapientia ſumma, & potentia maxima.

14. Cùm quidpiam deſtruere in perpetuum voluit, à nemine potuit inſtaurari; ſi quem hominem voluit in anguſtias conjicere, nemo illum expedibit. 15. Cum inuſitata ſiccitate terram humore exhauriri viſum eſt, omnia areſcunt; ſi vero agros amnibus, aut lacubus inundare voluerit, humor nimius plantas omnes corrumpit. 16. Potentiſſimus & ſapientiſſimus cum ſit, nemo eſt apud eum qui erret, aut qui alios fallat. 17. Con-

cos fœtus, è materia calefacta & mota, ſine ullo ſingulari interventu natos. Verum res ipſæ clamant tam elegantes machinas, à quibus generatim ſingulæ ſpecies propagantur, & quarum nonnullæ animâ ſentiente ſunt præditæ, non eſſe factas niſi à Natura intelligente; quæ ſimul ac ſemel omnes earum partes format, in primis ovis, vel in primis ſeminibus; quod recentiores Phyſici egregiè demonſtrarunt. Hoc unum quæritur, an Deus ipſe creationi animalium, ne minimis quidem Inſectis exceptis, operam det; an vero rem permiſerit Naturis quibusdam, quas ideò *Plaſticas* vocant, & quæ è materia à Deo creata eas forment. Delirium fuit Veterum talia putrefactioni materiæ, & calori tribuere.

10. *In cujus manu eſt anima*] Qui Brutorum & Hominum animas creat, earúmque dominus eſt. Vide not. ad Num. XVI, 22.

Humanæ carnis] *Carnis viri.*

11. *Verba probat*] Vel *explorat*, יבחן *jibbhan*. Hic eſt comparatio, ſine ſignis quæ eam in ſimpliciore ſtylo comitantur; כאשר *ut* & כן *ſic*. Quemadmodum auris quidem ſonitum verborum excipit, eaque ſecernit, palatum verò ſapores: ſic grandiores natu ſapientiam norunt & à ſtultitia ſecernunt; quippe qui experientiâ norunt id quod juniores fugit.

Palato eſca ſapit] *Et palatum cibus ſapit ei.* Sic univerſa Antiquitas eſt loquuta, quamvis ignorare vix poſſet proprium aut certè præcipuum guſtûs organum eſſe linguam; quia nomine palati linguam ipſam, quæ ei ſubeſt, complectebantur. Sed adcuratius loquuti ſunt Recentiores.

13. *Penes illum* &c.] עמו himmo, *cum eo.* Hæc δεικτικῶς dicta, digito in oculum intento, ut intelligeretur Deus. Nexus ita habet: Verùm penès Deum eſt ſumma ſapientia, cum qua hominum ſenum & quidem ſapientiſſimorum cognitio conferri nullo modo poteſt.

14. *Inſtaurabitur*] יבנה jibbaneh, *ædificabitur*; ſed Hebræi verbis compoſitis carent.

Hominem includit] Idem dicitur, ſed pleniùs Apoc. III, 7. *Includere hominem* hìc videtur eſſe calamitatibus irretitum tenere; quibus, nolente Deo, nemo expediri poteſt.

16. *Sapientia*] תושיה *thouſchijah*. Qua de voce diximus ad Cap. V, 12. & XI, 5. Hìc videtur ſignificatio *ſapientiæ* convenire, quam adhibuit *Hieronymus*. LXX. Intt. habent ἰσχύς. Chaldæus: חכמתא *bhocmetha*, ſapientia.

Non eſt errans, aut qui in errorem inducat] לו שוגג ומשגה lo ſchogeg oumſchaggeh, *ei errans & faciens errare.* Pro לו legendum לא, ut 1. Sam. II, 16. XX, 2. ut fatentur Maſorethæ. Nam nec errans, nec qui in errorem inducit eſt *apud Deum.* Hinc LXX. Intr. ſenſum alium quæſiverunt: αὐτῷ ἐπιστήμη καὶ σύνεσις, & *Hieronymus*: *ipſe novit & decipientem & qui decipitur.* Ac ſanè ſi vertamus: *ejus ſunt & qui decipitur & qui decipit*, ſenſus eſt planè alienus ab hoc loco; ubi ſermo eſt de Sapientia Divina, cui nulla eſt cum errore aut impoſtura conjunctio. Mirum eſt virum doctum *Joan. Mercerum* velle à Jobo doceri Deum *ambos ſuſcitare & efficere ut aliqui errent, alii verò in errorem inducant; neque permiſſionì tantùm Domini hoc Scripturam tribuere; ut volunt quidam*, inquit, *qui ſapientiores Spiritu Sancto videri volunt, qui ita disertè loquutus eſt* Ezech. XIV, 9. 1. Reg. XXII, 20. 2. Theſſ. II, 11. *Quia enim Veritati & Deo credere noluerunt, mittit eos in reprobum ſenſum ac in errorem impellit & pertrahit, non quòd erroris aut deceptionis, mali aut peccati auctor ſit Dominus; ſed quòd eorum peccatum & à Deo defectio ipſos eò adducant, non permittente tantùm & annuente Domino, ſed etiam ordinante, jubente & eò impellente.* Sed quamvis לו interpretaremur *ejus*, nihil ſimile eſſet hinc deducendum; ſed tantùm fallentem & falſum in poteſtate Dei eſſe, ita ut & errantem ab errore revocare & fallentem coërcere poſſit. *Efficere ut aliquis erret, impellere & pertrahere* in errorem, *non permittere tantùm*, ſed *jubere*, perinde eſt ac eſſe auctorem erroris; præſertim ſi reputemus eos, qui ita loquuntur, docere, niſi Deus hæc faceret, nullum futurum errorem; eóque ſic ſe gerente, non errare non poſſe eos, qui errant. Quæ ſi ſatis non ſunt, ut Deus, ex eorum hominum ſententia, auctor erroris eſſe dicatur; ne dici quidem poterit auctor fidei, quam Ve-

17. Ducit conſiliarios *quaſi* ſtultum, & judicibus inſaniam immittit. 18. Balteum

17. Conſilia hominum ſapientiſſimorum, ut ſibi videntur, irrita facit, & Magiſtratibus prudentiſſimis inſaniam injicit. 18. Reges accinctos ad bellum inferendum

ritati habemus, & obſequii quo ejus Leges proſequimur; nam *efficacia gratiæ*, ut loquuntur, non eſt major, quàm efficacia erroris & vitii. Res eſt per ſe clara, nec deberent talia audiri apud eos, qui id de Deo ſentire debent; quod à Scriptoribus Sacris de Deo dicitur, qui eum juſtum & ſanctum ubique prædicant, pœnáſque de malis ſumentem, & bonos præmio adficientem deſcribunt. Quæ cum non poſſint negari, & à ſana etiam Ratione confirmentur; nulla poſſunt eſſe loca in Scriptura, quæ juſtitiæ & ſanctitati divinæ detrahant. Quare ſi quid occurrit, quod videatur Deo tribuere, quod cum iis virtutibus conſiſtere nequeat, molliùs eſt exponendum & verba, quæ actionem ſignificare ſolent, de permiſſione intelligenda. Sic quæ ἀνθρωποπαθῶς de Deo dicuntur, Interpretes omnes θεοπρεπῶς paſſim intelligunt. Nec volunt propterea videri Spiritu Sancto ſapientiores, ut ait *Mercerus*; ſed cavent ne is, qui veritas ipſa eſt & conſentanea non poteſt non loqui, ſecum diſſentire videatur, dum hîc Virtutes Deo tribuit, illic planè detrahit, prout verba ejus *Mercerus* interpretatur.

Sed exemplo in nos pugnat *Mercerus*, & *ſupra*, inquit, *Job Domino tribuebat direptionem bonorum ſuorum, quæ à Chaldæis tamen direpta fuerant; non quod latrociniorum ſit Deus auctor, ſed quòd illis uteretur tamquam inſtrumentis ad judicia ſua exſequenda.* Verùm Deus Jobo facultates ademiſſe dicitur, non quòd injecerit Chaldæis hunc animum, fecit enim hoc Satanas; ſed quia rem permiſit, quam facilè impedire potuiſſet. Ad locum 1. Regum oſtendimus nihil poſſe colligi, quò Deus fallere dici poſſit, idémque demonſtrarunt doctiſſimi Interpretes ad 2. Theſſal. II. Quod de loco Ezekielis probabimus, ubi ad eum devenerimus. Hæc pluribus, quàm ſolemus, ne pergant Chriſtiani de Deo loqui, ut ex eorum ſententia, neceſſariò ſequatur, Deum ſine dubio ſanctum & juſtum, auctorem ſimul & ultorem peccatorum eſſe; quod è Scholaſticorum lacunis, Scripturæ adverſantibus, incautè hauſtum eſt.

Multò rectiùs ſanctus vir, nec ſpernendus Scripturæ Interpres *Iſidorus Peluſiota* Lib. IV. Ep. 101. ad *Martyrium* Presbyterum, ut eſt in Vaticano Cod. Ἐπειδὴ τὸ Δέδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, σαφηνισθῆναί σοι ἠξίωσας ἄκουε. Τὸ ἔδωκε καὶ τὸ παρέδωκε, κατὰ τοὺς τῆς ἱερᾶς γραφῆς νόμους καὶ τὰ ἰδιώματα, ἀφῆκέν ἐστι καὶ συνεχώρησεν: *Quandoquidem petiiſti, ut tibi exponerem illud* (Rom. XI, 6.) Deus dedit illis ſpiritum dormitationis, oculos ne videant & aures ne audiant, usque ad hodiernum diem, *audi.* Dedit & tradidit, *ſecundùm Scripturæ leges, & peculiaria loquendi genera, ſunt paſſus eſt & permiſit.* Tum ſubdit: Εἰ δὲ οὐ καταδέχῃ, δι' ἀποδείξεως ὁ λόγος βαδιεῖται. Φησὶν ὁ Παῦλος περὶ τῶν θείου σέβας εἰδώλοις ἀπονειμάντων· παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς πάθη τῆς ἀτιμίας. τουτέστιν ἀφῆκεν, ἐγκατέλιπε. πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον καὶ τὴν φύσιν ἀγνοεῖν καὶ ὑπερορίοις ἐγκυλινδεῖσθαι πταίσμασιν, οἱ τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα προσκυνήσαντες; καὶ πάλιν, παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. εἶτα ἑαυτὸν ἑρμηνεύων ἔφη, πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, κακίᾳ, πλεονεξίᾳ. εἰ τοίνυν πεπληρωμένοι ἦσαν, πῶς παρέδωκε; θέα νῦν ἀκρίβειαν. οὐκ εἶπε, παρέδωκε πληρωθησομένους, ἀλλ' ὅτι πεπληρωμένους ἀφῆκεν: *Quod ſi hoc non admittis, per demonſtrationem procedet oratio. Ait Paulus de iis, qui divinum cultum tribuebant Idolis:* tradidit eos in adfectus pudendos; *hoc eſt, dimiſit, reliquit. Quomodo enim ignoraturi non fuiſſent ipſam naturam, & volutarentur in delictis naturæ fines excedentibus, qui creaturam, omiſſo Creatore adorabant? Et iterum:* tradidit eos in reprobam mentem, ut facerent quæ non decet facere. *Mox ſe ipſum interpretans dicit:* plenos omni injuſtitiâ, nequitiâ, avaritiâ. *Si igitur erant jam pleni, quomodo tradidit eos?* Vide quàm adcuratè loquatur. *Non dixit tradidit implendos, ſed plenos omiſit.* Plura hanc in rem habet vir pius, quæ non exſcribam. Alibi etiam occurrunt apud eum, quibus omnem gloriam ſanctitatis in Deum refert, & vitii probrum in homines libertate à Deo accepta abutentes.

17. *Ducit Conſiliarios* quaſi *ſtultum*] מוליך יועצים שולל *moulich jouhatsim ſcholal.* Deeſt כ particula ſimilitudinis, ante poſtremam vocem, quæ particula ſæpe omittitur. Vide *Chr. Noldii* Concord. ad hanc particulam num. 26. Vertit Vulgatus: *adducit conſiliarios in ſtultum finem*, è *Symmacho*, qui interpretatus erat, διάγων βουλευτὰς εἰς ἀβουλίαν. Quam vertendi rationem ſequuti plures Recentiores, qui *ſtultum* interpretati ſunt שולל *ſchalal*, cui ſignificationi favet Hemiſtichium ſequens, quod ſolet priori ſimilem ſenſum fundere. Cùm שלל ſchalal *ſpoliare* ſignificet, putant שולל dici *ſtultum*, quaſi prudentiâ ſpoliatum. Vult Jobus hominibus prudentibus, quaſi ſtultis, veluti illudere Divinam Providentiam. LXX. Intt. propter ſignificationem radicis verterunt αἰχμαλώτους, quòd captivi ſint pars prædæ. Eadem de cauſa, Chaldæus habet כד משתלשלין *ut catenis vinctos*, & *Aquila* λάφυρα.

Judicibus] Hoc eſt, rectoribus populorum, qui jus dicere ſolebant. Inſaniam iis immittit Deus, ut pœnas de iis, aut de populis ſumat; vel ut impediat ne homines callidi ſimplicioribus & eorum injuriis expoſitis noceant.

18. *Balteum Regum ſolvit*] מוסר מלכים פתח *mouſar mlachim phitteahh.* מוסר videtur idem eſſe ac מוסר quod eſt ab אסר *vinxit*, cui adfine eſt יסר jaſar, è quo deduci etiam poſſet. *Balteum* vertit *Hieronymus*, ob ſequens Hemiſtichium, &, ut videtur, rectè. *Balteum aperire* videtur eſſe fibulam, quâ clauditur & corpori arctè adhæret ſolvere. Militare eſt ornamentum, quo latera muniebantur, & è quo pendebat gladius; unde paſſim in Scriptura *accingi* & *accingi lumbos* eſt ad prælium parari, & *diſcingi* pro eo quod eſt arma ponere, ut 1. Reg. XX, 11. *Ne glorietur qui ſe accingit, ut qui*

teum Regum ſolvit, & cingulo eorum lumbos vincit. [19]. Ducit principes *inſtar* inſani, & fortes proſternit. [20]. Labium eripit eloquentibus, & pruden-

rendum diſcingit, & pacem quærentes arma capere cogit. 19. Ducit proceres inſtar inſanorum, & fortes humi adfligit. 20. Eloquentes ad ſilentium adigit, & gran-

qui ſe diſcingit, אל תהלל חגר כמפתח, ubi ultima vox eadem eſt quæ hîc adhibetur, ad diſcinctionem Regis ſignificandam. Sic & 2. Reg. III, 20. *accingent cingulum* eſt arma gerent. Hinc *accingere ſe*, vel *lumbos ſuos*, metaphoricè ad ſignificandum id quod eſt parare ſe ad certamen, infrà Cap. XXXVIII, 3. XL, 2. Sic & Græcis ζώννυσθαι eſt καθοπλίζεσθαι armari, ut apud *Homerum* Iliad. Λ, 15.

Ἀτρείδης δ' ἐβόησεν, ἰδὲ ζώννυσθαι ἄνωγεν
Ἀργείους, ὁ δ' αὐτὸς ἐδύσατο νώροπα χαλκόν.
Atrides vero clamavit & accingi juſſit
Argivos, ipſe vero induit ſplendidum æs.

Ac ſanè inter arma ipſorum Ducum fuit duplex cingulum, ut liquet ex eo quod dicitur Iliad. Δ, 135. *& ſeqq.* de vulnere à Menelao accepto, ubi ζωστὴρ exterius thoraci impoſitum cingulum ſignificat, μίτρα verò interius, & cuti proximum.

Διὰ μὲν ἄρ ζωστῆρος ἐλήλατο δαιδαλέοιο,
Καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο,
Μίτρης θ', ἣν ἐφόρει, ἔρυμα χροός, ἕρκος ἀκόντων,
Ἥ οἱ πλεῖστον ἔρυτο, διὰ πρὸ δὲ εἴσατο καὶ τῆς.

Per balteum quidem adacta eſt (ſagitta) *adfabrè factum, & per thoracem, arte ſabrieatum infixa eſt, cingulúmque, quod portabat, tutamen corporis ſeptum adverſus tela, quod eum plurimùm juvit, & ipſum perforavit.* Vide verſ. 185. *& ſeqq.* Sic & Latini *accingere* & *diſcingere* eodem ſenſu dixerunt, & *cingulum* inſigne militiæ habuerunt; quod ita notum eſt, ut neceſſe non ſit probare. Vult ergo Jobus Deum, cùm vult, adigere Reges ad deponendum cingulum, hoc eſt, pacem faciendam.

Cingulo eorum lumbos vincit] Hoc eſt, facit ut arma capiant & bellum gerant. Verba Hebraïca habent יאסר אזור במתניהם *jeeſor ezor bmothnehem*, ubi אזור eſt cingulum, ut Eſa. XI, 5. Quæ obſervanda fuerunt, quia Interpretes in alia omnia, ſine ratione, à nativa verborum ſignificatione abierant. LXX. Intt. καθίζων βασιλεῖς ἐπὶ θρόνους καὶ περιέδησε ζώνῃ ὀσφύας αὐτῶν, ubi prima verba ad rem nihil faciunt. Nec rectiùs Hieronymus: *balteum regum diſſolvit, & præcingit fune renes eorum.* Balteus non dicitur *diſſolvi*, ſed *ſolvi*, & verbum פתח *phittbeahh*, *aperuit*, adhibetur; quia baltei adſtringebantur fibulis è metallo confectis, & clauſis inter ſe. Certè μίτρη Menelai à fabris erat facta χαλκῆες κάμον ἄνδρες, ibid. verſ. 187. Præterea אזור non eſt *funis*, quo ducatur captivus, ſed *cingulum* Regis, cui ſolutum vinculum, hoc eſt, pacem colere coacti, habemus in Xerxe, qui, ut ajebant Abderitæ, cùm è Græcia fugiſſet, in ipſorum urbe, πρῶτον ἐλύσατο τὴν ζώνην, φεύγων ἐξ Ἀθηνέων ὀπίσω, ὡς ἐν ἀδείῃ ἐών: *primùm ſolvit cingulum, fugiens Athenienſes, quippe qui ſine metu jam eſſet.* Malè etiam Chaldæus: *catenam Regum diſſolvit, & accingit balteo lumbos eorum*, quaſi ſignificaret Jobus Reges captivos à Deo vinculis ſolvi, & rurſus copiis inſtrui, ut bellum inſtaurent. Quæ ſententia non quidem mala eſt, ſed loco non eſt idonea; nam מוסר *monſar*, aut *moſar* nuſquam vocatur *catena*, éſtque ἀντίθεσις quædam inter duo Hemiſtichia. Recentiores Interpretes non moramur; quorum auctoritas, ſine rationibus, nulla eſt.

19. *Ducit principes*] Vocem כהנים *chobanim* vertimus, non *ſacerdotes*, quia totius loci nexus oſtendit de Regibus & primoribus ſermonem eſſe. Vide de ea voce dicta ad 2. Sam. VIII, 18. LXX. Intt. ἐξαποστέλλων ἱερεῖς, & Vulgat. *ducit Sacerdotes.* Meliùs Chaldæus רברבניא *rabrebanaja* proceres.

Inſtar *inſani*] שולל. Vide ad verſ. 17. LXX. Intt. verterunt, ut antea, αἰχμαλώτους. Vulgat. *inglorios.* Chaldæus: בביזתא *babizetha*, in contemtum. Neuter ſibi conſtitit.

Fortes proſternit] איתנים יסלף *ethanim jeſalleph.* Quamvis hæc vox in Proverbiis ſignificet potiùs *pervertere*, quàm *evertere*, hunc ſenſum poſteriorem ſequuti ſumus; quia de fortibus viris ſermo eſt. Apud Arabes, סלף *ſalapha*, ſolo æquare ſignificat. Sic LXX. Intt. δυνάστας δὲ γῆς κατέστρεψε. Vulgatus incommodè: *optimates ſupplantat.*

20. *Labium eripit*] Hoc eſt, linguam, ſeu eloquentiam. Impedit ne viri amœni alioquin ingenii, ubi opus eſt, eloquentia ſua utantur; pavore, nempe, injecto.

Eloquentibus] לנאמנים *lneemanim*, quod eſt *fidelibus, firmis, ſtabilibus*, quando à radice אמן vox deducitur. Hinc volunt hîc ſignificari, parvâ deflexione à nativa poteſtate, eos qui ſibi fidem faciunt, ſeu quibus fides habetur. Exiſtimavi, quandoquidem conſtat de eloquentibus agi, נאמנים hîc perinde eſſe ac נעמנים *nahamanim*, hoc eſt, homines amœni, elegantis ingenii, ac proinde eloquentes; mutatione ſollemni gutturalium, de qua vide *Lud. Cappellum* Crit. Sacræ Lib. IV. c. IV, 3. Sic hoc ipſo libro אל *el* bis eſt Cap. XV, 25. pro על *hal.* Radix נעם *naham* videtur propriè dici de amœnitate terræ, ut Gen. XLIX, 15. deinde tranſlata eſſe ad mores & ad ingenium, unde נעים *nehim* eſt *gratus, decorus, jucundus*, 2. Sam. I, 23. & ibid. 26. נעמת לי *decorus, jucundus mihi erat*, ubi David loquitur de Jonathane. De verbis etiam dicitur Pſ. CXLI, 6. *audiverunt verba mea, quia* נעמו *nahamon* jucunda ſunt, & Proverb. XV, 16. אמרי נעם *verba amœnitatis.* David quoque 2. Samuelis XXIII, 1. נעים *nehim, amœnus in carminibus*, ſeu *Pſaltes Iſraëlis*, dicitur. Igitur nihil, præter uſum Linguæ Hebraicæ, adfirmabimus; ſi dicamus נעמנים *nahamanim* ſignificare eloquentes, & gutturales ejuſdem fermè ſoni inter ſe facilè miſcentur, ita ut נאמנים idem eſſe cenſeri queat. LXX. Intt. habent: διαλλάσσων χείλη πιστῶν. *Symmachus:* περιαιρῶν χείλη ἀπλανήτων.

Digitized by Google

prudentiam ſenibus aufert. [21]. Effundit contemtum in proceres, & valentium zonam laxat. [22]. Retegit quæ in tenebris profunda erant, & mortiferam umbram in lucem educit. [23]. Auget gentes & eas perdit; ſpargit nationes, & eas reducit. [24]. Cor principibus populi terræ eripit, facitque ut errent in ſolitudine, ubi nulla via eſt. [25]. Palpant in tenebris, neque eſt illis lux; facit ut errent, inſtar ebrii.

CAPUT XIII. [1]. ECce omnia vidit oculus meus, *omnia* audivit auris mea & intellexit. [2]. Quæ ſcitis ſcio etiam ego, vobis inferior non ſum. [3]. Quinimo ego Omni-

grandiores natu prudentiâ ſpoliat. 21. Facit ut proceres ſpernantur, cingulumque ſolvit accinctis ad pugnam ineundam. 22. Retegit quæ vetuſtiſſima erant, & quæ nemo norat, omnibus patefacit. 23. Facit ut gentes multitudine abundent, easque ad paucitatem redigit; gentes procul à patrio ſolo ſpargit, easque in patrias ſedes reducit. 24. Principes nationum prudentiâ ſpoliat, errabundosque in ſolitudinibus deſtituit, ubi nulla ſunt viarum veſtigia; 25. ubi, veluti palpantes in tenebris ſine luce, inſtar ebrioſorum errant.

PARAPHRASIS.

1. NIhil eſt quod oculi mei non viderint, nulli ſunt ſonitus, quos non audiverint aures meæ, & quos non intellexerim. 2. Quæ vos Arabes noſtis, etiam ego novi, nullo modo vobis ſapientia inferior

πιστῶν. Vulg. *commutans labium veracium*, quæ parum commodam ſententiam pariunt.

Prudentiam] וטעם *tetabam*. LXX. Intt. σύνεσιν, Symmachus ἐπιστήμην, & Vulg. *doctrinam*. Propriè eſt *guſtus*; ſed tralatitio ſenſu *prudentiam*, & *ſagacitatem* ſignificat. Ut ope guſtûs de rebus ſapidis judicamus, ſic ſenes, ſagace experientiâ inſtructi, de rebus quæ quotidie contingunt.

21. *Et valentium zonam laxat*] ומזיח אפיקים רפה *oumziahh aphikim riphah.* מזח *mazahh cingulum* ſignificat Pſal. CIX, 19 quare hîc מזיח videtur idem eſſe. *Laxare zonam* eſt remittere fortitudinem, ſeu eam minuere; nam pugnaturi zonam accingebant & arctè adſtringebant, quam poſtea defeſſi laxabant. Vide Dan. V, 6. LXX. Intt. ταπεινοὺς δὲ ἰάσατο, quaſi legiſſent רפא *rapha*, *ſanavit*. Vulg. *eos qui oppreſſi fuerant relevans*. Ubi ταπεινοὺς & *oppreſſos* invenerint non adſequor.

22. *Retegit quæ in tenebris*] מני חשך *minni bhoſchech*, è tenebris. Facit ut arcana innoteſcant.

Mortiferam umbram] Res obſcuriſſimas Vide dicta ad Cap. X, 21.

23. *Auget gentes & eas perdit*] משגיא *maſchgi*. Bene *Hieronymus*: *multiplicat gentes*. Deerant hæc in Codd. LXX. Intt. ſuppletáque ſunt è *Theodotione*, qui verterat πλανῶν ἔθνη, quia שגה *ſchagah* eſt erravit, ut verſ. 16. liquet. Sed nulla eſt oppoſitio inter membra commatis.

Spargit nationes] שטח לגוים *ſchoteahh laggojim*, propriè quidem eſt *expandit*, *extendit*; ſed quia quæ proximè antecedunt oppoſitionem complectuntur, hîc quoque eſſe crediderim, ac proinde *ſparſionem* ſignificari, & ſequente verbo *reductionem*.

Eas reducit] וינחם *vajjanhhem*, & *ducit eas*, quod eſt pro compoſito, quo Hebræi carent, *reducere*. LXX. Intt. καταστρωννύων ἔθνη καὶ καθοδηγῶν αὐτά. *Hieronymus*: *ſubverſas in integrum reſtituit*. Chaldæus: משטח מדרתא לאמיא ודברינון, *extendit ſeſe populus & capit eos*. Sanè, apud Ezechielem XXVI, 5. משטח חרמים eſt *extenſio retium*. Vide & verſ. 14. & XLVII, 10. Sed ultima vox non eſt aptè reddita, nec oppoſitionis ratio ſervata.

24. *Cor principibus populi terræ*] *Cor* eſt prudentia, ſapientia, ut antea & alibi ſæpe.

In ſolitudine] בתהו *bethohou*, hoc eſt, in regione deſerta & inculta. Vide dicta de hac voce ad Gen. I, 2. Videtur reſpicere ad Arabas, per deſerta vagantes; quæ vita miſera eſt, præ eorum ſorte, qui loca feracia & culta perpetuò habitant.

Ubi nulla via eſt] Nulla poteſt eſſe, ubi neque pagi, neque urbes ſunt. LXX. Intt. ὁδῷ ἣν οὐκ ᾔδεισαν, incommodè. Vulgatus: *ut fruſtra incedant per invium*; non melius.

25. *Palpant in tenebris* &c.] Hæc ad tenebras animi, vitámque, quæ ab iis temerè agebatur, referenda videntur.

COMMENTARIUS
In CAPUT XIII.

1. INtellexit] Si propriè loquamur, Mens ſola intelligit, ſed poteſt, tralatitio loquendi genere, dici auris *intelligere*, cùm non tantùm audit, hoc eſt, excipit aëris vibrationes, in quibus ſitus eſt ſonitus, ſed variè & diſtinctè ſingulis adficitur; quod fieri neceſſe eſt, ut Mens integram orationem audiat & intelligat. Attamen LXX. & Vulgatus Intt. usque adeò duram putarunt loquutionem hanc, *auris audivit & intellexit*, ut dixerint οἶδα ἐγώ, & *intellexi ſingula*, quaſi eſſet, non תבן *thaben*, ſed אבין *abin*.

2. *Vobis inferior non ſum*] Vide not. ad Cap. XII, 3.

3. *Quinimò*] אולם *oulam*, quam particulam ipſa res poſtulat ita exprimi. LXX. Intt. οὐ μὴν ἀλλὰ, hoc eſt, *verumtamen*, aut *ſed tamen*, ut habet Vulgatus. Sed nulla hîc eſt oppoſitio, verùm potius dictum audacius. Vide *Chr. Noldium* ad ſignif. I.

Ego

Omnipotentem adloquar, & cum Deo diſceptare velim. 4. At vos eſtis conſarcinatores mendacii, & medici nihili, quotquot eſtis. 5. Utinam taceretis! vobis hoc eſſet ſapientiæ loco. 6. Audite, quæſo, taciti diſceptationem meam, & labiorum meorum contentiones adtendite.

7. An in gratiam Dei proferre debetis iniquitatem, an ejus cauſâ doloſè loqui? 8. An perſonæ ejus rationem habere, & pro Deo contendere? 9. Annon bene eſt quòd vos penitus norit? An quemadmodum homini illuditur, vos illi illudere oportet? 10. Vos

ferior. 3. Quin etiam velim Omnipotentem adloqui, & verbis cum eo contendere; 4. Vos enim omnes fictores eſtis mendacii & medici imperiti. 5. Utinam vero taceretis! ſilentium enim veſtrum videretur è veſtri ipſorum cognitione natum, poſſetque indicium ſapientiæ haberi. 6. Audite tantùm diſceptationem meam, & ipſi meam cauſam agenti adtenti eſtote.

7. An honoris Dei cauſâ iniquitati favere, nec ſine fraude ei favere debetis? 8. An vult nos non æquitatis, ſed perſonæ ſuæ rationem habere, & pro ipſo contra jus & fas cauſam ejus defendere? 9. Sed bene res ſe habet, quod vos penitus norit. An ei oportet vos illudere, quemadmodum hominibus illuditis? 10. Immò vos arguet, ſi clam perſonarum

Ego Omnipotentem &c.] שדי, de quo diximus ad Geneſ. XVII, 1. De hiſce verbis & ſimilibus dicere queas, quod *Ariſtides* Rhetor habet in fine Orationis de Smyrna: *πολλὰ τοι παρὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν ἄνθρωπος φθέγγεται συμφορᾷ ληφθεὶς, ἄλλως τε, κἂν ᾗ οὐκ ἐλπίσει*: *multa contraria ſuæ indoli loquitur homo calamitate circumventus, cùm alias, tum ſi eam non exſpectaverit.*

Diſceptare] הוכח *hocheahh.* LXX. Intt. *ἐλέγξαι*, Hieronymus: *putare.* Poſſit & verti *arguere*, ita ut Jobus Deum iniquitatis poſſe ſe arguere dicat. Sed durum hoc viſum.

4. *Conſarcinatores mendacii*] טפלי שקר *tophele ſcheker.* Vide infrà XIV, 17. & Pſalm. CXIX, 69. *Symmachus*: *προσϑέται ψευσμάτι*, ac ſanè apud Rabbinos *adjunctionem* ſignificat. Vulgatus: *fabricatores mendacii.* At LXX. Intt. quid legerint neſcio, cùm verterint *ἰατροὶ ἄδικοι.*

Medici nihili] רפאי אליל *rophee elil.* LXX. Intt. *ἰατροὶ κακῶν.* Debuiſſent ſaltem vertere *κακοὶ*, nam Jobus amicis exprobrat, quòd medelæ verborum, ſeu adloquia, quibus ipſum ſolabantur, nullius pretii eſſent. *Symmachus*: *ἰατροὶ ἐπίπλαστοι μου, κατασκευάζοντες ἄλογα*, quæ non magis conveniunt verbis Hebraicis, quam Hieronymiana: *cultores perverſorum dogmatum.* Violentæ ſunt paraphraſes, ubi nihil opus erat, quòd rem non ſatis adſequerentur.

5. *Taceretis*] החרש תחרישון *hahhariſch thahhariſchoun*, tacendo taceretis, vel, cùm ſit *Hiphil*, *tacere faceretis*; nempe, ora, aut linguas.

Vobis hoc eſſet ſapientiæ loco] *Eſſet vobis in ſapientiam.* Rectè hoc exponitur ex Proverb. XVII, 28. *Etiam ſtultus tacens habebitur ſapiens, & claudens labia ſua prudens.* Simile ferebatur dictum apud Græcos, quod *Diogenes Laërtius* tribuit *Theophraſto* Lib. V, 40. *Plutarchus* verò *Simonidi*, Sympoſ. Quæſt. III, 1. *Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἔν τινι πότῳ ξένον ἰδὼν κατακείμενον σιωπῇ, καὶ μηδενὶ διαλεγόμενον, ὦ ἄνθρωπε, εἶπεν, εἰ μὲν ἠλίθιος εἶ, σοφὸν πρᾶγμα ποιεῖς· εἰ δὲ σοφὸς, ἠλίθιον*: *Simonides Poëta, in quodam convivio cùm hoſpitem vidiſſet accubantem tacitum, nec cum ullo loquentem, ò homo, inquit, ſi ſtultus quidem es, rem ſapientem facis; ſi ſapiens, ſtultam.*

7. *An in gratiam Dei proferre debetis* &c.] הלאל תדברו עולה *haleel thedabberou havelahh.* Primùm, ל in voce לאל interpretamur *in gratiam.* Poſſis vertere etiam *pro*, ut *Symmachus*, qui verterat *ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ*, aut *propter*, qui ſunt ejus ſignificatus XXVII. & XXVIII. apud *Noldium*; ſed clarius eſt *in gratiam.* Deinde תדברו vertimus *loqui debetis*, quæ eſt vis Futuri non infrequens, quod intelligere licet vel ex præceptis, futuro tempore, pro imperativo modo, expreſſis. Vide Indicem Pentateuchi in voce *Futurum.* Exprobrat Jobus amicis pravam prudentiam, aut religionem, ex qua in gratiam Dei, aut ejus honoris cauſâ mentiebantur, uti putabat. Quæ prava conſuetudo, etiam temporibus Chriſtianis, inolevit, & etiamnum hodie viget.

Doloſè] רמיה *remijah*, fraudem. Senſum non malè expreſſit Vulgatus: *Numquid Deus indiget veſtro mendacio, ut pro illo loquamini dolos.* Malè LXX. Intt. *πότερον οὐ ἐναντίον Κυρίου λαλεῖτε, ἔναντι δὲ αὐτοῦ φθέγγεσθε δόλον.* Veriti ſunt, ne nimis asperè & parum religiosè loqui videretur Jobus, ſed ſunt talia paſſim; nec hîc quidquam eſt, quod pietatem lædat, non enim hoc tribuit Jobus Deo, ſed hominum inconſultæ religioni.

8. *An perſonæ ejus rationem habere*] הפניו תשאון *haphanau thiſchaoun*, an faciem ejus ſuſcipietis; hoc eſt, an in illo probare debetis, quod in alio damnaretis; nam *προσωπολήπτης* majorem rationem habet perſonæ, quàm rei ipſius.

Pro Deo contendere] לאל תריבון *lael theriboun*, pro Deo ſuſcipietis cauſam, eámque injuſtam; quòd honoris Dei cauſâ Jobum merito ſuo pœnas dare contenderent. *Hieronymus*: *numquid faciem ejus accipitis & pro Deo contendere nitimini.* Deteriùs, ob cauſam adlatam, LXX. Intt. *ἢ ὑποστελεῖτε, ὑμεῖς δὲ αὐτοὶ κριταὶ γένεσθε.*

9. *Vos penitus novit*] יחקר אתכם *jahhkor ethchem*, vos perveſtigat, ac intimas cogitationes novit, ex quibus intelligit vos eſſe religionis ſimulatores. Interrogatio הטוב *hatob* eſt major adfirmatio; quaſi dicat: profectò bonum eſt Deo vos eſſe intus notos. Vulg. *aut placebit ei quem celare nihil poteſt.* Sed non eſt, הטוב לו *an bonum ei.* LXX. Intt. *καλόν γε ἐὰν ἐξιχνιάσῃ ὑμᾶς.*

An quemadmodum homini illuditur &c.]

13

¹⁰. Vos arguet, ſi clam perſonarum rationem habueritis. ¹¹. Annon præſtantia ejus vos conturbat, terrórque ejus vobis incumbit? ¹². Memoriæ veſtræ cineri ſimiles ſunt, & tribunalia veſtra tumulis luteis. ¹³. Tacete dum loquor, & in me tranſeat *onus quærendi* quid *ſit dicendum.*

¹⁴. Cur ego dentibus meis carnem meam lacero, & vitam meam in manibus meis poſui? ¹⁵. Si me occidat, annon ſperabo? ſed vias meas coram illo tuebor. ¹⁶. Ipſe quoque mihi eſt ſaluti, nam in ejus conſpectum ſimulatori venire non licet. ¹⁷. Audite

rum rationem habeatis; nec vult vos nomine ſuo abuti ut innocentibus noceatis. 11. Par eſſet vos ſummam ejus præſtantiam ad animum revocare, ejuſque iram timere. 12. Sed memoriæ veſtræ turbantur, quemadmodum cinis vento rapitur, & judicia veſtra ſunt inſtar tumulorum arenæ, quæ huc illuc ſparguntur. 13. Tacete, me loquente, meum enim eſt quid ſit opus dictu quærere.

14. Cur eò redactus ſum, ut carnem meam velnti dentibus lacerem? 15. Si me lethali morbo adfecerit, annon erit quod de miſericordia ejus bene ſperem, & meum vitæ inſtitutum defendam? 16. Eſt ſervator meus, dum ſimulatori virtutis ad eum confugere non licet. 17. Audite vero quod dicendum habeo. 18. Paratus ſum, ad judicium ſubeundum, è quo liquebit me in tantas calamitates non incidiſſe ſcelere

אם כהתל באנוש תהתלו בו *im cheathel beenoſch thehathellou bo.* התל *hathel* hîc eſt verbis illudere, ut 1. Reg. XVIII, 27.

10. *Vos arguet*] *Arguendo arguet vos*, oſtendet cauſam ſuam à vobis non agi, animo religioſo, aut quod certò ſciatis me eſſe reum, & de flagitiis meis à Deo pœnas ſumi; ſed quia nihil ſine Providentia Divina fit, hinc colligitis me eſſe reverà ſontem, cum talia patiar.

11. *Annon præſtantia ejus vos conturbat*] שאתו תבעת אתכם *ſcheetho thebahetb ethchem.* שאת præſtantiam eſſe oſtendimus ad Gen. IV, 7. XLIX, 3. LXX. Int. πότερον οὐχ' ἡ δῖνα αὐτῦ στροβήσει ὑμᾶς. Vulg. *ſtatim ut ſe commoverit turbabit vos?* Sed שאת *ſcheeth* nusquam eſt δίνη vel *motus*, quamvis *Symmachus* etiam vertiſſet κίνησις. Mirum eſſet Jobum indignari, ſi in ejuſmodi caſu crederent, ex ſola præſtantia naturæ divinæ liquere, cùm penès Deum nulla culpa eſſe poſſet, in ipſo Jobo quærendam eſſe tot calamitatum cauſam; niſi conſtaret ſtylum משלים *moſchelim*, apud Orientales, audaciorem eſſe, quàm ferunt aures noſtræ. Hæc tantùm oſtendunt, Jobum, aut eos, qui ſub ejus perſona deſcribuntur, præ innocentiæ ſuæ conſcientia, potuiſſe dicere in Dei voluntate quærendas malorum ſuorum cauſas, non in ſceleribus peculiaribus; quibus nequitiâ ceteros homines ſuperaſſet. *Innocentiam* autem hîc vocamus, ne quis mentem noſtram ſiniſteriùs interpretetur, eam probitatem, quæ Deo placere, pro ſua benignitate, poſſet; & cum qua conjuncta etiam erant ea tantùm peccata, quibus uſque adeò indignari non ſolet; ita ut Jobus, præ ceteris omnibus, pœnas & quidem tam graves Deo deberet. Quod jam, ad initium Libri, obſervavimus.

Vobis incumbit] *Cecidit ſuper vos.*

12. *Memoriæ veſtræ cineri ſimiles ſunt*] זכרנכם משלי אפר *ziccharonechem miſchle epher*, hoc eſt, ſummopere labiles, & è quibus quæ vidiſtis facilè delentur, quaſi *in cinere*, quem tenuiſſima aura turbat, ſcripta fuiſſent. זכרון, cum *Hieronymo*, ſumimus eodem ſenſu ac זכר *zecher*, pro facultate recordandi. Aliâ ſimilitudine, ſed eodem redeunte, uſus eſt *Catullus* Carm. LXVIII.

——— *mulier cupido quod dicit amanti,*
In vento & liquida ſcribere oportet aqua.

Hoc eſt, tam ſervatur, quàm memoria eorum quæ in vento & aqua ſcripta fuiſſent. LXX. Intt. ἀποβήσεται δὲ ὑμῶν τὸ γαυρίαμα ἴσα σποδῷ. Alii Intt. Græci verterant τὸ μνημόσυνον, quæ ſi recta eſt verſio, זכרנים eſſent *monumenta*, hoc eſt, libri quibus ſervata erat veterum rerum memoria. Hoc velle videtur Jobus amicis ſuis deeſſe memoriam certam rerum præteritarum, nec ſcire eos quî ſe Deus erga homines gereret, nec qui mores ipſius Jobi fuiſſent; unde fiebat ut eum damnarent, quaſi reum ſcelerum, quorum pœnas nunc Deo det.

Tribunalia veſtra tumulis luteis] לגבי חמר גביכם *lgabbe hhomer gabbechem*, ſubaudiendum *ſimilia.* גב *gab* ſignificat *dorſum*, & quemvis *tumulum*, aut *ſuggeſtum*; unde Joan. XIX, 13. locus in quo erat Tribunal Pilati, aut ipſum Tribunal, ſolo multò editius, vocatur גבתא *gabbatha.* Exiſtimavi ergo hoc velle Jobum ſuggeſta amicorum, è quibus jus dicebant, fuiſſe inſtar tumuli luti; quod contemtim dicit, ut ſignificet eorum de ipſo judicia nihili facienda. Nihil melius occurrebat, amplexúſque hoc ſum, donec probabilior conjectura proferatur. LXX. Int. habent: τὸ δὲ σῶμα πήλινον, Vulgatus: *redigentur in lutum cervices veſtræ.*

13. *Tacete, dum loquor*] החרישו ממני ואדברה *abbariſchou mimmenni, veadabberah, tacete à me, & loquar.*

Et in me tranſeat onus quærendi &c.] ויעבר עלי מה *vajjabbabor halai mah*, & tranſibit ſuper me quid; nempe, ſit dicendum, ut repetenda ſit è proximè antecedentibus verbis vox אדבר *adabber* loquar, aut quid loqui me oportet. Quid aliud ſuppleri poſſit non video. Particula עלי *halai* videtur innuere onus intellectum à Jobo, quod ſibi imponeretur. Vide not. ad Gen. XVI, 5. & *Chr. Noldium* num. 34. ad hanc particulam. LXX. Intt. ἵνα ἀναπαύσωμαι θυμοῦ, ex conjectura, ut innumera alia, verterunt, nullâ verborum ratione habitâ. *Hieronymus* ſimiliter palpavit in tenebris, qui habet *quidquid mihi mens ſuggeſſerit.*

14. *Cur ego dentibus meis carnem meam lacero*] אשא בשרי בשני *eſſa bſchari bſchinnai*, tollo carnem meam dentibus; hoc eſt, abſumor perpetuo dolore, quaſi dentibus carnem meam ipſe lacerarem. Sic Græcis ἐσθίειν καρδίαν dicuntur, qui ſemet ipſi, ægritudine animi, conficiunt;

dite ſermonem meum & orationem meam auribus *excipite*. 18. Ecce me comparo ad judicium, novi me innocentem fore. 19. Quis eſt, qui mecum litigabit? nam nunc ſilebo, & moriar. 20. Duo tantùm ne erga me facias, nec me à conſpectu tuo abdam. 21. Manum tuam à me removeto, nec me terror tuus conturbet. 22. Voca me & reſpondebo; vel *prior* loquar, tu verò reſponde mihi. 23. Quot ſint mihi delicta & peccata, defectionem meam & vitium meum fac ut cognoſcam.

24. Cur

ſcelere quodam, cujus ſim reus. 19. Quis verò eſt, qui litem ea de re intendere velit, cujus ſi reus comperiar, tacebo & mortem æquo animo ſubibo. 20. Duo vero à te, ô Deus, pro ſumma tua æquitate, peto, & judicium tuum libens ſubibo. 21. Unum quidem eſt, ne me ulla alia pœna nunc adficias, ne ita terrear, ut reſpondere non poſſim. 22. Alterum verò, utrum velis fieri; nimirum, ut coram te prior cauſam meam agam, tibique interroganti reſpondeam; vel ut prior innocentiam meam exponam, & quæram abs te cujus inſimuler ſceleris ſim reus. 23. Oſtendito, ſi tibi videtur, ô Deus, quæ ſint ſcelera à me commiſſa, ut me reum eſſe & dignum tantis pœnis fatear. 24. Cur

ciunt; unde *Pythagoræ* Symbolum, *μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν*. *Homerus* Iliad. Ζ, 201. de Bellerophonte:

Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Quod *Cicero* ſic expreſſit Tuſcul. Diſput. L. III, 26.

Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

Vitam in manibus meis poſui] *Animam poſui in volis meis*. Vide dicta à nobis ad Jud. XII, 3. Significat Jobus pericula quæ adierat, virtutis causâ.

15. *Si me occidat*] *En occidet me*; nempe, Deus; hoc eſt, ſi me occidere adgrediatur, aut mortem minitetur. Nam, in hoc libro, nullum eſt veſtigium ſpei poſt mortem, quidquid aliter vulgò ſentiant. Sæpe verba activa initium tantùm actionis ſignificant, ut docebit *Sal. Glaſſius* Gram. Sacræ Lib. III. Tr. III. Can. 3.

Annon ſperabo] Eſt in textu: לא איחל lo ajahhel, *non ſperabo*, vel auxilium ejus non exſpectabo; quod, addito interrogationis ſigno, adfirmat. Sed in margine eſt לו *ei*. LXX. Intt. habent: *ἐπεὶ καὶ ἤρξατο*, *quoniam & cœpit*, ab alia ſignificatione verbi יחל & pro לו *lo* legentes כי *chi*, minùs commodè.

Sed vias meas coram illo tuebor] אך דרכי אל פניו אוכיח *ach darchai el phanau ochiahh*, etiam meas vias ad faciem ejus defendam. Nam הוכיח *hochiahh*, eſt non tantùm ratiocinando oppugnare, ſed etiam defendere, ut ex hoc loco liquet; neque enim Jobus ſeſe ipſe damnare volebat.

16. *Simulatori venire non licet*] לא לפניו חנף יבוא *lo lphanau hhaneph jabo*, non in faciem ejus veniet ſimulator; hoc eſt, ei venire non licebit. חנף *hhaneph* eſt ſimulator virtutis. Unde *Hieronymus*: *hypocrita*. LXX. habent *δόλος*, fortè, vitio librariorum, pro *δόλιος*, omnis enim ſimulator eſt *doloſus*. Futurum, poſt negationem, id quod non licet ſignificat. Negat Jobus, ſe eſſe ſimulatorem, ut ſuſpicabantur amici.

17. *Audite*] *Audite audiendo*.

Orationem meam] אחותי *ahhvathi* à חוה *hhivvah*, indicavit. LXX. Intt. *ἀναγγελῶ*, quaſi eſſet אחוה *ahhavveah* in futuro *Pihel*, cum ſuffixo fœminino. *Hieronymus*: *ænigmata*, quaſi legiſſet אחידותי *ahhidothai*, nam Chaldaicè אחידה eſt *ænigma*. Attamen in exemplaribus Chaldæi Int. eſt תנויי *thannouji*, conventionem meam.

18. *Me comparo ad judicium*] ערכתי משפט *harachthi miſchphath*, ordinavi, aut diſpoſui judicium; hoc eſt, judicio ſubeundo paratus ſum.

Innocentem fore] כי אני אצדק *chi ani etsdak*, quod ego juſtus ero; id eſt, innocens ſcelerum, quorum me inſimulatis.

19. *Litigabit*] יריב *jarib*. Eſt antecedens pro conſequente, me reum peraget, & damnabit. Sic & שפט *ſchephoth*, judicare paſſim perinde eſt ac *damnare*, & משפטים miſchphatim, *judicia*, idem ac pœnæ. Sed & verbum הריב *herib* non rarò eſt in Pſalmis eo ſenſu, quem dixi, ut Pſ. XXXV, 1 XLIII, 1. CXIX, 154.

Nam nunc ſilebo, & moriar] Si quis me reum peregerit, tacebo & mortem me commeritum eſſe agnoſcam. Eſt אגוע *egvah*, exſpirabo. Legerunt LXX. Intt. quemadmodum nos, habent enim: *ὅτι νῦν κωφεύσω, καὶ ἐκλείψω*. Hieronymus verò: *veniet, quare tacens conſumor*?

20. *Duo tantùm* &c.] Directè jam adloquitur Deum, paratúmque oſtendit ſe cauſam ſuam, apud eum, agere, ſi modo duo ſibi concedat.

21. *Manum tuam à me amoveto* &c.] Deſine me calamitatibus premere. Vide antea Cap. IX, 34. Sunt qui hæc verè prolata, ab homine Dei veri timente, ſibi non perſuadent. Quamvis enim innocentiſſimum ſtatuamus hominem, nemo eâ fiduciâ Deum, cui omnia debet, & à quo omnino pendet, adloqui ſuſtineret. Sed crediderim Libri Scriptorem hyperbolicè adauxiſſe, pro more τῶν משלים, hæc omnia; ut oſtenderet poſſe hominem religioſum innocentiam ſuam aliquatenus jactare, quando falsò inſimulatur ſcelerum, eo quòd rebus adverſis prematur; & innocentiæ ſuæ Deum teſtem vocare, ad ſcelera, quæ ei objiciuntur, quod adtinet.

23. *Quot ſint*] כמה *chammah*. *Quot*, aut *quanta*. Vide *Noldium* ad hanc particulam.

Delicta &c.] Tribus vocibus (nam חטאת bis repetitur) exprimit delicta, עון, חטאת & פשע, *havon*, *hhatath* & *pheſchah*, quæ an hîc differant ſignificatu mihi non liquet. Sed eſt in ea congeſtione verborum eadem, aut ſimilia ſignificantium, *ἔμφασις*; ſúntque, ut videtur, ejuſmodi delicta intelligenda, quæ Deus graviſſimis calamitatibus ulciſci ſoleat; dum minoribus peccatis parcit, aut ea certè diſſimulat. Eatenus innocentem ſe verè putabat Jobus, aut is qui ſub ejus nomine deſcribuntur; quamvis ne-

H mo

24. Cur faciem tuam occultas, & me tibi inimicum cenſes? 25. An folium deciduum confringere & ſtipulam ſiccam te perſequi oportet? 26. Nam amara contra me decreviſti, & pueritiæ meæ delicta mihi imponis. 27. Ponis in cippo pedes meos, obſervas omnes vias meas, radices pedum meorum circumſcribis. 28. At *vir* ille, *quem inſectaris*, inſtar putredinis, & inſtar veſtis, quam comedit tinea, dilabetur.

1. Homo

24. Cur verò non oſtendis te præſentem eſſe, qui me tibi inimicum putas? 25. An te decet folium deciduum confringere, & me, qui pluris non ſum quam ſtipula ſicca, perſequi? 26. Amariſſima enim in me edicta contra me ſcripſiſti, & pœnas adoleſcentiæ debitas de me, qui jam conſenui, ſumis. 27. An verò pones in cippo pedes meos, & quidquid facio obſervabis, ac veſtigia mea circumſcribes? 28. At vir ille, *quem ſic inſectaris*, brevi in terra putreſiet, & peribit inſtar veſtis, quam comedit tinea, evaneſcet.

PARA-

mo ſit omnium delictorum expers & ipſe fateatur peccata juventutis verſ. 26.

24. *Cur faciem tuam occultas*] Nolumus inviſi ab iis, quibus indignamur, ideóque *faciem* alicui *occultare* perinde eſt ac inimicitias cum eo exercere. Sic & Reges vetant eos, quibus indignantur, in conſpectum ſuum venire.

Me tibi inimicum eſſe cenſes] Ita me habet, quaſi inimicum cenſeret. Non dubitabat alioqui Jobus, quin Deo animus ſuus, ut erat, notus eſſet. Vide C. XII, 22. & hujus verſ. 9. Bene Vulgatus: *arbitraris me inimicum tuum.* Habent LXX. ὑπεναντίον.

25. *Folium deciduum*] עלה נדף *baleh niddaph*, folium pulſum; nempe, vento, qui ſicca folia excutit & raptat decidua. Vide Pſ. I, 4. Levit. XXVI, 36. Symmachus φύλλον ἐκτιναττόμενον. LXX. Intt. κινούμενον ὑπὸ ἀνέμου, quod ſequutus eſt Vulgatus.

Perſequi oportet] *Perſequêris*, ut antea, *confringes*. At non quærit Jobus quid Deus facturus ſit, ſed quid eum facere oporteat, aut deceat. Sæpius notavimus hanc eſſe vim Futuri.

26. *Amara contra me decreviſti*] תכתב עלי מררות *thiktob balai mreroth*, ſcribis contra me amarores. Arabes, ubi de Dei decretis loquuntur, utuntur hoc verbo, & כתבון *cthabun*, decretum vocant. Fingunt, nimirum, Deo eſſe librum, in quo ſcripſit quidquid ſtatuit. Sic & Hebræi de *libro viventium*, de quo vide dicta ad Exod. XXXII, 32.

Pueritiæ meæ delicta mihi imponis] תורישני thoriſchani, *facis ut poſſideam*: hoc eſt, imponis, facis ut eorum pœnas luam. Quod durum Jobo videbatur, eo quòd pueritiæ & adoleſcentiæ peccata diſſimulari ſoleant; præſertim in hominibus, quos grandior ætas emendavit. LXX. habent περιέθηκας *circumpoſuiſti*, eodem ſenſu. Vulgatus: *conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.* In *Niphal*, ſignificat *pauperem fieri*, deductâ ſignificatione à רוש *rouſch*.

27. *Ponis in cippo pedes meos*] תשם בסד רגלי *thaſchem baſſad raglai*. LXX. Intt. ἔθου δέ μου τὸν πόδα ἐν κωλύματι. Melius *Aquila*: ἔθηκας ἐν ξυλοπέδῃ τὸν πόδα μου. *Symmachus* ὑπὸ ξύλον εἱρκτῆς. Minùs commodè Theodotion ἐν ταλαιπωρίᾳ, quaſi legiſſet שד *ſchod*, quod à LXX. Intt. verti ſolet ταλαιπωρία, ut obſervavit *Lud. Cappellus* Crit. Sacræ Lib. V. c. V, 5. Vult Jobus ſe à Deo conſtrictum teneri, quaſi in nervo eſſet, nec eo ſecius obſervari, ut luat pœnas.

Obſervas omnes vias meas] Mutatur metaphora, nam qui nervo conſtringuntur, incedere non poſſunt.

Radices pedum meorum circumſcribis] על שרשי רגלי תתחקה *bal ſchorſche raglai thithbhakkeh*. *Radicibus pedum* ſignificari videntur plantæ pedum; ſed quid propriè ſignificet תתחקה non eſt facile dictu. Nam ſumitur quidem pro eo quod eſt *formare*, *pingere*, *inſculpere*, ut radix adfinis חקק *bhakak*, ſed ea ſignificatio huc nihil facit. Volunt plerique Recentiores eſſe quaſi, *imprimis te*, vel *inſculpis te* ad veſtigia mea; hoc eſt, iis adhæres, ut ea obſerves. Sunt tamen hæc ſine exemplo. Alii *circumis* vel *circumagis te*, ad veſtigia, ne moveri poſſim. Sed nec exemplo ullo ſententiam ſuam confirmant. Interea dum vocis ſignificatio melius innoteſcat, vertendum cenſuimus *circumſcribis*; hoc eſt, vetas me progredi extra certum ambitum, quem in pulvere ſignas, quod ferè perinde eſt ac in cippo pedes continere, quod anteceſſit. Certè חק *bh·k finem*, aut *terminum* non rarò ſignificat, ut Cap. XIV, 5. Sic Scholiaſtes vetus ad hunc locum in Codd. MSS. de quibus vide Hexapla *Montefalconii*, adnotavit Hebraïca habere: τὰ δὲ ἴχνη τῶν ποδῶν μου περιχαράξεις. Crediderim hauſta hæc ex *Aquila*, qui maximè omnium verbis adhæſit Hebraïcis. חקק *bhakak* ſignificare omnino videtur, in hoc libro, C. XIX, 23. & XXVI, 10. *exarare*, *deſcribere*. Vult ergo Jobus nihil ſibi licere facere, quod Deus non animadvertat. *Hieronymus* etiam hunc ſenſum ſequutus eſt, qui vertit: *conſideraſti.* LXX. Intt. ἀφίκου.

28. *Vir ille*] Semet ipſe tertiâ perſonâ deſignat, & contemtim de ſe loquitur; quaſi de indigno, quem Dei ſumma majeſtas ſic obſervaret atque inſectaretur; cùm inſtar eorum, quæ putreſcunt, aut veſtis, quæ à tineis abſumitur, pereundum ei eſſet.

COM-

1. HOmo natus muliere *eſt* brevis ævi, & ſatur anxiâ diſcurſatione 2. Inſtar floris erumpit & ſucciditur, & inſtar umbræ fugit, neque conſiſtit. 3. Etiámne in hunc aperis oculos tuos, & me in jus tecum vocas? 4. Quis dabit mundum ex immundo? Ne unus quidem. 5. Si definiti ſunt dies ejus, *&* numerus menſium CAPUT XIV.

PARAPHRASIS.

1. HOmo muliere natus brevis eſt vitæ atque anxiâ diſcurſatione ſatiatur. 2. Floris inſtar naſcitur, atque umbræ inſtar fugit, neque uſquam conſiſtit. 3. An hujus rationem habes, eúmque in jus coram ſolio tuo vocas? 4. An poteſt naſci mundus ex immundo, ut eum in jus voces? Ne unus quidem. 5. Quandoquidem intra breve tempus vitam ejus incluſiſti, non poteſt in æternum hîc in terris vivere.

COMMENTARIUS
In CAPUT XIV.

1. B*Revis ævi*] *Brevis diebus.*

Anxiâ diſcurſatione] רגז *rogez.* Vide Cap. III, 16, 26. LXX. Intt. verterunt hîc quoque ὀργῆς. Meliùs *Aquila:* πλανήσεως, *agitationis.*

2. *Inſtar floris* &c.] Frequentes ſunt, apud Poetas, rerum brevis ævi cum floribus, umbra &c. comparationes; quas congerere non opus eſt.

Erumpit] *Exiit*, יצא *jatſa*, ex humo.

3. *Etiamne in hunc* &c.] Quaſi hoc eſſet infra Dei Majeſtatem. Non reputabat homini eſſe Mentem immortalem, & corpus reſurrecturum; quod ſi ſciviſſet, ſæpius memoraſſet.

Vocas] *Facis venire in judicium tecum.* Atqui in judicium vocabit Deus homines omnes, ſed hoc tunc notum non erat.

4. *Mundum ex immundo*] טהור מטמא *thabor mittame.* Quod ambiguum eſt. Poteſt enim ſignificare aut eum, qui pollutus ſemel fuit, non poſſe fieri mundum; hoc eſt, vitii omnis expertem, quia quod factum eſt, infectum fieri nequit: aut eum, qui ex immundo natus eſt, mundum eſſe non poſſe. Prius ſecuti ſunt LXX. Intt. qui habent: τίς γὰρ καθαρὸς ἔσται ἀπὸ ῥύπου, *quis erit mundus à ſordibus*, quas, nempe, contraxit. Pariter Chaldæus, quamvis nonnihil mutato ſenſu: *Quis dabit mundum virum, qui eſt pollutus in peccatis, niſi Deus, qui unus eſt, qui ei parcit?* Alterum *Hieronymus*: *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum homine?* Crediderim Hominem hîc conferri cum Deo, & dici *immundum* hoc ſenſu: 1. nullum hominem eſſe ſine peccato, qui quidem peccare queat, hoc eſt, ratione utentem; cum Deus omnis omnino & peccati & vitii ſit expers: 2. hominem naſci *ex* homine *immundo*, adeóque à primo parente ad ultimos nepotes, homines omnes fuiſſe & futuros immundos; eâ, nimirum, ætate, quâ *immundi*, hoc eſt, vitio vel peccato contaminari, proptereáque pœnas dare jure poſſunt. Semper enim ea exceptio ſubaudienda, nec ſtatuendum hominem eo momento, quo naſcitur, aut etiam concipitur, *ex immundo*, & ipſum eſſe *immundum*. Non agit hîc Jobus de infantibus, aut fœtibus, qui ſunt intra uterum maternum, & qui iram Dei ſibi contrahere non potuerunt; ſed de viris adultis, quos Deus, ob peccata, ad judicium vocat. Quod *Severus*, ut puto, Antiochenus, cujus in Catena in Jobum locus profertur, animadvertit. Sic in legibus ſanctio, quæ ad omnes pertinet, ſi earum ſola verba adtendantur, uſu tamen reſtringitur ad eos qui ſunt ſui compotes; neque enim inſanus pœnas dat eorum quæ, per inſaniam, facit; aut qui imprudens, & nolens cauſa eſt rei illicitæ, quæcumque ſit.

Nec quiſquam dixerit verba *quis dabit* ſignificare, fieri non poſſe, ut *mundus* concipiatur aut naſcatur *ex immundo*; ita ut ſit peccator, pœnæque adeò obnoxius, ſtatim ac conceptus eſt, aut natus; cùm hoc tantùm ſignificetur, ex hominibus peccatoribus non naſci homines, qui numquam peccent; cùm pervenerint ad eam ætatem, in quam cadit peccatum. Certè ultra hæc porrigendam poteſtatem hujus loquendi generis nemo oſtenderit. Sermo enim eſt, ut dixi, de ea ætate, quâ, ut obſervat *Severus*, *factis ſecundùm virtutem & vitium dignoſcitur, déque vivendi ratione, quæ eſt adultæ ætatis & poſtea in judicium apud Deum vocatur, atque aut pœna, aut legibus digna cenſetur; quod Jobus oſtendit his verbis, quæ antea habentur:* & hîc ut veniret coram te in judicium effeciſti. *Vita autem*, inquit, *infantium in judicium non venit:* περὶ τοῦ βίου τοῦ διὰ πράξεων τῶν κατ' ἀρετὴν καὶ κακίαν γνωριζομένου, καὶ περὶ πολιτείας τῆς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ εἰς κρίσιν λοιπὸν ἀγομένης παρὰ Θεῷ καὶ ἢ κολάσεως ἢ ἐπαίνου ἀξιουμένης. ὃ τοῦτο ἐμφαίνων προεῖπεν, ὅτι καὶ τοῦτον ἐποίησας εἰσελθεῖν ἐν κρίματι ἐνώπιόν σου. τῶν δὲ νηπίων βίος εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται. Si quis hæc *Horatii* verba è Sat. III. Lib. I. verſ. 68.

Nam vitiis nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt
Qui minimis urgetur.

Si quis, inquam, ita hæc verba interpretaretur, ut contenderet *Horatium* hoc velle, ipſos recèns natos infantes vitiis eſſe infectos, ab omnibus rideretur; nam agit Poëta de adultis, quorum nemo eſt *ſine vitiis*, cùm ad eam ætatem pervenit, quæ vitiorum eſt capax.

Ne unus quidem] לא אחד *lo ebbad.* Ne unus quidem homo, eâ ætate quâ peccare poteſt, immunem ſe peccati præſtat. Mirâ paraphraſi hîc uſi LXX. Intt. ἀλλ' οὐδείς, ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ γῆς. *Hieronymus* non meliùs: *nonne tu, qui unus es?* Chaldæi verba antea protulimus.

5. *Si definiti ſunt dies* &c.] Non quaſi ſingulis certus numerus dierum ſit præfinitus,

H 2 quem

ſium ejus eſt apud te, ſtatuiſti illi fines, nec *eos* prætergredietur. 6. Ne eum reſpicias & deſinet *eſſe*, cùm inſtar mercenarii die ſuo contentus erit. 7. Num ſpes eſt arbori, ſi ſucciſa fuerit; iterum ſe renovat, nec propago ejus deſinit. 8. Si radix ejus in terra conſenuerit, truncúſque in pulvere ſit mortuus; 9. ab odore aquæ repullulat, & ramum inſtar plantæ emittit. 10. At cùm homo mortuus eſt, cùm ægrotavit & exſpiravit, ubi eſt? 11. Abeunt aquæ è mari, fluvius exſiccatur & exareſcit. 12. Homo jacet, nec reſurgit; donec non ſit cœlum, non expergiſcentur, neque excitabun-

vivere. 6. Si ejus curam non geras, deſinet vivere poſtquàm inſtar mercenarii, qui, exacto die, mercedem accipit & abit. 7. Arbori ſucciſæ ſpes eſt emittendi rami, quo propagatur, ita ut renovetur, nec propago ejus perit. 8. Si radix ejus in arida terra videatur exaruiſſe, ita ut arbor vivere deſiiſſe judicetur; 9. vapor humoris radices humefaciens facit, ut ramos & folia emittat. 10. Verum cum homo in morbum incidit, quo mortuus eſt, nusquam poſtea cernitur. 11. Minuuntur aquæ in mari & fluviis, ſed redeunt; 12. at homines ſemel mortui, in vitam non redeunt. 13. Utinam vero me in ſepulcrum abdi-

quem minorem, aut majorem efficere non poſſit; ſed quia vita humana plerumque certum annorum numerum non excedit; ſeptuaginta nimirum, annorum, aut robuſtiſſimis octoginta, ut habet Moſes Pſ. XC, 10. vel, ſi vis, centum, quos pauciſſimi excedunt. Hinc etiam Jobus dies hominis reſecari poſſe putabat, ut liquet è Cap. XXI, 21. Sed conſulendæ hac de re Epiſtolæ de *Vitæ Termino* ad *Joan. Beverovicium* ſcriptæ, eáque præſertim, quæ à *Sim. Epiſcopio* ad eum data eſt.

Statuiſti illi fines] חקו *bhukko* in textu, in margine חקיו *bhukkau*; hoc eſt, certi fines, eadem ſententiâ. LXX. Intt. εἰς χρόνον ἔθου. Vulgatus: *conſtituiſti terminos ejus*. Vide infra verſ. 13.

6. *Ne eum reſpicias*] שעה מעליו *shebab mebalau*, adſpice ab illo; hoc eſt, oculos ab eo averte, quod oſtendit favoris denegationem; non reſpicimus enim eos, quibus non favemus. Vide Gen. IV, 4. Mal. II, 13. LXX. Intt. ἀπόστα ἀπ' αὐτοῦ, Vulgatus: *recede ab eo*, minùs propriè.

Et deſinet eſſe] ויחדל *vejebhdal*, & deſinet, nimirum, eſſe; agitur enim de vita humana. LXX. Intt. ἵνα ἡσυχάσῃ. Hieronymus: *ut requieſcat donec optata veniant*. Quod eſt inutile additamentum.

Cùm inſtar mercenarii &c.] עד ירצה כשכיר יומו *bad jirtſe cheſchachir jomo*. Particulam עד vertimus *cùm*, *quando*, ut 1. Sam. I, 22. Senſus eſt, cum Deus voluerit hominem interire, hominem non illibenter mori, propter vitæ miſerias: ut mercenarius, qui per totum diem laboravit, libenter, exacto die, quieſcit. רצה conjunctum cum ב, *adquieſcere in aliqua re*, *ea contentum eſſe* ſignificat. Vide 1. Paralip. XXVIII, 4. XXIX, 3. Sic intellexerunt LXX. Intt. εὐδοκήσει τὸν βίον ὥσπερ ὁ μισθωτός.

7. *Iterum ſe renovat*] יחליף *jabbaliph*, facit ſuccedere; hoc eſt, ſucco ſuo efficit ut truncus novus, novique rami, in locum priorum, ſuccedant. Uno verbo expreſſimus rem, cum ipſam metaphoram non poſſemus. Vide Pſal. XC, 5. 6. ubi multa ſunt hiſce ſimilia. Sic *Albinovanus* El. II, 113. in mortem Mæcenatis:

Redditur arboribus florens revirentibus ætas,
Ergo non homini quod fuit antè redit.

Ubi vide notata.

8. *In terra conſenuerit*] *Si conſeneſcere fecerit*, יזקין jazkin, *in terra radicem ſuam*. Sed aut Hiphil, præter morem, hìc eſt inſtar verbi neutrius, ut Prov. XXII, 6. aut עץ eſt nominativus & שרש accuſativus; quod malim. Siccitate fit ut radix, quæ jam conſenuit, non ſat copioſum ſuccum trunco ſuppeditet, ita ut moriatur, cum nondum radix mortua ſit.

9. *Ab odore aquæ*] מריח מים *mereabh majim*. Odor aquæ vocatur eleganter vapor aquæ vicinæ, nam ipſe odoratorum corporum odor, nihil eſt præter vaporem, ſeu tenuiſſimarum partium effluvium. Sic in re contraria, Dan. III, 27. ריח נור *reabh nour*, odor ignis eſt *adflatus ignis*. Vide & Jud. XVI, 9.

Repullulat] יפריח *japhriabh*, facit ut gemmæ protrudantur. Subaudiendum ergo פרחים *phrabhim*; quod exprimitur Num. XVII, 8.

Ramum] קציר *katſir*, quod meſſem propriè ſignificat, unde LXX. Intt. θερισμόν, Vulgatus, *comam*. Vide Cap. XXIX, 19. & Eſai. XXVII, 11.

Inſtar plantæ] כמו נטע *chmo natab*; hoc eſt, qui ramus eſt inſtar novæ plantæ, LXX. Intt. ὥσπερ νεόφυτον, quod vertit *Hieronymus*: *quaſi cùm primùm plantatum eſt*. *Theophraſtus* Hiſt. Pl. Lib. IV. c. 14. hoc præſertim plantis aquâ gaudentibus contingere verè obſervat: ἔνια δὲ γηράσκει μὲν καὶ σήπεται ταχέως· παραβλαστάνει δὲ πάλιν ἐκ τῶν αὐτῶν, ὥσπερ ἥ τε δάφνη καὶ μηλέαι καὶ ῥοιαὶ καὶ τῶν φιλύδρων τὰ πολλά: *Quædam ſeneſcunt quidem & putreſcunt celeriter, ſed ex iiſdem pullulant iterum* (novæ plantæ) *ut lauri, mali punicæ & aquâ gaudentium pleræque.*

10. *Ægrotavit*] ויחלש *vajjehhelaſch*, & debilis factus eſt. LXX. Intt. ᾤχετο, *deceſſit*, Vulg. *nudatus eſt*.

Ubi eſt] ואיו *veajjo*; hoc eſt, nusquam eſt. Vulgatus: *ubi, quæſo, eſt*. LXX. οὐκ ἔτι ἐστί.

11. *Abeunt aquæ* &c.] *Mare* ים *jam* dicitur hìc ſtagnum, aut lacus more Hebræorum, nam mare quidem propriè dictum numquam exareſcit.

Exareſcit] Videtur hìc deeſſe alterum orationis membrum, quale hoc eſſet: ומים כאשר יגשים אלהים ישבו *oumajim chaaſcher jagſchim jaſchoubou*; *& aqua, quando Deus demiſerit pluviam, redit*. Stagna enim, lacus, & fluvii numquam ita amittunt aquam, ut non redeat ex pluvia, aut nivibus liquefactis; & hìc res poſtulat ut hoc dicatur, aut ſubaudiatur. Opponuntur enim quæ, ubi periiſſe videntur, tamen renovantur, ut arbores, in ſuperioribus verbis, homini, qui ſemel mortuus numquam redit.

citabuntur è ſomno ſuo. 13. Utinam in ſepulcrum abderes me, & occultares, donec ira tua revocata eſſet, mihique certum finem poneret, *mei*que deinde recordareris! 14. Si mortuus fuerit homo, an reviviſcet? Omnibus diebus militiæ meæ, an exſpectabo, donec mutatio mea veniat?

15. *Itaque* voca *me* & ego tibi reponam; opus manuum tuarum deſidera. 16. Annon nunc greſſus meos numeras? annon obſervas peccatum meum? 17. Obſignata eſt in faſciculo defectio mea, & iniquitatem meam conjunctim ſervas. 18. Verùm enimverò mons cadens delabitur, & ſaxum è loco ſuo evellitur. 19. Lapides comminuunt

abdidiſſes, donec ira tua erga me deſiiſſet, intra certum tempus, quo elapſo, mei benignè recordareris. 14. Homo, ſemel mortuus, vitam non recuperat. Militiæ hujus meæ diebus oporteret me exſpectare, donec res meæ in meliorem ſtatum redigantur?

15. Igitur voca me ad te tibi reponere paratum, ſi quo deſiderio creaturæ tuæ tenearis. 16. Quidquid facio obſervas, & ſi qua in re peccavero, delictum meum memoriæ mandas. 17. Servas veluti in faſciculo chartarum, hiſtoriam obſignatam defectionis meæ, & omnia delicta mea collegiſti, quæ mihi objicias. 18. Verum, te volente, res omnium difficillimæ fieri poſſunt; montes, te volente, ruunt

redit. Senſit hoc Chaldæus, qui habet hîc: אזלו מוי מימא דסוף והדרו לבית כנישותיהון וירדנא התנגיב ויתיבש קדם ארון דייי והדרו על בית פצירהון: *abiit aqua è mari algæ, ſed redit domum congregationis ſuæ; & Jordanes exſiccatus eſt atque aruit, coram arca Jehovæ; ſed rediit* (aqua) *domum alvei ſui.* Verum *lacus & fluvius* quilibet, qui ſiccitate exhauritur, & pluviâ reparatur, hîc opponitur homini; non totum mare algæ, aut ſolus Jordanes, quorum nullum hîc veſtigium. *Chryſoſtomus* etiam in Catena rem ſic intellexit: *mare enim*, inquit, *penuriâ aquæ laborat & iterum impletur, nunc creſcens, nunc decreſcens; fluviique ſiccantur & iterum fluunt. Homo vero poſtquam mortuus eſt, non amplius in vitam redit*: θάλασσα μὲν γὰρ ὀλιγοῦται καὶ πάλιν πληροῦται, νῦν μὲν αὐξανομένη, νῦν δὲ λήγουσα, καὶ ποταμοὶ ξηραίνονται, καὶ αὖθις ῥέουσιν· ἄνθρωπος δὲ ἐπὰν ἀποθάνῃ, οὐκέτι εἰς ζωὴν ἐπάνεισι. Neſcio tamen annon æſtûs maris reciprocationem intelligat, minùs commodè. Erit ergo hæc comparatio ex iis, quæ mutilæ ſunt, ex re ipſa explendæ.

12. *Donec non ſit cœlum*] Hoc eſt, numquam; eo enim tempore mundi finis & reſurrectio mortuorum nondum erant notæ.

13. *Utinam in ſepulcrum abderes me*] מי יתן בשאול תצפנני *mi jitthen biſchol thatſpeneni*; hoc eſt, utinam interirem ad breve tempus! LXX. Intt. εἰ γὰρ ὄφελον ἐν ᾅδῃ μ' ἐφύλαξας. Vulgatus: *quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me.* Sed protectionem vox Hebraica non ſignificat, verùm occultationem.

Certum finem] חק *hhok*, definitum tempus, ut verſ. 5.

14. *Omnibus diebus militiæ meæ*] Hoc eſt, vitæ quâ cum miſeriis conflictamur. Vide C. VII, 1.

Donec mutatio mea veniat] עד בוא חליפתי *had bo hhaliphathi.* Mutatio, ſeu חליפה vox eſt è militia deſumta, in qua milites recentes ſuccedunt feſſis, aut ſtatione, aut pugnâ. Vide C. X, 17. Non ergo ſignificatur mors, ſed remiſſio malorum. Hæc interrogationis inſtar ſunt proferenda: an ſemper exſpectabo, donec è moleſta ſtatione, quâ cum tot malis conflictor, revocer?

15. *Itaque voca me*] *Vocabis me*, תקרא *thikra*, ad rationem factorum meorum tibi reddendam.

Opus manuum tuarum deſidera] Quæ deſideramus, ea in pretio aliquo habemus; itaque orat Jobus Deum, ut ſui miſereatur, ſéque meliùs habeat.

16. *Annon nunc* &c.] Quaſi Deus ipſi inſidiaretur, & ſtudioſè nimis quid ageret obſervaret, nocendi animo. כי *chi* vertimus *annon*, quod ita res videatur poſtulare, ut Capite XXXVII, 20.

Annon obſervat] לא pro הלא *halo*, nam hoc jam Deo exprobravit Jobus C. X, 14. XIII, 27.

17. *Obſignata eſt in faſciculo*] חתם בצרור *chathoum bitſeror.* LXX. Intt. ἐσφράγισας δέ μου τὰς ἁμαρτίας ἐν βαλαντίῳ. Vulgatus ſimiliter: *ſignaſti, quaſi in ſacculo, delicta mea.* Sed cùm צרר *tſarar*, ſit *colligare, vincire, conſtringere*, צרור commodiùs faſciculum, qui *vincitur*, verteris. Dicitur autem faſciculus *ſignari*, quia cùm plures chartæ ſimul adcuratè ſervantur, non tantum funiculo vinciuntur; ſed etiam aliâ chartâ involvuntur, quæ & ſigillo munitur, ne quid è faſciculo auferatur. Deſcribitur ergo hîc Deus, ut memoriam delictorum ſervet, ea, more judicum, in chartis ſcripta habens, quas colligatas & ſigno impreſſo munitas reponit. Vide Deut. XXXII, 34. & quæ illic diximus.

Conjunctim ſervas] ותטפל על עוני *thitpbol hal bavoni*, & jungis ſuper iniquitatem meam; hoc eſt, conjunctim in chartis ſimul vinctis ſervas. Hinc ſupra C. XIII, 4. טפלי שקר *tophele ſcheker* dicuntur qui mendacia alia aliis addunt, ut conjunctim magis noceant.

18. *Verùm enimverò*] ואולם *veoulam.* LXX. Intt. καὶ πλὴν, *verumtamen.* Omiſit vertere *Hieronymus.*

Mons cadens delabitur] הר נופל יבול *har nophel jibbol.* Poſtremum hoc verbum adhibetur ad ſignificandum folii ex arbore cadentis marcorem, Pſ. I, 3. Videtur velle ſignificare Jobus, divinâ potentiâ res, quæ minimè fieri poſſe videbantur, effectas dari; dum perdit, quæ ſemper durare oportere videbantur; ac proinde non mirum eſſe, ſi minùs firma intereant. Verùm omnium harum cogitationum & משל vel figuratæ orationis nexum ſubtiliùs quærere minus neceſſarium & ſupervacaneus labor videtur; quia orationis nexûs, in hujuſmodi ſcriptionibus, non ſemper ratio habetur. Itaque nihil de eo adfirmarim, niſi ubi res aut clara, aut certè veriſimilis eſt; cetera in medio

Digitized by Google

nuunt aquæ, inundas proventum pulveris terræ, & ſpem hominis perdis: 20. Potentiâ tuâ eum perpetuò premis & abit; mutas ejus faciem, eúmque dimittis. 21. Diteſcunt filii ejus, idque ignorat; & pauperes fiunt, neque id intelligit. 22. Caro ejus, dum ei adeſt, dolet; & anima ejus præſens luget.

XIII.

ruunt terræ motibus. 19. Lapides duros aqua paullatim cavat, eadémque, cùm nimis copioſa eſt, proventum terræ corrumpit. 20. Potentia tua perpetuo hominis vires minuis, donec moriatur; cumque ita mutas, ut tandem vitam morte mutet. 21. Eo functo vita, liberi ejus interdum diteſcunt, neque id novit; paupereſque, eo ignorante, fiunt. 22. Corpus ejus, dum vivit, doloribus vexatur, & Mens, quamdiu ei conjuncta eſt, luget.

PARA-

dio relinquo. De motibus terræ & montium ipſorum plures habent hiſtorias, & ratiocinationes *Seneca* Quæſt. Naturalium Lib. VI. & *Plinius* Hiſt. Nat. Lib. II. c. 79. & ſeqq. Crediderim hîc reſpici ad montes terræ motu in mare lapſos, aut hiatibus abſorptos. Narrat *Plinius* c. 87. in Lithecuſis *montem Epopon, cùm repente flamma ex eo emicuiſſet, campeſtri æquatum planitie*; & c. 91. *Ipſa ſe comeſt terra, devoravit Cybotum altiſſimum montem, cum oppido Curite.*

Saxum è loco ſuo avellitur] Ut in motu terræ, qui contigit in Laconia ab Anaximandro Milelio prædictus, cum *Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta Spartam ruinâ preſſit*, ut habet *Plinius* Lib. II. c. 79. Vide *Senecam* Quæſt. Nat. Lib. VI. c. 22.

19. *Lapides comminuunt aquæ*] Non crediderim hîc ſpectari guttas cadentes, quæ ſenſim lapides pertundunt, ſed ſimile quidpiam ei, quod habet *Seneca* Quæſt. Natur. Lib. VI. c. 22. *Nec tantùm*, inquit, *pondere ſuo ſaxa abſcindi credibile eſt, ſed cùm flumina ſupra ferantur, aſſiduus humor commiſſuras lapidis extenuat, & quotidie his ad quæ religatus eſt aufert, & illam, ut ita dicam, cutem, quâ continetur abradit. Deinde longa per ævum diminutio, uſque adeò infirmat illa, quæ quotidie attrivit, ut deſinant eſſe oneri ferendo. Tunc ſaxa vaſti ponderis decidunt, tunc illa præcipitata rupes quidquid ab imo repercuſſit non paſſura conſiſtere* &c. Habet *Plinius* c. 88. Lib. II. *motu terræ ſtagnum emerſiſſe.*

Inundat proventum pulveris terræ] חשטף ספיחיה עפר ארץ *thiſchtoph ſphihheah hophar arets*, quod alii vertunt *pulvis terræ inundat ſponte creſcentia ejus.* Sed עפר *pulvis* eſt maſculini generis, nec commodè verbum חשטף, quaſi perſona fœminina, ad ארץ referri poteſt: Præterea, ſine exemplo, eſt *inundatio pulveris terræ.* Itaque malim interpretari, quaſi eſſet ספיחי העפר ארץ *proventus pulveris terræ*, ut intelligatur Divinâ Providentiâ aquam ſubitò, in terræ motu, erumpentem è terræ viſceribus, inundare *proventus terræ.* Quamvis enim ספיח *ſphiahh*, proventum quem ſponte, hoc eſt, ſine hominum cultu, terra emittit, pro quovis proventu hîc ſumi videatur; *Pulvis terræ* eſt ipſa terra, eáque, ſi ita videatur, pulverulenta. A LXX. Int. aut potiùs à *Theodotione* hæc ſic vertuntur: κατέκλυσεν ὕδατα ὕπτια τοῦ χώματος τῆς γῆς. Quæ nimis abeunt à verbis Hebraicis. Vulgatus: *alluvione paullatim terra conſumitur*; ex conjectura vertit, cùm ſenſum non adſequeretur, ut ſæpe.

Spem hominis perdis] תקות אנוש האבדת *thikvath enoſch heebadtha.* Intellige terræ fructus, qui ſunt agricolarum ſpes. *Ovidius* Metam. Lib. I. v. 272. de Diluvio:

Sternuntur ſegetes & deplorata coloni
Vota jacent, longique perit labor irritus anni.

20. *Potentiâ tua eum perpetuò premis*] תתקפהו לנצח *thithkephehou lanetſahh.* Apud Chaldæos uſitatum eſt hoc verbum, ſignificátque *ſuperavit, gravis, durus fuit.* Vide Cap. XV, 24.

Abit] E vita. LXX. Int. ἄπας αὐτὸν εἰς τέλος καὶ ᾤχετο, rectè. Deterius *Hieronymus*: *roboraſti eum paullulùm, ut in perpetuum tranſiret.*

Mutas ejus faciem] מְשַׁנֶּה פָנָיו *meſchanneh phanau.* Speciem ejus mutas: cum ſit homo æger, vultúque, & habitu totius corporis, morti ſe proximum oſtendit.

Eum dimittis] E vita. Sic Luc. II, 29. Symeon ſenex de ſe ad Deum: ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου.

21. *Diteſcunt* &c.] יכבדו *jichbedou*, graveſcunt. Cujus vocis hæc eſt poteſtas, ut ſignificet augmentum quoddam rei, de qua agitur. Hîc autem augmentum poteſt eſſe aut numeri, aut gloriæ, aut divitiarum. LXX. Int. primum elegerunt, qui habent: πολλῶν δὲ γενομένων υἱῶν αὐτοῦ οὐκ οἶδεν, ſecundum *Hieronymus*, qui vertit: *ſive nobiles fuerint filii ejus.* Poſtremum prætulimus, quia צער quod ſequitur, *parvum eſſe*, potiùs de paupertate, aut minoribus opibus dicitur, quàm de paucitate, aut ignobilitate. Sanè כבד *chabed* dicitur de homine divite Gen. XIII, 2. & כבוד *chabod* de divitiis, eodem Libro Cap. XXXI, 1. Senſus horum verborum eſt, poſt mortem ignorare hominem quæ ſit poſterorum ſuorum ſors; quamvis eorum causâ anxiam vitam duxerit, ut iis conſuleret, neceſſariáque in futurum tempus relinqueret.

Pauperes fiunt] ויצערו *vejitsharou* parvi fient. Sic Jerem. XXX, 19. *Faciam ut augeantur, nec minuentur; eóſque ditabo, nec pauperes fient*: והכבדתים ולא יצערו *vehichbadthim, velo jitsharou.*

22. *Dum ei adeſt*] עליו halau, *ſuper eo*; hoc eſt, dum carne indutus eſt, ſeu dum vivit.

Dum præſens eſt] עליו halau, *ſuper eo*, dum in eo eſt anima, dum vivit. LXX. Int. omiſerunt vertere præpoſitionem. Hieronymus verò: *attamen caro ejus, dum vivet, dolebit; & anima ejus ſuper ſemet ipſa lugebit.* At Chaldæus: *Verumtamen caro ejus, antequàm claudatur feretrum ſuper eum, dolebit: & anima ejus ſuper eum luget, in domo ſepulcri.* Quæ ſunt commenta Judaica, quorum nec vola, nec veſtigium in verbis Jobi. Agitur de dolore hominis, ante mortem, de ſobole ſua ſollicitì, quia ſortem ejus ignorat. Hæc omnia eò tendunt, ut oſtendant hominem dignum non eſſe, cui Deus plures imponat moleſtias, quàm ſunt quæ ſecum natura mortalis trahit.

COM-

XIII. Probat Eliphazus nullum hominem eſſe juſtum, & ſolos improbos pœnas Deo luere.

CAPUT XV.

[1]. REPOSUIT verò Eliphazus Themanita, hiſce verbis : [2]. An vir ſapiens eruditionem inanem reſpondendo oſtendet, & ventrem ſuum auro implebit ; [3]. ut diſceptet verbis, quæ non proſunt, & ſermonibus quibus nihil proficiet ? [4]. Etiam tu irritum facis timorem, & minuis orationem, coram Deo. [5]. Nam os tuum oſtendit iniquitatem tuam, quamquam elegiſti linguam callidorum. [6]. Damnat te os tuum,

PARAPHRASIS.

1. ELIPHAZUS verò, tacente Jobo, hanc in ſententiam loquutus eſt. 2. Decétne virum eruditum inanem eloquentiam reſpondendo oſtentare & ventoſam orationem adhibere ; 3. quæ inutilibus ratiocinationibus abundet ? 4. Itáne loqueris, ut poſſis timorem Dei ut inutilem elevare, quaſi Deus talia non curaret ? 5. Quæ dixiſti oſtendunt quantopere ſis iniquus, qui callida oratione hæc

COMMENTARIUS
In CAPUT XV.

2. E*Ruditionem inanem reſpondendo oſtendet ?*] יענה דעת רוח jahaneh dahath rouahh, *reſpondebit ſcientiam venti*, vel ventoſam, ſeu inanem oſtentabit. Sic רוח ſumitur pro eo quod eſt inane & fruſtra fit Eccleſ. V, 15. Jerem. V, 13. Mich. II, 11. & infrà C. XVI, 2. Malè hanc vocem verterunt LXX. Intt. *συνέσεως*, cum contrarium prorſùs ſignificet. Vulgatus: *reſpondebit quaſi in ventum loquens.*

Ventrem ſuum auro implebit] וימלא קדים בטנו jemalle kadim bitno. LXX. Intt. *ἐνέπλησε πόνου γαστέρα*, ſed קדם eſſe πόνος nemo Hebraicè doctus admiſerit ; nec quid legerint comminiſci poſſumus. Fortè reſpexerunt ad *Cholicum dolorem ventoſum*, ut vocatur, qui ſine torminibus ventris non eſt. Sed parum commodè. Vulgatus non multò melius : *implebit ardore ſtomachum.* קדים qui eſt propriè *orientalis ventus*, videtur pro quovis *vento* ſumi, ita ut reſpondeat voci generali רוח *rouahh*, quæ anteceſſit.. *Implere* autem *ventrem vento* ſignificare videtur paſcere ſe vento, aut pati ſibi inanibus rationibus ſatisfieri. *Venter* hic eſt animus. Sic infra XXXII, 18. & 19. *Plenus ſum ſermonibus, & ſpiritus ventris mei mihi anguſtiam creat. Venter meus eſt inſtar vaſis, quod continet vinum novum, nec aperitur, & inſtar utrium novorum dirumpitur.* Animus, nimirum, cogitationibus variis & multiplicibus æſtuans, eas proferre cupiebat. Quòd ſi quis קדים velit *orientalem ventum* interpretari, poſſit eâ voce intelligere Orientalium nonnullorum Philoſophiam inanem, cui addictum fuiſſe Jobum hic Eliphazus ei exprobret.

3. *Ut diſceptet verbis, quæ non proſunt*] הוכח בדבר לא יסכון hochеahh bdabar lo jiſchon, *diſceptat verbo* (quod) *non prodeſt*. LXX. Intt. *ἐλέγχων ἐν ῥήμασιν οἷς οὐ δεῖ.* Vulgatus minus rectè : *arguis verbis eum, qui non eſt æqualis tibi.* Ante הוכח omiſſum eſt ל, aut etiam ב, *ut diſceptet verbis*, aut *in diſceptando verbis.*

Et ſermonibus, quibus nihil proficiet] ומלים לא יועיל בם ommilim lo johil bam. Rectè LXX. *ἐν λόγοις, οἷς οὐδὲν ὄφελος.* Incommodè *Hieronymus*, ſecundâ perſonâ : *& loqueris quod tibi non expedit* ; cum nullum ſit in Hebraicis ſecundæ perſonæ veſtigium.

4. *Timorem*] Nempe, *Dei*, ut ſequentia verba oſtendunt. LXX. Intt. *οὐ γὰρ καὶ σὺ ἀπεσκοράκισω φόβον*; interrogationis notâ additâ. Vulgatus: *quantum in te eſt evacuaſti timorem.* Verba אף אתה *aph attah* vertenda, ſine dubio, *etiam tu*, vel *etiamne tu* ; eáque in particula eſt emphaſis, quâ ſignificat Eliphazus ſe mirari Jobum, qui ſemper religioſus haberi voluerat, ita loqui de Providentia Dei ; quaſi, animi gratiâ, miſeros homines, nullâ morum ratione habitâ, vexante ; quod ſi verum eſſet, nullus foret *timor Dei*, hoc eſt, nulla virtus, quæ nititur ſemper nonnullo metu Dei, de vitio pœnas ſumentis. De אף vide not. ad Geneſ. XVIII, 23. Sic Cæſar Bruto : *καὶ σὺ τέκνον*; *etiamne tu, fili?*

Minuis orationem] תגרע שיחה *thigrab ſchibhab*. Verbum גרע *garab*, ſine dubio minuere ſignificat, ut quævis Lexica docebunt, eáque ſignificatio optimè in hunc locum quadrat. Sequens vox שיחה preces hîc ſignat, propter additamentum *coram Deo* ; alioqui שיחה meditationem non minùs quàm *ſermonem*, ſignificat. Hinc Hieronymus : *abſtuliſti preces coram Deo.* Qui bonos & malos nullo diſcrimine haberi à Deo volunt, quò tendere videbatur oratio Jobi ; ii ſtudium orandi Deum magnopere minuunt. Nam ſi Deus negligit ita homines, ut Virtutis & Vitii nullam rationem habeat, non magis curat preces, quàm alia Religionis officia. Hæc omnia oſtendunt non cogitaſſe eos, qui in hoc libro diſceptant, de præmiis, aut pœnis alterius vitæ. Bene *Hieronymus*, *abſtuliſti preces coram Deo.* LXX. Intt. incommodè *συνετελέσω τὰ ῥήματα ταῦτα.*

5. *Nam os tuum oſtendit iniquitatem tuam*] כי יאלף עונך פיך *chi joalleph havonchu phicha*, quod Vulgatus ita cepit, quaſi פיך eſſet accuſativus : *docuit enim iniquitas tua os tuum* ; hoc eſt, conſentanea improbitati tuæ loqueris. Quæ ſententia non eſt abſurda, in ore Eliphazi. Neſcio cur hac paraphraſi uſi ſint LXX. Intt. *ἔνοχος εἶ ῥήμασι στόματός σου.* Malui rem ita intelligere, ut dicat Eliphazus verbis Jobi doceri eos, qui audiebant, quæ eſſet ejus iniquitas ; nec video cur יאלף *docet* non poſſit ſignificari *oſtendit*, nam oſtenduntur nobis quæcumque docemur.

tuum, non ego, & labia tua reſpondent contra te. 7. An priùs quàm homines genitus es, & ante colles es formatus? 8. An arcana Dei audiviſti, & ſapientiæ *ejus* particeps factus es? 9. Quid noſti, quod nos neſciamus? *quid* intelligis, quod non ſit apud nos *notum?* 10. Canus eſt & decrepitus, apud nos, qui grandior natu quàm pater tuus. 11. An ſunt infra te conſolationes Dei? an verbum, apud te, latet? 12. Quid

hæc tueri auſus eſt. 6. Non ego, ſed ipſa verba, quibus uſus es, faciunt ut vituperatione dignus ſis. 7. An ante alios a Deo creatus es, etiam antequam montes in terris eſſent? 8. An Deus te arcanorum ſuorum participem fecit? 9. Quid noſti, quod nos ignoremus? 10. Imo vero eſt inter nos, qui grandior eſſet natu patre tuo, ſi viveret. 11. An eximia ſolatia, apud te, vileſcunt? an quidquam arcani

mur. Sequentia etiam videntur hæc poſtulare.

Quamquam elegiſti] ותבחר *vethibhhor*. Τὸ ו interpretati ſumus *quamquam*, ex re ipſa. Ait enim Eliphazus Jobi iniquitatem ex ejus ſermonibus intelligi, quamvis *callidorum hominum* orationem imitaretur. Vide *Noldium* in Concordantiis, ad XLVI. particulæ ſignificationem, & Indicem noſtrum Hebraïcum in Pentateuchum. *Callidos* ערומים *haronmim*, vocant hîc LXX. Intt. δυνάστας, quaſi legiſſent עצומים *hatſommim*. *Hieronymus*, *blaſphemantium*, ex conjectura.

6. *Damnat te*] ירשיעך *jarſchibecha*, reum te facit.

7. *An priusquàm homines*] הראישון אדם *harischon adam*. E ſequente hemiſtichio liquet ראישון hîc eſſe non *primum*, ſed *priorem*, nam prius fuerunt colles quam homines, ultimum divinorum operum. Subaudiendum ergo ל, ante אדם, ut vertatur *quàm homines*. Interrogat Eliphazus, ut vehementiùs neget, éſtque perinde ac ſi diceret: non es natus diu ante omnes homines, ut ea ſcias, quæ ceteri omnes ignorant. LXX. Intt. habent: τί γὰρ μὴ πρῶτος ἄνθρωπος ἐγεννήθης; & Vulgatus: *numquid tu primus homo natus es?* Sed ut ita verteretur, oportuiſſet potius, more Hebraico, dictum: האדם הראישון *haadam harischon*. Chaldæus habet: הבקדמאי אדם בלא אבא ואמא אתילידתא *an enim priſco Adamo, ſine patre & matre, natus es?* Sed in Hebraïcis de ratione, quâ natus eſt Adamus, nihil eſt, nec quidquam hoc ad rem facit.

Ante colles es formatus] Eſt veluti gradatio, nam plus eſt *ante colles* formatum eſſe, quam ante Adamum, cum die tertio, quo mare in alveum redactum eſt, videantur à Deo ſublati colles & montes. Depreſſâ eâ parte telluris, quæ mare continet, adtolli debuerunt cetera; præterquàm quòd montes debuerant eſſe, in quos humor colligeretur; qui poſtea per terrarum devexa delatus fontes, flumina, & lacus formaret, ut arbores & quævis plantæ eſſe poſſent, animalibúsque excipiendis & alendis locus aptus eſſet. Qui natus fuiſſet antequàm hæc omnia fierent, vidiſſet quî creata eſſent, majorémque, quàm ceteri mortales, Divinæ Sapientiæ cognitionem haberet. Unde Sapientia Divina Proverb. VIII, 25. *Prius quàm montes eſſent defixi, ante colles, formata ſum:* לפני גבעות חוללתי, *liphne gbaboth bholalthi*; iiſdem verbis, quibus hîc utitur Eliphazus.

8. *An arcana Dei audiviſti?*] *An in arcano* בסוד *bſod audiviſti?*

Sapientiæ ejus particeps factus es] *Et minuta ad te* ותגרע אליך vethigrah elecha, *ſapientia*; hoc eſt, niſi fallor, partem ſapientiæ divinæ accepiſti; non quòd minuatur Sapientia Divina, aut minui poſſit, dum homines ſapientes facit; ſed metaphorâ è rebus corporeis ductâ ſic loquebantur Hebræi, ut dicimus *à Deo homines factos eſſe participes ſapientiæ*; non quòd in partes ſapientiam dividi putemus, ſed quia ſpiritualia, loquendi generibus, è corporibus deſumtis, exprimere ſolemus, cùm alia verba nobis non ſuppetant. LXX. Intt. εἰς δὲ σὲ ἀφίκετο σοφία, melius quàm *Hieronymus* qui vertit: *& inferior te erit ejus ſapientia.*

9. *Quod nos neſciamus*] *Et neſcimus.*

Quod non ſit apud nos notum] *Et non nobiſcum iſtud.*

10. *Canus eſt & decrepitus* &c.] *Etiam,* גם gam, *canus*, *etiam*, גם gam, *decrepitus*, ישיש *jaſchiſch*, à qua voce nomen traxit *Iſis*, quod interpretabantur Ægyptii, παλαιὰν *antiquam*, ut teſtatur *Diodorus* Bibl. Lib. I. p. 11. τεθειμένης τῆς προσηγορίας ἀπὸ τῆς ἀϊδίου καὶ παλαιᾶς γενέσεως, *impoſito nomine ab æterna & antiqua generatione*. Sic ſumitur hîc ישיש *jaſchiſch* pro grandævo & decrepito ſene, ut & 2. Par. XXXVI, 17. Hinc παλαιὸς habent LXX. Intt. aut certè *Theodotion*, & *Hieronymus*, *antiqui*.

Grandior natu, quàm pater tuus] כביר מאביך ימים *chabbir meabicha jamim*, major patre tuo diebus. Quæ vox Arabibus præſertim uſitata frequens eſt in hoc libro, quamvis & alibi occurrat. LXX. Intt. βαρύτερος τοῦ πατρός σου ἡμέραις, quaſi legiſſent בכר *chabed*, gravis; nec ſcio cur Vulgatus verterit: *vetuſtiores, quàm patres tui*, cum non legatur hîc כאבותך meabbothecha, *quam patres tui*, ſed numero ſingulari. Nec ſanè potuerunt vivere ſenes grandiores natu, majoribus Jobi.

11. *An ſunt infra te*] המעט ממך *hamehat mimmecha*, an minus eſt, quàm tu? hoc eſt, infra ſapientiam tuam.

Conſolationes Dei] Adloquia, quibus eum ſolari conabantur amici, quæ, more Hebræis recepto, *conſolationes Dei* dicuntur quaſi egregiæ. Vide ad Gen. X, 9.

An verbum apud te lates] ודבר לאט עמך *vedabar laat bimmecha*. Significari videtur revelatio divina, ita ut Eliphazus à Jobo quærat, num quid ei à Deo revelatum eſſet, quod Jobus aliis occultaret. *Verbum Dei* pro revelatione Prophetica ſumitur 1. Sam. III, 1. & ſæpe apud Prophetas. Hîc neutrum eſt hoc verbum, alibi activum, ut 2. Sam. XIX, 4. Ex hoc verbo, mutatis gutturalibus א & ה factum להטים *labatim*, quod ſignificat occultas Magorum artes Exod. VII, 11. Nec tamen ad talia hîc reſpici crediderim, ſed ad revelationem

tion-

[12]. Quid abripit te cor tuum? quid innuunt oculi tui? [13]. Nam Deo reſpondit animus tuus, & verba ore tuo protuliſti

[14]. Quid homo eſt, ut ſit mundus; & natus è muliere, ut innocens habeatur? [15]. En ſanctis ſuis non credit, nec apud eum mundi ſunt cœli. [16]. Quantò minùs abominandus & fœtens, vir bibens iniquitatem, inſtar aquæ?

[17]. In-

arcani noſtri, quod alios fugat? 12. Quid tibi tantam ſuperbiam creavit? Quid ſibi volunt oculi, qui nos deſpici à te oſtendere videntur? 13. Deo enim obloqui, verbis tuis, viſus es.

14. Quis vero inter homines Deo ipſi innocens videri poteſt? 15. Ne ſanctiſſimis quidem Angelis, qui cœli ipſius ſunt incolæ, credere per omnia poteſt. 16. Quanto minus homo vitiis contaminatus & addictus ei probabitur?

17. Tu

nondum patefactam. Cùm hæc minimè obſcura ſint, mirum eſt legi hîc apud LXX. Intt. ὀλίγα ὧν ἡμάρτηκας μεμαστίγωσαι, μεγάλως, ὑπερβαλλόντως λελάληκας. Unum dumtaxat, aut alterum eſt verbum in Hebraicis, quod aliquo modo hiſce reſpondeat; neque hæc quidquam ad rem faciunt. *Hieronymus* non multò meliùs ſe geſſit, in interpretatione hujus loci: *numquid grande eſt, ut conſoletur te Deus? ſed verba tua prava hoc prohibent.* Senſum, quem non adſequebantur, finxerunt, neglectis verbis, ut paſſim alibi.

12. *Quid abripit te cor tuum?*] מה יקחך לבך *quid cepit te cor tuum?* Quò, aut cur adfectu raperis? Sic Proverb. VI, 25. de meretrice: *ne te rapiat* תקחך *thikkabbecha, palpebris ſuis*; hoc eſt, ne vel ſolo conſpectu te rapiat, ita ut tui compos ampliùs non ſis. *Symmachus* & *Theodotion* habent ἐπῆρέ σε. *Cor* verò, quod ſedes eſt potiſſimorum motuum, quos adfectus in nobis creant, pro adfectibus ipſis ſumitur. Sic & θυμὸς paſſim apud *Homerum*, qui & κραδίην vocat, ut Odyſſ. Υ, 17.

Στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ,
Τέτλαθι δὴ κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

Pectore autem percuſſo, animum, (aut cor) increpuit hoc verbo. Perfer utique, anime, nam deterius aliud aliquando tuliſti. Latinis frequens eſt, *rapi* adfectibus.

Quid innuunt oculi tui?] מה ירזמון עיניך *mah jirzemoun benecha.* Verbum hoc, apud Chaldæos & Syros, eſt *innuere* oculis, aut geſtibus. Dum Amicorum inanes caſtigationes audiret Jobus, oculis interdum ſignificabat, non minùs quàm voce, vehementer ſibi eas diſplicere. Non ſatis hunc verſum adſequuti ſunt LXX. Intt. qui ſic verterunt: τί ἐτόλμησεν ἡ καρδία σου, ἢ τί ἐπήνεγκαν οἱ ὀφθαλμοί σου; nec *Hieronymus*, qui habet: *quid te elevat cor tuum & quaſi magna cogitans attonitos habeas oculos.*

13. *Nam Deo reſpondit animus tuus*] *Spiritus tuus.* Apud animum ſuum meditatus fuerat Jobus, quid Deo dicere poſſet, ſi in conſpectum ejus admitteretur; quâ ratione jam Deo animo reſponderat, etiam antequàm quæ cogitarat protuliſſet. Hæc ſunt veluti præparatio, ad Deum inducendum cum Jobo colloquentem.

Verba ore tuo &c.] Non tantum cogitaverat, ſed & animi ſenſa protulerat. Eſt hîc & in aliis locis hujus libri מלין *milin*, Chaldaicâ inflexione. Jobus, nimirum, ad Euphratem in Huſitide habitavit, ubi lingua Chaldaica, aut Chaldaicæ adfinis obtinebat; niſi hæc Scriptori ipſi in Chaldæa viventi, ut nonnullis videtur, ſint tribuenda. LXX. Intt. hunc verſum ſic verterunt: ὅτι θυμὸν ἔρρηξας ἐναντίον τοῦ Κυρίου, pro eo quod eſt, *Deo reſpondit animus tuus.* Hieronymus: *quid tumet contra Deum ſpiritus tuus, ut proferas de ore tuo ejuſmodi ſermones?* Quæ omnia à verbis Hebraicis, ſine neceſſitate, nimis abeunt.

14. *Quid homo eſt, ut ſit mundus*] Hîc eſt מה אנוש *mah enoſch*, quæ vox propriè hominem infirmum ſignificat & ærumnoſum, à radice אנש *ægrotavit*, calamitoſus fuit. Sic & Latini *mortales ægros* vocant. Ejuſmodi hominem; hoc eſt, quemvis *mundum* negat Eliphazus, quia debilitatem naturæ humanæ ſequitur peccatum, eâ certè ætate, quâ quivis peccare poteſt. LXX. Intt. τίς γὰρ ὢν βροτὸς, ὅτι ἔσται ἄμεμπτος; Vulgatus: *quid eſt homo, ut immaculatus ſit.* Quod non poteſt negare Jobus, verum hoc non agebatur, ſed, an Jobus ſingularibus quibuſdam flagitiis, quorum alii erant immunes, ſibi calamitates, quas paſſus erat, peperiſſet; quod verè negabat.

Et natus è muliere, ut innocens ſit] כי יצדק ילוד אשה *chi jitsdak jelond iſchah*; ordo poſtulabat ut inverterentur verba.

15. *En Sanctis ſuis non credit*] הן בקדשיו לא יאמין *en bkodſchau lo jaamin.* LXX. Intt. εἰ κατὰ ἁγίων οὐ πιστεύει, incommodè. *Hieronymus* verò: *ecce inter ſanctos ejus nemo immutabilis. Sanctos* autem vocat Eliphazus Angelos, unde Chaldæus: לא יהמין הא בקדישי עלאי, *ecce Sanctis ſuperioribus non credit* Hæc ſunt hyperbolica, ut diximus ad Cap. IV, 18. ubi ſimilia occurrunt. Senſus eſt: tantùm abeſt, ut homines innocentes habeat, ut ne Angelis quidem ipſis fidat, ut ſequentia oſtendunt.

Nec apud eum mundi ſunt cœli] *Cœli non ſunt mundi in oculis ejus.* Pro *cœlis* habet Chaldæus אנגלי מרומא *angele mroma*, *Angeli ſuperiores.* Non ſunt mundi, ſi comparentur cum Deo, cujus ſanctitas ſuâ naturâ eſt immutabilis, atque omnibus numeris abſoluta. Quò reſpexit ſuperioribus verbis *Hieronymus*, qui ita vertit, quaſi eſſet: אין נאמן en neeman, *nullus ſtabilis*, ac proinde immutabilis. Sequutus eſt *Symmachum*, qui habebat: ἰδὲ ἐν ἁγίοις αὐτοῦ οὐδεὶς ἄτρεπτος, ὡς ἱερεὺς ἄσπιλος, πόσῳ μᾶλλον ἄνθρωπος &c.

16. *Quanto minùs*] אף כי *aph chi*, quod vertendum *quanto magis*, ubi præceſſit adfirmans enunciatio; & *quanto minùs*, cùm interceſſit negatio, ut hîc. Quod non ſatis diſtinxit *Noldius* in Concordantiis. *Hieronymus* hîc habet: *quantò magis.* LXX. Intt. ἔα, *ſine*, quod idem ſignificare videtur, ut habet *Polychronius* in Catena.

Abominandus & fœtens] נתעב ונאלח *nithbab* verſe-

17. Indicabo tibi, audi me, & hoc, *quod* vidi, narrabo; 18. quod ſapientes
nunciarunt, & à parentibus *acceptum* minimè celarunt, 19. quibus ſolis data terra
fuerat, ita ut per eos nemo tranſiret peregrinus. 20 Improbus, per omnes dies,
ſemet ipſe excruciat, numerúsque annorum homini violento eſt occultus. 21. Soni-
tus timorem incutiens eſt in auribus ejus, pace prædo in eum venit. 22. Non putat
ſe

17. Tu verò aurem præbe mihi, & tibi quod vidi narrabo; 18. quodque viri ſapientes mihi indicarunt, & à parentibus edocti nequaquam natu minores celarunt, 19. viri, qui primi omnium Arabiam incoluerunt; antequam ulla alia gens eis miſceretur. 20. Improbus, per totam vitam ſui ipſius tortor eſt, nec confidere poteſt ſe a nemine eorum, quos malè habuit, occiſum iri. 21. Vel minimus ſonitus, in vicinia, auditus eum terret; quippe qui, etiam in pace, prædones timet. 22. Si noctu eum iter

veneelahh. Sic Pſ. XIV, 3. נאלחו *neelahhou*, ſorduerunt, de hominibus depravatis.

Bibens iniquitatem] Non magis religioni ducit peccare, quàm bibere aquam. Vide Cap. XXXIV, 7. Hæc tamen non ſunt usque adeò urgenda, ut omnem religionem, omnéſque conſcientiæ morſus periiſſe è rebus humanis credidiſſe cenſeatur Eliphazus; talem enim ſe, aut alios Jobi amicos, qui aderant, & ceteros omnes non putabat; nec, ſi credidiſſet, gravis erroris immunis fuiſſet. Hæc ergo, ut innumera alia, in hoc libro, ſunt hyperbolica; eiſque ὑπερβολῇ figura, quâ maximè ornantur Orientales Scriptores.

18. *A parentibus acceptum minimè celarunt*] ולא כחדו מאבותם *velo chihhadou meabotham.* LXX. Int. οὐκ ἔκρυψαν πατέρες αὐτῶν, quod perinde fermè eſt; nam quod accepimus à Majoribus, id Majores nos minimè celarunt. *Hieronymus* incommodè, *& non abſcondunt patres ſuos*, quamvis hanc ſententiam Hebraica verba admittant. Sed res ipſa oſtendit ſubaudiendum *acceptum*, aut ſimile quid; quaſi eſſet כי לקחו *chi lakahhou*, accepiſſe ſe. Sic Chaldæus: ממסורתא *è traditione patrum ſuorum.* *Symmachus* verterat: οὐκ ἠρνήσαντο ἀπὸ τῶν πατέρων αὐτῶν, nempe, acceptum.

19. *Quibus ſolis data terra fuerat*] להם לבדם *iis ſolis.* Cùm Jobus & amici ſtatuantur eſſe Arabes, intelligenda eſt Arabia, quæ reverà initio à ſolis indigenis colebatur, Joktanis poſteris; quibus nonniſi ſeriùs admiſſi ſunt Iſmaëlis nepotes, & Keturæ ex Abrahamo nati. Vide adnotata ad Gen. X, 26. & ſeq. & XXV, 12. & ſeqq. Hoc autem memorat, ut videtur, Eliphazus, ut oſtendat ſe non peregrinam doctrinam, ſeu aliunde invectam prolaturum; ſed quæ primis Arabiæ conditoribus debebatur, & fortè etiam Semo, à quo erant orti, Gen. X, 22. Populi plerique omnes Majorum ſuorum placita omnibus aliis prætulerunt, quamvis ſæpius immeritò. Sic *Symmachus* Chriſtianis opponebat veteres Romanos, quorum auctoritatem meritò elevarunt *Ambroſius* & *Prudentius*, qui eum confutarunt.

Ita ut per eos nemo tranſiret peregrinus] לא עבר זר בתוכם *non tranſiit peregrinus in medio eorum.* Quod verum eſt de primis Arabiæ coloniis, & fortè etiam de poſterioribus; nam pauci aut nulli, iis temporibus, per ſiticuloſas & avias ſolitudines iter faciebant. Commercia ſeriùs inſtituta videntur. Vide *Ed. Pocockium* ad librum *Abul-Faragii* de Origine & moribus Arabum.

20. *Improbus, per omnes dies*, &c.] *Omnibus diebus improbi, excruciat ſe*, הוא מתחולל *hou mithhholel.* Vide Eſther IV, 4. Vult Eliphazus malos homines, pravis conſiliis & factis, ſibi ipſos calamitates creare, quibuscum per totam vitam colluctantur. Quam antiquam Joktanidarum doctrinam eſſe vult, nec omnino falſam eſſe dicere poſſumus. Verum eſt enim malos ſibi, ſuâ nequitiâ, multas ærumnas conſciſcere, ſive ab aliis acceptas, quos læſerunt; ſive à conſcientiæ morſibus; qui non patiuntur eos tranquillo animo eſſe. Sed non hinc ſequitur omnes ærumnoſos eadem culpâ teneri, cum innocentes etiam interdum in graviſſimas calamitates incidant, ut verè contendebat Jobus.

Numerúsque annorum homini violento eſt occultus] Hoc eſt, homini violento ignotum eſſe, quamdiu vitam producturus ſit, non tantùm propter humanæ naturæ infirmitatem; ſed etiam quòd, cum multis vitam eripuerit, eſt cur ſibi ſimilia ab aliis timeat. *Violentum* vertimus עריץ *harits*, qui propriè eſt timendus, terribilis, quòd terreat alios vi, quam multis infert. LXX. Intt. πᾶς ὁ βίος ἀσεβοῦς ἐν φροντίδι, ἔτη δὲ ἀριθμητὰ δεδομένα δυνάστῃ. *Aquila* habebat ἐν ὀδύνῃ *in dolore*, quod eodem redit. Sed *Symmachus* verterat ἀλαζονεύεται, unde & *Hieronymus*, qui ſæpe eum ſequitur, *ſuperbit.* Nempe, pro מתחולל *mithhholel*, legerunt מתהלל *mithhallel*, quod eſt *gloriatus eſt*, ut obſervavit *Lud. Cappellus.* Sed multò commodior eſt prior lectio. *Annos numeratos datos dynaſtæ* minus rectè habent LXX. Int. cum contrà ſe res habeat, ut oſtendimus. *Symmachus* & *Theodotion* rectiùs habebant ἀριθμὸς ἐτῶν κεκρυμμένος ἰσχυρῷ, unde *Hieronymus*: *& numerus annorum incertus eſt tyrannidis ejus.* Sed עריץ potius eſt *tyrannus*, quàm *tyrannis*, quæ deberet dici מערצה *maharatſah*, ſi adjuncti voce eſſet vocanda.

21. *Sonitus timorem incutiens*] קל פחדים kol phahhadim, *ſonitus*, aut *vox terrorum.* Sonitus, nempe, advenientium armatorum; qui eum habeant, quemadmodum ipſe alios habuit.

Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent; ut dicebat Mimus, audiente Cæſare, quod narrat *Macrobius* Saturnal. Lib. II. c. 7 Vide *Joan. Gruterum* ad P. *Syri* verſum 431. & 435.

In pace prædo] בשלום שודד *biſchalom ſchoded.* Putat in pace cum vicinis, inſtare ſibi ab iis qui prædas ex agro ſuo agant. Numquam eſt ſecurus, quia ſcelerum ſibi ſuorum conſcius omnes ſui ſimiles eſſe putat. LXX. Intt. contrà: ὅταν δοκῇ ἤδη εἰρηνεύειν, ἥξει αὐτοῦ ἡ καταστροφή. Vulgatus: *& cùm pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur.* Hæc à verbis nimis abeunt, ſed Chaldæus

ſe reverſurum *incolumem* è tenebris, ſed ſe obſervari ut gladio *cædatur*. 23. Vagatur propter cibum, *quærens* ubi *ſit*; novit paratum, manu ſuâ, ſibi eſſe diem tenebrarum. 24. Terrebunt eum res anguſtæ & difficiles, cóque ſuperiores erunt, ut rex paratus ad aciem, 25. quia extendit contra Deum manum ſuam, & ſe ſe contra Omnipotentem obſirmavit. 26. Currit contra illum, *pronâ* cervice, per denſos umbones

iter facere contingat, vix incolumem ſe rediturum domum ſperat. 23. Cibi quærendi causâ vagatur, neſcit ubi eum nanciſci poſſit; novit enim ſic meritum eſſe de vicinis, ut inſidias ſibi ſtrui ab illis ſuſpicetur. 24. Terretur rebus anguſtis & impeditis, quæ videntur aciem in eum inſtruere, nec iis par eſſe poterit; 25. quia Deo adverſatus eſt, ac contra eum animum obſirmavit. 26. Concitato curſu in eum, & veluti per denſos umbones delatus eſt, 27. quod

dæus magis ab iis receſſit: *Vox timorum in auribus ejus, quando habitabunt juſti in pace, in vita æterna, vaſtitas veniet ei.* Nos adquieſcimus in ſenſu nativo & grammatico vocum, qui optimus eſt.

22. *Non putat ſe reverſurum* &c.] Si exeundum ei ſit domo, nocturno tempore, aut ſi domum per tenebras redeundum, timet ne ſibi ſint poſitæ inſidiæ, quibus reditus ſibi intercludatur.

Sed ſe obſervari, ut gladio cædatur] וצפו הוא אלי חרב *vetſaphou hou ele hhereb*, obſervarunt ille ad gladium. Quæ verba ſunt obſcura. LXX. Intt. συντέτακται γὰρ ἤδη εἰς χεῖρας σιδήρου, quaſi pro צפו *tſaphou*, legiſſent צפוי *tſaphoui*, hoc eſt, *deſignatus ad ferrum*. *Symmachus* προεσκοπεῖτο τὸ εἰς μάχαιραν. Vulgatus: *circumſpectans undique gladium*. צופה tſopheh Chaldæus: *paratus eſt iis qui occidunt gladio*, unde liquet etiam eum legiſſe, aut legendum cenſuiſſe צפוי *tſaphoui*, hoc eſt, qui circumſpicitur ad gladium, vel ad cædem obſervatur. Cum ergo verbotenus vertere non poſſemus, ſenſu ſervato, quàm proximè ad verba acceſſimus. Nimis ab iis receſſit Chaldæus, qui habet: *paratus eſt iis, qui occidunt gladio*: לקטלין בחרבא הוא (ἕτοιμος) איטמום *Lud. de Dieu* contendit צפו non eſſe pro participio צפוי *tſaphoui*, ſed eſſe perſonam tertiam præteriti, ante quam ſubauditur צופים *obſervantes*, more Hebræo, quo nominativus ſæpe omittitur, vertitque: *ſi adtendant, ſe jam eſſe gladio*. Senſus eſt idem, ſed durior eſt ſtructura; nec mirum videri debet excidiſſe litterulam י è voce צפו.

23. *Vagatur propter cibum*] נדד הוא ללחם noded hou lallehhem, *vagatur ille ad panem*; hoc eſt, cibum quærendum. Sequitur איה ajah, *ubi*; hoc eſt, quærens ubi ſit. Mali quærunt unde ſe ſe ſuſtentent, & undequaque rapiunt. LXX. Intt. mirè verterunt: κατατέτακται δὲ εἰς σῖτα γυψίν. Vulgatus: *cùm ſe moverit ad quærendum panem*.

Novit paratum eſſe &c.] Novit ea ſe feciſſe, vel manu ſuâ perpetraſſe, propter quæ incidet in tempus, quo cum rebus adverſis conflictabitur; nam חשך *tenebræ* frequenter pro rebus adverſis ſumuntur. Vide 2. Sam. XXII, 29. Pſ. CXII, 4. LXX. Intt. οἶδε δὲ ἐν αὐτῷ ὅτι μένει εἰς πτῶμα, ἡμέρα δὲ αὐτὸν σκοτεινὴ. Vulgatus melius: *novit quod paratus ſit, in manu ejus, tenebrarum dies*.

24. *Res anguſtæ & difficiles*] צר ומצוקה *tſar oumetſoukah*, anguſtia & coarctatio, quæ magnas anguſtias ſignificant.

Eóque ſuperiores erunt] תתקפהו *tthithkephehou*, cum vincet. Vide Eccleſ. IV, 12. LXX. Intt. ἀνάγκη δὲ καὶ θλῖψις αὐτὸν καθέξει. Vulgatus: *terrebit eum tribulatio & anguſtia vallabit eum*. Chaldæus: מחזרין *cingentes*. Omnia ex conjectura.

Ut Rex paratus ad aciem &c.] כמלך עתיד לכידור *chmelech bathid laccbidor*. Nihil habent obſcuri prima & ſecunda vox, ſed quæritur quid ſit כידור *chidor*. LXX. Intt. ὥσπερ στρατηγὸς πρωτοστάτης πίπτων, quæ quomodo conveniant cum Hebræis non intelligo. Vulgatus: *ſicut Regem qui præparatur ad prælium*. Quidni *rex*? & unde conſtat eâ voce *prælium* ſignificari? Chaldæus: *qui ſtat ut circumdetur legionibus*. Voluut hanc vocem viri docti aut eamdem, aut valde adfinem voci כדור *chaddour*, quam Eſaiæ XXII, 18. & XXIX, 3. *pilam*, vel *aciem rotundam* interpretantur. Sed graves ſunt rationes, de quibus agam ad Eſaiam, quæ mihi perſuadent כדור *chaddour* eſſe pro כהדור *chehaddour*, inſtar pilæ, quæ vocetur דור *dour*. Quod de כידור *chidor*, aut לכידור dici non poteſt. Itaque hanc vocem monadicam malui *aciem* explicare, dum melius quiddam occurrat. *H. Grotius* & *Lud. Cappellus* ex Arabiſmo *tumultum* interpretantur. Si eſſet hîc ſcriptum לדור *ledour*, aut *laddour*, verterem *in orbem*, quaſi ageretur de Rege, qui coronâ cinxiſſet urbem, aut aciem in orbem contractam undequaque adgrederetur. Sed in voce, quæ uno loco occurrit, præſtat multò ἐπέχειν. Optandum hîc fuiſſet à Veteribus, qui ſæpe *Aquilam & Symmachum*. ubi omnia clara ſunt, laudant, nobis dictum quî hanc vocem vertiſſent. Sed boni viri neſcierunt theſauris ſuis uti, quorum jacturam nunc fruſtra deflemus.

25. *Extendit contra Deum manum ſuam*] נטה אל אל ידו *natah el El jado*, ubi præpoſitio אל *el*, ad, eſt pro על *hal*, contrà, ut & in ſequentibus verbis. Agit enim Eliphazus de homine ſcelerato, qui non *extendit manum ad Deum*, ut eum oret; ſed qui eum, quoad licet, oppugnat, dum leges ejus conculcat. Rectè LXX. Intt. ὅτι ἦρεν χεῖρας ἐναντίον τοῦ Θεοῦ. Sic & optimi Scriptores Græci ἀνταίρειν χεῖρας dicunt, pro eo quod eſt *reſiſtere*, aut rebellare. Sic & Vulgatus: *tetendit adversùs Deum manum ſuam*.

Se contra Omnipotentem obſirmavit] ואל שדי יתגבר *veel ſchaddai jithgabber*, hoc eſt, obſirmavit animum, & veluti viriliter ſe geſſit. LXX. Intt. ἔναντι δὲ παντοκράτορος ἐτραχηλίασεν, *cervicoſum ſe præbuit*, quod eadem recidit. *Theodotion*, κατισχύσατο. Vulg. *contra Omnipotentem roboratus eſt*. Sed reciprocæ Conjugationis vis debuit potiùs exprimi.

26. *Currit contra illum*] Iterum אליו *elau*, ad eum, pro עליו *halau*, contra eum.

bones clipeorum ejus ; [27]. quia obtexit faciem ſuam adipe, & pinguedinem in lumbis contraxit. [28]. Habitat in urbibus excîſis, ædibúſque, *quas* ſibi non incolunt *domini*, & quæ ad acervos *lapidum conficiendos* paratæ ſunt. [29]. Non diteſcet, neque permanebunt ejus opes, neque per terram ſerpet ejus augmentum. [30]. Non recedet è *late-*

27. quòd frontem perfricuerit & ditior factus fuerit. 28. Ejuſcemodi homines incolunt urbium exciſarum rudera, in quibus erunt non domus, ſed rudera domuum. 29. At divites non fient, neque opes ſuas ad poſteros tranſmittent, neque eum ſequuta longe, lateque per certum terrarum tractum agros divident. 30. Non audebunt è latebris ſuis egredi,

Pronâ ſervice] בצואר *betſavvar*, in collo. Notum eſt *ſervicem duram*, aut *rigidam* eſſe in Scriptura pervicaciam, qua de re diximus ad Exod. XXXII, 9. Sed hìc ſupplevimus *pronâ*, quòd ſermo ſit de pugna, in qua milites irruunt in hoſtes *pronâ cervice*, ut melius clypeo caput tegant. Galli dicunt *tête baiſſée*, ut Græci dixerunt ἐπὶ κεφαλὴν βαδίζειν. LXX. Intt. verterunt ὕβρει, Vulgatus : *erecto collo*; minus commodè, quia milites in procurſatione caput potius inclinabant, ut id clypeo tegerent. Chaldæus: *in fortitudine*.

Per denſos umbones clypeorum ejus] בעבי גבי מגניו *bebabe gabbe maginnau*, per denſitates umbonum clypeorum ejus. עב *hab* eſt ſine dubio *denſitas*, & גב *gab* quidquid prominet, quod in clypeo vocatur *umbo*, qui propriè eſt, quod circa centrum clypei eminet; & ſic vocatur quidquid in plano exſtat; qua de re *Joſ. Scaliger* ad *Varronem*. Vult ergo Eliphazus ab improbo Deum æquè furioſè oppugnari factis ſuis, ac facit miles, qui pronâ cervice in denſos umbones, aciem vi perrupturus, vaderet. Interpretes rem non ſatis adtenderunt, cùm *ſuffixum* in voce מגניו *maginnau* ad impium retulerunt; nam deſcribitur improbus, quaſi in Dei ipſius aciem, deſperatâ audaciâ, irruens.

27. *Quia obtexit* &c.] כי כסה פניו בחלבו *chi chiſſah phanau bbhelbo*. Videtur indicare Eliphazus hominem ejuſmodi in deliciis vixiſſe & præter modum pinguem factum, & quidem è rapinis. Sic quoque malos pingues deſcribit Pſaltes Pſ. XVII, 10. LXXIII, 7.

Pinguedinem in lumbis contraxit] ויעש פימה עלי כסל *jahaſch phimah hale khaſel*, *fecit pinguedinem ſupra lumbos*. Vocem פימה videtur optimè expoſuiſſe *S. Bochartus* Hieroz. Part. I. Lib. II. c. 46. *pinguedinem*; cùm, apud Arabes, פים pingueſcere ſignificet. Idem ibidem probavit כסל *cheſel*, aut πληθυντικῶς כסלים *chſalim* eſſe *lumbos*. Hìc autem עשה eſt *adquirere*, &, adjuncto pinguedinis vocabulo, contrahere; ut Latini dicunt *facere corpus*. Adeant eum Lectores. LXX. Intt. aut *Theodotion*: ἐποίησε περιστόμιον ἐπὶ τῶν μηρίων, ubi quid ſit περιστόμιον, non eſt facile dictu. Suſpicarer ſcripſiſſe eos περιτόναιον, quæ eſt membrana, quæ totum inferiorem ventrem complectitur, ſed quid ſibi velit hìc ἐπὶ τῶν μηρίων, nemo divinarit. Multò melius verterat *Symmachus*: ἐπάχυνε πιμελὴν κατὰ ψόας, *incraſſavit arvinam juxta lumbos*. Hieronymus: *de lateribus ejus arvina dependet*.

28. *In urbibus exciſis*] בערים נכחדות *beharim nicchadoth*. Latrones videtur reſpicere, qui in antiquarum urbium ruderibus habitabant, quia loca frequentiora incolere non audebant.

Ædibuſque &c.] בתים לא ישבו למו *batthim lo jeſchebhu lamo*. Supplendum pronomen relativum אשר *quas*, & אדניהם *domini earum*, aut quid ſimile.

Ad acervos lapidum &c.] אשר התעתדו לגלים *aſcher ithhadedu legalim*, quæ paratæ ſunt ad acervos, nimirum, faciendos; hoc eſt, paratæ ad ruinam. Vulg. *quæ in cumulos ſunt redactæ*. LXX. Intt. mirè verterunt : ἃ δὲ ἐκεῖνοι ἡτοίμασαν, ἄλλοι ἀποίσονται.

29 *Neque permanebunt ejus divitiæ*] לא יקום חילו *lo jakim hhelo*, non ſtabit copia ejus. Non poterit vi partas divitias conſervare & ad poſteros tranſmittere; quia ejuſmodi latrones, quibus Arabia & Meſopotamia abundabant olim, ut hodie, tandem ab aliis ſpoliantur; ſive id publico conſilio & opibus, ſive vi privatâ fiat.

Neque per terram ſerpet earum augmentum] לא יטה לארץ מנלם *lo jatteh laarets minlam*, non extendetur per terram. Exſtat vox מנלה *minlah*, hìc tantum, ſed deducitur à נלה quod legitur Eſai. XXXIII, 1. ubi *abſolvere*, *conſummare* ſignificat. LXX. Intt. οὐ μὴ βάλῃ ἐπὶ γῆς σκιάν, *non mittat umbram per terram*, quaſi legiſſent צלם *tſillam*. Vulgatus, *radicem ſuam*. Chaldæus: מנהון minnehon, *ex illis*, quaſi eſſet ex מן *min* & למו *lamo*. *Lud. Cappellus*, in notis Criticis ad hunc locum, contendit in linguis Orientalibus numquam contingere, ut duæ litteræ ל & נ ſint proximè in themate aliquo conjunctæ; quam in rem profert etiam *Thomæ Erpenii* in Grammatica Arabica auctoritatem; & reverâ nulla eſt alia vox Hebraica, in cujus themate ל ſequatur נ. Arabica tamen, Syriaca & Æthiopica nonnulla proferri video ab *Edm. Caſtello*, in Lexico Heptaglotto. Nihilo ſecius *Cappellus* vult legi Eſai. XXXIII, 1. non כנלותך *chinlothcha*, ſed ככלותך *chechlothcha*, *cùm perfeceris*, à כלה *perfecit*, & hìc מכלם *michlam*, ſi retinere volumus *conſummationis* ſignificationem. Quòd ſi hoc minùs placeat, legendum conjicit מנלם *manlam* pro מן להם *man lahem*, ita ut מן *man* ſit pronomen Chaldaicum, pro Hebraico מה *mah*, & ſignificetur *quod eorum eſt*, negentúrque facultates eorum per terram diffundendæ. Sed hæc omnia ſunt contorta, præſtat longè fateri nobis non conſtare quid hac voce ſignificetur, niſi quòd ſenſus *augmentum*, vel *incrementum* aut divitiarum, aut poſterorum poſtulet. Eſt hìc ſuffixum pluralis numeri, cùm de malo viro, ſingulari numero, loquatur Eliphazus; quia non unus ſignificatur, ſed omnes mali intelliguntur. Latinè loquentes ſingulari uſi ſumus. LXX. Intt. verterunt σκιάν, Latinus *radices ſuas*, Chaldæus מנהון *minnehon* ex iis, quaſi legiſſet, aut legendum putaſſet מנהם *minnehem*; nempe, *ex iis* ortus. Poſſet hìc eſſe mendum, pro quo quid ſcribi poſſit non adſequimur.

30. *Non*

Google

è *latebris* tenebricoſis ; ſurculum ejus exſiccabit flamma, & ſicut ſpiritus oris illius recedet. 31. Ne errans credat mendacio, quia mendacium merces ejus erit. 32. Cùm nondum dies ejus erit, *vita ejus* explebitur, nec ramus ejus vireſcet. 33. Immaturè excutiet, ſicut vitis, omphacem ſuum; &, inſtar oleæ, florem ſuum abjiciet.

di, ſoboles ejus exſtinguetur, & quidem brevi tempore. 30. Manebit in antris tenebricoſis, ſoboles ejus abſumetur, atque inſtar ſpiritus oris evaneſcet. 31. Ne errans credat aliorum mendacio, nam mercedis loco nihil auferet, niſi mendacium. 32. Antequàm lux oriatur, vita ejus exſtinguetur, nec ampliùs virebit. 33. Ante tempus, prolem ſuam amit-

30. *Non recedet è latebris tenebricoſis*] מני חשך *minni bhoſchek*, è tenebris. In tenebricoſis latebris, ut ſunt ſpeluncæ, habitabit. Hîc plurimum generum calamitates commemorat Eliphazus, non quaſi omnes uni viro malo, aut uni latroni contingant; ſed quòd nunc hæc, nunc illa pluribus id genus hominibus immitteretur. *Latibula* latronum ſæpe memorantur in Pſalmis, ut Pſ. X, 8, 9. quæ loca ſic deſcribuntur Pſ. LXXIV, 20. *Plena ſunt loca tenebricoſa terræ* (מחשכי ארץ *mebhaſchache erets*) *habitaculis injuriæ*; hoc eſt, domiciliis latronum, in obſcuris vallibus, aut ſpeluncis habitantium.

Surculum ejus exſiccabit flamma] ינקתו תיבש שלהבת *jonaktho thejabbeſch ſchalhebeth*. *Surculus* poteſt dici poſteritas, quæ ſic peribit, ut perit ſurculus arboris urente vento, quales in Oriente frequentes, ambuſtus & exſiccatus. LXX. Intt. τὸ βλαστὸν αὐτοῦ μαράναι ἄνεμος. Vide & ad verſ. 32.

Et ſicut ſpiritus oris illius recedet] יסור ברוח פיו *jaſur brouabh phiw*, in ſpiritu oris ejus; tam celeriter peribit, quàm ſpiritus ore emittitur. ב poteſt hîc eſſe pro כ, ut in multis aliis locis, quæ vide apud *Noldium* ſignif. XXIX. hujus particulæ. LXX. Intt. ἐκπέσοι δὲ αὐτοῦ τὸ ἄνθος. Vulgatus propiùs ad verba Hebraica: *auferetur ſpiritus oris ejus*.

31. *Mendacio*] בשו *bſchav* pro בשוא, ut eſt in margine. Hac voce non minus ſignificari mendacium, quàm voce שקר *ſcheker*, oſtendimus ad Exod. XX, 7. LXX. Intt. μὴ πιστευέτω ὅτι ὑπομενεῖ, nempe, ad ſuperiora reſpicientes, in quibus amiſſurus poſteros dicitur homo malus. Monentem inducunt Eliphazum ne malus ejuſmodi mendacio credat; ſed hoc demum eſt gloſſema, loco ſacrorum verborum, proferre. Meliùs Vulgatus: *non credat fruſtra errore deceptus*.

Quia mendacium merces ejus erit] כי שוא תהיה תמורתו, *chi ſchav thihjeh thmouratho*. Propriè eſt *permutatio*, ſed merces, aut præmium ex eo quod permutatur pro opera præſtita, ut Græcè ἀμοιβή. Ait ergo Eliphazus, qui mendacio fidem habuerit, eum fidei ſuæ nullum præmium relaturum, niſi mendacium; hoc eſt, eventum contrarium ei, quem ſibi pollicitus erat. Sic Cap. XXVIII, 17. תמורה vocatur pretium ſapientiæ, ſeu præmium quod ſapientiam docenti debetur.

32. *Cùm nondum dies ejus erit*, vita ejus *conſummabitur*] בלא יומו תמלא *blo jomo thimmale*, in non die ſuo explebitur, vel morietur. Vulgatus: *antequàm dies ejus impleantur, peribit*. Quaſi eſſet בטרם יומו ימלא יאבד *bterem jomo jimmale jobed*, atque is ſanè videtur eſſe ſenſus. *Die non ſuo* idem eſt ac loquutio Latina: *ante diem*; non quòd ſit dies quidam mortis omnibus hominibus fixus; neque enim fieri poſſet, ut quiſquam moreretur ante *diem ſuum*, vel fato deſtinatum; ſed morte violentâ, abſque qua eſſet, diutius viveret. *Die ſuo* mori dicitur, qui longævâ vitâ exactâ interit, ſolutis longâ die corporis viribus. Itaque *die non ſuo* moritur, qui diutiùs, lege naturæ, vixiſſet, niſi vis externa acceſſiſſet. Contrà *morte ſuâ* moritur, qui nullâ vi externâ interit. *Suetonius* ult. Cap. vitæ Julii Cæſaris: *Percuſſorum autem ferè neque triennio quiſquam ſupervixit, neque ſuâ morte defunctus eſt*; ubi vide quæ habet *Iſ. Caſaubonus*. Alio ſenſu, milites Romani, edictâ in poſterum diem pugnâ, apud *Cornel. Severum*: *fuſi per herbam — hic meus eſt dixere dies*; hoc eſt, ultimus dies vitæ. Rem habet *Seneca* in Suaſoria II. LXX. Intt. mirè hîc verterunt: ἡ τομὴ αὐτοῦ πρὸ ὥρας φθαρήσεται.

Vita ejus explebitur] Quia תמלא *thimmale* eſt fœminini generis, nec quò referatur habet, (תמורה enim verſûs antecedentis, ut ſenſus oſtendit, non poteſt hîc ſubaudiri, aut repeti) ſupplevimus חיתו *hhaitho*, vita ejus; nam חיה non tantùm *rem viventem*, ſed & *vitam* ſignificat, ut liquet è Gen. XVIII, 10. תמלא autem hîc eſt *plena facta eſt*, aut impletum ei eſt vivendi tempus. Sic Gen. XXIX, 21, 27, 28. verbum hoc adhibetur, ubi de tempore *explendo* ſermo eſt.

Nec ramus ejus vireſcet] וכפתו לא רענה *vechippbatho lo rabanah*. LXX. Intt. ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ οὐ μὴ πυκάσῃ. Meliùs *Symmachus*, οὐκ εὐθαλήσει, *non florebit*. Hieronymus: *& manus ejus areſcet*, quaſi בפתו *chipphatho* idem eſſet ac כפו *chappho*. Sed multò meliùs hîc convenit ſignificatio *rami*, quam obtinuiſſe hanc vocem liquet ex Levit. XXIII, 40. Pater tamquam *truncus* ſpectatur, filii, & nepotes quaſi *rami*. Vide infra C. XVIII, 16. XXIX, 19. Sic nepos ille inſignis Iſaïs dicitur Eſai. XI, 1. *virga & ſurculus*.

33. *Immaturè excutiet* &c.] יחמוס *jabhmos*, hoc eſt, vi eripiet, vel detrahet. Idem malo vito continget ac viti, quæ vi venti, aut grandinis concuſſa, racemos ſuos immaturos dejiceret. Sic חמס ſumitur Thren. II, 6. LXX. Intt. τρυγηθείη δ' ὥσπερ ὄμφαξ πρὸ ὥρας. Vulgatus: *cædetur quaſi vinea, in primo flore, botrus ejus*. Hoc certum eſt ſignificari amiſſionem racemorum nondum maturorum, quâ imagine deſcribitur immatura liberorum mors. Videtur in hiſce adludere Eliphazus ad mortem immaturam & violentam liberorum Jobi.

Inſtar oleæ florem ſuum abjiciet] Antequàm olea prorſus formata ſit.

ſetis meo loco! Me adjungerem ſermonibus, *qui* contra vos *haberentur*, & in vos caput meum moverem. 5. Contenderem vehementer *contra* vos, ore meo, & motus labiorum meorum *vos* coërceret. 6. *Nunc verò* ſi loquar, non coërcetur dolor meus; ſi verò deſinam, an quidquam à me abit? 7. Nunc defatigaſti me, *ô Deus*, deſolaſti omnem cœtum meum. 8. Corrugaſti me, *res* eſt teſtis; ſurrexit in me macies mea, in faciem meam reſpondet. 9. Ira *inimici mei me* diſcerpſit, mihi adverſatur, frendet contra me dentibus ſuis, inimicus meus in me oculos intendit. 10. Aperuerunt

mea cum aliorum ſermonibus conjungerem, contra vos, & caput etiam jactarem. 5. Confirmarem vos, verbis meis, & metu etiam labiorum meorum vos coercerem. 6. Sed ſi loquutus fuero, non ſedabitur dolor meus; nec ſi tacuero, minuetur. 7. Nunc, poſtquam Deus me adflixit, cœtum amicorum meorum disjecit. 8. Me rugis, ô Deus, ante tempus opplevisti, quæ doloris mei ſigna ſunt; & macies mea ſatis oſtendit quantopere doleam. 9. Hoſtium meorum ira & iniquitas omnia abſtulere, in me dentibus ſuis frenduerunt, & me malignis oculis adſpexerunt. 10. In me, hiante ore, debac-

λόγοις. Conjecit etiam *Hieronymus*: *conſolarer & ego vos ſermonibus.* Multorum verborum non ſatis nota iis erat ſignificatio. Utinam *Aquilam* haberemus! Majori eſſet nobis uſui, quàm illis fuit.

In vos caput meum moverem] Uti vos nunc erga me facitis, oſtenderémque, nutatione capitis, me improbare quod diceretis. Vide Thren. II, 15.

5. *Contenderem vehementer contra vos*] אאמיצכם *aamitſchem*, quod vertimus perinde ac ſi eſſet אאמיץ עליכם *aamits halechem*, hoc eſt, vehementi oratione vos adgrederer. Sæpe על *adverſus* omittitur, ejúſque loco ſequitur accuſativus, aut pronomen, ut oſtendit *Chriſtian. Noldius*, de Ellipſi hujus particulæ in ſignificatione VII. אמץ eſt *vehementer agere*, quod bene oſtendit *Joan Coccejus*, in Lexico Hebraico. Alii rem, contrario modo, intelligunt, quaſi velit Jobus ſe, ſi illi eſſent ſuo loco, aliter ſe geſturum, quàm faciebant, & animos eorum confirmaturum. Verùm antecedentia verba eos falli oſtendunt. Quòd ſi quis velit ejusmodi cogitationem minimè laudandam Jobo tribui non poſſe, cui Deus poſtea egregium teſtimonium præbet; in animum revocet oportet, non omnia, quæ fecit & dixit Jobus, à Deo probari, ſed tantum id quod contenderat; Deum, nempe, interdum pati homines, nequaquam malos, in graviſſimas calamitates incidere. Alioqui multa occurrunt, quæ ignoſci quidem homini malis ſuis perturbato facilè poſſunt, ſed laudari non poſſunt.

Coërceret] יחשך *jahhſchok.* Quidam vertunt *coërceretur*, ſed legi oporteret יחשך *jehhaſchech* in Niphal, ut verſu 6. LXX. Intt. hunc verſum verterunt: εἴη δὲ ἰσχὺς ἐν τῷ στόματί μου, κίνησιν δὲ χειλέων οὐ φείσομαι. *Symmachus*: ἐπέῤῥωσα ἂν ὑμᾶς ἐν τῷ στόματί μου. Vulgatus: *roborarem vos ore meo & moverem labia mea, quaſi parcens vobis.* Verùm cum antecedentibus, ut dixi, hæc oratio non conſentit.

6. *Si loquar* &c.] Hoc eſt, loquárne, an ſileam, perinde eſt, neutro augetur, aut minuitur dolor meus.

7. *Nunc defatigaſti* &c.] Hæc eſt propria verborum poteſtas, è qua cùm aptus ſenſus naſcatur, non capio qui Veteres usque adeò receſſerint, ſi ea intellexerint LXX. Intt. νῦν δὲ κατάκοπόν με πεποίηκε μωρὸν σεσηπότα, καὶ ἐπελάβου μου. *Hieronymus*: *Nunc autem oppreſſit me dolor meus, & in nihilum redacti ſunt artus mei.* Quæ quibus fidiculis extorqueri Hebræo Scriptori poſſint non intelligo. Vertimus *defatigaſti*, quamvis ſit in tertia perſona: הלאני *heleani*, quia ſequitur mox ſecunda השמות *haſchimmotha*, deſolaſti. Hebræi משלים *moſchelim* perſonas mutant, prout libet, quod non patitur Lingua Latina.

Omnem cœtum meum] Vide ad Caput antecedens, verſ. 34. *Symmachus*: κατέδυσάς με ἀδιαλύτως ἐν ζύγῳ, quæ nihil ad rem.

8. *Corrugaſti me*] תקמטני *thikmeteni.* Vide C. XXII, 16. Frequentior eſt vox, apud Chaldæos & Syros.

Res eſt teſtis] Omiſſo nominativo, ſupplevimus *res*, eſt enim tantùm לעד היה lahed hajah, *eſt*, vel *fuit in teſtem.* Intelligenda *macies*, quæ ſequitur, ſed quæ ad anteriora commodè retrahi non poterat.

Surrexit in me &c.] Figuratè inducit maciem ſuam, quaſi teſtem morbi, quo laborabat, & quem diſſimulare non potuiſſet, ſi voluiſſet. LXX. Intt. εἰς μαρτύριον ἐγενήθη καὶ ἀνέστη ἐν ἐμοὶ τὸ ψεῦδός μου. *Symmachus*: καὶ ἀνέστη μοι καταψευδόμενος. Vulgatus: *rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me & ſuſcitatur falſiloquus.* כחשי *chahhaſchi* vertimus *macies mea*, non *mendacium meum*, quamvis hæc etiam ſit vocis ſignificatio; quia loco meliùs convenit prior ſignificatus, & reverâ verbum כחש perinde eſt ac *emaciatus eſt.*

9. *Ira inimici mei me diſcerpſit*] אפו טרף *appho taraph*, ira ejus diſcerpſit. Sed cùm non anteceſſerit nomen, ad quod referatur τὸ *ejus*, è ſequentibus ſupplevimus. Intelligit autem Jobus eos, à quibus raptæ erant omnes ipſius facultates.

Oculos intendit] ילטוש עיניו לי *jiltoſch henau li*, acuit mihi oculos ſuos. LXX. Intt. parum commodè verterunt, & multa de ſuo addiderunt: ὀργῇ χρησάμενος κατέβαλέ με, ἔβρυξεν ἐπ' ἐμὲ τοὺς ὀδόντας [βέλη πειρατῶν αὐτοῦ ἐπ' ἐμοὶ ἔπεσεν] ἀκῖσιν ὀφθαλμῶν ἐνήλατο. Uncinis clauſa ſunt Hebraicis addita, nec reliqua ſatis aptè iis reſpondent. *Symmachus*: οἱ ἐναντίοι μου ὀξύνουσι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἕκαστος εἰς ἐμέ. Vulgatus: *hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.* Meliùs vertiſſent *intentis oculis*, ut ſignificentur inſidiantes oculi, qui omnia, nocendi causâ, obſervant.

10. *Aperuerunt contra me* &c.] *Hiarunt contra*

runt contra me os ſuum, cum opprobrio maxillas meas percuſſerunt, ſimul contra me congregati ſunt. 11. Tradidit Deus me iniquo, & in manus improborum me conjecit. 12. Tranquillus eram, ſed me adtrivit; me, prehensâ cervice, disjecit, & ſibi in ſcopum ſtatuit. 13. Circumdant me jaculatores ejus, diffindit renes meos, nec parcit, fel meum in terram effundit 14. Perrumpit me *aliâ* ruptione, ſuper aliam; irruit in me, inſtar viri fortis. 15. Saccum conſui, cuti meæ impoſitum, & pulveri cornu meum immiſi. 16. Facies mea fœdata eſt præ fletu, & palpebris meis umbra mortiſera incumbit.

17. Nec

debacchati ſunt, genâsque meas alapis ceciderunt, omnique ratione me male habuerunt. 11. Deus in malorum manus me tradidit. 12. Cùm quietus viverem, me contrivit, veluti cervice meâ adreptâ, me disjecit & ſicuti ſcopum ſagittis ſuis confodendum propoſuit. 13. Me ſagittarii ejus cinxerunt, qui me prorſus perdiderunt, omnibus malis & calamitatibus oppreſſum. 14. Me veluti irruptione factâ, eaque multiplici, omnibus cladibus adfecit. 15. Me ſacco veſtivi, capitque cineribus adſperſi. 16 Vultus meus lacrimis, pulvere mixtis, deformis factus; oculisque meis nihil, præter tenebras, obverſa-

tra me (פערו עלי) *ore ſuo.* Hæc non adparent in LXX. Int. verſione. *Hieronymus: aperuerunt contra me ora ſua* Eſt hic בפיהם *bephihem*, ſed hæc vox conſtruitur cum eodem verbo ſine ב ... XXIX, 3.

Cum opprobrio maxillas meas percuſſerunt] בחרפה הכו לחיי *behherpha hiccohu lehhajai*, in opprobrio percuſſerunt malas meas; hoc eſt, non ſine opprobrio, colaphos mihi impegerunt. Vulgatus: *& exprobrantes percuſſerunt maxillam meam.* Crediderim huc pertinere verba, quæ proximè ſequuntur, adlata è LXX Intr. ὀξεῖ ἔπαισέ με ἐπὶ τὰ γόνατα. Sed forte legendum ἐπὶ τὸ γένειον, quod propiùs ad Hebraica accedit.

Congregati ſunt] יתמלאון *jithmalleoun*; hoc eſt, in plenum cœtum convenerunt. LXX. Intt. ὁμοθυμαδὸν δὲ κατέδραμον ἐπ' ἐμοί. Vulgatus: *ſatiati ſunt pœnis meis.* Maluimus capere de frequenti cœtu, qui impleverit locum ei excipiendo deſtinatum. Vide infra XL, 26.

11. *Me conjecit*] ירטני *jirteni*, quæ obſcura vox eſt, de qua egimus ad Num. XXII.32. LXX. Intt. ἔῤῥιψέ με. *Symmachus* ἐπέβαλέ με. Vulgatus: *me tradidit.* Hæc ſine dubio ſententia eſt loci, ut antecedentia verba oſtendunt, quamvis propria vocis ſignificatio ſat nota non ſit. Intelligit Jobus ſua omnia in hoſtium manus incidiſſe.

12. *Sed me adtrivit*] יפרפרני *jepharphereni*, Pihel à פור *rumpi.* LXX. Intt. διεσκέδασέ με. Vulgatus: *contritus ſum.*

Me prehenſâ cervice disjecit] ואחז בערפי ויפצפצני *veahaz behorphi vajjephatſephetseni*, & prehendit in cervice, & disjecit, Pihel à פוץ *ſpargere.* Omnia, nempe, Jobi bona à prædonibus direpta fuerant, qui diviſa huc illuc abſtulerant. LXX. Intt. λαβών με τῆς κόμης διέτιλε. Vulgatus: *tenuit cervicem meam, confregit me.*

Et ſibi in ſcopum ſtatuit] ויקימני לו למטרה *vaîekimeni lo lmattarah.* Hæc ad aliam metaphoram pertinent; ſed paſſim Hebræi figuratè ſcribentes diverſa miſcent, nec in una tranſlatione hærent. Hæc referenda ad ſcopum, quem arcu jaculantes ſibi ſtatuunt, & in quem omnes ſuas ſagittas emittunt; itáque intelligenda, ut velit Jobus, Deum in ſe unum omnes calamitates, quaſi tela, effudiſſe. Vide Cap. VII, 20. Thren. III, 12. LXX. Intt. rectè ὥσπερ σκοπόν, & Vulgatus, *quaſi in ſignum.*

13. *Jaculatores ejus*] רביו *rabbau.* Vide Jerem. L, 29. Verterunt LXX. Intt. λόγχαις, & Vulg. *lanceis ſuis.* Sed uſus Linguæ & antecedentia repugnant, *circumdare* enim dicuntur *jaculatores*, potius quam *jacula.* Vulgatus etiam יסבו *jaſobbou*, quod rectè LXX. ἐκύκλωσαν interpretati ſunt, malè *circumdedit.* Sed veteres Interpretes, nec Lexicis Hebraicis, è Scriptura, prout par erat, collectis, nec Grammaticis analogicis inſtructi fuerunt; ut oſtendimus in Quæſtionibus Hieronymianis, Quæſt. IV. & V.

Diffindit renes meos] יפלח כליותי *jephalleahh chiljothai.* LXX. Intt. βάλλοντες εἰς νεφροὺς μου. Vulgatus: *convulneravit lumbos meos.* Sic ἀκριβολογίαν paſſim negligunt. *Diffindit* autem Deus *renes*, per jaculatores, hoc eſt, per fulmina & latrones eum malè habuit, ventóque etiam domum, in qua liberi ejus epulabantur, proſtravit, ruinisque miſeros oppreſſit.

Fel meum in terram effundit] ישפך לארץ מררתי *jiſchpboch laarets mererathi.* LXX. Intt. ἐξέχεαν εἰς γῆν τὴν χολήν μου, perrupto, nempe, jecinore. *Hieronymus: effudit in terram viſcera mea*, quod ſciret jecur eſſe viſcus; ſed retinere propriam ſignificationem oportuit. Hiſce omnibus calamitatum ſuarum, quæ etiam Latinè *vulnera* dici queant, varietatem deſcribit Jobus.

Alia ruptione ſuper aliam] פרץ על פני פרץ *pherets hal pene perets*, ruptione ad faciem ruptionis; hoc eſt, vulnere alio ſupra aliud facto. LXX. Intt. πτῶμα ἐπὶ πτώματι. Vulgat. *vulnere ſuper vulnus.* Eſt metaphora à ruina muri perfracti ducta. Vide ad Cap. XXX, 14.

15. *Saccum conſui &c.*] Ut in luctu. *Thom. Gatakerus* Adverſ. Lib. II. c. 3. vult verbum תפרתי *thappharthi* verti non *conſui*, ſed *adplicui*, *aptavi*, aut *adfixi.* Sed LXX. Intt. habent ἔῤῥαψαν & Vulg. *conſui*, in quorum auctoritate adquieſcimus, ubi nihil eſt contrarium, quod certè ſit alicujus ponderis. Ipſum ndi.

Pulveri cornu meum immiſi] ועוללתי בעפר קרני *vehholalthi beheaphar karni*, feci ingredi in pulverem cornu meum. *Cornu*, ut omnibus notum, gloriam, apud Hebræos, ſignificat; *immittere* verò *in pulverem* eſt ei nuncium prorſus remittere. Pihel autem עולל expliĉuimus, è Syriaca & Chaldaica ſignificatione radicis עלל, pro eo quod eſt *advenit*, *ingreſſus eſt.*

Digitized by Google

[17]. Nec tamen *hæc facta ſunt*, quòd eſſet injuria manibus meis *commiſſa*. Oratio mea eſt *etiamnum* pura. [18]. *Si mentiar*, ô terra, ſanguinem meum ne tegas, neque clamori meo locus ſit. [19]. Ecce etiamnum teſtem meum in cœlo, & adſtipulatorem meum in ſublimibus locis.

[20]. Irriſores ſunt amici mei, idcóque ad Deum ſtillat oculus meus. [21]. Diſceptabit vir cum Deo & filius hominis cum amico; [22]. quia pauci anni venient & viam inibo, *per quam* non revertar.

verſatum eſt, 17. quamvis neminem injuriâ adfeciſſem, & Deum animo religioſo colerem. 18. O terra, ne excipito ſanguinem meum, ſi ab hoſtibus meis effundi eum contingat, ita ut inultus moriar! 19. Eſt etiamnum hodie in cœlo mihi teſtis eorum quæ facio; eſt arbiter eorum quæ dico, ex altiſſima ſua ſede. 20. O nunc irriſores & olim amici mei, Deum lacrimis meis mihi placare conor. 21. Diſceptare queam cum Deo & hominibus. 22. Brevi hæc paucorum annorum vita effluxerit, & viam, è qua non datur reditus, inivero.

eſt. Metaphora ducta eſt à Tauro, qui occiſus procumbit in humum, & alterum cornu in pulverem immittit. LXX. Int. de robore intellexerunt, cùm verterint: *σθένος μου ἐν γῇ ἐσβέσθη*, *vis mea in terra exſtincta eſt.* Hieronymus: *operui cinere carnem meam.* Verùm קרן *keren* non eſt caro, ſed cornu; nec cetera verba meliùs cum Hebraicis conſentiunt. Aptior ergo eſt interpretatio noſtra, quam illuſtrare queant hæc Acheloi verba, apud *Ovidium* Metamorph. Lib. IX, 81.

——— *tauro mutatus membra rebello.*
Induit ille (Hercules) *toris à dextra parte lacertos,*
Admiſſúmque trahens ſequitur, deprenſáque durâ
Cornua figit humo, méque altâ ſternit arenâ.

16. *Facies mea fœdata eſt*] פני חמרמרה *phanai hhomarmerou*, nam ה eſt pro ו; hoc eſt, propriè *lutulenta facta eſt*, quia cinere, ut reliquum caput fœdata, accedentibus lacrimis lutulenta viſa eſt. Ad hanc ſignificationem refertur חמר hhomer, *lutum.*

Palpebris meis &c.] *Et ſuper palpebris meis umbra mortis*, vel *obſcuritas* צלמות, de qua voce vide ad Cap. X, 21.

17. *Nec tamen hæc facta ſunt*] על לא חמס בכפי *hal lo hhamas bechappai*, propter non injuriam in manibus meis. Aliquid hîc fuit, Latinè loquenti, propterea ſupplendum.

Oratio mea etiamnum pura] תפלתי זכה *thephillathi zacehah.* Ejus preces ſunt puræ, quæ ab animo puro, hoc eſt, innocente, ſunt profectæ; malis enim motibus polluuntur. Vide 1. Tim. II, 8.

18. *Si mentiar*] Obſcurus locus, de quo in varias ſententias abeunt Interpretes, nec quidquam quaſi compertum dici poſſit. Viſum eſt hoc ſupplendum, quo Jobus terram innocentiæ ſuæ veluti teſtem vocat, ſibique imprecatur mortem, ſine ſepultura, ſi mentiatur.

Sanguinem meum ne tegas] *Tegere ſanguinem* propriè dicitur terra, cum ſanguinolentum cadaver ſepelitur; non tegere, cùm inſepultum jacet. Dura videtur eorum interpretatio, qui volunt *ſanguinem meum* דמי *dami* eſſe perinde ac ſanguinem aliorum, quem ego fudi. LXX. Int. habent contrà, *ἐπικαλύψῃς ἐφ' αἵματι τῆς σαρκός μου.*

Neque clamori meo locus ſit] Neque ullus cædem meam curet, injuriámque mihi illatam ulciſcatur. Neſcio quid ſibi voluerit *Hieronymus*, qui vertit: *neque inveniat in te locum latendi clamor meus.*

19. *Ecce etiamnum* &c.] Poſt terram ad teſtimonium de ſe dicendum citatam, quâ metaphoricè homines ſignificari videntur; Deum ipſum teſtem innocentiæ ſuæ invocat.

Adſtipulatorem] שהדי ſchohodi, *teſtem meum.* Vertimus *adſtipulatorem*, ad vitandam ejuſdem vocis repetitionem, quamvis non æquè commodè. Lingua Hebraica hîc Latinâ felicior non eſt, nam שהד eſt Chaldaïcum. LXX. Int. *συνίστωρ*, & Vulgatus: *conſcius.*

20. *Irriſores mei*] מליצי *mlitsai.* Quamvis plerumque ea vox *interpretes* ſignificet, *irriſores* tamen eſſe res ipſa oſtendit. לוץ *louts* eſt *irridere*, quem ſignificatum obtinet etiam in conjugatione *Hiphil*, cujus participium hîc poſſit eſſe, מליצים, *facientes ut irridear*, me ludibrio hominum exponentes, quaſi ſimulatorem virtutis. LXX. Int. *ἀφίκοιτό μου ἡ δέησις πρὸς κύριον.* Hieronymus: *verboſi amici mei.*

21. *Diſceptabit vir cum Deo* &c.] ויוכח לגבר *vejochahh lgeber.* LXX. Int. *εἴη δὲ ἔλεγχος ἀνδρὶ ἐναντίον Κυρίου.* Incommodiùs Vulgatus: *atque etiam ſic judicaretur vir cum Deo.* Senſus eſt: tam diſceptabitur viro cum Deo, quàm filio hominis cum amico; vel, tam admittetur diſceptatio hominis cum Deo, quàm hominis cum homine. Hæc eſt vis conjugationis paſſivæ הוכח *hochahh.*

22. *Pauci anni venient*] *Anni numeri.* Senſus eſt, fas eſſe hominem contra Deum innocentiam ſuam tueri; quia quacumque ratione ſe geſſerint homines, intra paucos annos eò ſe conferunt, *unde negant redire quemquam.* Quæ minimè ſapiunt reſurrectionis atque melioris vitæ fidem, quam Jobo concedunt multi.

CAPUT XVII. 1. SPIRITUS meus corruptus eſt, dies mei ſunt imminuti, ſepulcrum mihi *paratum eſt*; 2. *peream*, niſi ſunt irriſiones in me, in eorum exacerbationibus pernoctat oculus meus. 3. Conſtitue, quæſo, te ſponſorem meum apud te, nam quis in manu mea comploderet? 4. Animos eorum abſcondiſti eruditioni, propterea eos nun

PARAPHRASIS.

1. ANIMA mea fœtet, mors mea inſtat, ſepulcrum mihi paratum eſt. 2. Peream niſi me irrideant, & exacerbare conentur amici, dum inſomnes mihi ſunt noctes. 3. Eſto, ô Deus, ſponſor, apud te, probitatis meæ, quis enim pro me ſpondeat, quàm tu, cui probitas mea nota eſt? 4. Sunt enim amici quondam mei omni ſapientia, qua innocentiam meam agnoſcant, deſtituti, nec eos majore cognitione donabis. 5. Quisque eorum paratus

COMMENTARIUS In CAPUT XVII.

1. *Spiritus meus corruptus eſt*] רוחי חבלה *rouhhi hoabbelah*. LXX. Intt. ὀλέσομαι πνεύματι φερόμενος. Vulgatus: *Spiritus meus attenuabitur*. Sed conſtat, חבל *hhibbel* in *Pihel* eſſe *perdere*, *corrumpere*, & in *Puhal* חבל *hhubbal*, *perdi*, *corrumpi*. Vide Eſ. X, 27. Cum ſit vox רוח admodum ambigua, poſſitque hic ſignificare Mentem ratione præditam, aut Animam quæ præeſt Oeconomiæ Animali, aut Halitum, vel reſpirandi facultatem, quâ deficiente munia ſua obire, interit animal; nec aliunde nota ſit temporum Jobi, hiſce de rebus, ſententia, de qua non liceat, ex noſtris hodiernis placitis, judicium ferre; nihil ſupereſt, niſi ut fateamur hujus loci ſententiam nobis eſſe parum exploratam. Suſpicor ſignificare voluiſſe Jobum, animam ſuam, ſeu halitum, ex morbo fœtere, quod eſt in multis, præſertim ſi magnus ſit fœtor, ſignum mortis.

Sunt imminuti] נזעכו *nizhachou*, quod alii interpretantur exſtincti ſunt, ut hoc verbum ſignificet idem ac נדעך, *nidhach*, quod antea occurrit Cap. VI, 17.

Sepulcrum mihi paratum] קברים לי *ſepulcra mihi*. Supplendum videtur עתידים *hathidim*, parata aut ſimile quid. Nimis abierunt à verbis LXX. Intt. δέομαι δὲ ταφῆς καὶ οὐ τυγχάνω. Hieronymus: *ſolum mihi ſupereſt ſepulcrum*.

2. *Peream, niſi ſunt*] אם לא *im lo*, ſi non. Loquendi genus eſt apud Hebræos non infrequens, in quo latet jusjurandum; quod integrum eſſet: *ſic Deus mihi faciat & ſic addat*, *niſi* hoc ſit verum; aut *vivit Deus*, *ſi non* &c. Eſa. XIV, 24. ubi hæc leguntur verba: *juravit Jehova*, *Deus exercituum*, *his verbis*: *niſi* (אם לא) quemadmodum cogitavi *ſic fiet*; hoc eſt, non ſum vivus, niſi &c. Jerem. XXII, 6 *Sic dixit Jehova* ——— *niſi te reddidero deſertum*. Vide & Ezeck. III, 6. Latinè loquentes hîc ſupplevimus *peream*. Neſcio quid ſibi voluerint LXX. Intt. qui hîc habent: λιτανεύω κάμνων, καὶ τί ποιήσας; aut *Hieronymus*, qui vertit: *non peccavi*.

Irriſiones in me] החלים עמדי *hathalim himmadi*. Ab התל *illuſit*. עמדי verò ſæpe eſt *contra me*, *erga me*, ut docebit *Noldius* ad hanc particulam. LXX. Intt. καὶ τί ποιήσω; quaſi fuiſſet: מה אעשה quæ nimis diſtant ab iis, quæ legimus. *Hieronymus* omiſit, quod non intelligeret quid eſſent. *Symmachus* habebat: παραλελόγισμαι.

In eorum exacerbationibus] בהמרותם *bhammerotham*, in eorum amaroribus. Hieronymus: *in amaritudinibus*. At LXX. Intt. ἔκλεψαν δέ μου τὰ ὑπάρχοντα ἀλλότριοι, quæ nihil ad rem. Reſpicit, ut videtur, Jobus ad amaras amicorum caſtigationes.

Pernoctat oculus meus] תלן עיני *thalin heni*. Pernoctat in iis deflendis. Hieronymus: *moratur*. LXX. Intt. τίς ἐστιν οὗτος τῇ χειρί μου συνδεθήτω. Quæ quid huc faciant non intelligo. Si reverà ſic ſcripſerunt, intoleranda fuit licentia. Sed pertinent ad verſum ſequentem, quem tamen non exprimunt, ut par erat.

3. *Conſtitue, quæſo, te ſponſorem* &c.] שימה נא ערבני עמך *ſchimah na horbeni himmach*; pone, quæſo, ſponſor eſto meus tecum. Deum videtur adloqui Jobus, atque orare ut ſit, apud ſe, veluti ſponſor ſuus; ni oſtendat ſe innocentem eſſe. Nullius enim alius ſponſoris mentionem facit, nec alius eſſe poterat. Fretus ſuâ innocentiâ audet à Deo petere, ut ſit ſponſor innocentiæ ſuæ, quemadmodum antea vocavit eum *teſtem ſuum*, Cap. ſuperiore. Nec mirum videri debet, in oratione figurata, Deum orari, ut ſit ipſe, apud ſe, ſponſor innocentiæ hominis. Vide Pſ. CXIX, 122. & Eſaiæ XXXVIII, 14. LXX. Intt. hæc omiſerunt. Vulgatus habet: *libera me & pone me juxta te*.

Nam quis in manu mea comploderet?] מי הוא לידי יתקע *mi hou lejadi jethakkeah*, quis ille manui meæ complodet; nempe, ſuâ manu. Mos is fuit ſponſorum complodendi manu ſuâ manum ejus, apud quem ſpondebant, ut liquet ex Proverb. VI, 1. & ſeqq. *Fili mi, ſi ſpopondiſti in amici tui gratiam, & comploſiſti manus tuas peregrino* (apud quem, pro amico, fueris ſponſor) *illaqueatus es verbis oris tui*, *captus es dictis oris tui*; *fac nunc hoc*, *fili mi*, *exſolvito te*, *quia veniſti in manum amici tui*, *ito*, *humilem te præbeto*, *& amicum tuum confirmato*; *eum humilibus precibus adducito*, *ut aes alienum ſolvat*, *ut ſponſionem tibi remittat is cui ſpopondiſti*. Vide Proverb. XII, 15 XVII 18. XXII, 26. Hoc ergo vult Jobus: tu eſto tibi, apud te, ſponſor innocentiæ meæ, quis enim alius poteſt eſſe ſponſor meus, præter te, qui optimè omnium eam noſti? Vulgatus: *cujusvis manus pugnet contra me*, ſine ſenſu, ut & quæ habent LXX. Intt. antea à nobis adlata. Nimis abſurdè ſentiunt qui à Deo Jobum petere ſponſorem volunt, quaſi Deus apud hominem ſpon-

Digitized by Google

non extolles. 5. *Qui* indicat amicos ad prædam, filiorum etiam ejus oculi abſumentur. 6. Conſtituit me, ut eſſem proverbium populorum, & ero coram *iis, quem inſtar* tympani *habeant.* 7. Caligat præ indignatione oculus meus, & membra mea omnia ſunt inſtar umbræ. 8. Propterea obſtupent recti, & innocens contra ſimulatorem ſeſe excitat. 9. Juſtus viam ſuam tenet & mundo manibus augetur fortitudo. 10. Ve-

tus eſt ad me denunciandum, ſi modò partem prædæ auferat; filiique illorum invidiâ contabeſcunt. 6. Me curabunt proverbium fieri apud populos, ut Jobi nomen hominem miſerrimum in poſterum ſignificet, & priùs ero inſtar tympani, quod pulſatur à quovis. 7. Caligat præ indignatione oculus meus, & membra mea, inſtar umbræ, omnia evaneſcunt. 8. Obſtupeſcunt propterea homines recti exempli, amicos antea meos, quaſi præ timore Dei, videntes in me inſurgere; & boni viri in ſimulatores virtutis inſurgent. 9. Interea vir probus eadem viâ gradi pergens, & qui improbi nullius facti ſibi conſcius

ſponſore indigere poſſet, aut quaſi ei non fideret Jobus.

4. *Animos eorum abſcondiſti eruditioni*] *Cor eorum abſcondiſti ab intelligentia:* Perinde eſt, ac ſi diceret: *cordi eorum intelligentiam abſcondiſti.* Vult hoc Jobus amicos ſuos ſatis eruditos non fuiſſe, ut intelligerent ipſius innocentiam, ejúsque apud Deum ſponſores eſſe vellent. Quæ tamen non ita capienda ſunt, quaſi Deus, datâ operâ, eos excæcaſſet, ut in peccatum inciderent. Hoc tantùm vult Jobus eos non ſatis ſapientes eſſe, ut intelligant innocentiam ſuam, nec Deum iis conceſſiſſe majorem ſapientiam.

5. *Qui indicat* &c.] לחלק יגיד רעים *lebbelek jaggid rehim*, omiſſo pronomine אשר *qui.* חלק quidem non eſt propriè *præda*, ſed pars quælibet, quæ ex diviſione communium bonorum ad aliquem pertinet. Sed quia dividebatur *præda*, cujus prædonum quiſque accipiebat חלקו *partem ſuam*, ideò *prædam* vertimus. Videtur Jobus ad eos reſpicere, qui deferebant amicos tyrannis, vel prædonibus indicabant, qui eos ſpoliare poſſent, ut partem bonorum iis ereptorum acciperent. LXX. Int. τῇ μερίδι ἀναγγελεῖ κακίας. Vulgatus: *prædam pollicetur ſociis.* Chaldæus, pro לחלק, habet למפליג, *lmaphlig*, ad dividentem. Senſum hunc ſequuti ſumus, cùm ceteri Rabbinorum & Chriſtianorum duri & contorti viderentur.

Filiorum ejus oculi abſumentur] Hoc eſt, contabeſcent, præ invidia, aut mœrore eorum oculi. Vide Pſ. LXIX, 4. & infra XXXI, 16. Dolent iis oculi, qui auxilium alicunde exſpectatum diu proſpectant, ſi forte adveniat; nec tamen accipiunt.

6. *Ut eſſem proverbium populorum*] למשל עמים *limſchol* (legi queat *lemaſchal*) *hammim:* ut populi meo nomine παροιμιωδῶς uterentur, cùm infeliciſſimum hominem dicere volent. Vide 1. Reg. IX, 7. 2. Ephem. VII, 20.

Ero coram iis] לפנים *lphanim*, quod vertimus quaſi eſſet לפניהם *liphnehem*, ita poſtulante ſenſu. Sic & Vulgatus: *coram eis*, & fortè intercidit ה.

Quem inſtar tympani habeant] ותופת *vetho pheth*, & tympanum coram iis ero. Ex altero membro liquet hac voce ſignificari quidpiam, quod rumoribus feratur. Ideóque plerique Interpretes putarunt idem eſſe ac תף *thoph*, tympanum; nec quidquam vetat, nam תופת *thopheth* derivari queat ab inuſitata radice תוף quæ idem ſignificaverit ac תפף *thaphaph*, ſolent enim verba earum formarum miſceri. Vocata etiam creditur *vallis filii Hinnom* eo nomine; quòd tympanorum pulſatione uterentur Sacerdotes Bahalis, ne exaudirentur eorum clamores, qui comburebantur in honorem commentitii Dei. Sed non ſatis certa eſt hæc Etymologia. Vide ad 2. Reg. XXIII, 10. Eleganti metaphorâ *tympanum* poteſt dici is, qui ſermonibus & ſæpe celebratur; ut à Tiberio Auguſto Apion Grammaticus dictus eſt *Cymbalum mundi, cùm publicæ famæ*, ut loquitur *Plinius* Hiſt. Naturalis præfatione, *tympanum potiùs videri poſſet.* Sic ipſe Job. XXX, 9. queritur ſe factum נגנה nginnah, *pulſatile inſtrumentum* hominibus, *& evaſiſſe iis fabulam.* Attamen ne quid diſſimulem, ſi quis ex veteribus Int. faveret, non difficulter adducerer ut crederem legendum hîc מופת *mopheth* prodigium; quod dicitur de viro, cui aliquid inſigne & ſingulare ineſt, ita ut miraculo ſit, imò etiam calamitatibus ſuis mirabilis. Vide ad Pſalm. LXXI, 7. Sed LXX. Int. habent hîc: γέλως δὲ αὐτοῖς ἀπέβην, & Hieronymus, *exemplum ſum coram eis.* Chaldæus abſurdiùs habet: וגהינם מן לגיו אהי *& ab interiore gehenna ero*, quia Thopheth dicitur *Ge-Hinnom.* Nec multò meliùs, qui *Thopheth* hîc *locum impurum* verterunt.

7. *Caligat*] ותכה *vattechah*, pro תכהה *thicheh*, per Apocopen, ut ajunt; ſed quæ fortè ſolis Librariis, ut innumera alia, debeatur. De hoc verbo vide Deut. XXXIV, 7.

Membra mea] ויצרי *vitſurai.* Sic membra vocari videntur à יצר *jatſar*, finxit, formavit; nec alibi vox occurrit, eo ſignificatu.

Inſtar umbræ] Quia ita erant adtenuata membra, ut propemodum cum umbra corporis conferri poſſet corpus Jobi. Quod eſt hyperbolicum, ſed non indignum Orientalium figurata dictione, quæ ubique fermè modum nonnihil & ſæpè multùm excedit. Hieronymus: *membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt.* LXX. Int. πεπολιόρκημαι μεγάλως ὑπὸ πάντων, quod quomodo ex Hebraïcis extuderint, non intelligo.

8. *Obſtupent recti*] Boni viri mirantur amicus antea meos ita ſe erga me gerere, timorem Dei præferentes, quaſi ſceleratus eſſem; ideóque in eos inſurgunt.

9. *Augetur fortitudo*] יוסיף אמץ *jaſiph omets, auget*, aut *addit fortitudinem*; ſibi, nempe; quaſi eſſet לנפשו *animæ ſuæ.*

10. *Redite*] תשובו *thaſchoubou*, revertemini, nempe, ad ſaniorem mentem, aut משובכם *me-*

Digitized by Google

10. Verùm enimverò quotquot eſtis redite & venite, quæſo, *ad me*, nam inter vos ſapientem non invenio.

11. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ, quas habebat cor meum, evulſæ ſunt. 12. Noctem in diem mutant, & lucem vicinam præferunt tenebris. 13. Quidquid exſpectavero, ſepulcrum erit domus mea, & in tenebris lectum meum ponam. 14. Foveæ clamavi: pater meus es; & vermi: tu mater & ſoror mea. 15. Ubi eſt nunc ſpes mea, & quis id quod ſperavi videbit? 16. In ſepulcrum membra deſcendent, an ſimul in pulvere quies *ſit expertura*.

XV. Bil-

ſcius eſt, fortem ſe præſtabit. 10. Redite ad ſaniorem mentem vos omnes, nam ne unum quidem, inter vos, invenire queam, qui ſapiat.

11. Jam vita mea brevi evaneſcet, eaque quæ juvenis ſtatueram facere omittam. 12. Nunc meliùs multo intelligo ab hominibus lucem præferri tenebris; hoc eſt, vitam morti. 13. Sed quidquid exſpectavero, domus mea erit ſepulcrum, atque in eo, quaſi in lecto, jacebo. 14. Jam fovea, in qua jacebo, patris inſtar erit, & vermes eodem loco habebo, quo matrem & ſororem habui. 15. Jam evanuit proriùs ſpes mea, quamvis nemo res ſecundiores ſperare potuerit, quam ego. 16. In ſepulcrum tamen membra mea deſcendent, experienturque an ſit tandem illic quies.

PARA-

bavonchem, ab iniquitate veſtra. Vide Mal. II, 6. Ezek. XVIII, 20. Inde תשובה *reditus* ad bonam frugem.

Venite] Ad me, ut vos dedoceam.

Nam inter vos] ולא *velo*, ubi ו ſignificat *nam*, ut paſſim.

11. *Quas habebat cor meum*] מורשי לבבי *moraſche lbabi*. poſſeſſiones cordis mei. Videtur intelligere juveniles cogitationes, quas maturior ætas, experientiáque major animo ejecerant.

12. *Noctem in diem mutant*] *Noctem in diem ponunt*, ישימו *jaſchimou*. Nominativus reticetur, ſed facilè ſubaudiri poteſt; nempe, מורשי לבבו *poſſeſſiones cordis* Jobi, quales tunc erant, cum hæc diceret, quibus factum putabat, ut obſcura jam clariùs intelligeret, cognitionémque ampliorem, qoam exſpectabat in dies, tenebris anterioris ætatis præferret.

Lucem vicinam præferunt tenebris] אור קרוב מפני חשך *or karob mipphene hhoſchech.* Lucem vicinam ante tenebras; nempe, *ponunt* ישימו, quod eſt è ſuperioribus verbis repetendum. Significationem particulæ מפני vidit *Noldius*, ſed ſenſum non eſt adſequutus. Vide notam ejus 1931. ad Particulas. Vulgatus hîc: *poſt tenebras ſpero lucem*, quæ fuit ſententia, quam Inſignibus ſuis addebat Urbs GENEVA, patria mea, ante tempora emendatæ Religionis. Spem ejus explevit Deus, cùm tenebras errorum diſcuſſit, quas ut in dies magis ac magis pellat, eum ex animo oro, méque exoratorem fore ſpero. Votum hoc Patriæ debebam, nunc ad Jobum redibo.

13. *Quidquid exſpectavero*] אם אקוה *im akaveh*, ſi exſpecto. Sed ſenſus cùm planè penderet, imò verò menti Jobi contrarius eſſet, אם, pro Hebræarum particularum perpetua ambiguitate, ex re ipſa vertimus *quidquid*. Qui verrunt *ſi*, hîc nequaquam ſe extricant.

Sepulcrum erit domus mea] Quæcumque tandem fuerit ſpes mea, moriar.

14. *Foveæ clamavi* &c.] Figuratè ſignificat ſibi mortem fore inſtar omnium, quia omnibus malis eum liberatura erat. Itaque futura erat inſtar parentum & conſanguineorum omnium.

15. *Ubi eſt nunc ſpes mea?*] Speraveram me omnibus rebus florentem, & inter conſanguineos, amicum & acceptum omnibus, vitam exacturum; ſed calamitates meæ & mors, quæ inſtat, omnem ſpem abſtulerunt.

16. *Membra*] בדי *badie* Infra Cap. XVIII, 13. hac voce *membra* ſignificantur, aut certè *oſſa*. Quæ ſignificatio hîc optimè quadrat. Hoc unum difficultatem aliquam parit, quòd ſit in ſtatu conſtructo, ſed non rarò ſtatus conſtructus pro abſoluto occurrit, ut oſtendit *Sal. Glaſſius* Grammat. Sacræ Lib. III. Tract. I. Cap. XL. Vide infra Cap. XVIII, 2. Sed & poſſit fieri, ut multæ ejuſmodi anomaliæ debeantur calamo Librariorum; nec eſſet cur indignaremur legenti hic, בדי *baddai*, *membra*, aut *oſſa mea.* Non intellexerunt hæc Veteres Intt. cùm verterint LXX. Intt. *ἢ μετ᾽ ἐμοῦ*, *an mecum*; Vulgatus: *in profundiſſimum infernum*; Chaldæus תרוי *tarvedou*, ambo, vel duo; nempe, corpora.

Recentiores, qui *vectibus ſepulcralibus*, vel *ad vectes ſepulcri*, quaſi ſubaudiendum eſſet אל el, *ad*, verterunt, nullum habent exemplum ejus loquendi generis. Fateor *portarum ſepulcri* crebram eſſe mentionem, ſed portæ illæ non indigent vectibus, quippe quæ ſemper patent, ex omnium ſententia;

Noctes atque dies patet atri janua Ditis.

Nec commodè dixeris *ad vectes ſepulcri deſcendere*, pro eo quod eſt ſubire ſepulcrum. Ruit ergo, per ſe, hæc interpretatio.

COM-

XV. Bildadus Jobum objurgat, & malos tantùm miſeros eſſe contendit, quorum calamitates deſcribit.

1. Reposuit verò Bildadus Suchita, & dixit: 2. Quando tandem finem imponetis ſermonibus, *rémque* intelligetis & poſtea loquemur? 3. Quare inſtar jumenti habemur, & apud vos immundi ſumus? 4. *Quia es inſtar ejus*, qui diſcerpit, præ indignatione, animum ſuum; an propter te terra deſerenda eſt, & rupes è locis ſuis avellendæ? 5. Etiam lux improbi exſtinguitur, nec ſplendet ſcintilla ignis ejus. 6. In ejus tentorio, lux obſcuratur, & lucerna quæ ei illucet, exſtinguitur. 7. Greſſus potentiæ ejus arctantur, conſiliúmque ipſius eum *ſolo* adfligit: 8. quia pedibus ejus — Caput XVIII.

PARAPHRASIS.

1. Tum verò Bildadus Suchita non tantùm ad Jobum, ſed & ad ejus Amicos oratione conversâ, quando tandem, inquit, inanibus orationibus finem imponetis? 2. Re, quæ agitur, probè intellectâ, colloqui commodiùs poterimus. 3. Quare me pecudis inſtar habetis, & quaſi immundus eſſem audire non dignamini? 4. Num, quia præ iracundia animum tuum, ô Jobe, crucias, nos oportet ſolum vertere, & quæ ſunt rupium inſtar immoti, transferendi? 5. Etiam lucerna in malorum tentoriis prorſus exſtinguitur, nec in focis ſplendet ignis. 6. Nulla illic lux amplius micat; lucernâ etiam, quæ iis noctu ſplendebat, prorſus extinctâ. 7. Progreſſus ejus potentiæ ſiſtuntur, conſiliaque irrita

COMMENTARIUS
In Caput XVIII.

2. *Quando tandem finem imponetis ſermonibus*] עד אנה תשימון קנצי למלין *bad ana theſimun kintſe lmiltin*. Hic קנצי eſt pro קצי *kitſe*, reſoluto *Dageſch* in *Nun*, & quidem in ſtatu constructo pro abſoluto, niſi vertas, *fines ſermonum*. מלין verò eſt forma Chaldaica pluralis, quæ ſæpiùs in hoc libro occurrit. Impatienter tulerat Bildadus longos Jobi & duorum aliorum amicorum ſermones. Quare, tacente Jobo, iterum incipit loqui. Ideò utitur numero plurali, niſi quis malit eo numero Bildadum uti, cùm ſolum Jobum adloquatur, quemadmodum ubi de ſe loquitur; quod fieri poſſet, quamvis rariùs ita ſoleant Hebræi loqui.

Rémque intelligetis] תבינו *thabinou*, ante quod excidit ו *&*. Vel vertendum: *Rem intelligite & poſtea loquemur*. Quaſi diceret unumquemque oportere rem ante, apud animum ſuum, expendere & probè intelligere, quàm loquatur.

3. *Apud vos immundi ſumus*] נטמינו בעיניכם *nitminou behenechem*, polluti ſumus in oculis veſtris. Eſt quidem נטמינו à טמא, ſed hîc inflectitur quaſi eſſet à טמה *tamah*. Senſus eſt, an contemnimur à vobis, quaſi immundi, quibus coram conſiſtere & loqui non liceat?

4. *Quia es inſtar ejus*] Hoc addidimus propter mixturam tertiæ & ſecundæ perſonæ, quæ in Hebraïcis ſequitur.

Qui diſcerpit præ indignatione animum ſuum] טרף נפשו באפו *tereph naphſcho beappho*, lacerans animam ſuam, in ira ſua. Metaphoricè dici poteſt *diſcerpere animum ſuum*, qui præ dolore & indignatione, præter modum, agitatur; ut qui, præ anxietate, multiplicibus curis diſtrahitur. Æneid. VIII, 20.

> - - *animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,*
> *In partéſque rapit varias, pérque omnia verſat.*

Poſſit & *anima* hîc ſumi pro ipſo homine, & præſertim pro corpore, quòd malè ſe habuerit Jobus, in doloribus ſuis. LXX. Intt. *κέχρηταί σοι ὀργή*. Hieronymus: *quid perdis animam tuam in furore tuo?*

Terra deſerenda eſt] *Terra deſeretur* תעזב *thehazeb*; hoc eſt, debet deleri. Uſque adeò querebatur Jobus, ut actum ei videretur de humano genere, ſatiúſque eſſet prorſus exſtingui, quam diutiùs terræ inſiſtere. Hiſce interrogationibus eum caſtigat Bildadus.

Et rupes à locis ſuis avellendæ] *Et avelletur rupes è loco ſuo*. Intelligit rerum, quæ moveri non debent, mutationem.

5. *Etiam lux* &c.] Hoc eſt, Deum non magis paſſum, tempore Jobi, quàm antea, malos rebus ſecundis frui; quæ *luce* in Scriptura paſſim ſignificantur, ut adverſæ *tenebris*.

6. *Lux obſcuratur*] Cùm lux omnis in tabernaculo extinguitur, nec lucerna in eo ulla ampliùs accenditur, ab iis qui ſub eo degebant, deſertum eſt, ſive morte, ſive fugâ; neque enim, ſine ulla luce, in eo degere poſſunt.

Quæ ei illucet] *Super eo*; quia lucernæ, ut toti loco illucerent, altiùs ſuſpendebantur. Unde Praxagora, ab initio *ἐκκλησιαζουσῶν Ariſtophanis*, jubar lucernæ adloquens, dicit illud *ἐν εὐσκόποισιν ἐξηρτημένον*, *in conſpicuis locis ſuſpenſum*, ſic enim legendum, ut viris doctis obſervatum, non *ἐξηρτημένος*, neque mutandum *εὐσκόποισιν*, in *εὐσκόποισιν*, ut *Tan. Fabro* videbatur. Vide & Luc. V, 15.

7. *Greſſus potentiæ ejus*] יצרו צעדי אונו *jetſeren tſabade ono*; hoc eſt, progreſſus augeſcentis ejus potentiæ coercentur. Simile loquendi genus eſt Proverb. IV, 12. LXX. Intt. verterunt: *θηρεύσαισαν ἐλάχιστοι τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ*, quaſi ſcriptum eſſet יצדו צעירים אונו *jetſedou tſabirim ono*, venabuntur parvi facultates ejus. Sed lectio noſtra commodior eſt. Eam ſequutus Hieronymus: *arctabuntur greſſus virtutis ejus*.

Conſiliúmque ipſius &c.] תשליכהו עצתו *thaſchlichehou hatſatho*, dejiciet eum conſilium ejus. LXX. Intt. *σφάλαι δὲ αὐτοῦ ἡ βουλή*. Vulgatus:

ejus rete objectum eſt, & ambulat in implicitis funibus. 9. Calcem ejus adprehendit laqueus, & firmat in eo nodos. 10. Abſconditus eſt in terra funis ejus, & decipula ad viam. 11. Undique conturbant eum terrores, & incedentem vagari cogunt. 12. Robur ejus fame laborat, & exitium lateri ejus paratum eſt. 13. Abſumit membra corporis ejus, abſumit, *inquam*, membra ejus primogenitus mortis. 14. Evellitur è tabernaculo ejus fiducia, *eáque ſublata*, ad regem terrorum eum incedere cogit. 15. Habitat

irrita fiunt. 8. Incidit enim in retia, quibus irretitus ſe expedire non poteſt. 9. Incidit in curraces laqueos, quibus dum ſe expedire nititur, pedes magis ac magis ſtringit. 10. Occultæ foveæ adhæret laqueus, & decipula juxta viam poſita, ita eum irretit, ut vix poſſit evadere. 11. Undique inſidiis cingitur, quas ut vitet, per avias ſolitudines vagatur. 12. Vires ejus acciduntur fame, dum loca inſidiis apta fugere conatur. 13. Quibus incommodis ita vexatur, ut gravem morbum ſibi contrahat, quo tandem extinguitur. 14. Cùm ſperaſſet ſe in tabernaculo, adhibitis remediis, curari poſſe, lethum quod eſt terriculorum omnium maximum, vitare non poteſt. 15. In tentorio ejus habitabit, non qui hereditatis, aut conſanguinitatis jure ei ſucceſſerit, ſed alienus ab ejus familia. Locus, in quo tendebat,

gatus: *præcipitabit eum conſilium ſuum.* השליך *dejicere* ſignificat, & in Hophal, *dejici.* Ezek. XIX, 12. Dan. VIII, 11.

8. *Rete objectum eſt*] *Miſſus eſt in rete, in pedibus ſuis.* Nam qui aliis male facere conatur, ei etiam inſidiæ tenduntur ab inimicis, nemo, nimirum, eſt ſummopere injuſtus, qui in ſe multos inimicos non concitet, qui par pari reddere conantur, cum primum ſe dat occaſio. Quæ ſors eſt præſertim Tyrannorum & prædonum.

9. *Firmat in eo nodos*] יחזק עליו צמים *jabbazek balau tſammim.* Poteſt hoc referri ad laqueum, qui, quò magis trahitur, eò magis nodos ſtringit. Poteſt & ad ipſum vinctum, qui dum ſe expedire conatur, fortiùs vincitur. Sed prius malim. Hîc verterunt LXX. Intt. κατισχύσει ἐπ᾽ αὐτὸν (aut ἐφ᾽ αὐτὸν) διψῶντας, quâ voce intelliguntur ii, qui alienas facultates ſitiunt, ut Cap. V, 5. quaſi deducenda ſit à צמא *tſame*, ſitivit, aut à צמם *tſamam*, quod idem ſignificaſſe ſtatuitur. Hieronymus: *exardeſcet contra eum ſitis.* Chaldæus: ניבריא nibraja, *confodientes.* Recentiores, *prædonem*, aut *horridum* vertunt, & deducunt a צמה tſammah, *cæſaries.*

Cùm verò in antecedentibus & conſequentibus mentio fiat laqueorum, in eadem metaphora hærendum exiſtimavi, & *nodos* verti. Ac ſanè apud Thalmudicos צמצם *tſimtſem* eſt *conſtrinxit, coarctavit* vinculo, & צימצום *tſimtſum*, conſtrictio. Quin & plura radicis Arabicæ צם *tſumm* derivata *conſtrictionem & coarctationem* ſonant. Quibus rationibus adductus ſum, ut putarim voci צמים *tſammim* hîc eſſe ſubjectam *nodorum* poteſtatem. Crediderim etiam צמה, ubi ſignificat *comam* frontis, quam mulieres in nodos & cincinnos cogere ſolent, indidem eſſe derivandam.

10. *Funis ejus* &c.] Hiſce omnibus ſignificantur non tantùm inſidiæ, ſed etiam frequentes, quibus flagitioſi & violenti homines ab inimicis tandem capiuntur.

11. *Undique conturbant eum terrores*] Multis hoc de Tyrannis oſtendit Hiero, apud *Xenophontem* in Dialogo, quem ejus nomine eximius ille Socratis diſcipulus inſcripſit. Præſidia barbarorum & ſervorum, quæ circa ſe habebant, verè ait fuiſſe ψυχῆς ὑπὸ φόβων κατατεπληγμένης τεκμήριον, *claræ animi terroribus perculſi ſignum.*

Incedentem vagari cogunt] הפיצהו ברגליו *hephitſahou beraglau*, faciunt vagari, aut diſpergunt ad pedes ejus. Nuſquam nimis diu conſiſtere audent, vagiſque & incertis itineribus feruntur; ne in inſidias incidant, ſi certis quibuſdam viis iter facere animadverterentur. Videntur deſcribi latrones Arabes, ſibi metuentes ab incolis urbium, quibus inſidiabantur & quorum inſidiis expoſiti viciſſim erant. Certum eſt הפיץ *hephits* eſſe ſpargere in diverſa loca, & quidem interdum in pœnam peccati, ut Deut. IV, 27. & XXVIII, 64.

12. *Robur ejus fame laborat*] יהי רעב אונו *jehi rabeb ono*, erit famelicum robur ejus. Quod facilè contingit latronibus, per deſerta, atque avia vagantibus, quorum *robur famelicum* dicitur; ſive ipſi penuriâ cibi laborent, ſive copiæ tantùm, quibus præſunt, eo incommodo premantur.

Exitium lateri ejus paratum eſt] לצלעו איד נכון *letſalbo veed nachon.* Paratus eſt qui ei latus confodiat, ſi de duce ipſo latronum ſermo ſit; aut qui ei parentes latrunculos concîdat, qui potuerunt *latrones* vocari, quòd ducum latera tegerent, ut apud Latinos primùm *latrones* dicti milites, qui ad latera Regum ambulabant. Qua de re conſulendi Etymologi Latini; neque enim exploratum hoc è verbo Hebraico ſignificari.

13. *Abſumit membra corporis ejus*] בדי עורו *badde oro*, membra cutis. בדים *badim* dici videntur propriè *rami*, quâ notione occurrit Ezek. XVII, 6. XIX, 14 deinde *vectes*, qui è ramis fiunt, Exod. XXVII, 6. tum *membra* & fortè quidem *oſſa*, quibus, quaſi vectibus, corpus ſuſtentatur. Vide ad Cap. XI, 3. עור *hor* verò hîc ſumitur pro ipſo corpore, quod cutis tegit, & fortè quidem pro exhauſto corpore, cui nihil ſupereſſe videtur, niſi cutis & oſſa. Sic χρὼς, apud Poëtas Græcos, & præſertim *Homerum*, *cutem* propriâ, & tralatitiâ poteſtate *corpus* non rarò ſignificat. Quia verò hîc ſermo eſt, de homine morbo laborante, in poſteriore interpretatione adquieverim.

Primogenitus mortis] בכור מות *bechor maveth*; hoc eſt, lethalis morbus, vel ex quo mors certiſſimè ſequitur. בכור in ſuo genere dicitur, apud Hebræos, eximium, ut liquet è Pſalm. LXXXIX, 28. Videntur *ii* מושלים vocaſſe morbos *filios mortis*, quòd ſint ex mortalitate nati; ſed omnium graviſſimum & maximè lethale, *primogenitum mortis*, hoc eſt, primogeni-

Digitized by Google

biꝛat in tentorio ejus, is cui non eſt *relictum*; ſulfur in ejus habitationem ſpargitur. 16. Deorſum radices ejus ſiccantur, & ſurſum meſſis ejus ſecatur. 17. Memoria ejus in terra perit, nec nomen in plateis *auditur*. 18. Expellunt eum è luce in tenebras, atque ex orbe exterminant. 19. Nullus eſt ei filius, aut nepos in populo ſuo, nec in ejus habitatione quisquam ſuperſtes. 20. Propter diem ejus obſtupeſcent poſteri, & antiquiores horrore correpti ſunt. 21. Hæ ſunt habitationes hominis iniqui, hic locus *ejus*, qui Deum non novit.

XVI.

bat, ſale & ſulphure ſpargetur, ut fit locis infauſtis, & quæ nemini licet habitare. 16. Quidquid ſoli ejus fuerit, ſive conſitum ſit arboribus, ſive meſſes alat, vaſtabitur. 17. Memoria ejus, una cum nomine, æterna oblivione delebitur, nec quisquam in plateis mentionem ejus poſthac faciet. 18. Pro luce Solis, qua fruebatur, æternis damnabitur tenebris, nec usquam ſpectandum ſe præbebit. 19. Neque filios, neque nepotes ullos, qui ejus genus propagent, & agros colant, relinquet. 20. Propterea mirabuntur talem virum vixiſſe, nec majores natu minus obſtupeſcent. 21. Hæc ſors locorum, in quibus improbus vixit; talis erit ſedes hominis, qui Deum, ut par erat, non coluerit.

PARA-

genitum filiorum Mortis, maximum omnium morborum. LXX. Intt. à totius hujus verſûs ſententia aberrarunt: *βρωθήσονται δὲ αὐτοῦ κλῶνες ποδῶν, κατέδεται δὲ αὐτοῦ τὰ ὡραῖα θάνατος.* *Theodotion & Symmachus*: *πρώϊμος θάνατος*, nec melius Vulgatus: *devoret pulcritudinem cutis ejus & conſumat brachia illius primogenitus mortis.* Chaldæus etiam deterius: *devoret lucernam, quæ operit cutem ejus, conſumat filios ejus Angelus mortis.*

14 *Evelletur è tabernaculo ejus fiducia*] ינתק מאהלו מבטחו *jinnathek meoholo mibtahho.* *Fiducia* quid hic ſibi velit difficile eſt dictu; potiſt eſſe remedium, aut juventus, aut temperationis corporis bonitas; quibus fieri queat, ut æger ſibi meliorem valetudinem temerè polliceatur.

Ad regem terrorum incedere cogit] ותצעדהו למלך בלהות *thatshidehu lemelech ballahoth.* Obſcurum eſt quem nominativum ſuppleri oporteret, ante verbum hoc fœminini generis, cum מבטח *mibtahh* ſit maſculini. Sed videtur aut legendum יצעידהו *jatshideou*, aut dicendum, Scriptorem Sacrum ita loquutum, quaſi ante ceſſiſſet בטחה *bithha*, quod Linguæ Græcæ & Latinæ optimis Scriptoribus, nec eſt Scripturæ ignotum. Qua de re vide *Sal. Glaſſium* Gram. Sacræ Lib. III. Tract. IV. de Participio, can. 10. & Tract. I. de Figuris Grammaticis, Obſervat. 20. *Rex* verò *terrorum* eſt Mors, cujus metus maximè homines terret. *Lucanus* Lib. I, 459. & ſeq.

Felices errore ſuo, quos ille timorum
Maximus haud urget lethi metus!

15. *Is cui non eſt relictum*] מבלי לו *mibbeli lo*, ſine ei, מבלי יורש לו *mibbeli joreſch lo*, ſine herede qui ei ſit; quamvis non ſit ejus ſucceſſor, hereditatis jure. LXX. Intt. *ἐν νυκτὶ αὐτοῦ*, quaſi legiſſent בלילה לו *ballaılah lo*, quæ carent ſenſu. Vulgatus: *habitent in tabernaculo illius ſocii ejus qui non eſt.* Chaldæus: *habitet uxor ejus in tabernaculo non ſuo.*

Sulfur in ejus habitationem ſpargitur] Solebant Hebræi ſale conſpergere ſolum urbis, quam inſtaurari nolebant, qua de re diximus ad Jud. IX, 45. An nonnulli ſulfure in rem ſimilem uterentur non conſtat, quod hic locus ſubinnuere videtur. *Sulfur & ſal* conjunguntur ad ſignificandum ſterile & deſertum ſolum Deut. XXIX, 23.

16. *Deorſum radices* &c.] Comparatione ex arbore petitâ, ſignificatur generis totius exſtinctio.

Meſſis ejus] קצירו *ketſiro*, quod tralatitiâ poteſtate arboris ramos ſignificat. Unde *Symmachus*: *ἡ χαίτη*, *coma*. LXX. Intt. *θερισμός.* Vulg. *meſſis*.

17. *Nec nomen in plateis*] *Non eſt nomen ei in ſuperficie plateæ*; hoc eſt, qui in plateis ambulant, de eo numquam loquuntur, quia exſtinguitur omnis ejus proſapia.

18. *Expellunt eum* &c.] De oblivione hæc intelligenda videntur.

20. *Propter diem ejus*] יומו *jomo*. Intelligitur *dies ultionis*, ut loquitur Salomo Proverb. VI, 34. Sic *dies Jeroſolimæ*, pro die, quo ea urbs deleta. Pſ. CXXXVII, 7.

Antiquiores] קדמנים אחזו שער *kadmonim abhazou ſchaher*, vetuſtiores ceperunt horrorem.

21. *Locus ejus qui*] מקום לא ידע אל *mekom lo-jadah-el*, quaſi tres poſteriores voculæ eſſent unum nomen ſubſtantivum, quo *impius* ſignificatur.

COM-

Digitized by Google

XVI. Jobus ſuam innocentiam, calamitatem, ſpémque, quam in Deo collocavit, exponit.

CAPUT XIX. 1. RESPONDIT verò Jobus his verbis: 2. Quousque me dolore adficietis & ſer-
monibus *veſtris* adteretis? 3. Jam decem vicibus contumeliâ me adfeciſtis,
annon pudebit vos, quòd vos contra me obſirmaveritis? 4. Verè erraverim, mane-
bit apud me error meus; 5. ſed ſi vos verè ſupra me extuleritis, & ex opprobrio
meo contra me diſceptaveritis; 6. ſcitote Deum eſſe qui me evertit, & reti ſuo cir-
cumdedit. 7. Si clamore querar me injuriâ adfici, non exaudiar; *ſi* vociferer, jus
mihi non *dicetur*.
8. Viam meam ſepſit, nec tranſire poſſum; & ſemitis meis tenebras obduxit. 9.
Gloriâ meâ me ſpoliavit, & diadema capiti meo detraxit. 10. Deſtruxit me circum-
quaque

PARAPHRASIS.

1. TUM verò Jobus: 2. quousque, inquit, dolorem mihi creabitis, & ſermonibus veſtris me vexabitis? 3. Jam ſæpius mihi contumelioſos vos præbuiſtis; quando tandem contumaces eſſe deſinetis? 4. Si erraverim, erroris mei pœnas ſolus dabo. 5. At ſi vos efferamini contra me, & opprobrium meum mihi objeceritis, 6. reputate me à Deo eſſe everſum, atque in retia conjectum. 7. Si injuriâ circumventum me queſtus fuero, Deus me non exaudiet, nec vociferanti jus dicet.
8. Ita omnes vias, quibus evadere poſſem, clauſit, ut evadere non poſſim. 9. Ita me exiſtimatione ſpoliavit, ut capiti meo diadema detraxerit. 10. Cùm omnia mea, quibus cinctus eram, mihi abſtulerit; quo me conferam? Poſtquam omnem ſpem meam, quaſi arborem, evulſerit; quo confugiam?

COMMENTARIUS
In CAPUT XIX.

2. ME *dolore* &c.] *Animam meam*, hoc eſt, me.

3. *Jam decem vicibus*] Hoc eſt, multoties. Vide Gen. XXXI, 7. & Num. XIV, 22. & quæ ad ea loca diximus.

Vos contra me obſirmaveritis] תהכרו לי *thahcherou li.* Vox obſcura, quia hoc tantùm loco exſtat. *Joſephus Kimchi* ex Arabica Lingua *obſirmavit* hoc verbo הכר ſignificari ajebat; nec malè huic loco convenit ſignificatio. Attamen à Lexicographis Arabibus non video eam ſignificationem huic voci tribui. Alii *obſtupeſcere* interpretantur, ex eadem Lingua, quâ poteſtas ab iis memoratur, ſed hic non quadrat. Occurrit etiam Eſai. III, 9. הכרת פניהם *hac charath phnehem*, quod *impudentiam oris eorum* non malè, ex re ipſa, verti queat. Igitur donec melius quidpiam adferatur, in hac interpretatione adquieſcendum duximus. LXX. Intr. habent ἐπίκεισθέ μοι. Vulgatus: *opprimentes me.* Chaldæus: תשתמודעון לי *agnoſcentes me.* Omnia, ut puto, ex conjecturo.

4. *Verè*] ואף אמנם *veaph omnam.* Vide Gen. XVIII, 13. & infra XXXIV, 12.

Manebit apud me error meus] אתי תלין משוגתי *itthi thalin mſchongathi*, proprie *pernoctabit*, ſed & manere ſimpliciter ſignificat. Quare ſenſus erit: mihi ſoli errabo, nec cuiquam alii error meus nocebit. Additur in LXX. Intt. verſione gloſſema: αὐλίζεται ῥῆμα ὃ οὐκ ἔδει, τὰ δὲ ῥήματά μου πλανᾶται καὶ οὐκ ἐπὶ καιροῦ.

5. *Vos extuleritis*] תגדילו *thagdilou*, magnos feceritis. Subaudiendus accuſativus נפשכם *naphſchechem*, animam veſtram hoc eſt, vos; nam verbum activum, ſine caſu, eſſe nequit.

Ex opprobrio meo contra me diſceptaveritis] תוכיחו עלי חרפתי *thouchichou balai hherpathi*, contra me argueritis opprobrium meum; hoc eſt, id mihi objeceritis, quod probroſum eſt, quaſi reus eſſem.

6. *Scitote Deum eſſe* &c.] Scitote Deum, qui calamitates haſce mihi impoſuit, quamvis ſciat me eſſe innocentem; hoc eſt, nullô ſingulari ſupplicio, præ cæteris, dignum; pœnas calumniarum veſtrarum repetiturum.

Evertit] עותני *hivvethani*, curvavit me. Quod injuriam, & iniquitatem ſignificare ſolet; unde *Hieronymus: non æquo judicio adflixerit me.* LXX. Intt. ὁ ταράξας.

7. *Si clamore querar me injuriâ adfici*] *Si clamavero injuriam.*

8. *Viam meam ſepſit*] Impediit quo minùs me his ærumnis expedire poſſem.

Nec tranſire poſſum] *Nec tranſibo.* Eſt hæc vis frequentiſſima Futuri.

Semitis meis tenebras obduxit] *Super ſemitas meas caliginem poſuit.* Eſt idem ſenſus, ac ſuperiorum; in caligine enim non videmus quà incedendum ſit.

9. *Diadema capiti meo detraxit*] עטרת *hatareth*, diadema, aut coronam. Quod tamen non oſtendit Jobum Regem fuiſſe, nam *corona* tralaticio ſenſu dici poſſunt honor, opes, divitiæ, liberi &c. Vide Thren. V, 16.

10. *Evulſit*] יסע *jaſſah*, curavit proficiſci.

12. *Globi prædonum ejus*] גדודיו *gdoudau*, quæ vox ſignificat latronum globos, ut oſtendimus ad Geneſ. XLIX, 19. Πειρατήρια verterunt LXX. Intt. quia πειραταὶ minus propriè quosvis prædones vocant, qui ſunt propriè maritimi. Melius *Hieronymus: latrones ejus.* Intelliguntur ii, qui pecudes Jobi abegerant, Sabæi & Chaldæi.

13. *A me amovit*] Effecit ut me, propter cala-

quaque & abibo; & ſpem meam, ſicut arborem, evulſit. 11. Accendit in me iram ſuam, & loco inimicorum ſuorum habuit. 12. Simul venerunt globi prædonum ejus, muniverunt ad me viam ſuam, caſtraque ſua circa tabernaculum meum poſuerunt. 13. Fratres meos à me amovit, iique quos noram à me ſunt alieni facti. 14. Deſierunt mihi *bene velle* propinqui mei, & qui me norant immemores ſunt mei. 15. Inquilini domûs meæ, & ancillæ meæ, alieni inſtar me habuerunt, apud eos fui peregrinus. 16. Servum meum vocavi, nec mihi reſpondit, oréque meo ei ſupplicavi. 17. Halitus meus uxori meæ fuit alienus, & filiis uteri mei ſupplex fui. 18. Iniqui etiam me deſpexerunt, cùm ſurgerem, contra me loquebantur. 19. Abominati ſunt me omnes, quos arcanorum meorum participes faciebam; iique, quos amabam, converſi ſunt in me. 20. Cuti & carni meæ *vix* adhærent oſſa, evaſi cum cute dentium meorum.

21. Mi-

fugiam? 11. Mihi iratus eſt, & me inimici loco habuit. 12. Quamobrem ſimul concurrerunt latrones, & copiis ſuis tabernaculum veluti obſederunt, ne elabi poſſem. 13. Propinquos meos fugavit, atque notos & amicos a me alienavit. 14. Deſierunt amicitiam mecum colere, & qui me norant alienos a me fecere. 15. Inquilini domus meæ, ipſæque adeo ancillæ, me ita habuerunt, quaſi ad me non pertinuiſſent, ſed peregrinus neſcio quis fuiſſem. 16. Mancipium meum à me vocatum non dignabatur mihi reſpondere, donec ei ſupplicarem. 17. Halitus meus uxori meæ fœtidus erat; vernis, atque ex ancilla natis, ſupplex fui. 18. Mali homines me contemſerunt, atque ex eorum cœtu egreſſo detraxerunt. 19. Ii, quibus arcana mea, quaſi fidis amicis, credere ſolebam, me odio inſontem habuerunt, inimicisque meis ſeſe adjunxerunt. 20. Per totum corpus nihil mihi ſupereſt, præter oſſa; quin & amiſſis dentibus, nihil mihi in ore remanſit, præter gingivas.

21. Vos

calamitates meas, quaſi Deo inviſum & ingratum fugerint.

14. *Bene velle*] Hoc ſupplendum fuit. LXX. Intt. חדלו hhadelou, *deſierunt*, verterunt: οὐκ ἐπέγνωσάν με *diſſimulârunt me* ſibi notum. Vulgatus, *dereliquerunt*.

15. *Inquilini domûs meæ*] גרי ביתי *gare bethi*, hoc eſt, qui conduxerant ædes meas, ut in iis habitarent. Malè γείτονες οἰκίας verterunt LXX. Intt. quos mirum eſt in rebus notiſſimis, aut celpitatie, aut nimia licentia uſos. Melius Vulgatus: *inquilini domûs meæ*.

17. *Halitus meus uxori fuit alienus*] רוחי זרה לאשתי *rouhhi zarah leiſchthi*; id eſt, tam abhorruit ab oſculo meo, ob oris graveolentiam, quam debuiſſet ab oſculo alieni viri. Hinc non malè *Hieronymus: halitum meum exhorruit* uxor mea, quamvis paullò liberius. LXX. Intt. ἱκέτευον τὴν γυναῖκά μου, quæ nihil ad rem; ut ſunt ii interpretes, in obſcurioribus ferme omnibus, infeliciſſimi.

Filiis uteri mei ſupplex fui] חנותי *hhannethi*, in Conjugatione *Kal* eſt alibi ſemper *miſerari*, ſed hîc omnino videtur obtinere ſignificationem Conjugationis *Hithpahel*, ſequente ל, quia alioqui nullæ, niſi contortæ tantùm hinc naſcuntur interpretationes. Vulgatus habet: *orabam filios uteri mei*, & LXX. Intt. ἐκολάκευον υἱοὺς παλλακίδων μου. Sed nihil opus eſt pellicibus, nam ancillæ ipſæ, ſervis Jobi collocatæ, dicuntur *ejus uterus*; quia earum & fructuum quos utero geſturæ umquam eſſent, herus erat. Intelligit ergo hîc non filios ſuos, ſed vernas, ſeu ſervos è ſervis conceptos & domi natos; nam filii ejus interierant. Vide not. ad Deut. VII, 13. XXVIII, 4, 11, 18.

18. *Iniqui etiam*] גם עוילים *gam havilim*. LXX. Intt. οἱ δὲ εἰς τὸν αἰῶνα, abſurdè, quaſi ſcriptum eſſet לעולם *lehholam*. *Hieronymus: ſtulti*.

Cùm ſurgerem] Cùm à cœtu hominum unà ſedentium abibam, abſenti mihi detraxerunt, prout à maledicis fieri ſolet. Vide *Theophraſtum* in Charact. c. XXVIII. de Maledicentia, ubi Maledicus dicitur δεινὸς περὶ τοῦ ἀναστάντος εἰπεῖν.

19. *Omnes quos arcanorum* &c.] *Omnes mortales arcani mei*.

Iique quos amabam converſi ſunt] וזה אהבתי נהפכו בי *vezeh ahabthi nehepbachou bi*. Subaudiendum אשר *quos*. Cùm זה *zeh* ſit plerumque ſingularis numeri, verbum plurale, quod ſequitur, refertur non ad unum, ſed ad plures, quos amabat Jobus, & paſſim plures ſub uno continentur.

20. *Cuti & carni meæ vix adhærent*] בעורי ובבשרי דבקה עצמי *behouri oubibſchari dabeka hatsmi*, in cute & in carne mea adhæret os meum. Macilentiam ſine dubio deſcribit, hiſce verbis, Jobus; quibus in verbis nihil eſſet difficile, ſi omiſſa eſſet *carnis* mentio, quæ etiam, in pinguibus, adhæret oſſibus. Sed videtur hoc velle, nihil ſibi ſupereſſe præter cutem & carnem exſiccatam, ſine ullo adipe, oſſibus hærentes. Sed quia Latini idem exprimunt, additâ particula *vix*, nos eam quoque addidimus. *Virgilius* Eclog. III, 102. de agnis macilentis: *vix oſſibus hærent*. Ad quem locum vide *Joan. Lud. de la Cerda*.

Evaſi cum cute dentium meorum] ואתמלטה בעור שני *ethmalletah behor ſchinnai*, evaſi in pelle dentium meorum. Miſſis interpretationibus durioribus, videtur Jobus hoc velle, ſibi etiam dentes morbo cecidiſſe; nec quidquam ſibi ſupereſſe præter gingivam, quæ ſola poteſt vocari *cutis dentium*. LXX. Intt. ſic hunc verſum verterunt: ἐν δέρματί μου ἐσάπησαν αἱ σάρκες μου, τὰ δὲ ὀστᾶ μου ἐν ὀδοῦσιν ἔχεται, quæ nec Hebræis verbis reſpondent, nec ſententiam commodam faciunt. *Hieronymus: pelli meæ, conſumtis carnibus, adhæſit os meum, & derelicta tantùm labia circa dentes meos*. Quæ ſi adcurata non ſunt, certè obſcuritate carent. *Symmachus* verterat: ἐξέτιλλον τὸ δέρμα μου ὀδοῦσιν ἐμοῖς. Sed nuſquam מלט *evellere* ſignificat.

21. *Me*

21. Miſeremini mei, miſeremini mei, vos amici mei, quia manus Dei me tetigit. 22. Cur me inſectamini, inſtar Dei, neque carne meâ ſatiati eſtis? 23. Utinam nunc ſcriberentur ſermones mei! Utinam in libro exararentur, 24. vel ſtylo ferreo, ac plumbo in perpetuum rupi inſculperentur! 25. Novi ego liberatorem meum vivere, &

21. Vos mei miſereat, ô amici mei, quamvis manu Dei hæc mala mihi inflicta ſint! 22. Cur me malè habetis, & quaſi magnorum peccatorum reum merito malè haberi contenditis, neque contabeſcentis miſeremini? 23. Utinam ea quæ nunc dico, memoriæ causâ, litteris mandarentur, 24. imo verò inſcriberentur rupi & litterarum ductus plumbo implerentur, ut faciliùs legi poſſent! 25. Novi me à Deo

21. *Me tetigit*] נגעה בי *nagehab bi*; hoc eſt, me percuſſit. Vide Pſ. CIV, 33.

22. *Inſtar Dei*] כמו אל *chemo el*; hoc eſt, vulneribus, quæ à Deo accepi, amaras caſtigationes additis, cùm me ſceleſtum hominem eſſe contenditis, quod planè falſum eſt.

Neque carne meâ ſatiati eſtis] Nam mordacibus dictis bonum virum veluti lacerabant, nec modum ullum acerbis admonitionibus ſtatuebant.

23. *Utinam nunc ſcriberentur*] *Quis dabit mihi nunc & ſcribentur* &c. Optabat dicta ſua ſcriptis mandari, ne poſtea alia narrarentur, quàm quæ protulerat, reúſque haberetur ſcelerum, quæ numquam falſus erat, à ſe quippe numquam admiſſa; & ut poſtquam a Deo liberatus eſſet, liqueret innocentem virum, dum innocentiam ſuam tueretur, in graviſſimis calamitatibus, ſpem in Deo repoſitam habuiſſe, innocentiæ ipſius conſcio, quamvis non intelligeret cur ab eo usque adeò malè habitus eſſet.

24. *Vel ſtylo ferreo*] בעט ברזל *bebet barzel*. LXX. ἐν γραφείῳ σιδηρῷ. Intelligitur ſculprum ferreum, quo lapidi inciduntur literæ, non ſtylus quivis, quo in cera exarabantur litteræ; non enim loquitur hîc amplius de Libro, ſed de monumento perenniore. Quæ in cera exarata erant, inverſo ſtylo, facilè poterant deleri; quod nolebat fieri verbis ſuis Jobus; & vox *ferreo*, quæ additur, oſtendit agi hîc de duriore quadam materia, quam poſtea nominat.

Ac plumbo] Uſus plumbi hîc erat in inſcriptionibus, ut literæ marmori albo inſculptæ faciliùs, impletâ nigro plumbo ſculpturâ, legerentur. Nihil opus erat *laminam plumbeam*, cui res inſcriberetur, ab *Hieronymo* fingi, quam ipſe ordo verborum reſpuit.

In perpetuum rupi inſculperentur] לעד בצור יחצבון *lahad battſour jehhatſebouu*. Hieronymus: *vel celte ſculpantur in ſilice*. Sed non eſt in Hebraïcis *vel*, verùm hæc conjunguntur conſtructione cum ſuperioribus. LXX. Intt. habent γλυφείῳ, hoc eſt, inſtrumento quo lapidi inſcribi quidpiam poteſt. Idem ſignificat *celte* Latini ſũr. quod eſt à *celo*, ſeu *cælo*. Exſtat ea vox in Antiquis Gloſſis, ubi γλυφεῖον dicitur.

25. *Novi ego liberatorem meum vivere*] Deus ſæpe גאל *goel* dicitur, ut Pſ. LXXVIII, 35. Eſaiæ XLI, 14. & alibi, apud eumdem Prophetam. Qui Meſſiam hîc intelligi volunt, non falluntur quidem, in eo quòd Divinitas, quæ in Meſſia fuit, intelligi ab iis putatur; ſed vix puto poſſe probari eam Divinitatis χίου, ſeu Divinitatem, quatenus in Meſſia fuit, ſpectari; nec ſane opus eſt Jobo rei, quæ etiamnum ἐν μυστηρίῳ erat, cognitionem adſcribi. Itaque non tantùm Judæi, ſed etiam *Joan. Mercerus*, *Hug. Grotius* & alii Deum ſimpliciter intellexerunt.

Et poſthac fore ut in pulvere ſtet] ואחרון על עפר יקום *veabbaron hal haphar jakoum*. Vox אחרון non tantùm *poſtremum*, vel *ultimum*, ſed & quemvis *poſteriorem* ſignificare docebunt Lexica. ימים אחרונים & עת אחרונה *tempus poſterius*, & *dies poſteri* occurrunt, ubi non eſt ſermo de rerum omnium fine. Vide not. ad Gen. XLIX, 1. Ait autem Jobus *fore poſthac ut* liberator, *in pulvere ſtet*; quod perinde eſt, ac eum victurum, καθ' ἀνθρωποπάθειαν, quia homines, qui *ſtant in pulvere*, vivunt; opponuntur enim iis qui in pulvere tecti ſunt, atqua in ſepulcro jacent.

Sic hunc verſum interpretati ſunt LXX. Intt. οἶδα γὰρ ὅτι ἀέναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων, ἐπὶ γῆς ἀναστῆσαι, *ſcio ego æternum eſſe eum qui me liberabit*, (ἀνασ. με) *ut me ſuper terra excitet*, hoc eſt, me jacentem erigat. Legerunt aut legendum putarunt יקים jakim, *faciet me ſtare*, & omiſerunt vertere אחרון *poſterior*, aut *poſtea*. *Theodotion* etiam: καὶ ἔσχατον ἐπὶ χώματος ἀναστήσει. *Hieronymus* verò: *Scio quod redemtor meus vivit, & in noviſſimo die de terra reſurrecturus ſum*. At ut hæc verſio probaretur, oporteret legere: וביום האחרון oubejom haahharon, & *in die ultimo*, & præterea אקום akoum, *ſurgam*, aut *ſtabo* pro יקום *jakoum*. Chaldæus poſtrema verba ſic vertit: ומן בתר כדין בורקניה על עפרא יקום & *poſtea redemtio ejus ſupra pulverem ſurget*. Ex verbis quidem Hebraïcis hujus verſûs reſurrectio mortuorum colligi non poteſt, nec ab Hebræis Interpretibus collecta eſt. Ne è Græcis quidem exſculpi certò queat. Attamen nihilo ſeciùs à Judæis credita eſt. Ex Hieronymiana verſione, ſi recta eſſet, res planè liqueret; ſed eſt audacior æquo, ſi verba mutanda cenſuit, aut ſi, qualia ſunt in noſtris Codicibus, ſic verti oportere exiſtimavit.

26. *Si poſt pellem meam, hoc pertuderint*] ואחר עורי נקפו זאת *veabbar houri nikkephou zoth*. Vocula זאת *zoth* corpus deſignat, quod digito, aut pulſato pectore, oſtendebat Jobus. Senſus eſt: *ſi, poſt pellem mihi detractam, pertuderint corpus meum*, tamen ſperabo id quod ſequitur. Verbum נקפו *nikkephou* vertimus *pertuderint*, ita ut ſit idem ac נקב, mutato ב in פ, quod in Chaldaica Lingua fieri ſolet. In Arabica etiam Lingua נקף eſt *perforare*, ut oſtendit *Ed. Pocockius* in Portam Moſis Cap. IV, p. 64. Alii interpretantur *dejecerint*, ex alia vocis Arabicæ ſignificatione, alii *excoriaverint*, ex conjectura. Supplevimus אם *ſi*, initio verſûs; quia debet neceſſariò quidpiam ſuppleri ſimile, niſi orationem prorſus pendere velimus. Res numquam Jobo contigit, numquam enim *poſt pellem*

& poſthac fore ut in pulvere ſtet. 26. *Si* poſt pellem meam, hoc pertuderint, etiam in carne mea Deum videbo. 27. Quem ego videbo mihi, oculi mei videbunt, non alienus; *quamvis* in ſinu meo conſumti ſint renes mei. 28. Quin dicitis: cur eum inſecta-

à Deo aliquando ex hiſce ærumnis liberatum iri, eumque æternum eſſe & judicia ſua, in hoc pulvere, exſequutioni mandaturum. 26. Si non contenti me ad pellem & oſſa redactum, me etiam vulnerarint, non impedient tamen ne Deum vivus in hoc corpore videam, ſi ita ei videatur. 27. Videbo Deum, quatenus mortalibus oculis cerni poteſt, meis, non alienis oculis, quamvis vis morbi ipſa mea viſcera adfece-

lem ei detractam *pertuderunt* homines, nempe, mali, corpus ejus.

LXX. Intt. verterunt audaciùs: τὸ δέρμα, aut τὸ σῶμά μου ἀναντλοῦν ταῦτα. Chaldæus: *& poſtquàm inflata erit pellis mea, erit hoc*: ומן בתר ראתפח כשכי תהוי רא. Sed quî vox Hebraica ſignificet *inflata erit* non video.

Etiam in carne mea Deum videbo] ומבשרי oumibbeſchari, *& è carne mea*. Vivens *Deum videbo*, ut, nempe, poteſt conſpicuus eſſe, quemadmodum poſtea Deum è nube loquentem vidit; conſpecto præſentiæ ejus ſymbolo, ut eſt lux coruſca, in qua Moſi ſe conſpicuum præbuit. Sperabat ergo Jobus (è revelatione, ſi res hiſtoricè capienda) fore ut Deus ſeſe ei conſpiciendum præberet, quamvis graviore morbo, aut vulnere laboranti, antequam moreretur. Hæc de reſurrectione qui interpretantur, multa de ſuo admetiuntur, qualia ſunt: cùm, putrefactâ cute, vermes cadaver meum roſerint, Deus me in vitam revocabit, ut cum videam; quod ultimo demum die fieri poterit. Hîc LXX. Intt. habent: παρὰ γὰρ Κυρίου ταῦτά μοι συνετελέσθη, quæ Hebraïcis adfine nihil habent, nec poſſunt eorum verſio videri. Itaque hæc ab imperitis corrupta, ut innumera alia, eſſe crediderim. *Hieronymus* verò: *Et rurſum circumdabor pelle meâ, & in carne mea videbo Deum*. At de circumdatione iterata pellis, nihil eſt in Hebraïcis. Si ita vertere liceret, quidvis quovis in loco inveniri poſſet. Jobus è, aut *in carne ſua Deum vidit*, cùm è turbine loquutus eſt.

27. *Quem ego videbo mihi* &c.] Hæc ratio eadem aliquoties iterandi adhibita videtur, ut clariùs & ἐμφαντικωτέρως Jobus ſe certò ſperare liberatum iri oſtenderet; ne ſocii putarent figuratè hæc dici, & neſcio quid aliud à Jobo ſpectari. Cùm autem ait ſe *viſurum Deum*, ſatis apertè ſignificat ſe à Deo calamitatibus ſuis liberatum iri; neque enim Deus ſe umquam conſpiciendum præbuit, quatenus hoc licet per ejus naturam; niſi iis quibus ſingulari ratione favit, ut Moſi. Vide & hujus Lib. C. XXXIII, 26. Fortaſſe miretur quiſpiam Jobum, qui & antea & poſtea permulta habet, quibus oſtendit calamitates ſuas ſe impatienter tuliſſe, & propemodum deſperaſſe, hoc in loco, tam confidenter de liberatione ſua loqui. Sed hæc eſt pugna Rationis & Adſectuum, quâ fit ut homines, pro alterutrius viribus, nunc convenientia Rationi, nunc Adſectibus conſentanea loquantur.

LXX. Intt. verterunt: ἃ ἐγὼ ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι, ἃ ὀφθαλμός μου ἑόρακε καὶ οὐκ ἄλλος· πάντα δέ μοι συντετέλεσται ἐν κόλπῳ. Quæ nimis recedunt à verbis Hebraïcis, ſed oſtendunt eo tempore à Judæis non eſſe creditum hunc locum ad reſurrectionem pertinere.

Quamvis in ſinu meo conſumti ſint renes mei] כלו כליותי בחקי *chelou chiljothai bechheki*. Supplendum hîc *quamvis*. *In ſinu* eſt intra me, in viſceribus meis. Hoc eſt, quamvis viſcera mea marcuerint, intra me, vel morbo planè debilitatus ſim. In his verbis ſolam vocem בחקי bene verterunt LXX. Intt. ἐν κόλπῳ, cetera abſurdè, πάντα δέ μοι συντετέλεσται, quaſi ſcriptum eſſet כל יכלו לי *chol jichlou li*. Vulgatus non meliùs: *repoſita hæc eſt ſpes mea in ſinu meo*.

Jam ex ipſis totius hujus loci verbis ſatis liquere poteſt, Jobum de reſurrectione ſua non agere; quam numquam Veteres hîc quæſiviſſent, niſi pravis interpretationibus transverſi acti fuiſſent; ut conjicere eſt ex Judæis, qui, verba Hebraïca ſequuti, dogma, quod alioqui credunt, hinc exſculpi poſſe non putarunt. Sed id ipſum, cùm ex multis aliis locis, in quibus ſatis apertè Jobus oſtendit ſtatum animorum, poſt mortem, tunc ignotum fuiſſe, tum ex totius libri argumento facilè colligitur. Quæritur in eo, cur, qui non ſunt deteriores aliis, qui boni habentur & reverâ ſunt, interdum inuſitatis calamitatibus premantur; quod quomodo conſentire queat cum Juſtitia Divina, nec Jobus, nec Amici poſſunt comminiſci; imò nec Deus ipſe, ubi Jobum poſtea adloquitur, docet. Nimirum, ſolutio problematis, & unà conſolatio, quâ Jobi animus pacari poterat, peti debuit ex alterius vitæ cognitione. Quam ſi noviſſent Jobi Amici, vetuiſſent eum uſque adeò perturbari & lamentari, eſſe enim dixiſſent aliud tempus præmiorum Virtutis, idque exſpectari ab eo debere, poſt hanc vitam mortalem; & eò majora præmia relaturum, quò graviores calamitates conſtantiùs tuliſſet: quibus præmiis mala hujus vitæ Deus abundè eſſet penſaturus. Jobus ipſe hoc ad animum revocaſſet, nec uſque adeò æſtuaſſet. Quod ſi talia eorum mentem non ſubiiſſent, Deus certè, ſi res jam revelata erat, dixiſſet, monuiſſétque Jobum, ſibi viſum fuiſſe tot malis ejus virtutem explorare; ut magis in ea ipſe firmaretur, aliique eam imitarentur, quibus ſimilia contingerent; nec eſſe cur ſibi duritiem & propemodum injuſtitiam exprobraret; ſe enim non propter ſingularia quædam peccata paſſum eſſe eum tantis & tot ſubitis malis opprimi, ſed ut ejus virtus magis eniteret, exemplóque aliis eſſet; ceterùm effecturum ſe ne hominem conſtantiæ ſuæ pœniteret, æternis & eximiis in eum collatis præmiis. Quæ oratio (ſi rem jam tum patefeciſſet Deus) multò ejus ſummæ ſapientiæ convenientior erat, quàm creatio Crocodili & Hippopotami, aliáque id genus; quæ

ſectamur? cùm radix verbi in me inveniatur? [29]. Timete vobis à gladio, quia ira in delicta gladio *de iis pœnas ſumet*, ut judicium eſſe intelligatis.

XVII. Tſophar reponit, contenditque Jobum improbum fuiſſe, licèt ſimulatorem virtutis, ideóque inſtar improborum pœnas luere.

CAPUT XX. [1]. REPOSUIT verò Tſophar Nahamathita & dixit: [2]. Ideò cogitationes meæ me ad reſpondendum adducunt, *& quidem quantocyus*, ob feſtinationem, quæ eſt in

adfecerit. 28. Quin vos, ô amici, me inſectari caſtigationibus deſinitis, cùm videatis in me verbum divinum tam altas radices egiſſe. 29. Timete vobis à gladiis hoſtium, per quos Deus de vobis exiget pœnas, ut intelligatis juſtitiam divinam hominum flagitia tandem in jus vocare.

PARAPHRASIS.

1. RESPONDIT verò Tſophar Nahamathita, 2. ſe cogitationibus ſuis adduci ad reponendum, nec poſſe diutius tacere; 3. quippe qui non ſuſtineret pudendam caſtigationem audire, ab homine imperito, nec ipſi eruditione æquiparando.

4. Tum

Jobum quidem terrere potuerunt, diviuæ potentiæ metu, ſed ſolari vix potuerunt. Hæc qui ad animum revocabunt, facilè intelligent, nihil eſſe cur, veluti per fidiculas, conemur reſurrectionem & vitam æternam hinc extorquere. Plura hac de re non addam, quæ eſt apud Theologos quærenda.

Scio hìc me diſſentire à plerisque, ſed numquam putavi, in inquiſitione ſententiæ vocum Scripturæ, numeranda eſſe ſuffragia hominum, qui alii alios exſcribunt; ſed tantum rationum rationem habendam.

28. *Quin dicitis*] כי תאמרו *chi thomerou*, ubi כי eſt perinde ac *quin*, aut *quidni*, ut eſt varia particularum vis. Certè ſic Latinè, hoc in loco, exprimenda eſt; nec Hebræi orationem connectunt, prorſus eodem modo, ac Græci & Latini.

Cùm radix verbi] Quid ſit שרש דבר *ſchoreſch dabar*, radix rei, vel verbi, non facile eſt dictu. Alii facultatem loquendi, ac ſe ſe defendendi eſſe volunt. Alii radicem, vel, ſi mavis, fundamentum pietatis, hoc eſt, fidei quam Deo habet. Non abſurdè, ſi conſtaret דבר *dabar* hoc ſignificare, quod non ita liquet; quamvis דבר frequenter revelatio Prophetica dicatur. Certè hæc gravis erat cauſa, cur Jobi amici cum eo altercari & contendere deſinerent, cum eadem *radix pietatis* in Jobo eſſet, quam gloriabantur in ſe eſſe. Vide dicta ad Deut. XXIX, 18.

In me] בי *bi*. LXX. Intt. legerunt בו *bo*, cùm habeant *ἐν αὐτῷ*, ut & *Symmachus*, & Vulgatus, qui vertit *contra eum*. Sed hæc verba rectè etiam Jobo, in Hebraico textu, tribuuntur.

29. *Ira in delicta* &c.] חמה עונות חרב hhemah havonoth hhereb, *ira delictorum gladius*; hoc eſt, ira Dei de hominum delictis gladio pœnas ſumit. Subaudiendum ל aut על ante עונות, ut ſenſus ſit, *propter delicta*, aut *vitia*.

Ut judicium eſſe intelligatis] Ut ſciatis Deum tandem de hominum delictis judicium ferre, pœnáſque ab iis expetere. Mirè ſuperiora verterunt LXX. Intt. *εὐλαβήθητε καὶ ὑμεῖς ἀπὸ ἐπικαλύμματος, θυμὸς γὰρ ἐπὶ ἀνόμους ἐπελεύσεται*. Meliùs Vulgatus: *timete ergo à facie gladii, quoniam ultor iniquitatum eſt gladius*. Hæc verò verba verterunt: *καὶ τότε γνώσονται ποῦ ἐστιν αὐτῶν ἡ ὕλη*, quæ ſenſu carent. Melius *Aquila* & *Theodotion*: *ὅπως γνῶτε ὅτι ἐστὶ κρίσις*. *Hieronymus*: *& ſcitote eſſe judicium*. Sed למען lemahan, *ut* non fuit vertendum *&*, magis quam *τότε*.

COMMENTARIUS
In CAPUT XX.

2 COgitationes meæ] שעפי *ſchebiphai*. שעיף vel סעיף *ſabiph* eſt propriè *ramus*, tralatitiè verò *cogitationes*, quæ ſunt veluti rami, ſi ſpiritualia corporeâ ſimilitudine exprimere velimus, quos emittit Intellectus, vel Mens. Vide C. IV, 13.

Me ad reſpondendum adducunt] ישיבוני *jeſchibouni*, hoc eſt, faciunt me redire, vel adducunt me ad reponendum. LXX. Intt. *οὐχ οὕτως ὑπελάμβανον*, quia pro לכן *lachen* legerunt לא כן *lo chen*, incommodè. *Hieronymus*: *idcirco cogitationes meæ variè ſuccedunt ſibi*.

Et quidem quantocyus] Hoc ſupplevimus, propter ſequentia.

Ob feſtinationem, quæ eſt in me] בעבור חושי בי *bahabour hhouſchi bi*, & propter meam feſtinationem in me. LXX. Intt. *καὶ οὐχὶ συνίετε μᾶλλον ἢ ἐγώ*, quæ ad verba Hebraïca nihil faciunt. Divinando etiam Vulgatus: *& mens in diverſa rapitur*.

3. *Mihi ignominioſam*] *Ignominiæ meæ*.

Sine intelligentia mea] מבינתי *mibbinathi*, ubi מ ſignificat *ſine*. Vide particulæ ſign. 2. apud *Noldium*. *Spiritus ſine intelligentia mea*, eſt perinde ac ſi diceret Tſophar: adfectus mentis qui ea dictat Jobo, quæ non intelligo.

4. *An hoc noſti ab æterno*] Exprobravit jam antea Cap. XV, 7. Eliphazus Jobo, eum ita loqui, quaſi non eſſet ex humana proſapia, ſed ante homines omnes genitus. LXX. Intt. מני עד *minni had*, ab æterno, verterunt *ἀπὸ τοῦ ἔτι*, quod obſcurum, & contrarium ſequentibus verbis. Melius *Symmachus*, *ἀπὸ τοῦ αἰῶνος*. Vulgatus: *hoc ſcio à principio*, quaſi eſſet זאת ידעתי

Digitized by Google

in me. 3. An audiam caſtigationem mihi ignominioſam, & ſpiritus, ſine intelligentia mea, mihi reſpondebit?

4. An hoc noſti ab æterno? an ex quo homo in terra eſt poſitus? 5. Atqui læta exclamatio malorum *eſt* è propinquo, & ſimulatoris lætitia ad momentum. 6. Si ad cœlum ſe ſe extulerit vertex ejus, & caput ejus nubem adtigerit; 7. ſicut ſtercus ſuum in æternum peribit, & qui viderint eum dicent: ubi *eſt?* 8. Somnii inſtar avolabit, & inſtar viſi nocturni evaneſcet. 9. Oculus, *qui* eum vidit, non ampliùs *videbit;* neque locus ejus eum intuebitur. 10. Filii ejus placabunt pauperes, & manus ejus reddent quod vi rapuerit. 11. Oſſa ejus plena ſunt peccato adoleſcentiæ ejus, *quod* cum eo in pulvere jacebit. 12. Poſtquam dulce reddiderit in ore ſuo malum, occultat id ſub

4. Tum Jobum irridens, an quod dicis, inquit, ab æterno noſti, inſtar Dei, aut certè ab eo tempore, quo homines fuerunt creati? 5. Atqui malorum plauſus ſiunt à locis vicinis, & amicitiam ſimulantes brevi tempore favent. 6. Si homo ſuperbus caput nubibus veluti inſeruerit, 7. nihilo ſecius inſtar ſtercoris ſui perit; adeo ut qui eum antea viderant, neſciant quid eo ſit factum, & quærant ab aliis ubi ſit. 8. Somnii inſtar evaneſcit. 9. Qui eum ſlorentem viderant, non amplius videbunt, neque locus, in quo vixerat, poſthac eum habebit. 10. Liberi ejus cogentur ſibi blanditiis placare pauperes, quos ſpreverat, & reddent manibus ſuis quod ille rapuerat. 11. Oſſa ejus ſpargentur, ita ut pœnas veluti luant ejus adoleſcentiæ flagitiorum. 12. Fallacibus verbis, male facta emollit, 13. neque omnia

ידעתי *zoth jadahthi.* At LXX. Intt. μὴ τοῦτο ἔγνως.

5. *Læta exclamatio malorum* &c.] Eſt מקרוב mikkaroh, *è propinquo*, de cujus vocis ſenſu ſi judicemus è ſequentibus, ſignificat brevem eſſe eam exclamationem. Itaque perinde erit ac ſi dixiſſet: *è rebus quæ proxime contigere*, nam, è Tſopharis ſententia, diu non gaudent mali, nec proinde habent rationem gaudendi ob rem quæ olim contigerit. LXX. Intt. πτῶμα ἐξαίσιον, *inſignis lapſus*, quod nihil ad rem. *Symmachus* ἐπ' ὀλίγον. Vulgatus: *brevis*.

Ad momentum] עדי רגע *hadi regah*, uſque ad momentum. LXX. Intt. ἀπώλεια. Vulgatus: *ad inſtar puncti*. Aquila: ὡς ἄθρον, *uſque ad repentinum*; nempe, negotium, quod eam mutat.

6. *Si ad cœlum ſeſe extulerit* &c.] *Si adſcenderit ad cœlum ſublimitas ejus*, hoc eſt, ſi quid contingat, cur ſummopere lætetur ac glorietur. Etiam Latini uſi hac figura, ut *Horatius* ad calcem 1. Od. Lib. I. *Sublimi feriam ſidera vertice.* שיא *ſchio* vertimus *verticem ejus*, quia vox ſignificat quod eſt altiſſimum. *Aquila, Symmachus & Theodotion* ὕψωμα verterunt.

7. *Sicut ſtercus ſuum*] כגללו *chegelalo*. Non potuit magis contemtim loqui Tſophar. Mirum eſſet LXX. Intt. hoc non intellexiſſe, niſi paſſim in re clara, non minùs ac in obſcura, ceſpitarent. Sic habent: ἐὰν ἀναβῇ εἰς οὐρανὸν αὐτὰ δῶρα, ἡ δὲ θυσία αὐτοῦ νεφῶν ἅψηται, ὅταν γὰρ δοκῇ ἤδη ἐστηρίχθαι, τότε εἰς τέλος ἀπολεῖται, quæ ſunt mera paraphraſis, eáque ab Hebraicis diſſidens. *Hieronymus* vertit hîc: *quaſi ſterquilinium*, quod non habet eamdem ἔμφασιν, ac *ſtercus ſuum*; hoc eſt, ſui ipſius excrementum.

Dicent, ubi eſt?] Hoc eſt, nuſquam erit, nuſquam invenietur.

8. *Evaneſcet*] ויודד *vejuddad*. Dicitur de ſomno Eſth. VI, 1. & Dan. VI, 18. Vide & Eſai. XXIX, 7. ubi hoſtes Iſraëlis conferuntur cum *ſomnio viſi nocturni*.

10. *Filii ejus placabunt pauperes*] Inviti iis reddere cogentur, quæ vi, vel fraude iis abſtulerint. Cùm hic ſit clarus & egregius ſenſus, iſque è propria vocum ſignificatione ortus, neſcio cur Veteres Interpretes uſque adeò ab eo receſſerint. LXX. Intt. τοὺς παῖδας αὐτοῦ ὀλέσαιεν ἥττονες, quaſi legiſſent: ירצחו *jirtſechou*, occident, pro ירצו *jeratſjou*, placabunt. *Aquila* ἐκτρίψουσι *Symmachus*: ἱκετεύσουσι, quæ quomodo cum Hebraica voce, aut cum ſenſu conveniant, non intelligo. *Hieronymus: adterentur egeſtate*, quaſi eſſet ירצו כדלות *jerotſatſou middallouth* pro ירצו דלים *jeratſjou dallim.*

10. *Manus ejus reddent quod vi rapuerit*] אונו *ono*, quod & *vim* & *divitias* ſignificat, inter quas nimia eſt ſæpe adfinitas. Fortè, pro ידיו *jadau*, non male legeretur ידיהם *jedehem*, ita ut referretur ad ejus filios. Sed quod filii faciunt, etiam poſt patris mortem ipſe facere videri poſſit. LXX. Intt. αἱ χεῖρες αὐτοῦ πυρσεύσαισαν ὀδύνας, quaſi pro תשבנה *thaſchebna*, legiſſent ישרפנה *jiſchrophuah*, comburent, ſed ſine ſenſu.

11. *Peccato adoleſcentiæ ejus*] עלומו *haloumau*, ut legunt Maſſorethæ; fortè melius *haloumo*, in ſingulari, propter verbum ſequens, quod eſt in ſingulari. Fateor plurali numero tantùm dici עלומים haloumim, *adoleſcentiam*, ſed eſt maſculini generis, neque conſentit cum perſona feminina תשכב *jacebit*. Itaque, niſi fortè, cum nonnullis ſubaudias vocem חטאות *peccatum*; nimirum, adoleſcentiæ, crediderim עלום dictum fuiſſe in ſingulari *peccatum adoleſcentiæ*, & quidem feminino genere. Cenſuerim figuratum hoc loquendi genus eò ſpectare, ut oſtendat Tſophar, de malis hominibus pœnas repeti poſt eorum mortem, quaſi peccata eorum adhærerent etiam mortuorum oſſibus. Quæ pœnæ cùm in aliis rebus ſitæ eſſe poſſunt, tum in eo quod refodientur eorum oſſa. & inſepulta relinquentur. Vide Pſ. XC, 8

12. *Poſtquàm dulce reddiderit*] אם תמתיק *im thamthik*. Vertimus hîc אם *poſtquàm*, quæ eſt ejus ſignificatio XI. apud *Noldium*. Servavimus etiam vim nativam Conjugationis *Hiphil*; hoc ſenſu: poſtquàm peccatum ab adoleſcentia contractum, nec umquam emendatum, effecit, ut ſermones nequam ei ſint ſuaves; eos ſemper paratos habet, veluti ſub lingua ſua reconditos, ut depromat quotieſcumque

ſub lingua ſua, [13]. parcit ei, neque id relinquit, ſed in medio palato continet. [14]. Panis ejus mutatur in ejus viſceribus, & fel aſpidum in illo fit. [15]. Opes abſorpſit, & evomet; eas Deus ex ejus ventre expellet. [16]. Virus aſpidum ſuget, occidet eum lingua viperæ. [17]. Non videbit in rivis flumina & torrentes mellis & butyri. [18]. Reſtituet laboris *mercedem*, nec eum abſumet, & quidem pro portione opum ſuarum, nec gaudebit; [19]. quia adtrivit *ac* dereliquit pauperes, domum evertit, nec inſtauravit;

omnia profert, quæ cogitat., ſed malè facta, quibus non ſine voluptate indulſit, diſſimulat. 14. Verum id quod rapuerit, in ejus manibus mutabitur, cum iis abutetur, in rem noxiam; 15. quaſi panis initio gratus mutaretur in venenum, 16. & quaſi aſpidum & viperarum venenum hauſiſſet. 17. Divitiis, quibus frui ſe poſſe uti ſperaverat, quaſi aureæ ætatis bonis, ſpoliabitur; quo modo fient et noxiæ. 18. Quamvis mercedem reſtituerit iis quibus debebatur, tamen fructibus ſuis frui non poterit, neque ullam voluptatem inde capiet; 19. quia pauperes adtriverit, nec jacturam, quam iis creaverit,

que velit. Videtur hæc loquendi ratio nata ex conſuetudine eorum, qui dulce quidpiam ore geſtant, ut paullatim liquefactum ſalivâ tuſſi, aut pulmonis morbis medeantur.

13. *Parcit ei* &c.] Non ſubitò omnem nequitiam veluti evomit, ſed in tempus & occaſionem ſervat. Pro יחמל jahhmol, *parcet*, habent LXX. Intt. οὐ φείσεται, quaſi negandi particula deeſſet, cui hîc nullus locus eſt.

In medio palato] בתוך חכו *bthoch bhicche*, hoc eſt, in ore. Malè λάρυγγα verterunt LXX. Intt. nam in larynge, quæ ſuperior pars eſt aſperæ arteriæ, nihil ſervari poteſt. Ex eo autem quod fit peti debet figurata oratio, non ex eo quod numquam fit, nec fieri poteſt.

14. *Panis ejus*] Vel cibus. In malè adfectis corporibus alimenta ita corrumpuntur, ut ipſa fiant morbida & noxia. Similiter qui maligno ſunt animo, omnibus, quæ norunt, vel audiunt, abutuntur in perniciem aliorum & ad ſuam ipſorum confirmandam nequitiam.

Fel aſpidum in illo fit] מררות פתנים *meroroth phthanim*. Aquila ἰὸς ἀσπίδων, LXX. & *Theodotion* χολὴ, quòd vox Hebraica *amarorem* ſonet. Sed verſu 16. ראש *roſch* dicitur, quod eſt *venenum*. Nec putandum Aſpidum virus eſſe idem ac eorum bilem; quod de Viperis falſò creditum oſtendit *Franciſc. Redus*. Ceterùm de Aſpide ejúſque veneno, vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. II. Lib. III. c. 5.

15. *Opes abſorpſit*] Ut qui cibum, quem ſtomachus ferre nequit, comedunt, ſæpe eum removere neceſſe habent: ſic qui nimis avidè divitias, malis artibus, ſibi compararunt, reſtituere eas cogentur, aut amittent.

16. *Virus aſpidum ſuget* &c.] Videtur hoc eſſe proverbium, aut παροιμιῶδες aliquid, quo ſignificat Tſophar eum, qui malis ſermonibus paſcitur, atque eos veluti deglutit, perire & ipſum ſimili calumniarum genere. Venenum enim aſpidum & venenum viperarum res ſunt ejusdem generis. *Suctio veneni aſpidum* videtur reſpicere ad artem, quâ nonnulli populi pollebant, eáque, ut putabant, ſingulari, pravus effectus morſuum venenatorum animalium prævertendi, exſuctis vulneribus. Pſylli olim, Aſticæ populi, ea celebres fuere, quâ adcuratiores Phyſici quosvis homines pollere oſtenderunt; neque enim ea venena ore ſumta nocere poſſunt, ſed tantum admiſta ſanguini; quod ne fieret impediebant Pſylli ſuctione, ſi modò ſine mora adhiberentur. Quare quivis poteſt venenatæ ſerpentis morſum ſugere, ſine noxa, & alium ſuctione adjuvare. Vulnera etiamnum hodie curant milites, eâ arte. Sed Tſophar cum vulgo loquutus eſt, aut etiam ſenſit. *Lucanus* de Pſyllo Lib. IX, 933.

Tunc ſuper incumbens pallentia vulnera lambit
Ore venena trahens & ſiccat dentibus artus
Extractámque tenens gelido de corpore mortem
Exſpuit & cujus morſus ſuperaverit anguis
Jam promtum Pſyllis vel guſtu noſſe veneni.

Occidet eum lingua viperæ] לשון אפעה *leſchon ephehe*, quâ poſteriore voce *viperam* ſignificari oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 1. ubi etiam de hoc loco. Exiſtimat linguæ viperæ tribui hîc lethalem effectum, quòd cùm mordet ſimul linguam vibrare ſoleat. Sed malim hîc nomine *viperæ* intelligere, non ſerpentem, ſed calumniatorem, qui linguâ nocet. Sic & calumniatoribus tribuitur Venenum aſpidum Pſ. CXL, 4.

17. *Non videbit in rivis flumina & torrentes mellis & butyri*] Numquam omnium rerum copiâ abundabit. Ex ejusmodi loquendi generibus nata eſt deſcriptio aureæ ætatis apud Poëtas, ut quæ habetur apud *Ovidium* Metam. Lib. I, 111.

Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant,
Flaváque de viridi ſtillabant ilice mella.

Cùm res ſit ſat clara, mirum eſt LXX. Intt. ab ea usque adeò aberraſſe, ut verterint: μὴ ἴδοι ἄμελξιν νομάδων, μηδὲ νομὰς μέλιτος καὶ βουτύρου.

18. *Reſtituet laboris* mercedem] משיב יגע *meſchib jagah*, reſtituens laborem; hoc eſt, poſtquàm perſolverit laboris mercedem.

Nec eum abſumet] ולא יבלע *velo jiblah*, nec deglutiet; fructum, nimirum, è labore ortum.

Pro portione opum ſuarum] כחיל תמורתו *chehhel themouratho*, pro opibus permutationis ſuæ; hoc eſt, pro ratione pretii quod ex opibus ſuis perſolverit. De voce תמורה vide dicta ad C. XV, 31.

Nec gaudebit] ולא יעלס *velo jahalos*, nec exſultabit, dum opibus ſuis fruitur. Viderunt Veteres Interpretes ſenſum, ex parte, ſed ſingula verba & præſertim poſtrema non ſunt adſequuti. LXX. Intt. εἰς κενὰ καὶ μάταια ἐκοπίασε, πλοῦτον ἐξ οὗ οὐ γεύσεται. Quæ aliquo modo ſenſum exprimunt, ſed ſequentia, ὥσπερ στρίφνος ἀμάσητος, ἀκατάποτος, *ut caro nervoſa, quæ nec mandi, nec bibi poteſt*, ad Jobum nihil faciunt, nec

vit; 20. quia non animadvertit *ſe* tranquillum in ventre ſuo, pretioſâ ſuâ re non liberavit. 21. Nihil reliquum *fecit*, quod non comederet, ideóque non manebunt bona ejus. 22. Cùm ſat plenus fuerit, erit ei anguſtia, & omnis manus ærumnoſi ad eum veniet. 23. Quando replebit ventrem ſuum, *Deus* in eum excandeſcentiam iræ ſuæ immittet, & depluet in eum, cùm comedet. 24. Fugiet arma ferrea, at eum trajiciet arcus

rit, farciverit. 20. Cùm divitem ſe eſſe ſciret, pauperes tamen non adjuvit. 21. Omnem fructum divitiarum ſuarum abſumſit, nec cuiquam auxilium tulit, ideoque ejuſmodi hominis facultates diuturnæ non fuerunt. 22. Quamvis abundaret, ſe in anguſta re eſſe ſimulavit, ne quem juvaret. 23. Sed cum divitias magnas ſibi comparaſſet, quibus, ut par eſt, non utebatur, Deus fulmina ſua in eum demiſit. 24. Conabitur certum copiarum atque armorum genus fugere, quaſi formidoloſius; ſed propterea non magis evadet, quam ſi vitatis militibus, ferreis armis inſtructis, incideret in eos qui chalybea gererent, à qui-

nec quomodo ex Hebræis expreſſa fuerint, intelligere licet. *Hieronymus* non multò meliùs: *luet quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur. Juxta multitudinem adinventionum ſuarum, ſic & ſuſtinebit.*

19. *Domum evertit*] בית גזל *beth gazal*, propriè *domum diripuit*, ſed ex oppoſitione videtur domûs everſio intelligenda, & domus direpta ſæpe etiam evertitur. LXX. Intt. & *Symmachus* ἥρπασε, Vulg. *rapuit*.

Nec inſtauravit] *Nec ædificavit eam.*

20. *Quia non animadvertit* ſe &c.] כי לא ידע שלו בבטנו *chi lo jadah ſchalev bebitno*, quia non novit tranquillum in ventre ſuo. Verba ſunt obſcuriſſima, quorum ſententiam veriſimilem, nemo Veterum, aut Recentiorum, quem equidem norim, protulit. LXX. Intt. οὐκ ἔστιν αὐτοῦ σωτηρία τοῖς ὑπάρχουσι. Vulgatus. *nec eſt ſatiatus venter ejus.* Conſtat quidem שלו *ſchalev* eſſe *tranquillum*, & *pacatum*, ſed quid eſt שלו בבטנו *tranquillus in ventre ſuo*? Scio quid reſpondeant, ſed exemplum ejuſmodi loquutionis deſidero, & connexionem cum ſequentibus.

Pretioſâ ſuâ re non liberavit] בחמודו לא ימלט *bebbamudo lo jemallet*, in deſiderio, vel *deſiderata ſua re*, ac proinde pretioſa, non liberabit. LXX. Intt. ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτοῦ οὐ σωθήσεται, quaſi legiſſent *jimmalet* in *Niphal*. *Symmachus* χὼν ὃ ἐπεθύμει οὐ διασώσει. *Hieronymus: & cùm habuerit, quæ concupierat, poſſidere non poterit.* Chaldæus: *corpore ſuo non liberabitur.* Quæ quomodo cum Hebræis conſentiant, nemo dixerit. Senſum, prout verba habent, ſuſpicor eſſe poſſe: quia non ſenſit, ventri ſuo, hoc eſt, cupiditati, ſatisfactum eſſe; non ſatis ei fuit pretioſa, quæ in ea domo habebantur, abſtuliſſe, ut eam ab everſione liberaret, ſed ſolo æquavit. De qua tamen ſententia nihil adfirmo, quamvis ſequentibus confirmari videatur.

21. *Nihil reliquum fecit quod non comederet*] אין שריד לאכלו *en ſcharid leochlo*, nihil reliquum cibo ejus; hoc eſt, omnia abſtulit, quæ auferre aliis potuit, nec iis quidquam reliqui fecit. LXX. Intt. οὐκ ἔστιν ὑπόλειμμα τοῖς βρώμασιν αὐτοῦ, eodem, ut videtur, ſenſu. *Symmachus:* οὐκ ἀπολίμπανεν ἐκ τῆς τροφῆς αὐτοῦ Vulgatus: *non remanſit de cibo ejus*, fortè quod pauperibus largiretur. Verùm hîc homo rapax deſcribitur, ſub imagine hominis voracis, & omnia abſumentis.

Non manebunt bona ejus] לא יחיל טובו *lo jabbil tonbo*, ubi יחיל queat activo ſenſu ſumi, quaſi hoc vellet Tſophar: *non faciet* (nempe, improbus quem deſcribit) *ut bonum ſuum permanet.* LXX. Intt. οὐκ ἀνθήσει αὐτοῦ τὰ ἀγαθά. *Hieronymus: & propterea nihil permanebit de bonis ejus.*

22. *Cum ſat plenus fuerit*] במלאות ספקו *bimlooth ſipkko*, cum implebitur ſufficientia ejus; hoc eſt, cùm ſatis ei erit.

Omnis manus ærumnoſi ad eum veniet] כל יד עמל תבואנו *chol jad bamal theboennu*, omnis manus ærumnæ ad eum veniet; hoc eſt, omnes ærumnoſi ad eum ſe conferent, ut hominem ſpolient.

23. *Quando replebit*] יהי למלא *jebi lemalle*, erit ad implendum. Subaudiendum כאשר *chaaſcher*, quando. Poſſit etiam verti: *quando repleverit*; id eſt, cùm ſe ſatiaverit prædâ, ſéque divitem eſſe putabit, Deus eum ſpoliandum aliis tradet.

Deus] Hoc ſupplendum oſtendunt ſequentia, ut C. XXI, 17. XXIV, 22.

Depluet in eum] ימטר עלימו *jamter balemo*; nempe, fulmen. LXX. Intt. νίψαι, quod non eſt hìc à verbo νίπτω *abluo*, ſed à verbo νίφω *ningo*, ut velint Deum fulmina, crebræ nivis inſtar, in eum demiſſurum. Attamen vox Hebraica המטיר eſt potius *pluviam demiſit*, quàm *nivem*. *Theodotion* & *Symmachus* ἐπιβρέξει, & Vulgatus: *pluet*. Rectè.

Cùm comedet] בלחומו *bilbbomo*. LXX. Intt. ὀδύνας, ex conjectura, cùm neſcirent quid ſibi vellet vox Hebraica. Vulgatus: *bellum ſuum.* Alii verterunt *in carnem*, aut *in corpus ejus.* Malim habere pro infinitivo verbi לחם *labbam*, comedit, propter prima verſûs verba.

24. *Fugiet arma ferrea*] Gladium.

At eum trajiciet arcus chalybeus] Hoc eſt, alio genere armorum peribit; nempe, ſagittis arcu chalybeo emiſſis, quæ exceptâ cuſpide ligno conſtant. Hîc quidem נחושה *nebbouſchah* vertimus chalybeum, quia ex ære non poſſunt fieri arcus; quippe quod ſemel inflexum in priſtinum ſitum non redit, ita ut ſagittam poſſit emittere. Itaque ubicúmque fit mentio *arcûs* נחשת *nbboſcheth*, intelligendus chalybeus. Vide 2. Sam. XXII, 35. & quæ illic diximus. Vertimus *trajiciet* תחלפהו *thabhlephebou*, quo ſenſu occurrit hoc verbum, Jud. V, 26. LXX. Intt. verſum hunc ſic expreſſerunt: καὶ οὐ μὴ σωθῇ ἐκ χειρὸς σιδήρου, τρώσαι αὐτὸν τόξον χάλκειον, quaſi eſſet negatio initio, quæ rectè videtur deeſſe. Vocem נשק *neſchek*, ὅπλον non intellexerunt hoc in loco. *Hieronymus: Fugiet arma ferrea & irruet in arcum æreum.* Perperam.

25. *Strin-*

arcus æneus. [25]. Stringet *hoſtis in eum ſagittam*, exibitque ex ejus corpore, & cuſpis ex ejus felle prodibit, eique incumbent terrores. [26]. Omnis caligo recondita erit in ejus latebris, ſed abſumet eum ignis nullo flatu excitatus, malè habebitur ſuperſtes in ejus tentorio. [27]. Reteget cœlum ejus iniquitatem, & terra in eum inſurget. [28]. Migrabit proventus domûs ejus, & defluet die iræ Dei. [29]. Hæc erit pars hominis improbi à Deo, hæc hereditas ſermonis ejus à Numine.

XVIII.

à quibus nihilo ſeciùs vinceretur, 25. ſagittis ab iis confoderetur, & transfoderetur. 26. Fruſtra in tenebricoſas ſpeluncas fugeret, cùm in iis igne accenſo abſumeretur, ſine ullius venti opera, & quisquis manſerit in ejus tentoriis, male habendi eſſent. 27. Deus ejus nequitiam patefaciet, hominesque in eum armati concurrent. 28. Omnis ejus proventus auferetur ab hoſtibus, cùm Deus ſe ei infenſum oſtendet. 29. Hæc erit ſors hominis, qui ſe Dei timentem ſimulabit, nec erit, hanc nequitiæ ſuæ mercedem à Deo accipiet.

Hiſce verbis Tſophar, quaſi penicillo pinxiſſe ſe Jobum ſperabat, atque oſtendiſſe cauſam ejus calamitatis; quamvis eum nomine non adpellaſſet.

PARA-

25. *Stringet* hoſtis ſagittam] Eſt tantùm שלף *ſchalaph*, ſed ſubaudiendum אויב ojeb, *hoſtis* & præterea חץ hhets *ſagittam*, quæ *ſtringi* dicitur, cùm depromitur è pharetra, quemadmodum gladius, cùm è vagina educitur.

Exibitque ex ejus corpore] Nempe, trajecto, ut ſi à tergo ſagitta inter coſtas ingreſſa è pectore emineat.

Cuſpis ex ejus felle prodibit] ברק במררתו יהלך *barak mimmerorotho jahaloch*. ברק quod propriè eſt *fulgur*, cuſpidem vertimus, quia cuſpis probè expolita, ut & gladii lamina fulgur imitatur; ſi fortè radii ſolares in eam incidentes ad oculos ſpectantium reflectantur. Sic *fulgur gladii* dicitur ejus acies, vel lamina Deuteron. XXXII, 41. & cuſpis haſtæ *fulgur haſtæ* Nahum. III, 3. Notum eſt, ubi diſciplina militaris viguit, dediſſe milites operam, ut ſemper arma ſplenderent. Sæpe Homerus Heroas ſuos deſcribit vulnerantes hoſtium ἧπαρ ὑπὸ πραπίδων, *jecur ſub præcordiis*, quod eſt lethale prorſus vulnus. Vide Iliad. Λ, 578. Ν, 412. Ρ, 349. Odyſſ. Ι, 301. & alia loca. Unum tantum proferam ex Odyſſ. Χ, 82. & ſeq. ubi de Ulyſſe:

Ἰὸν ἀποπροϊεὶς βάλε στῆθος παρὰ μαζὸν,
Ἐν δὲ οἱ ἥπατι πῆξε θοὸν βέλος.

Sagittâ priùs emiſſâ ferit pectus ad mammam, atque in hepate fixit ei velox telum.

Eique incumbent terrores] Nempe, mortis. עליו אמים *halau emim*, ſuper eo terrores. Mirè hunc locum verterunt LXX. Intt. διέλθοι δὲ διὰ σώματος αὐτοῦ βέλος, ἄστρα δὲ ἐν διαίταις αὐτοῦ περιπατήσαισαν ἐπ' αὐτῷ φόβοι. Quæ verba corrupta crediderim, & legendum fortè ut paullò propiùs ad Hebraica verba accedant, ἀστραπὴ pro ἄστρα δὲ, quod in Codice Romano, &, quod vitioſius ſcriptum in Alexandrino ἄνδρα δὲ. In verſione *Hieronymi* ex Græco eſt *fulgura*. Quod ab *Ern. Grabio* in Proleg. notatum poſtea vidi. Si ἐν διαίταις αὐτοῦ verè ſcripſerint, oportet ut, pro ממררתו *mimmerorathon*, legerint בחדרותיו *bahhadrothau*, aut ſimile quidpiam. *Aquila* & *Theodotion* verterunt: ἀστραπὴ ἀπὸ πικρίας αὐτοῦ πορεύσεται ἐπ' αὐτόν. Pro ממררתו legiſſe videntur, aut emendandum crediidiſſe ממרורו *mimmerorou*. Sed ſine ratione.

26. *Omnis caligo recondita erit*] Quamvis hæc, ut ſuperiora, pertineant ad deſcriptionem ſortis malorum, non neceſſe eſt agi de uno improborum genere, déque pœnis, quas omnes iidem luant. Credibilius eſt varia memorari ſuppliciorum genera; quorum alia de aliis reis ſumuntur, à Divina Providentia; nec certè omnia in eosdem cadere poſſunt. Quare nihil eſt, cur connexionem ſingulorum verſuum, inter ſe, anxiè quæramus. In hoc res adverſæ malis prædicuntur, quæ *tenebrarum* & *caliginis* nomine in Scriptura deſignari ſolent, ut oſtendimus ad Gen. XV, 12. & ſæpe ad hunc librum notavimus.

Ignis nullo flatu excitatus] אש לא נפח *eſch lo nappbahh*, ignis (*qui*) *non flatus fuit*. Videtur reſpici ad ignem cœleſtem, quo minores Pecudes & Paſtores Jobi abſumti ſunt, ut habemus C. I, 16. aut ad ventos urentes, qui per ea loca, in quibus vixit Jobus, ſunt exitiales. LXX. Int. in Cod. Romano πῦρ ἄκαυστον, quod vertit Hieronymus: *qui non ſuccenditur*; in Codice verò Alexandrino ἄσβεστον, *inextinguibilis*, ut habet *Hieronymus* in verſione Jobi è Græco. Putarim tamen eſſe gloſſema alicujus, qui non intelligebat quid eſſet πῦρ ἄκαυστον, & putabat intelligi ignem æternum, quo mali plectentur, ut Chaldæus, qui habet: *ignis Gehennæ, qui non eſt ſufflatus*. *Aquila* & *Theodotion*: πῦρ μὴ φυσηθὲν, *Symmachus*, ἄνευ φυσήματος.

27. *Reteget cœlum ejus iniquitatem*] Pœnis de eo ſumtis; quod ad Jobum ſpectat, quem putabant Amici, flagitiorum causâ, Deo ſupplicium dediſſe.

Terra in eum inſurget] Homines, quod faciebant erga Jobum ejus Amici.

28. *Migravit proventus domûs ejus*] יגל יבול ביתו *jiggel jeboul betho*. Quod fit, quando proventus direptus aliò transfertur.

Defluet die iræ Dei] נגרות ביום אפו *niggaroth bejom appho*, defluentia die iræ ejus. Satis liquet agi de die iræ Dei, hoc eſt, ſupplicii quod de malo capit, & ea quæ ſignificantur voce נגרות *niggaroth*, bona eſſe, quæ pereunt, inſtar aquæ quæ effluit. Sed quodnam nomen ſit ſuppiendum, non ita liquet. Fortè תבואות *thebouoth*, hoc eſt, terræ proventus, quod tamen faciliùs excidiſſe, quàm ſubaudiri, credideris. LXX. Intt. ἑλκύσαι τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀπώλεια εἰς τέλος· ἡμέρα ὀργῆς ἐπέλθοι αὐτῷ. Vulgatus: *apertum eſt germen domûs illius, detrahetur in die furoris Dei*.

29. *Sermonis ejus*] אמרו *imro*; nempe, impii. Non adſequor quî potuerint vertere hæc LXX. Intt. κτῆμα ὑπαρχόντων αὐτῷ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου. Bene Vulgatus: *hereditas verborum ejus à Deo*; hoc eſt, merces ejus ſermonum.

COM-

XVIII. Reſpondet Jobus, nec omnès improbos infelices, nec omnes probos felices eſſe; quare rejicit id quod ab amicis dictum erat.

1. RESPONDIT verò Jobus, hiſce verbis: 2. Audite ſermonem meum, ſitque hoc loco conſolationum veſtrarum. 3. Ferte me & ego loquar, ac poſtquam loquutus fuero, ſubſannate. 4. Annon ego apud hominem orationem *inſtituo? Quod ſi ita eſt*, cur non animus meus impatienter ferat? 5. Ad me reſpicite & obſtupeſcite, atque ori manum imponite. 6. Si *quando* recordor, conturbor, & carnem meam adprehendit tremor **CAPUT XXI.**

7. Cur improbi vivunt, ad ſenectutem perveniunt, & robore valent? 8. Poſteri eorum firmi ſunt, coram illis *&* cum illis, atque ex iis oriundi ante eorum oculos. 9. Domus eorum ſecuræ ſunt à pavore, nec Dei virga iis incumbit. 10. Bos eorum concipit, neque *ſemen* reſpuit; parit vacca eorum, neque abortit. 11. Emittunt, ut mino-

PARAPHRASIS.

1. AT repoſuit Jobus, in hanc ſententiam: 2. audite quæ dicenda habeo, conſolationum veſtrarum loco. 3. Priùs audite me, & auditum, ſi poteſtis, ſubſannate. 4. Poſtquam dixiſtis, quod viſum eſt, mihi etiam, ut homini, apud homines, idem liceat oportet; tum minus, non patienter feram. 5. Oculis in me converſis, eſt cur obſtupeſcatis, & taceatis. 6. Cùm prioris meæ ſortis recordor, eámque cum præſenti ſorte mea comparo, prorſus conturbor. 7. Cur mali homines ſenes fiunt & valetudine ſecunda fruuntur? 8. Cur eorum ſoboles bene valet & floret, una cum parentibus? 9. Securitate ſumma fruuntur, nec Deus ullas de iis expetit pœnas. 10. Greges eorum, etiam bubuli generis, quotidie augen-

COMMENTARIUS
In CAPUT XXI.

2. A*Udite*] *Audite audiendo*. LXX. Intt. *ἀκούσατε, ἀκούσατε*. Vulg. *audite, quæſo*. Alii. *audite attentè, diligenter*. Non mihi perſuadeo, in hac voce, ullam eſſe Emphaſin.

Sitque hoc loco conſolationum veſtrarum] *Sitque hoc conſolationes veſtræ*; hoc eſt, loco conſolationum veſtrarum, aures mihi præbete; vel, erit mihi conſolationis inſtar, ſi me audiveritis. Rectè LXX Intt. *ἵνα ᾖ* vel *ἵνα μοι παρ' ὑμῶν αὕτη ἡ παράκλησις*. Malè *Hieronymus*, *&* *agite pœnitentiam*, poſt *Symmachum*, qui habet *μεταβαλοῦμαι ὑμῶν*; quaſi eſſet, non תנחומותיכם *tanchhumothechem*, conſolationes veſtra, ſed תשובתכם *tesſoubathchem*, pœnitentia veſtra.

3. *Subſannate*] תלעיג *thalhig*, ſubſannabit. Fortè excidit ו in fine, certè aliter Latinè loqui non licet. Sed Hebræi paſſim numeros miſcent. LXX. Intt. præfigunt hìc negationem, *εἶτ' οὐ καταγελάσετέ μου*. Sed nihil opus eſt. Rectè *Hieronymus*: *Poſt mea, ſi videbitur, verba ridete*.

4. *Cur non animus meus impatienter ferat?*] מדוע לא תקצר רוחי *maddouah lo thiktſar rouhhi*, quidni brevis ſit ſpiritus meus? Apud Hebræos ארך אפים *erech apphajim*, longus irâ, vel qui difficulter iraſcitur, & omnia æquo animo fert, opponitur *τῷ* קציר רוח *ketſir rouahh*, brevi ſpiritu, qui facilè excandeſcit, & impatienter fert, ſi quid dicatur, quod minùs ei placeat. Vide Proverb. XIV, 29. Hìc ergo Jobus ait, cùm ſibi ſit ſermo cum hominibus ſibi paribus, non eſſe, cur eorum acerba dicta patientiùs ferat. LXX. Intt. *τί γάρ; μὴ ἀνθρώπου μου ἡ ἔλεγξις, ἢ διά τι οὐ θυμωθήσομαι;* Meliùs quàm Vulgatus, qui habet: *numquid contra hominem diſputatio mea eſt, ut meritò non debeam contriſtari.*

6. *Si quando recordor* &c.] Calamitatis bonorum, & felicitatis malorum, quas ſæpe vidi. Refertur hoc ad ſequentia.

8. *Poſteri eorum*] *Semen eorum ſtabile.* זרע zerah, *ſemen*, & liberos & nepotes, & quoſvis poſteros ſignificat.

Ex iis oriundi] צאצאיהם *tſeetſaëhem*, qui ex iis exierunt, ut *nati natorum & qui naſcentur ab illis*.

9. *Securæ ſunt à pavore*] שלום מפחד ſchalom mipphahhad, *pax à pavore*.

10. *Bos eorum concipit*] Eſt *bos ejus*, ſed numerum pluralem ſervavimus. Pro *bos* Hebraicè eſt שור *ſchor*, quod propriè quidem *taurum*, ſed etiam *vaccam* ſignificat; ut bene oſtendit *Sam. Bochartus*, qui primus hunc locum rectè interpretatus eſt, Hieroz. P. I. Lib. II. c. 30. עבר *hibbar*, quod interpretantur vulgò *iniit* de mare, vox eſt Chaldaica, quales multæ in hoc libro; quæ ſemper de fœmina dicitur, & conceptionem denotat, ut idem obſervavit. Eum adito.

Neque ſemper reſpuit] לא יגעל *lo jighal*, quæ vox conſtanter *reſpuere*, *faſtidire* ſignificat, ut oſtendit vir ſummus. Hoc unum ejus interpretationi objici queat, quòd עבר & יגעל perſonæ ſint maſculinæ, cùm in ſequenti membro, ubi de פרה *pharah*, hoc eſt, de vacca ſermo eſt, ſit תפלט *thephallet* & תשכל *theſchacchel*, in fœminino genere. Sed ſequens verſus, ubi de vacca etiam loquitur Jobus, habet perſonas & ſuffixa maſculini generis; ſúntque frequentes generum Enallagæ; quas tamen fortè etiam auxit librariorum imperitia, aut negligentia; quod de hoc loco non abſurdè quis ſuſpicetur, propter obſcuritatem.

Parit vacca] תפלט *liberatur*; nempe, à doloribus partûs. Sic ſumitur Eſa. XXXIV, 15. ut rectè vir magnus, quem vide. Sic & Gallicè loquimur.

Neque abortit] ולא תשכל *velo theſchacchel*. Quod verbum *orbandi* quidem ſignificatu plerumque occurrit, ſed tamen & *abortire* ſignificat Gen. XXXI, 38. Exod. XXIII, 26. Cant.

 IV,

minores pecudes, catulos ſuos, & fœtus eorum ſaliunt. [12]. Adtollunt *vocem*, cum tympano & cythara, & lætantur ad ſonitum organi. [13]. Terunt in bono *ſtatu* dies ſuos, & intra momentum in ſepulcrum deſcendunt. [14]. Deo tamen dicunt: abſcede à nobis, cognitione enim viarum tuarum non delectamur. [15]. Quis eſt Omnipotens, ut eum colamus? quid utilitatis capiemus, ut eum *precibus* adeamus? [16]. Attamen non eſt in eorum manu, quod iis bonum eſt; quare conſilium improborum ſemper à me remotum fuit. [17]. Quoties eorum lucerna exſtincta eſt, venit in eos dies exitii, *Deúſ-*

augentur. 11. Juvenci iis naſcuntur, & catuli circa eos ſaliunt. 12. Heri, adhibito tympano & cytharà, canticis admiſtis, choreas agunt. 13. Vitam in valetudine firma & ſecundis rebus traducunt, & tandem, ſine morbo ullo, animam efflant. 14. Iidem tamen neque norunt Deum, neque ei parêre curant, neque meliora de Deo doceri volunt, imo verò apertè profitentur, ſe nolle ſcire, quid velit ab hominibus fieri. 15. Negant ſe eum culturos, ac precibus adituros. 16. Attamen non eſt, in eorum poteſtate, ſemper in ſecundis rebus vitam age[re]; quamobrem ab eorum conſiliis ſemper alienus [fui]. 17. Sæpe exſtincta eorum familia, multis calamitatibus à Deo vexata. 18. Sæpe fuit inſtar paleæ ventu

IV, 2. VI, 6. Hoſ. IX, 14. De Verſionibus antiquis vide *Bocharti* judicium, eodem loco.

11 *Emittunt* &c.] Tam facilè pariunt, quàm oves ac capræ, quæ voce צאן *tſon* comprehenduntur.

Fœtus earum ſaliunt] Ut ſolent agni & hœdi, qui citiùs pedibus inſiſtere poſſunt, quàm vituli. Ælianus de Animalibus Lib. V, c. 25. *οἱ δὲ ἄρνες περὶ τὰς μητέρας πηδῶσιν ἀπὸ γενεᾶς*: *agni circa matres ſaliunt, a nativitate.* Abſurdè habent hic LXX. Intt. *ὥσπερ πρόβατα αἰώνια*, ſi modò ita ſcripſerunt, pro צאן עלליהם *tſon balelehem*, oves ſuos catulos, quaſi legiſſent pro altera voce, לעלם *lebolam.*

12. *Adtollunt vocem*] ישאו *jiſſchou*; nempe, קולם kolam *vocem ſuam*, ut ſupra C. I, 12. quod & ſæpe ſubauditur, ut Eſai. III, 7. XLII, 11.

Cum tympano] בתף bethoph, *cum tympano.* Malè in aliis exemplaribus ſcribitur כתף *chethoph.* Vide Pſalm. CL, 3. *& ſeqq.*

13. *Terunt in bono* &c.] יבלו *jeballou*, hoc eſt, vetuſtate terent; vel, ut habet Keri, יכלו jechallou, *abſolvent*, vel explebunt. Idem eſt ſenſus LXX. Intt. habent *συντελέσουσι*, quod poſteriori lectioni reſpondet. Vulgatus: *ducunt in bonis dies ſuos*, quod priori convenit.

Intra momentum] Nullis chronicis morbis, aut languoribus prius vexantur; quod felicius mortis genus multi crediderunt, quia nec cum doloribus, nec cum metu conjunctum eſt. Sic Julius Cæſar, *cùm apud Xenophontem legiſſet, Cyrum, ultimâ valetudine, mandaſſe quædam de funere ſuo, aſpernatus tam lentum mortis genus, ſubitam ſibi celerémque optaverat; & pridie quàm occideretur, in ſermone nato ſuper cœnam, apud M. Lepidum, quisnam eſſet finis vitæ commodiſſimus, repentinum inopinatúmque prætulerat*, ut ait *Suetonius* vitæ ejus Cap. LXXXVII, *Summam vitæ felicitatem* vocat *Plinius* H. N. Lib. VII. c. 53. Idem ſentiebat etiam Jobus, qui ſubitam mortem in parte felicitatis malorum ponit.

14. *Deo tamen dicunt*] *Et dicunt Deo*; ſi non totidem verbis, certè vivendi inſtituto & factis ita ſe ſentire oſtendunt. Sæpiùs Prophetæ ab aliquo dictum ajunt, non quod dixit, ſed quod ſenſit, ut factis ſuis oſtendebat. Vide Jerem. II, 25, 31. VI, 16, 17.

15. *Quid eſt Omnipotens*] מה שדי *mah ſchaddai.* Sequuti ſumus Vulgatum & alios. LXX. Intt. *Τί ἱκανός*, cùm alioqui *παντοκράτορα*, in hoc ipſo Libro, vertere ſoleant.

Ut eum adeamus] כי נפגע בו *chi niphgab bo*, ut occurramus ei. Hic eſt proprius ſignificatus, ſed tralatitius *precari.* Ideò *precibus adire*, more Latino, vertimus.

16. *Attamen in eorum manu* &c.] *Ecce non eſt* &c. Neque enim poſſunt efficere, ut perpetua illa ſibi ſint bona; quod de pietate bonorum poteſt è contrario adfirmari; quia eſt ex iis, quæ ſunt *ἐφ' ἡμῖν.* Multa dixerunt hac de re Stoici & præſertim *Epictetus*, in Diſſert. & ab initio ipſius Enchiridii.

Conſilium improborum] Qui Deum ſpernebant, opibus ſuis freti, quamvis non eſſet in eorum poteſtate poſitum, ut propriæ & perpetuæ ſibi eſſent; quandoquidem è voluntate Dei pendebant. Meritò ergo Jobus Deo adhæſit, ſummo omnium Domino. LXX. Intt. hæc verba tribuunt malis, ſic de Deo loquentibus: *ἐν χερσὶ γὰρ οὐκ ἦν αὐτῶν τὰ ἀγαθά, ἔργα δὲ ἀσεβῶν οὐκ ἐφορᾷ*, quaſi pro בידם *bejadam* eſſet בידו *bejado*, & pro מני *à me* eſſet מנו *minno.* Senſus non eſt ineptus, ſi de lectionis veritate conſtaret. Legit *Hieronymus*, ut eſt in Codicibus noſtris: *non ſunt in manu eorum bona ſua, conſilium impiorum longè ſit à me.* Sequentia huic lectioni etiam faveot.

17. *Quoties eorum lucerna exſtincta eſt*] Pro *eorum* eſt *improborum*, quod repetere noluimus. Exſtingui lucerna eorum dicitur, quibus nulli remanent poſteri. Vide ad 2. Sam. XXI, 17.

Exitii] *Exitii eorum.*

Deúſque] Supplendum ואל *veel*, ut Capite XX, 22.

18. *Vento objectæ*] *Ante faciem venti.*

Glumæ] מוץ *mots*, ut Pſ. I, 4. XXXV, 1. Hoſ. XIII, 3. LXX. Intt. תבן *theben* verterunt *ἄχυρον glumam*, מוץ *mots* verò *κονιορτὸν pulverem.* Sed *περιολεξίας* minimè ſunt obſervantes. *Hieronymus*, מוץ *favillam*, quaſi cinerem intelligi oporteret. Conferunt viri docti cum hac comparatione eam, quæ eſt apud *Homerum* Odyſſ. Ε, 368. his verbis:

Ὡς δ' ἄνεμος ζαὴς ἠίων θημῶνα τινάξῃ
Καρφαλέων, τὰ μὲν ἄρ τε διεσκέδασ' ἄλλυδις ἄλλῃ.

Ut ventus vehementer ſpirans acervum palearum diſcutit ſiccarum, quas quidem disjicit alias aliò.

Sed

Deuſque, in ira ſua, dolores iis partitus eſt? 18. *Quoties* fuerunt inſtar paleæ vento objectæ, & inſtar glumæ, quam turbo rapit? 19. Deus filiis mali potentiam ſuam repoſitam ſervat, & *malo*, *pro factis*, rependet, *isque rem* intelliget. 20. Videbunt oculi ejus calamitatem ſuam, atque ex indignatione Omnipotentis bibet. 21. Quænam delectatio eſt ejus in familia ſua, poſt ipſum *futura*, cùm dimidia pars menſium ejus reſecta erit? 22. An Deum quiſpiam doctrinâ inſtruet, cùm ipſe de ſublimibus judicium ferat? 23 Hic moritur incolumis, totus tranquillus & quietus. 24. Carnes ejus plenæ erant adipe, & medulla oſſa ejus irrigabantur. 25. Ille verò interit, ægro

to expoſitæ & glumæ, quas aura rapit. 19. Juſtitia Dei ultrix eos expectat veluti filios mali viri, deque iis pœnas exigit, ita ut malus Paterfamilias rem intelligat. 20 Ejusmodi homines tandem intelligent, unde calamitates, in quas inciderint, ortæ fuerint; nimirum, à Juſtitia Divina. 21. Quam voluptatem è ſua familia capiet, quam Deus, vitæ humanæ dimidiâ parte exactâ, exſtinguet? 22. Quis docebit Deum, quid facere debeat, cùm ſit maximarum Poteſtatum Dominus. 23. Hic moritur in ſecundis rebus, & omni bonorum copia inſtructus; 24. poſt firmam, per plures annos, valetudinem, atque in ſecundis rebus: 25. alter vero animi

Sed puerile mihi viſum eſt conferre, ad illuſtranda clara & pueris nota, auctoritate Veterum, in quibus nihil eſt ſingulare, & quod ſervulos & ancillas fugiat. Talia non debuerunt Scripturæ Græci Poetæ antiquiores, quibus numquam innotuit, & quibus ejusmodi rerum in animum facilè venit, cum quotidie cernantur ubique.

Rapit] *Furatur eum.*

19. *Mali*] *Ejus*, ſed quia anteceſſit pluralis numerus, uti ſumus adjectivo ipſo.

Repoſitum ſervat] יצפן *jitsphon*, occultat, quam in tempore ſuo promat, & oſtendat.

Potentiam ſuam] אונו *ono*. Quod de *iniquitate* alii intelligunt, ſed, ut mihi videtur, durius.

Malo pro factis &c.] ישלם אליו וידע *jeſchallem elau vejedah*, rependet ei & cognoſcet. Quæ verba, ſi ſola in verſione exſtent, ambiguitarem ſummam creant, quæ non tanta eſt in Hebraïca loquutione; nam verbum ישלם *jeſchallem*, ubi ſermo eſt de viro malo, ut in hoc loco, déque Deo, aliud nihil ſignificare poteſt, niſi Deum ei repenſurum quemadmodum fecerit. Verbum verò ידע *jedah* deſignabit id quod malus ſentiet, cùm pœnas dabit, intelligétque ſe eas meritum eſſe. Hoc partim intellexerunt LXX. Intt. qui hîc habent: *ἐκλείποι υἱοὺς ὑπάρχοντα αὐτῶ ἀνταποδώσει πρὸς αὐτὸν ϗ γνώσεται.* Sed prima verba Hebraïcis non conveniunt. *Hieronymus* propius ad ea acceſſit, his verbis: *Deus ſervabit filiis illius dolorem patris* (און quod dolorem ejus ſignificare poteſt) *& cùm reddiderit, tunc ſciet.* A quo ſenſu non abeunt hîc Chaldæi: *Deus abſcondit filiis ejus tribulationem ejus & ultionem reddet ei & ſciet.*

20. *Calamitatem ſuam*] כידו *chido*. Vox eſt monadica, quam LXX. Intt. interpretati ſunt *σφαγὴν*, *Symmachus πτῶσιν*, Vulgatus *interfectionem*, Chaldæus תבירה *interitum ſuum*, & ſic ceteri. Alii adſine volunt Æthiopicæ voci, quæ *conculcationem* ſignificat, alii Arabicæ, cui *doli*, & *inſidiarum* ſubjecta eſt poteſtas. Rem malam ſignificari conſtat, ſed quænam ſit non liquet.

Ex indignatione Omnipotentis bibet] Supplicia, quæ Deus de hominibus ſumit, paſſim inſtar poculi, quod iis bibendum præbet, deſcribuntur, in Scriptura. Vide Pſ. LXXV, 6. Jerem. XXV, 17. XLIX, 12. LI, 7. Copioſiſſimè hac de re egit *Thom. Gatakerus* Miſcell. Poſtumorum Cap. V. LXX. Intt. *ἀπὸ δὲ Κυρίου μὴ διασωθείη*, quæ paraphraſis eſt.

21. *Quænam delectatio eſt ejus*] מה חפצו *mah khephtſo*. Hæc nota eſt vocis ſignificatio, in Scriptura. Vide vel Pſ. I, 2. LXX. tamen Intt. *θέλημα* verterunt, incommodiſſimè. Nec multò melius Vulgatus: *quid enim ad eum pertinet.* Senſus commatis eſt, non poſſe malum magnam voluptatem capere è familia, quam poſt ſe relinquit; quia Deus eum, in flore ætatis, de medio tollit.

Dimidia pars menſium ejus reſecta eſt] *Numerus menſium ejus dimidiatus eſt.* Seu *menſes* dicas, ut hoc loco, ſeu *annos*, ſeu *dies*, ut alibi, perinde eſt. LXX. Intt. *διῃρέθησαν*. *Aquila* & *Theodotion ἡμισεύθησαν*. *Hieronymus: dimidietur.* Hinc liquet dies non ita eſſe unicuique præfinitos, ut plures, aut pauciores eſſe nequeant; cùm pietate producantur & impietate contrahantur. Vide ad Cap. XIV, 5.

22. *An Deum quiſpiam doctrinâ inſtruet* &c.] *Docebit ſcientiam.* LXX. Intt. *πότερον οὐχ ὁ Κύριός ἐστιν ὁ διδάσκων σύνεσιν ϗ ἐπιστήμην*, quaſi legiſſent non הלאל *haleel*, *an Deum*, ſed הלא אל *halo el*, *annon Deus.* Meliùs *Hieronymus: numquid Deum docebit quiſpiam.* Sic verterat & *Symmachus*: *μὴ τὸν Θεὸν διδάξει τις ἐπιστήμην;*

Cùm ipſe de ſublimibus judicium ferat] Nimirum, viris, nam eſt רמים *ramim*. *Qui excelſos judicat*, ut habet Vulgatus. LXX. Intt. *αὐτὸς δὲ φόνους διακρινεῖ.*

23. *Hic moritur incolumis*] זה ימות בעצם תמו *zeh jamouth beheṫſem thummo*, in ipſa integritate ſua. Notum eſt עצם, quod *os* ſignificat, rem *ipſam*, de qua agitur, ſignare. Vide Exod. XII, 17. XXIV, 10. At Veteres Intt. ita intellexerunt, quaſi idem ſignificaret ac עצם *hatſem*, *robur*. LXX. Intt. aut *Theodotion*: *ἐν κράτει ἁπλοσύνης*, pro quo perperam eſt *ἀφροσύνης* in Codd. Alexandrino & Complutenſi. *Hieronymus: moritur robuſtus & ſanus.* Videtur hîc תם *thom* incolumitatem rerum omnium ſignificare.

24. *Carnes ejus plenæ erant* &c.] עטיניו *hatinau*. Multis de hoc loco egit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 44. ubi varias interpretationes Veterum & Recentiorum profert, déque iis ita judicat, ut omnes ex conjectura potiùs judicaſſe adpareat, quàm ex certa vocis, ejúſque originis cognitione. LXX. Intt. verterunt: *τὰ δὲ ἔγκατα αὐτοῦ πλήρη στέατος,*

ægro animo, nec in bono *ſtatu quidquam* comedit. 26. Pariter in pulvere jacent, & vermes operiunt eos.

27. Novi cogitationes veſtras, & murmura adversùs me, *quibus mihi* injuriam facitis. 28. *Scio* vos dicturos: ubi eſt domus liberalis? ubi tabernaculum habitationum improborum? 29. Annon viatores interrogaſtis? annon ſigna eorum noviſtis? 30. Die exitii malus ſubducitur, die, *quo* pœnæ adducuntur, *ſeponitur*. 31. Quis in os

animi ægritudine, propter infelicem rerum ſuarum ſtatum. 26. Nec eo ſeciùs ambo eſca vermium ſunt.

27. Probè ſcio quid cogitetis, & quæ ſint murmura veſtra contra me, quæ mihi ſunt injuria. 28. Novi vos abs me quæſituros ubi ſit domus hominis liberalis, ubi vero ſint tentoria malorum, & qui poſſint ſecerni. 29. Annon a viatoribus rem rogaſtis? annon indicia quædam habetis, ex quibus rem colligere poſſitis? 30. Die, quo Deus pœnas ſumit

ut & Hieronymus: *viſcera eorum plena ſunt adipe*. Hi, judice *Bocharto*, pro עטיניו *batinan*, legerunt בטניו *batinan*, à בטן *beten*, venter, & pro חלב *hheleb*, id eſt, adipe, חלב *hhalab*, lac. De poſteriore voce facilè adſentior, חלב *hheleb* enim vox eſt nota & uſitata; de altera dubito, quia ex mera conjectura vertêre vocem Hebraïcam, quam habemus, *viſcera*; ut paſſim ſolent, in locis obſcuris.

Cum Arabs & Syrus verterint vocibus, quæ *latera* ſonant, conjicit vir ſummus legiſſe eos עטמיו *bataman*, quæ vox *latera*, apud Chaldæos & Thalmudicos Scriptores, ſignificat; quam *Bochartus* interpretationem ceteris omnibus præfert. Sed ea vox occurrit tantùm in ſecundo Thargum Eſth. I, 2. & in quibuſdam exemplaribus inchoatur à littera Aleph. Interpretes præterea illi magna conjectandi licentia utuntur, aut abutuntur potiùs.

Chaldæus verò vertit בזיו *bizoi*, hoc eſt, *ubera*, quia legit חלב *hhalab*, lac, quod plures Hebræi ſequuti ſunt. Sed cùm de viro hìc ſermo ſit, ei ubera lacte plena tribui non patitur *Bochartus*.

Rejicit idem R. *Salomonis Jarchii* conjecturam, qui עטן *pinguedinem* vocari putavit, quod מעטן *mabatan* vocetur *cupa*, in qua oleæ reponuntur minùs maturæ, ut molleſcant ad exprimendum oleum. Sed inepta eſt Etymologia, & abſurdum eſſet dicere, *adipes ejus lacte impleniur*. RR. *Jonas* & *Aben Ezra* de collectione aquarum & canalibus, quibus cameli adaquantur, ex Arabiſmo. Sed nihil ſimile poſtulat loci ſententia

D. *Kimchius* prætulit ſententiam eorum, qui *mulctralia* explicant, ſed ſimul oſtendit ſe de ea dubitare. Attamen eam plerique omnes Interpretes & Lexicographi recentiores ſequuti ſunt; quòd commodè de mulctris *lacte* ea *impleri* dici viderent. Verùm eam verſionem huic loco convenire negat vir doctiſſimus, quia, ſi admittatur, duo hemiſtichia, in hoc verſu, non erunt ἀντίστοιχα, ut ſolent apud Jobum eſſe; hoc eſt, ſibi ita invicem reſpondentia, ut unum ex altero poſſit explicari; nam mulctralia cum oſſibus & lac pecuinum cum medulla noſtrorum oſſium commune nihil habent. Proinde, ne jungantur ἀσύγκριτα, ſtatuendum עטינים *batinim* partes eſſe corporis noſtri, ut עצמות *batemoth* oſſa in ſequente Hemiſtichio. Eſt præterea ratio non contemnenda cur legerint Veteres non *hhalab*, lac, ſed *hheleb*, adeps, quòd huic reſpondeat ex adverſo מח *medulla*, quæ eſt pinguedo oſſium. Sic Eſaiæ XXV, dicitur Deus convivium facturus שמנים ממחים *pinguium medulla plenorum*.

Sic *Bochartus* vulgarem opinionem confutat, & nos quidem in hiſce rationibus adquieſcimus; ſed & addimus *oſſibus* melius opponi *carnes*, quàm *latera*. Certè quod oſſibus eſt medulla, id adeps eſt carnibus. Itaque עטיניו vertimus *carnes ejus*, & potuiſſemus etiam compactas & craſſas carnes interpretari, ex Arabica Lingua, in qua עטנהון *badanahon* & עטנה *badanaton* validum, & carnoſum ſignificat. Igitur putavimus huic rationi, ut verbis utamur *Platonis*, è Lib. III. de Republica, πειστέον, ἕως ἄν τις ἡμᾶς ἄλλῳ καλλίονι πείσῃ, *credendum, donec quiſpiam nos aliâ re meliore perſuaſerit*.

25 *Ægro animo*] *In anima amara*. Intelligendum autem Jobum hoc velle his & proximè ſuperioribus verbis; quamvis Deus de malis pœnas ſæpe ſumat, non tamen perpetuum hoc eſſe; alios enim, ad mortem uſque, copiis omnibus abundare, & in rebus ſecundis mori; alios verò, poſt res adverſas, quibus jactati ſunt, & ægro animo interire.

27. *Novi*] *En novi*.

Molimina] מזמות *mezimmoth*, excogitatæ rationes advertendi, aut nocendi.

Quibus mihi injuriam facitis] תחמסו *thahhmoſon*, à חמס injuriâ adfecit. Negligenter vertêre LXX. Intt. ὥστε οἶδα ὑμᾶς, ὅτι τόλμῃ ἐπίκεισθέ μοι. Vulgatus: *certè novi cogitationes veſtras & ſententias contra me iniquas*. *Symmachus* meliùs: οἶδα τοὺς ἐνθυμήσεις ὑμῶν καὶ τὰς ἐννοίας ὑμῶν τὰς ἀδίκους κατ' ἐμοῦ.

28. *Liberalis*] נדיב *nadib*, qui ſponte ſuâ dat. LXX. Intt. ἄρχοντος & Vulg. *principis*. Prius prætulerim, quia נדיב hìc opponitur malis, qui non ſolent liberales eſſe. Hiſce autem verbis Jobus ſibi amicorum objectionem proponit, quâ contendebant magnum eſſe diſcrimen ſortis bonorum & malorum, quod ex illorum domibus, aut tabernaculis intelligere licebat; cùm in bonorum quidem tabernaculis quies & opulentia eſſet, contraria verò omnia apud malos. Quod re verâ olim, ut hodie, falſum erat.

29. *Viatores*] עוברי דרך *hobere derech*, tranſeuntes viam. Intelligit eos qui per tractus ad Euphratis ripas; aut non procul inde ſitos interfeciſſent & nociſſent, quorum eſſent tentoria, aut domus, ad vias publicas.

Annon ſigna eorum noviſtis] Hìc אתות *hothoth* vocantur ſigna quædam, ex quibus iter per ea loca facientes ſolebant dignoſcere dominos ædificiorum, vel tentoriorum. Ea verò ſigna

Digitized by Google

os ei viam ſuam dicat ? quis ei rependat, *quod* ipſe *ali.s* fecerit ? 32. Ille ad monumenta ducitur, & in tumulo quieſcit. 33. Dulces ei ſunt glebæ vallis, poſt ſe omnes homines trahit, nec *eorum, qui eum anteceſſerunt*, ullus eſt numerus. 34. Quomodo ergo me inanibus dictis conſolaremini, cùm remanſerit *in* reſponſionibus veſtris mendacium.

XIX.

mit de malis, eos à bonis ſecernit. 31. Quis alioquin auſit ei malos mores exprobrare ? quis reddet malum, quo alios adfecit ? 32. In tumulo quieſcit, in quo ante diem ſepultus eſt. 33. Terræ mandatus eſt, eoque eum ſequuntur omnes homines, nec poteſt ſciri numerus eorum, qui eodem eum anteceſſerunt. 34. Quomodo ergo inanibus conſolationibus levare mala, quæ patior, poſſetis, cùm reſponſa veſtra plena ſint inanibus verbis?

PARA-

ſigna qualia eſſent, in tanta Orientis monumentorum penuria, nemo dixerit.

30. *Dies exitii* &c.] Jobus oſtendere adgreditur malos ſæpe exitio eripi, ac proinde res ſecundas non eſſe virtutis indicia, nec adverſas nequitiæ. Quod contendebant perperam ejus Amici.

Malus ſubducitur] יחשך רע *jebhaſchech rab*, prohibebitur malus; hoc eſt, ſubducetur, ne calamitati, unà cum aliis ſubjiciatur. *Aquila*, ὑπεξαιρεθήσεται. Alii, ut *Symmachus* συντηρεῖται, *reſervatur*, quaſi in diem exitii. Sed hæc non eſt mens Jobi, ut ex multis ſermonum ejus locis videre eſt. LXX. Intt. κουφίζεται, quo ſenſu neſcio.

Die quo pœnæ adducuntur] ליום עברות יובלו *lejom baberoth jonbalon*, die quo iræ adducuntur. *Theodotion* (nam ejus ſunt verba, quæ in Editione LXX. Intt. ſunt) habet: εἰς ἡμέραν ὀργῆς αὐτοῦ ἀπαχθήσονται. Incommodè. Nec melius *Hieronymus*: *& ad diem furoris ducetur*; nam עברות *baberoth* eſt nominativus verbi יובלו *jonbalon*, κατ' ἐναλλαγὴν generis; alioqui legendum eſſet הובלנה *thoubalnah*. Vertimus *pœnas*, quia hic eſt antecedens pro conſequenti; nec aures noſtræ ferunt *furorem* aut *furores Dei*.

31. *In os viam ſuam dicet*] Apertè nequitiam exprobrare ſuſtinebit.

32. *Ad monumenta ducitur*] *Ad ſepulcra* (majorum, nempe) יובל *ducitur*; quia plures feretrum ſequuntur.

In tumulo manet] על גדיש ישקד *bal gadiſch jiſchkod*. Vox גדיש acervum frugum propriè ſignificat, ſed tralatitio ſenſu tumulum quemvis, & quidem eum quo cadavera teguntur, ut hîc. Unde *Aquila* ἐπὶ θημωνίας & *Theodotion* ἐπὶ σωρῶν. *Hieronymus* habet: *congerie mortuorum*. Ad verbum ישקד *jiſchkod* quod attinet, ſignificat quidem *vigilabit*, ut habet hic *Hieronymus*, ante quem *Theodotion*, ἀγρυπνήσει. Sed vigilare in ſepulcro tam rectè dicatur, quàm vivere in morte. Ubique mors quaſi *ſomnus* deſcribitur, nusquam quaſi *vigilia*. Alii *manſit*, ſed exemplum ejus ſignificatûs nondum videre contigit. Adi *Joan. Mercerum* ad locum. Vertimus quaſi legendum eſſet ישקט *jiſchkot*, quieſcet, aut quaſi propter adfinitatem ט & ד, hîc litteræ illæ permiſſæ eſſent. Sic hoc libro C. III, 13. אשקט *eſchkot*, *quieſcerem*, de mortuo dicitur. Sic malui, quàm ad *vigiliam* neſcio quam mortui in ſepulcro, aut aliorum ad ejus monumentum cum aliis confugere. Cùm melius quidpiam inventum fuerit, libenter amplectar. Interim, ſine ſenſu, hic locus non fuit, in verſione, relinquendus.

33. *Dulces ſunt ei glebæ vallis*] מתקו לו רגבי נחל *mathekon lo rigbe nabhal*. Vox רגב *regeb* hoc ſolo loco & C. XXXVIII, 38. occurrit, nec ex alia Orientali Lingua ſimilis profertur, ideóque de ejus poteſtate minimè conſtat, cùm locorum circumſtantiæ nullæ ſint, quæ nos ad eam certò deducant. *Theodotion* habebat hîc χάλικες χειμάῤῥου. *Hieronymus* audacter, *glareis Cocyti*. Chaldæus: גרגשתא *gargeſchatha*, quod *glebam* & *argillam* vertunt. Senſus eſt, ut volunt, ſecurè in glebis requieſcit. Ceterùm נחל *nabhal*, vallem, potiùs quàm *torrentem* vertimus, quia in vallibus, potiùs quàm in torrentibus, homines ſepeliuntur.

Poſt ſe omnes homines trahit] Omnes poſt eum moriuntur, ut omnes antea vitâ deceſſerunt.

34. *Inanibus dictis*] הבל *bebel*, pro בהבל *bebebel*, inanitate; hoc eſt, inanibus verbis.

In reſponſionibus veſtris mendacium] ותשובותיכם נשאר מעל *outheſchouboth echem niſchar mabal*, & reſponſionibus veſtris ſupereſt mendacium, aut, ſi vis, *prævaricatio*, ſed quæ ſita erat in mendacio. Vide *Valent. Schindlerum*, ad hanc vocem.

XIX. Eliphazus oſtendere conatur Jobum nihil agere, dum ſe purgat apud Deum, apud quem reus erat; ſatius eſſe ad caſtigatiorem vitam redire.

CAPUT XXII. 1. RESPONDIT Eliphazus Themanita, & dixit: 2. numquid homo Deo proderit, quia ſibi ipſe prodeſt vir prudens? 3. An Omnipotenti placet te juſtum videri? an lucrum *redit ad eum*, quòd integras prædices vias tuas? 4. An tui timore te arguit, & tecum in jus venit?

5. Annon multa eſt nequitia tua, & delicta tua ſunt ſine fine? 6. Nam ſine ratione pignus à fratribus tuis aufers, & nudos veſtibus ſpolias. 7. Feſſo aquam bibendam non ſuppeditas, & ab eſuriente panem amoves. 8. Viri violenti terra eſt, in eáque is,

PARAPHRASIS.

1, 2. ELIPHAZUS Themanita adgreſſus eſt aſperis caſtigationibus, coercete Jobum. 3. An Omnipotentis intereſt te juſtum haberi? an lucrum ad eum redit, ex eo quod morum tuorum integritatem jactas? 4. An, eo quod te metuit, tecum litigat? 5. Annon tanta eſt tua nequitia, ut ſine fine pecces? 5. Si quid mutuum aliis des, pignus ab iis aufers, quaſi de eorum bona fide dubitares, iiſque veſtes neceſſarias aufers & diutiùs ſervas, quàm fas eſt. (*Vide Exodi C. XXII, 26.*) 7. Si quis ſitiens aquam à te petiit, ſi quis famelicus panem, petiit, annon tenue hoc & neceſſarium auxilium, dives

COMMENTARIUS
In CAPUT XXII.

2. *QUin ſibi ipſe prodeſt vir prudens*] כי יסכן עלימו משכיל *chi jiſchon balemo maſchchil*, quia ſibi proderit prudens. LXX. Intt. πότερον οὐχὶ ὁ Κύριός ἐστιν ὁ διδάσκων σύνεσιν καὶ ἐπιστήμην, quod nihil ad rem. *Hieronymus: numquid cum Deo poterit comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit ſcientiæ?* quæ in Hebraïcis non ſunt.

3. *An Omnipotenti placet te juſtum videri?*] החפץ לשדי כי תצדק *hachephets leſchaddai chi thitſdak*, an delectatio eſt Omnipotenti te juſtum eſſe; hoc eſt, *videri*; nam Deo reverà perplacet homines probos eſſe; nec rem ignoravit Eliphazus. *Symmachus:* μὴ χρῄζει ἱκανὸς ἵνα δικαιωθῇς; ἢ κερδανεῖ ἐὰν ἄμωμος ἡ ὁδός σου; Sic & *Hieronymus: Quid prodeſt Deo, ſi juſtus fueris? aut quid ei confert, ſi immaculata fuerit vita tua?* Meliùs quàm LXX. Intt. qui habent: τί γὰρ μέλει τῷ Κυρίῳ ἐὰν σὺ ἦσθα τοῖς ἔργοις ἄμεμπτος. Atqui non erat Eliphazus in eadem ſententia, in qua fuit poſtea Epicurus, qui negabat Deo res humanas curæ eſſe.

An lucrum redit ad eum] ואם בצע *veim betſah*, & an lucrum; nempe, tibi. Perinde eſt ac ſi diceret: putáſne te quidquam proficere, apud Deum, dum tuam integritatem jactas? Atqui multò magis tibi conduceret, ſi te reum fateteris flagitiorum, quæ tibi pœnas, quas pateris, crearunt. Qui referunt hæc verba ad Deum, putántque velle Eliphazum nihil emolumenti ad eum ex integritate Jobi redire, non ſatis adtendunt ſuperiora verba: *an Omnipotenti placet te juſtum videri?* nec totam diſceptationem Jobi & Amicorum, quæ eò ſpectat ut Jobus quidem innocentiam ſuam defendat; illi verò eum adducant ad fatendum ſe reum eſſe ſcelerum, quorum pœnas luebat.

Quod integras prædices vias tuas?] כי תתם דרכך *chi thatthem darcheeha*, ubi תתם *thattem* eſt more Chaldæo pro *thatem*, ſecunda perſona Futuri *Hiphil*. Notum autem eſt eam conjugationem non tantùm vim habere efficiendi, ſed etiam prædicandi factum eſſe. Vide *Sal. Glaſſium* Gram. Sacræ Lib. III. Tr. III. de Verbo Can. 15.

4. *An tui timore* &c.] Non quòd te timeat, ita erga te ſe geſſit, nec prædicando tuam innocentiam eum abſterrebis, ne pœnas de te ſumere pergat.

6. *Sine ratione pignus* &c.] חנם *hhinnam*, cùm nulla ratio eſt, cur dubites an rem tuam frater tuus tibi ſit redditurus; tamen, non ſine ejus incommodo, pignus accipis. Vetitum fuit veſtes pro pignore accipere, niſi eo ipſo die reddendas. Exodi C. XXII, 26. *Symmachus* vertit ἀναιτίως incommodè; LXX. melius διακενῆς.

7. *Feſſo aquam bibendam non ſuppeditas*] עיף *hajeph* non minùs *ſitientem* quàm *feſſum* ſignificat, & utrumque ſæpe, in iis præſertim oris, conjunctum eſt. Talibus aquam negare non eſt leve flagitium, in illis ſiticuloſis oris, in quibus putei occultabantur, ut diximus ad Geneſ. XXI, 19. è *Diodoro* Siculo, qui ſimilia etiam habet Biblioth. Hiſtoricæ Lib. II. p. 131. Edit. Hanovianæ: κατὰ τὴν ἄνυδρον χώραν λεγομένην κατασκευάζοντες εὐκαίρως φρέατα, καὶ ταῦτα πεποιηκότες τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν ἄγνωστα, συμφεύγουσιν εἰς τὴν χώραν ταύτην ἀκινδύνως· αὐτοὶ μὲν γὰρ εἰδότες τὰ κατακεκρυμμένα τῶν ὑδάτων καὶ ταῦτ᾽ ἀνοίγοντες χρῶνται δαψιλέσι ποτοῖς· οἱ δὲ τούτους ἐπιδιώκοντες ἀλλοεθνεῖς σπανίζοντες τῆς ὑδρείας, διὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν φρεάτων, οἱ μὲν ἀπόλλυνται διὰ τὴν σπάνιν τῶν ὑδάτων, οἱ δὲ πολλὰ κακοπαθήσαντες μόλις εἰς τὴν οἰκείαν σώζονται: *In arida enim regione, quæ dicitur, opportunos fodientes puteos, cùm eos ita fecerunt, ut ab aliis gentibus agnoſci nequeant, ſine periculo in hanc regionem confugiunt. Cùm enim ipſi occultas aquas norint, eas aperiunt & copioſo potu utuntur; qui autem eos ex aliis gentibus perſequuntur, deſtituti*

is, cujus perſonæ ratio habetur habitat. 9. Viduas dimiſiſti vacuas, & brachia pupillorum *à te* contuſa ſunt. 10. Ideò circa te *poſiti fuerunt* laquei; & pavor te ſubitò terruit. 11. Aut tenebræ, *propter quas* non vides; aut exundantes aquæ te texere.

12. Annon Deus *eſt in* ſublimi cœlo? vide faſtigium ſtellarum, *ut* quàm altæ ſint *intelligas*. 13. Dicebas: quid novit Deus? an *de factis* in caligine jus dicet? 14. Nubes *ſunt* ejus latibulum, ita ut non videat; ambitum cœli peragrat.

15. An obſervaſti priſcam ſemitam, quam homines iniqui calcarunt; 16. qui ante tempus corrugati ſunt, & quorum fundamentum, *inſtar* fluvii, effluxit? 17. Dicebant Deo: abſcede à nobis, nec quid facere poſſet iis Omnipotens *ſciebant*. 18. Ille domos eorum bonis implebat. At conſilium improborum à me remotum eſt. 19. Videbunt

ves licèt, negaſti? 8. Virorum potentium eſt terra, eorumque qui gratia & amicitiis fulti ſunt. 9. Viduas pauperes atque auxilium humiliter a te petentes vacuas dimiſiſti, & orbos verberaſti, ac brachiis læſis expuliſti. 10. Quam ob rem Deus paſſus eſt tibi inſidias ſtrui, quæ te terruerunt; 11. unde factum, ut laqueos tibi tetenderint, & tibi formidoloſi ſubitò facti ſint; quare noctu fuit tibi fugiendum, aut fluvius exundans fuit, non ſine periculo, trajiciendus.

12. Sed Deus altiſſimum cœlum incolit, unde facilè quæcumque in terris agantur videt. 13. Tu tamen, apud te, de Deo, ex infirmitate humana, judicium ferens, putaſti eum non videre quid fiat in terris, præſertim noctu; 14. & in nubibus latere, ita ut non videret quæ in tenebris ab hominibus fiunt, dum cœli ambitum peragrat,

15. An obſervaſti inſtituta priſtina malorum virorum, 16. qui ante tempus ſenuerunt, & quorum vires exhauſtæ ſunt, ut aquæ fluvii, cùm diuturnior fuit ſiccitas? 17. Ii optabant ſe à Deo non obſervari, nec ſciebant quid ſibi ab eo metuendum eſſet, 18. cum non impediret eos divitias coacervare. At eorum conſilia mihi ſummopere diſplicebant. 19. Viri

ſtituti aquatione, quòd ignorent ubi ſint putei, alii quidem intereunt, propter aquæ inopiam, alii vero multa mala perpeſſi vix in ſuam ipſorum terram incolumes perveniunt. Quod non minùs verum eſt de viatoribus; unde factum ut divites Mohammedani variis in locis ξενοδοχεῖα quas *Caravanzas* vocant, Meccam ituris, aliisque puteos fodi, & aquam in *Carvanſerais*, ſeu Hoſpitiis publicis, gratis præberi curaverint; quod è quibusvis Itineribus Orientalibus notum.

8. *Viri violenti terra eſt*] ואיש זרוע לו הארץ *veiſch zroab lo baarets*, & vir brachii, ejus terra. *Brachium* pro חיל *bhajil* ſeu viribus hîc ſumitur, ut ſæpe alibi. Vide infrà Cap. XL, 4. Hæc omiſſa ſunt in Codd. LXX. Intt. *Hieronymus* vertit: *in fortitudine brachii tui poſſidebas terram.* Quod non ſatis exprimit ſenſum.

Cujus perſonæ ratio habetur] נשוא פנים *neſchou phanim*, cujus, non propter rem, ſed propter hominem, ratio habetur. Phrasis eſt nota. Vide Deut. X, 17. LXX. Intt. ἐθαύμαζες δὲ τινῶν πρόσωπα. ſed addunt præter rem: ὤκισας δὲ τοὺς ἐπὶ γῆς, quod eſt contrarium menti Eliphazi.

Brachia pupillorum contuſa ſunt] Malè habiti ſunt pupilli.

10. *Circa te poſiti ſunt laquei*] Inſidiæ tibi ſtructæ ſunt, à latronibus.

Pavor te ſubitò terruit] Ob amiſſas facultates & liberos, idque ſubitò, ut mala alia ſuper alia nunciarentur.

11. *Aut tenebræ* &c.] *Tenebræ* & *aquæ multæ* calamitates ſignificant. De tenebris non ſemel diximus ad hunc librum. De *aquis* vide Pſ. XVIII, 17. LXIX, 2, 16. & alibi ſæpe in eodem libro.

Exundans aqua] *Exundantia aquarum*, שפעת מים *ſchiphbath majim*. Cujus vocis Radix in Chaldaiſmo & Syriſmo tantùm exſtat, ubi שפע *ſchephah*, eſt abundavit, adfluxit. Vide infra C. XXXVIII, 4. Pro agmine copiarum etiam ſumitur 1. Reg. IX, 17. Eſai. LX, 6. Ezek. XXVI, 10. Quæ LXX. Intt. cur verterint κοιμηθέντα σε ὕδωρ ἐκάλυψε, non intelligo. *Aquila* & *Theodotion* meliùs, τὸ πλῆθος τῶν ὑδάτων.

12. *Eſt in ſublimi cœlo*] גבה שמים *gobah ſchamajim*, ſupplendum ב *in*, vel Deus ſublimis dicitur, inſtar cœli.

Faſtigium] *Caput*, ראש *roſch*. LXX. Intt. μὴ οὐχὶ ὁ τὰ ὑψηλὰ ναίων ἐφορᾷ, quod poteſt aliquo modo ferri, ſed ſequentia nihil ad rem faciunt: τοὺς δὲ ὕβρει φερομένους ἐταπείνωσε.

13. *Ambitum cœli peragrat*] Quaſi neſciret, aut non curaret quid infra nubes ageretur, ſed cœlo ſe contineret. Quod non eſt remotum à ſententia *Ariſtotelis*, Dei Providentiam non eſſe infra Lunam, de qua vide *Clementem* Alexandrinum Strom. V. p. 700. Ed. Oxonienſis V. R. *Joan. Potteri.* Ad hæc objicienda Jobo videtur Eliphazus adductus, quòd ille boni & mali viri ſortem ſimilem eſſe diceret. Sed propterea Divinam Providentiam non negabat, quamvis rationem ejus non adſequeretur.

15. *Homines iniqui*] *Mortales iniquitatis*, מתי און *methe aven.*

16. *Qui ante tempus corrugati ſunt*] *Qui corrugati ſunt* (קמטו *kametou*) *& non tempus*; hoc eſt, qui ante tempus facti ſunt ſenes, & viribus defecti. De hoc verbo vide ad Cap. XVI, 8. *Symmachus*: ἀλλάσσονται πρὸ καιροῦ, ſed κυριολογίαν non expreſſit, uti nec LXX. Intt. qui habent συνελήφθησαν ἄωροι, & Vulgat. *qui ſublati ſunt ante tempus.*

Inſtar fluvii] נהר *nahar.* Omiſſum eſt כ, *tamquam*, quod & ſæpe aliàs ſupplendum. Vide *Chr. Noldium*, ad eam particulam. Vertit *Hieronymus*: *fluvius ſubvertit fundamentum eorum*, quaſi pro יצק in Hophal legiſſet *jotſek*, participium Benoni in Kal. Sed nihil opus eſt. LXX. Intt. ποταμὸς ἐπιῤῥέων, ita ut fundamenta inſtar fluvii defluere videantur.

18. *A me remotum eſt*] רחקה מני *rebhakkah menni*; id eſt, *remotius eſt* à mea cognitione; quàm ut id poſſim adſequi. De phraſi vide Deut. XXX, 11. & ſeqq. Non intelligo, ait, quo conſilio Divinam Providentiam irriderent, eo ipſo tempore, quo ei gratias agere debuiſſent.

20. *An-*

Digitized by Google

debunt *hoc* juſti & lætabuntur, innocens eos ſubſannabit. 20. Annon exſcinduntur, qui inſurgunt contra nos, & quod ſupereſt eorum igni abſumitur?

21. Adſueſce, quæſo, cum eo, & pacatus *eſto*; per hæc bonus erit tuus proventus. 22. Accipe, quæſo, legem ex ejus ore; verba ejus in animum demitte. 23. Si redieris ad Omnipotentem, liberos conſequeris, & iniquitatem à tentoriis tuis amovebis. 24. Pones in pulvere obryſum, & in rupibus torrentium *aurum* Ophiræ. 25. Erit Omnipotens obryſum tuum, & argentum tibi fodinarum; 26. quia tunc in Omnipotente

Viri boni talia videntes lætantur, & innocentes rident improbos. 20. Annon pereunt, qui nobis adverſantur, & tandem quaſi incendio pereunt?

21. Rationem, qua vivimus, imitare & placido animo eſto; ac copioſo proventu frueris. 22. Accipe, quæſo, Legem a Deo datam, eamque memoriæ manda, ita ut ejus obſervans ſis. 23. Si ad Omnipotentem redieris, alios liberos ab illo conſequeris, atque iniquitatem quamvis è tentoriis tuis expelles. 24. In ripa fluvii invenies obryzum & aurum Ophiræ in rupibus, quæ torrentibus imminent. 25. Imo erit tibi Omnipotens inſtar obryzi & argenti fodinæ; 26. quia ab Omnipotente non declinaberis, deque eo libenter cogitabis, adque eum liben-

20. *Annon exſcinduntur*] אם לא *im lo*, ſi non. Sed אם in interrogatione ſignificat *an*. Intelligitur Jobus, qui Amicis contradicebat.

Qui inſurgunt contra nos] קמנו *kimanou*. Veteres putarunt קים quod alibi tamen non exſtat, eſſe nomen ſubſtantivum, unde LXX. aut *Theodotion* verterunt ἡ ὑπόστασις αὐτῶν, & *Hieronymus*, *erectio eorum*. Sed oporteret legi: קימם *kimam*. Qui deducunt à קימה kimah, *ſurrectio*, putant eſſe pro קימתנו *kimathenou*, quod durius eſt, & præterea ſenſu caret, ut & exemplo ſignificatûs *ſubſtantiæ*. Itaque vertendum judicavimus, quaſi ſcriptum eſſet, non נכחד קימנו *nichbad kimmanou*, ſeu נכחדו קמינו *nichbadou kamenou*, unius litterulæ additione (qua etiam carere poſſemus) & alterius tranſpoſitione. Notiſſimum eſt קמים *kamim* eos dici, qui in aliquem inſurgunt, jungique hoc participium cum ſuffixis, ut קמי *kamai*, קמיו *kamau* & קמיהם *kamehem*, quæ indicant eos, in quos ii, de quibus ſermo eſt, inſurgunt. Itaque certâ analogiâ & uſu indubitato nititur vox קמינו *kamenou*, inſurgentes in nos. Nec vetamus verbum נכחד manere in ſingulari, cùm ejuſmodi Enallage ſit uſitatiſſima, cùmque hîc locum habere eam neceſſe ſit; cum quia non de uno agitur (quamquam Jobus deſignari potiſſimùm, ſed obſcurius videtur) tum etiam propter ſuffixum pluralis numeri quod ſequitur, in voce יתרם *jithram*, quod ſupereſt eorum. Ceterum recordandum eſt hæc verba eſſe hominum proborum, de quibus in antecedente verſu.

Quod ſupereſt eorum igni abſumitur] Videtur reſpicere Eliphazus ad eam partem bonorum Jobi, quæ igne periit.

21. *Adſueſce, quæſo, cum eo*] הסכן נא עמו *haschen na himmo*, hoc eſt, cum homine innocente, de quo antea. LXX. Intt. γίνε σκληρὸς, abſurdè. Vulgatus: *adquieſce igitur ei*. Pro ושלם *ouſchlam* habent Græci: ἐὰν ὑπομείνῃς. Vulg. *habeto pacem*.

Per hæc] Per aut propter conſuetudinem & amicitiam cum juſtis, majores erunt tibi, Deo benefaciente, proventus. בהם *behem*, *in illis* refertur ad ſubauditam vocem דברים *dbarim*, rebus, quaſi eſſet בדברים האלה *in rebus illis*.

22. *Legem*] תורה *thorah*. Quamvis hæc ſcripta putem diu, poſt latam legem Moſaicam; attamen ad eam reſpici nequaquam crediderim; quia perſonæ quidem hîc Dei veri timentes, ſed non Judææ loquentes inducuntur; quamvis Jobus fortè, ut nonnulli conjiciunt, fuerit imago Judæorum piorum in captivitatem Babylonicam abductorum. LXX. Intt. habent, ἐξηγορίαν; *Aquila*, νόμον; *Symmachus*, ἐξομολόγησιν.

Verba ejus in animum demitte] *Pone verba ejus in corde tuo.*

23. *Liberos conſequeris*] תבנה *thibbaneh*, ædificaberis. Vide ad Gen. XVI, 2.

24. *Pones in pulvere &c.*] Facies eâ ratione ut dives fias, quaſi ramenta auri poſſes arenæ & lapidibus torrentium miſcere. Sed pro ושית *veſchith* legit *Hieronymus* ישית *jaſchith*, habet enim *dabit*. Verum nihil opus eſt. Imperativus eſt hîc pro Futuro, ut alibi ſæpe. Vide *Sal. Glaſſium* Gram. Sacræ Lib. III. de Verbo Tr. III. Can. 43.

In pulvere obryſum] על עפר בצר ובצור נחלים אופיר *hal haphar batſer, oubetſour nachalim ophir*. Verterunt LXX. Intt. ſine ſenſu: θήσῃ ἐπὶ χώματι ἐν πέτρᾳ, καὶ ὡς πέτρᾳ χειμάρρου Σωφίρ. *Symmachus*: ἐν τῷ ἀκροτόμῳ ὡς ὀχυρὰς χρυσίον πρωτεῖον. Omiſit vocem עפר *pulvere*. Hieronymus: *dabit pro terra ſilicem & pro ſilice torrentes aureos*. Chaldæus: *& pones ſuper pulverem arcem munitam, ſicut petram torrentium aurum Ophir*. Sed vox *Ophir*, quæ ſequitur, oſtendit בצר *batſar* eſſe *aurum*, & quidem ramenta auri; cùm in pulvere eſſe dicatur, quale in arenis multorum fluminum inveniri notum eſt.

25. *Fodinarum*] תועפות *thohaphoth*. Quod verterunt LXX. Intt. πεπυρωμένον, & Vulgatus: *coacervabitur tibi*. Chaldæus: *munitio excelſa*. Alii aliter, pro varietate conjecturarum. Vertimus *fodinas*, quia תועפות deducitur à יעף *jaheph*, laſſus, eò quòd ad laſſitudinem uſque illic ad metalla damnati laborare ſolent. Vide eorum laborum deſcriptionem, apud *Diodorum Siculum* Bibl. Lib. II. p. 150. Ed. Hanovianæ, è qua liquebit, non ſine cauſa, fodinas *fatigationes* potuiſſe dici. *Continenter in opere perſeverabant, nec per dies, nec per noctes totas conceſſâ quiete*: προσκαρτεροῦσι τοῖς ἔργοις συνεχῶς, καὶ καθ' ἡμέραν καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, ἀνάπαυσιν οὐδεμίαν λαμβάνοντες. Deſcriptiſque laboribus, *hæc*, inquit, *perpetuò faciunt, pro ſeveritate & plagis præfecti*: καὶ ταῦτα ἀδιαλείπτως ἐνεργοῦσι, πρὸς ἐπίστασιν βαρύτατα καὶ πληγάς.

Sam. Bochartus Hieroz. P. I. Lib. III. c. 27. ubi de Oryge, probavit תועפות eſſe *altitudines* Num.

tente delectaberis, & ad Deum vultum adtolles. 27. Orabis eum, isque exaudiet te; & vota tua *ei* perſolves. 28. Verbum, quo te obſtrinxeris, firmum erit, & viis tuis lux illucebit. 29. Cùm te *alii* deprimenr, dices: *me* in altum tollunt; *Deúsque* humilem oculis ſervabit. 30. Liberabit eum qui non eſt innocens; & is quidem, ob puritatem manuum tuarum, liberabitur.

XX. Jobus de innocentia ſua Dei judicium adpellat, qui non ſemper nocentes punit & innocentes tuetur.

1. REPOSUIT verò Jobus, hiſce verbis: 2. Etiam hodie ſermo meus mihi moleſtus eſt, & manus ejus gemitui meo gravior incumbit. 3. Utinam ſcirem *ubi* CAPUT XXIII.

libentiſſimè confugies. 27. Ad eum preces tuas fundes, nec auxilium ſuum tibi negabit, quapropter ei vota tua libentiſſime perſolves. 28. Id quod ei pollicitus fueris præſtabis, ille verò lumine ſuo tuis viis illucebit. 29. Cum te homines ſpreverint, eorum contemtu te ſenties ad Deum adtolli; atque ab eo, quo humilior eris, eo te libentiùs, iis invitis, ſervabit. 30. Liberabit eum, qui ſe coram eo deprimet, quamquam non erit innocens; isque eò quod puras manus ad ſe adtolles, dum pro eo Deum invocas, liberationem conſequetur.

PARAPHRASIS.

1. JOBUS verò calamitatibus ſuis oppreſſus vix aurem præbebat Eliphazo, licèt religioſo atque amico ſermone eum ad ſpem meliorem vocaret. 2. Negavit ſe eo die libenter cum amico colloqui, *dum*

Num. XXIII, 22. XXIV, 8. & Pſ. XCV, 4. ejusque ſententiam in Libro Numerorum ſequuti ſumus. Verùm hîc eamdem vocem, *fodinas* interpretati ſumus, aliter quàm ille vertendam putavit. Vult hanc ſententiam eſſe verborum Eliphazi: *argentum*, vel *nummi altitudines erunt tibi*, id eſt, nummi tui in cumulos exſurgent. Sed hæc mera eſt conjectura, cui ex hoc loco firmamenti nihil peti poteſt. Vult ille יעף *jaheph*, quod eſt propriè *fatigare*, potuiſſe in adſcendendi notione uſurpari, quia adſcendendo fatigamur; eodem ego jure contendo *fodinarum* nomen indidem peti, quia nullo labore tam fatigantur miſeri homines, quam fodinarum. Ac ſanè mentione factâ auri ramentorum, quæ in fluminibus inveniuntur aptè meminit hîc argenti è fodinis eruti; nam è ſolis fodinis petitur, non è ramentis, ut aurum. Denique nullum eſt exemplum, quo תועפות *thophehoth*, acervos dici conſtet.

26. *Vultum adtolles*] Fiduciæ indicium. Vide Cap. XI, 15.

28. *Verbum quo te obſtrinxeris*] ותגזר אמר ויקם לך, *vatthigzar omer vejakom lach*; & decernes verbum & ſtabit tibi. Eſt quidem גזר *gazar*, apud Hebræos, *ſecuit*. Sed, apud Chaldæos, in Lingua Thalmudica, frequentiſſimè ſignificat *decrevit*, *ſtatuit*. Hinc nonnihil detortâ ſignificatione גזור אמר *gezor omer*, eſt verbo ſe obſtringere; quia ſequitur יקום לך *ſtabit tibi*, hoc eſt, irritum à te non fiet, ſervabitur. LXX. Intt. ἀποκαταστήσει δέ σοι δίαιταν. *Theodotion:* ὁρίσεις ῥῆμα, καὶ σταθήσεταί σοι. Vulg. *decernes rem & veniet tibi.*

Et viis tuis lux illucebit] *Et ſuper vias tuas ſplendebit lumen*. Omnia tibi erunt ſecunda, nam ut *tenebræ* adverſas, ſic *lux* res ſecundas deſignat. Vide C. XVII, 12. XIX, 8.

29. *Me in altum tollunt*] גוה *gevah*, altitudo.

Humilem oculis] שח עינים *ſchach henajim*. Demiſſio oculorum humilitatis indicium. *Oculi alti* deſignant contrà ſuperbiam. Vide Pſalm. XVIII, 28. Prov. VI, 17.

30. *Eum qui non eſt innocens*] אי נקי *i naki*. Videtur אי olim, in Lingua Hebraica, idem fuiſſe ac לא *non*, ut in Lingua Arabica, quod obſervavit *Grotius*; & in Æthiopica, ut animadvertit *Jobus Ludolfus* in Comment. Hiſtor. Æthiop. Lib. I. c. 106. Vide &, ad hanc particulam, idem ſentientem *Chriſtian. Noldium*. Sic & Chaldæus: דליתוי זכאי delethoi zacchai, *non innocentem*. At LXX. Intt. omiſerunt, cum verterint ῥύσεται ἀθῷον, & Vulg. *ſalvabitur innocens*. Crediderim אי propriè eſſe *ubi*, cum verò de eo quod non comparet, quæri ſoleat: *ubi eſt?* quod aliquando, è vi interrogationis, perinde eſt, ac nusquam eſt; ideò אי ſignificaſſe *non*. Sic אי כבוד *Icabod*, hoc eſt, *ubi gloria*, dictus eſt puer, qui natus eſt cùm gloria Iſraëlis, hoc eſt, *Arca* abducta fuiſſet, 1. Sam. IV, 21. Dicitur autem, propter innocentem, ſervari non innocens, ut Gen. XVIII, 23, 32. Eſai. XXII, 30. Jerem. V, 1.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXIII.

2. *SErmo meus mihi moleſtus eſt*] מרי שחי *meri ſchichi*, amaror oratio mea. Pro verbis hiſce, quæ non adſequuti ſunt, habent LXX. Intt. καὶ δὴ οἶδα ὅτι ἐκ χειρός μου ἡ ἔλεγξίς μου ἐστί. *Hieronymus: nunc quoque in amaritudine eſt ſermo meus.* מרי *meri* tam eſt *amaror*, quàm מרה *marah* eſt amara, & qui vertunt *rebellionem*, non reputant, eam eſſe hominem quorum *anima eſt amara*, ut eſt 1. Sam. XXII, 2. ideóque ſic dictam.

Et manus ejus &c.] ידי כבדה על אנחתי *jadi chubedah hal anahhthi*, manus mea gravis eſt, ſupra gemitum meum. LXX. Intt. legerunt hîc ידו *manus ejus*; nempe, Dei, habent enim:

ἡ χεὶρ

ubi ſit, & eum invenire poſſem! ad ſedem usque ejus irem. 4. Coram eo me ad judicium compararem, & os meum redargutionibus implerem. 5. Scirem verba *quæ* mihi reponeret, & intelligerem quid mihi diceret. 6. An magnitudine potentiæ mecum litigaret? Nequaquam, ſed in me *converſus* adtenderet. 7. Ille innocens apud eum arguitur, & à judice meo in perpetuum abſolverer. 8. En verò antrorſum eo, ſed non adeſt; retrorſum, ſed eum non adſequor. 9. Cùm *quidpiam* agit ad ſiniſtram, *eum* non video; tegit dextram, nec *eum* animadverto. 10. Quia novit viam meam, me exploravit, *atque* inſtar auri *è catino* exivi. 11. Ejus greſſibus inſtitit pes meus, viam ejus

dum Dei manus etiam gementi gravior incumberet. 3. Deinde dolore ſuo, præter modum incenſus, utinam, inquit, ſcirem ubi Deus, ſingulari ratione, præſentem ſe ſe oſtendit! eum convenire conarer. 4. Coram eo me ſiſterem, cauſam meam ipſe agerem, oſtenderemque non fuiſſe cur præ aliis tam male habeat. 5. Audirem quid eſſet, cur tam malè præ aliis haberer. 6. An magnitudine potentiæ mecum, miſero homine, contendere mallet? Non opinor, ſed querelas meas, pro ſua miſericordia, audiret, earumque rationem haberet. 7 Ad ejus tribunal innocentes audiuntur, ideoque ab eo, æquiſſimo judice, abſolverer, maliſque, quæ patior, in perpetuum liberarer. 8. Nunc vero ſi antrorſum eam, mihi non occurrit; ſi retrorſum, in eum non incido. 9. Nec ad ſiniſtram, aut ad dextram

ἡ χεὶρ αὐτοῦ βαρεῖα γέγονεν ἐπ' ἐμῷ στεναγμῷ. Qui ſenſus apertior eſt & melior; nec dubitavimus eum vertendo ſequi, cùm tantillâ mutatione nitatur. Chaldæus: מחתי *mahbathi*, plaga mea. Quæ fuit etiam ſententia *Hieronymi*, vertentis: *manus plagæ meæ adgravata eſt ſupra gemitum meum.* Sed ידי *manus mea* an dici queat *manus quæ mihi plagam impoſuit*, aut etiam *plaga mea*, eſt cur dubitemus; nam ſi ידי ſignificatu plagæ intellectum eſſet, plaga intellecta fuiſſet, non quæ mihi illata ab alio eſſet, ſed alii à me.

3. *Ubi ſit*] Neceſſariò ſupplendum איה הוא ajjeh hhu, *ubi eſt.* Hæc etiam oſtendunt præceſſiſſe ידו jado *manus ejus*, non ידי jadi, *manus mea*; alioquin hîc nomen *Dei* exprimeretur.

Et eum invenire poſſem] אמצאהו *emtſachou*, inventurus eſſem; hoc eſt, invenire poſſem, quæ non rara eſt Futuri poteſtas.

Ad ſedem usque ejus] עד תכונתו *had thch unatho*; hoc eſt, ubi fixit ſedes ſuas, ubi ſe conſpiciendum Angelis præbet. LXX. incommodè *εἰς τέλος.* *Symmachus* rectius *ἕως τῆς ἕδρας αὐτοῦ*, unde *Hieronymus*: *usque ad ſolium ejus.*

4. *Coram eo me ad judicium pararem*] אערכה לפניו משפט *ehercha lphanau miſchphat.* Verbum hoc ſignificat inſtructum eſſe & paratum ad pugnam, ideóque aptè hîc ponitur, ad ſignificandum hominem ad diſceptandum cum Deo paratum. Audaciorem reddebat Jobum ſuæ integritatis conſcientia, quâ ſciebat ſe non eſſe eorum flagitiorum reum, propter quæ, præ ceteris omnibus, Deum ſibi infenſum experiri deberet; quod amici ejus contendebant. Attamen fatendum à Scriptore hujus libri, ſi res verè contigiſſe ſtatuatur, exornatam nonnihil fuiſſe; eſt enim ſupra humanam audaciam Deum ad certamen provocare, præſertim ſi homo religioſus ſtatuatur.

6. *Nequaquam. Sed in me converſus contenderet*] לא אך הוא ישים בי *lo ach hou jaſchim bi.* Subauditur לבו *libbo*, *poneret animum ſuum in me*; ſeu dicta mea adtenderet. Vide C. I, 8. II, 3. IV, 20. XXIV, 12. XXXIV, 23. Loquendi genus eſt non infrequens in Scriptura, quod tamen non intellexerunt Veteres, cùm LXX. Intt. habeant: *εἶτα ἐν ἀπειλῇ μοι χρήσεται.* *Hieronymus*, *nec magnitudinis ſuæ mole me premet*, & Chaldæus: *non utique ponet litem contra me.*

7. *Apud eum arguitur*] נוכח עמו *nochahh himmo*, non eſt *diſceptat cum eo*, ſed arguitur & qualis eſt deprehenſus, hoc eſt, *innocens*, abſolvitur. Vide ad Eſai. I, 18.

A judice meo &c.] Vel, *liberarer in perpetuum.*

8. *En verò antrorſum eo* &c.] Hoc eſt, nusquam ſe conſpiciendum præbet. Hîc קדם *antrorſum* Orientem ſignificat, אחור *retrorſum*, Occidentem, שמאל *ſiniſtra* Septemtrionem, ימין *dextra* Meridiem.

Sed eum non adſequor] ולא אבין לו *velo abin lo*, non intelligam eum; hoc eſt, non animadverto eum illic adeſſe.

10. *Viam meam*] *Viam apud me* דרך עמדי *viam mecum*; hoc eſt, *quomodo me geram.*

Inſtar auri è catino] Quod bene purgatum, non minuitur, iteratâ liquefactione.

11. *Ejus greſſibus inſtitit pes meus*] *Greſſum ejus tenuit pes meus.*

12. *Præceptum labiorum ejus*] Repetiimus *ſervavi*, è verſu antecedente. Hinc colligere licet viro ſancto, qui hîc loquens inducitur, non fuiſſe ignotam revelationem divinam, ſive Moſaicam, ſive aliam. Sed priorem malim; adludit enim ad res Moſis tempore geſtas Cap. XXVI, 12. Lex naturæ vix poteſt vocari *præceptum labiorum Dei*, quod loquendi genus verba à Deo prolata ſignificat; qualia quæ in monte Sinai pronunciata.

13. *Magis quàm demenſum meum*] מחקי *mehhuki*, notum eſt חק *hhok*, inter alia, *demenſum* ſignificare, vel cibum; qui ſervis dabatur in dies, aut in menſes, & quem recondebant ſibi, ne ab aliis abſumeretur. Vide Proverb. XXX, 8. מן autem eſt paſſim *magis quàm.* Vult ergo Jobus ſe in animum ſuum, vel in memoriam ſtudioſiùs divina præcepta recondidiſſe, quàm ſervus demenſum ſuum ſolebat. Verterunt hæc LXX. Intt. *ἐν κόλπῳ μου ἔκρυψα*, quaſi ſcriptum hîc eſſet בחיקי *behhehi*, in ſinu meo, ut habet etiam *Hieronymus.*

13. *At ille, ſi in uno quidpiam ſtatuerit*] והוא באחד vehou beehhad, *& ille in uno.* Verba mirè elliptica, ſed quæ vix aliter intelligi patiuntur ſequentia. LXX. Intt. *εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ἔκρινεν*

Google

ejus ſervavi, nec ab ea declinavi. 12. *Servavi* præceptum labiorum ejus, nec ab eo receſſi. Sermones oris ejus, magis quàm demenſum meum, recondidi.

13. At ille *ſi* in uno *quidpiam ſtatuerit*, quis eum revocabit? Animus ejus *quidquid* optat facit. 14. Ille verò quod ad me pertinebat mihi reddet, ſimúlque talia plura. 15. Idcóque ejus causâ terreor, *rém*que intelligens ejus metuens ſum. 16. Deus mollivit cor meum, Omnipotens terruit me; 17. quia non ſum ante tenebras exciſus, ſed à me occultavit caliginem.

*. Cur

tram converſus videre eum poſſim. 10. Quia novit mores meos, meque exploravit, inſtar auri puri in camino liquefacti, illæſus evaſi. 11. Viam ab eo mihi monſtratam conſtanter ſequutus ſum, nec ab ea unquam diverti. 12. Leges ejus obſervavi, nec ulla in re ab iis declinavi, cum eas ſemper memori animo recoluerim, & diligentiùs, quam demenſum quotidianum, ſervaverim.

13. Ille verò, ſi quid apud ſe ſtatuerit, à quo revocabitur, ne id exſequutioni mandet? Facit quidquid ſibi videtur. 14. Quod mihi abſtulit, ſatis ſcio, reſtituet, & plura alia ejusmodi admetietur. 15. Quamobrem, terrore correptus, ei pareo. 16. Dedit mihi molliorem animum, minùsque me in officio retinuit; 17. quandoquidem me confeſtim è medio non ſuſtulit.

PARA-

ἔκρινεν οὕτως. *Hieronymus: ipſe enim ſolus eſt*, quaſi eſſet omiſſum ב in poſteriore vocula. Qui legere poterant ſolas verſiones Græcas, ſi ſenſum plenum in LXXVirali inveniebant, ulteriùs nihil requirebant; unde factum ut in locis obſcuris, quæ clarâ verſione expreſſerant, quamvis à verbis Hebraicis aliena, paſſim quomodo alii Græci interpretes verterint prorſus reticuerint; cùm maximè cuperemus ſcire, quid de iis locis ſenſerint. Sed non mirum eſt, homines Hebraicæ Linguæ imperitos, neſciviſſe uti præclaris auxiliis, quæ ad intelligendum Vetus Teſtamentum habebant. Hoc mirum eſt *Hieronymum*, in locis obſcuris, cùm Græcos alios Interpretes ad manum haberet & Hebraïca legeret, tam frequenter cæſpitaſſe, & ita vertiſſe, quaſi verborum Hebraicorum rationem nullam haberet. Quod in hoc libro præſertim animadvertere licet. Atqui in obſcuris verbotenus potiùs, ex *Aquila*, vertendum erat. Verum ἑρμηνευτικῆς leges parum notæ erant.

Quis enim revocabit] *Redire faciet*; hoc eſt, à ſententia revocabit. LXX. Intt. τίς ἐστιν ἀντιπίπτων αὐτῷ, incommodè. Meliùs Hieronymus: *nemo avertere poteſt cogitationem ejus*; nam is revera eſt ſenſus verborum Jobi. Vide Num. XXIII, 20. Eſ. XLIII, 13.

Animus ſuus quidquid optat facit] *Et anima ejus cupit & fecit*; hoc eſt, ut habent LXX. Intt. ὃ γὰρ αὐτὸς ἠθέλησε, καὶ ἐποίησε.

14. *Ille verò quod ad me pertinebat mihi reddet*] כי ישלים חקי *chi jaſchlim hhukki*, quia perficiet portionem meam. Aut aliquid deeſt, aut כי *chi* abundat, quod ſæpe fit. Vide *Noldium* ad hanc particulam, num. XXXI. חקי eſt hic quod ad me pertinebat, erat enim hoc veluti demenſum, quod Jobus à Deo acceperat.

Simúlque talia plura] *Et ut hæc multa cum eo*; hoc eſt, ſimilia ejusdem generis plura; quod & factum eſt, ut liquet ex ultimo Capite. Pro hiſce, hunc verſum ſic expreſſerunt LXX. Intt. διὰ τοῦτο ἐπ' αὐτῷ ἐσπούδακα, νουθετούμενος δὲ ἐφρόντισα αὐτῷ, quæ nihil planè ad rem faciunt. Nec melius *Hieronymus: cùmque expleverit in me voluntatem ſuam, & alia multa præſto ſunt ei*; quaſi legiſſet חפצו *hhephſo*, quod reverâ hoc ſignificat, & jungitur cum verbo השלים Eſai. XLIV, 28. Nos verò ישלים, quod propriè eſt *perficiet*, reddidimus *reddet*, è ſignificatione Conjugationis *Pihel*, quæ Conjugationi *Hiphil* paſſim eſt adfinis.

15. *Rémque intelligens*] אתבונן *ethbonan*, intelligam.

16. *Mollivit*] הרך *herach*. Et in aliis Linguis timor animum *mollire* dicitur.

17. *Ante tenebras*] לפני חשך *liphne hhoſchech*, ante calamitates, quæ ei contigerant, & quibus emollitus erat animus ejus.

A me occultavit caliginem] *A facie mea occultavit caliginem*. Videtur mors ſignificari, cui ereptus erat Jobus. Vide Cap. X, 21. & quæ illic diximus.

CAPUT XXIV.

1. CUr ab Omnipotente non occultata ſunt tempora? & qui eum norunt, non vident dies ejus? 2. *Sunt qui* terminos movent, gregem rapiunt & paſcunt. 3. *Sunt qui* aſinam pupillorum abigunt, & bovem viduæ pignerantur. 4. *Sunt qui* cogunt decedere pauperes de via, ſimúlque ſe ſe abdunt humiles tractûs *illius*. 5. En *quaſi* onagri in deſerto ad ſua opera egrediuntur, mane ſurgunt ad prædam, deſertúmque

PARAPHRASIS.

1. CUr verò à Deo non ſunt difficilia tempora nobis occultata, & qui eum timent, antea placidâ morte è medio non tolluntur? 2. Sunt qui agrorum vicinorum terminos movent, & vicinorum greges abigunt & alibi quaſi ſuos paſcunt; 3. qui pupillorum aſinam abducunt, & viduæ bovem pignori opponunt. 4. Sunt qui pauperes de via publica decedere ſuperbè cogunt, & quibus conſpectis pauperiores ſe ſe abdere coguntur. 5. Onagrorum inſtar, ad deſerta loca egrediuntur, ut prædas agant matutino tempore, atque è remotioribus locis furantur ut alant liberos. 6. Alii pauperiorum, in deſertis locis, pabulum demetunt, & vindemiant

COMMENTARIUS
In CAPUT XXIV.

1. C*Ur ab Omnipotente non ſunt occultata tempora?*] מרוע משרי לא נצפנו עתים *madduah miſſchaddai lo nitſphenou hittbim.* Locus obſcurus, & qui Interpretes variè torſit. Clarus tamen, niſi fallor, fiet, ſi meminerimus עתים *hittbim*, ſæpe in malam partem accipi de temporibus calamitatum, ut Jerem. XXVII, 7. aliiſque locis à *Valent. Schindlero* collectis, eodémque ſenſu intelligendos *Dies Dei*, de temporibus, quibus pœnas de malis repetit. Quod cùm ita habeat, *occultari* dicuntur mala *tempora à Deo*, quando antevertuntur, nec umquam contingunt; quam loquutionem jam vidimus verſu ult. Cap. antecedentis. Hoc ergo vult Jobus: cur Deus à bonis difficilia tempora non amolitus eſt? cur in ea boni imprudentes incidunt?

Non vident dies ejus] Hoc eſt, non prævident *dies* ejus, quibus de malis pœnas ſumet. Nam *dies Dei* eſt dies ejus iræ. Vide Joel C. III, 4. Sophon. I, 14. & 18. LXX. Intt. hîc habent: *διά τι δὲ κύριον οὐκ ἔλαθον ὧραι.* Sed non eſt in Hebraïcis נצפנו לשדי *nitſphenou lſchaddai*, occultata ſunt Omnipotenti, ſed משרי *miſchaddai*, ab Omnipotente, ſeu decreto quod ab eo manarit. Præterea cùm ſe non expedirent, ſequentia commatis verba omiſerunt. *Hieronymus*, omiſſâ interrogandi particulâ, quam ſequentibus convenire non putabat: *ab Omnipotente non ſunt abſcondita tempora.* Sed eâ omiſſâ, mutatur ſenſus.

2. *Sunt qui ſermones movent*] Supplevimus *ſunt qui*, quia flagitia ſequentia non ſunt omnia eorumdem hominum. Non eſt autem horum cum ſuperioribus, nec ſequentibus nexus nimis anxiè quærendus; cùm non ſoleant Orientales, in ejuſmodi libris, connexis inter ſe ratiocinationibus uti; ſed congerant paſſim, ſine ordine, quæ faciunt ad id quod cogitant, atque ad alia, ſine tranſitione ulla, ſe ſe conferant. Non eſt de iis judicandum, ex noſtro ipſorum uſu. Pro eo quod diximus Latinè *terminos movent*, eſt גבולות ישיגו *ghbouloth jaſſchigou*, hoc eſt, propriè *limites adtingunt*, ſed quia non adtinguntur, niſi movendi conſilio, ideò adtingere hîc *perinde* eſt ac *movere*. Vide not. ad Gen. III, 3.

Et paſcunt] Quaſi, nempe, ſuum.

Bovem viduæ pignerantur] יחבלו *jahbbelou*, hoc eſt, ab ea acceperunt pignori, quod lege vetitum erat. Vide Exod. XXII, 26, 27. & Deut. XXIV, 6, 10. & ſeqq.

4. *Cogunt decedere pauperes de via*] יטו אביונים מדרך *jattou ebjonim midderech*, declinare faciant pauperes de via. Homines fortè ſuperbi & ſatellitio ſervorum, aut clientium cincti ambulantes, per eos de via ſubmovebant pauperes, apud Orientales; eodem modo, quo faciebant Romani Magiſtratus, quorum lictores ſubmovebant populum, aut de via decedere jubebant. Exempla vide apud *H. Grotium*, ad hunc locum. Fortè etiam agitur de mendicis, qui ad viam ſedebant ſtipem petentes, quos expelli jubebant ejuſmodi homines. *Symmachus*: *παρέτρεψαν πενήτων ὁδὸν*, unde *Hieronymus*: *ſubverterunt pauperum viam.*

Simúlque ſe ſe abdunt] Homines pauperes iis occurrere non audebant. חבאו *hhubbeou*, facti ſunt latere. *Symmachus ἀφανεῖς ἐποίησαν*, quaſi in *Pihel* legiſſet *hhibbeou*.

5. *En quaſi Onagri in deſerto* &c.] Conferuntur hîc homines improbi cum *Onagris deſerti*, qui ſunt feritatis eximiæ. Vide dicta ad Gen. XVI, 12. Ἀκοινωνεῖν, ut Græci loquuntur, videtur hîc potiſſimùm reſpici, quâ ejuſmodi homines, ſeorſim ab aliis ſibi ſemper conſulentes, aliis nihil communis emolumenti ſecum eſſe patiuntur.

Ad ſua opera] בפעלם *bephobalam*, in ſuo ipſorum opere. Eſt ב pro ל, quæ non rarò permutantur. Videtur autem voce *opus* ſignari flagitia, quæ ſibi propoſuerunt; non opus ruſticum, aut quodvis aliud licitum & honeſtum. Sequentia verba hoc perſuadent.

Mane ſurgunt ad prædam] משחרי לטרף *meſchahhare lattareph.* Eſt ſtatus conſtructus pro abſoluto משחרים *meſchahharim*, niſi exciderit ם. Deſcribitur hîc vita frequens, apud Arabas, qui latrociniis ſummopere erant dediti, ſuntque etiamnum hodie. *Diodorus* Bibl. Hiſtor. Lib. II. p. 131. ubi de Nabatæis: *ἔχουσι δὲ βίον λῃστρικὸν, καὶ πολλὴν τῆς ὁμόρου χώρας κατατρέχοντες λῃστεύουσι*: *vitam habent prædatoriam & magnam partem finitimæ regionis peragrantes latrocinantur.* Quod confirmant recentiores omnes Itinerariorum Orientalium Scriptores.

Deſer-

Digitized by Google

que eis eſt *quod* panem *ſuppeditat* pueris. 6. *Sunt qui* ruri pabulum *pauperis* demetunt, & improbus vineam *ejus* vindemiat. 7. Nudi *pauperes* pernoctant, ſine veſte, nec ullum iis eſt indumentum in frigore. 8. Effuſo è montibus humore madefiunt, & quia tecto carent in *cavam* rupem ſe recipiunt. 9. *Sunt qui* rapiunt ex ubere pupillum, & ab humili pignus exigunt. 10. *Sunt qui* nudum ſine veſte ambulare cogunt, & eſurientibus manipulum rapiunt. 11. Intra muros eorum oleum *alii* exprimunt, *nec eo utuntur;* calcant torcularia, & ſitiunt. 12. Mortui ex urbe gemunt, animique confoſſo-

demiant eorum vineas. 7. Sunt pauperes, qui ſine ſtragulis veſtibus pernoctant; quorum nemo miſeretur, ne tempore quidem hiberno. 8. Interim pauperes, effuſis è montibus humoribus, madefiunt, atque in rupes cavas confugere conantur, quia domo carent. 9. Non deſunt, qui rapiunt ex ubere pupillum, ut eorum quaſi verna habeatur, atque à pauperibus pignora exigunt, ſi mutuum iis dent. 10. Sunt qui pauperes, quibus auxilium omne negant, nudos in publico ambulare cogunt, & manipulum, in ſpicilegio collectum, egenis eripiunt. 11. Intra eorum muros, oleum alii exprimunt, alii eo utuntur; calcant torcularia nonnulli, & ſitiunt. 12. Animi eorum, qui in urbibus occiſi ſunt,

Deſertùmque eis eſt, quod panem ſuppeditat pueris] ערבה לו לחם לנערים harabah lo lehhem lannaharim, *deſerta terra*, *ei* (pro eis) *panis pueris.* Latrocinio familiam ſuſtentant, dum in deſertis locis viatores ſpoliant. Verterunt hìc LXX. Intt. ἡδύνθη αὐτῷ ἄρτος εἰς νεωτέρους. Sic & *Symmachus*: ὡς ἑκάστῳ αὐτῶν ἄρτος εἰς παῖδας. Reverà ערב aliquando ſignificat *dulcis fuit.* Sed cùm ſermo ſit de *deſerto*, præſtat *ſolitudinem* interpretari. Vide infrà Cap. XXXIX, 6.

6. *Pabulum pauperis*] בלילו blilo. Sed referri videtur ad pauperes, de quibus verſu 4. nec obſtat quod illic numero plurali utatur, hic ſingulari; nam numeri paſſim in hiſce ſermonibus miſcentur, & ſingularis hìc, ubi de toto genere hominum agitur, tantumdem valet ac pluralis.

Improbus vineam ejus vindemiat] וכרם רשע ילקשו vecherem raſchah jelakkeſchou, quod verti queat, ſi verborum tantum rationem habeamus, *vineam improbi vindemiant*; ſed ſenſus & res ipſa repugnant; nam malus aliorum vineam vindemiat, non ſuam vindemiari patitur. Agit hìc Jobus de factis improborum, non de calamitatibus. *Vindemiant* eſt pro *vindemiat*, quia agitur de pluribus. Verbum ילקש de ſera vindemia interpretantur, ſed hìc de quavis intelligendum videtur.

7. *Nudi pauperes pernoctant* &c.] Spoliati, nempe, ab hominibus fraudulentis.

8. *Effuſo è montibus humore*] מזרם הרים mizzerem harim, *ab humore montium.* Interpretantur LXX. Intt. ψεκάδες ὀρέων, Hieronymus, *imber montium.* Intelliguntur rores, aut pluviæ, è vaporibus montium denſatæ, adeóque aliis frigidiores; nam juga montium ſemper ſunt planitie frigidiora, etiam per æſtatem.

Et quia tecto carent, in cavam rupem ſe recipiunt] מבלי מחסה חבקו צור mibbeli mahhſeh hhibbekou tſour, quia ſine tecto ſunt, amplectuntur rupem. מחסה mahhſeh propriè eſt *perfugium*, vel locus, in quem, vitandi cujusvis incommodi causâ, perfugitur; ſed dicitur etiam de loco tecto, in quem, pluviæ causâ, homines fugiunt, Eſai. XXV, 4.

In cavam rupem] Ut ante inventas domos factum narrant Poetæ. *Lucretius* Lib. V, 353.

Cùm nemora atque cavos montes, ſilvaſque colebant
Et frutices inter condebant ſqualida membra,
Verbera ventorum vitare, imbréſque coacti.

Laterarias & domos conſtituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis; antea ſpecus erant pro domibus; ait *Plinius* Lib. VII. c. 56. ubi poſt *laterarias* ſubaudiendum *officinas*, quod non vidit poſtremus Plinii interpres.

9. *Ex ubere pupillum*] Viduæ, nempe, prolem etiamnum lactentem, ut ſervi loco educatum haberet, quòd miſera mulier debitum fortè à marito contractum diſſolvere non poſſet.

Pignus exigunt] Vide vers. 4.

10. *Manipulum rapiunt*] נשאו עמר naſcheou homer. Intelligi videtur pauper, qui è ſpicilegio manipulum confecerat, eóque ab avaris hominibus, viribus vel auctoritate ſua fretis, ſpoliabatur, quod Lege Moſaica vetitum erat. Vide Levit. IX, 9. & liberalitatis contrariæ exemplum in Hiſtoria *Ruthæ.* Senſum quidem expreſſerunt LXX. Intt. qui habent τὸν ψωμὸν ἀφείλαντο, ſed nihil vetabat verti δράγμα, quod facilè intelligi potuit, ut diximus; quamvis nec ipſi recentiores Interpretes plerique rem adſequuti ſint.

11. *Inter muros eorum oleum exprimunt*] בין שורתם יצהירו ben ſchourotham jatshirou. Cùm יצהר jitshar, oleum ſignificet, Chaldæus Interpres, quem Judæi omnes ſequuti ſunt, ut & recentiores Chriſtiani, exiſtimavit hìc eſſe Futurum *Hiphil*, quod ſignificet *oleum exprimunt*, nec quidquam eſt, in re ipſa, quod ei objiciatur, & Arabica radix צהר tſahara, inter alios ſignificatus ſuos, *liquefacere* ſignificat, quod affine eſt expreſſioni olei. Vult ergo Jobus eos deſignare, qui intra muros alienæ domûs oleum exprimunt, mercede à domino acceptâ. Verùm hìc aliquid deeſt, ut liquet ex comparatione ſequentis hemiſtichii, ut ita vocetur alterum membrum; ubi non tantùm eſt *eſſe qui calcent torcularia*, ſed additur, *eos ſitire*, hoc eſt, nullam, in ipſis vindemiis & vini confectione, ejus partem habere. Quibus verbis illiberalitas divitum notatur, qui durè & turpiter erga operas, quibus utuntur, ſe gerunt. Quare memoratâ expreſſione olei, addendum cenſuimus *nec eo unguntur*, ולא נמשחו בו velo nimſchahhou bo; hoc eſt, nullo modo eo utuntur, cùm exigua olei menſura donari deberent. LXX. Intt. ut paſſim in hoc libro, pro ſenſu, quem non adſequebantur, commenticium nobis obtrudunt: ἐν στενοῖς ἀδίκως ἐνήδρευσαν, ὁδὸν δὲ δικαίαν οὐκ ᾔδεισαν. Quæ nullam adfinitatem

foſſorum vociferantur ; ſed Deus ad flagitium *animum* non adjicit. 13. Sunt illi inter eos, qui lucem fugiunt, qui vias ejus non norunt, nec in ſemitis ejus ſteterunt. 14. Ante lucem ſurgit latro, ut humilem & egenum occidat, & in nocte eſt inſtar furis. 15. Oculus adulteri exſpectat veſperam, dicitque: oculus nullus me videbit, & velum vultui ſuo imponit. 16. Suffodiunt *parietum perfoſſores* domos in tenebris, interdiu ſe ſe occultant, nec lucem norunt. 17. Nam matutinum tempus illis pariter eſt umbra mortis; quia eo terrores umbræ mortis animadvertunt.

18. Supernatat aquæ ſuperficiei, agro ejus in terra malè precantur, nec ſe convertit ad

ſunt, videntur gemere & vociferari, nec Deus crudele facinus adtendere videtur. 13. Sunt homines facinoroſi, qui lucem fugiunt, interdiuque dormiunt; 14. ut latrocinia noctu exerceant, nec norunt artes, quæ interdiu coluntur. 15. Adulteri vero exſpectata veſpera, ut ne deprehendantur, velum etiam vultui ſuo imponunt, ne agnoſcantur; quaſi

habent cum verbis, aut cum ſenſu. *Hieronymus: inter acervos eorum meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt.* Verum eſt צהרים *tſohorajim* ſignificare *meridiem*, & agi etiam de conculcantibus torcularia, iiſque ſitientibus. Sed nullo exemplo conſtat שורות *ſe oroth* ſignificare *acervos*, nec ſenſus ullus commodus ex ea interpretatione exoritur. Fortè ex Græca Lingua, in qua σωροὶ ſunt acervi, hanc Hebraicam interpretatus eſt, ut quando נגי in Sophonia vertit *ungas*, Cap. III.

12. *Mortui ex urbe gemunt animique confoſſorum* &c.] מעיר מתים ינאקו ונפש חללים תשוע *mehir methim jinakou, venephesch bhalalim ſcheſchavveah.* Videtur Jobus reſpicere ad calamitatem miſeræ urbis, quæ capta ab exercitu, aut latronibus fuiſſet, & cujus incolæ eſſent à victoribus aut potentioribus ad internecionem deleti; quod contingebat ſæpe in Orientalium bellis; ſive per juſtos exercitus res gereretur, ſive per latrones; de qua tamen immanitate ſupplicium nullum Deus ſumere videbatur. Contigit hoc, cùm Jeroſolima à Babyloniis capta eſt, & permulti Judæorum occiſi; nec tamen ejus ætatis homines viderunt ullam propterea ultionem divinam, de Babylonis Rege Nabuchodonozoro captam, & ſæpe aliàs. Vertimus מתים, eodem modo ac ſi eſſet מֵתִים, quamvis poſteriore voce *mortuos*, priore homines *mortales* ſignificari velint; agitur enim hìc re verâ de mortuis, ut ex ſecundo membro liquet. Argutiæ ex punctis deductæ ſolâ punctatorum auctoritate nituntur, quæ auctoritas non eſt prophetica; ut viri doctiſſimi oſtenderunt, quamvis eam ſequi ſoleamus. *Mortui* autem dicuntur *gemere*, & *anima mortuorum vociferari*, non quòd crederet Jobus animos mortuorum vivere; ſed ſignatè, ut ſignificetur ingens immanitas à militibus, aut latronibus admiſſa flagitare à Deo ultionem. Sic *vox ſanguinis* Abelis dicitur *inclamaſſe Deum è terra*, Gen. IV, 10. quòd res ipſa poſceret pœnas à Deo de Caine ſumi. Sic *clamor Sodomæ & Gomorrhæ* dicitur de illarum urbium ſceleribus, Gen. XVIII, 20.

Ad flagitium animum non adjicit] לא ישים תפלה *lo jaſchim thiphlah.* Diximus antehac ad Cap. XXIII, 6. ſuppleri hìc debere לבו אל *libbo el*; animum ſuum ad; *flagitium*, nempe, quod ſequitur. Vox תפלה *tiplah* grave flagitium, aut ſcelus immane hìc ſignificat, ut res ipſa docet, unde Chaldæus חובא *bhoba* vertit. Verterunt LXX. Int. οἱ ἐκ πόλεως καὶ οἴκων ἰδίων ἐξεβάλλοντο, ψυχὴ δὲ νηπίων ἐστέναξε μέγα· αὐτὸς δὲ διὰ τί τούτων ἐπισκοπὴν οὐ πεποίηται. Vulgatus: *de civitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamavit, & Deus multum habere non patitur.* Quæ ex conjectura & conculcatâ vocum tam poteſtate, quàm conſtructione, verterunt. *Symmachus* habebat: οὐκ ἐμπνεῖ μωρίαν.

12. *Sunt illi*] Latrones, aut milites, qui internecionem in urbe fecerunt.

Lucem fugiunt] במורדי אור *bmorede or*, in rebellibus lucis. *Lucifugos* Latini vocant.

Qui vias ejus non norunt &c.] Qui nihil agunt eorum, quæ luce & palam fiunt, quia nocturnis latrociniis intenti ſunt.

Steterunt] ישבו *jaſchebou*, non habitarunt. Vulgatus: *non reverſi ſunt, per ſemitas ejus*, quaſi legiſſet ישובו jaſchoubou.

15. *Exſpectat veſperam*] *Obſervat* שמרה, ſchamerah, *crepuſculum*, veſpertinum, nempe.

16. *Interdiu ſe occultant*] *Interdiu ſibi obſignant* יומם חתמו למו *jomam bhitthemou lamo*, claudunt interdiu latebras ſuas. Quia quæ *obſignantur* clauſa ſunt, ideò *obſignare* pro claudere ſumitur. Vide C. IX, 7. *Symmachus*: ὡς ἐν σφραγῖδι κρύψωσιν ἑαυτοὺς, ἐὰν γένηται αὐτοῖς ὄρθρος σκιὰ θανάτου, φωραθεὶς γὰρ ἀνύπαρκτος ἔσται βιασθεὶς θανάτῳ.

17. *Umbra mortis*] Vel ſumma caligo. Vide not. ad C. X, 21.

Terrores umbræ mortis] Quia ſibi timent interdiu, ne capiantur, ut alii noctu ſibi timent à furibus & latronibus.

18. *Supernatat aquæ ſuperficies*] *Levis illa ſupra faciem aquarum.* Videtur hoc velle, latrones natatu, aut ſcaphis trajicere Euphratem, ſive ut in adverſa ripa latrocinentur, ſive ut perſequentes fugiant. *Symmachus* habebat hìc: ἐπιπόλαιος ὕδατος. Accolæ Euphratis & qui in exiguis ejus inſulis habitant, facilè trajiciunt flumen ſubjecto pectori utre inflato; qua de re, vide *Petrum Vallenſem* Ep. XVII, Bagdado data p. 470. Ed. Venetæ in 12,

Agro ejus in terra malè precantur] תקלל חלקתם בארץ *thekullal bhelkatham baarets.* Interpretantur incolas eorum locorum malè precatos latronum prædiis; nec eos rediiſſe amplius in ſuas vineas. Sed ſatius fortè ſit fateri ignotum nobis eſſe horum verborum ſenſum; in quibus poſſit latere neſcio quid παροιμιῶδες, aut reſpici queant conſuetudines nobis ignotæ; quàm frigidas & contortas interpretationes comminiſci. Hoc unum poſſimus dicere, Jobum, in hiſce, agnoſcere Deum aliquando de malis pœnas ſumere, quod & in aliis ſermonibus

ad viam vineatum. 19. Siccitas & calor aquas niveas rapiunt, *ad* ſepulcrum *ille* peccavit. 20. Obliviſcitur ejus uterus, *ut ſit* ei vermis dulcis, non ampliùs memorabitur, & confringetur improbitas, inſtar ligni. 21. Alit ſterilem quæ non parit, nec viduæ *ejus* quiſquam benefacit.

22. Trahit *Deus* validos robore ſuo; ſurgunt, nec credunt vitæ. 23. Dat illis, ut fidenter *utantur*, eíque innitantur; ſed oculi ejus in eorum vias *ſunt intenti.* 24. Tolluntur parumper, at *paullò poſt* nulli ſunt, adtenuantur, ſicut omnes deſinunt, & ut faſti-

quaſi dum hominum oculos fugiunt, Deum fallere poſſint. 16. Sunt qui noctu ſuffodiunt muros domorum, & interdiu in publicum prodire non audent. 17. Matutinum tempus eſt iis, quaſi obſcuriſſimæ noctis caligo, per quam timent ne agniti occidantur. (18. *ad* 21. *nullâ Paraphraſi illuſtrantur propter loci obſcuritatem, quæ major eſſe non poſſet.*) 22. Deus validiſſimos quosque e medio tollere poteſt. 23. Concedit quidem iis, ut confidenter ſuis utantur, iisque confidant, ſed ejus oculi intenti ſunt in

bus videmus; ſed ſingulorum rationem reddere, & nexum omnium evolvere, quis ſperare auſit? Interpretes Veteres hîc non proferimus, quia in meris tenebris verſantur, ita ut exiguam verborum rationem habeant.

Philippus tamen *Codurcus*, qui Commentarium in hunc librum ſcripſit, non tantum exiſtimavit, quod aliis etiam viſum eſt, Piraticam ſignificari; ſed totius hujus loci ſententiam à ſe inventam. Ait קלים על פני מים *Kalim hal phne majim* eſſe Piratas, qui *leviter & pernîciter per mare feruntur*; rationémque Piraticæ ſequentibus verbis taugi, quibus Agriculturam à nonnullis ſpretam docet. Verba תקלל חלקתם בארץ interpretatur, *vilis eſt illis ſors ſua, in terra*, non *maledicta eſt*, iisque contemtum agriculturæ ſignificari contendit. Nec negandum verbis ſubeſſe poſſe eam poteſtatem, quam iis tribuit; & quod negantur ii, de quibus agit Jobus, *reſpicere viam vinearum*, id quoque contemtum agriculturæ poſſe deſignare. Sed cum loquatur, aut loquens inducatur homo Arabs mediterraneus, cui ignota erat ejusmodi Piratica; non facile mihi perſuaſerim eò ſpectari.

19. *Ad ſepulcrum ille peccavit*] שאול חטאו *ſcheol hhatheou.* Poſſimus interpretari, ut ſiccitas & calor exhauriunt aquas è montium nivibus collectas: ſic ejusmodi homines, cùm venerit ſupplicii à Deo præſtitutum tempus, morte pœnas daturos.

Idem *Codurcus* vult hanc eſſe mentem Jobi, eos, qui, neglectâ agriculturâ, augendæ rei familiari, navigationis ope, operam dant, perinde facere ac ſi quis fluviales aquas contemneret, cauſatus eas ex nivibus oriri, ut è profundiſſimis puteis potum peteret; quod, ut ait, eſt *infernum oberrare*, ſic enim vertit verba Hebraica שאול חטאו. Sed hæc eſſe violenta & contorta nemo non videt, nec obſcuri hujus libri omnes tenebras diſcutere noſtrum eſt. Tutius eſt æquo animo quædam ignorare, quàm ad violentas interpretationes confugere, ut ſcire videamur quod ignoramus. Talia ſunt comma 18. & quatuor ſequentia, quibus obſcuriora in Scriptura non novimus, ideóque ne paraphraſi quidem ullâ interpretari voluimus.

20. *Uterus*] רחם *rehhem*; hoc eſt, mater, quæ eum utero geſſit, ejus memoriam, propter hominis impietatem non colit.

Ut ſit ei vermis dulcis] מתקו רמה *mthako rimmah*, dulcedo, aut ſuavitas ejus eſt vermis. Nihil illi melius, quàm à vermibus abſumi.

Inſtar ligni] Non malè addit *Hieronymus* epitheton *infructuoſi*, nam ejusmodi lignum contringi ſolet. Quod fortè etiam ſibi voluerunt LXX. Int. qui habent ἴσα ξύλῳ ἀνιάτῳ, nam *immedicabilis* poſſit dici arbor, quæ nihil amplius profert, quamvis diligenter curata ſit.

21. *Alit ſterilem*] רעה עקרה *roheh hakarah*, paſcit ſterilem; nempe, uxorem, quæ ei liberos non parit.

Viduæ ejus nemo benefacit] ואלמנה לא ייטיב *vealmanah lo jejetib.* LXX. γύναιον οὐκ ἠλέησε. Vulgatus: *viduæ bene non fecit.* Præſtat de vidua ejus rem intelligere, & לא interpretari, quaſi ſcriptum eſſet אין *en*, nemo, ut 2. Reg. XXIV, 14.

22. *Trahit Deus validos*] Supplevimus vocem *Deus*, quia omnino videtur deſcribi ſupplicium, quod Deus de hominibus potentibus & violentis ſumit. Vox illa ſæpe ſupplenda, in hoc libro. Vide ad Cap. XX, 22. אבירים *validos*, ſingulari numero verba aliquot ſequuntur, quia de uno genere hominum ſermo eſt.

Surgunt] Nempe, validi, qui, quamvis ſe erexerint, hoc eſt, potentiam compararint, non poſſunt ſuæ ipſorum vitæ fidere, quæ ab iis non pendet.

Vitæ] חיין *hhajin*, more Chaldaïco, ut multa alia in hoc libro.

23. *Dat illi*] Nempe, Deus improbo, qui ſecurè utitur iis, quæ à Deo accepit, iisque fretus omnia audet.

24. *Tolluntur parumper*] Sententiæ ſimiles ſunt apud Græcos & Latinos frequentes; ſed nihil opus rem claram & omnibus notam pluribus verbis illuſtrari.

Adtenuantur] והמכו *vehummechou.* Alii derivant ab inuſitata radice נמך, quæ Thalmudicis Scriptoribus eſt *adtenuari*; alii à מכך *machach*, alii à מוך *mouch*, quæ in Scriptura leguntur & idem etiam ſonant. Videtur omnino eſſe tertia pluralis Præteriti Hophal, quæ affecti deberet *houmechou*; ſed ſunt etiam formæ *hummechou* exempla, quæ ſuppeditabit *Joan. Buxtorfius*, in notis ad Conjugationem Hophal verbi קום *koum.*

Sicut omnes deſinunt] ככל יקפצון *caccol jikkaphetſoun*, ut omnes clauduntur, vel conſtringuntur; hoc eſt, moriuntur. Ita hæc & plura alia in hoc Capite verterunt Veteres, ut ſatis liqueat eos nec Grammaticam ullam, nec Lexicon Hebraicæ Linguæ habuiſſe. Hunc verſum ita expreſſere LXX. Intt. πολλοὺς γὰρ ἐκάκωσε τὸ ὕψωμα αὐτῶ, ἐμαράνθη δὲ ὥσπερ μολόχη ἐν καύματι

Digitized by Google

faſtigium ſpicæ abſcinduntur. 25. Quod ſi ſecus eſt, ubi & quis *eſt*, qui me mendacii arguat, & in nihilum ſermonem meum redigat?

XXI. *Bildadus quemquam, apud Deum, innocentem eſſe negat.*

CAPUT XXV. 1. RESPONDIT verò Bildadus Suchita, his verbis: 2. Imperium & terror apud eum eſt, *qui* in ſublimibus ſuis ſedibus pacem habet. 3. An eſt numerus ejus copiis, & cui non exoritur ejus lux? 4. Quî innocens eſſet homo, apud Deum? quî mundus eſſet è muliere natus? 5. Ecce verò, ne ad Lunam *quidem* tentorium ſuum figit, nec ſtellæ ſunt coram eo mundæ. 6. Quantò minùs homo, *qui eſt* vermis, & filius hominis, *qui eſt* lumbricus?

XXII.

in eorum mores. 24. Per breve tempus florent, deinde in calamitatem incidunt, utque ſpicæ faſtigia dejiciuntur omnes. 25. Quod ſi falſum ſit, oriatur quiſpiam, qui quæ dixi falſa eſſe oſtendat.

PARAPHRASIS.

1. SUPERIORIBUS auditis, Bildadus Suchita ſic orſus eſt. 2. Imperium ſummum & terrificum eſt apud Deum, qui in ſublimi ſua ſede æterna tranquillitate gaudet. 3. Ejus Angelorum numerus tantus eſt, ut iniri non poſſit; nec ullus eſt in terris locus, qui Solis ejus lumine non illuſtretur. 4. Quis, apud Deum, innocentiam ſuam jactare ſuſtineat? quiſnam è muliere natus auſit, coram eo, ſuas virtutes extollere? 5. Deus, ne in Luna quidem, domicilium ſuum fixit; nec ipſæ ſplendidiſſimæ ſtellæ ita ei placent, ut pro ſedibus ſuis eas habere velit. 6. Quantò minus Deo homines, qui nihil niſi lumbrici ſunt, poſſit dignos Deo hoſpites habere?

PARA-

καύματι, ἢ ὥσπερ στάχυς ἀπὸ καλάμης αὐτόματος ἀποπεσών. Ne quis putet in Codicibus Judaicis mutata ſeriùs eſſe verba, ſic habet *Hieronymus*, ſequutus, ut mihi quidem videtur, *Aquilam* & alios Græcos Interpretes: *Elevati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia & auferentur, & ſicut ſummitates ſpicarum conterentur.*

Ut faſtigium ſpicæ abſcinduntur] כראש שבלת ימלו *cherosch ſchibboleth jimmalou.* ימלו jimmalou eſt Futurum Niphal à נמל. Quod ſi eſſet à מלל, quod ſignificat *ſpicas decerpere*, oporteret mutari puncta & legi *jemallou*. Sed nihil opus eſt, nam & verbum נמל *namal* ſignificat *metere*. Vide Cap. XVIII, 16. & Pſ. XXXVII, 2. in quo loco legitur etiam tralaticio ſenſu de ſubita morte malorum. *Faſtigium* autem *ſpicæ* ſumitur pro ſpica ipſa, nam faſtigium ſpicæ non metitur. Alioquin vertendum eſſet unâ voce *ariſta*, quæ propriè eſt ſpicæ ſumma pars. *Varro* de R. R Lib. I. c. 48. *Spica quæ mutica non eſt, in ordeo, & tritico, tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam, & etiam, primitus ſpica cùm naſcitur, vaginam. Granum dictum quod eſt intimum ſolidum. Gluma, qui eſt folliculus ejus. Ariſta, quæ, ut acus tenuis, longa eminet è gluma; proinde ut grani theca ſit gluma, & apex ariſta.*

25. *Me mendacii arguat*] יכזיבני *jachzibeni*, me faciat mendacem, aut arguat mendacii. Bene LXX. Intt. *ὁ φάμενός ψευδῆ με λέγειν*. Vulgatus: *me poteſt arguere eſſe mentitum.*

In nihilum] לאל *leel*, idem ac לאליל *lelil*. LXX. Intt. *εἰς οὐδέν*. *Hieronymus* verò *ante Deum*, minùs commodè.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXV.

2. *Imperium*] המשל *hamſchal*. Eſt propriè Infinitivus Hiphil, nominis poteſtatem obtinens. Sed neſcio an ejuſmodi nomen non deberet ſignificare *τὸ facere ut imperent*; Reges, nempe; unde Salomo Proverb. VIII, 15. Sapientiam Dei inducit dicentem: *per me principes imperant.* Sin minùs, quærendum fortè eſſet, annon הממשל *hammaſchal* eſſet legendum, ita ut nomen fuiſſet ממשל, eique præfigeretur ה emphaticum. *Hieronymo* eſt *poteſtas*. At LXX. Intt. legerunt המשל *hamaſchal*, ut ſit ה interrogativum. Habent enim *τί γὰρ προοίμιον*, qui locus tamen eſt corruptus pro *τί γὰρ παρόμοιον*, nam ſenſu planè caret vulgaris lectio, & conſtat משל *maſchal* eſſe *παρόμοιόν τι*, *adſimilatum quid.* Idem eſt mendum Cap. XXVII, 1. XXIX, 1. Sed incommoda eſt lectio.

In ſublimibus ſuis ſedibus] במרומיו *bimromau*, in altitudinibus ſuis; hoc eſt, in cœlo.

Pacem habet] עשה שלום *faciens pacem*; hoc eſt, pacem in cœlo præſtat, inter beatos Spiritus, qui illic agunt.

3. *Copiis*] גדודיו *gdoudau*, vulgò ſunt *globi latronum*; hîc pro exercitu Angelorum ſumitur.

Ejus lux] Sol à Deo creatus.

4. *Qui innocens eſſet homo*] Tantus eſt Deus, tantáque ei debetur veneratio & grati animi teſtificatio; homines contrà tam debiles ſunt, & tam raiò magnitudinem & beneficia Dei ad animum revocant, ut non poſſint apud eum juſtorum, aut innocentium loco eſſe. Quod verum eſt, ſi Dei miſericordia ſeponatur; ſed cùm Deus ſit miſericors, debiles hominum conatus acceptos habet, quaſi nihil iis deeſſet

5. *Ne ad Lunam quidem*] Quaſi non ſatis mundam eſſe putaret. Ratiocinatio eſt Orientalium more expreſſa, quâ ſignificat Bildadus, ne ſuperioribus humanâ quidem Naturis eam ineſſe ſanctitatem, quæ cum Dei ſanctitate conferri poſſit.

Ten-

XXII. Jobus fatetur Naturam Divinam hominum captum ſuperare.

Caput XXVI.

1. Respondit autem Jobus & dixit: 2. Quàm *bene* auxilium tuliſti ei, cui non ſunt vires? Quàm *bene* liberaſti brachium, cui robur non eſt? 3. Quàm *pulcrè* conſilium dediſti ei, cui non eſt ſapientia, & multitudini *imperitæ* peritiam oſtendiſti? 4. *A* quo protuliſti hæc verba, & cujus mens à te exiit?
5. Mortui commoventur ſub aqua, & hujus incolæ. 6. Nudi ſunt inferi coram illo, neque ullum eſt perniciei integumentum. 7. Extendit Septemtrionem ſupra inane, &

PARAPHRASIS.

1. Vix pauca hæc dixerat Bildadus, cùm Jobus ei repoſuit & 2. quam pulchre, inquit, juviſti infirmos, in hoc negotio! 3. Quam egregium conſilium inſipientibus dediſti! qui imperitæ multitudini eruditionem tuam adprobaſti! 4. A quo accepiſti, quæ protuliſti?
5. Mortui ſub aqua moventur, & hujus incolæ. 6. Aperti ſunt coram eo inferi, nec ignota eſt pernicies. 7. Septemtrioni ſubeſt inanitas, & terra ſuper

Tentorium ſuum figit] לא יאהיל *lo jaahil.* Verbum eſt deductum ab אהל *ohel*, tentorium, & quod occurrit Gen. XIII, 12. & Eſ. XIII, 20. LXX. Intt. ἐπιφαύσκει & Vulg. *ſplendet*, quaſi ſcriptum eſſet יאיר *jair*, ſplendebit.

Ne ſtellæ quidem ſunt coram eo mundæ] Cùm ſtellarum natura puriſſima haberetur, & immutabilis, hac metaphoricâ loquutione ſignificat Bildadus, ne Angelicas quidem Naturas Deo collatas eſſe ſanctas. Nec ſanè finitum infinito ullo modo conferri queat.

6. *Qui eſt vermis*] Cujus natura immunda habetur, quòd ſordibus vivat. Immundities illa, ut ita loquar, phyſica hîc eſt moralis immunditiæ, ſeu vitii, imago.

COMMENTARIUS
In Caput XXVI.

2. *Quam bene auxilium* &c.] Hoc eſt, fruſtra duorum Amicorum ratiocinationes confirmare conatus eſt.

3. *Multitudini*] לרוב *lrob*, multitudini, *imperitæ*, nempe, qualis ſolet eſſe; quod addidimus, ita poſtulante ἀντιθέσεως ratione, ut in ſuperioribus.

Peritiam] תושיה, quam vocem *ſapientiam* ſignificare oſtendimus ad Cap. V, 12. & XI, 5.

4. *A quo protuliſti*] את מי *eth mi.* Hîc את eſt pro מאת *meeth*, ut ſæpe alibi. Vide Gen. XLIX, 25. Deut. XXXIV, 1. & alia exempla apud *Noldium* ad ſign. I. Poſſit & *cujusnam* verti, nam את ſæpe genitivum ſignificat, ut idem docet n. 24.

Cujus mens] נשמת מי niſchmath mi, *animâ cujus*; hoc eſt, mens; niſi quis malit *flatum* pro *adflatu*, eodem tamen ſenſu, ſumere.

5. *Mortui commoventur*] הרפאים יחוללו *harephaim jeholalon.* LXX. Intt. μὴ γίγαντες μαιωθήσονται, incommodè. *Hieronymus* verò: *ecce gigantes gemunt.* Sed nihil nobis negotii cum fabuloſis gigantibus, qui à Poëtis dicuntur in Tartara præcipites dati. *Symmachus* ſimiliter è fabula, Θεόμαχοι *hoſtes Dei. Mortuos* ergo vertimus intelligimúſque homines ſubmerſos, qui Deum omnia pervadentem & videntem non fugiunt, & commoventur, ſi ita ei libeat. Cùm verò חולל ſignificet *pati dolores partûs*, nec tamen ea ſignificatio conveniat mortuis, vertimus *commoventur*. Quod tamen intelligendum non eſt, de reſurrectione mortuorum, quam ignorabat Jobus; ſed de quavis alia mutatione, quam in iis facere poteſt Deus; ut ſi, è fundo maris, ad littora ejiciantur cadavera.

Hujus incolæ] Piſces.

6. *Nudi ſunt inferi coram illo*] ערום שאול נגדו *harom ſcheol negdo.* LXX. Intt. γυμνὸς ᾅδης ἐνώπιον αὐτοῦ. Vulgatus: *nudus eſt infernus, coram eo.* Certum eſt שאול vocari in V. T. loca ſubterranea, ac proinde ſepulcrum; ſed nemo ita vocabat locum pœnarum, quæ poſt mortem luuntur, & quæ erant ignotæ. Cùm verò LXX. Intt. in gratiam Græcorum Vetus Teſtamentum verterent, nec invenirent in Græca Lingua vocem, quæ Hebraïcæ prorſus ἰσοδύναμος eſſet, niſi ſunt vocula ᾅδης, quæ erat adfinis ſignificationis, & locum, ſi Etymologis Græcis credimus, *inconſpicuum* ſignificabat, ac præterea ſedem mortuorum ſub terra, tam piorum, quàm impiorum; quo ſenſu eam vocem ſumſerunt Græci; nec de ſepulcro ampliùs cogitarunt, aut loco quovis ſubterraneo; quâ ratione in errores inciderunt, de quibus hîc non eſt agendi locus. Hæc tantùm diximus, ut moneremus nos voce *inferi* intelligere quod latet ſub terræ ſuperficie, ſive ſint ſepulcra, ſive alia profundiora loca; non ſedem animorum, ſive felicium, ſive damnatorum.

Perniciei] לאבדון *leabaddon.* Idem eſt ac שאול, nam eſt locus, in quo pereunt animalia, quæ altiore terrâ tecta, certè pleraque, vivere nequeunt; aut locus, in quem cadavera eorum qui perierunt longâ die, aut putredine conficienda deponuntur. Hinc jungitur cum morte & ſepulcro. Vide C. XXVIII, 22. XXXI, 12. Pſ. LXXXVIII, 12. Ceterùm hoc Capite oſtendit Jobus ſe ſublimiùs loqui poſſe de magnitudine Dei, quàm Bildadum, nec minùs perſuaſum eſſe Deum eſſe Opt. Maximum.

7. *Extendit Septemtrionem* &c.] נוטה צפון על תהו *noteh tſaphon hal thohou*, extendens Septemtrionem ſupra inane. Loquitur de toto Hemiſphærio, quod Polum Septemtrionalem complectebatur; quia auſtrale Hemiſphærium, quod meri-

Digitized by Google

& terram ſupra nihilum ſuſpendit. [8]. Colligit aquam in nubibus ſuis, neque ſub ea nubes finditur. [9]. Anteriorem ſolii partem occupans, ſupra id nubem expandit. [10]. Fines in orbem deſcripſit in aquarum ſuperficie, usque ad lucis & tenebrarum confinium. [11]. Columnæ cœli contremiſcunt & vacillant, cùm increpatione utitur. [12]. Poten-

ſuper nihilo ſuſpenſa. 8. Cogit aquam in nubibus, in quibus ſervatur. 9. Anteriorem ſolii partem occupans nubibus eam cinxit. 10. Fines terrarum in orbem in aquæ ſuperficie, extendit ad Orientalem & Occidentalem cœli plagas. 11. Prout ei libet, columnæ cœli tonitru videntur concuti & tremere. 12. Potentiâ ſuâ mare algæ fidit, atque prout ſa-

pientiæ

meridianum Polum continet, nondum erat notum. Eo ævo putabant ſuperiorem mundi partem eſſe ad Septemtrionem, inferiorem ad Auſtrum. *Virgilius* Georg. Lib. I, 240.

Mundus ut ad Scythiam Riphæáſque arduus arces
Conſurgit: premitur Libyæ devexus in Auſtros.

Ad quem locum vide *Joan. Lud. de la Cerda* Vox תהו *thohu* quodlibet vacuum ſignificat, ac proinde ſumi poteſt pro ſpatio, quod inane videtur, & quod à Terra ad Stellas porrigitur. LXX. Intt. ἐπ' οὐδέν, *Aquila* ἐν κενώματι.

Et terram ſupra nihilum ſuſpendit] Similia dixere & Poëtæ, qui terram rotundam putabant, & circa eam Solem & Stellas moveri; quamvis nondum ſcirent oppoſitum Hemiſphærium, non aliter ac noſtrum coli. *Ovidius* Metam. I, 12.

Nec circumfuſo pendebat in aëre Tellus
Ponderibus librata ſuis.

Aërem vocat Jobus בלימה blimah, *nihil*, populari ratione loquendi, quia ſub oculos non cadit. Idem Faſtorum Lib. VI, 269.

Terra pilæ ſimilis nullo fulcimine nixa,
Aëre ſubjecta, tam grave pendet onus,

& quæ ſequuntur. *Manilius* Lib. I.

Quod niſi librato penderet pondere Tellus,
Non ageret Mundi curſus, ſubeuntibus aſtris,
Phœbus ad occaſum, & numquam remearet ad ortus.

Paullò pòſt:

——— *medio ſuſpenſa manet.*

Deinde:

Nec verò tibi natura admiranda videri
Pendentis Terræ debet, cùm pendeat ipſe
Mundus & in nullo ponat veſtigia fundo.

8. *Neque ſub ea nubes finditur*] Dum rarior remanet, non præter modum denſata cadit.

9. *Anteriorem ſolii partem*] *Faciem ſolii*, ſic vocat partem cœli nobis obverſam. LXX. Intt. ὁ κρατῶν πρόσωπον θρόνου. Vulgatus: *qui tenet vultum ſolii ſui.* Nimis ſerviliter, ut contrà paſſim nimis audacter.

10. *Fines in orbem deſcripſit in aquarum ſuperficie*] חוק חג על פני מים *hhok hhag hal phne majim.* LXX. Intt. πρόσταγμα ἐγύρωσεν ἐπὶ πρόσωπον ὕδατος. Hieronymus: *terminos circumdedit aquis.* *Symmachus* ὅρον περιέγραψεν. Hîc חק *hhok* eſt certus & immutabilis terminus, ut Proverb. VIII, 29. ubi à Deo dicitur mari poſitus חקו *hhukko* terminus ejus, quem aquæ non prætereant. חוג *hhoug* verò eſt in orbem deſcribere, & *circulus*, ut ibid. 27. de Deo: *cùm deſcriberet circulum* (בחוקו חוג *behhukko hhoug*) *in ſuperficie abyſſi*, qui locus eſt huic ſimilis. Senſus eſt, Deum ſuperficiem globi terreſtris habitandam definientem, in orbem eam mari cinxiſſe; quod verum eſt, ſi de Oceano rem intelligamus; quamvis neſciret Jobus quantum ſpatium Oceano cinctum terra occuparet. *Herodotus* Lib. IV, c. 35. hanc multorum ante ſe ſententiam fuiſſe nos docet, quam tamen ipſe perperam ridet: οἳ, inquit, Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι πέριξ, τήν τε γῆν ἐοῦσαν κυκλοτερέα, ὡς ἀπὸ τόρνου, καὶ τὴν Ἀσίην τῇ Εὐρώπῃ ποιεύντων ἴσην: *qui Oceanum circa fluentem ſcribunt* (aut *pingunt*) *& terram rotundam, quaſi tornatam, & Aſiam Europæ faciunt parem.* Aſia certè Europâ major eſt, nec terra culta circularis erat, ſed tantùm κυκλοειδὴς, aut figuræ irregularis ad circularem accedentis.

Lucis & tenebrarum confinium] עד תכלית אור עם חשך *had thachlith or him hhoſchech*, usque ad perfectionem (vel finem) lucis cum tenebris. Vide C. XI, 7. & XXVIII, 3. Adde & Neh. III, 21. LXX. Intt. μέχρι συντελείας φωτὸς, μετὰ σκότους. Vulgatus: *usque dum finiantur lux & tenebræ.* Senſus eſt, Deum poſuiſſe limites ſpatio, quod Sol illuſtraret, & ſimiliter ſpatio, quod in perpetua nocte jacere putabatur, eo tempore; nam quamvis res aliter intelligi non poſſet, niſi Sol utrumque Hemiſphærium vicibus illuſtraret; attamen, mirâ cæcitate, putabant uni Hemiſphærio culto Solem illucere; aut certè utro modo res haberet dubitabant. *Virgilius* Georg. Lib. I, 247. de auſtrali Hemiſphærio:

Illic, ut perhibent, aut intempeſta ſilet nox
Semper, & obtentâ denſantur nocte tenebræ:
Aut redit à nobis aurora, diémque reducit,
Nóſque, ubi primus equis Oriens adflavit anhelis,
Illic ſera rubens accendit lumina Veſper.

Non dubitabat quidem de re *Manilius*, qui eam rectè probat Lib. I. Sed mirum non eſt, tempore Jobi, aut Scriptoris hujus Libri, rem ignotam prorſus fuiſſe. Hinc confinia lucis & umbræ nobis in orbem deſcribit, ex opinionibus illius ævi; quæ non ſunt ita capiendæ, quaſi revelatæ fuiſſent, ut fecit *Coſmas Indicopleuſtes*, in Coſmographia Chriſtiana.

11. *Columnæ cœli* &c.] Hæc non ſunt ita intelligenda, quaſi Jobus crediſſet, cœlum & terram columnis propriè dictis fulciri, quandoquidem ea ſuſpenſa docuit *ſupra inane & nihilum.* Columnæ ergo ſignificant eam vim, quæ-

Digitized by Google

Potentiâ ſuâ mare fidit & ſapientiâ ſuâ Ægyptum percuſſit. [13]. Spiritu ejus facta eſt cœli pulcritudo, & manus ejus Zygænam formavit. [14]. Hæ verò ſunt extremitates viarum ejus, & quàm pauca verba de eo ſunt audita? Tonitru etiam potentiæ ejus quis intelligat?

XXIII.

pientiæ ejus eſt viſum, de Ægyptiis graves pœnas ſumſit. 13. Verbo ejus e nihilo prodit pulcherrimum cœlum, manuque ejus Zygæna formata eſt. 14. Hæ ſunt tantum divinorum operum, ut ita dicam, extremæ partes; de aliis quàm pauca ſunt ab hominibus audita? Unde oriantur tonitrua, quæ ſunt potentiæ ejus eximia ſpecimina, quis ſcit?

PARA-

quæcumque ſit, quæ, columnarum inſtar, ea in eodem ſitu ſemper retinet.

Contremiſcunt & vacillant] ירופפו ויתמהו *jerophephou vejithmehou*, Prius verbum hoc tantum loco exſtat, verſúmque fuerat ab *Aquila*, ex re ipſa, διακινηθῆναι. Poſterius, quod *mirari* propriè ſignificat, tremorem aliquem hîc ſonat. *Symmachus* verterat θαμβοῦνται, *obſtupeſcunt*, quod cùm fit præ terrore, conjunctum eſt cum aliquo motu. LXX. Intt. ἐπετάσθησαν καὶ ἐξεστάσθησαν. Hieronymus: *contremiſcunt & pavent.*

Cùm increpatione utitur] מגערתו *miggahartho*, propter increpationem ejus. Intelliguntur tonitrua, quibus omnia concuti videntur. LXX. Intt. ἀπὸ τῆς ἐπιτιμήσεως αὐτοῦ. *Hieronymus* incommodiùs: *ad nutum ejus.*

12. *Mare fidit*] רגע הים *ragah hajjam*. LXX. Intt. κατέπαυσε τὴν θάλασσαν. Hieronymus: *repente maria congregata ſunt*. Sed hæc loquutio motum maris ſignificat Eſ. LI, 15. & Jerem. XXXI, 34. Quia verò adludit ad Mare Rubrum, quod Deus fidit, in gratiam Iſraëlitarum, ideò *fidit* vertimus, ut ſuprà C. VII, 5. Qui eò reſpici negant, ea tantùm de cauſa negant, quòd putent Jobum fuiſſe Moſe antiquiorem; ſed cùm hoc nullo certo argumento nitatur, & ſint multa contraria, ejus nullam rationem habuimus.

Ægyptum percuſſit] מחץ רהב *mabhats rahab*. LXX. Intt. ἔτρωσε τὸ κῆτος. Vulgatus: *percuſſit ſuperbum*, quia רהב eſt *ſuperbia*, & *Symmachus* συγκλᾷ ἀλαζονείαν. Poſterior vox רהב *rahab* Ægyptum certè ſignificat Pſ. LXXXVII, 4. LXXXIX, 11. & Eſ. LI, 9. Eodem pertinet quòd inferior Ægyptus ab Ægyptiis *Athrib*, id eſt, *cor pyri* diceretur, ab Arabibus אלריב *alrib*, quod pronunciant *Erib*, *pyrum*. Qua de re, vide *Sam. Bochartum* Phal. Lib. IV, c. 25. Si quæratur, cur ita obſcurè loquens inducatur Jobus, ratio eſſe videtur, quòd Libri Scriptor non ſtatuerit Hebræum loquentem inducere, ſed pium Arabem; certis de cauſis, de quibus diximus in Diſſertatione de hoc libro.

13. *Spiritu ejus*] Hoc eſt, ſpiritu oris ejus, ſeu verbo; qua de re vide not. ad Geneſ. I, 3.

Facta eſt cœli pulcritudo] שמים שפרה *ſchamajim ſchiphrah*. Sive שפרה *ſchiphrah* ſit tertia perſona maſculina Præteriti *Pihel*, cum *He* paragogico; ſive nomen ſubſtantivum, Linguæ analogia, aut loci conſtructio laborat. Ei perſonæ Præteriti numquam additur ה paragogicum, ne confundatur cum perſona fœminina. Qui vertunt *Spiritu ejus cœlum pulcritudo*, pro eo quod eſt, factum eſt Spiritu ejus cœlum pulcherrimum, durum loquendi genus hîc inveniunt. Malim aut delere ב in ברוח *rouahh*, & vertere: *Spiritus ejus ornavit cœlum*, aut *pulcritudinem cœli fecit*; ita ut שפרה ſit perſona fœminina, referatúrque ad רוח *rouahh*, quod fœmininum eſt, ut intelligere licet vel ex Gen. I, 2: vel etiam delere ה in שפרה *ſchiphrah*, ut legatur שפר *ſchippher*, & referatur ad Deum. Ut in tam antiquis monumentis, ſcriptisque Linguâ non ſatis notâ, nihil eſt facilè mutandum, aut librariorum negligentiæ tribuendum: ſic quoque ſomnium eſt Judaicum, ne unum quidem leve mendum in libros Hebraicos irrepſiſſe, ei ſimile, cujus etiam olim auctores fuere, & quo ſtatuebantur LXX. Int. nulla in re, dum Vetus Teſtamentum verterent, peccaſſe. Itaque cùm certus Linguæ uſus repugnat receptæ lectioni, ſenſúsque expediri aliter non poteſt, niſi levi mutatione, non video cur in verſione, aut in notis fieri nequeat; quamvis ipſe ſenſus Hebraicus non ſit mutandus, ne licentia irrepat. Nos ſenſum indubitatum hîc vertimus. LXX. Intt. κλεῖθρα οὐρανοῦ δεδοίκασιν αὐτόν, quaſi legiſſent בריחי שמים שערוהו *briche ſchamajim ſchabarouhou*, vectes cœli eum timent. Quæ quidem lectio vitioſa eſt, ſeu ſit è Codice, quo utebantur, deſumta, ſeu ex eorum conjectura; ſed oſtendit, ut & aliæ innumeræ, ſat vitioſos fuiſſe eo tempore Codices Hebræos, aut certè iis viſos eſſe mendis minimè carere.

Zygænam formavit] חוללה נחש ברח *hholelah nahhaſch bariahh*, formavit ſerpentem vectis. Rectè oſtendit *Bochartus* Hierozoïci P. 2. Lib. V. c. 13. ſic vocari, apud Eſaiam c. XXVII, 1. piſcem Zygænam. qui habet ζυγὸν, ſeu *tranſverſum vectem* anteriori parti capitis adnexum. Idem etiam meritò adſentitur Judæis nonnullis, qui hîc putant Aſteriſmum ſignificari, quia agitur de cœlo. Judæi ajunt eſſe Draconem, quem circa Urſas deſcribunt Græci Aſtronomi, & cujus loco fortè Chaldæi, tempore Jobi, Zygænam pingebant. LXX. Intt. habent δράκοντα ἀποστάτην, & Hieronymus *coluber tortuoſus*, quibus verbis deſignatur qui *flexu ſinuoſo elabitur anguis circum, pérque duas in morem fluminis Arctos*, ut loquitur *Virgilius* Georg. Lib. I, 244.

14. *Extremitates viarum*] Pars exigua ejus operum, ut Proverb. VIII, 22. *principium viæ* Dei dicitur initium creationis.

Quàm pauca verba] ומה שמץ דבר *& quàm ſuſurrus verbi*. LXX. Intt. habent ἰκμάδα λόγου, Vulg. *ſtillam ſermonis.*

XXIII. Jobus oſtendit à ſe religionem erga Deum, virtutémque erga homines deſertum non iri, eáſque laudat, & vituperat vitium.

CAPUT XXVII.

[1]. PERREXIT verò Jobus figuratam ſuam orationem proferre, hiſce verbis: [2]. Ut vivit Deus, *qui* jus meum amovit; & Omnipotens, *qui* animum meum amarore imbuit; [3]. nam eſt etiamnum anima mea in me, & ſpiritus Dei in naribus meis; [4]. *ſic* numquam labia mea rem iniquam proferent, nec lingua mea fraudem proloquetur. [5]. Abſit ut vos innocentes pronunciem, donec exſpiravero! Non amovebo a me integritatem meam. [6]. Innocentiam meam retinui, nec eam dimittam; ab *initio* dierum meorum, cor meum *eam* probro non adfecit.

[7]. Erit

PARAPHRASIS.

1. JOBUS verò perrexit figuratâ oratione quod cœperat exprimere, hanc in ſententiam. 2. Ut vivit Deus, qui cauſæ meæ juſtitiam obſcuravit, animumque meum amarore perfudit; 3. eſt enim etiamnum idem in me animus, atque ſpiro; 4. ſic rem nullam iniquam proferam, nec injuſta oratione utar. 5. Abſit ut vos abſolvam, dum vivo! Numquam fatebor quidquam me dixiſſe, quod cum integritate mea pugnet. 6. Hactenus innocentiam colui, nec ab ea deficiam; quæ ab initio vitæ meæ culta à me eſt, ita ut nullius vitii probro adfectus ſim.

7. Ha-

COMMENTARIUS In CAPUT XXVII.

1. *Figuratam ſuam orationem proferre*] שאת משלו *ſcheeth mſchalo.* A Chaldæo משל *maſchal*, comparavit, adſimilavit; quæ Conjugatio non eſt uſitata, in Lingua Hebraica; deductum nomen משל *maſchal*, quod propriè *ſimilitudinem* ſignificat, deinde *proverbium*, tum *figuratam* quamvis *orationem*; ut apud Jobum, & apud Ezekielem ſæpiùs. Ratio derivationis hæc eſt, quòd proverbium, vel adagio, ſi res bene expendatur, ſit brevis quædam ſimilitudo; quod & de quovis figurato ſeu ἐσχηματισμένῳ dicendi genere adfirmare licet. De oratione figurata tantùm dicemus, quam conſtat refertam eſſe metaphoris; quæ omnes complectuntur occultam comparationem, cùm tantur ſimilitudine rei, de qua verbum quodpiam propriè dicitur, cum re ad quam transfertur. Quod intelligent quicumque orationes hujus libri, à nobis moniti, expendent. Exempli causâ, in proximè ſequentibus, dicitur à Jobo Deus *jus*, aut *judicium* ipſi *amoviſſe*, metaphorâ à rebus corporeis ductâ; quæ amoventur ab iis, quibus negantur. Deus ſimul confertur cum judice, qui ſe de re quapiam jus dicturum negat, ſubmoverique à tribunali ſuo jubet eos, qui jus ea de re ſibi dici cupiunt. Deinde *amarore imbuere* animum ſuum, eſt perinde ac ſi diceret: quemadmodum amaro ſapore imbuuntur lingua & os, ſi quid amari aliquamdiu in ore habeamus: ita continuis calamitatibus ſe triſtitiâ ita adfici, ut eam expellere nequeat. Sic omnia referta ſunt occultis ſimilitudinibus, ne jam eas memorem, quæ apertæ ſunt. Apud LXX. Intt. eſt εἶπε προοιμίῳ, pro παρόμοιον, ut diximus ad C. XXV, 2. *Aquila* verò verterat: προσέθηκε Ἰὼβ ἄρας τὴν παραβολὴν αὐτοῦ.

2. *Ut vivit Deus* &c.] Eſt jusjurandum, cui præfiximus *ut*, perſpicuitatis causâ; reſpondétque huic particulæ τὸ *Sic* verſ. 4.

Jus meum amovit] הסיר משפטי *heſir miſchphati*, judicium meum amovit. Nam tam poteſt referri ad judicium, quàm ad jus. Quaſi diceret: qui non patitur me æquo ſecum jure judicari, ut innocentiam meam probem, ipſo audiente & mecum diſceptante. LXX. Intt. habent: οὕτω με κέκρικε, ſed mendum eſſe videtur, antiquum licèt, pro οὔπω με κέκρικε, *nondum me judicavit.*

Animum meum amarore imbuit] תסר נפשי *homar naphſchi.* LXX. Intt. ὁ πικράνας μου τὴν ψυχήν. Hieronymus: *qui ad amaritudinem adduxit animam meam*; hoc eſt, qui me amaro dolore perfudit.

3. *Nam eſt etiamnum anima mea in me*] Hoc eſt, quamvis æger ſim, etiamnum vivo & ſpiro; adeóque probè animadverto, quomodo Deus ſe ſe erga me gerat.

Spiritus Dei] Vita mihi à Deo data, quæ dum adeſt, ſupereſt reſpiratio. Vide notata ad Gen. VI, 3.

4. *Sic numquam* &c.] *Si loquentur labia mea* &c. Sic jusjurandum concipere ſolent, & tum *ſi* vim habet negandi; niſi malimus ſic ellipticam orationem ſupplere: *Vivit Deus* [*pœnáſque de me ſumat*] *ſi labia mea rem iniquam proloquuta fuerint* &c.

Nec lingua mea fraudem proloquetur] *Lingua mea ſi* יהגה רמיה *jehegeh remijah.* Sed הגה, cum lingua conjunctum, nihil niſi ſermonem ſignificare poteſt. Sic etiam שוח *ſchouahh* eſt *meditari* & *loqui.*

5. *Ut vos innocentes pronunciem*] אם אצדיק אתכם *im atsdik ethchem, ſi juſtificavero vos*; hoc eſt, ut vos innocentes, me verò reum eſſe fatear.

Donec exſpiravero] Id eſt, numquam; nam qui donec exſpiraverit aliquid non profitetur, numquam profitetur.

Non amovebo à me &c.] Non fatebor me integris moribus non fuiſſe.

6. *Cor meum eam probro non adfecit*] לא יחרף לבבי, *lo jehheraph lbabi*; hoc eſt, apud animum meum numquam me ipſe damnavi, conſcius mihi non ſum ſimulatæ virtutis. Sic Joan. 1.

Ep.

7. Erit improbi inſtar inimicus meus, & qui contra me inſurgit inſtar hominis iniqui. 8. Quæ enim ſpes eſt ſimulatoris virtutis, ubi lucratus fuerit; cùm animam ejus Deus evulſerit? 9. An clamorem ejus exaudiet Deus, cùm obvenerit ei anguſtia? 10. An in Omnipotente delectabitur? an omni tempore Deum invocabit? 11. Docebo vos *quid ſit* in manu Dei, nec *quid ſit* apud Omnipotentem celabo. 12. En omnes vidiſtis, quare vero ad inanitates ſic delapſi eſtis? 13. Hæc eſt pars viri improbi à Deo, hanc homines violenti poſſeſſionem à Deo accipient. 14. Si augeantur eorum filii, *minuentur* gladio, nec poſteri eorum panem ad ſatietatem habebunt. 15. Reliqui morte *naturali ſublati* ſepelientur, nec eorum viduæ flebunt. 16. Si cumulaverint argentum inſtar pulveris, & veſtem paraverint inſtar luti; 17. paraverint *quidem*, ſed juſtus *hanc* induet, & innocens argentum dividet. 18. Ædificant, inſtar tineæ, domum

7. Habebo improbum, qui mihi inimicus gratis fuerit, & me quaſi iniquum infamaverit. 8. Qui enim ſperare poſſim ſimulatorem virtutis meliorem factum eſſe, ubi lucrum ex nequitia ſua ceperit, aut meliorem futurum ubi Deus ei mortem immiſerit. 9. An querelas ejus exaudiet, cùm adverſis rebus premitur? 10. An ipſe Deum amore proſequetur, eumque ſemper invocabit? 11. Docebo vos quo loco ſit apud Deum, nec veritatem, apud vos, diſſimulabo. 12. Omnes quomodo habiti fuerint vidiſtis, cur verò inania mente agitatis? 13. Hæc eſt merces Dei, quam improbi à Deo accipiunt; hoc præmium, quod ab eo exſpectare debent. 14. Si multos liberos habuerint, gladio hoſtili minuentur, nec ſuperſtites panem habebunt, quo fami ſuæ ſatisfaciant. 15. Qui vero naturali morte ſublati fuerint, ne à ſuis quidem viduis deflebuntur. 16. Si magnas divitias ſibi comparaverint pretioſarum veſtium atque argenti; 17. boni viri eas poſſidebunt, veſteſque illas induent, & pecunias inter ſe dividunt.

Ep. III, 20. *Si nos damnet cor noſtrum.* LXX. Intt. εἰ γὰρ σύνοιδα ἐμαυτῷ ἄτοπα πράξας. Vulg. *non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.*

7. *Erit improbi inſtar*] יהי כרשע *jehi cherafchah.* יהי eſt pro יהיה *jihjeh.* Senſus eſt: improbi loco habebitur, quia mihi innocentiæ meæ ſum conſcius. LXX. Intt. putarunt, hic eſſe Jobi diras preces in inimicos ſuos, rémque ſic expreſſerunt: εἰ μὴν ἀλλὰ εἴησαν οἱ ἐχθροί μου ὥσπερ ἡ καταστροφὴ τῶν ἀσεβῶν, καὶ οἱ ἐπ' ἐμὲ ἐπανιστάμενοι ὥσπερ ἡ ἀπώλεια τῶν παρανόμων. Vulgatus: *ſit ut impius inimicus meus & adverſarius meus quaſi iniquus.* Hæc non redolent imprecationem.

8. *Simulatoris virtutis*] חנף *hhaneph*, quem vulgo hypocritam, aut hiſtrionem vocant.

Ubi lucratus fuerit] כי יבצע *chi jibtſah.* Finis enim ſimulationis virtutis eſt lucrum. *Hieronymus: ſi avarè rapuerit.*

Cùm animam ejus Deus evulſerit] Heb. ישל *jeſchel*, à נשל naſchal, *detraxit, evulſit.* Potuiſſent efferre *jiſſchal*, ut Deut. XXVIII, 40. ut eſſet Futurum Kal, & vereor ut hæc Anomalia ſit merum mendum. Interim is omnino videtur eſſe ſenſus, quem expreſſimus. Idem eſt dicti Chriſti, quod extat Matth. XVI, 26. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; niſi quod in verbis Chriſti *jactura animæ*, pœnas alterius vitæ, in Jobi verò oratione *evulſio animæ*, vitæ hujus jactura videatur. LXX. Intt. hîc habent πεποιθὼς ἐπὶ Κύριον ἆρα σωθήσεται. Quæ nihil ad rem. Sic & ante יבצע *jibtſah* verterunt ἐπέχει, ſine ſenſu hoc in loco. Vulgatus: *& non liberet Deus animam ejus*, non meliùs. Græci alii: ὅτι πλεονεκτεῖ.

9. *An clamorem ejus &c.*] Hæ interrogationes ſunt graviorum negationum loco.

11. *Quid ſit in manu Dei*] Hoc eſt, quid mox geſturus ſit. Alii nihil hîc ſupplent, ſed *in manu Dei* de divino auxilio interpretantur. At ſequentia priori interpretationi favere videntur. Apertè profitetur hîc Jobus ſe etiamnum credere malos Deo pœnas daturos, quamvis alibi, æſtu calamitatum abreptus, adfirmare contraria videatur. Nec tamen propterea ſe numero malorum recenſeri patitur, eò quòd tanto calamitatum examine premeretur.

12. *En omnes vidiſtis*] Quæ ſoleant contingere bonis & malis.

Ad inanitates ſic delapſi eſtis] זה הבל תהבלו *zeh hebel thehbalou*, ſic inanitate inanes eſtis; hoc eſt, tam malè ratiocinamini, ut in errorem delabamini.

13. *A Deo*] עם אל *him El*, cum Deo; pro מעם mehim, *à Deo*; niſi malis vertere apud Deum.

Hanc homines violenti &c.] נחלת עריצים *nahhalath haritſim.* LXX. κτῆμα δὲ δυναστῶν. *Symmachus & Theodotion:* κληρονομία ἣν οἱ ἀκαμπεῖς παρὰ τοῦ ἱκανοῦ κομιοῦνται.

14. *Eorum filii*] *Ejus filii*, perpetuò enim miſcentur numeri, ubi agitur de hominum genere. Sed Latinè ſcribendo fieri hoc non potuit.

Minuentur gladio] למו חרב lamo hhereb, *iis gladius*; nimirum, impendet, aut ſimile quid. Rem expreſſimus κατ' ἔννοιαν. LXX. Intt. εἰς σφαγὴν ἔσονται, *erunt in cædem*, pro eorum erit cædes. *Hieronymus* incommodè: *in gladio erunt.*

Panem ad ſatietatem habebunt] *Non ſatiabuntur pane.* Quod non eſt intelligendum, quaſi cum affatim panis habituri eſſent & comeſturi, attamen ſatiari non poſſent; ſed quia carebunt eâ copiâ panis, quæ hominibus neceſſaria eſt. Ex ejuſmodi loquutione pravè intellecta nata eſt *Eriſichthonis* fabula, de qua diximus *Artis Criticæ* P. 2. S. I. C. IV, 13. Vide & Levit. XXVI, 25. & quæ illic diximus.

15. *Morte naturali ſublati ſepelientur*] במות יקברו bammaveth jikkaberou, *in morte ſepelientur.* Intelligi videntur qui morte naturali, non gladio, interibunt & ſepelientur, cùm gladio trucidatorum cadavera non eſſent ſepulta.

Nec eorum viduæ flebunt] Quia viros, utpote

mum ſuam, & ſicut cuſtos *fructuum* tugurium facit. 19. Dives cubabit, nec *quidquam* interverſum erit; at ubi oculos aperiet, nihil ei erit. 20. Terrores eum nocturni, inſtar aquæ *exundantis*, oppriment, & turbo eum abripiet. 21. Auferet eum orientalis ventus, & abibit, eúmque è loco ſuo turbine expellet. 22. Jaciet *hoſtis* in eum *tela*, nec parcet; *procul* ab ejus manu fugiet. 23. Volis ſuis in eum plaudet, & è loco ſuo ſibilabit.

1. Eſt

divident. 18. Domus eorum erunt inſtar domûs tineæ, aut inſtar tugurii, quod fructuum cuſtos ſibi parat; nullo negotio invadentur & ſpoliabuntur. 19. Divites cubitum iverint, nec quidquam eis deerit; ſed cùm evigilarint, omnia ablata deprehendent. 20. Latrones nocturni, torrentis inſtar exundantis, eos invadent, & veluti turbo aliò abripient. 21. Orientales venti vehementia ſua eorum tentoria evertent, atque alibi ſibi ſedes quærere cogent. 22. Hoſtes tales eos obruent, nec exſpectabunt ſimilibus armis ſe arceri, 23. ſed procul irritos conatus irridebunt.

PARA-

te malos, oderint. LXX. Int. ſine ratione: χῆρας αὐτῶν οὐδεὶς ἐλεήσει.

18. *Inſtar tineæ, domum ſuam*] כעש ביתו *ebabas betho*, hoc eſt, ædificat domum ſimilem domui tineæ. Quæ domus, inquit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. IV. c. 25. eſt parum firma, cùm adteratur in dies illâ ipsâ tabe, quâ conſtructa fuerat; donec pannus ipſe, in quo domus eſt, in pulverem redigatur. עש quidem Arcturum ſignificat C. IX, 9. ſed nihil Arcturo cum domo caduca.

Cuſtos fructuum tugurium fecit] Cuſtodes vitium, qui in vineis pernoctant, tuguria habent ramis arborum ſtructa & frondibus tecta, ad breve tempus. Sed LXX. Int. vocem נצר *notſer* pro nomine Araneæ ſumſerunt, habent enim ὥσπερ ἀράχνη, quia, ut puto, ſatius eſſe putabant *domui tineæ* conjungere *domum araneæ*, quàm *tugurium cuſtodis*. Attamen & סכה *ſucchab* propriè ejusmodi tugurium ſignificat, nec נצר *notſer* ullo alio loco *aranea* vertitur. Itaque *Hieronymus* rectiùs: *ſicut cuſtos fecit umbraculum*.

19. *Nec quidquam interverſum erit*] ולא יאסף velo jeaſeph, *& non collectum erit*, ſed אסף etiam *auferre*, *ſpoliare* ſignificat, ut Eſaiæ X, 14. Jerem. VIII, 13. Soph. I, 2. Senſum hunc ſequuti ſumus, quem ſequentia omnino poſtulare videntur.

Nihil erit] ואיננו *veenennu*, & nihil ipſe, nullus eſt; nempe, ad opes quod adtinet. Sententia eſt clara: cubitum ivit dives, nec ſpoliatus eo tempore erat, quo oculos dormiturus clauſit; mox, matutino tempore, oculos aperiens videt ſibi omnia periiſſe. Rectè hîc *Hieronymus*: *aperiet oculos ſuos & nihil inveniet*; ſed minùs bene antecedentia: *dives, cùm dormierit, nihil ſecum auferet*. LXX. Int. πλούσιος κοιμηθήσεται καὶ οὐ προσθήσει, ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ διήνοιγε, καὶ οὐκ ἔστι. Recentiores non multò meliùs, qui membrorum oppoſitionem non animadverterunt, quòd non cogitarint de ſignificatione verbi אסף quâ *auferre* ſonat, & in Niphal *auferri*, ut Eſai. XVI, 10. *Auferetur* (נאסף) *lætitia & exſultatio è Charmelo*. Ubi LXX. ἀρθήσεται, & Vulg. *auferetur*, prout res ipſa neceſſariò poſtulat.

20. *Terrores eum nocturni*] Unâ nocte ingruet globus latronum, aut militum prædas agentium, à quibus, quaſi ſubitâ Euphratis exundatione opprimatur.

Turbo eum arripiet] Globus ille, inſtar turbinis, eum abripiet, hoc eſt, ejus facultates.

21. *Orientalis ventus*] קדים *kadim*. Verterunt tamen LXX. Int. καύσων, & *Hieronymus*: *ventus urens*. Sa. è Orientalis ventus in Judæam ex Arabia Deſerta ſpirabat, adeóque calidus eſſe poterat. Sed & hîc, ubi totius negotii ſcena, ut ita dicam, eſt in Arabia Deſerta è Meſopotamiæ regione calida, præſertim quà in Auſtrum vergit, flavit ventus calidus & urens, qui vocatur in Oriente *Samiel*; de quo digna ſunt lectu, quæ habentur apud *Theventtum*, in Continuatione Itineris Orientalis Lib. I. c. 12. „ Cùm ſæpius, *inquit*, memoraverim Samiëlem ventum, par eſt à me dici, „ quod de eo accepi. *Sam* Arabicâ Linguâ „ eſt *venenum*, Turcicâ verò *Iël* eſt ventus, „ adeóque vox iis compoſita ventum venenatum ſonat. Poſſit eſſe *ventus urens*, de quo „ Jobus C. XXVII, 21. Cùm ſeriò in eum „ ventum inquiſiverim, omnes mihi idem re„ ſponderunt; ventum, nempe, eſſe calidiſſi„ mum, qui æſtate ſpirat Moſule Suratam us„ que; ſed tantum in terra, non in aquis. Si „ quis eum ventum in pulmones admiſerit, è „ veſtigio mortuus concidit; quamvis interdum „ eo adflato ſuppetat tempus dicendi ſe intus „ uri. Mortuus verò niger fit inſtar atramen„ ti, ſique brachio, aut crure, aut alio mem„ bro trahatur, caro ab oſſibus ſejungitur, & „ in trahentis manibus hæret. Ajunt huic ven„ to ineſſe ignem, inſtar capilli tenuem, & à „ multis conſpectum fuiſſe. Quicumque pec„ tore excipiunt radios illos ignitos, moriun„ tur, aliis non nocet. Quod ſi ita ſe habet, „ credere queas volaticos illos ignes oriri ab „ exhalationibus ſulfureis, quæ è terra evectæ „ & vento pulſæ accenduntur (nam facilè flam„ mam concipiunt) & cum aëre reſpiratione „ adductæ, momento temporis viſcera omnia „ abſumunt. Vel ſi merus ventus habeatur, „ credibile eſt tanti eſſe caloris, ut ſubitò cor„ rumpat totum corpus, quod ſubiit. Quod „ verò neminem navigantem necat, hoc fit „ quia exhalationes ejusmodi diſſipantur, aut „ exſtinguantur vaporibus aqueis, qui ſunt craſ„ ſi & humidi; aut quia navigantes ſemper fri„ gido vento adflantur. Denique, eâ inveſti„ gatione Eruditorum ratiocinationibus permiſſâ, „ veriſſimum eſt, quod de eo vento narravi; „ quia rem ſciſcitatus ſum ab hominibus, quo„ rum plerique viderant & tetigerant cadavera „ necatorum eo vento, quod æſtate fieri ſolet. „ Si is ventus ſpirat Moſule Suratam usque, „ ut nonnulli narrant, fieri hoc neceſſe eſt in

„ litto-

1. EST unde erit argentum, & locus auro, *quo id* liquefaciunt. 2. Ferrum è pulvere ſumitur, & lapis liquefactus æs emittit. 3. Finem poſuit *homo* tenebris, & in omni confinio ipſe inveſtigat lapidem caliginis & umbræ mortis. 4. Erumpit torrens è ſcaturigine, cujus *aquæ* pede non trajiciuntur; deinde adtenuantur & ab homine CAPUT XXVIII.

PARAPHRASIS.

1. SUNT fodinæ è quibus effoditur argentum, & loca ubi invenitur & purgatur aurum. 2. Ferrum etiam alibi terra ſuppeditat, éque lapide eruitur æs. 3. Homo operam dedit, ut ſubterraneis tenebris lucem inferret, & inde erueret lapides, quibus ineſſet metallica vena. 4. Torrentes è viſceribus terræ erumpunt, ſuntque initio profundi, ut vadum in iis inveniri nequeat; ſed poſtea in rivos derivati

„ littoribus; nam multa ſunt mediterranea loca ejus peſtis immunia. Idem *Thevenotius* Lib. III. c. 10. ubi de Baſſora: „ Per tres anni „ menſes *iniquis*, Julium, Auguſtum & Septembrem in ea urbe calor eſt fermè intolerandus, præſertim Euronoto ſpirante. Hoc „ anno MDCLXV menſe Julio, interierunt „ quatuor hominum millia Samiele vento adflatorum.

22. *Jaciet hoſtis* &c.] Supplevimus vocem *hoſtis*, quia vix alius nominativus ſuppleri poteſt, cum res hoſtilis ſit jacere in aliquem tela, eum fugare & fugatum irridere, ut in ſequentibus habetur.

Tela] Quid enim hoſtis in hoſtem jacit, niſi *tela*, quodcumque tandem genus teli intelligatur?

23. *Volis ſuis* &c.] Hæc ſunt inſultantis & irridentis ſigna. *Sibilare* ſæpe in Scriptura occurrit ad ſignificandam deriſionem hominum malè habitorum, & urbium exciſarum. Vide Jerem. XLIX, 17. L, 13. LI, 37. *Plaudere* etiam *manu* dicuntur, qui miſeris inſultant. Vide Thren. II, 15. Ezek. XXV, 6. Nah. III, 19.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXVIII.

1. E*St unde erit argentum*] כי יש לכסף מוצא *chi jeſch loccheſeph motſa*, nam eſt argento exitus. Videtur כי abundare, ut ſæpe aliàs. Intelliguntur fodinæ. Hinc ad verſum 12. Jobus oſtendit, quâ induſtriâ homines utantur, ut inveniant & conflent metalla, lapillos & gemmas ſcrutentur, aliáque peragant factu difficillima; dum, ut poſtea docet, ſapientiam, rem omnium pretioſiſſimam, quærere negligunt.

2. *Ferrum è pulvere ſumitur*] Etiam aurum & argentum, ſed hoc additur ferro, ut in hoc verſu æri opponatur, qui è lapide fluit. De auro & argento multis egit *Plinius* Lib. XXXIII. de ferro Lib. XXXIV.

Lapis liquefactus æs emittit] אבן יצוק נחושה *eben jatſouk nhhoſcheh*, *lapis fuſus* (eſt) *æs*. *Plinius* Lib. XXXIV, c. 1. de Ære: *fit & è lapide æroſo, quem vocant Cadmiam - - fit & ex alio lapide, quem chalciten vocant, in Cypro, ubi prima fuit æris inventio.* Alia habet in eamdem rem in ſequentibus.

3. *Finem poſuit homo tenebris*] קץ שם לחשך *kets ſchum lahhoſchech*; quod intelligendum de luce altiſſimis fodinarum tenebris illata. LXX. Intt. קץ *kets*, τάξιν verterunt, *Hieronymus*, *tempus*. Nihil erat cur à proprietate vocis abirent. *Aquila* verterat τέλος, *Theodotion* πέρας, *Symmachus* προθεσμίαν incommodè.

In omni confinio ipſe inveſtigat] לכל תכלית הוא חקר *lechol thachlith hou hhoker*. Hoc eſt, per omne confinium lucis & tenebrarum, infra terræ ſuperficiem quærit metalla.

Inveſtigat lapidem] Si intelligas hæc de fodinis, deſignabuntur lapides, per quos venæ auri & argenti repunt, ut docet *Plinius*, loco memorato. Alioqui poſſunt intelligi lapicidinæ profundiores, è quibus lapides effodiuntur. Eſt quidem, in noſtris Codicibus, accentus *Athnach* ſubjectus voci חקר, ſed commodiùs אבן conjungitur cum eo verbo. Alioqui repetendum eſſet verbum, quod non opus eſt. Paſſim malè poſiti accentus, quorum rationem nullam habuerunt optimi quique Interpretes, ſenſum tantùm & conſtructionem ſequuti.

Caliginis & umbræ mortis] Qui ſunt in altiſſimis tenebris.

4. *E ſcaturigine*] מעם גר *mehim gar*. Cùm agatur de torrente qui erumpit, è quo demum loco erumpere dici poteſt, niſi è ſcaturigine, ſeu fonte? Hinc R. *Salomo Jarchi* interpretatur: ממקום נובע ונוגר *è loco ſcaturiente & fluente*, & *Aben Ezra* vult גר *gar* perinde eſſe ac נוגר noger, *defluens*. Sed & ante eos Chaldæus Paraphraſtes hæc ſic expreſſit: *è loco qui fluit canalibus*. Verùm propterea non deduxerim à נגר *nagar*, ſed à priſca radice גרה *garah*, quæ & ipſa *fluere* ſignificarit, quemadmodum apud Arabas גרי *jarin*, cujus prima littera eſt *Gim*, vel G Gallicum ante E & I, & quæ ſignificat *fluere*, & *emittere fontem*, Pſ. LXXIII, (ſeu LXXIV. Heb.) 15. in verſione Arabica. Omnes aliæ interpretationes ita contortæ ſunt & frigidæ, ut neceſſe non ſit eas proferri & confutari.

Cujus aquæ pede non trajiciuntur] הנשכחים מני רגל hanniſchahhim minni regel, *oblivioni mandatæ à pede*, hoc eſt, quas numquam pes trajecit. Eodem modo dicitur Deus infra C. XXXIX, 17. *feciſſe ut ſtruthio oblviſceretur ſapientiæ*, quam ei non dedit: quomodo *pes* hic *oblitus* deſcribitur *torrentis* profundi & rapidi, quem numquam vado trajecit. *Aquas* autem מים *majim* meritò hîc ſubaudierunt Intt.

propter

mine diſcedunt. 5. E terra egreditur panis, & ſub ea *aliquid* inſtar ignis convolvitur. 6. Locus Sapphiris *ſunt* lapides ejus, & pulviſculi ejus aurum ſunt ei, *qui quærit*. 7. Semita eſt quam non novit avis rapax, nec oculus Æſalonis vidit. 8. Eam non calcarunt majores feræ, neque leo niger eâ tranſivit. 9. In ſilicem manum immittit, & à radice montes evertit. 10. Facit ut rivi in rupibus erumpant, & quidquid eſt pretioſum

rivati ita adtenuantur, ut non difficulter vada in iis inveniantur. 5. Ex terra naſcuntur fruges, quibus homines aluntur; quamvis alibi è viſceribus terræ erumpant ignes. 6. Sapphiri & aliæ gemmæ ei inſunt, & pretioſi alii lapilli a quærentibus, in ea inveniuntur. 7. Semitam, qua talia quæruntur, ne ipſæ quidem aves, quæ volant in ſummis montibus, norunt; 8. nec feræ, quæ per loca deſerta vagantur, inveniunt. 9. Facit homo ut rupes montis, fodinis ſuffoſſis, à ſe invicem diſſiliant. 10. Idem exitum aperit aquis è viſceribus montium erumpentibus, & divites fodinas in iis invenit. 11. Varias

propter numerum & genus participii. Cùm de ſenſu conſtare videatur, non potuimus tamen verbo tenus vertere & intelligi; ideóque rem reddidimus, neglectis verbis.

Deinde adtenuantur] דלו *dallou*, exhauſtæ ſunt, aut imminutæ. Vide Eſai. XIX, 7.

Et ab homine diſcedunt] מאנש נעו *meenoſch nahou*, ab homine, qui antea aquas vado tranſire non poterat, veluti diſcedunt. Intelligimus hæc de torrentibus, aut fluviis, qui copiâ & rapiditate aquæ, ubi alveum implent, terrent, & qui, arte humanâ in plures rivos diducti, ita exhauriuntur, ut fugiſſe oculos fluvius videatur. Quod contigit ipſi Euphrati fluvio maximo, & qui vado tranſiri rariſſimè poterat. *Plinius* Lib. VI. c. 27. *Intra duorum amnium* (Euphratis & Tigridis) *oſtia XXV. millia paſſuum fuere, aut, ut alii tradunt, VII. millia, utroque navigabili. Sed longo tempore Euphratem præcluſere Orcheni & accolæ agros rigantes; nec niſi Paſitigri defertur in mare.*

5. *E terra egreditur panis*] Frumentum.

Inſtar ignis convolvitur] נהפך כמו אש *nehephach chemo eſch*. Intelliguntur ignes ſubterranei, qui non obſtant quo minùs ſuperimpoſita terra fertilis ſit; quod conſtat ex agris Veſuvio ac Ætnæ montibus vicinis, ſimilibusque aliis, qui feraciſſimi ſunt. Ejusmodi etiam fuit Babylonicus ager & Sodomenſis, de quibus diximus in Diſſertat. de Sodomorum ſubverſione.

6. *Locus Sapphiris ſunt lapides ejus*] Inter lapides inveniuntur.

Pulviſculi ejus aurum ſunt] Intelligi videtur aurum, quod invenitur in *fluminum ramentis*, *ut in Tago Hiſpaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indiæ. Nec ullum abſolutius aurum eſt, ut curſu ipſo trituque perpolitum.* Verba ſunt *Plinii* Lib. XXXIII. c. 4. Idem experiuntur in arena Rhodani, qui ad ejus ripas, nec procul à fontibus, habitant. Adde & aliud aurum terræ mistum, de quo ibidem *Plinius*.

7. *Semita eſt quam non vidit* &c.] Quia ſub terra aguntur cuniculi, in ea loca quæ nulla fera, nulla avis umquam vidit.

Avis rapax] Hebræis העיט *hehit*, ut obſervavit *Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib II. c. 1. eſt *prædam involavit*, unde fit ut עיט *hajit* dicta ſit quævis *avis rapax*, & Græcè rapacium maxima αἰετὸς, deinde ἀετὸς ſit vocata.

Æſalonis] Idem Cap. X. ejusdem libri oſtendit איה *ajah* dictum Æſalonem, quæ eſt accipitris ſpecies, quæ Gallicè dicitur *Emerillon*.

8. *Majores feræ*] בני שחץ *bne ſchahhats*. Quod loquendi genus occurrit etiam C. XLI, 26. *Filios ſuperbiæ* vertunt alii, alii *filios leonis*. Sed cùm שחץ ſit *proceritas*, *filios proceritatis* dici majores feras, rectè conjeciſſe videtur idem Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 1. Humanam induſtriam Jobus extollit, quod ut metalla inveniat in terræ viſceribus, ea loca pervadat, quæ neque avibus pervia ſunt, neque feris procerioribus, quamvis hominem mole & vaſtitate corporis ſuperent.

Neque leo niger] Sequuti ſumus *Sam. Bochartum*, loco memorato probantem שחל *ſchahhal* eſſe *leonem nigrum*, ſic dictum à שחר niger fuit, mutatione ſollemni liquidarum factâ. Memorat tamen *Thevenotius* animal in Meſopotamia frequens, cujus nomen Gallico charactere effert *Chakale* Itiner. Orientai. P. I. Lib. II. c. 25. & Contin. Lib. I. c. 13. Eſt animal, quod lupo & vulpe, aut vulpe & lupâ natum dicitur, & molem vulpis æquat, mediúmque eſt inter vulpem & lupum. Sed cùm nomen שכל aut שגל ſcribatur, rem in medio relinquo. Thoem eſſe oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 12.

Eò tranſiit] לא עדה עליו *lo hadah halau*. Verbum עדה *hadah*, hoc ſignificatu, frequentiùs eſt apud Chaldæos, ut multa vocabula, quæ in hoc libro occurrunt.

9. *In ſilicem manum immittit* &c.] Rem optimè deſcribit *Plinius* H. N. Lib. XXXIII. c. 4. cujus verba proinde paullò plura hîc adponam: *Tertia ratio* (quâ, nempe, eruitur aurum) *opera vicerit Gigantum. Cuniculis per magna ſpatia actis, cavantur montes, ad lucernarum lumina. Eadem menſura vigiliarum eſt, multisque menſibus non cernitur dies. —— Occurſant —— ſilices, hos igni & aceto rumpunt. Sæpiùs verò, quoniam in cuniculis vapor & fumus ſtrangulat, cædunt, fracturis CL. libras ferè agentibus; egerúntque humeris, noctibus ac diebus, per tenebras proximis tradentes; lucem noviſſimi cernunt. Si longior videtur ſilex, latus ſequitur foſſa, ambitque. Tamen in ſilice facilior exiſtimatur opera. Eſt namque terra, ex quodam argillæ genere glareæ miſta, (candidam vocant) prope inexpugnabilis. Cuneis eam ferreis adgrediuntur & iisdem malleis.*

Et à radice montes evertit] Idem: *peracto opere* (cuniculi) *cervices fornicum ab ultimo cædunt. Dat ſignum ruina, eámque ſolus intelligit, in cacumine montis ejus pervigil. Hic voce, ictúve evocari jubet operas, paritérque ipſe devolat. Mons fractus cadit ab ſeſe longè, fragore qui concipi humanâ mente non poſſit, &* flatu

Digitized by Google

tioſum videt oculus ejus. 11. E ſtillantibus guttis flumina colligit, & quod abditum eſt in lucem educit.

12. At Sapientia unde invenietur, & ubi eſt locus prudentiæ? 13. Non novit homo pretium ejus, neque in terra viventium invenitur. 14. Abyſſus dicit: non eſt in me; & mare: apud me non eſt. 15. Purum aurum eâ non permutatur, neque pretium ejus argento adpenditur. 16. Auro Ophirenſi, Sohamo pretioſo, & Sapphiro non æſtimatur. 17. Nec aurum, nec nitidæ gemmæ eam æquant, nec vaſe obryſi permu-

Varios fontes corrigat, & occultas pretioſorum metallorum opes, quæ latebant, in lucem emittit.

12. Utinam ſciret unde poſſet ſapientiam ſibi comparare! 13. Verum homo ejus pretium ignorat, nec ſanè uſquam in terris inveniri poteſt. 14. Si poſſemus interrogare ſpatia infra terram porrecta, eáque reſpondere nobis poſſent, negarent eam apud ſe inveniri; quod & mare negaret. 15. Sapientia neque auro, neque argento, quodcumque ſit eorum pondus, permutari non poteſt, quippe quæ longè ſit utilior. 16, 17, 18, 19. Ne pretioſiſſimis qui-

ſtatu incredibili. Spectant victores ruinam naturæ.

10. *Facit ut rivi è montibus erumpant*] בצורות יאורים בקע *bestſourotb jeorim bikkeab*, in lapidibus rivos findit. Quod poteſt intelligi de aquarum ſubterraneatum laticibus, quibus è rupe erumpentibus implentur ſodinæ, cum magno operarum periculo; vel de corrugis, de quibus, in ſequentibus, ita *Plinius: Alius par labor eſt, ac vel majoris impendii, flumina ad lavandam hanc ruinam jugis montium ducere obiter à centeſimo plerumque lapide. Corrugos vocant, à corrivatione credo; nimirum, & hic labor eſt. Præcepiſſe librameutum oportet, ut ſuat is, quà inſluat; itaque altiſſimis partibus ducitur. Convalles & intervalla ſubſtructis canalibus junguntur. Alibi rupes inviæ cæduntur, ſedémque trabibus cavatæ præbere coguntur*, & quæ ſequuntur. Artes quærendi & purgandi auri inventas, ex hoc ipſo loco, temporibus Jobi liquet, quod non dubium erit iis, qui temporibus Perſici Imperii, aut paullò antea vixiſſe eum volunt.

Quidquid eſt pretioſum videt oculus ejus] Hoc eſt, ſecernit pretioſa metalla à pulvere iis admiſto; quod quomodo fieret docet idem *Plinius.*

11. *E ſtillantibus guttis flumina colligit*] מבכי נהרות חבש *mibbecbi neharotb bbibbeſcb*, è fletu flumina ligavit; hoc eſt, exiguis rivulis in unum corrivatis, majora fluenta collegit; ad faciendos, nempe, corrugos, ut diximus, cùm fons unus ſatis copioſus non eſt, ut abluat metalla pulveri admiſta. Eleganter *lacrimas* vocat ſingulos fontes cum majore fluento collatos, & infrà C. XXXVIII, 16 נבכי ים *nibcbe jam*, maris lacrimas flumina dixit. Sic *Orpheus* imbrem δάκρυα Διὸς & Pythagorei mare Κρόνου δάκρυον vocabant, ut auctor eſt *Clemens* Alexandrinus Strom. Lib. V. pag. 676. Ed. Oxon.

Quod abditum eſt in lucem educit] תעלמה יצא אור *thahalumah jotſe or*, pro לאור *leor*. Quod de occultis laticibus intelligi queat. Nec ſuperiorem verſum, nec hunc intellexerunt LXX. Intt. qui habent: δίνας δὲ ποταμῶν διέῤῥηξε, πᾶν δὲ ἔντιμον εἶδέ μου ὁ ὀφθαλμός· βάθη δὲ ποταμῶν ἀνεκάλυψεν, ἔδειξε δὲ αὐτὴν δύναμιν εἰς φῶς. Quæ tranſverſum etiam egerunt *Hieronymum*, qui vertit verſ. 11. *profunda quoque fluviorum ſcrutatus eſt.*

12. *At ſapientia &c.*] Hæc eò ſpectant, ut liqueat homines, in quærendis pretioſis metallis uſque adeò induſtrios, negligere inquiſitionem Sapientiæ, hoc eſt, Religionis; quæ multò iis pretioſior eſt.

13. *Neque in terra viventium invenitur*] Hoc eſt, inter homines, ἐν ἀνθρώποις, ut habent LXX. Intt. nam ſoli homines vivunt in terris Veritatis capaces. Quod eſt intelligendum de perfecta Sapientiæ, aut Religionis cognitione, quæ reverà tunc temporis nuſquam inveniebatur, inter homines; à ſolo quippe Chriſto ſeriùs revelata. *Hieronymus* habet: *in terra ſuaviter viventium.* Chaldæus: *in terra ſuperborum, qui peccant in viſu ſua.*

14. *Abyſſus*] תהום *thehom*, hoc eſt, profundiſſima quæque loca, nam hîc à mari diſtinguitur, alioqui mare eâ voce ſignificatur. Vide not. ad Gen. VI, 11.

Dicit] Figuratâ hac oratione ſignificat Jobus, ſi *abyſſo* & *mari* mens & loquendi facultas ineſſent atque interrogarentur, an occultarent *Sapientiam*, negaturos eam apud ſe eſſe, quòd apud Deum ſolum eſſet.

15. *Purum aurum*] *Non dabitur* סגור *ſegor loco ejus.* Eſt à סגר ſagar, *clauſit*, & rem ſignificat, quæ diligenter, pretii ſui causâ, clauditur. LXX. Intt. aut potiùs *Theodotion:* οὐ δώσει συγκλεισμόν. Vulgatus: *aurum obryſum.* Chaldæus: דהב סנין dahab ſenin, *aurum purgatum.* Videtur hujus nominis ſupereſſe veſtigium, in voce *ſegullum*, quâ ſignificabatur, apud rei metallicæ peritos, terra quædam, cui ſubeſſe aurum ſolebat. Vide *Plinium* H. N. Lib. XXXIII, c. 4.

16. *Auro Ophirenſi*] בכתם אופיר *bechethem ophir.* Hîc eſt alterum auri nomen, quod hîc occurrit. De Ophira diximus ad 1. Reg. X, 11.

Sohamo] Lapis eſt pretioſus, de quo diximus ad Gen. II, 12.

17. *Nec aurum*] זהב *zahab*, quæ eſt frequentiſſima adpellatio auri.

Nitidæ gemmæ] זכוכית *zechouchith*, quod eſt à זכך *zachach*, purus fuit. LXX. Intt. ὕαλος, *Hieronymus* verò *vitrum* vertêre. Sed vitrum inter res pretioſas non fuit. Itaque nomine generis uſi ſumus, cùm de proprio non conſtaret. Alii *cryſtallum* vertunt, ſed nec aurum pretio æquat.

Vaſe obryſi] כלי פז *cheli phaz.* Eſt hoc quartum auri nomen. Sed quomodo diſtinguatur ab aliis nemo dixerit.

18. *Ramothæ & Gabiſum*] ראמות וגביש *ramoth vegabiſch.* Videntur eſſe gemmæ, ſed quæ

 ſint

permutatur. 18. Ramothæ & Gabiſum *præ ea* non commemorantur, & ſapientiæ pondus majus eſt quàm carbunculi. 19. Non certat cum ea Topazius Chuſitidis, auro puro non æſtimatur. 20. Unde ergo ſapientia venit, & quis eſt locus prudentiæ? 21. Abdita eſt omnium viventium oculis, & avibus cœli occulta. 22. Pernicies & Mors dixerunt: auribus noſtris famam ejus audivimus. 23. Deus ſcit viam ejus, idémque locum ejus novit; 24. nam ille ad fines terræ proſpicit, & *quæ ſunt* ſub toto cœlo videt; 25. ita ut faciat vento pondus, & aquam in menſura adpendat, 26. cùm pluviæ modum imponit, & viam facit fulgetris tonitruum. 27. Tunc videt eam & exponit; eam aptat, atque inveſtigat. 28. Dicit homini: timor Domini eſt ſapientia, & recedere à malo prudentia.

XXIV.

quidem gemmis poteſt comparari. 20. Si quæratur unde orta ſit Sapientia, & ubi ſit Prudentiæ locus, nemo poſſit quæſtioni reſpondere, quod quærentibus ſatisfaciat. 21. Fugit omnes omnium hominum animos, etiam eorum qui ſublimiorum contemplationum periti ſunt. 22. Si mortui interrogari poſſent hac de re, faterentur ſe audiſſe quidem multos ſermones de Sapientia, ſed numquam potuiſſe ſe ad plenam & perſpicuam ejus cognitionem pervenire. 23. Solus Deus, qui omnia novit, ſcit qualis ſit atque ubi inveniatur, ſi modò ſit in terris; 24. quandoquidem omnia novit, & totius Naturæ faciem præſentem habet, 25, 26. ita ut moderetur vim ventorum, & certam aquæ copiam terræ ſuppeditet, fulminibusque & tonitruis modum imponat. 27. Tum omnia intuetur, & exponit prout ei videtur, poſtquam omnia inveſtigavit. 28. Docet hominem veram ſapientiam ſitam eſſe in Religione, qua Numen ſuum proſequitur, & veram prudentiam in fuga vitiorum.

PARA-

ſint minimè liquet. LXX. Intt. *μετέωρα καὶ γαβίς. Hieronymus: excelſa & eminentia. Symmachus: ὑψηλά.* Sed nomina propria videntur eſſe, ut cetera, quæ hîc habentur. גביש etiamnum, apud Arabas, eſt *carbunculus*, aut *pyropus*.

Sapientiæ pondus] ומשך חכמה *ummeſchech bhochmah*, tractio ſapientiæ. Pondus minus à majore trahitur, unde *πλεῖον ἕλκειν*, apud Græcos, *plus trahere* eſt gravius eſſe, & *ἕλκει pondus*. Hic autem pondus ponitur pro pretio. Si ſapientiæ in ſtatera poſitæ pretium in altera lance opponeretur, majus auri pondus traheret Sapientia, quàm מפנינים *pheninim*, *carbunculi*, ut ajunt, aut *pyropi*. Hoc unum conſtat gemmam eſſe magni pretii, eámque rubram, ex Thren. IV, 7. Quænam ſit non liquet. LXX. Intt. *ἕλκυσον σοφίαν ὑπὲρ τὰ ἐσώτατα. Hieronymus: trahitur autem ſapientia de occultis.* Quæ nihil ad verba.

19. *Non certat cum ea Topazius Chuſitidis*] פטדת כוש *phitdath*. LXX. Intt. *τοπάζιον Αἰθιοπίας*, Vulgatus: *topazius de Æthiopia*. Gemmam viridem eſſe dicunt. כוש eſſe Madianitidem oſtendimus ad Gen. X, 6.

21. *Avibus cœli occulta*] Ne in locis quidem, quæ ſolæ aves adeunt, invenitur; quia eſt in cœlo, apud Deum, perfecta Sapientia. Significat Jobus nomine avium eos, qui ſublimiorum contemplationum periti ſunt; quales non ſunt *aves* propriè dictæ.

22. *Pernicies & Mors* &c.] Per Proſopopœiam inducuntur loquentes אבדון ומות *Abaddon vammaveth*, & negantes ſe quidquam de Sapientia noſſe, præter rumores; ut mortuis æquè ac vivis ignota fuiſſe ſignificetur.

23. *Viam ejus*] Rationem Sapientiæ, ſeu quanam in re ſita ſit. *Sapientia* autem hîc vocatur ſcientia rerum divinarum atque humanarum, quæ ſolet ita definiri: *ἐπιστήμη θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων καὶ τούτων αἰτιῶν*, ut habet *Origenes* Lib. III. contra Celſum, & poſt eum alii. Admodum imperfecta erat tempore Jobi.

24. *Nam ille ad fines terræ* &c.] Hoc eſt, omnia novit; alioquin ex eo quòd terras omnes uno intuitu cernat, non ſequeretur ſcire eum, ubi ſit Sapientia, quæ non erat in terris.

25. *Ut faciat vento pondus*] Ita ut eam vim vento tribuat, quâ ſit terræ ſalubris, non noxius. Oſtendunt Phyſici recentiores, quanto in periculo futurum eſſet genus humanum, ſi nullus ſtaret ventus, aut ſi nimiis ventorum procellis agitaretur; quod non eſt hujus loci. Omnes norunt immodicum æſtum ſine ventis futurum, vel navigationem ſine iis fieri vix poſſe.

Aquam in menſura adpendat] Alioqui, ſi nimiâ eſſet copiâ, terras omnes tegeret; ſi nimis parvâ, pleræque plantæ ſiccitate perirent, maximáque adeò animalium pars aut ſiti, aut paſtûs inopiâ interiret.

26. *Cùm pluviæ modum imponit*] בעשותו למטר חק *bahaſcotho lammatar hhok*. Oſtendimus antea חק eſſe *demenſum*, & *terminum*; quod, ubi agitur de pluvia, *modum* commode dici poſſe viſum eſt. Si eſſent perpetuæ pluviæ, redirent tempora Noachi, & omnibus aquâ tectis perirent animalia; ſi pauciores æquo, ſiccitate plantæ omnes, aut pleræque urerentur, inſtarérque etiam animalibus ſitis.

Viam facit fulgetris tonitruum] Si hæc nimis frequentia eſſent, aut terram perpetuò lamberent, incommodiſſimam animalibus redderent vitam, cùm alioquin utile ſit exhalationes *tartareas*, ut loquuntur, *ſulfureas & nitroſas* in ſummo aere abſumi, & terræ ſuperficiem amburerent, ac fertilitati ejus nocerent.

27. *Tunc videt eam*] ראה *raah*, ubi ה habet *Mappich*, unde liquet eſſe adfixum fœminini generis, quod referendum omnino ad ſapientiam. Hoc ergo ſibi vult Jobus, operibus Providentiæ Deum oſtendere hominibus, penes ſe eſſe ſummam ſapientiam, eámque iis exponere, ut cœli dicuntur Pſ. XIX, 1. *narrare gloriam Dei*; tum etiam eam rebus humanis accommodare, atque demonſtrare ſe omnia ſapientiſſimè perveſtigaſſe, & diſpoſuiſſe ut iis prodeſſet.

28. *Dicit homini: timor Domini* &c.] Hæc omnia,

XXIV. Priſtinam ſuam felicitatem, & præſentis ſortis miſerias deſcribit Jobus, negátque ſe earum ullo flagitio, aut ſcelere cauſam fuiſſe.

1. PERREXIT autem Jobus ſuam figuratam orationem proferre, his verbis: 2. Utinam eſſem, prout menſibus antiquis, útque iis diebus, quibus me Deus ſervabat! 3. Cùm ſplendere curaret ſuam lucernam capiti meo, cúmque *per* tenebras in luce ejus ambularem: 4. quemadmodum eram diebus, quibus opprobrio adſectus ſum, cùm arcanum Dei tabernaculo meo incumberet; 5. cùm adhuc Omnipotens mecum eſſet, & ſervi mei me circumdarent; 6. cùm abluerem vias meas butyro, & rupes funderet apud me rivos olei; 7. cùm egrederer portam versùs ad urbem, & ſellam

CAPUT XXIX.

PARAPHRASIS.

1. NEc iis verbis finem ſermonibus ſuis imponere voluit Jobus, 2. atque utinam, inquit, eſſem quod olim eram, cùm mihi Deus faveret; 3. cùm animum meum cognitione ſui perfunderet, & lumina ab eo demiſſa moribus meis exprimerem, in tenebris quibus homines cincti ſunt; 4. cum opprobrio adfectus ſim, propter jacturam liberorum meorum, facultatumque omnium, quibus a Deo donatus fueram, 5. dum tabernaculo meo inconſpicuus adeſſet, & ſervis meis cinctus eſſem. 6. Tum verò vias omnes, circa me, curabam æquari, ut nihil eſſet quo pedes egredientium & venientium lædi poſſent, & rupes ipſæ videbantur oleum emittere; 7. cumque è meis prædiis me in vicinam urbem conferrem, ſelláque in platea poſitâ, inter Magiſtratus ſede-

nia, quæ memorata ſunt, oſtendunt ab homine nihil poſſe ſapientius & prudentius fieri, quàm ſi Deum revereatur, abſtineátque ab iis, quæ Naturæ lumine ingrata eſſe ei novit. Hinc aliiſque ſimilibus locis liquet, Jobum non dubitaſſe de Providentia Divina, quamvis æſtu dolorum abreptus interdum non ſatis decenter de ea loquatur.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXIX.

1. *SUam figuratam orationem proferre*] שאת משלו *ſcheeth mſchalo.* Quod vertunt LXX. Intt. εἶπε προοιμίῳ, ſed, ut diximus ad Cap. XXV, 2. & XXVII, 1, legendum παροιμίῳ, nam hæc eſt Hebraicæ vocis certa ſignificatio, quæ iis ignota non fuit. Vulg. *parabolam.* Vide ad Cap. XXVII, 1.

2. *Menſibus antiquis*] Aut *præteritis*, nam eſt כירחי קדם *chejerhhe kedem*, ut Lunis prioribus, ubi ſecunda vox ſignificat præteritum tempus, ſeu olim, ſeu nuper elapſum fuerit.

3. *Lucernam* &c.] Quibus verbis ſignificatur protectio & cura Dei Jobo proſpicientis, ne quid adverſi ei contingeret.

4. *Diebus quibus opprobrio adſectus ſum*] בימי חרפי *bime hhorphi*, in diebus opprobrii mei; hoc eſt, tempore, quo Deus me opprobrio expoſuit, calamitatibus inuſitatis in me immiſſis; ex quibus me ſceleratum hominem eſſe oportere homines, etiam amici, collegerunt, eáſque mihi probroſas eſſe duxerunt. At *Symmachus:* ἐν ἡμέραις νεότητός μου, & *Hieronymus*, *in diebus adoleſcentiæ meæ.* At חרף *hhoreph* nuſquam juventutem ſignificat, nec ita verterunt, niſi quia propriè hac voce *ver* ſignificari putabant, quæ eſt imago juventutis. Verùm חרף eſſe *autumnum* propriè oſtendimus ad Geneſis VIII, 22. ſignificarétque proinde, ſi tralaticio ſenſu ſumeretur, pro parte humanæ vitæ, potiùs virilem ætatem aut ſenectam. Sed nihil opus eò confugere. LXX. Intt. ἐπιβρίθων ὁδοὺς, aut ὁδοῖς, quod quid ſibi velit, aut quomodo conveniat Hebraicis, non intelligo.

Cùm arcanum Dei tabernaculo meo incumberet] בסוד אלה עלי אהלי *bſod elobah hale oholi.* Quâ loqnutione favorem Dei ſingularem ſignificari ſat clarum eſt, ſed quid propriè ſit, dictu difficile eſt. Pſ. XXV, 14. dicitur סוד יי ליראיו *arcanum Jehovæ timentibus ejus*, nempe, patere, hoc eſt, voluntatem Dei ceteris ignotam patefieri. Vide quæ habemus ad Pſ. XXV, 14. Qui ſenſus huic etiam Jobi loco convenire queat, ſi intelligamus Jobum Dei monitu, vel ex ejus legibus, res ſuas feliciter adminiſtraſſe. LXX. Intt. habent ἐπισκοπὴν ἐποιεῖτο τοῦ οἴκου μου, & Vulgatus: *quando Deus ſecretò erat in tabernaculo meo. Symmachus:* ὅτε ἐφρούρει ὁ Θεὸς τὴν σκηνήν μου, quaſi legiſſet non סוד, ſed סך *ſoch*, à סכך *ſachach*, texit, quæ lectio abſurda non eſt; nam סך poteſt dici *protectio*, ſeu cura Dei ſingularis, ne quod mali Jobo contingeret curantis. Sic Pſ. CXL, 8. סכות ſacchotha, *operaiſti me*, eſt protexiſti me. Vide & Prov. III, 32.

5. *Et ſervi mei me circumdarent*] *Et circa me juvenes mei*, נערי, ſub quibus fortè etiam Jobi filii intelligendi.

6. *Cùm abluerem vias meas butyro*] LXX. Intt. ὅτε ἐχέοντο (ברחץ *brohhats*) αἱ ὁδοί μου βουτύρῳ, quæ ſunt orientale loquendi genus, quo ſignificatur magna pecudum copia; ſine qua viæ butyro inungi non poſſent, quamvis numquam id factum videatur. Hîc eſt חמה *hhemah*, pro חמאה.

Rupes funderet apud me rivos olei] צור יצוק *tſour jatſouk*, rupes fuſæ. Sed videtur eſſe pro יוצק *joutſak*, in Futuro Hophal, aut יצק *jotſek*, fundens, in participio præſenti. Similis eſt loquutio Deut. XXXII, 13. ubi vide notata.

7. *Cùm egrederer portam verſùs* &c.] In portis

lam meam in platea collocarem. [8]. Videntes me pueri quidem ſe ſe abdebant, ſenes verò ſurgentes ſtabant. [9]. Verba ſua coërcebant principes & ori manum imponebant. [10]. Vocem præfecti premebant, linguáque eorum palato adhærebat. [11]. Auris, quæ audiverat *de me*, felicem me prædicabat; oculus, qui viderat, teſtimonium mihi perhibebat; [12]. nam pauperem vociferantem liberabam, ut & pupillum, cui non erat à quo auxilium acciperet. [13]. Mihi bene precabatur periturus, & cor viduæ exhilarabam. [14]. Juſtitiam induebam, eáque me veſtiebat, inſtar pallii, & judicium meum mihi erat *inſtar* cidaris. [15], Eram ego oculi cæco & pedes claudo. [16]. Eram pater egenis,

ſederem! 8. Pueri verò, me conſpecto, de via mihi decedebant, ſeque in ædes abdebant, grandes verò natu ſtantes exſpectabant. 9. Taciti me, honoris causâ, exſpectabant, donec ipſe initium loquendi facerem. 10. Præfecti ipſi altum ſilentium ſervabant, quaſi eorum palato lingua adhæſiſſet, nec poſſet ab iis moveri. 11. Quicumque de me audiverant, felicitatem meam prædicabant; quod teſtabantur, vel maximè, qui me aliquando viderunt; 12. nam pauperi auxilium poſcenti ſtatim aderam, ut & pupillis egenis aut oppreſſis favebam. 13. Multi, quos exitio proximos liberaveram, mihi gratias agebant, ut & viduæ, quas ſuſtentabam. 14. Juſtitia tectus eram, quaſi pallio, & recta judicia, quæ tuleram, inſtar cidaris, me ornabant. 15. Cæco dabam ducem, & pedibus laboranti vehiculum. 16. Pau-

tis ſolebat conſeſſus eſſe judicum. Vide ad Gen. XIX, 1.

Sellam meam &c.] More judicum, qui, poſitâ ſellâ, jus dicebant.

8. *Pueri quidem ſe ſe abdebant*] Præ reverentia, quâ hominem proſequebantur, ne puerili luſu & concurſu ei moleſti eſſent. Hæc illuſtrari queant moribus Lacedæmoniorum, de quibus ita *Plutarchus*, in inſtitutis Laconicis: Τὺς νέυς ὐ μόνον τὺς ἰδίυς αἰδεῖσθαι πατέρας καὶ ὑπηκόυς τύτοις εἶναι, ἀλλὰ πάντας τὺς πρεσβυτέρυς ἐντρέπεσθαι, καὶ ὁδῶν ὑποχωρῶντας, καὶ καθ' ἕδρας ὑπεξισταμένυς καὶ παριόντων ἡσυχάζοντας: *mos erat, ut juvenes non ſolùm proprios patres vererentur, ſed omnes quoque ſeniores venerarentur, illis & in viis cedentes, & è ſedibus adſurgentes & tranſeuntibus quieſcentes.*

Senes verò ſurgentes ſtabant] Senibus juniores adſurgebant, ſed ea erat Jobi dignitas, ut etiam ſenes ei adſurgerent. Vide ad Levitic. XIX, 32. Morum hæc ſunt Orientalium. *Laurentius d'Arvieux*, Maſſilienſis, qui inter Arabas interdum vixerat, in libello de eorum moribus Cap. VI. *Si Emir*, inquit, *aut Schechus, aut Peregrinus ingrediatur, omnes conſurgunt, honoratiſſimo loco ei cedunt, nec unquam ſedent, donec qui poſtremus venit adſederit prior.*

9. *Verba ſua coërcebant principes*] Donec Jobi ſententiam audiſſent, quod honoris ejus causâ faciebant.

10. *Vocem præfecti premebant*] קל נגידים נחבאו *kol ngidim nehbbaou*, vox præfectorum occultabantur; ubi קל *vox*, conjungitur cum numero plurali, quia de plurium voce ſermo eſt. Quia Latini non patiuntur dici *vox occultatur*, ſenſum expreſſimus.

Palato adhærebat] לחכם דבקה *lebbiccham dabekah*; hoc eſt, non magis ea utebantur, quàm ſi palato adhæſiſſet. Hoc loquendi genus occurrit & Pſalm. CXXXVII, 6. LXX. Intt. τῷ λάρυγγι αὐτῶν ἐκολλήθη. Vulg. *gutturi ſuo adhærebat*. At conſtat vocem חך *hhek* eſſe palatum, nec lingua ullo modo gutturi aut laryngi poteſt adhærere.

13 *Periturus*] אובד *obed*. Vide ad Deuter. XXVI, 5. Subaudiendum, niſi eum eripuiſſem.

14. *Juſtitiam induebam* &c.] Hæ ſunt orientales formulæ, quas retinuimus, quia ſat claræ ſunt; neque enim dubium eſt, quin Jobus hoc velit, juſtitiam ſemper à ſe cultam.

15. *Oculi cæco* &c.] Proverbium eſt, quo ſignificat Jobus ſe unicuique auxilio fuiſſe, iis in rebus, in quibus aliena opera maximè indigebat. Vide not. ad Exod. X, 31. Sic Raphaël Franciſcanorum apud Perſas Præfectus, qui legatos Gallos in aulam Perſicam duxit, dicebat, *ſe eorum pedem & oculos eſſe, quos mero impactos domum reducere non poterat.* Quod refert *Joan. Baptiſta Tabernarius* narrationis ejus negotii p. 23. Edit. Pariſinæ.

17. *Confringebam molares* &c.] Hæc omnia παροιμιώδη ſunt, deſumta ex eo quod faceret qui feræ, molaribus & dentibus fractis, prædam eriperet. Nec aliud vult Jobus, niſi ſe potentioribus bona pauperum, quæ contra jus & fas abſtulerant, eripuiſſe, & veris dominis reddidiſſe.

18. *Idcirco dicebam*] Hoc eſt, apud me, vel cogitabam.

In nido meo exſpirabo] עם קני אגוע *him kinni egvah*, cum nido meo. *Nidus* ſignificat quidem *domum*, ut Num. XXIV, 21. Hab. II, 9. Sed hîc videtur pro liberis ſumi, ut pro pullis avium uſurpatur Deut. XXXII, 11. Vult Jobus ſe putaſſe fore, ut, lectulum cingentibus liberis incolumibus, fato fungeretur. Omiſerunt hæc vertere LXX. Intt. nam ἡ ἡλικία μου γηράσει vix videtur horum verborum verſio. Meliùs *Symmachus*, qui tranſtulit: ἔλεγον δὲ, μετὰ τῆς νοσσιᾶς μου γηράσω, nam νοσσιὰ pullos ſignificat. Vulgatus: *in nidulo meo moriar.*

Inſtar arenæ] כחול *chabbol*, quod ſine dubio *arenam* ſignificat, multis Scripturæ locis; eamdémque poteſtatem, in Chaldaïca & Syriaca Lingua, obtinet, & plus vicieſies ἄμμος & *arena* verſum eſt à LXX. Intt. & Vulgaro. Senſus etiam hîc eſt optimus, ſi eodem modo vertatur, nam magnus quivis numerus ſolet numero arenæ conferri; nec aliud vult, niſi putaſſe ſe magnum futurum fuiſſe dierum ſuorum numerum. Sic Sibylla, apud *Ovidium*, Met. XIV, 136.

——— ego pulveris hauſti
Oſtendens cumulum, quot haberet corpora pulvis,

Tot

Digitized by Google

egenis, & in cauſam *ejus*, *quem* non noveram, inquirebam. [17]. Confringebam molares hominis iniqui, & è dentibus prædam *eum* ejicere cogebam.

[18]. *Ideò* dicebam: in nido meo exſpirabo, & *numerum* dierum augebo, inſtar arenæ. [19]. Radix mea aquæ patet, & ros noctu erit in meſſe mea. [20]. Gloria mea recens *ſemper* erit mecum, & arcus meus in manu mea innovabitur. [21]. Me audient & exſpectabunt, ad conſilium meum tacebunt. [22]. Poſtquàm loquutus fuero, nihil addent, & in eos ſtillabit ſermo meus. [23]. Exſpectabunt me, inſtar pluviæ, & os ſuum aperient *veluti* ad ſerotinum imbrem. [24]. Jocabor cum iis, nec credent, nec lucem vultûs

16. Pauperibus eram patris inſtar, & ignotos, inquiſitione facta, in foro tuebar. 17. Violentis malorum molitionibus adverſabar, prædamque, quam infirmioribus extorſerant, eis auferebam.

18. Quæ cum apud me repeterem, ſperabam me, exactâ longævâ vitâ, in meo tentorio tranquille moriturum. 19. Non deerit locus irriguus, inquiebam, in quo arbores meæ virebunt, nec ſegetes meæ rore carebunt, quo fœcundabuntur. 20. Gloria mea ſemper erit eadem, & arcu meo, ut antea, utar. 21. Me audient vicini, & conſilia mea exſpectabunt. 22. Sententiam in Concilio requirent & auditam probabunt, nec quidquam eis addent, ſed ſermones mei, inſtar roris in locis ſiccis, libenter admittentur. 23. Exſpectabunt ſententiam meam in Concilio, eámque excipient, ut pluviam ſerotinam exſpectant aridorum locorum incolæ. 24. Jocabor cum iis, nec innocuos jocos, quaſi rem ſeriam

Tot mihi natales contingere vana rogavi. Etiam multitudo Iſraëlitarum confertur cum arena Gen. XIII, 16. XXVIII, 14. Hoſ. I, 10. Attamen LXX. Intt. hoc loco verterunt *ὡς στέλεχος φοίνικος*, *ut truncus palmæ*, & *Hieronymus*: *& ſicut palma multiplicabo dies.* Quin & Judæi nonnulli volunt hîc legendum חול *hhoul*, per *Scburek*, ut diſtinguatur à *hhol*, quæ vox arenam ſignificat, & interpretantur non jam *palmam*, ſed avem *Phœnicem*; quæ, ut paullò doctioribus notum eſt, fabuloſa eſt, & merum Ægyptiorum commentum. Vide ea de re Intt. 1. *Clementis* ad Corinthios c. 25. 1. & quæ nos illic habemus, tum etiam *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. VI, c. 5. ubi de Phœnice. Videntur ſeiviſſe LXX. Intt. hanc vocem à quibusdam *φοίνιξ* verſam fuiſſe, cúmque fabulæ de Phœnice ave meritò fidem non haberent, viderέntque, in ſequentibus verbis Jobum ſui ipſius cum arbore comparationem inſtituere, interpretati eſſe *ὡς στέλεχος φοίνικος*, ne quis, non de arbore, ſed de ave loqui eos voluiſſe crederet. Attamen ſola eorum auctoritas, ſine uſu Linguæ Hebraicæ, ullóve adfinium Linguarum conſenſu; nec quidquam aliud, præter *arenæ* ſignificationem, poſtulante re ipsâ; numquam mihi perſuadebit voci חול ſubjectam fuiſſe poteſtatem arboris Palmæ. Multò minùs etiam Jobum ad Phœnicis fabulam reſpicere Judæis credam.

19. *Radix mea aquæ patet*] שרשי פתוח אלי מים, *ſchorſchi phathuahh ele majim*; hoc eſt, aqua poteſt ad radices meas pertingere; quod de arboribus ad fluvios, aut ſtagna ſitis dici poteſt; quæ propterea ſemper virent in calidis oris. Vide Pſ. I, 3.

In meſſe mea] בקצירי *biktſiri*. Vide not. ad Cap. XIV, 9. & Pſ. LXXX, 11.

20. *Recens ſemper erit*] Numquam oblivioni mandabitur, longinquitate temporis.

Arcus meus in manu mea renovabitur] Hoc eſt, arcus quo utar non fiet laxior, quòd nimis diu tentus fuerit, visque ejus emittendi ſagittas, quam *elaſticam* vocare ſolemus, veluti inſtaurabitur. Perinde eſt ac ſi diceret, ſperaſſe ſe vires ſuas imminutum non iri. Pro *renovabitur* eſt Hebraicè תחליף *thahhaliph*, quod cùm ſit in activa conjugatione Hiphil, ſubaudiendum כחו chohho, *vim ſuam*.

21. *Ad conſilium meum tacebunt*] וידמו למו עצתי *vejiddemon lamo hatſathi*. Hoc eſt, probabunt omnes conſilia mea, nec iis adverſabuntur. ידמו ſi abeſſent puncta, ab omnibus legeretur יִדַּמּוּ, ut ſit Futurum Niphal à דמם *damam*, aut יִדְמוּ, ut ſit à דמם. Miſtura illa formarum meritò ſuſpecta eſſe queat.

22. *Nihil addent*] לא ישנו *lo jiſchnou*, non iterabunt. Non pergent ampliùs, ea de re loqui, ſed in conſiliis meis adquieſcent. LXX. Intt. *οὐ προσέθεντο*. Vulg. *addere nihil audebant*. Vertimus hæc in Futuro, quia Jobus hîc narrat, quæ ſibi, ante calamitatem ſuam, futura ſperaverat; & reſpiciunt quidem hæc Amicos Jobi, qui ſententiæ ejus pertinaciter adverſabantur.

In eos ſtillabit ſermo meus] עלימו תטף מלתי *halemo thittoph millathi*. Quæ loquutio videtur, hîc certè, ſignificare audientium adſenſum. Vide Deut. XXXII, 2.

23. *Inſtar pluviæ*] Quæ ſemper, in regionibus arentibus & calidis, grata eſt.

Os ſuum aperient] Reverâ qui adtenti & mirantes aliquid audiunt, hiantes adſtant; nec minùs hiant pluviam ſitientes excepturi. Sic Macedones ad Hammonis oraculum profecti, & aquæ penuriâ laborantes, ut imbrem excuſſerant procellæ, pro ſe quisque eum excepêre, & *quidam*, *ob ſitim impotentes ſui*, *ore quoque hiante captare cœperunt*; ut loquitur *Curtius* Lib. IV. c. 7.

Ad ſerotinum imbrem] למלקוש *lemalkoſch*. Vide Deut. XI, 14.

24. *Jocabor cum iis*] אשחק אליהם *eſchhhak alehem*, ridebam ad eos. Hoc eſt, ſi jocans aliquid dixero, audientes me non jocari, ſed ſeriò loqui credent. Quod eſt interdum nimiæ reverentiæ indicium, quâ viros graves omnia ſeriò agere perperam putamus.

Nec credent] לא יאמינו *lo jaaminou*. Sic LXX. Intt. *οὐ μὴ πιστεύσωσι*. *Symmachus*: *οἱ δὲ οὐκ ἐπίστευον*. Vulgatus: *non credebant*. Quidam Codd. habent לא, alii ולא, ſed ſenſum ea varietas non mutat. Poſterius tamen prætulerim.

Nec lucem vultûs mei detrahent] ואור פני לא יפילון

Digitized by Google

vultûs mei detrahent. [25]. Eligam eorum viam, primus ſedebo & tendam in agmine inſtar Regis, ut *qui* lugentes conſolatur.

CAPUT XXX. [1]. NUNC me natu minores rident, quorum patres ne cum canibus quidem pecudum mearum eſſe voluiſſem. [2]. Etiam robur manuum eorum cui mihi

feriam admittent, nec hilaritatem meam in ſequiorem partem accipient. 25. Eorum itinerum, & ubi concilium congregabitur, primus ſedebo, tendámque eo loco, quo Rex tendere ſolet, aut ubi tendit, qui alios ſolatur.

PARAPHRASIS.

1. NUNC verò, propter jacturas meas, irrident juvenes, quorum parentes ne voluiſſem quidem eodem loco habere ac mearum pecudum cuſtodes; 2. nec ſane eorum robur ulli

יפּילון *veor phanai lo jappbiloun*, & lucem faciei meæ non facient cadere. *Lux faciei* videtur ſignificare vultûs majeſtatem, cum gravitate conjunctam, quam eos non detracturos ſibi putabat Jobus; qui ipſum audituri eſſent, nimiâ familiaritate, inde natâ, quod cum iis jocaturus eſſet. Poſſet tamen & *lux vultûs* ſignificare tranquillitatem & benignitatem vultûs, quam detracturi non eſſent Jobo homines, quos adloqueretur, ullo minùs reverente dicto, aut etiam facto indecoro, quo eum frontem contrahere cogerent. Sic Proverb XVI, 15. *in luce faciei Regis* (באור פני מלך *beor phne melech*) *eſt vita*; hoc eſt, ſi quem benignè adſpexerit, qui ſibi ab eo metuit, vitam ei veluti reddit. Sequitur, *& benevolentia ejus, ut nubes pluviæ ſerotinæ*; id eſt, tam libenter Regis benevolum vultum adſpiciunt homines, quam agricolæ nubem, è qua pluviam ſerotinam erupturam ſperant. Quibus verbis aliquo modo illuſtratur quod habetur, de pluvia ſerotina, verſ. 23.

25. *Eligam eorum viam*] Si probavero rationem, quâ ſe gerant, tum verò me Regis ad inſtar colent. Poſſit etiam de itinere, cum iis ſuſcepto, intelligi. *Symmachus* verterat: προειλόμην ὁδεῦσαι πρὸς αὐτούς.

Primus ſedebo] ואשב ראש *veeſcheb roſch*, *ſedebo caput*, aut *in capite*, ſi ſuppleamus ב. LXX. Intt. habent ἐκάθισα ἄρχων. Vulg. *ſedebam primus*.

Tendam in agmine ſicut Rex] אשכון כמלך בגדוד *eſchchon chemelech baggedoud*. Hîc גדוד *gedoud*, quod alioqui globum militum, vel latronum ſignificat, videtur eſſe Arabum unà tendentium numerus. LXX. Intt. ἐν μονοζώνοις. *Olympiodorus*, in Catena in Jobum, è more ſui ævi, interpretatur honoratiores militum, & qui diverſam ab aliis zonam geſtant; vel qui ordine nullo continentur & quaſi latrones ſunt. In eadem Catena, profertur interpretatio *Iſidori* Peluſiotæ ex Epiſt. Lib. III. Ep. 78. ubi ait ſe putare eſſe στρατιωτικὰ τάγματα, aut βαρβαρικὰ στίφη, aut λῃστρικὰ συγκροτήματα, & velle Jobum aut: *ut militibus legitimè imperabam*, aut: *ut barbaros ſtrennè ſuperabam*, aut: *ut latronibus metum injiciebam, & ne mores ſuos ſequerentur prohibebam, aut, ſi minùs obtemperabant, in legum retia eos includebam*. Hæc voluimus adferre, ut liqueret Veteres, qui non poterant adire fontes, mirè non in interpretanda Scriptura, ſed ejus verſione æſtuaſſe. *Symmachus* habebat ἐν στρατοπέδῳ, *in caſtris*, non malè. Unde Vulgatus: *circumſtante exercitu*.

Ut qui lugentes conſolatur] כאשר אבלים ינחם *chaaſcher abelim jenahhem*. LXX. Intt. ὃν τρόπον πενθοῦντας παρακαλῶν, & Vulg. *eram tamen mœrentium conſolator*. Qui ſenſus reverâ eſt vocum, quæ in noſtris Codicibus leguntur, pro ſolita earum poteſtate. *Symmachus* aliud hîc quærendum ſuſpicatus eſt, & vertit καθὼς ἀπάγει αὐτοὺς ὁδηγῶν, &, ne quid diſſimulem, neſcio quid ſimile hîc à Jobo dictum videtur; ſed eſſet אבלים abelim, *lugentes* mutandum in אבירים abirim, *fortes*, & ינחם deducendum à נחה ducere, & efferendum *janhhem* in Hiphil; repetito pronomine demonſtrativo poſt nomen, pleonaſmo noto, de quo vide *Sal. Glaſſium* Gr. Sacr. Lib. III. Tr. 2. de Pronomine Cap. XXV. Senſus eſſet: *inſtar Regis, quando fortes viros ducit*. Sed quia in contextu ſacro nihil mutamus, vertimus ut fieri ſolet, quamquam alieno ab hoc loco ſenſu. Nec dubito, quin ſint multa alia loca, quæ longinquitate temporis, & incuriâ, aut imperitiâ librariorum, obſcura facta ſunt, ob ejuſmodi mutationes.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXX.

1. ME *natu minores*] צעירים ממני לימים *tſehirim mimmenni lejamim*, *Aquila*: βραχεῖς παρ' ἐμὲ ταῖς ἡμέραις. *Theodotion*: νεώτεροί μου ἡμέραις. *Hieronymus*: *juniores tempore*. Rectè LXX. Intt. ἐλάχιστοι minùs commodè, cùm duo addita verba prætermiſerint, ex quibus liquet, quid primum ſibi velit.

Quorum patres &c.] *Quorum patres renui ponere cum canibus*; hoc eſt, quos ne viliſſimis quidem miniſteriis voluiſſem adhibere, qualis eſt canum cura.

In iis fruſtra periit ſenium] עלימו אבד כלח *halemo abad chalohh*, ſuper iis periit ſenium; hoc eſt, ſenectute ſapientiores, ut ſolet, facti non fuerant. Sic vox כלח ſumitur ſuprà C. V, 26. LXX. Intt. ἐπ' αὐτοὺς ἀπώλετο συντέλεια, quaſi legiſſent, aut legendum cenſuiſſent כלה *chalah*, quod ſæpe συντέλειαν verterunt. *Symmachus*: ἀπώλετο αὐτοῖς πᾶν τὸ πρὸς ζωήν, quaſi eſſet לחיים כל *chol lahhajim*. Quod nonnihil mutavit *Hieronymus*, qui habet: *& vita ipſa putabantur indigni*, credo propter ſequentia.

3. *In*

Digitized by Google

mihi fuiſſet uſui? In iis *fruſtra* periit ſenium. 3. In penuria & fame ſoli nuper errabant per ſicca loca, deſolata & deſerta. 4. Carpebant Halimum ad virgulta, & radix

ulli uſui erat, cùm exiguum eſſet. Eorum ſenectus eos inutiles fecit. 3. Nuper etiam per ſicca loca vagabantur egeni & famelici; 4. ubi carpebant Halimum ad virgulta & radicem Juniperi, quibus

3. *In penuria & fame ſoli nuper errabant*] בחסר ובכפן גלמוד הערקים *bebheſer oubechaphan galmoud haborekim*. De vocis חסר ſignificatione planè conſtat. כפן exſtat tantùm hîc & V, 22. ubi utrobique optimè vertitur *fames*, è Lingua Chaldaica, in qua frequenter hunc ſignificatum obtinet. LXX. Intt. ἐν ἐνδείᾳ καὶ λιμῷ, Vulg. *egeſtate & fame*. Sed גלמוד *galmoud* vertitur a Græcis ἄγονος, à Vulg. *ſteriles*; hoc eſt, ſine liberis. Suprà C. III, 7, XV, 34. aptè vertitur *ſolitarius*, ut & Eſaiæ XLIX, 21. ubi cum *orbo* conjungitur. Denique הערקים *haborekim*, verterunt LXX. Intt. οἱ φεύγοντες, ex Chaldaiſmo & Syriſmo, in quibus frequens hoc verbum, eo ſignificatu, occurrit. Vulgatus, ſine ratione, *qui rodebant*; nam neque es Hebraïca, neque ex vicinis Linguis ullum ei eſt præſidium. Vertimus *errantes*, qui fugiebant in ſolitudinem & in ea errabant, dum quærerent paſtum. De voce *nuper*, in ſequentibus.

Per ſicca loca &c.] ציה אמש שואה ומשואה *tſija emeſch, ſchoah, oumſchoab*. Deeſt ב *in*, aut *per*. ציה eſt ſine dubio *ſiccitas*, aut *terra ſicca*, & ſic omnes verterunt. אמש *emeſch*, ſignificat *heri*, tam Hebraïcè, quàm Arabicè, unde ἐχθὲς verſum eſt à LXX. Intt. Omiſſum ab *Hieronymo*, quòd non intelligeret. Alii verterunt *caliginem*, ut Chaldæus, quia alicubi ſumitur pro heſterna veſpera; aut potiùs ſignificat tempus heſternum, ſine ulla tamen veſpertinarum horarum neceſſaria deſignatione. Itaque vertimus *nuper*, quæ eſt poteſtas frequens vocum תמול שלשום *themol ſchilſchom*, heri nudius tertius. Vide & ſuprà Cap. VIII, 9.

Deſolata & deſerta] vertuntur שואה ומשואה *ſchoah oumeſchoab*, quæ propriè *vaſtitas* & *vaſtatio* ſunt, & conjunguntur, ut videtur, quò major vaſtitas ſignificetur. Vide infrà Capite XXXVIII, 27. & Soph. I, 15. LXX. Intt. habent συνοχὴν καὶ ταλαιπωρίαν, Vulgatus: *ſqualentes calamitate & miſeriâ*. Sed hæ ſunt potiùs tralatitiæ ſignificationes vocum, quàm propriæ, quæ loco huic aptiores.

4. *Carpebant plantas amaras*] הקוטפים מלוח *hakkotephim mallouahh*. Satis quidem conſtat מלוח eſſe herbam ita dictam à voce מלח *melahh*, ſal. LXX. Intt. habent ἄλιμα, cum ſpiritu leni, quæ dicitur herba eſſe, quæ famem ſedat; & inde nomen ei impoſitum. Sed omnes herbæ & cibi, quibus homines veſcuntur, dici eo nomine poſſent, cùm omnes famem ſedent; dummodò eâ copiâ, quæ neceſſaria eſt, comedantur. Si quis putet eſſe herbam aliquam, quæ exiguâ copiâ ſumta immunem à fame præſtet, intereàque vires & valetudinem minimè minuat; exemplum proferat oportet, unde hoc conſtet. Novi *Plutarchum*, in Convivio ſeptem Sapientum, Tom. II. p. 157. Inducere Ardalum narrantem Epimeniden, abſtinere omnibus aliis cibis, τῆς δὲ ἀλίμου δυνάμεως ἣν ἐν σμικρῷ αὐτὸς συντίθησι, μικρὸν εἰς τὸ σῶμα λαμβάνοντα διημερεύειν ἀνάριστον καὶ ἄδειπνον, *ex Alimi facultate, quam voluptatem ſibi ipſe comparat, aliquantulum in os ſumentem diem tranſigere, ſine prandio & cœna* Quod *Alimon* poſtea Solon interpretatur de Malva & Aſphodelo, laudatis ab *Heſiodo* Operum v. 41. Eodem etiam reſpexit *Plato* de legibus, Lib. III. non procul ab initio, ubi narrat Epimenidem re ipſâ præſtitiſſe, quod diſerat *Heſiodus*. Sed miſeri Arabes non quærebant in ſolitudine artem non eſuriendi, licèt nihil, aut parum comederent; ſed implendi ſtomachi, ut ſe ſe alere poſſent, viréſque exhauſtas corporis reparare. Itaque malim ſcribi ἅλιμα, ἀπὸ τῆς ἁλὸς, *à Sale*, cum ſimilis ſit Hebraïcæ vocis origo. Sic de Halimo *Dioſcorides* Lib. I, c. 120. Ἅλιμος θάμνος ἐστὶ φραγμίτης ὅμοιος ῥάμνῳ, λευκὸς, οὐκ ἔχων ἀκάνθας, φύλλα δὲ ἐλαίᾳ παραπλήσια, πλατύτερα μέντοι καὶ ἁπαλώτερα· φύεται ἐν παραθαλασσίοις ἢ φραγμοῖς· λαχανεύεται δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα ἑψόμενα εἰς βρῶσιν. Quem locum vertit *Plinius* Hiſt. Nat. Lib. II. c. 22. ubi poſtquàm rejecit eorum ſententiam, qui Aſphodelum *Heſiodi* eſſe putarant, ait eſſe *ſuo nomine Alimon* (meliùs, Halimon) *non parvi & ipſum erroris inter auctores. Alii enim*, inquit, *fruticem eſſe dicunt denſum, candidum, ſine ſpina, foliis oleæ, ſed mollioribus; coqui autem hæc, ciborum gratiâ. Alii olus maritimum eſſe dixere ſalſum & inde nomen, foliis in rotunditatem longis, laudatum in cibis.* Tum alia Halimi genera commemorat. Ad alterum es generibus memoratis pertinere putarim arborem, quam in littore maris Erythræi naſcentem deſcribit *Pet. Belonius* Obſervat. Lib. II. c. 59. *Secundùm littus*, inquit, *ejus maris fruticem invenimus Rhamno alteri ſimilem, foliis craſſis admodum, ſalſis & candicantibus. Rami ſpinis horrent, ſed obtuſioribus, ut in Europæo Rhamno.* Poſtea Gazellas ejus folia depaſcere narrat. Multa congeſſit de Halimo *Salmaſius ad Solinum* p. 771. & ſeqq. Ed. Ultraject. ſed quæ ad rem noſtram nihil faciunt. Nonnulli מלוח interpretantur *malvam*, μαλάχην, ob ſoni adfinitatem, ſed *malva* non eſt *amara* aut *ſalſa*, ſed *levis & ſalubris*, quibus epithetis ab *Horatio* ornatur. Nos *amaras plantas* vertimus, quales ſunt ſalſæ, cum vix certò quæ planta ſit definire poſſemus, & multæ ejuſmodi plantæ, per Arabiam deſertam, naſcantur. *Halimi*, per Græciam & in inſula Creta naſcentis, ſæpiùs meminit *P. Bellonius*. Poſtea animadverti *Sam. Bochartum* multis hac de planta egiſſe Hieroz. P. I. Lib. III. c. 16. è quibus, ſi quid omiſi, ſuppleri poterit. Vide & *Matth. Hillerum* Hierophytic. P. I. cap. 56.

Ad virgulta] עלי שיח *hale ſchiahh*. Eſt nomen generale, quod tam arbores, quàm virgulta complectitur. Vide Gen. II, 5. Hîc *virgultum* vertimus, quia ſermo eſt de virgulto, quod eſt frequens ἐν φραγμοῖς, ut è *Dioſcoride* vidimus. LXX. habent hîc ἐπὶ ἠχοῦντι. Sic & verſ. 7. ἀνὰ μέσον ἠχούντων, quaſi legiſſent שואה quod eſt *ſonitus, ſtrepitus*. *Symmachus* hunc locum

radix juniperorum erat eorum panis. [5]. E corpore *cœtûs* expellebantur, in eos quaſi *in* fures vociferabantur. [6]. *Ibant* in fiſſuras torrentium, in terræ & rupium cavitates, ut illic habitarent. [7]. Inter virgulta gemebant, ſub carduis congregabantur. [8]. Homines abjecti ac ſine nomine è terra ejecti erant. [9]. At nunc eorum cantio ſum, iisque fabula factus. [10]. Me abominantur, à me recedunt, nec coram me deſpuere verentur.

quibus veſcebantur. 5. E cœtibus populorum expellebantur, & quaſi fures infamabantur. 6. Seſe abdebant in alveis torrentium, in profundioribus vallibus, aut in cavernis montium. 7. In virgultis infelicem vitam agebant, ubi ſub carduos conveniebant. 8. Inſtar hominum abjectorum atque ignotorum, è tractibus, in quibus erant, expulſi ſunt. 9. Nunc verò calamitatibus meis audacter inſultant, ita ut ſim veluti eorum fabula factus. 10. Me

locum verterat: ἀλιμιζόντες φλοιοὺς φυτῶν. Vulgatus: *mandentes herbas & arborum cortices.*

Radix juniperorum] שרש רתמים *ſchereſch rethamim.* In verſione LXX. Intt. ſunt hîc repetitiones. *Symmachus* καὶ ῥίζα ξύλων ἀγρίων. Vulgatus: *radix juniperorum.* LXX. Intt. vertunt ἀρκευθον, *juniperum* 1. Reg. XIX, 4. Alii *geniſtam* interpretantur, quòd רתם *ratham* hoc ſignificet, apud Arabas; unde & apud Hiſpanos *retama* dicitur, ut ad hunc locum notavit *Gaſp. Sanctius*, Hiſpanus. An de eſu *geniſtarum* aut *juniperorum radicis* ſimile quidpiam alibi exſtet neſcio. Sed radicibus arborum veſci eſt famelicum. Teſtatur *Petrus Vallenſis* ſe in Arabia, ad Euphratem, vidiſſe multas arbores Juniperis ſilveſtribus ſimiles, Ep. XVII. Bagdado data.

5. *E corpore cœtûs*] מגו *miggev*, quod poſſit etiam & fortè commodiùs, è Linguæ Chaldaïcæ uſu, verti, *è medio.* Vid. Dan. III, 6.

6. *In fiſſuras torrentium*] בערוץ נחלים *bearouts nahhalim.* Videtur ſignificare, quod Græci χαράδραν vocant, hoc eſt, locum à torrente evacuatum. Ejusmodi locis miſeri homines latitabant. Sic Elias ſeſe *ad torrentem Cheritbum abdidit*, 1. Reg. XVII, 3. Habet Hieronymus: *in deſertis torrentium.* LXX. omiſerunt. Vox alibi hoc ſenſu non occurrit.

In terræ & rupium cavitates] חרי עפר וכפים *hhore haphar vecephim*, foramina pulveris & rupium. Sunt, multis in locis, hujusmodi nativæ cavitates, ſed quæ ſunt arte auctæ. Quales etiam memorantur, in vitis Aſcetarum veterum, qui poſtea Ægyptum & Syriam impleverunt. כפים *chephim* exſtat & Jerem. IV, 29. ſed Syris & Chaldæis eſt frequentiſſimum. LXX. Intt. habent. ὧν οἱ οἶκοι αὐτῶν ἦσαν τρῶγλαι πετρῶν, quod in animum revocat Troglodytas, de quibus tam multa habet *Diodorus* Siculus Bibl. Hiſt. Lib. III. Vulg. *in cavernis terræ, vel ſuper glaream.*

7. *Inter virgulta gemebant*] בין שיחים ינהקו *ben ſchibhim jinhakou*, inter virgulta rudebant. De voce שיחים *ſchibhim* vide ad verſ. 4. Verbum נהק de ruditu Onagri adhibetur ſupra Cap. VI, 5. LXX. ἀνὰ μέσον εὐήχων βοήσονται. Vulg. *qui inter hujusmodi lætabantur. Symmachus:* μεταξὺ ξύλων ἀγρίων ἠχοῦντες λιμώδεις.

Sub carduis congregabantur] תחת חרול יספחו *thahhath hharoul jeſſuppbahhou.* Alii חרול *urticam* vertunt. LXX. ὑπὸ φρύγανα ἄγρια διῃτῶντο. Vulgatus: *eſſe ſub ſentibus delicias computabant.*

8. *Homines abjecti*] בני נבל bne nabal, *hominis ſtulti filii*; quo nomine homines abjecti nullâ majorum exiſtimatione freti, ſignificantur.

Ac ſine nomine] בני בלי שם *bne bli ſchem*, pro בני אנוש בלי שם *bne enoſch beli ſchem*, filii hominis plebeji ſine nomine.

E terra ejecti erant] נכאו מן הארץ *niccbaou min haarets*, verberati ſunt è terra; hoc eſt, verberibus expulſi. LXX. Intt. hæc & ſuperiora verterunt: ἀφρόνων υἱοὶ καὶ ἀτίμων, ὄνομα καὶ κλέος ἐσβεσμένον ἀπὸ γῆς, quæ eſt paraphraſis à verbis remotior. Vulgatus: *filii ſtultorum & ignobilium & in terra penitus non parentes*; quæ eodem vitio laborant.

9. *Eorum cantio ſum*] נגינתם היתי *neginatham hajithi.* נגינה eſt propriè cantio, quæ, adhibito inſtrumento κρουστῷ, canitur, ſed pro quavis cantilena ſumi poteſt. Eadem occurrit loquutio Thren. III, 14. Pſ. LXIX, 13. Incommodè LXX. Intt. κιθάρα ἐγώ εἰμι αὐτῶν. Meliùs Vulgatus: *in eorum canticum verſus ſum.*

Iisque fabula factus] אהי להם למלה *ehi lahem lmillah*, ſum iis ad orationem, vel confabulationem; hoc eſt, factus ſum confabulationis argumentum. Sic quoque dicunt Latini *fabulam fieri.* Sic *Tibullus* Lib. I, El. IV, 81.

Parce puer quæſo, ne turpis fabula fiam.

& *Propertius* Lib. II. El. XXIV, 1.

Tu loqueris, cùm ſis jam noto fabula *libro.*

Alii multi ſimiliter ſunt loquuti. *Hieronymus: factus ſum eis in proverbium.* Sic reverà loquuntur etiam Hebræi, ut Cap. XVII, 6. Pſ. LXIX, 12. & alibi, ſed non hoc loco. Non malè LXX. Intt. ἐμὲ θρύλημα ἔχουσι, eſt enim θρύλημα quod omnium *ore θρυλλοῦνται jactatur.*

10. *Nec coram me deſpuere verentur*] מפני לא חשכו רק *mippbanai lo bhaſchekou rok*, à vultu meo non cohibuerunt ſputum. Quod poteſt eſſe, *vultum meum conſpuerunt*, ut ceperunt LXX. Intt. ἀπὸ δὲ τοῦ προσώπου μου οὐκ ἐφείσαντο πτυσμόν, & Vulgatus: *faciem meam conſpuere non verentur.* Alii de contemtu, ſenſu tralatitio interpretantur, quo videtur ſumi Eſai. L, 20. Poſſit & intelligi de ſigno abominationis & contemtûs, quo, eo conſpecto, homines mali deſpuebant. Sed poſtea deprehendi reſpici hîc ad mores Arabum, apud quos exſpuere coram aliquo contemtûs eſt indicium. *Laurentius d'Arvieux* Maſſilienſis, Arabicarum conſuetudinum peritiſſimus, libelli Gallici de moribus Arabum Cap. VI. *Arabes*, inquit, *credunt interdum nos exſcreare, præ eorum contemtu; nunquam exſcreant coram iis, quorum dignitatem ſuſpiciunt.* Eadem conſuetudo obtinuit etiam, antiquiſſimis temporibus, apud Medos, apud quos Dejoces, cum Rex eſſet creatus, lege ſancivit, ne quis videret Regem, ſed ut per internuncios omnia tranſigerentur,

πρὸς

rentur. [11]. Nam funem meum ſolvit & adſlixit me *Deus*; ideóque frenum, coram me, excuſſerunt. [12]. Ad dextram conſurgens juventus pellit pedes meos, ſternit contra me exitiales ſuas vias. [13]. Diruerunt ſemitam meam, ad calamitatem meam contulerunt, *quamvis* nemo eis auxilium ferret. [14]. Veluti per latam ruinam veniunt, & deſolationis loco ſe ſe devolvunt. [15]. Converſi ſunt contra me terrores, perſequuntur inſtar venti alacritatem meam, & veluti nubes tranſiit liberatio mea.

[16]. Nunc

Me faſtidiunt, ac fugiunt, nec coram me deſpuere contumelioſe dubitant. 11. Funes, quibus tentorium meum firmatum erat, ſolvit Deus, & me humi adflixit. Propterea omnem reverentiam erga me abjecerunt. 12. Ad dextram meam concurrens Juventus me pellit, ita ut cadam, & contra me greſſus ſuos dirigit. 13. Semitam meam effoderunt, ut uſui mihi eſſe nequeat, quamvis nemo, eam in rem, auxilium eis ferret. 14. Veluti per latam ruinam venerunt & deſolarunt, quod iis occurrit. 15. Multa terribilia ſunt contra me, quæ inſtar proceloſi venti mihi incubuerunt, quæ in me omnem alacritatem extinxerunt, & quod me liberare poterat, nubis inſtar evanuit.

16. Nunc

πρός τε τούτοισι ἔτι γελᾶν τε καὶ πτύειν ἀντίον, καὶ ἅπασι τοῦτό γε εἶναι αἰσχρόν: præterea ne quis rideret, aut coram ſpueret, cum omnibus turpe haberetur. Verba ſunt *Herodoti* Lib. I. c. 99.

11. *Funem meum ſolvit*] יתרי פתח *jethri phitthahh.* Alii *funem* interpretantur auctoritatem Jobi, quâ homines veluti vinculis conſtrictos tenebat; alii nervum arcûs; alii compagem ejus membrorum, quæ morbo veluti ſoluta erat; alii habenas, quæ fræno connexæ equos in officio continent, propter ſequentem fræni mentionem. Poſſit etiam pro *funibus* tentorii, ſeu quibus erectum tenebatur, & qui paxillis terræ infixis deligati erant. His ſolutis funibus, corruebat tentorium, cujus lapſu adfligebantur humi, qui ſub eo erant; ita tamen ut res metaphorice intelligatur de Jobi calamitatibus. Sic Jerem. X, 20. calamitates, nomine Judææ, ſic deplorat: *Tentorium meum vaſtatum eſt, omnes funes mei* (מיתרי *metharai*, quod eſt ab eadem Radice, ac יתר *jether*) *rupti ſunt; filii mei exierunt, nec ſunt amplius; nullus eſt qui jam tendat tentorium meum & ſtatuat meas cortinas.* Legimus in Hiſtoria *Joan. Bapt. Tabernarii* eorum, quæ à delegatis Societatis Gallicæ in India geſta erant, unius eorum tentorii funes ſectos fuiſſe ab Indis, ut ſub iis opprimeretur. Pag. 65. Ed. Pariſienſis in 4. Quàm bellè ejuſmodi translatio homini Arabi conveniat nemo non videt.

Frenum coram me excuſſerunt] Non me curant amplius, nec monentem magis audiunt, quàm effræues equi vocem ſeſſoris, vel aurigæ. Vulgaris eſt, etiam in aliis Linguis, metaphora. Hæc cùm ſint ſatis clara, LXX. tamen Intt. eóſque ſequutus *Hieronymus*, malè verterunt. Ἀνοίξας γὰρ, habent Græci, φαρέτραν αὐτοῦ ἐκάκωσέ με καὶ χαλινὸν τοῦ προσώπου μου ἐξαπέστειλαν. Latinus verò: *Pharetram enim ſuam aperuit, & adflixit me & frænum poſuit in os meum.* Sed videntur eò adducti, quòd pro יתרי, quæ eſt lectio τοῦ *Keri*, ſequuti ſunt τὸ *Chethib* יתרו *jithro*. Verùm יתר *jether* nusquam pharetra dicitur, ſed אשפה *aſchpbab*, aut תלי *thli*. Præterea שלחו *ſchillechhou*, excuſſerunt, refertur ad homines, non ad Deum.

12. *Conſurgens juventus pellit pedes meos*] פרחח יקומו רגלי שלחו *phirhhahh jakoamou raglai ſchillechhou* Cum de hominibus ſermo ſit, פרחח *phirhhahh* interpretantur de globo juvenum ætate florentium, à radice פרח pharahh, *floruit.* Alibi vox non occurrit. Sed in lingua Thalmudica פורח *phoreahh* eſt pubeſcens ætas, & פרחי כהנה *pirhhe chehannah*, ſunt qui *pubeſcunt in ſacerdotio*, juniores ſacerdotum. Vide *Joan. Buxtorfium* in Lexico Chaldaico & Thalmudico. LXX. Intt. ἐν δεξιῶν βλαστῦ ἐπανέστησαν, πόδα αὐτῶν ἐξέτειναν. Vulgatus: *ad dextram orientis calamitatis meæ, illico ſurrexerunt, pedes meos ſubverterunt.* Ne ſuſpicione quidem adſequuti ſunt, quid פרחח *phirhhahh* ſignificaret. Oportuiſſet Interpretes Chriſtianos Græcos, qui ſubinde *Aquilam*, *Symmachum* & *Theodotionem* citant, eorum verſiones hîc inſpexiſſe. Sed homines imperiti neſcierunt tam eximio ſubſidio uti. Ubi nulla eſt obſcuritas, eorum verſiones proferunt, ſed tacent in locis obſcuris.

Pellere pedes vertimus שלח רגל *ſchilleahh regel*, quod propriè *mittere pedem*, quia *impellere pedes* ſignificat dare operam, ut quiſpiam labatur. Vide Pſ. CXL, 5.

Sternit contra me] יסלו עלי *jeſallou halai*, quod vertere etiam queas *muniverunt*, more Latino, cùm Hebraicè ſignificet propriè *exaggerarunt.* Vult Jobus juvenes conſilia contra ſe inire, metaphorâ ductâ ab aggere, quem ſolebant jacere, qui urbes oppugnabant, & qui dicitur סוללה *ſolelah*, 2. Sam. XX, 15.

Exitiales vias] *Vias exitii ſui.*

13. *Diruerunt ſemitam meam*] נתסו נתיבתי *nathesou nthibathi.* Videtur reſpicere Jobus ad alium morem urbes obſidentium, qui vias, etiam occultiores, ad urbem tendentes interſepire ſolent, ne quis introeat, aut egrediatur.

14. *Per latam ruinam veniunt*] כפרץ רחב יאתיו *chpherets rahhab jeethajou.* Quaſi eſſet כאשר בפרץ *chaaſcher bepherets*, quod Gallicè dixeris optimè, *comme par une large brèche*; nam פרץ pherets ſignificat partem muri machinis labefactatam & perruptam, quæ aliter meliùs Latinè exprimi nequeat, quàm voce *ruina.* Vide 1. Reg. XI, 27. Eſai. LVIII, 12. Vult Jobus calamitates ſuas fuiſſe veluti ruinam muri, quo cingebatur, iiſque factum, ut inimicis facilis aditus eſſet, ut ipſi nocerent. Eadem metaphora utitur Cap. XVI, 14. Nihil eſt in LXX. Intt. quod ad hæc verba referri queat. Vulgatus rectiùs: *quaſi rupto muro & apertâ januâ irruerunt ſuper me.*

Et deſolationis loco ſe ſe devolvunt] תחת שאה התגלגלו *thahhath ſchoah hithgalgalou.* Me invadunt inſtar deſolationis.

15. *Converſi ſunt* &c.] Verba ſunt in ſingulari,

[16]. Nunc in me effunditur anima mea, adprehenderúntque me dies ádflictionis. [17]. Nocte oſſa mea in me perfodiuntur, nec venæ meæ quieſcunt. [18]. Magnitudine virium mutatur veſtimentum meum, inſtar tunicæ meæ cingit me. [19]. Projecit me *Deus* in lutum, & inſtar pulveris & cineris factus ſum. [20]. Te invocavi, ſed me non exaudiviſti; ſteti, *nec* me advertiſti. [21]. Factus es mihi crudelis, & robore manûs tuæ mihi adverſaris. [22]. Tollis me in aërem, méque vehis, & liquefacis me *in* opibus

16. Nunc dolore meo conficior atque in triſtiſſima tempora incidi. 17. Nocte videntur oſſa mea frangi, inque venis rapidus motus ſanguis febrim mihi creat. 18. Magnitudine morbi factum eſt, ut me ita jactaverim, ut ſtragulæ veſtes, quibus incumbebam & tectus eram, inſtar tunicæ circa ſe convolverent. 19. Deus me veluti projecit in lutum, adeo ut inſtar pulveris & cineris ſim. 20. Te, o Deus, invocavi, ut me his miſeriis liberares; ſteti oculis ad cœlum converſis, teque oravi, nec ullam rationem mei habuiſti. 21. Ita te geſſiſti, ut videaris crudelis evaſiſſe, ad me quod adtinet, & mihi potentiâ

lari, licèt בלהות *ballaoth* ſit in plurali; hoc eſt, quisque terrarum.

Alacritatem meam] נדיבתי *ndibathi*, ſpontaneam meam. Vide Pſ. LI, 14. Niſi נדיבה ſit hîc nomen ſubſtantivum, ſubauditur רוח *rouaoh*, quæ vox Pſalmo laudato exprimitur. Vertunt LXX. Intt. ᾤχετό μου ἡ ἐλπὶς ὥσπερ πνεῦμα. Vulgatus: *abſtulisti quaſi ventus deſiderium meum.*

16. *Effunditur anima mea*] תשתפך *thiſchthappheſch*. Animus in deliquio dicitur *fundi*, Thren. II, 12. Contrà Pſ. XLII, 5. animus hilaris. Hîc LXX. Intt. verbo tenus: ἐπ' ἐμὲ ἐκχυθήσεται ἡ ψυχή μου. Vulgatus: *in memet ipſo marceſcit anima mea.*

17. *Oſſa mea in me perfodiuntur*] עצמי נקר מעלי *hatſamai nikkar mehalai*. Malo נקר nikkar pro Præterito *Niphal* ſumere, ut ſit ſingulare pro plurali, quod hîc frequentiſſimum eſt, ubique quodvis oſtium ſignificetur; quàm pro Præterito *Pihel*, cùm nullus ſit hîc nominativus, præter עצמי *hatſamai*. Mœſtitiam ſuam confert Jobus cum dolore, quem ſentiunt ii, quorum carnes ad oſſa usque perforantur, ut oſſa ipſa perfodi videantur, qui eſt acutiſſimus dolor.

Nec venæ meæ quieſcunt] ערקי לא ישכבון *horekai lo jiſchchaboun*, venæ meæ non cubant, hoc eſt, quieſcunt. LXX. Intt. τὰ δὲ νεῦρά μου διαλέλυται. Vulg. *qui me comedunt, non dormiunt.* Thargum: *qui premunt me non cubant.* Venas, aut arterias ſignificari Recentiores conſentiunt, ex uſu Chaldaicæ & Arabicæ Linguæ. Intelligit Jobus, inuſitato ſanguinis motu, agitatum ſe fuiſſe, ut dormire non poſſet.

18. *Magnitudine virium mutatur veſtimentum meum*] ברוב כח יתחפש לבושי *brob choahh jithhappheſch lbouſchi*. Quæ verba quid ſibi velint, non eſt facile dictu, quod intelligere licet ex Interpretum variis ſententiis; quæ ne verbis quidem, niſi multa ſuppleantur, conveniunt. Crediderim tamen hoc ſignificari, magnâ vi morbi Jobum ſe ſe noctu ita jactaſſe, ut ſtragulas veſtes, quibus incumbebat, & tectus erat, omnino circa ſe tunicæ inſtar, convolveret. Fateor non eſſe, quod equidem ſciam, exemplum, ubi morbo tribuatur רב כח *rob choahh*, ſed tamen non eſt abſurdum loquendi genus. Si כח *choahh* jactationem violentam ſignificaret, nulla eſſet in hoc loco obſcuritas. Sed nullum occurrit exemplum, in quo voculæ ſit hæc poteſtas ſubjecta. Si legeretur כי *chi*, quod Chaldaicè eſt *uſtio*, intelligeretur ardor febris. Sed nihil opus eſt conjecturis acrem verberare; in re, quam ignorare licet. Verbum התחפש *hithhappheſch*, ſumitur pro mutatione veſtium, quâ quis utitur, ut diſſimulet quis ſit, 1. Sam. XXVIII, 8. 1. Reg. XX, 38. LXX. Intt. habent: ἐν πολλῇ ἰσχύι ἐπελάβετό μου τῆς στολῆς. Vulgatus: *in multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum.*

Inſtar tunicæ meæ cingit me] כפי כתנתי יאזרני *chephi chethonthi jeazreni*. Ubi primæ voculæ altera ſyllaba abundare videtur, ita ut perinde ſit, ac ſi eſſet tantùm כ, *ut*. Vide *Chr. Noldium*, ad hanc particulam. Aliter tamen cenſuerunt veteres Intt. Habent LXX. ὥσπερ τὸ περιστόμιον τοῦ χιτῶνός μου περιέσχε με. Vulgatus: *& quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.*

19. *Projecit me Deus in lutum*] Vox *Deus* videtur ſupplenda, cùm nullus ſit nominativus, ut & aliis hujus libri locis, atque in Pſalmis ſæpe. Hîc deſcribitur ſtatus abjectus, in quem Jobus calamitatibus ſuis inciderat.

20. *Te invocavi*] *Clamavi ad te.*

Steti, nec me advertiſti] עמדתי ותתבונן בי *hamadthi vatthithbonen bi*. *Stare* coram Deo interdum perinde eſt ac Deum orare. Vide Jerem. XVIII, 20. *Non advertimus* aliquem coram nobis ſtantem, cùm eum non curamus; ideóque quos Deus non juvat ſe orantes, eos advertere negatur. Repetendum enim hîc *velo* ולא ex antecedentibus verbis *non exaudiviſti*. Sic paſſim, è contrario, Deus *videre*, & *reſpicere* dicitur eos quos juvat. Verbum התבונן hoc ſignificat Cap. XI, 11. XXIII, 15.

21. *Factus es mihi crudelis*] תהפך לאכזר לי *thehaphech leachzar li*, converſus es in crudelem mihi. LXX. Intt. in Cod. Romano: ἐπέβησαν δέ μοι ἀνελεημόνως. Indecorum, nimirum, eis viſum eſt Deum à Jobo ſic compellari. At Vulgatus: *mutatus es mihi in crudelem.*

22. *Tollis me in aërem*] תשאני אל רוח *thiſchaeni el rouahh*, tollis me in ventum. Sed hîc רוח *rouahh* aër eſſe videtur. Vide de hac voce dicta ad Gen. I, 2. LXX. Intt. ἔταξας δέ με ἐν ὀδύναις. Vulgatus: *Elevaſti me & quaſi ſuper ventum ponens.*

Meque vehis] תרכיבני *tharchibeni*, facis ut vehar; nempe, vento, vel aëre. Tralatitiâ hac loquutione videtur ſignificare Jobus ſublimem illam dignitatem, in quam à Deo evectus antea fuerat, ut ſuperior aliis hominibus videretur. Sic Deus ipſe alis ventorum vectus deſcribitur Pſ. XVIII, 11. quem Pſalmum ad 2. Sam. XXII. interpretati ſumus. Alii contrà hæc verba in ſiniſteriorem partem accipiunt de muta-

Digitized by Google

opibus *meis*. 23. Novi enim, te effecturum ut deveniam ad mortem, domúmque in quam omnes viventes conveniunt. 24. Verum tamen, ſine deprecatione, *quivis in me* exſerat manum *ſuam*, ſi in calamitate ejus *auditus eſt meus* in illos clamor; 25. niſi flevi propter eum, cujus dura erant tempora; niſi doluit animus meus, propter egenum. 26. *Sed* cùm bonum *quiddam* exſpectarem, venit malum; cùm præſtolarer lumen, adfuerunt tenebræ. 27. Viſcera mea efferbuerunt, nec quieverunt; dies adflictionis meæ anteverterunt me. 28. Ater ambulo, ſed non ob Solem; ſurrexi in cœtu *&* vociferatus

tentiâ tuâ adverſari. 22. In aërem me veluti ſuſtuliſti, & opes meas liqueſeciſti. 23. Novi effecturum te, ut brevi moriar, & in communem humani generis locum perveniam. 24. Verum tamen non deprecor, quin quivis in mea calamitate, me male habeat, ſi in adverſis ejus lætam vocem miſerim; 25. nec res ejus adverſas lacrimis proſequutus ſim, & niſi doluerim ejus malorum causâ. 26. Sed cùm res ſecundiores mihi exſpectarem, cum adverſis luctandum fuit, & pro lumine incidi in tenebras. 27. Viſcera mea morbi æſtu efferbuerunt, nec refrigerata ſunt, ſed ærumnæ meæ me anteverterunt. 28. Atra facta eſt cutis, non ob calorem Solis; ſurrexi in cœtu &

mutatione rerum Jobi in deterius, déque morte; ſed ſine exemplo, nec poſtulante loci ſententiâ.

Et liqueſacis me, in opibus meis] ותמוגגני תשיה *outhemogegeni thuſchijah*. Vertimus quaſi eſſet בתושיה *bethouſchiah*, in opibus, quæ aliquando vocis hujus poteſtas eſſe videtur, ut Græcæ *οὐσία*. *Liqueſieri divitiæ* dicuntur, quæ abſumuntur, aut pereunt. LXX. Intt. hîc habent, *ἀπέῤῥιψάς με ἀπὸ σωτηρίας*, quæ nihil ad rem. Nec melius *Hieronymus: eliſiſti me valide*. Vult hîc Jobus ſibi contigiſſe quod iis obtingit, qui

——— *tolluntur in altum,*

Ut lapſu graviore ruant.

23. *Te effecturum, ut deveniam ad mortem*] מות תשבני *maveth thaſchibeni*, mortem (pro *ad mortem* למות *lammaveth*) facies redire me. Qui naſcuntur veluti è morte, ut ſic dicam, nihili veniunt ad vitam, *redeúntque ad mortem*, hoc eſt, in nihilum, certè ratione corporis, quando intereunt. Vide I, 21. LXX. Intt. *θάνατός με ἐκτρίψει*, quaſi legiſſent ישברני *jeſchabbereni*. Vulgatus: *morti trades me*.

Domúmque in quam omnes viventes conveniunt] *Et domum conventûs* (מועד *mohed*) *omnis viventis*.

24. *Sine deprecatione*] לא בעי *lo bebi*. Hanc voculam compoſitam alii volunt ex ב & עי *hi*, cumulus, aut tumulus, vertúntque *in tumulum* (meum Deus) *extendat manum*. Sed obſcuriſſimus eſt ſenſus, nam qui volunt, perinde eſſe ac ſi diceret Jobus: ne Deus è tumulo me excitet; violentâ interpretatione, & cujus nullum exemplum eſt, ſe ſe, ut poſſunt, expediunt. Itaque alii בעי *bebi* ſimplicem eſſe volunt, derivántque à בעה *bahab*, quod ſignificat, præſertim apud Chaldæos & Syros, *petiit, oravit*, ut à בכה *flevit* deducitur בכי *bchi*, fletus; à כלה *perfecit* כלי *chli*, inſtrumentum; à פתה *perſuaſus* eſt, פתי *pthhi*, ſimplex, qui ſibi quidvis perſuaderi patitur. Itaque לא בעי erit *ſine deprecatione*.

Quivis in me exſerat manum ſuam] ישלח יד *jiſcolahh jad*, mittet manum, ut, nempe, feriat, nam eſt loquutio frequens. Quem verò? *me*, nempe. Quisnam autem? שלח *ſcholeahh*, mittens, id eſt, quilibet, qui mittere volet, quæ eſt creberrima Ellipſis, quâ nominativus è verbo ſuppletur, ut paſſim קרא *vocavit*, nimirum, קורא *vocans*, vel quisquis nomen protulit. Vide Indicem Pentateuchi, in hac voce.

In illos] להן *lahen*, pro למו *lamo*, aut להם *lahem*. Frequentes ſunt Enallagæ generum, niſi fortè debentur Librariis. Vide ad Exod. I, 21. & Indicem Pentateuchi ad *Generis Enallagen*. Eſt quoque hîc Enallage numeri, quæ in hoc libro paſſim occurrit, quia agitur non de uno, ſed de pluribus miſeris.

Clamor] Nempe, meus, quaſi illis inſultarem. Sequentia de Jobo rem intelligendam oſtendunt. Hîc LXX. Intt. & Vulgatus vocum nullam rationem habuerunt, & ſenſum, quem non adſequebantur, confinxerunt, ut paſſim in obſcuris.

25. *Cujus dura erant tempora*] לקשה יום *likſcheh jom*, in durum die; hoc eſt, tempore, quod Latinè exprimi queat, ut fecimus. LXX. Intt. *ἐπὶ ἀδυνάτῳ*. Vulgatus: *ſuper eo qui adflictus erat*. Quæ ſunt nimis generalia. Hîc קשה non eſt epitheton, quod referatur ad יום, ſed ad hominem. Quare vertere non debuit *M. Meibomius, durâ die*; ut fecit Specimine I. Interpretationum ſuarum.

Doluit animus meus] עגמה נפשי *hagemah naphſchi*. Ex Chaldaïſmo, in quo עגם & אגם *agum*, permutatis gutturalibus, eſt *triſtis fuit*. LXX. Intt. *ἐστέναξα ἰδὼν ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις*. Vulgatus: *compatiebatur anima mea pauperi*. Ex ſenſu.

26. *Cùm præſtolarer lumen, adfuerunt tenebræ*] Pro ſecundis, quæ exſpectabam, adverſis premor. Hæc eſt frequentiſſima notio tralatitia *lucis & tenebrarum*, ut ſæpiùs diximus. Vide Jerem. XIII, 16.

27. *Viſcera mea efferbuerunt*] Vehementer commotus fui, nec quiete ullâ refocillatus ſum. רתחו *ratthebhou*, efferbuerunt. Vide C. XLI, 22.

Nec quieverunt] לא דמו *lo dommou*, propriè non *ſiluerunt*, metaphoricè *quieverunt*. Vide Joſ. X, 12.

28. *Ater ambulo, ſed non ob Solem*] קדר הלכתי בלא חמה *koder hillachthi belo bhammah*. Vult Jobus ex morbo conciliatum ſibi furvum aut etiam lividum colorem, non ardore Solis. Sic in regio morbo, vel ictero, fit luteus corporis color. LXX. Intt. *στένων πεπόρευμαι ἄνευ φιμοῦ*. Sed קדר *koder* nusquam ſignificat *gementem*, verùm *atrum*, aut *atratum*. Præterea חמה *bhammah* Sol eſt, non *frænum*, & caret prorſus ſenſu *gemens profectus ſum*. Complutenſis quidem Editio habet *ἄνευ θυμοῦ*, quod meliùs reſpondet voci חמה, quæ ardorem ſignificat;

tus ſum. [29]. Frater fui draconum & ſocius ſtruthionum. [30]. Cutis mea nigra facta eſt in me, & oſſa mea præ æſtu ſunt combuſta. [31]. Cithara mea mutata eſt in luctum, & organum meum in vocem flentium.

CAPUT XXXI. [1]. FOedus pepigeram cum oculis meis, & quid animadvertiſſem in virgine? [2]. Quænam verò Dei pars eſt deſuper, & *quænam* poſſeſſio eſt Omnipotentis è

& triſtes voces emiſi. 29. In ſolitudine verſatus ſum cum draconibus & ſtruthionibus. 30. Non tantùm cutis mea fuſco colore tincta eſt, ſed & oſſa mea intus ſunt ambuſta. 31. Cùm citharæ pulſatione me recreare ſolerem, nonniſi lugubrem ſonum, aliaque inſtrumenta triſtiores cantilenas edebant.

PARAPHRASIS.

1. ITA eram adſuetus, ut adſpectum formoſarum puellarum non quærerem. 2. Quænam ſunt partes Dei Optimi Maximi, in rerum humanarum regimine, e cœleſtibus locis? 3. Annon ut pœnas

cat; ſed ſenſus, quem ſequuti ſumus, multò melior eſt. Vulg. *mœrens incedebam ſine furore*, & ſic quoque in verſione Hieronymiana è Græco, ſenſu alieno à re ipſa. Vide verſum 30.

29. *Frater fui draconum*] אח הייתי תנים *abh hajithi thannim.* Fratrem dicit quem Latinè ſimilem diceremus. Græci Jobum dicere potuiſſent feciſſe ἀδελφὰ draconibus, ſine nimia licentia. Similitudo autem ſita eſt, in gemitibus & ſuſpiriis, quæ aliquomodo conferri poſſunt cum ſibilis & flatu draconum, ut multis oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 14. quem adi. Hîc LXX. Intt. *Sirenes* nobis fingunt lugentes, habent enim: ἀδελφὸς γέγονα σειρήνων. Sed ne dicam Sirenes eſſe ficta animalia, non deſcribuntur quaſi ἐρημικαί. Vide de eumdem *Bochartum*, eodem loco.

Socius ſtruthionum] רע לבנות יענה *reab libnoth jabaneh.* Habent hic LXX. Intt. bene στρουθῶν, nam ſignificantur ſtruthiones fœminæ, quarum eſt lugubris vox, quod multis oſtendit idem Hieroz. P. 2. Lib. II. c. 14. Attamen iidem alibi σειρῆνας verterunt. Vide Mich I, 8. Eſai. XXXIV, 13. & XLIII, 20.

30. *Oſſa mea*] Os meum, עצמי *hatsmi.*

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXI.

1. F*Oedus pepigeram cum oculis meis*] Fœdere, quod ab imparibus fit, leges à potentiore præſcribuntur minus potenti; unde fit ut fœdus cum eo fieri dicatur, cui imponuntur certæ conditiones, quamvis non ſit ei liberum eas ſpernere. Ejusmodi eſt fœdus Dei cum hominibus, quo leges iis feruntur, quas repudiare iis non licet; quia Deus naturâ ſuâ eſt hominum Dominus. Sic, hoc in loco, *fœdus pangere cum oculis* perinde eſt ac oculis hanc legem ferre, ne quod non licet, avidiùs intueantur; unde ſequuntur major cupiditas eo potiendi, & artes illicitæ, quæ quæruntur, ut eo potiamur. Sic Eſai. XXVIII, 15. *Fœdus facere cum morte*, eſt legem ei imponere, quâ citiùs quàm velis vetatur adeſſe. Vide & ſuprà C. V, 23. Rationem hujus loquutionis pro cui quæſitam reddidit *M. Meibomius* Specim. I. p. 95. ſed quæ tandem eodem redit.

Et quid animadvertiſſem in virgine] ומה אתבונן על בתולה *oumah ethbonan ĕal bthoulah*; hoc eſt, quid erat in virgine, quo oculos meos paſcerem? Perinde eſt ac ſi diceret, non debuiſſe ſe avidius eam ſpectare, cùm illicitum hoc eſſe intelligeret. Notum eſt interrogationes vim negandi habere. Hinc LXX. Intt. καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένον, & Vulgatus: *ut ne cogitarem quidem de virgine.* Sed התבונן *hithbonen* eſt, *animadvertit*, *adtendit*, eſque ſignificatio conjunctior eſt cum adſpectu. *Chriſt. Noldius* etiam cum negatione interpretatur: *ut ne adverterem.* Sed cum interrogationis ſit eadem vis, neceſſe non fuit eam mutari. Vide ſupra C. XVI, 6. Vertit *Meibomius*: *quid cupido animo conſiderarem virginem?*

2. *Quænam verò Dei pars eſt deſuper* &c.] Hoc eſt, munus Dei eſt, iniquum è medio tollere &c. Addit *Meibomius*, ſine neceſſitate יש *eſt* ante חלק *pars*, nam paſſim ſubauditur verbum ſubſtantivum. Vertit: *quam enim aliam æquam partem deſuper à Deo homo habet*? Putat hîc cauſas reddi, cur non ſint ſpectandæ virgines viro in conjugio viventi. Primam eſſe vult, quòd Veneris uſum honeſtum omnibus viris Deus conceſſerit, æquâ partitione, ita ut virgo juveni legitimo conjugio jungeretur. Sed hæc ſunt longè petita, nam agitur de virgine innupta, quæ nullius *pars* erat. Ut Deut. XXXII, 9. Iſraël dicitur *pars* (חלק) *Jehovæ*, hoc eſt, populus, quem ſibi peculiarem elegerat: ſic *pars Dei* dicitur munus, quod ei proprium eſt, ut ſit hominum judex & vindex ſcelerum.

Poſſeſſio Omnipotentis] נחלת שדי *nahhalath ſchaddai.* Poſſeſſio eſt idem ac *pars*. *Poſſeſſio Jehovæ* dicitur terra Judæa 1. Sam. XXIX, 19. & Iſrael Eſ. XLVII, 6. Similiter, & potiore etiam jure, poteſtas ſumma eſt Dei, qui naturâ ſuâ ultor eſt delicti. Alteram tamen hanc putat rationem eſſe *Meibomius* non ſpectandæ virginis, quòd ſit poſſeſſio à Deo æqualiter omnibus juvenibus tributa; poſſeſſionem autem ſuam quisque colat, vineam in ea plantando & arbores, ut fructus inde, ſuo tempore, colligat: & ſic juvenes è virginum conjugio liberos. Sed ſermo eſt de virgine, quæ nullius juvenis poſſeſſio erat, poteratque etiam ab viro conjugato

Digitized by Google

è *locis* excelſis? 3. Annon exitium iniquo & alienatio *ab* iis qui prava faciunt? 4. Annon videt ille vias meas, omnéſque greſſus meos numerat? 5. Si in mendacio ambulavi, & pes meus ad dolum feſtinavit, 6. rependat mihi in æquâ lance, Deúſque integritatem meam norit 7. Si declinavit greſſus meus è via, ſi cor meum oculos meos eſt ſequutum, & manibus meis *alieni* quidquam adhæſit; 8. ſeram, alius verò comedat & proventus mei eradicentur. 9. Si uxore *alienâ* pellectum eſt cor meum, ſique

nas de malis ſumat, utque ſe oſtendat alienum eſſe ab iis, quorum ſunt mali mores? 4. Annon probè novit, quodnam ſit meum vitæ inſtitutum? 5. Si fucata ſit mea virtus, & revera dolo quemquam circumveni, 6. rependat mihi Deus, pro meritis atque integritate mea. 7. Si à recta via deflexi, ſique affectus meus ſenſum meum ſequutus ſit; aut quidquam intercepi, quod meum non erat; 8. tum vero ego quidem ſementem faciam, alius verò proventu ſe ſe alat. 9. Si uxorem alienam amavi,

gato duci, cùm Polygamia illicita non eſſet. Nec exemplum ullum adfertur à *Meibomio*, quo oſtendat juvenis virginem dici *partem* & *poſſeſſionem*.

3. *Alienatio ab iis* &c.] ונכר לפעלי און *venecher lphobale aven.* Alienatio, nempe, Dei intelligenda ab improbis. Sic & נכר *neeber* ſumitur Abd. verſ. 12. *Alienatio* autem *Dei*, eſt actio Dei, quâ Deus malè habet impios, quaſi ad ſe nihil pertinentes. Vertit hunc verſum *Meibomius: numquid perditio eſt virgo* (addit enim בתולה bthoulah) *luxurioſo*? *& animi averſatio vetiti concubitûs ſectatoribus*? Vult עול *baval*, quod *iniquus* vertimus, eſſe propriè *libidinoſum*, & עולה havelah, *libidinem*; ſed non probat, nec probare potuit, cum ex certiſſimis exemplis contrarium conſtet, quæ Lexica & Concordantiæ ſuppeditabunt. Sequentia verba פעלי און *phobale aven*, ait ſe primum interpretatum *eos qui cum maſculis rem habent.* Credo & ultimum fore, qui ſic interpretetur, cùm voce און *aven* quævis *pravitas* ſignificetur, non peculiare illud *ſcelus*, quod און quidem dici poteſt, ſed communi nomine cum aliis ſceleribus. Quare ſi quo loco און ſic ſumatur, vel colligenda non è ſignificatione vocis, ſed è circumſtantiis loci.

4. *Annon videt ille* &c.] Hunc verſum ſequenti poſtponit *Meibomius*, credo, ut oratio mollius fluat. Quaſi verò molliùs eo modo flueret oratio, aut talia curarent Orientales!

5. *Si in mendacio ambulavi*] הלכתי עם שוא *halachti him ſchav*, inceſſi cum mendacio, hoc eſt, ſubdolè & perfidè me geſſi. Ante vocem שוא addit *Meibomius* אנשי *anſche*, & interpretatur: *cum viris vanis*. Loquendi quidem genus eſt Hebraicum, ut מתי שוא *methe ſchav*, in hoc ipſo libro, pro *hominibus mendacibus*; ſed quis audeat negare, *ambulare cum mendacio* dici poſſe eum, qui non candidè & ſimpliciter ſe gerit, ſed doloſè & adhibitis mendaciis? Sic Jerem. XXIII, 14. הלוך בשקר *haloch beſcheker*, ambulare in mendacio, quod æquè bene dicas עם שקר *him ſcheker*, cum mendacio, nam ב & עם ſæpè miſcentur. Pro ſequentibus verbis *pes meus feſtinavit*, ותחש רגלי *thabhoſch ragli*, habet ותחשנה רגלי *thabhaſchaah raglai*, feſtinavere pedes mei, in plurali; propter neſcio quas rationes metricas commenticias, quas à mille annis ignoratas ſibi innotuiſſe credi volebat vir eruditus. Deinde pro על *hal*, ad, legebat אל *el*, cum perpetuò hæc confundantur. Poſt hæc verba, collocat verſum 4. eúmque, prout libuit, immutatum; manente tamen eâdem ſententiâ.

6. *Rependat mihi in æqua lance*] ישקלני במאזני צדק *jiſchkeleni bemozne tſedek, pendat me* (vel *mihi*) *in lance juſtitiæ*; hoc eſt, malum malo, bonum bono, pro virtutis ac nequitiæ modo, rependat. *Meibomius* poſt ישקלני addit אנוש & vertit *adpendet me homo*, vúltque ita popoſciſſe *carmen*. Puto rationem oppoſitionis utriusque membri eum eſſe ſequutum, nam de carmine nihil ei credo. Sed perpetuam non eſſe eam oppoſitionem membrorum, agnoſcet quisquis vel Caput unum Jobi legerit. Minuta alia, quæ pro auctoritate emendat, miſſa facio.

Integritatem meam novit] Rationem habeat meæ integritatis. Antecedens pro conſequente. Pro ידע *jedah*, in futuro, *novit*, habet *Meibomius* in participio יודע *jodeah*, ſine ratione.

7. *E via*] Recta.

Oculos meos eſt ſequutum] ואחר עיני הלך *veabhar henai halach*, & poſt oculos meos ivit; hoc eſt, majorem rationem habuit eorum, quæ oculis placent, quàm Juſtitiæ. Sic cor Davidis *eſt ſequutum oculos*, cùm conſpectu uxoris Uriæ permotum eſt ad eam concupiſcendam.

Quidquam] מאום moum pro מאומה *aliquid.* Sed *Keri* habet מום *moum*, hoc eſt, *macula*, quod ſequitur *Hieronymus*. LXX. habent ἥψάμην δώρων, *adtigi dona*, quod priori reſpondet. Ante verba *& manibus meis alieni quidquam adhæſit*, verſum defuiſſe vult *Meibomius*, qui hoc totum Caput in Diſticha diſtinxit. Sed & aliis in locis plura eſſe quàm duo Cola, in hisce Periodis liquet, niſi quis velit ubique eſſe menda, ubi plura ſunt Cola, quàm duo; quod ubi ſenſus integer & rectus eſt, putidum planè & temerarium eſſet.

8. *Proventus mei*] צאצאי *tſeetſaai*, exeuntes mei; nempe, fructus, qui è terra proveniunt. Aliàs *poſteros* ſignificat, unde *Symmachus* ἔκγονά μου, & Vulgatus: *progenies mea.* Pro *eradicentur*, ישרשו *jeſchoreſchou*, habet *Meibomius*, *radicem agat*, & præfigit negationem לא *non*, cujus rei rationem nullam reddit. Cùm in *Pihel* שרש *ſchereſch* ſit *eradicare* Pſ. LII, 7. non video cur in *Puhal* non poſſit eſſe *eradicari* Eſſe autem hic Futurum *Puhal* omnes judicarunt.

9. *Si uxore alienâ pellectum eſt cor meum*] אם נפתה לבי על אשה *im niphthah libbi hal iſchah*, ſi pellectum eſt cor meum ad uxorem; nempe, רעי *rehi*, amici mei.

Digitized by Google

que foribus amici mei inſidiatus ſum; [10]. alii molat uxor mea & alii in eam inclinentur. [11]. Nam hoc eſt ſcelus, hæc iniquitas judicum, *niſi plectant*. [12]. Hoc eſt ignis, qui ad perniciem usque abſumit, & omnem proventum meum eradicare queat. [13]. An renui in jus ire, cum ſervo meo & ancilla mea, ſi mecum litigarent?

[14]. Quid verò facerem, cùm Deus ſurget? & cùm me inviſet, quid ei reponerem?

vi, ſique foribus amici mei inſidiatus fui, ut eo abſente frueter ejus uxore; 10. uxor mea aliis ſerviat, aliique eam comprimant. 11. Ejusmodi flagitium nullus judex impune dimittere poſſit 12. Ejusmodi flagitium eſt inſtar ignis, qui non exſtinguitur, donec totum agri proventum abſumſerit, quodque mihi & frugibus meis exitium creare poſſit. 13. Numquam in jus ire, vocatus à ſervo aut ſerva mea, recuſavi.

14. Alioqui quid potuiſſem ſperare, ſi Deus me ad rationem factorum meorum vocaret? 15. Annon qui me in utero matris meæ formavit, idem finxit

Sique foribus amici mei inſidiatus ſum] Ut eo egreſſo, ad uxorem ejus ingrederer.

10. *Alii molat uxor mea*] Propriè eſt ancilla ſit, nam in alienorum gratiam non molebant niſi ſervæ; ſed metaphoricè intelligendum putant de muliebri patientia. LXX. Intt. ἀρέσαι ἄρα ἡ γυνή μου ἑτέρῳ, quod corruptum ſuſpicatur *Joan. Druſius* pro ἀλέσαι, *molat*, ut habuiſſe videtur *Aquila*, qui fortè ſub Hebræi nomine à Scholiaſte citatur. Sed verſio *Hieronymi* è Græco habet etiam *placeat*. Ipſe vertit: *ſcortum ſit alterius*. Sic Latini ſimili metaphorâ dicunt *permolere uxores alienas*. Eodem trabunt alia Scripturæ loca, ut Eſai. XLVII, 2. Thren. V, 13. quæ tamen ſat clara non ſunt.

Alii in eam inclinentur] ועליה יכרעון אחרין *haleah jicbrehoun abherin*. Quæ non indigent Interpretatione, nec tamen LXX. Intt. intellecta, qui habent: τὰ δὲ νήπιά μου ταπεινωθείη, quaſi legiſſent: עללי *bolelai* pro עליה *baleab*. אחרין eſt in hoc libro ſæpiùs terminatione Chaldaica, ut & plura alia.

11. *Nam hoc eſt ſcelus, hæc iniquitas judicum*] כי היא זמה והיא עון פלילים *chi hi zimmah vehi bavon phlilim*. Scriptum eſt hîc עון per Chamets ſub prima littera, ut ſcribitur in ſtatu abſoluto, unde colligunt nonnulli vertendum *iniquitas* ad *judices* deferenda. Sed ſi ita res haberet, poſſet quis conjicere legendum פלילי *phlili*, & vertendum *judicialis*, ut ſit nomen adjectivum, ſicut verſ. 28. hoc eſt, de qua eſt Judicum cognoſcere. Verùm nihil opus eſt, facilè enim potuit in punctatione peccari, aut eſſe nomen conſtructum, pro abſoluto; aut hic verſus, ut & verſ. 28. aliter verti poteſt Hîc ſupplevimus, *niſi plectant*, ita ut Judices peccaturi dicantur, niſi de memoratis flagitiis pœnas ſumant. Innumera ſunt hîc loca, in quibus id Lectori ſupplendum permittitur, quod res ipſa omnino poſtulat. Poſſimus etiam vertere: *hoc ſcelus, hæc iniquitas* ſunt *judices*; hoc eſt, nos damnant, vel dignos qui damnemur oſtendunt, naturâ ſuâ; nam ubi conſtat de peccato, conſtat etiam de pœna, ubi legibus definita & ſancita eſt. Nihil habent recti hîc LXX. Intt. niſi quòd pœnâ digna delicta ſignari putarunt, verterunt enim: θυμὸς γὰρ ὀργῆς ἀκατάσχετος τὸ μιᾶναι ἀνδρὸς γυναῖκα. Vulgatus: *hoc enim nefas eſt & iniquitas maxima*. Non intellexit quid hîc ſibi vellet פלילים *phlilim*.

Poſt vocem זמה *zimmab*, addit de ſuo *Meibomius* גדולה בעיני *gedolab behenai*, magnum in oculis meis, quaſi Cola oporteret hîc eſſe paria, ut apud Rhetores quosdam Græcos. Sed ſi commenticia Jobi metra in ca re ſita concedantur, quis audeat, præter *Meibomium*, duo vocabula ſupplere; quæ nemo in vernaculi carminis lacuna ſupplere auderet? Quantò major audacia eſt, in tam antiquo & tam obſcuro παροιμιογράφῳ talia tentare?

12. *Hoc eſt ignis* &c.] Hoc eſt, ſunt flagitia illa inſtar ignis, qui non extingueretur, donec omnia perdidiſſet, & proventum ipſum terræ, plantas omnes abſumeret, aut radicitus evelleret. Quod urentes venti faciunt. *Plinius* Lib. II. c. 48. *Turbinem vocant proxima quæque proſternentem. Idem ardentior, accenſusque dum furit. Preſter vocatur, amburens contacta pariter & proterens.* Tum de Typhone: *Qui ſi ſimul rupit nubem exarſitque, & ignem habuit; non poſtea concipit, fulmen eſt. Diſtat à Preſtere, quo flamma ab igni. Hic latè funditur flatu* (Preſter), *illud* (fulmen) *conglobatur impetu. Idem* Lib. XII. c. 19. de regione Gabanitarum, in Arabia: *Auſtros ibi tam ardentes flare*, inquit, *ut æſtatibus ſilvas accendant, invenimus apud Auctores.* Facile eſt intellectu, ſi incidat Preſter in ſegetes, eas comburi, præſertim ſi ſint maturæ, atque etiam eradicari arbores. Cum ejusmodi ergo vento Jobus flagitia comparat, ex quibus certa pernicies hominibus naſcitur; pœnis Deo & hominibus dantibus reis.

Omnem proventum] *Et in omnem proventum.*

Eradicare queat] Eradicabit, תשרש *thaſchreſch*, vertit Meibomius *ad radicem procurrens*, minùs commodè.

13. *An renui in jus ire* &c.] *An renui judicium ſervi mei* &c. Egregiæ hæc omnia ſunt virtutis ſpecimina, in homine Arabe; qui jus vitæ & necis in ſervos habebat, nec lege ab iis conveniri poterat. Quod fuit æquitatis non vulgaris, præſertim inter Arabas, nec fortè ſolitum fuit, aut legibus ſancitum. *Juſtinianus* Inſt. Lib. I. Tit. VIII. §. 1. *In poteſtate dominorum ſunt ſervi; quæ quidem poteſtas Juris Gentium eſt; nam, apud omnes peræquè Gentes, animadvertere poſſumus, dominis in ſervos vitæ, necisque poteſtatem fuiſſe, & quodcumque per ſervum adquiritur, id domino adquiri.* De Jure Naturæ ſervando erga mancipia, multa & egregia Veterum Græcorum & Romanorum protulit *Grotius* de Jure P. & B. Lib. III. c. 14.

14. *Quid verò facerem* &c.] Hæc à ſe facta judicii divini metu oſtendit; ne Deus malè habitorum ſervorum pœnas ab eo repoſceret. Quod heri pleriqne minimè curabant. Ante hunc verſum *Meibomius* 18. & 15. inſerit, atque,

Digitized by Google

rem ? 15. Nonne qui me fecit in utero, *idem* illum fecit, & nos in una matrice formavit ? 16. An prohibui quod optabant pauperes ? an viduæ oculos abſumſi ? 17. aut comedi ſolus bucceam meam , nec comedit ex ea pupillus ? 18. Imò verò ab infantia mea *is* crevit mecum , quaſi *cum* patre ; & ab utero matris meæ viduæ dux fui. 19. An vidi pereuntem , ſine veſte , nec indumentum ullum egeno *dedi ?* 20. Annon benedixerunt mihi lumbi ejus , éque vellere ovium mearum incaluit ? 21. Si movi in

finxit ſervos in ſimili utero. 16. An recuſavi pauperibus quod jure optabant ? An viduam quidpiam a me petentem , auxiliumque meum implorantem & reſpicientem fruſtratus ſum ? 17. An ſolus me fructibus meis alui , nec partem pupillis dedi ? 18. Imo apud me adoleverunt , meis ſumtibus ſuſtentati ſunt , haud aliter quàm cum patre. Annon à matris meæ utero iis dux fui ? 19. An vidi pauperem ſine veſte , frigusque nimium ferentem , nec cum veſte donavi ? 20. Imo verò lumbi ejus viti ſunt mihi gratias agere , eo quod panno , è vellere ovium mearum texto , tecti non amplius frigerent. 21. Si verbe-

que , tantam ſententiæ verborúmque convenientiam eſſe , ut omnes eruditi vero loco , veráque interpretatione nunc legi conſeſſuri ſint. Cui neminem aſſenſurum puto. Sed ſuo ſibi more Jobum loquentem conſinxerat vir eruditus ; alioqui tam adcuratum ordinem , in Orientalium ſermonibus , non ſervari ſat notum eſt , vel ex hoc Libro.

15. *In una matrice*] ברחם אחד *brebhem abhad.* Rectè LXX. Intr. ἐν τῇ αὐτῇ κοιλίᾳ , niſi quòd meliùs fuiſſet μήτρᾳ , hoc eſt , in utero ejusdem generis , mulieris , nimirum , tam pertinentis ad humanum genus , quàm nobiliſſima matrona ; cum homines omnes & naturâ & apud Deum ſint pares. Non video cur *Symmachus* refugerit dicere ἐν τῇ αὐτῇ , aut etiam ἐν μιᾷ μήτρᾳ , & verterit ἐν ὁμοίῳ τρόπῳ. Paſſim enim *unum* dicitur non numero , ſed ſpecie , ut omnes norunt. Sic etiam peccavit *Hieronymus* , qui habet , *& formavit me in vulva unus.* Sic & *Meibomius* , qui cum Emphaſi habet האחד *ille unus* , cùm ea emphaſis non ſit in codicibus noſtris , unde multò meliùs abeſt. Similia hanc in rem dixere Philoſophi , dum invehuntur in eos , qui ſervos malè habebant. Seneca Lib. III. de Beneficiis c. 28. *Eadem omnibus principia , eadémque origo.* Epiſt. XLIV. *Omnes , ſi ad originem primam revocentur , à Diis ſunt.* Ep. XLVII. *Vis tu cogitare iſtum , quem ſervum tuum vocas , ex iisdem ſeminibus ortum , eodem frui cælo , æquè ſpirare , æquè vivere , æquè mori.* *Epictetus* Lib. I. c. 13. Ἀνδράποδον , οὐκ ἀνέξῃ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ σαυτοῦ , ὃς ἔχει τὸν Δία πρόγονον , ὥσπερ υἱὸς ἐκ τῶν αὐτῶν σπερμάτων γέγονε , καὶ τῆς αὐτῆς ἄνωθεν καταβολῆς : *Mancipium , non feres fratrem tuum , qui Jovem habet progenitorem , quippe qui filius ex iisdem ſeminibus natus eſt , & eadem ex alto creatione ?* Paullò poſt : οὐ μεμνήσῃ τί εἶ καὶ τίνων ἄρχεις ; ὅτι συγγενῶν , ὅτι ἀδελφῶν φύσει , ὅτι τοῦ Διὸς ἀπογόνων ; *Non recordaberis quid ſis & quibus imperes ? cognatis , fratribus naturâ , Jovis poſteris ?*

16. *Quod optabant pauperes*] מחפץ דלים *mechaphess dalim* , a voluntate pauperum. *Meibomius* inſerit ידי jadi , *manum meam* , poſt אמנע *emnah* , & vertit : *num manus meas retraxi à deſiderio pauperum ?* Sed nusquam מנע conjungitur cum יד *jad* , & tam poſſemus ſupplere עזרי *bezri* , *auxilium meum* , aut ſimile quid , quam ידי jadi , *manum meam.*

Abſumſi] אכלה *achalleh.* Feci ut deficerent , dum ſpectant nimis diu , an futurum ſit , quod cupiunt , & noxiè exſpectant.

18. *Crevit mecum , quaſi cum patre*] גדלני כאב *gedolani chaab* ; hoc eſt , גדל עמי כאשר עם אבו *gadal bimmi chaaſcher bim abu.* LXX. bene ἐξέτρεφεν ὡς πατήρ. Vulgatus : *crevit mecum miſeratio.* Suſpicatur *Joan. Druſius* legiſſe eum כאב non *cheab* , ſed *ekeeb* , hoc eſt , dolor. Sed dolor non eſt idem , ac miſeratio. Hunc verſum *Meibomius* præpoſuit 14. ut diximus , & ſic legendum cenſuit : *ille enim à pueritia mea* גדלני כאבי giddolani cheabi , *educavit me , veluti parens alter* ; quæ intelligit de ſervo , ſeu pædagogo , à quo fuit educatus Jobus. Verum hæc optimè conveniunt pupillo , ſi modò ſubaudiatur præpoſitio , ut volunt viri docti , quæ & alibi ſubauditur ; ut Pſ. V , 5. יגורך *jegurcha* , pro יגור עמך *jagour bimmecha* , habitabit tecum. Sic Jobus hic pupillum creviſſe , vel educatum fuiſſe ſecum , vel apud ſe ait.

Ab utero matris meæ viduæ dux fui] Eſt tantùm אנחנה *aunhennah* , eam duxi. Quod referendum ad vocem אלמנה almanah , *vidua* , verſûs 16. quamquam paullò remotiorem , quia nihil aliud eſt , quò referri queat ſuffixum fœmininum. LXX. Intt. habent tantùm ὡδήγησα , neglecto pronomine , quod omitti non debuit. *Hieronymus* : *egreſſa eſt mecum* ; nempe , *miſeratio* ; ſed durè & contra Grammaticam. Dignum eſt autem notatu , *à pueritia & ab utero matris* hîc ἰσοδυναμεῖν , quia alia Scripturæ loca hinc poſſunt intelligi. Sic & Latini interdum loquuntur de vitiis à pueritia contractis , ut Scriptor de Corrupt. Eloquentiæ c. 29. *Jam vero propria & peculiaria hujus Urbis vitia , penè in utero materno concipi mihi videntur , hiſtrionalis favor & gladiatorum , equorúmque ſtudia.* *Meibomius* iterum hîc aliquid mutat , ut ſententiam , quam quærit , inveniat. Habet enim , quaſi de ſerva ſermo eſſet , *iſta autem ab utero matris meæ conſolabatur me* , תנחמני *thenahhemeni* , pro אנחנה *aubbenah.* Qualia ſi fas eſſet admittere , totam Scripturam quisque refingere poſſet , ut aptius & mollius oratio fluere videretur ; quod ne in profano quidem Scriptore facere fas eſt. Præterea in hoc τῶν משלים ſtylo paſſim aſperior , & durior eſt conſtructio , qualem in Scriptis Arabum & Perſarum , præſertim ſublimius ſcriptis , deprehendere licet. Hæc ad aurium Græcarum , vel Latinarum normam qui refingeret , prorſus corrumperet.

20. *Benedixerunt mihi lumbi ejus*] Quod , nempe , à frigore eos , veſte datâ , vindicaſſem. *Lumbis* tribuitur quod eſt hominis. Pro חלציו hhalatſau *lumbi ejus* , legit *Meibomius* : חלצי עני *hhalatſe*

in pupillum manum meam, quia in urbe auxilium meum videbam; [22]. humerus meus è ſcapula excidat, & brachium meum ab ulna rumpatur! [23]. Imò verò pavor mihi fuit exitii à Deo, ab ejus præcellentia, *cui reſiſtere* nequeo. [24]. An poſui in auro ſpem meam, aut dixi obryſo, fiducia mea es? [25]. An lætatus ſum, quod magnæ eſſent facultates meæ, & quòd multùm nacta eſſet manus mea? [26]. An ſuſpexi Solem,

verberavi pupillum, quia videbam homines mihi auxilium ferre paratos, in vicinis tentoriis; 22. humerus meus excidat è ſcapula, & brachium meum avellatur ab ulna & rumpatur! 23. Imo vero timui, ſi aliter me gererem, ne me Deus ſummâ ſuâ potentiâ è medio tolleret. 24. Numquam in cupia auri & quidem magna, ſpem poſui. 25. An lætitur viſus ſum, quod magnæ eſſent divitiæ meæ? 26. An ſequutus ſum

hhalatſe hani, lumbi pauperis, ſine ratione ulla; nam ſatis liquet de paupere agi, ex antecedentibus & re ipſa.

Hiſce hæc ſubjicit è Cap. XXX, 25. *Numquid non flevi ſuper duro die? ſuſpiravit anima mea ſuper pauperibus?* Quæ eſt intoleranda licentia, præterquàm quòd diſſident hæc ab Hebraicis, & ne Latina quidem ſunt.

21 *In urbe*] *In portu.* Hebraiſmus notus. Vult, quamvis in urbe, in qua erat, ſatis ſupérque nanciſci poſſet adjutorium, ad opprimendum pupillum, rem à ſe minimè factam. Aut hîc eſt κατάχρησις, quâ aliquammulta tentoria ordine fixa *urbs* vocantur à Jobo, aut fortè uſus Arabum; qui plura Tabernacula in quodam loco defixa *urbes* vocabant, quia illis erant loco urbium.

22] *Humerus meus è ſcapula excidat*] כתפי משכמה תפול *chthephi miſſchichmah thippol.* Hîc כתף *chatheph* propriè dicitur ὦμος, hoc eſt κεφαλὴ τοῦ βραχίονος, שכם *ſchechem* verò ὠμοπλάτη, aut etiam ἐπωμὶς, quibus connexum eſt brachium. De quarum partium diſtinctione, connexione & nominibus, vide *Joan. Gorrhæi* Definitiones Medicas, ad voces ὠμὸς & ὠμοπλάτη.

Brachium meum ab ulna rumpatur] אזרעי מקנה תשבר *ezrohi mikkanuha thiſchaber.* קנה eſt os, quod à cubito ad carpum extenditur, quòd ſit inſtar *cannæ*, quæ eodem nomine vocatur, niſi quòd *kaneh* pronuncietur; אזרע *ezroah* verò totum brachium, aut inferior ejus pars à cubito ad digitos. Nemo enim usque adeò tenet κυριολογίαν, in hiſce rebus, certò ut quidquam definiri poſſit, & partes vicinæ ſæpè confunduntur. LXX. Int. hîc habent: ἀποσταίη ἄρα ὁ ὦμός μου ἀπὸ τῆς κλειδὸς, ὁ δὲ βραχίων μου ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος συντριβείη. Hieronymus: *humerus meus à junctura ſua cadat, & brachium meum, cum ſuis oſſibus, frangatur.* Sed שכם non eſt κλεὶς, neque *junctura*, verùm *ſcapula*. Imprecatur hîc Jobus planè ἐμφατικῶς membro, quod vi pupillo illatæ inſtrumentum fuiſſet.

23. *Exitii à Deo*] איד אל *ed el* pro מאל *meel.* מן ſæpiſſimè in hoc loquendi genere deficit, ut oſtendit *Chr. Noldius* ad num. XLV. hujus particulæ. Pro איד אל פחד אלי emendabat *Meibomius* פחד עלי מיד אלה *timor ſuper me à manu Dei*, quæ emendatio eò audacior eſt, quod neceſſaria non ſit.

Ab ejus excellentia cui reſiſtere nequeo] ומשאתו לא אוכל *umiſſchetho lo ouchal.* De voce שאת diximus ad Gen. IV, 7. & XLIX, 3.

24. *An poſui in auro ſpem meam*] שמתי זהב כסלי *ſchamthi zahab chiſli*, poſui aurum ſpem meam, nam כסל *cheſel* ſine dubio eſt ſpes, aut fiducia. Vid. Pſ. LXXVIII, 7. Proverb III, 26. Habent hîc LXX. Int. εἰς χοῦν μου, quod quid ſibi velit non adſequor. Nec rectè *Hieronymus*, quem ſequutus eſt *Meibomius*, *robur* vertit. Verſum 26. huic, ſollemni audaciâ, ſubjecit poſterior.

25. *An lætatus ſum &c.*] Magna virtus ubique, ſed præſertim inter Nabatæos, à quibus Huſitis, Jobi patria, non fuit remota. Σώφρονες δὲ εἰσιν, ait *Strabo* Lib. XVI. p. 783. Ed. Pariſienſis, οἱ Ναβαταῖοι, καὶ κτητικοὶ, ὥστε καὶ δημοσίᾳ τῷ μὲν μειώσαντι τὴν οὐσίαν ζημίαν κεῖσθαι, τῷ δ' αὐξήσαντι τιμάς: *Nabatæi quidem frugi ſunt, & rei parandæ addicti. Quare qui opes quidem ſuas minuit, publicè mulctatur, qui vero auget, honore adficitur.*

26. *An ſuſpexi Solem* &c.] Pro Sole eſt אור *or*, hoc eſt, lux, quo nomine Arabes eum vocabant antiquis temporibus. Herodotus Lib. III, 8. de Arabibus: Διόνυσον δὲ Θεὸν μοῦνον καὶ τὴν Οὐρανίην ἡγέονται εἶναι: *Dionyſum verò Deum ſolum, & Uraniam eſſe putant.* Nominum Græcorum, quibus Arabes non utebantur, nulla ratio eſt habenda. Hoc tantùm tenendum, *Dionyſum*, quem vocat *Herodotus*, eſſe *Solem*, & *Uraniam Lunam*; qui ab antiquiſſimis temporibus apud Arabas culti ſunt. Ὀνομάζουσι δὲ τὸν μὲν Διόνυσον Οὐροτάλτ, τὴν δὲ Οὐρανίην Ἀλιλάτ: *vocant verò Dionyſum* Ourotalt *& Uraniam* Alilat. Si probè perpendamus nomen *Ourotalt*, in eo inveniemus veſtigia vocis אור *or*, aut *our*, quæ *ignem*, aut *calorem* ſignificat, & vocis תהלה *thoholah*, quæ eſt *ſplendor*; & quarum ſignificatio optimè conſentit cum natura *Solis*, calidiſſimi & ſplendidiſſimi omnium ſiderum. In nomine verò *Alilat*, ſunt clara veſtigia vocis לילה *lailaton*, quæ eſt *nox*, ut & apud Hebræos, qui efferunt *lailah*, quæ Lunam noctè ſplendentem olim ſignificaſſe poteſt. Ad prioris nominis poteſtatem, ſimplicéſque dictiones, quibus conſtat, adludere omnino videtur Jobus, qui ſic Hebraicè loquitur: אם אראה אור כי יהל *im ereh or*, vel *our*, *chi jahel*, quod eſt ab הלל aut הלה. De Etymo vocis *Ourotalt* aliter ſentit *Sam. Bochartus*, Phalegi Lib. II. c. 19. quod ex fabulis Græcanicis interpretatur, quarum nulla hîc habenda ratio. Voce verò *Alilat* Lunam ſignificari fatetur, poſt *Joſ. Scaligerum* in Fragmenta *Emend. Temporum* ſubjecta p. 27. Nec dubium mihi videtur, quin à לילה *nocte* ſic dicta ſit.

Meibomius hunc verſum ad aurum retulit, & ſic emendavit: אם אראם כאור כי יהל כירח בלילה קר ילך *num adſpexi ea, velut Solem, cùm fulget? velut Lunam, cùm frigidâ nocte incedit.*

Primùm

Solem, cùm ſplendebat, & Lunam clarè incedentem, 27. pellectúsque eſt clam animus meus, & os meum manum meam oſculatum eſt? 28. Delictum *meum* foret etiam judex meus, quòd mentitus eſſem Deo, *qui eſt* ſupra *nos*. 29. An lætatus ſum exitio ejus, qui me oderat; & excitavi me *ad gaudium*, quòd calamitas ei contigiſſet?
30. Non

ſum placita, quæ apud Arabas obtinent, circa Religionem, & Solem aut Lunam, quæ Aſtra colunt, ubi ſplendent; 27. pellectúsque ſum etiam ad ea adoranda, admota ori dextra? 28. Ex ipſo delicto ſatis ſequeret, quas pœnas Deo ſummo deberem, quem ſolum me culturum pollicitus eram. 29. An lætatus ſum, quando audivi eum eſſe mortuum, qui inimicus mihi erat, neque excitavi ad gaudendum ejus

Primùm comparatio Solis & Lunæ cum metallis durior & frigidior eſt. Deinde emendatio verborum planè violenta. Habent omnes codices ארֶאה אור *ereb or*, vidi Solem, non ארֶאם באור *erevem chaor*, vidi eos velut Solem. Habent iidem: וירח יקר הלך *vejarcabb jakar holech*, & Lunam clarè incedentem, non כירח קר ילך *chejareabb kar jelech*. LXX. Intt. verterunt: *εἰ οὐχ ὁρῶμεν ἥλιον τὸν ἐπιφαύσκοντα ἐκλείποντα, σελήνην δὲ φθίνουσαν; οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἐστι.* Quæ, licèt minus rectè Hebraica exprimant, *Meibomio* non favent. *Hieronymus* verò planè ut Recentiores: *Si vidi Solem cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè.* Neque hæc pro arbitrio mutare licet, cum egregium ſenſum fundant.

27. *Pellectúsque eſt clam animus meus*] ויפת בסתר לבי *vajiphth baſſether libbi*, pellectum eſt clam cor meum; ſplendore, nempe, & utilitate ſiderum ſe ad ea colenda invitante; ut ſequentia docent. Huic verſui, pro auctoritate, anteponit *Meibomius* verſum 25. & verba adlata hujus verſûs ſic mutat: ויפתה הון בסתר לבבי *vajiphtheb hon baſſether lebabi*, nam opes magnæ clanculum deceperunt animum meum? Qualis mutatio ferri poſſet, ſi vir doctus haberet Codices ante duo millia annorum minimum ſcriptos, qui ei faverent. Verum apertè contradicunt veteres Intt. ut LXX. qui habent: *εἰ ἠπατήθη λάθρᾳ ἡ καρδία μου*, & Vulgatus: *& lætatum eſt in abſcondito cor meum.* Mirum eſt inventum eſſe qui talia auderet, aut qui ſperaret inventum iri ſat fatuos homines, qui ei fidem haberent, eúmque propterea ditarent.

Os meum &c.] Obſervavit dudum *Joan Seldenus*, de Diis Syris Proleg. c. III. antiquiſſimum hîc adorationis ritum aperiri, quo manus ori, capite inclinato admovebatur, unde *adoratio* dicta. Quam in rem profert locum *Hieronymi* contra *Rufinum* Lib. I. col. 371. Tom. IV. 2. P. in editione nupera, ubi ſic de Rufino: *Reverà ignoſcendum eſt ei, ſi ignoret Hebraicæ Linguæ veritatem, qui interdum & in Latinis hæſitat; ut NESCU* (נשקו naſchkou) *verbum de verbo interpreter, καταφιλήσατε, id eſt,* deoſculamini, *dicitur; quod ego nolens transferre putidè, ſenſum magis ſequutus ſum, ut dicerem*, adorate. *Quia enim qui adorant ſolent oſculari manum & capita ſubmittere, quod ſe beatus Job Elementis & Idolis feciſſe negat, dicens:* ſi vidi Solem &c. *Et Hebræi, juxta Linguæ ſuæ proprietatem*, deoſculationem *pro veneratione ponunt; id transtuli quod ipſi intelligunt, quorum verbum eſt.* Sic & Græci Solem ſalutabant. *Lucianus* de ſaltatione pag. 505. Ed. Pariſienſis, ubi de Indis: *Ἰνδοὶ ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες προσεύχωνται τὸν ἥλιον, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες, ἡγούμεθα ἐντελῆ ἡμῶν εἶναι τὴν εὐχήν, ἀλλ' ἐκεῖνοι πρὸς τὴν ἀνατολὴν στάντες ὀρχήσει τὸν ἥλιον ἀσπάζονται*: *Indi poſtquàm mane ſurrexerunt, orant Solem non quemadmodum nos, qui cùm oſculati manum ſumus, perfectas putamus preces noſtras, ſed illi converſi ad ortum ſaltatione Solem ſalutant.* Solebant etiam, apud Græcos & Romanos, nimis remotas ſtatuas, quam ut eas oſculari poſſent, eo modo adorare. Qua de re multi. Vide vel Interpretes *Apuleji*, ad Metam. Lib. IV. p. 67. Ed. Colvianæ.

Ceterùm mirum eſt Jobum Arabem, & inter Arabes viventem, hîc induci non tantùm jactantem ſe cultûs Aſtrorum eſſe immunem, quem palam eis exhiberet; ſed etiam ne clam quidem ad eam Idololatriam umquam eſſe delapſum. Cùm enim Arabes palam Aſtra colerent, non opus erat clam rem à Jobo fieri, quaſi ſibi timuiſſet; clam potius debuiſſet verum Deum colere. Sed aut ſtatuit Scriptor hujus Libri pleroſque in locis, in quibus vivebat Jobus, cultui unius veri Dei, eo tempore, fuiſſe addictos, ut non liceret, niſi clam Solem & Lunam colere: aut ut nonnulli putant, deſcribuntur ſub Jobi perſona pii Iſraëlitæ, qui, licèt omnis Idololatriæ expertes, malè tamen habiti fuerant à Babyloniis, & in captivitatem abducti. Hæc poſtrema verba de Idololatria monere debuerant *Meibomium*, de vero Solis & Lunæ cultu hîc agi, non de cultu metaphorico divitiarum.

28. *Delictum meum foret etiam judex meus*] גם הוא עון פלילי *gam hou bavon phlili.* Vide ad verſ. 11. LXX. Intt. *καὶ τοῦτό μοι ἄρα ἀνομία ἡ μεγίστη λογισθείη.* Senſus quidem eſt, ſed nimis generalibus verbis expreſſus. Sic tamen & Vulgatus: *quæ eſt iniquitas maxima.* Quî *delictum judex* dicatur, antea monuimus. Quod vult *Meibomius* voce עון *bavon*, libidinem propriè ſignificari, hîc tralatitiè defectionem à Deo, ſeu ſpirituale adulterium dici, id neque poteſtate vocis nititur, & contortum eſt.

Quòd mentitus eſſem Deo, qui eſt ſupra nos] כי כחשתי לאל ממעל *chi chibhaſchthi leel mimmahal*, quia mentitus eſſem Deo ex alto; quòd, nimirum, ſimulaſſem palam eum à me ſolum coli, cùm clam Solem & Lunam colerem. LXX. Intt. *ὅτι ἐψευσάμην ἐναντίον Κυρίου τοῦ ὑψίστου*, Vulgatus: *& negatio contra Deum altiſſimum.*

29. *An lætatus ſum exitio ejus, qui me oderat*] Hæc verè magnanimitas eſt ſumma, cujus iis temporibus pauca ſine dubio erant exempla, nec multò plura poſtea fuere; certè ante Chriſtum, qui primus inimicos amari juſſit. Sed & Salomon Prov. XXIV, 17. vetuit *ἐπιχαιρεκακίαν* etiam erga inimicos, ſed non jubet eos amari. Jubentur quidem Iſraelitæ Exodi XXIII, 4. nonnulla in re inimicum, à fratribus,

30. Non paſſus ſum peccare palatum meum, ita ut diris precibus vitam ejus poſcerem. 31. Annon dixerunt, qui in tentorio meo mecum habitarunt: utinam ejus carne non veſceremur! 32. Foris non pernoctabat peregrinus, oſtium meum viatori aperiebam. 33. Num texi, ut homines *ſolent*, delicta mea, ita ut in occulto iniquitatem meam abderem; 34. quòd ingentem multitudinem timerem, & contemtus familiarum terreret me;

ejus calamitatis causâ? 30. Imò verò compeſcui me, ne diris precibus interitum ejus à Deo peterem. 31. Etiam qui in tentoriis mecum alebantur, timentes ne nimia liberalitate me exhaurirem, optabant, ſi potuiſſent, mihi nequaquam oneri eſſe. 32. Nullum peregrinum paſſus ſum ſub dio pernoctare, ſed omnes in tentoria mea admiſi. 33. An operam dedi, ſicut vulgò ſolet fieri, ut delicta mea occultarentur, adeo ut multitudini non innoteſcerent; 34. quaſi timerem multitudinem, & ejus contemtus

bus, hoc eſt, Judæis, adjuvare; ſed non amate, præſertim ſi ſpectentur gentes ab Iſraële alienæ. Hinc videmus in Pſalmis frequentiſſimas preces ad Deum fuſas, ut de inimicis, vel hoſtibus, aut Davidis, aut Judæorum pœnas ſumat, ut boni lætentur, cùm videbunt malos malè perire. Vide Interpretes ad Matth. VI, 43.

Excitavi me ad gaudium] התעוררתי *hithhorarthi*. LXX. Intt. καὶ εἶπεν ἡ καρδία μου εὖγε. Eſt quidem ſenſus, ſed verba non exprimunt & omittuntur proximè ſequentia. *Symmachus:* καὶ ἐπανίστην ὅτι κατέλαβεν αὐτὸν κακώσις. Vulgatus: *& exſultavi quòd inveniſſet eum malum.* Sed conſtans ſignificatio verbi התעורר facit, ut exiſtimem ſupplendum, ex re ipſa, לשמחה *liſchimchhah*, ad gaudium.

Quod calamitas ei contigiſſet] כי מצאו רע *chi matſao rah*, quod inveniſſet eum malum; quod perinde eſt ac, *inveniſſet ipſe malam rem*, hoc eſt, mala res ei contigiſſet. Vide Gen. XLIV, 34. Exod. XVIII, 8. Num. XXXII, 23. pluráque ſimilia loca.

30. *Non paſſus ſum peccare palatum meum*] Hoc eſt, os meum. Hieronymus *guttur*. Sed חך *thek* eſt palatum. Mirum eſt in re clara tam procul à verbis hîc abiiſſe LXX. Intt.

Ita ut diris precibus vitam ejus poſcerem.] לשאל באלה נפשו *liſchol bealah naphſcho*, ad petendam in imprecatione animam ejus; hoc eſt, vitam, ita ut precarer illi eum eripi.

31. *Qui in tentorio meo mecum habitarunt*] *Viri tentorii mei*; hoc eſt, ut videtur, quos Jobus hoſpitio exceperat, aut homines tenuiores, quos domi alebat. Nam ſervos ipſe ſuos ſic non vocaſſet.

Utinam ejus carne non veſceremur!] מי יתן מבשרו לא נשבע, *quis dabit è carne ejus non ſatiabimur.* Obſcura ſanè verba, quæ crucem Interpretibus fixerunt. LXX. Intt. Εἰ δὲ καὶ πολλάκις εἶπον αἱ θεράπαιναί μου, τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ πλησθῆναι. Hieronymus: *Si non dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus ejus ut ſaturemur!* Chaldæus: *Quis vetabit ne carnibus ejus ſaturemur?* Priores ſuſtulerunt hinc negationem, nec propterea commodum ullum ſenſum invenerunt. Poſtremus מי יתן *mi jitthen*, quod eſt *utinam*, mutavit in מן יגזר *man jigzor*, *quis jubebit*, aut *decernet?* nec ſententia apertior eſt. Cum Jobus loquatur de iis, quos tentorio ſuo exceperat, & quibus proinde benefecerat (ac reverâ de ſuis in alios beneficiis, non de aliorum in ſe injuriis, hîc agit) videtur verba facere de grato animo eorûm quos alebat, & qui, cùm ab eo ſuſtentarentur, nec par beneficium ei poſſent referre, exclamabant: *utinam ejus carne non veſceremur!* hoc eſt, utinam haberemus unde ei ciborum, quibus nos ſuſtentavit, pretium reſtitueremus, nec *carne ejus*; hoc eſt, cibo ab eo ſuo ære comparato veſceremur! Verba ſunt hominum gratorum, qui noluiſſent Jobo oneri eſſe. Alii ad alia confugerunt, ſed omnia ſunt dura & coacta. Alioqui *ſatiari carne* alicujus in malam partem ſumitur Cap. XIX, 22.

M. Meibomius Specim. I. p. 82. pro negatione לא *non* legit כל chol, *omnes*. Sed rationem tam audacis mutationis non reddit; nec probabilem reddere potuit, qui crudas conjecturas, pro exploratis lectionibus, ubique obtrudit.

32. *Foris non pernoctabat peregrinus*] בחוץ לא ילין גר *babbouts lo jalin ger.* Emendabat vir eruditus ילין הגר *jalouu bagger*, ſine cauſa, nam Conjugatio *Hiphil* hujus verbi ſæpe neutram habet poteſtatem; niſi quis velit mutanda omnia loca, in quibus hoc ſenſu occurrit verbum הלין *helin*, quod eſſet graviter [illegible]. De hoſpitalitate vide dicta ad Gen. XIX, 2.

Oſtium meum viatori aperiebam] *Oſtia mea* דלתי delathal, quod mutat vir eruditus in דלתי אהלי *daltbe oholai*, quaſi neceſſe fuiſſet *tentoria* addere, quod nemo facilè ei concedet. Rurſus pro ארח *orabh*, ut pronunciabant Maſorethæ, habet אורח *oreabh*, quod eſt fortè Analogiæ convenientius; nam ארח potiùs eſt *via*, quàm *viator*.

33. *Num texi, ut homines ſolent*, &c.] Hîc ordinem planè mutat *Meibomius*, ut molliùs fluat oratio; quæ, apud Orientales, ordinis obſervans numquam fuit. Præterea ordinem fingit, quem vult. Quid vetat enim Jobum hîc dicere ſe non tantùm palam non deliquiſſe, ſed ne clam quidem? Pro כאדם *cheadam*, ut homo, idem habet כבני אדם *chibne adam*, non malo quidem loquendi genere, ſed quo prius deterius non eſt. Si quis carminis legem hîc oggerat; jubebo proferri, nullam alioqui fidem habiturus, ne juranti quidem, ſibi Jobi metrum eſſe notum; cùm abſurdiſſima atque audaciſſima commenta pro demonſtrationibus venditet.

In occulto] בחבי *behhubbi*, in occulto meo. Quod alii *ſinum* vertunt, poſt Vulgatum; nec ineptè, nam occulta ſunt quæ in ſinu ſervantur, & Chaldæi Interpretes ſæpè voce חוב aut חובא utuntur, ubi eſt *ſinus* in textu Hebræo. Malui tamen *in occulto* vertere, pro ratione Etymologiæ, à quo etiam dictus eſt ſinus eo nomine. Ac ſanè *ſinus meus*, tralaticio ſenſu diceretur *occultum meum.*

34. *Quòd ingentem multitudinem timerem*] כי רבה

me; ſiluique, nec oſtio egreſſus ſum? 35. Utinam eſſet, qui me audiret! En ſignum meum, Omnipotens reſpondeat mihi, & libellum *in me* ſcribat, *inſtar* adverſarii mei. 36. Annon humero meo cum bajulabam, eúmque inſtar coronæ mihi ligabam? 37. Numerum paſſuum meorum ei nunciavi, & inſtar ducis deduxi, donec propinquus eſſet,

tus me terreret; proptereáque intra tentorium meum abditus eſſem? 35. Utinam judex eſſet, qui me cauſam dicentem audire vellet! En pignus, quo me in jus venturum polliceor. Reſpondeat mihi vel Deus omnipotens, & libellum accuſationum ſuarum conficiat, quaſi eſſet ille quidem actor, ego vero reus. 36. Annon feſſum peregrinum in humeros meos ſublatum bajulavi, eóque onere, quaſi coronâ, gaudebam. 37. Aliàs annun peregrinu indicavi, quot millenis paſſibus abeſſet à loco,

אערוץ המון רבה *ehi eherots hamon rabbah*. Verbo ערץ *harats*, timere, æquè ac terrere, ſignificaſi conſtat. Priorem ſignificatum prætulimus, quia bene ei cum antecedentibus convenit. Vide Joſ. I, 9. & Eſai. II, 19. LXX. Intt. οἱ γὰρ διετράπην πολυοχλίαν. Vulgatus: *ſi expavi ad multitudinem nimiam.* *Meibomius* tamen vertit: *violenter enim commoviſſem ingentem plebis multitudinem.* Sed & ſuperiora & ſequens hemiſtichium oſtendunt agi de timore ipſius Jobi. At idem fortè rectè רב *rab* legit, non רבה *rabbah*, quia המון eſt maſculini generis, & ſæpe cum רב conjungitur, ut Concordantiæ docebunt. Idem in notis p. 96. col. 2. perperam addit הארץ *terræ*.

Contemtus familiarum terreret me] Negat Jobus à ſe delicta admiſſa eſſe, propter quæ multitudinem & familias, ſeu tribus Arabum, in eo damnando conſentientium, timeret, adeóque ſe ſe domi abditum contineret; cujus ſuæ innocentiæ teſtes omnes vocat.

Siluique, nec oſtio egreſſus ſum?] וארם לא אצא פתח *veeddom lo etſe phethahh.* Ubi ארם *eddom* eſt Futurum *Niphal* à רום. Maluit *Meibomius* legere אתרומם *ethdomem*, in Hithpaël, quamvis ea conjugatio in Scriptura non occurrat. Neſcio quare vertit: *enimverò ſilentio me defendiſſem, nec prodiiſſem foràs.*

35. *Utinam eſſet qui me audiret!*] מי יתן לי שמע לי *mi jitthen li ſchomeah li*, quod ſic mutavit, pro ſua audacia, *Meibomius*: מי יתן איש שמעני, *quis mihi præſtabit virum qui audiat me?*

En ſignum meum] הן תוי *hen thavi.* Certum eſt תו *thav*, aut *thau* eſſe *ſignum*, ſed quodnam ſignum intelligatur non conſtat. Crediderim eſſe ſignum, aut ſubſcriptionem; quâ is, cui lis intendebatur, ſignificabat ſe paratum eſſe in jus venire & judicem, qui ſibi ferebatur, accipere. Certè hîc agitur de lite, ut ſequentia oſtendunt. Sunt qui velint idem eſſe, ac תאותי *theavathi*, deſiderium: ſed nullum eſt exemplum. LXX. Intt. hîc habent: χεῖρα δὲ κυρίου εἰ μὴ ἐδεδοίκειν. Vulgatus: *ut deſiderium meum audiat Omnipotens.* *Meibomius*: תקותי *ſpes mea fore ut Omnipotens me exaudiat.*

Omnipotens reſpondeat mihi] Hoc eſt, ut videtur, litem mihi intendat, ut me reum eſſe probet.

Et libellum in me ſcribat, inſtar adverſarii mei] וספר כתב איש ריבי, *veſepher chathab iſchribi*, & librum ſcribat vir litis meæ; hoc eſt, inſtar adverſarii accuſationem in me ſcriptam tradat. Hæc verba *Meibomius* ſubjicit verſui 34. & vertit: *libellum autem accuſationis adverſùs me ſcripſiſſet adverſarius meus.* Sed quis non ſenſum quemvis inveniat, ſi omnia, pro arbitrio, transponere liceat? Hæc verba optimè cum antecedentibus connexa ſunt, nec moveri loco debent.

36. *Annon humero meo cum bajulabam*] Redit hîc Jobus ad beneficia à ſe in alios collata, de quibus agere deſierat verſu 32. Itaque hæc intellexerim de viatore famé, ſiti, aut laſſitudine defecto, quem curabat in tentorium ſuum deferri, ut eum refocillaret. At *Meibomius* non modò hæc proximè adſuit verſui 32. ſed etiam mutat: אם לא אל שלחני אשאנו, *annon ad menſam meam portabam eum*, cùm legamus in noſtris codicibus: על שכמי *hal ſchichmi*, ſuper humero meo, non אל שלחני *el ſchalhhani*, ad menſam meam. Quis ferat ejusmodi audaciam?

Eúmque inſtar coronæ mihi ligabam] אענדנו עטרות לי *ehendennon hataroth li*, ligabam coronas mihi. Deſcribit rationem bajulandi hominis feſſi, quem in dorſum bajuli quispiam adtollebat, itaque ei vinciebat, ut feſſus manibus ſuis caput bajuli amplecteretur, ne ipſe vacillaret, adeóque frontem gerentis manibus, quaſi coronâ, vel diademate cingeret. Senſus eſt facilis & perſpicuus, adpriméque cum verbis conſentit. *Meibomius* hîc cogitat de *coronis*, quas in conviviis geſtabant, additque כל *chol*, & vertit: *& coronas meas omnes circumligabam illi.* Quod an illi Orientales facerent neſcio. Sed non eſt veriſimile homini, qui ſe ſuſtentare ipſe, præ laſſitudine non poterat, impoſitas coronas, cùm cibo & potu indigeret, non inanibus hilaritatis ſignis.

Sed eſt vir eruditus *Seb. Schmidius*, qui hæc aliter interpretatur, intelligitque de *libello* accuſationis, de quo in antecedentibus, & quem dicat Jobus ſe humero palam bajulaturum, imò inſtar coronæ capite geſtaturum; nedum ut quidquam ſibi ab eo metueret. Verùm hoc eſt procul quæſitum, nec exemplo ullo ſimilis loquendi generis, aut ratione è re ipſa petitâ, confirmari queat. Non neceſſe eſt hæc ad proximè præcedentia referri, aut cum *Meibomio* loco moveri. Stylus, ut ſic dicam, *dithyrambicus* hujus libri adcuratum ordinem obſervari non patitur; & proximè ſequentia verba oſtendunt de viatore ſermonem eſſe.

37. *Numerum paſſuum meorum* &c.] Cùm abiret deinde viator, cibo & quiete refocillatus, quò ire ſtatuerat, ei indicabat Jobus viam, & quot paſſibus à ſuo tentorio diſtaret, docebat.

Inſtar ducis] כמו נגיד *chmo nagid*, quam vocem intelligimus de duce viæ, non de dignitate Principis prædito. Videtur prior ſignificatio propria eſſe, quòd dux viæ ambulet לנגד האורח *lneged haoreahh*, coram viatore, ſitque מגיד אורח

eſſet. 38. Si contra me terra mea vociferata eſt, ſimúlque ſulci ejus fleverunt; 39. ſi proventum ejus comedi ſine pretio, & animam dominorum ejus difflavi; 40. exoriatur pro tritico ſpina, & pro hordeo, mala herba. Hactenus verba Jobi.

XXV. Elihuus, quartus Jobi amicus, aliis tacentibus, confutare eum adgreditur, & à magnitudine quidem & beneficentia Dei orditur.

CAPUT XXXII. 1. TRES quidem illi viri deſierunt Jobo reſpondere, quia juſtus ſibi ipſe videbatur. 2. Sed commota eſt ira Elihui, Barachelis filii, Buzitæ, è familia Rami, & Jobo

eo, in quem ire cupiebat, eúmque eò deduxi, donec loco proximus eſſet. 38. Si populares mei conqueſti de me; ſi minùs fecundæ fuerunt ſegetes, culpâ meâ; 39. ſi agrorum proventum abſumſi, non perſoluto pretio, ſpretis colonis; 40. tum verò pro tritico mihi naſcantur ſpinæ, & pro hordeo mala herba. Quibus dictis, tacuit Jobus.

PARAPHRASIS.

1. CUM verò conticuiſſent Jobi tres memorati amici; 2. irâ commotus Elihuus, Barachelis filius, è gente Rami, in Jobum, quòd, ut putabat Elihuus, de ſe loquutus eſſet quaſi Deo juſtiorem

מגיד ארחו *maggid orhho*, index ejus viæ. Sic & *dux* Latinè *ducem viæ* propriè ſignificat, tralatitiè *imperatorem*.

Deduxi donec propinquus eſſet] אקרבנו *akarbennou*, adpropinquavi eum; hoc eſt, deduxi eum propè locum, quem petebat, ne aberraret. Qui aliter hæc intelligunt, vim verbis inferunt. LXX. Intt. nihil habent hîc, quod Hebraïcis verbis reſpondeat; *Hieronymus* verò: *quaſi principi eum offeram*, ſine ſenſu. Æſtum recentiorum, in loco hocce explicando, vide apud *Joan. Mercerum* & *Sebaſt. Schmidium*. *Meibomius* rectè de duce viæ hæc accipit.

38. *Si contra me terra mea vociferata eſt*] A peregrinis ad populares ſuos tranſit Jobus, negátque ſe fructibus alieni agri uſum, non perſoluto pretio.

Simúlque ſulci ejus fleverunt] Sulci terræ eleganter poëtico παρωμοιολόγῳ, ut ſic vocem eos, quos מושלים vocant Hebræi, ſtylo dicuntur flere, cùm fructus, quos proferunt, non ad legitimum cultorem, ſed ad violentum raptorem perveniunt. *Meibomius*, qui vocem תלמים *thlamim*, ſulci, in Specimine II. retinuerat, auctâ libidine mutandi, in I. quod poſtea edidit, תלמיה *tholmeah* hîc ſcripſit, voce pro arbitrio fictâ, quam *aratores* vertit; quaſi durius fuiſſet dicere *ſulcos lacrimari*. Sed frequens eſt, etiam apud Græcos & Latinos triſtitiam & gaudium tribui rebus inanimis, ut arboribus, montibus, fluminibus, agris. Vide *Virgilium* Eclog V, 62. & VII, 93. & ſeqq. & quæ ad ea Interpretes.

39. *Sine pretio*] בלי כסף *bli cheſeph*, ſine argento.

Difflavi] הפחתי *hipphahhthi*. LXX. Intt. verterunt ἐλύπησα, Vulgatus, *adflixi*. Propriè eſt *flando extinguere*, ut Mal. I, 13. Sic *difflare animam*, eſt vitam eripere, quod factum fuiſſet, ſi Jobus vicinis proventus agrorum, quibus alebantur, eripuiſſet; quod à ſe factum negat. *Meibomius*: *animas dominorum ejus ad ſuſpiria compuli*. Sed primùm, ſine neceſſitate, נפש *nepheſch*, animam, mutat in נפשות *naphſchoth*, animas, cùm ſingulari numero anima ſingulorum animas omnium ſignificet. Deinde הפח *hippehh*, nuſquam eſt *compellere ad ſuſpiria*, undè frigida eſt ſententia.

40 *Spina*] חוח *hhoahh*. LXX Intt. vertunt κνίδην urticam, Hieronymus, *tribulum*; Meibomius, *lolium*. Sed חוח eſt *ſpina* unde חח *hhahh*, uncus, hamus. Exiſtimavit vir doctus *tritico* meliùs opponi *lolium*, ſed eodem jure *avenam* verteris; unde *Virgilius*:

Infelix lolium & ſteriles dominantur avenæ.

Mala herba] באשה *baſchah*. LXX. Intt. βάτον, Vulgatus, *ſpinam*, ut & *Meibomius*. Cùm non conſtet quid ſit, *malam herbam* vertimus à באש *baaſch*, fœtuit, nam quæ fœtent, ſunt malæ herbæ.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXII.

1. *JUſtus ſibi videbatur*] *Juſtus in oculis ſuis*; hoc eſt, quia nullorum ſingularium ſcelerum, quibus tantas pœnas, præ ceteris, meritus eſſet, reum ſe eſſe conſtanter contendebat, nec falsò.

2. *Commota eſt ira*] Aut *accenſa eſt ira*, quòd videret ab Amicis tribus ſuis Dei cauſam contra eum deſeri, & Jobum pertinaciùs, ut ei videbatur, innocentiam ſuam tueri.

Barachelis filii, Buzitæ, è familia Rami] ברכאל הבוזי ממשפחת רם *Barachel habBuzi mimmiſchphahhath Ram*. Quisnam fuerit *Barachel*, ubi *Bouz*, quisnam denique *Ram*, de quibus hîc ſermo eſt, nemo novit. Fuit quidem בוז *Bouz* ſecundus filius Nachoris, Abrahami fratris, Geneſ. XXII, 21. *Ram* verò nepos Pheretſi, pater *Hamminadabi* Ruth IV, 18. Sed iidem eſſe non poſſunt, qui hîc memorantur. *Bouz* verò loci in Arabia mentio fit Jeremiæ XXV, 23. qui hic eſſe queat. *Symmachus*, pro nomine poſtremo, habebat Συρίας, quaſi legiſſet, aut legendum putaſſet ארם *aram*, quod Syriæ nomen eſt. Sed LXX. & Vulg. Intt. habent *Ram*, cui adnectunt Græci hæc verba:

ck

Jobo quidem iraſcebatur, quòd ſe Deo juſtiorem eſſe contenderet. 3. Tribus etiam amicis Jobi indignabatur, quod cùm ei reſponſionem invenire non potuiſſent, tamen Jobum quaſi malum virum haberent. 4. Ceterùm exſpectaverat, donec *ii & Jobus* loqui abſolviſſent, quia illo majores natu erant. 5. Cùm vidiſſet ergo nullam eſſe in ore virorum illorum trium reſponſionem, ejúſque ira eſſet accenſa, 6. repoſuit Elihuus, Barachelis filius, Buzita, &, minimus, inquit, ego ſum natu, vos verò ſenes, ideóque veritus ſum & timui quod ſciebam apud vos aperire. 7. Dicebam: loquentur dies & numerus annorum ſapientiam docebit. 8. Verùm ſpiritus eſt in hominibus, at adflatus Omnipotentis eos prudentes facit. 9. Non magni viri ſapiunt, nec ſenes jus norunt. 10. Propterea dico: audi me, ſcientiam meam etiam ego aperiam. 11. En exſpectavi verba veſtra, & donec inveniretis orationes, ſapientiæ veſtræ aurem præbui. 12. Vos intuebar, *ecce* verò nemo è vobis Jobum, ejus ſermonibus reſpondens, arguit. 13. Ne fortè diceretis vos inveniſſe ſapientiam; Deus eum depellet, non homo.

14. Ad-

rem ſe contenderet? 3. Indignabatur etiam tribus Jobi amicis, quod, quia non potuerant comminiſci, quod reponerent, eum tamen virum bonum non haberent. 4. Nondum tamen loquutus fuerat, quia iis junior erat. 5. Cùm vero eos conticuiſſe videret, nec eſſe quod Jobo reponerent, nec ſine indignatione, 6. ego quidem, inquit, ſum omnium natu minimus, vos vero natu grandiores; ideóque verebar vos interpellare, 7. cùm apud me reputarem, grandioris ætatis eſſe ſapientiam. 8. Verùm, ut video, non ætas, ſed adflatus Omnipotentis ſapientiam hominibus largitur. 9. Non illuſtres viri ſemper ſapiunt, nec ſeniores juris ſunt periti. 10. Quamobrem vos oro me velitis audire, & quod ſciu aperiam. 11. Exſpectavi donec audiſſem quid Jobo reſpondendum haberetis, méque vobis adtentum auditorem præbui. 12. Verùm nemo veſtrûm, ſatis aptè ejus ſermones confutavit; 13. quod paſſus eſt Deus, ne vos doctrinæ de ejus ſapientia & juſtitia, inventores eſſe crederetis; quamobrem ſolus Jobum erroris arguet, non homo.

14. Ni-

ἐν τῆς Αὐσίτιδος χώρᾳ, unde erat etiam Jobus.

Jobo iraſcebatur] *In Jobum accenſa eſt ejus ira.*

Quòd ſe Deo juſtiorem eſſe contenderet] על צדקו נפשו מאלהים *hal tſaddeko naphſcho meelohim*, quia juſtificaverat animam ſuam, præ Deo; hoc eſt, ſe Deo juſtiorem dixerat, ut quidem putabat Elihuus.

3. *Quaſi malum virum haberent*] ירשיעו *jarſchihon*, quod vertere etiam poſſis, quaſi reum damnarunt, ut Deut. XXV, 1. Re verâ non potuerant amici Jobi proferre ſcelus ullum, cujus reum illum peragere poſſent, ideóque damnare jure non potuerant. Pro את איוב *Jobum*, volunt Judæi olim lectum הדין *haddin*, judicium, ſed locum emendatum à Scribis. *Rem. Martini* Pugionis Fidei P. II. C. III, 9 vult ſcriptum antea fuiſſe אלהים *Deum*. Sed mera ſunt ſomnia, neque enim Deum damnarant, ſed Jobum.

4. *Ceterùm exſpectaverat* &c.] *Et Elihu exſpectaverat Jobum in verbis, quia ſenes erant præ illo diebus.*

5. *Cùm vidiſſet ergo* &c.] *Et vidit Elihu nullam eſſe reſponſionem in ore trium illorum virorum, & accenſa eſt ejus ira, & reſpondit Elihu, Barachelis filius, Buſita* &c.

6. *Senes*] ישישים *jaſchiſchim*, provectæ admodum ætatis. Vide 2. Par. XXXVI, 17.

7. *Loquentur dies* &c.] Longæva vita eos docebit quidem, quid Jobo reſpondendum ſit.

8. *Spiritus eſt in hominibus*] *Spiritus ille in homine.* Intelligendus non adflatus quidem propheticus, ſed tamen auxilium quoddam Divinæ Providentiæ; quo quidam, etiam minores natu, acutiores ſunt & ſapientiores ſenioribus. Ac ſanè non ſenectus ſola, ſed *εὐφυΐα* quædam & recta educatio atque inſtitutio acutos & ſapientes faciunt. Vide, hac de re, *Platonis* Menonem, atque *Æſchinis* Dialogum *de Virtute.*

9. *Non magni viri ſapiunt*] לא רבים יחכמו *lo rabbim jehhchamou.* LXX. Intt. רבים *rabbim πολυχρόνιος* vertunt, & Vulgatus, *longævos*, & certè agitur de ſenibus. Attamen רב rab, præſertim in lingua Chaldaïca, nomen eſt honorificum. Hinc poſtea רב *rab*, & רבי *rabbi* nomina fuerunt doctorum; nec malè hoc loco de eruditione intelligas, cùm de ſapientia ſermo ſit.

Jus] משפט *miſchphat*, judicium, quâ voce leges, & quidquid juſtum & æquum eſt, ſignificantur, quæ *jus & fas* vocant Latini.

10. *Audi me*] Tu Jobe, licèt Juniorem, audi.

11. *Donec inveniretis orationes* &c.] *Aurem præbui uſque ad prudentias veſtras, donec inveniretis orationes*; hoc eſt, exſpectavi, donec prudentiùs loqueremini, ſed fruſtra. Pro *inveniretis* eſt תחקרון *thahhkeroun*, quod eſt propriè penitiùs ſcrutari & cognoſcere. LXX. Intt. habent *ἰχάνετε*. *Symmachus* totum locum vertit: *ἠκροασάμην ἐφ' ὅσον ἐφρονεῖτε, ἐφ' ὅσον ἐξετάζετε λόγους.* Vulgatus incommodè: *diſceptaremini verbis.* *Aquila* meliùs *ἐξιχνιάσητε*, ut eſt in fragmentis; ſed ſcripſerat *ἐξιχνιάσετε*, nam Hebraïca verba preſſiùs ſequebatur.

12. *Vos intuebar*] עדיכם אתבונן *hadechem ethbonan*, uſque ad vos adtendebam. Fortè legendum עליכם halechem, ut Cap. XXXI, 1. מה אתבונן על בתולה *quid adtendiſſem in virgine.*

13. *Sapientiam*] Hoc eſt, ſapiens conſilium, quo, re Deo permiſſâ, vobis tacendum eſſe cenſeretis.

Deus eum depellet] ידפנו *jiddephennou*, quod adhibetur de vento paleas diſpellente, ſed hîc metaphoricè eſt: coget de ſententia decedere.

14. *Ad-*

14. Adverſùs me ſermonem non habuit , nec ego ei , verbis veſtris , reſpondebo. 15. Extimuerunt, non ampliùs reſponderunt, & verba eos deſeruerunt. 16. Expectavi, ſed non loquuti ſunt; ſubſtiterunt, nec ulteriùs reſponderunt. 17. Reſpondebo ego quoque , pro mea virili parte ; ego etiam eruditionem meam oſtendam 18. Plenus ſum ſermonibus , & ſpiritus ventris mei mihi anguſtiam creat. 19. Venter meus *eſt* veluti *uter*, *qui continet* vinum *novum*, nec aperitur ; & inſtar utrium novorum diſrumpitur. 20. Loquar igitur, ut reſpiratio mihi ſit ; aperiam labia mea & reſpondebo. 21. Sed nec hominum rationem habeam, neque ullius causâ nomina rerum mutabo ; 22. nam neſcio cujus causâ ea mutarem , *&* me facilè, qui me fecit, *de medio* tolleret.

¹. Au-

14. Nihil contra me protulit , ideóque non veſtris , ſed meis rationibus ei reſpondebo. 15. Audito Jobo , ulteriùs contendere cum eo non ſuſtinuiſtis, ne rationes vobis deeſſent. 16. Expectabam , donec eum ad fatendum errorem ſuum adduceretis, ſed conticuiſtis. 17. Jam vero ei, prout potero , reponam , atque eruditionem meam vobis oſtendam. 18. Mihi ſuppetunt multæ rationes, quas ei opponam, & quas vix intra pectus meum coërceo , ne erumpant. 19. Pectus meum conferre poſſim , cum utre multo pleno , & qui nequaquam aperitur , ſed ita diſtenditur , ut multum mox erupturum videatur. 20. Itaque loquar, ut æſtuantem animum levem ; 21. ſed ita, ut nullam hominum rationem habeam , neque in ullius gratiam nomina rerum mutabo; 22. neſcio enim cujus causa poſſem rerum nomina mutare; & me facilè qui me fecit *de medio* tolleret.

PARA-

14. *Adverſùs me ſermonem non habuit*] לא ערך אלי מלין *lo barach elai millin*, adverſùs me non inſtruxit ſermones , nam ערך propriè dicitur de exercitu inſtructo, aut de machina ad urbem oppugnandam admota. Hîc de concertatione verborum tralatitio ſenſu adhibetur.

15. *Verba eos deſeruerunt*] העתיקו מהם מלים *hebethiku mehem millim* , diſceſſerunt , aut tranſtulerunt (*ſe*) verba ab illis, deeſt illis oratio, quâ ſuſceptam cauſam tueantur.

17. *Pro mea virili*] חלקי *bhelki* , partem meam. Partem reſponſionis ſuſcipiam.

18. *Plenus ſum* &c.] Metaphora ex utre vino recente pleno , quod vini fervore differtur , ac diſtenditur.

19. *Eſt veluti uter* &c.] *Ecce venter meus vinum. non aperietur* , כיין לא יפתח *chejajin lo jippbatheabh.* Elliptica oratio , quæ ſic plenè exprimeretur : כנאד אשר ימלא יין חדש ולא יפתח *inſtar utris qui repletus eſt vino novo* , *nec aperitur.* LXX. Intt. ἡ δὲ γαστήρ μου ὥσπερ ἀσκὸς γλεύκους ζέων δεδεμένος. Vulgatus : *quaſi muſtum, abſque ſpiraculo.*

Et inſtar utrium novorum] כאבות חדשים *cheoboth bhadaſchim*, ubi utres novi dicuntur, non quòd pelle novâ conſtent , quæ minùs rumpitur, quàm vetus ; ſed quòd recens impleti ſunt, poſt vindemiam, vino novo , & etiamnum fervente.

20. *Ut reſpiratio mihi ſit*] וירוח לי *vajirvabh li*, hoc eſt , reſpirabitur mihi, nam hæc propria ſignificatio verbi רוח *ravabh* , quod à רוח *rouabh*, ſpiritus ; neque enim putandum , voces omnes primitivas eſſe verba, ut vulgus Grammaticorum putat. Vide eamdem loquutionem 1. Sam. XVI , 23 Vult Elihuus ſe ſummâ cupiditate loquendi , quam comprimere neceſſe habuerat, veluti ſuffocatum, jam reſpiraturum, ſi ſibi loqui liceret.

21. *Ne hominum rationem habeam*] *Ne accipiam facies viri* ; hoc eſt, ne ſim προσωπολήπτης. Significat ſe dignitatis Jobi nullam rationem habiturum , ita ut , ejus honoris causâ , veritatem diſſimulet.

Neve ullius causâ nomina rerum mutem] ואל אדם לא אכנה *veel adam lo achanneh*, néve ad hominem vocem. Præpoſitionem אל *el* ſignificare ſæpius propter docebit *Chr. Noldius* Conc. Part. ſign. XVIII. כנה *chinnah* eſt *nominavit*, ſed honorificè & blande. Vide Eſa. XLIV, 5. XLV, 4. Ex re ipſa collegerunt Rabbini eſſe hîc : mutatis rerum nominibus , blanditiis loquar & adulabor; quod, cùm aptius nihil occurreret, ſequuti ſumus. LXX. Intt. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βροτὸν οὐ μὴ ἐντραπῶ. Vulgatus : *Deum homini non æquabo.* Quæ ſunt in tenebris palpantium meræ conjecturæ.

22. *Neſcio cujus causâ ea mutarem*] לא ידעתי אכנה *lo jadabthi achanneh* , neſcio (*cujus causâ*) mutarem nomina ; hoc eſt, neminem novi , cujus honoris causâ , veris nominibus res non vocem. Vide de re ipſa Eſaiæ C. V , 20. & dicta *Artis Criticæ* P. 2. S. II. C. VI, 6.

Me facilè qui me fecit de medio tolleret] כמעט ישאני עשני *chimehat jiſſchaeni hoſchen* , ut parvum quid me tolleret qui me fecit. Solent interdum כמעט vertere *ſubitò* , *citò*, *brevi*, ut docebit *Noldius* ſignif. VII. ſed commodiùs & convenientiùs origini vocis, quæ propriè eſt *ut parum* , vertas *facilè*. Vide Pſ. II, 12. LXXXI, 15. XCIV, 17. LXX. Intt. verſum hunc ſic interpretantur : οὐ γὰρ ἐπίσταμαι θαυμάσαι πρόσωπα, εἰ δὲ μὴ καὶ ἐμὲ σῆτες ἔδονται. Vulg. *neſcio enim quamdiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum tollat me factor meus.*

COM-

Digitized by Google

CAPUT XXXIII.

1. AUDI verò, Jobe, dicta mea, & omnibus verbis meis aurem præbe. 2. Ecce jam os meum aperui, intra meum palatum lingua mea loquuta eſt. 3. E recto animo *manant* ſermones mei, purámque eruditionem labia mea proferunt. 4. Spiritus Dei fecit me, & adflatus Omnipotentis vita me donavit. 5. Si potes, reſponde mihi, *aciem ad me* dirige, coram me conſiſtito. 6. Ecce ego, ſicut tu, Dei *opificium* ſum, è luto etiam ego ſum deſumtus. 7. Timor mei non te terrebit, neque manus mea tibi gravis erit. 8. Verùm dixiſti in auribus meis, & ſonitum verborum *horumce* audivi: 9. mundus ego *ſum &* ſine delicto; purus ego *ſum*, nec *eſt* in me iniquitas. 10. Malè habendi me rationes nactus eſt, inimicum ſuum me eſſe exiſtimavit, 11. poſuit in cippo pedes meos, omnésque ſemitas meas obſervavit. 12. Hoc tibi reſpondebo:

PARAPHRASIS.

1. AUDI verò, Jobe, quæ dicenda habeo, téque adtentum mihi præbe. 2, 3. Jam cœpi loqui ſermoneque eo uti, qui à bono animo manare ſolet, nec quidquam protuli, quod non ſit verum. 4. Sum a Dei ſpiritu creatus, ut ſcimus omnes è Libris Hebræorum, atque ab eo vitam accepi. 5. Nunc, ô Jobe, ſingulari certamine inter nos certemus, coram me ita conſiſtito. 6. Ego, non minùs quam tu, ſum Dei opus, è luto etiam egreſſus ſum, quandoquidem ab eo ſum ortus, cujus corpus è luto a Deo erat formatum. 7. Non potes me timere, neque ullam vim umquam contra te adhibebo. 8, 9. Verùm ea verba a te auribus meis audivi, quibus jactabas te mundum eſſe & omnis ſceleris purum. 10. Occaſiones mei malè habendi quæſivit atque invenit, & me hoſtiliter habuit. 11. Pedes meos veluti in cippo poſuit, & quidquid facerem obſervavit. 12. Hoc verò tibi reſpondebo: inno-

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXIII.

3. E *Recto animo manant ſermones mei*] *Rectitudo cordis mei ſermones mei*, quæ verbo tenus exprimi Latinè non potuerunt.

Purámque eruditionem labia mea proferunt] ודעת שפתי ברור מללו *vedahath ſchphathai borour millelou*. Videtur legendum ברורה *brourah*, cùm דעת *dahath* ſit fœminini generis. Scio Enallagas generis à Grammaticis memorari, ſed vereor ne librariis debeantur multæ ejusmodi figuræ, ut vocantur, Grammaticæ.

4. *Spiritus Dei fecit me*] Adludit ad Geneſ. II, 7.

5. *Aciem ad me dirige*] ערכה *herchah*, de qua voce vide dicta ad Cap. XXXII, 14.

6. *Ecce ego, ſicut tu, Dei opificium ſum*] הן אני כפיך לאל *hen ani chphicha lael.* כפיך pertinet eſt ac *ſicut tu*. Subauditur מעשה *mahaſcheh*, opificium, ad quod reſpicit genitivus לאל *lael.*

E luto etiam ego ſum deſumtus] קרצתי *kotſarthi*, excisus ſum; hoc eſt, prognatus æquè ac tu, ex Adamo, qui è luto factus eſt. Quæ ait Elihuus, ut ne à Jobo contemnatur. Dicere poſſis, loquendi genere è *Juvenali* deſumto: neque enim tibi *è meliore luto finxit præcordia Titan*, quàm mihi.

7. *Timor mei*] *Ecce timor mei* &c. Hoc vult, poſſe Jobum ſibi ſine periculo reſponſare, cùm non liceret Deo obloqui, quod tamen aliquo modo fecerat Jobus.

Manus mea] אכפי *achphi*. Hoc loco ſolo exſtat אכף *echeph*, quod creditur eſſe *vola manûs*, quemadmodum כף *chaph*. Hinc LXX. Intt. ἡ χείρ μου. Vulgatus: *eloquentia mea*, quod quo fundamento nitatur, non liquet. *Manus gravis* loquutio eſt nota Linguæ Hebraïcæ, quâ vis quædam potentior, & quæ magis premit, ſignificatur. Vide Cap. XXIII, 2. & 1. Sam. V, 11. Vult Elihuus, nihil eſſe cur Jobus ipſius potentiam timens reſpondere non auſit. Reſpicit ad verba Jobi XIII, 21. ubi ſe magnitudine Dei premi queritur.

9. *Purus ego ſum*] חף אנכי *hhaph anochi*. LXX. Intt. חף ἀμέμπτον, Vulgatus *immaculatum*, Chaldæus שזיג *ſchezig*, *purum* vertunt; & ita res poſtulat. Alibi non occurrit. Videtur deducendum à Syriaco חוף *chouph*, quod eſt *lavare*. Ad rem ipſam quod adtinet, nuſquam adfirmat Jobus, ſe eſſe immunem omnis peccati, ſed negat ſe reum eſſe ejusmodi ſcelerum; quæ ei ſingulare ſupplicium, præ ceteris, contrahere potuiſſent. Reſpicit Elihuus ad XIII, 23. ubi vide notata.

10. *Malè habendi me rationes nactus eſt*] הן תנואות עלי ימצא *hen thenouoth halai jimtſa*. Vox תנואות *thenouoth*, pœnas ſignificat Num. XIV, 34. ut ad eum locum oſtendimus. Hîc eumdem ſignificatum obtinet; Jobum enim inducit Elihuus querentem ſe innocentem à Deo oppreſſum, Deúmque ſe malè habendi occaſiones nactum eſſe. Nullus enim alius nominativus ſubaudiri hîc queat, præter *Deus*. LXX. Intt. μέμψιν κατ' ἐμοῦ εὗρεν, Vulgatus: *querelas in me reperit*. Chaldæus: תרעומתא *tharhoumatha*, querelas. Sed amplius quiddam, quàm *querendi rationes*, hîc ſignificatur; nimirum, vexationes & pœnæ, ut Numerorum loco.

Inimicum ſuum me eſſe exiſtimavit] Vel, *habuit pro inimico*, inimicè in me ſe geſſit. Queritur hoc de Deo Jobus C. XIII, 4.

11. *Poſuit in cippo*] ישם בסד *jaſchem baſſad*. Hæc verba exſtant, in eadem oratione Jobi, C. XIII, 27.

12. *Hoc tibi reſpondebo* &c.] Jam ſunt verba Elihui ſuperiora: *purus ego ſum* &c. Jobi fuerunt.

Deus

bo: innocens non fuiſti, quia Deus homine major eſt. [13]. Cur adversùs eum contendiſti, quod *de* omnibus rebus ſuis non reſpondeat? [14]. Nam ſemel loquitur Deus, nec bis *quisquam* hoc videt. [15]. *Aperit ſe* in ſomnio viſi nocturni, cùm ſopor in homines delapſus eſt, cùm in cubili dormiunt. [16]. Tunc aperit ſe hominibus, & eruditionem eorum obſignat; [17]. ut hominem abſterreat à facto *quopiam*, & ſuperbiam ei adimat; [18]. ut prohibeat animam ejus à foſſa & vitam ne per miſſile tranſeat.

[19]. Corripitur *homo* dolore in cubili ſuo, & omnia ejus oſſa *etiam* valida concutiuntur. [20]. Vita ejus facit ut nauſeet panem, & anima ejus cibum quem adpetebat. [21]. Abſu-

innocentem eſſe te non poſſe, quia de Deo, tantò majore hominibus, reverentius tibi eſt loquendum. 13. Cur auſus es cum eo contendere, cum omnium factorum ſuorum rationem tibi reddere neceſſe non habeat? 14. Nam ſemel loquitur Deus, nec bis reſpondentem quisquam audivit. 15. Revelat quod ſciri vult, in viſis nocturnis, cum homines ſunt alto ſomno oppreſſi atque in cubili quieſcunt. 16. Tunc, inquam, quod vult homines ſcire, iis aperit, & veram eorum ſententiam confirmat; 17. ut eos abſterreat a facto quodam noxio, & ſuperbiam eorum frangat; 18. vel ut ne incidant in inſidias, dum in foſſam occultam cadunt, aut dum ſagitta vulnerantur.

19. Corripiuntur etiam homines in ſomnis dolore, qui ſubito eis immittitur, & omnia eorum oſſa, etiam

Deus homine major eſt] Hic vocem אנוש *enoſch* adhibet Elihuus, quæ hominem infirmitatis ſuæ admonet, nam אנש *anaſch* ægrotare ſignificat. Sæpe alibi homines ſignificanter eo vocabulo adpellantur. Poetæ Latini *mortales ægros* vocant. Negat Elihuus Jobum eſſe innocentem, quia Deo, qui homine major eſt & fide dignior, credendum eſt potius, quam homini; Deus autem ſatis aperte oſtenderat, reum eſſe Jobum, cùm eum fundiùs perdiderat.

13. *Quod de omnibus rebus ſuis non reſpondeat*] כי כל דבריו לא יענה *chi chol dbaran lo jahaneh*, quod poſſet verti, *quod omnia verba ſua non reſponderit*, hoc eſt, non dixerit quidquid in ſui defenſionem proferre poterat. Sed quia nondum quidquam reſpondetat Deus Jobo, דברים *debarim* hîc facta interpretati ſumus; ut ſenſus ſit, perperam, atque adeò parum religiosè facere Jobum, quòd Deo litem veluti intendat, déque eo graviter queratur; quia Deus non ſolet omnium factorum ſuorum hominibus rationem reddere. Supplemus itaque על hal, *de*, quaſi dixiſſet על כל דבריו *hal'chol debarau*, & ſæpè ea præpoſitio deeſt. Vide *Chr. Noldium* ad hanc particulam num. XXVII. ad ſignif. 10.

14 *Semel loquitur Deus*] Hoc eſt, rarò, quippe qui in ſomnis quod videtur, monet, nec quæſtionibus hominum reſpondere ſolet.

Nec bis quisquam hoc videt] בשתים לא ישורנה *biſchthajim lo jeſchourenna*. Supplevimos איש *iſch*, quisquam poſt לא *non*, & intelleximus ſuffixum fœmininum נה, quaſi eſſet זאת *zoth*, hoc. Integra oratio eſſet לא איש ישור זאת *nemo videt hoc*; nemo expertus eſt Deum bis loquutum, ut hominum quæſtionibus ſatisfaceret. Quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ verùm erat, quamvis Deus ſe erga Prophetas aliter gereret. Forſitan hoc vult Elihuus, Deum poſtquàm legem dedit, non reſpondere hominibus, quid ſit faciendum, ut ei grati ſint.

15. *Aperit ſe*] Hoc ſupplevimus ex verſu ſequente.

In ſomnio viſi nocturni] In ſomnis per viſa nocturna. Inducitur hîc loquens homo Arabs, qui alias apud ſuos revelationes non norat.

16. *Aperit ſe*] *Revelat aurem*. Metaphora deſumta ab iis, qui vellem, quâ caput involutum cuipiam eſt, ab auribus removent, ut, demiſſâ voce & ore admoto, aliquid dicant.

Eruditionem eorum obſignat] ובמסרם יחתם *oubemoſaram jahhthom*. Iis adſentimur, qui מוסר *moſar* hic idem eſſe volunt, ac מוסר *mouſar*, quod eſt actio inſtituendi, vel erudiendi. Significantur revelationes, quibus confirmabat Deus, id quod verè edocti erant homines. *Hieronymus* vertit: *erudiens eos inſtruit diſciplinâ*. LXX. nihil habent, quod ad rem faciat. *Obſignare* verò, ſeu חתום *hhathom*, videtur perinde eſſe ac *confirmare*. Vide Eſaiæ Cap. VIII, 16.

17. *A facto quopiam*] Malo, ut ſequentia oſtendunt. Hinc LXX. Intt. ἀπὸ ἀδικίας.

Adimat] יכסה *jechaſſeh*, tegat. Quæ tecta ſunt, non comparent, ſic ſuperbia ademta nusquam eſt.

18. *Prohibeat animam à foſſa*] Hoc eſt, ipſum à morte, poſtquàm cadaver in foſſam conjicitur. Vide Pſalm. XVI, 10.

Ne per miſſile tranſeat] Ne occidatur miſſilibus. Monitis nocturnis aliquando hæc prohibere potuit Deus.

19. *Omnia ejus oſſa etiam valida*] ורוב עצמיו אתן *verob hatſaman ethan*, & multitudo oſſium ejus valida; hoc eſt, valida omnia ejus oſſa dolore tentantur; nam quamvis propriè oſſa ſint ſine ſenſu, doloribus tamen ita adficimur, ut videantur eſſe in oſſibus. LXX. Intt. vertunt אתן ἐνάρκησεν, Vulg. *marceſcere facit*. De voce רב *rob*, vide ad C. IV, 14.

20. *Vita ejus facit ut nauſeet panem*] וזהמתו חיתו לחם *zihamatthou hhajjatho lehhem*, facit eum nauſeare vita ejus panem. Conſtat radicem זהם *zaham*, apud Chaldæos & Syros, ſignificare *ſordere*, *fœtere*. Hinc זהם *zibam* in Pihel, hîc ſignificat *facit ut nauſeat*, *ut abhorreat* à cibo. LXX. Intt. πᾶν δὲ βρωτὸν σίτου οὐ μὴ δύνηται προσδέξασθαι. Vulg. *abominabilis ei fit, in vita ſua, panis*. Si pro חיתו *hhajatho* legeretur חליו *hholijo*, morbus ejus, aut חילתו *hhilatho*, dolor ejus, nulla eſſet in hoc loco obſcuritas. Alii ſubaudiunt vocem *miſera*, ita ut non vita, ſed *miſera vita* faſtidium ægro parere dicatur.

Anima ejus cibum quem adpetebat] ונפשו מאכל תאוה *venaphſcho maachal thaavah*, & anima

Abſumitur ejus caro *ut* ne cernatur, & confringuntur oſſa ejus, *quæ* non videntur. 22. Adpropinquat foveæ anima ejus, & vita ejus occiſoribus. 23. *At* ſi fuerit, apud eum, nuncius interpres, e millenis unus, ut homini id quod rectum eſt nunciet; 24. miſerebitur ejus *Deus* & dicet: libera eum, ne in foveam deſcendat, *nam* propitius ei factus ſum. 25. Convaleſcet caro ejus magis quàm in pueritia, & ad dies adoleſcentiæ ſuæ redibit. 26. Orabit Deum, qui eo delectabitur, videbit faciem ejus cum læta vociferatione, & homini reddet quod ad eum jure pertinet. 27. Reſpiciet ad homines & dicet: peccavi, quod rectum erat perverti, neque æquus fui. 28. Liberat *Deus* animam

etiam validiora, vehementer concutiuntur. 20. Vitæ cupiditas facit ut abſtineant a pane, utque fugiant alium cibum, ad quem adpetentia eorum ferebatur. 21. Caro corporis immodica macie evaneſcit, & oſſa, quæ oculos fugiunt, veluti infringuntur. 22. Jam foveam ſibi imminere intelligunt, & mortem ſibi a latronibus inferendam. 23. At ſi fuerit, ex innumeris Angelus, qui quod rectum eſt doceat, 24. miſerebitur ejus Deus; qui jubebit ſervari hominem à fovea, in quam caderet, quia Numen propitium ei factum eſt. 25. Tum vero non tantum convaleſcet, ſed etiam juventutis vires recuperabit. 26. Ad Deum precibus confugiet, iſque iis delectabitur; ſe conferet ad locum, cui ſingulari ratione Deus adeſſe ſe oſtendit, non ſine lætis vociferationibus, & ab eo impetrabit, quod jus faſque eſt eum impetrare. 27. Tum morbo liberatus fatebitur, apud homines, ſe antea jus & æquum violaſſe.

ma ejus cibum deſiderii. Hic anima ſumitur pro *adpetentia* cibi, ut alibi. Vide Pſ. CVII, 9. Eſai. XXIX, 8.

21. *Confringuntur*] שפו *ſchapphou*. LXX. ἀποδείξῃ, & Vulgat. *nudavuntur*. Vertimus è ſignificatione Chaldaicæ radicis שפף *ſchaphaph*.

22. *Adpropinquat foveæ*] Eſt in periculo mortis.

Vita ejus occiſoribus] לממיתים *lamemithim*, quod poteſt intelligi de quibusvis, quæ mortem inferunt. LXX. Int. ἐν ᾅδῃ. Vulg. *mortiferis*. Poſtea tamen LXX. Int. de mortis Angelis hæc videntur interpretari.

23. *Nuncius interpres*] מלאך מליץ *maleach melits*. מליץ *melits*, eſt non tantum interpres, ſed & internuncius, & patronus, quem Chaldæus vocat פרקליטא *parakitha*, hoc eſt, παράκλητος, ut & XVI, 2. Potuit fieri, ut exiſtimaret Elihuus, interdum ad hominem ægrotantem miſſum à Deo Angelum, qui doceret, quid fieri ab ægro oporteret, ut *rectitudinem*, hoc eſt, Virtutem coleret, Deique miſericordiam erga ſe commoveret; cujus voci ſi auſcultaret, tum verò Angelum veniam ei à Deo impetraſſe. Sic certè rem intellexit Chaldæus, qui hîc habet: *Si eſt in eo innocentia, paratur Angelus unus paracletus, è mille accuſatoribus* (קטיגוריא kategoraja κατηγόρους) *ut adnunciet filio hominis rectitudinem ſuam.* At LXX. Int. hac paraphraſi utuntur: ἐὰν ὦσι χίλιοι ἄγγελοι θανατηφόροι, εἷς αὐτῶν οὐ μὴ τρώσῃ αὐτὸν, ἐὰν νοήσῃ τῇ καρδίᾳ ἐπιστραφῆναι πρὸς κύριον, ἀναγγείλῃ δὲ ἀνθρώπῳ τὴν ἑαυτοῦ μέμψιν, τὴν δὲ ἄνοιαν αὐτοῦ δείξῃ.

Alii verò volunt, poſſe intelligi virum aliquem pium, *è millenis unum*, hoc eſt, eximium prorſus, qui ægrum Virtutem doceat, & ad reſipiſcentiam eum adducat; quia Pontifex Maximus dicitur *Angelus Jehovæ* Mal. II, 7. & מליץ *melits* doctorem ſignificat Eſai. XLIII, 27. Malim tamen ad id quod antea dixi adludi.

E millenis unus] אחד מני אלף *ehhad minni eleph*. Reſpici puto ad multitudinem Angelorum, quorum רבבות *ribeboth*, ſeu μυριάδες memorantur, Deut. XXXIII, 2.

Id quod rectum eſt] ישרו *joſchro*, rectitudinem ejus, quid facere eum oporteat, ut vir recti exempli dici queat. Hic autem animo ſupplendum, *& æger facere ſtatuet, quod nuncius ille, quiſquis ſit, faciendum docuit.* Nam admonitio aut Angeli, aut boni viri Deum non placat ei qui monetur; ſed obſequium fidum admonitioni præbitum.

24. *Miſerebitur ejus*] Nempe, *Deus*, qui nominativus ſæpe in hoc Libro ſupplendus eſt, ut jam ſæpius monuimus.

Dicet: libera eum] Imperabit Angelo, ut, poteſtate à ſe acceptâ, hominem propemodum moribundum curet, & in priſtinam valetudinem reducat.

Propitius ei factus ſum] מצאתי כפר *matſathi chopher*, inveni, aut nactus ſum propitiationem, vel liberationis pretium accepi; hoc eſt, jam rationem habeo, cur illum vivere malim, quàm mori. Quodnam verò, inquies, eſt illud pretium? quæ ratio, cur eum mori nolit Deus? Reſipiſcentia, nempe, hominis, quam Deus quaſi λύτρον, ex mera bonitate, propter ſacrificium Chriſti, quod eſt propriè λύτρον, accipit; & quæ ratio eſt cur eum vivere velit, ut alios homines ad reſipiſcentiam vocet, ejus exemplo, & adducat ad caſtigatiorem vitam.

25. *Convaleſcet caro ejus magis* &c.] רטפש בשרו מנער *rutuphaſch bſcharo minnahar*. Volunt רטפש compoſitum eſſe ex רטב *ratab*, humefactus eſt, viruit, apud Syros, & פש *phaſch*, crevit. Verúmne ſit nec ne, nemo dixerit, ſed res ipſa oſtendit huic voci ſubeſſe convaleſcendi poteſtatem. LXX. Int. habent: ἁπαλυνεῖ αὐτοῦ τὰς σάρκας ὡς νηπίου. *Hieronymus* multò deterius: *conſumta eſt caro ejus à ſuppliciis.*

26. *Qui eo delectabitur*] וירצהו *vajirtſehou*, & eum acceptum habebit.

Videbit faciem ejus] *Videre faciem Dei*, apud Hebræos, poſt conſtitutum Tabernaculum aut Templum, perinde fuit ac in eo loco adeſſe. Vide Pſ. C, 2. Itaque crediderim Elihuum velle hîc hominem ſanatum adfuturum loco cultui Dei conſecrato, & quidem ſumma cum lætitia, & gratiarum actionibus. Hæc eſt vis vocis בתרועה *bithruha*, quam non malè verterat *Symmachus*, ἐν ὁμολογίᾳ.

Homini reddet &c.] *Reddet homini* צדקתו *tſidkatho*, *juſtitiam ſuam*, quod ei ex juſtitia debetur; hoc eſt, unicuique ſuum. Cultum Dei memorat primum Elihuus, deinde quod homini debetur.

mam ejus, ne tranſeat in foveam, & vita ejus lucem videbit. 29. Omnia hæc faciet Deus bis, térve erga hominem; 30. ut animam ejus revocet à fovea, ſitque luceat in luce viventium. 31. Adtende, Jobe, audi me, tace & loquar. 32. Si ſint *tibi* verba, reſponde mihi, loquere, pervelim enim te innocentem habere; 33. ſin minùs, tu me audi, tace & Sapientiam te docebo.

XXVI. Elihuus Jobum innocentem non fuiſſe oſtendere conatur.

CAPUT XXXIV. 1. PERREXIT reſpondere Elihuus his verbis: 2. audite, ô ſapientes, ſermones meos, vóſque, eruditi, aurem præbete mihi; 3. quia auris ſermones probat, & palatum eſcam guſtat. 4. Judices eligamus nobis, & inter nos quid bonum ſit reſciamus.

5. Jobus

laſſe. 28. Deus eum è morte inſtante liberat, facitque ut lucem etiamnum videat. 29. Quod Deus non ſemel, ſed ſæpius, in ejus gratiam faciet; 30. adeò ut foveæ eum eripiat, & luce eum frui curet. 31. Adtende, Jobe, quod dico, & tace; tum verò loquar. 32. Si eſt, quod jure reponere poſſis, paratus ſum te audire, & libenter te innocentem eſſe agnoſcam, ſi ita res ſe habeat; 33. ſin minùs, tace & me audi; ut tibi oſtendam, qua in re peccaveris.

PARAPHRASIS.

1. CUM nihil repoſuiſſet Jobus, juventutem & imperitiam Elihui aſpernatus, hic ita porrò ratiocinatus eſt: 2. Audite, ô ſapientes viri, quæ mihi dicenda ſunt: vosque, viri docti, aurem mihi præbete; 3. nam auris expendendas res accipit, probandæne ſint, an rejiciendæ: ut palatum guſtat cibos. 4. Arbitros nobis eligamus, ut in eorum ſententia adquieſcamus, & ſciamus penès quam partem ſit veritas.

5. Jobus

27. *Reſpiciet ad homines* &c.] Pleniùs explicat Elihuus, quid homo pius, recuperatâ ſanitate, ſit redditurus hominibus, quod eis jure debetur. Fatebitur ſe iis injuriam feciſſe, quibus fecerit, & damnum illatum reſarciet.

Neque æquus fui] ולא שוה לי *velo ſchavah li*, non æquatum eſt mihi, hoc eſt, non æquo jure, ut par erat, erga homines me geſſi.

28. *Liberat Deus* &c.] *Deus*, ex ſuperioribus & ſequentibus ſupplevimus.

Lucem videbit] *In luce videbit*; hoc eſt, vivet. Vide verſ. 30.

29. *Omnia hæc faciet*] *Ecce omnia* &c.

Bis, térve] פעמים שלוש *phahamajim ſchelosch*. Integra loquutio eſſet: פעמים ושלוש פעמים *duabus vicibus & quatuor vicibus*. Oſtendit Dei bonitatem, qui ſæpiùs hominem reſipiſcentem morti eripit.

32. *Pervelim enim te innocentem habere*] חפצתי צדקך *hhaphatsthi tſaddekecha*; hoc eſt; libenter te juſtificarem, ſeu juſtum haberem ac pronunciarem, ſi res pateretur.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXIV.

3. SErmones probat] תבחן *thibhhan*, hoc eſt, explorat. Cum aure conjungendus animus, cujus propriè eſt ſermones auditos expendere. Hîc autem eſt compendioſa comparatio: ut palatum guſtat cibum, ſic aures verba explorant.

4. *Judices eligamus nobis*] משפט נבחרה לנו *miſchpat nibhhara lanou*, judicium eligamus nobis, hoc eſt, conveniet inter nos de judicibus, qui ſint diſceptatores noſtri, & quorum ſententiâ ſtemus.

5. *Removit jus meum*] Vide Cap. XXVII, 2 & ſeqq. LXX. Int. hîc aliter verterunt: ἀπήλλαξέ μου τὸ κρίμα. Vulgatus: *ſubvertit judicium meum*. *Aquila* & *Symmachus*: παρέτρεψε ... ἀπέστησεν ἀπ' ἐμοῦ τὸ κρίμα. Sed vide ad Cap. XXVII.

6. *An in judicio meo mentiar?*] Cùm hæc ſint verba Jobi, vix aliter poſſunt quam interrogandi, hoc eſt, negandi ſenſu intelligi; neque enim Jobus ſe mentitum aut mentiri velle uſquam faſſus erat. Negat tantùm ullam rationem Deo fuiſſe negandi illi jus ſuum, cùm coram eo mentiri non poſſet.

Mortifera eſt ſagitta mea, ſine delicto] Hoc eſt, quamvis nihil deliquerim, Deus mihi lethale vulnus, ſagittâ ſuâ, inflixit. Vide Cap. VI, 4.

7. *Bibat ſubſannationem*] ישתה לעג *jiſchtheh labag*. Sic homo injurius dicitur Prov. XXVI, 6. *bibere injuriam*. Vult Elihuus Jobum illudere amicis, cùm innocentiam ſuam jactat, nec eo ſeciùs improborum amicus ſit.

8. *Societatem ineat*] וארח לחברה *vearahh lehhebrah*, & iter facit ad ſocietatem; hoc eſt, invitat malos, ut ineat ſocietatem cum iis.

9. *Nihil juvat hominem, quòd Deo delectetur*] לא יסכן *lo jiſchon*, non proficiet, aut ſi ſuppleamus ל ante גבר *gaber*, non proderit viro. Vide Cap. XXII, 2. XXXV, 3. Sequentia verba ברצתו עם אלהים *birtſot o him elohim*, idem ſignificant, ac ſi dixiſſet את אלהים *eth elohim*, quæ conſtructio frequentior. Sed conjungitur etiam hoc verbum cum עם *him*

PE.

5. Jobus enim dixit: innocens ſum, ſed Deus amovit jus meum. 6. *An* in judicio meo mentiar? mortifera eſt ſagitta mea, ſine delicto. 7. Quis homo, inſtar Jobi, bibat ſubſannationem, ut aquam, 8. ſocietatem ineat cum iniqua facientibus, ambuletque cum hominibus improbis? 9. Nam dixit: nihil juvat hominem, quòd Deo delectetur.

10. Itaque, viri cordati, audite me. Abſit ut Deus ſit improbus, útque Omnipotens ſit iniquus! 11. Rependet enim homini, pro factis ejus, faciétque ut quisque nanciſcatur *bonum*, *aut malum*, pro via, *quam iniverit*. 12. Præterea Deus profectò *innocentem* non damnat, neque Omnipotens jus pervertit. 13. Quis eum præfecit terræ, quis impoſuit *ei* orbem univerſum? 14. Si animum ad hunc adtenderet, ſpiritum ejus & animum ad ſe colligeret. 15. Tum exſpiraret omnis caro ſimul & homo in pul-

5. Jobus hic contendit, ſe innocentem eſſe, nec tam graves ærumnas ferre jure potuiſſe, ſi res probe expenderetur. Innocens ſum, inquiebat, ſed Deus dum me usque adeo malè haberi patitur, ſpoliavit me rationibus, quibus me poſſim jure tueri; eò quòd putent vulgo homines à Providentia non ita deſeri, niſi gravia delicta admiſerint. 6. An apud Judices mentiri ſuſtinerem? Mortiferam ſagittam in me emiſit, quamvis nullum flagitium admiſerim, quo ejusmodi pœnas meritus ſim. 7. Quis eſt, qui inſtar mei, ſine ulla ſua ſingulari culpa, quam noſtit, ludibrio ſit omnibus, qui miſeros irrident; 8. quaſi ſocietatem iniviſſet cum malis, & libenter cum iis verſaretur, 9. & crederet nihil facere ad felicitatem hominum pietatem, quâ debent Deum colere.

10. Aurem mihi præbete, viri ſapientes, & ante omnia, abſit ut Deum maleficum eſſe credamus! útque eum, qui omnia poteſt, eſſe iniquum exiſtimemus! 11. Rependit ille hominibus, pro eorum factis; pro via, quam inverint. 12. Deus præterea nequaquam innocentem damnat, neque ullo modo jus violat. 13. Nemo Deo impoſuit curam hujus regionis, neque ab alio accepit curam totius terræ; jure creationis omnia poſſidet. 14. Si Jobum adtenderet, eum è medio tolleret, ſpiritumque ad ſe

Pſ. L, 18. Verba hæc non protulit Jobus, ſed ſæpiùs ſignificavit homines bonos à Deo non aliter haberi, quàm malos; qui ſecundis æquè fruuntur, ac boni. Parum commodè verterunt LXX. Int. qui habent: *μὴ γὰρ εἴπῃς ὅτι οὐκ ἔσται ἐπισκοπὴ ἀνδρός, καὶ ἐπισκοπὴ αὐτῷ παρὰ κυρίου.* Quæ non tantum abeunt ab Hebræis, ſed ſenſu ferme carent. *Symmachus: οὐχὶ εὐθετήσει ἀνήρ; Theodotion: οὐ κοσμηθήσεται ἀνὴρ ἐν τῷ εὐδοκῆσαι αὐτὸν μετὰ Θεοῦ. Hieronymus: non placebit vir Deo, etiamſi cucurrerit cum eo*; quaſi ברצתו *brontſacho*, idem eſſet ac ברוצו *brontſo*, cùm currit. Sed ſenſus adlatus & verbis & rei multò convenientior eſt.

10. *Viri cordati*] אנשי לבב *anſche lebab*, viri cordis; hoc eſt, ſapientes, nam לב *leb*, aut לבב *lebab*, non cor tantùm, ſed etiam *ſapientiam* ſignificat. Vide Proverb. VIII, 5. Sic etiam loquebantur Latini.

Abſit ut Deus ſit improbus] חלילה לאל מרשע *hhalilah lael mereſchah*, abſit à Deo ab improbitate; hoc eſt, abſit ut improbum, aut reum eſſe fateamur injuſtitiæ; quòd homines innocentes malè habeat! Hoc quidem Jobus diſertè non dixerat, ſed ita queſtus erat, ut ſtatueret eos nullo diſcrimine à Deo haberi; unde ſequi putabat Elihuus, Deum argui poſſe injuſtitiæ.

11. *Rependet enim homini pro factis ejus*] *Nam opus hominis reddet ei.* פעל *phahal* pro כפעל chephoal, *ſecundum factum ejus*, ut poſtea כארח *cheorahh*, ſecundùm viam.

12. *Non damnat*] לא ירשיע *lo jarſchiah*, non habebit malum. Subauditur צדיק *tſaddik*, juſtum, aut innocentem, & fortè excidit.

13. *Quis eum præfecit terræ?*] מי פקד עליו ארצה *mi phakad halau artſah*, quis viſit ſuper illum terram; quod perinde hîc eſt, ac ſi dixiſſet: מי יפקיד אתו על הארץ *mi japhkid otho hal haarets*, quis eum præfecit terræ? quo modo, ex analogia frequentiore, loqui ſolebant Hebræi. Sed multa ſunt in hiſce libris, quæ cum Analogia usque adeò non conſentiunt; ut in omnibus Libris, præſertim grandiore ſtylo ſcriptis. Hæc interrogatio vim negationis, ut paſſim, obtinet. Vult Elihuus Deo à nemine terræ curam mandatam eſſe, ſed ad eum, jure creationis, pertinere, nec neceſſe eum habere rationem adminiſtrationis ſuæ cuiquam reddere.

Quis ei impoſuit] ומי שם *oumi ſcham*, repetendum עליו halau, *ſuper eum*, quis impoſuit ei? Hujus conſtructionis, quæ frequens & analogica eſt, causâ crediderim ſuperiorem ab Analogia nonnihil detortam.

14. *Si animum ad hunc adtenderet*] אם ישים אליו לבו *im jaſchim elau libbo*, ſi poſuerit ad eum cor ſuum. Si תבל thebel ſit fœminini generis, ut deberet eſſe, ſi conjungatur cum כלה *chullah*, tota, in antecedente verſu; hîc oporteret legi אליה *eleah*, ad eum; aut ſi ſit maſculini, deberet legi in eo verſu כלו *chullo*, quod magis placet. Neque enim credibile eſt vocem, licèt *ἐπινοεῖν*, in uno eodémque verborum circuitu, conjungi nunc cum pronomine maſculino, nunc cum fœminino. Alii intelligunt hîc *hominem*, ſed nomen hoc nimis hinc remotum eſt. Jam השים לבו *animum adtendis*, hoc in loco, non idem ſignificat quod ſolet, hoc eſt, meram animi adtentionem; ſed eam adtentionem ſummi judicis, quam pœnæ de genere humano, prout meritum eſſet, ſumendæ, ſi Deus rigidi officiorum exactoris perſonam agerer, ſequerentur. Sic & alibi id loquendi genus, non tam adtentionem animi, quàm ejus effectus denotat. Vide Exod. VII, 23. IX, 21.

Spiritum ejus & animum] רוחו ונשמתו אליו יאסף *rouhho veniſchmatho elau jeeſaph*. Dicitur Deus viventium *colligere ſpiritum*, cùm eis vitam eripit, Pſ. CIV, 29. LXX. Int. *εἰ γὰρ βούλοιτο συνέχειν, καὶ τὸ πνεῦμα παρ' αὐτῷ κατασχεῖν.* Meliùs Vulgatus: *ſi direxerit ad eum cor ſuum, ſpiri-*

pulverem reverteretur. [16]. Si *tibi eſt* ſapientia, audi hoc; ſonitui verborum meorum aurem præbe. [17]. An jus odio habens etiam dominabitur? an *ſi potens ſis*, damnabis innocentem? [18]. An dices Regi: nequam *es*; & *cuique* principum: *es* improbus. [19]. *Deus eſt* qui rationem non habet principum, neque divitem præfert pauperi, quia omnes ſunt opus manuum ejus. [20]. Momento *temporis* intereunt, & media nocte commovetur populus, ac tranſeunt; amovet *Deus* potentem, ſine vi; [21]. quia oculi Dei ſunt in vias hominum *intenti*, & omnes eorum greſſus novit. [22]. Nulla eſt caligo, neque ulla mortifera umbra, in quas ſe abdant qui iniquitati operam dant; [23]. annon enim

ſe revocaret. 15. Tum verò exſpiraren omnia animalia, & homo præſertim in pulverem redigeretur. 16. Si ſapis, audi hæc, & verbis meis aurem adtentam præbe, Elihue. 17. Qui nullam rationem habet juris, an eſt dignus qui omnibus præſit? An ſi rerum potireris, delectareris damnatione innocentis? 18. An Regi nequitiam exprobrares, & Principibus improbitatem? 19. Deus eſt is demum, qui nullam rationem habebit Principum, neque divites præfert pauperibus; quia omnes ſunt ex æquo ipſius opera. 20. Momento temporis, ut alii, intereunt, & dum nuncii de eorum morbo mittuntur quaquaverſum, media nocte animam efflant, Deusque, ſine vi ulla, potentes è medio tollit; 21. quia inſtituta eorum obſervat, & omnia facta videt. 22. Nulla eſt umbra, nulla caligo, quibus ſe tegant qui iniqui-

ſpiritum ejus & flatum ad ſe trahet; Ita ut ſenſus duobus hiſce colis contineatur, non ad ſequentia protrahatur, quod in hoc libro fieri non ſolet.

15. *Tum exſpiraret* &c.] *Omnis caro* omnia animalia, etiam bruta, ſignificat; quibus additur *homo*, ut ad hunc præſertim res pertinere intelligatur; quod ſpectari ſolet, quando nominato genere, additur ſpecies quæ eo alioqui continetur. Vide ad Gen. XXXI, 18.

17 *Etiam dominabitur*] האף שונא משפט יחבש *haaph ſchoneh miſchphat jachabhoſch*. Ultimam vocem vertimus *dominari*, ut Eſai. III, 7. חובש *hhobeſch*, principem ſignificat, eò quòd auctoritatis ſuæ vinculis cives in officio contineat. Senſus eſt autem: an æquum eſt eum dominari, qui inimicus eſt juris? Quod cum, apud homines, magno conſenſu negetur; inde conſequens eſt, ut ſummus etiam rerum omnium Dominus juſtus eſſe intelligatur; apud quem, infinitis vicibus, perfectiora ſunt iis quæ, apud homines, laude digna exiſtimantur.

An ſi potens ſis, damnabis innocentem?] ואם צדיק כביר תרשיע *veim tſaddik cabbir tharſchiah*. Sequitur hinc à Jobo id perperam Deo tribui, quod nollet ipſe facere, ſi potens eſſet.

18. *An dices Regi* &c.] האמר *haamor*, an dicere. Alii ſubaudiunt quidpiam, quod ſignificet *licet*, aut *rectum eſt*; quaſi integra loqutio eſſet: האמר למלך בליעל טוב בעינך *an dicere regi: nequam es; bonum eſt*, aut ישר *jaſchar*, rectum, *in oculis tuis*. Alii verbum ſecundæ perſonæ Futuri תאמר *thomar*, *an dicendo dices*. LXX. Int. ἀσεβὴς ὁ λέγων βασιλεῖ παρανομεῖς. Vulgatus: *qui dicit Regi: apoſtata* Simplicius eſt vertere, quaſi ſcriptum eſſet התאמר hathomar, *an dices?* Facilè litterula excidere potuit, præſertim ob ſimilitudinem ה ת quod præcedit. Imò poſſit etiam mutari האמר in תאמר, ut deſit interrogationis nota, quæ facile ſuppletur, nec ſemper exprimi ſolet. Verùm quidquid ſuppleatur, aut mutetur, ſententia eadem remaneat neceſſe eſt; ex qua intelligatur illicitum eſſe maledicere, aut conviciari Regi, & multò magis Deo. Hoc enim vult Elihuus.

Et cuique principum: es improbus] רשע אל נדיבים *raſchah el nedibim*, improbus principibus, hoc eſt; unicuique principum, aut ulli ex principibus vitiis.

19. *Deus eſt qui* &c.] Sequentia oſtendunt ſupplendum eſſe *Deus eſt*, quaſi ſcriptum eſſet: אלהים הוא *elohim hou*, Deus ille eſt qui &c.

Rationem non habet principum] *Non accipit facies principum.*

Neque divitem præfert pauperi] ולא נכר שוע לפני דל *velo niccar ſchouah liphne dal*, & non notus eſt dives (*ei*, nempe, לו lo) *coram*, aut *præ paupere*. שוע eſt munificus, liberalis Eſai. XXXII, 5. LXX. Int. paraphraſticè: οὐδὲ οἶδε τιμῆσαι ἐνδόξους ἁδρούς. Meliùs Hieronymus: *nec cognovit tyrannum, cùm diſceptaret contra pauperem.*

20. *Momento temporis intereunt*] Nempe, principes & divites, non aliter ac tenuiſſimi homines.

Mediâ nocte] חצות לילה *hhatſoth lailah*, medietatibus noctis. Vide Exod. XI, 4. & Pſ. CXIX, 62. Hoc eſt, cum quieſcere putantur, mortui deprehenduntur; quare populus, re auditâ, ad eorum ædes concurrit, ſed *jam tranſierunt*, hoc eſt, mortui ſunt. Vide Pſalm. XXXVII, 36.

Amovet potentem ſine vi] *Amovent potentem*; nempe, populi; *non manu*, לא ביד *lo bejad*; hoc eſt, liberantur oppreſſore ſine manu armata, ſeu ſine vi; quia ſubitò veluti dormiens moritur.

21. *In vias hominum*] *Viæ & greſſus hominum* ſunt paſſim vitæ eorum inſtitutum.

Novit] *Videbit.*

22. *Mortiſera umbra*] צלמות *tſalmaveth*, ſeu mavis *tſalmouth*, denſiſſimas tenebras ſignificat. Vide not. ad Cap. X, 21. Multa habet egregia, hanc in rem, *Epictetus* Diſſ. Lib. I. c. 14. ubi oſtendit, ὅτι πάντα ἐφορᾷ τὸ Θεῖον, à *Numine omnia cerni.*

23. *Annon enim impoſuit adhuc homini*] כי לא על איש ישים עוד *chi lo hal iſch jaſchim hod*, non ſupra hominem poſuit, vel non impoſuit homini. Hebræi dicunt quidpiam eſſe עלינו *haenou*, quod nobis incumbit, ſeu noſtri eſt officii, ut multis oſtendit *Noldius* ſignif. 34. hujus particulæ. Interrogationis notam ſupplevimus, quæ frequenter abeſt. Qua in interpretatione *Sebaſt. Schmidii* judicium ſequuti ſumus. Reliquæ viſæ ſunt duræ & contortæ.

Ut ad Deum in jus eat] להליך אל אל במשפט *lehaloch el El bammiſchphat*; hoc eſt, ut actorum

Digitized by Google

enim adhuc impoſuit homini, ut ad Deum in jus eat? [24]. Conterit potentes, ſine perquiſitione, alióſque eorum loco conſtituit. [25]. Itaque patefacit eorum opera, evertit *eos unà* noctè & conteruntur. [26]. Explodet eos, eò quòd mali ſint, in loco *ubi rem* videntes *erunt*. [27]. Quia ab eo receſſerunt, nec vias ullas ejus intelligere voluerunt; [28]. ut in eos clamorem pauperis adduceret & vociferationem humilium exaudiret, ([29]. *Si* ille quietem concedat, quis damnabit? *ſi* occultet faciem, quis eum intuebitur?) *pœnáſque ſumeret* de gente ſimul & de *ſingulis* hominibus; [30]. ut ne regnet homo ſimulator virtutis, néve laquei populo tendantur.

[31]. An

iniquitati operam dant; 23. etenim hoc impoſuit homini Deus, ut ad ſe in jus eat. 24. Conterit proceres, ſine ulla perquiſitione, quia eos probè novit; alioſque iis ſufficit. 25. Satis oſtendit qualia ſint eorum facta, cum eorum conſilia, unâ noćte, irrita facit. 26. Explodit eos, quia mali ſunt, in loco, in quo pluribus ſpectaculo eſſe poſſuit; 27. quòd ab illo defecerint, nec ſcire voluerint, quæ vita ſit, ex ejus præceptis, inſtituenda 28. idque ita ut exaudiret Deus pauperum atque humilium querelas & vociferationes, (29. Si ille veniam concedat, quis damnabit? aut ſi quem averſetur, quis eum adire ſuſtinuerit?) pœnaſque ſumeret de tota gente & de ſingulis hominibus; 30. ut è ſolio deturbaret ſimulatorem virtutis, ne laqueis ſuis populum illaqueet.

31. An

rum ſuorum rationem Deo reddat, pœnáſque pro meritis det. Hæc enim eò pertinent, ut ab homine divinam ſubterfugi non poſſe juſtitiam liqueat.

24. *Conterit potentes ſine perquiſitione*] ירע כבירים לא חקר *jarab chabbirim lo bheker*. Perinde eſt ac בלי חקר *bli bheker*, ſine inquiſitione; quòd, nimirum, cùm Deo ſint omnia nota, non opus eſt ut reos quærat; quemadmodum homines, qui ſæpe ignorant ubi ſint, nec facinora eorum omnia ſciunt.

Alióſque eorum loco conſtituit] ויעמד אחרים תחתם *jaramed abherim thabhtham*; alios, nempe, qui antea pauperes fuerant, potentes reddit. Vide Dan. II, 21. Luc. I, 52.

25. *Patefaciet eorum opera*] יכיר מעבדיהם *jaccbir mabbadehem*, faciet ut innoteſcant opera eorum. מעבדיהם Chaldaiſmus eſt, pro מעשיהם *mahaſcehem*, ut ſolent loqui Hebræi.

Evertit eos unâ noćte] הפך לילה *haphach lailah*, ſubvertit noćte, quaſi ſcriptum eſſet הפכם בלילה *hafphacham ballailah*. Addimus *unâ*, quòd non tantùm videatur tempus tenebrarum ſignificari, ſed diei ſeu νυχθημέρου pars; quæ ſat longa eſt, ut tyranni opes labefactentur. Crediderim tamen nocturnum tempus ſignificanter dici, de conſpiratione populi; qui cognitis hominis potentis ſceleribus, noćte eum è medio tollit.

26. *Explodet eos quòd mali ſint*] תחת רשעים ספקם *thahhath reſchahim ſphakam*. תחת *thahhath*, quod propriè *ſub* ſignificat, conjunctum cum אשר & כי, eſt perinde ac *eò quòd*, vel *quia*, quam poteſtatem etiam ei ſubjacere, hoc in loco, ubi ſolum eſt, meritò exiſtimaſſe videtur *Noldius*, ſignif. IV. Cùm verò ספק *ſaphak*, plaudere ſignificet, eos ſequuti ſumus, qui verterunt *explodere*. Poſſit tamen & *percutiet* verti.

In loco ubi rem videntes erunt] במקום ראים *bimkom roim*, in loco videntium.

27. *Quia ab eo receſſerunt*] אשר על כן סרו *aſcher hal chen ſaru*.

Nec vias ullas ejus &c.] *Omnes vias ejus non intellexerunt*; hoc eſt, nullum è Dei inſtitutis intelligere voluerunt, quamvis alioqui facilè intelligi poſſent.

28. *Ut in eos clamorem pauperis adduceret*] להביא עליו צעקת דל *lehabi halau tſahakath dal*; hoc eſt, ut pœnas daret, quas pauper oppreſſus ei precatus eſt. Hîc ſingulare eſt, pro plurali. Vide Proverb. XXI, 13.

29. *Si ille quietem concedat*] והוא ישקט *vehou jaſchkit*, & ille quieſcere faciet; hoc eſt, abſolvet, ut ex oppoſitione liquet; nec certè poteſt reus, aut damnatus animo conquieſcere.

Si occultat faciem &c.] *Occultare faciem* Deus dicitur iis, de quibus ſupplicium ſumit; contrà verò *oſtendere* iis, quibus favet ac ignoſcit. Nihil frequentius. Ad hæc verba ab initio verſûs ſunt omnia Parentheſeos ſigno claudenda.

Pœnáſque ſumeret] Hæc addidimus, perſpicuitatis causâ; alioqui ſic connectenda verba Parentheſi divulſa: *vociferationem humilium exaudiret, contra gentem ſimul & ſingulos homines*; nam eſt, על גוי ועל אדם יחד *hal goi vehal adam jahhad*, in gentem & in hominem ſimul.

30. *Ut ne regnet homo ſimulator virtutis*] ממלך אדם חנף *mimmeloch adam bhaneph*. Notum eſt מן in ממלך *mimmeloch* optimè poſſe negandi ſignificatu ſumi. Vide hujus particulæ ſignif. XXI. apud *Chr. Noldium*. Nec eſt cur dubitemus, quin ita ſit vertenda, cùm rectus ſit ſenſus. Attamen aliter Vett. Intt. rem ceperunt, nam pro ממלך *mimmeloch* legerunt ממליך *mamlich*, regnare faciens. LXX. Intt. βασιλεύων ἄνθρωπον ὑποκριτὴν, ubi βασιλεύων activè ſumitur, ut rectè obſervavit *Joan. Druſius*. Vulgatus: *quia regnare facit hominem hypocritam*. Sic & Chaldæus ממני מלכא *memanneh malcha*, conſtituens Regem. Sed potior eſt noſtra lectio, Deum pœnas ſumere de proceribus, ne ſimulatores virtutis regnent. Simulatorum autem meminiſſe hîc videtur Elihuus, ut obliquè feriat Jobum; quem adſimulatæ virtutis inſimulabant amici. Non ſatis liquet, an de Rege propriè dicto agat Elihuus, an de proceribus, qui *regnare* dici poſſent; propter auctoritatem, quam apud Arabes obtinebant.

Néve laquei populo tendantur] ממוקשי עם *mimmokeſche ham*, ne laquei populi; nempe, ſint; hoc eſt, ne ſint homines qui, ficta virtute, laqueos tendant populo; nihil enim eſt callidius atque inſidioſius ejuſmodi hominibus,

Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt.

Nec ulla exitialior ratio nocendi, quàm quæ

Digitized by Google

31. An eſt qui Deo dicat: peperci, nec deſtruxi. 32. Præter *id quod* video, tu doce me; ſi iniquè me geſſerim, non pergam. 33. An, quia renuis, *vir quiſpiam*, ex iis qui tecum *ſunt*, quando tu *eum* elegeris, rem confectam dabit, non ego? Numquid noſti? Proloquere. 34. Viri cordati dicent mihi, & vir ſapiens, qui audit me: 35. Jobus

31. An eſt, qui ſuſtineat Deo dicere, contrà quam ipſe novit, ſe beneficum fuiſſe erga populum, nec ejus exitium quæſiviſſe. 32. Si tamen qua in re deliquiſſet, daturum ſe operam ne pergeret. 33. An cùm tu renuas, erit aliquis eorum qui ſunt tecum, ſi modo tu eum elegeris, qui rem confectam dare queat, potius quam ego? Si quem noſti, nomen ejus profer. 34. Tum viri

fit ſpecie virtutis adhibitâ. Quod non Judæi tantum, in ſuis Phariſæis, olim; ſed & Chriſtiani, in ſuis, experti ſunt, & etiamnum hodie frequenter nimis experiuntur.

31. *An eſt qui Deo dicat*] כי אל אל האמר *chi el El beamar*. Videtur hîc כי abundare, ut aliàs non rarò; niſi fortè ita ſcriptum ſit pro מי mi, *quis*; quod non abſurdè quis poſſit ſuſpicari. Quod ſi admitteretur, pro *beamar* efferendum eſſet האומר haomer, *dicens*, hoc ſenſu: *quis eſt, qui dicat Deo.* LXX. Intt. ὅτι πρὸς τὸν ἰσχυρὸν ὁ λέγων, legerunt האומר *haomer*. Vulgatus: *quia ergo ego loquutus ſum ad Deum*, quæ nihil ad verba faciunt. Quidam volunt eſſe Infinitivum conjugationis *Niphal*, ſubaudiúntque *æquum* aut *par eſt: an par eſt Deo dici?* Sed infinitivus Niphal deberet ſic efferri הֵאָמֵר ut הֵאָסֵף Num. XII, 15. non הֶאָמַר. Itaque alii rectiùs putant eſſe præteritum *Kal*, cum ה interrogativo, ita ut ſupplendus ſit nominativus *quis, quis dixit*; ſed hoc quoque durum, niſi ה ſignificet *quiſnam*. Senſus tamen is videtur eſſe, quem expreſſimus.

Peperci] נשאתי *naſchathi*, quod ita, uti fecimus, vertendum ſuadet oppoſitio verbi אחבל *ebhbol*, hoc eſt, *lædam*, aut *deſtruam*. Senſus eſt: neminem eſſe, niſi ſimulatorem Virtutis, qui auſit dicere, apud Deum, ſe proximo ſemper peperciſſe, nec unquam injuriam feciſſe; unde conſequens eſt, neminem poſſe jure ſuo à Deo res ſecundas exigere; cùm qui violatarum legum reus eſt, non poſſit præmium ſibi jure poſtulare, quod ſolis earum obſervantibus debetur.

Nec deſtruxi] לא אחבל *lo ebhbol*, quod propter rem ipſam & verbum antecedens, præterito ſenſu interpretati ſumus. LXX. Intt. verterunt: οὐκ ἐνεχυράσω, & ea quoque ſignificatio eſt verbi חבל *hhabal*, quod frequenter eſt *pignus accepit*. Sed quia hîc non de uno genere delictorum in proximum ſermo eſt, ſed de quovis, maluimus laxiorem verbi poteſtatem ſequi.

32. *Præter id quod video*] בלעדי אחזה *bilbade ehhezeh*. Subaudiunt אשר, *quod*. Adloquitur hîc Elihuus Jobum, petitque ab eo, ſi quidquam non viderit, quod ad rem hanc faciat, id ſibi indicari.

Si iniquè me geſſi] אם עול פעלתי *im havel phahalthi*, ſi iniquitatem feci; erga te, nimirum.

Non pergam] לא אוסיף *lo oſiph*, non addam, non pergam, *verbum non ampliùs addam*. Quibus dictis, videtur tacuiſſe aliquamdiu Elihuus, dum expectaret, an repoſiturus eſſet Jobus; qui cum ſileret, ſequentia dixit Elihuus.

33. *An quia renuis, vir quiſpiam* &c.] המעמך ישלמנה כי מאסת כי אתה תבחר ולא אני *hamehimmecha jeſchallemennah chi maaſta chi attah thibhhar velo ani*, an è tecum abſolvet eum, quia renuiſti, cum tu elegeris, & non ego. Qui leget interpretationes Veterum & Recentiorum, videbit quantopere cruciarit hic locus Interpretes; qui vix quod volunt exprimere, non tantum verbis Elihui, ſed ne ſuis quidem poſſunt. Longum eſſet ſingulorum verba referre; nos, donec certius quid occurrat, vertimus, quaſi ſcriptum fuiſſet: הֲכִי מָאַסְתָּ אִישׁ מֵעִמְּךָ כִּי אַתָּה תִבְחַר אוֹתוֹ יְשַׁלְּמֶנָּה וְלֹא אָנִי: Primum, perſpicuitatis causâ, ordinem verborum nonnihil mutavimus, quod nec Hebraicæ Linguæ ingenium vetat, & res poſtulat. Deinde perpauca ſupplevimus, qualia ſubaudiri neceſſe eſt. Singillatim nunc ſingula verba conſiderabimus. המעמך *hamehimmecha*, non poteſt de alia re intelligi, quam de aliquo, qui cum Jobo eſſet; & ante verbum ישלמנה *jeſchallemmenah* neceſſe eſt nominativum aliquem ſubaudiri, qui latet in ea voce. Verbum verò hoc ſignificat quidem plerumque, in conjugatione *Pihel, rependere*, ſed cum ei ſignificatui nullus hîc ſit locus, confugiendum eſt ad poteſtatem *abſolvendi* aut *perficiendi*, quam trahit à ſignificatione conjugationis *Kal*, & habet etiam in Pihel, 1. Reg. IX, 25. ac frequentius etiam in Chaldaica, vel Syriaca Lingua. Agitur autem hîc de re *conficienda*, de qua diſceptabant Jobus & amici. Innocentem ſe ipſe ajebat, quòd nullius ſceleris ſibi conſcius eſſet; illi reum contendebant, quòd tam graves pœnas de eo Deus ſumere videretur, & Elihuus quidem præſertim ſic ratiocinabatur: cùm Deus eſſet ſine dubio juſtior hominibus, neminem potuiſſe dicere, Jobum ab eo fruſtra & ſine cauſa malè habitum; quod perinde fuiſſet ac ſi dixiſſet, eum Deo juſtiorem eſſe. Elihuus ergo quærit à Jobo, ecquis ſit, apud ipſum, quoniam ipſe loqui renuebat, qui finem imponeret diſceptationi, dum oſtenderet Jobum eſſe Deo juſtiorem, & erraſſe Elihuum, qui contrà ſentiebat. Suffixum autem fœminini generis, quod ſubjungitur verbo ישלם *jeſchallem*, reſolvimus in זאת *zoth*, hoc, vel hanc rem. Quod non rarò faciunt Interpretes, pronomen adfixum in ſeparatum reſolventes, prout res poſtulat. Vide *Joan. Buxtorfii* Theſaurum Lib. II. c. 17. ſub finem. Poſt תבחר *thibhhar*, elegeris, ſubaudio אותו otho, *illum*, & debet certè ſimile quidpiam ſubaudiri. כי *chi* verò ante hoc verbum interpretor *quando*, ut alibi paſſim. Voces לא אני *lo ani*, non ego, minimè conjungo cum proximè antecedente verbo תבחר *thibhhar*, quaſi vellet Elihuus, *non ego*, nimirum, *eligam*, ſed אשלם *aſchallem*, perficiam, aut confectam dabo.

Num

Digitized by Google

35. Jobus doctè non eſt loquutus, nec intelligenter verba *protulit*. 36. Pater mi! exploratus eſt penitus Jobus, propter reſponſiones, *quales dantur* inter homines iniquos; 37. quia delicto ſuo defectionem addidit, inter nos comploſit *manus*, & multa verba contra Deum profudit.

XXVI.

ri cordati, & vir ſapiens, qui me audit, 35. negabunt te docte eſſe loquutum. 36. O mi Pater, exploratus ſatis eſt animus Jobi, ex reſponſionibus ab eo prolatis, & quæ probari non poſſunt, niſi ab improbis; 37. quia peccatis addidit contumaciam. Defecit a vero Deo, ſibi ipſe adplaulit, & Numini detraxit.

PARA-

Num quid noſti? Proloquere] ומה ידעת דבר *oumah jadabtha dabber*; hoc eſt, an aliquid noſti, quo oſtendas æquius eſſe nos credere, hominem juſtum eſſe, non Deum? Id verò proloquere. Quibus dictis, iterum tacuit Elihuus, exſpectans numquid Jobus reſpondendum haberet. Eo verò tacente, perrexit.

34. *Viri cordati*] *Viri cordis*, ut antea.

35. *Doctè non eſt loquutus*] *Non in ſcientia loquutus eſt*, hoc eſt, indoctè.

Nec intelligenter] לא בהשכול *lo behaſchebol*, non in intelligendo.

36. *Pater mi!*] אבי *abi*, pater mi. Quod cùm non adſequerentur nonnulli, voluerunt אבי, quod ab אבה *avah*, voluit, deducitur, eſſe *voluntas mea*, hoc eſt, *velim*, *utinam* exploretur Jobus, in perpetuum. Sed nusquam occurrit אב *ab* in eo ſenſu, & durius videtur Elihuum mala Jobo optantem inducere, cui alioqui mali nihil imprecatur. Itaque alii maluerunt vertere, *pater mi!* ut ſit exclamatio, quâ Elihuus patrem omnium Deum compellat. Alii rurſus maluerunt de *patre*, hoc eſt, viro quovis grandævo exponere, & ſupplere *dicet*, hac ſententiâ: *pater meus dicet: explorabitur* &c. ita ut velit Elihuus, grandiores natu dicturos, Jobum ideò calamitatibus ſubjectum iri, quòd pravè reſponderit, dum ſe reum eſſe negat ſcelerum, quæ ipſi tam graves pœnas contraxerint. Simplicius videtur de exclamatione rem intelligere, quaſi dicat Elihuus: *ô Deus pater mi!* pravis reſponſionibus Jobus effecit, ut exploratus eſſet ejus animus.

Exploratus eſt penitus] יבחן עד נצח *jibbeben bad netſahh*, hoc eſt, nulla alia exploratione opus eſt, ut Jobi animum cognoſcamus, cùm peccata fateri conſtanter recuſet. *Penitus* vertimus, quia quæ לנצח *lnetſahh* in perpetuum explorata habentur, ut neceſſe non ſit umquam examen iterari, ea penitus explorata ſunt. Sic aurum probè exploratum non ampliùs liquefit, ut iterum purgetur.

Propter reſponſiones, quales dantur inter homines iniquos] על תשבות באנשי און *hal tshouboth beanſche aven*, propter reſponſa, in hominibus iniquitatis. Supplevimus, *quales dantur*, aut *quales audiuntur*, quæ neceſſariò ſubaudiri oportet.

37. *Defectionem addidit*] יסיף פשע *joſiph pheſchah*. חטאת *bhatath delictum* quidem ſignificat, & ejusmodi, quod non eſt neceſſariò conjunctum cum contemtu ejus, in quem peccatur; ſed פשע *pheſchah*, *defectionem* ſonat, quâ negatur in poſterum obſequium ei, in quem delinquitur, unde ἀφίςαϑαι ſæpe vertitur, & de defectione in ſummam poteſtatem uſurpatur. Vide 2. Reg. I, 1. III, 5, 7. VIII, 20, 22.

Comploſit manus] יספוק *jiſpbok*. Signum eſt contemtûs, Ezek. XXV, 6. Non videtur quidèm ejusmodi geſtu uſus Jobus, ſed verba adhibuit interdum, quæ reverentiam erga Deum minimè redolent.

Multa verba contra Deum profudit] *Multiplicavit verba ſua* אל אל el El, *ad Deum*. Sed אל ſæpè miſcetur cum על hal, & *contra* ſignificat paſſim, ut Gen. IV, 8. Exod. XIV, 5. & paſſim.

COM-

XXVII. Elihuus tertiùm hîc Jobum oppugnat, oſtenditque nihil damni vel emolumenti ad Deum ex impietate, aut pietate hominum redire.

CAPUT XXXV. 1. PERREXIT verò Elihuus & dixit: 2. An hoc jus eſſe reputaſti, *cùm* diceres: juſtitia mea major eſt Dei *juſtitiâ*? 3. Nam dixiſti: quid proderit tibi, quid utilitatis tibi conferam è peccato meo? 4. Ego verò tibi, sociisque tuis oratione *hac* reſpondebo: 5. Suſpice cœlum, & vide; intuere nubes, quàm ſint te altiores. 6. Si peccaveris, quid ei nocebis? Si auxeris defectiones tuas, quid ei facies? 7. Si innocens fueris, quid ei dabis, aut quid è manu tua accipiet? 8. Ad virum, inſtar tui, *pertinet* tua improbitas, ad hominem innocentia tua.

9. Pro-

PARAPHRASIS.

1. CUM aliquantiſper tacuiſſet Elihuus, vice tertiâ eum eſt adgreſſus, in hanc ſententiam: 2. Putâsne verò tibi licere tuam virtutem Divinis Virtutibus anteferre? 3. Nam negaſti ullum emolumentum ad Deum redire, ex confeſſione peccati tui. 4. Ego verò tibi, amicisque tuis tecum ſentientibus reponam. 5. Suſpice cœlum, & vide quantò altiores ſint te nubes. 6. Si qua in re peccaveris in Deum, non ei, ſed tibi nocebis, quocumque numero tua fuerint delicta. 7. Si bonum virum te præſtiteris, propterea tamen nihil ei dederis, aut quidquam è manu tua acceperit. 8. Tua improbitas, aut innocentia ad homines ſpectat, quia iis ſolis nocere aut prodeſſe poſſunt.

9. Tot

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXV.

2. *JUs eſſe reputaſti*] חשבת למשפט *bhaſchabtha lmiſchpbat*, *reputaviſti in judicium*; jus tibi eſſe putaſti credendi te Deo juſtiorem eſſe.

Juſtitia mea major eſt Dei juſtitiâ] צדקי מאל *tſidki meel.* Integra loquutio hæc eſt: צדקי רבה מצדק אל *tſidki rabab mittſedek el*, juſtitia mea major eſt juſtitiâ Dei; vel innocentior ſum, quàm Deus. Hinc Hieronymus: *juſtior ſum Deo*, meliùs quàm LXX. Intt. δίκαιός εἰμι ἔναντι Κυρίου. Hæc quidem totidem verbis non dixerat Jobus, ſed ex ejus verbis colligere licebat eum crediſſe, ſe innocentem malè haberi à Deo; ac proinde, eo ſe juſtiorem eſſe; nam qui injuriam patitur, eatenus certè eſt juſtior, quàm qui facit.

3. *Quid proderit tibi* &c.] Ne hæc quidem dixerat Jobus, nec facile eſt intellectu quid ſibi velint, ac proinde quî ex oratione Jobi ab Elihuo colligi potuerint. Si hæc cum antecedentibus connexa ſunt, ut indicare videtur particula αἰτιολογικὸν כי *chi*, nam, potuerit velle Elihuus à Jobo hæc dicta: quid proderit tibi me ad peccandum adduxiſſe gravibus ſuppliciis, quæ de me ſumis, & beneficiis quæ in improbos confers? an tibi conducibilius eſt me malis moribus eſſe, quàm bonis, cùm innocentem malè habeas, & noxiis benefacias? Poſſent & hæ interrogationes in negationes mutari, hoc modo: noxium tibi erit me malum fieri, tam duris rebus; nam nemo te ampliùs colet. Quò pertinent verba Elihui, verſ. 6, 7, 8. Unde ſequitur Jobum, ſi ea dixiſſet, ſanctitatis amantiorem & retinentiorem, quàm Deum, videri voluiſſe. Alii volunt voce *peccatum* hîc intelligi pœnas peccati, quæ non rara eſt vocis poteſtas, verùm nec videmus à Jobo dictum, Deum emolumenti nihil cepiſſe è calamitatibus ſuis. Eſt hæc in ſequentibus doctrina Elihui. Alii hæc ſic interpretantur: juſtitiam adhuc colui, at tu me, ô Deus, gravidimis malis premis, dum improbis placatus videris. An hinc colligam tibi prodeſſe vitam flagitioſam, téque eâ delectari, & velle me etiam in eam prolabi? Quæ ſententia ferme cum ea, quam primam propoſuimus, conſentit. Sed ſi hoc voluit Elihuus, obſcuriore conſequentiâ è verbis Jobi deduxit, quod clariore multò poterat; ut diximus ad verſum antecedentem.

4. *Ego verò tibi* &c.] *Ego reſpondebo tibi verba & amicis tuis tecum.*

6. *Quid ei nocebis?*] מה תפעל בו *mah thiphbal bo*, quid facies in illum, nam ב ſignificat paſſim *contra*, ut Gen. XVI, 12.

Si auxeris] ורבו *verabbou*, & auctæ ſint. Hæc eò pertinent, ut velit Elihuus, nec vitia hominum Deo nocere, nec virtutes prodeſſe, quod veriſſimum eſt; quamvis vitia ei ſint invita, virtutes acceptæ.

9. *Vociferationes excitant*] יזעיקו *jazbikou*, clamare faciunt; non tantum vociferantur ipſi, ſed & aliorum clamores excitant. Intelliguntur *homines*, ad quos res propius pertinet.

Propter vim illatam] מזרוע *mizzeroab*, à brachio. *Brachium* pro viribus ſæpè ſumitur. Vide Pſ. XXXVII, 17. & alibi.

10. *Nec tamen dicunt*] ולא אמר *velo amar*. Sed quia præceſſit pluralis numerus, eo hîc uſi ſumus; ubi non unus, ſed plures intelliguntur.

Ubi eſt Deus, qui me fecit] אלוה עשי *eloah boſchai*, Deus factores mei. LXX tamen Intt. ὁ ποιήσας με. Hieronymus: *qui fecit me*. Chaldæus ועבדני *qui fecit me*. Unde colligere eſt, aut eos legiſſe עשי *factor meus*, aut non putaſſe numero plurali quidquam ineſſe myſterii. Nec tantùm Judæi, ſed etiam doctiſſimi Chriſtiani aliud nihil hîc quæſiverunt, niſi Hebraicæ Linguæ idioma; quo nomina dominii plurali numero ſæpe efferuntur, etiamſi ſermo eſt de uno domino, & conjunguntur etiam adjectivis ſingu-

9. Propter multitudinem oppreſſorum vociferationes excitant, & multi clamant propter vim *illatam*. 10. Nec tamen dicunt: ubi eſt Deus, qui me fecit, qui dat *cur* cantica in nocte *ei canamus*? 11. Doctiores nos beſtiis terræ reddidit, & volucribus cœli ſapientiores. 12. *Sunt qui* alicubi clament, ſed non exaudit, *ita ut liberet* à ſuperbia malorum 13. Profecto mendacium non exaudit Deus, nec reſpicit Omnipotens. 14. Quamvis neges te eum videre, judicium *habetur* coram illo, idque exſpectare te oportet. 15. Nunc quia ira ejus non inviſit *malos*, neque de ingenti eorum copia cognoſcit; 16. Jobus inaniter aperuit os ſuum, & parum ſcienter verba multa profudit.

XXVIII.

9. Tot homines opprimuntur, ut ubique eorum vociferationes audiantur, nec pauciores ſibi vim illatam eſſe queruntur; 10. nec tamen quærunt, ubi ſit ille Deus, a quo creati ſunt, aut in cujus laudem noctu canuntur cantica. 11. Deus nos doctiores fecit brutis, quæ humi gradiuntur, & volucribus, quæ in aëre volant, ſapientiores. 12. Sunt qui alibi auxilium ejus implorant, ſed quos tamen Deus, contra ſuperbiam malorum, non tuetur. 13. Certè Deus mendacium non exaudit, aut ejus rationem habet. 14. Quamquam negas à te eum cerni, apud eum tamen judicia feruntur, quæ à te exſpectari fas eſt. 15. Nunc quia pœnas non repetit palam & ſollemni ratione, de ingenti eorum numero; 16. tu, Jobe, inanes fundis querelas de ejus juſtitia, & parum prudenter de eo judicium fers, & garris.

PARA-

ſingularis numeri. Sic & iiſdem nominibus ſingularis numeri adjectiva pluralia, honoris causâ, ſubjiciuntur; qua de re vide hîc *Joan. Mercerum*, & *Joan Buxtorfium* in Theſauro Grammat. Lib. II, c. 2. quibus adde etiam *Joan. Druſium* ad hunc locum. In ſingulari de Deo occurrit vox עושה antea in hoc libro C. XXXI, 5. XXXII, 23. XL, 19. & Pſalm. XCV, 6. Eſai. XLIV, 2. LI, 13. & alibi. Rurſus plurali legitur Eſ. XXII, 11. LIV, 5. Pſ. CXLIX, 2. Nimirum, interdum ratio major habetur grammaticæ conſtructionis & analogiæ, quàm rei; interdum contrà res ſpectatur, non conſtructio. Hinc *Dii creatores*, & *Deus creator* idem ſunt.

Cur cantica in nocte &c.] זמירות בלילה *zemiroth ballailah*, hoc eſt, ſuppeditat nobis ea, quibus adducimur ad cantica nocturna in ejus honorem canenda. Ad conſuetudinem quamdam illorum locurum reſpicit, quibus nocte laudes Dei canere conſuetum erat. LXX. Intt. habent φυλακὰς, unde conjecit *Lud. Capellus*, legiſſe eos שמירות *ſchmiroth*, quæ vox vigilias nocturnas ſignificat. Sed fortè crediderunt ita legendum, quamvis aliter haberet eorum codex, propter ſequentem vocem לילה *lailah*, noctis. Rectior eſt lectio recepta.

11. *Doctiores nos reddidit*] מלפנו *mallephenou*, pro מאלפנו *meallephenou*. Rectè Hieronymus: *qui docet nos*, minùs commodè LXX. Intt. ὁ διορίζων με. Hæc dici videntur ab Elihuo, ut doceat homines, brutis ſapientiores, de Deo ea cogitare oportere, quæ tam præſtanti naturæ conveniunt.

12. *Sunt qui clament*] שם יצעקו *ſcham jitsbakou*, ibi clamabunt; hoc eſt, ſunt alicubi qui clament, ſeu Deum invocent. Rationem reddit, cur quidam aliis miſeriores ſint, quòd Deus eos exaudire nolit, patiatúrque à ſuperbis premi, quæ ratio ſequente verſu exprimitur.

Ita ut liberet] Hæc ſupplenda vi‍ta ſunt, quia ſuperbiâ malorum fieri nequit, ut Deus exaudire nolit preces eorum, qui eâ premuntur. Imò verò ratio eſt cur eos exaudiat, niſi quid obſtet.

A ſuperbia malorum] Eſt מפני *mippbene*, quod propriè eſt *à conſpectu*, ſed à vexatione, quæ conſpectum inimicorum comitatur, intelligendum eſt. Vide Eſai. XX, 6.

13. *Profectè mendacium non exaudit Deus*] אך שוא ישמע *ach ſchav lo jiſchmab*. שוא idem eſt ac שקר *mendacium*. Vide ad Exod. XX, 7. Vult Elihuus eos non exaudiri, quia fucata eſt eorum pietas. Videtur hiſce verbis innuere, Jobi Religionem ſimulatam fuiſſe, ac proinde a Deo minimè eum exauditum.

14. *Quamvis neges te eum videre*] כי תאמר לא תשורנו *chi thomar lo theſchourennou*, quia dicis: non vides eum. Subauditur כי *ehi*. Vide apud *Noldium* ſignific. XX. & in ea Ellipſes hujus particulæ. Reſpicit ad ea quæ Jobus dixit Cap. XXIII, 3. & ſeqq. 8. & ſeqq. ubi queritur, ſe Deum quærere, ut coram eo cauſam agat, nec uſquam eum ſibi conſpicuum fieri.

Judicium habetur coram illo] דין לפניו *din lphanau*, judicium in conſpectu ejus.

Idque exſpectare te oportet] ותחולל לו *outhebbolel lo*, & exſpectabis ei. Futurum eſt, quo officium ſignificatur, non eventus.

15. *Ira ejus non inviſit malos*] אין פקד אפו *ajin phakad appho*, non viſitat ira ejus; nempe, malos. Notum eſt פקד *viſitavit* paſſim tam in malam, quàm in bonam partem ſumi. Ad אין quod adtinet, *Lud. de Dieu*, vir ſanè Orientalium Linguarum peritus, ſed minùs felix interpres Scripturæ, laudat *Franciſcum Junium*, quòd אין conſtruxerit cum פקד, *eſt enim*, inquit, *præter uſum & genium linguæ*. Qua in re, virum doctum prorſus hallucinari intelliges ex iis, quæ habet *Noldius* ad ſignif. I. hujus particulæ. Verſio *Junii* & *Lud. de Dieu* planè eſt contorta & dura, ut ſunt eorum pleraque; nec connexionis in ea ratio habita eſt.

Neque de eorum ingenti copia cognoſcit] ולא ידע בפש מאד *velo jadah bapphaſch meod*, neque novit in creſcente valde; hoc eſt, non fert judicium de augmento malorum, ut id impediat. Manifeſtum eſt poſt פקד *viſitat*, ſubaudiendum רשע *raſchab*, malum, aut quid ſimile, quod optimè cum hiſce conſentit; nam quia Deus de malis, in hac vita, ſupplicium non ſumit, ideò augetur eorum numerus, qui

XXVIII. Quarta Elihui oratio, quâ divinam Providentiam erga malos & bonos contra Jobum defendere conatur.

CAPUT XXXVI.

1. PRÆTEREA dixit Elihuus: 2. præſtolare me paulliſper, nam ſunt adhuc ſermones ad Deum *defendendum*. 3. Eruditionem meam è longinquo deducam, & creatori meo juſtitiam tribuam. 4. Nam certè mendaces non erunt ſermones mei; *ero* erga te perfectus eruditione. 5. Deus magnus eſt, nec ingenio valentes repudiat. 6. Non improbo vitam ſervat, ſed humilibus jus dicit. 7. Non avertit oculos ſuos ab innocente, *nec aliter ſe gerit* erga Reges, ad ſolium quod adtinet, ſed *in eo* curat eos in

PARAPHRASIS.

1. TUM verò Elihuus Jobo, 2. exſpecta, inquit, nonnihil, ſunt enim etiamnum rationes, quibus cauſam Dei, contra te agamus. 3 Altiùs rem repetam & Creatoris mei juſtitiam tuebor. 4. Nec quidquam minùs verum proferam, nec quod poſſis iuſtitiæ inſimulare. 5. Deus magnus eſt, nec ingenio pollentes repudiat. 6. Non improbo vitam producit, ſed humilibus, ut quod æquum eſt conſequantur, adeſt. 7. Non diſſimulat injurias hominibus hujuſcemodi illatas; nec minus adeſt Regibus, ad ſolium quod adtinet, poteſtatemque eamdem iis ſervat perpetuam, ſi regio munere eo, quo par

quod faciunt, impune ſe laturos ſperant. 16. *Parum ſcienter verba profundit*] בלי דעת *bli dahath*, ſine ſcientia. Deinde מלין יכביר *millin jachbir*, verba multiplicavit. Reverâ, magna pars ſermonum Jobi eò ſpectant, ut oſtendat, Deum nullas pœnas improbis imponere, proptereáque eorum numerum augeri. Quæ fuit querela eorum, quibus pœnæ alterius vitæ aut ignotæ prorſus, aut ſat notæ non erant, ita ut de iis conſtaret.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXVI.

2. P*Ræſtolare me paulliſper*] כתר לי זעיר *chatthar li zeher*, *exſpecta mihi tantillùm.* Hæc eſt ſignificatio verbi כתר *chathar*, non in Lingua Hebraica, in qua eſt *cingere*, quæ poteſtas huc non facit; ſed in Chaldaïca, quæ ſignificatio loco aptiſſima eſt. Elihuus, ultimum pro juſtitia divina verba facturus, petit ab Jobo, ut ſine interpellatione patiatur ſe aliquantum loqui, exſpectétque, donec peroraverit. LXX. Intt. μεῖνόν με μικρὸν ἔτι, *Theodotion*, ὑπόμεινον, *Hieronymus: Suſtine me paullulùm*, eodem ſenſu, ut norunt qui Latinè ſciunt. Chaldæus: אמתן לי צבחר *amthen li tſibbhar*, exſpecta me nonnihil.

Ad Deum defendendum] לאלוה *leloah*, Deo; hoc eſt, quibus Dei cauſam contra te tuear. Quod cùm non ſatis adſequerentur LXX. Intt. pro *Deo* verterunt ἐν ἐμοί, *in me*, ne de Deo irreverenter loqui viderentur. Rectius *Hieronymus: adhuc enim habeo, quod pro Deo loquar.*

3. *Eruditionem meam è longinquo deducam*] אשא דעי למרחוק *eſſcha dehi lmerahhok*, *ſumam*, aut *proferam* ſcientiam meam è longinquo; hoc eſt, altiùs, vel è primis principiis repetam.

Creatori meo juſtitiam tribuam] לפעלי אתן צדק *lephohali etthen tſedek*, factori meo dabo juſtitiam.

4. *Mendaces non erunt ſermones mei*] *Non mendacium ſermones mei.*

Perfectus eruditione] תמים דעות עמך *themim dehoth himmach*, perfectus ſcientiis tecum; hoc eſt, nihil dicam, niſi quod probè norim, quódque mihi perſpectum ſit.

5. *Deus magnus eſt*] הן אל כביר *hen el chabbir*. A qua voce dicti *Dii Cabiri*, ut dudum viris doctis obſervatum. Vide *Joan. Seldenum* de Diis Syris Synt. II. c. 4. Poſſis hîc particulam הן *hen*, interpretari *quidem*, hoc modo: *Deus quidem magnus eſt, ſed non* &c.

Nec ingenio valentes repudiat] ולא ימאס כביר כח לב *velo jimas chabbir choahh leb*, nec repudiat magnum viribus cordis. LXX. Intt. verſio nihil habet hîc ad rem. *Hieronymus: Deus potentes non abjicit, cùm & ipſe ſit potens.* Sed omiſit כח לב *choahh leb*, viribus cordis. Sæpe *cor* ſumitur, apud Hebræos, pro ingenio, ut & antea obſervavimus; unde hic ipſe Elihuus, in ſuperioribus aliquoties habet אנשי לב *anſche leb*, viros cordatos, hoc eſt, ingenioſos ac ſapientes. Itaque *vis cordis* erit ſapientiæ vis, & *magnus vi cordis* is qui ingenio & ſapientiâ valet.

6. *Non improbo vitam ſervat*] לא יחיה רשע lo jahhajeh raſchah, *non vivificabit malum.*

Humilibus jus dicit] משפט ענים יתן *miſchphath hanijim jitthen*, judicium pauperum dabit.

7. *Non avertit oculos ſuos*] לא יגרע עיניו *lo jigrah henau*, non prohibebit oculos ſuos; hoc eſt, videbit.

Nec aliter ſe gerit erga Reges] ואת המלכים *veeth hammelachim*, & Reges. Videtur verbum quidpiam ſupplendum; ſive ſubaudiendum relictum ſit, ſive exciderit.

Atque extollit] ויגבהו *vejigbahou*, atque extollentur.

8. *Dolorem creantibus funibus*] בחבלי עני *behhable honi*, in funibus adflictionis, quod poſſis & *paupertatis* vertere, ut LXX. Intt. χοινίοις πενίας, quos ſequutus eſt Vulgatus.

9. *Tum quid fecerint* &c.] Doloribus, nimirum, admoniti in memoriam revocant præteritam vitam, intelligúntque ſe flagitiis, aut ſceleribus ſuis ſibi eas, quas patiuntur, miſerias merito ſuo contraxiſſe. Hîc teſtimonium minimè

in perpetuum ſedere, atque extollit. [8]. Si verò vincti manicis, dolorem creantibus funibus detineantur; [9]. tum quid fecerint, delictáque eorum, quoniam gravia facta ſunt, iis aperit; [10]. iis patefacit *ea quibus eos* emendet, aitque eos à vitio *ad virtutem reverti oportere*. [11]. Si eum audiant & colant, dies ſuos in felicitate & annos ſuos in amœnis *locis* finient. [12]. At ſi nequaquam auſcultaverint, telo peribunt, & ſine cognitione exſpirabunt. [13]. Simulatores ſapientiæ ponent iram, nec clamabunt, cùm eos vinxerit. [14]. Animam in adoleſcentia, & vitam inter cynædos amittent. [15]. Adflictum in adflictione ſua liberat, & in oppreſſione ei ſe ſe patefacit.

[16]. Te quoque anguſtiæ faucibus eripiet, & pro re anguſta erunt tibi ampliores opes, & fercula menſæ tuæ pinguedine erunt plena; [17]. cùm judicio improbi *rectè* defunctus

par eſt, modo defungantur. 8. Si verò in vinculis ſerventur ab iis, quibus imperabant, 9. iis patefacit per Prophetas prava facinora, quæ admiſerint, 10. & oſtendit qui poſſiut emendari, ita ut valedicentes vitio, ad meliorem frugem redeant. 11. Tum vero, ſi Deum caſtigantem audienut, atque, ut par eſt, coluerint, feliciter reliquam vitam, in amœnis locis, ad finem usque agent. 12. At ſi monitis à Deo, per Prophetas, acceptis aurem minimè præbeant, telo peribunt, atque in ignorantia ſua tandem animam efflabunt, inter Cynædos. 13. Contra ſimulatores ſapientiæ animum abjicient, nec clamores ullos mittent, poſtquàm eos in vincula miſerit. 14 Animam in adoleſcentia & vitam inter cynædos amittent. 15. Adflictum ab adflictione liberat, eique ſe ſe patefacit, quando opprimitur, ut eum liberet.

16. Te quoque ex rebus anguſtis, in quas incidiſti, liberabit; & pro paupertate præſente majores tibi cumulabit opes, & ſplendidiorem longè menſam concedet. 17. Cùm jus, ut par eſt, dixeris improbo, pro tuo juſtitiæ amore à Deo ſuſtentaberis.

nimè fallax conſcientiæ propemodum revelationis divinæ loco habetur. Hunc & ſuperiorem verſum, ut & duos ſequentes, ſunt qui intelligant de Regibus, de quibus verſu 7. apténtque hæc Joſepho, Jacobi Patriarchæ filio, qui proximus dignitate Regi fuit, poſtquàm in vincula conjectus fuiſſet; quod qui *Hugoni Grotio* placere potuerit; non ſatis intelligo; nam Joſephus non propter ſcelera, ſed propter conſtantem virtutem, in vincula conjectus fuerat. Præſtat hæc de toto genere hominum miſerorum, ſuâ culpâ, intelligere. Cujus rei exemplum ſingulare eſſe poteſt Manaſſes Rex Judæ, Ezechiæ filius, cujus Hiſtoria Ephemer. 2. C. XXXIII. narratur.

10. *Iis patefacit ea, quibus eos emendet*] *Reteget aurem eorum ad emendationem.* ויגל אזנם למוסר *vajigel oznam lemoſar.* Notum eſt *retegere aurem* idem eſſe ac patefacere, quia qui tectas aures habent, minùs audiunt, quàm qui retectas.

Atque eos à vitio ad virtutem reverti oportere] ויאמר כי ישובון מאון *vajjomer chi jeſchebboun meaven*, ait quòd redibunt ab iniquitate; hoc eſt, vitio relicto, ad virtutem redire eos debere. Ipſis calamitatibus docentur priſtinam vitam ſe malè inſtituiſſe, quandoquidem eâ in maximas miſerias ſunt conjecti; indéque intelligunt aliter inſtituendam. Vide exemplum Manaſſæ 2. Ephem. C. XXXIII, 11, 12.

11. *In felicitate*] *In bono.*

In amœnis locis] בנעימים *bannehimim*, in amœnis; nempe, locis, ut Pſ. XVI, 6. non in vinculis & carcere; quod Manaſſæ contigit, qui carcere Babylonico liberatus in Judæam rediit, &, ut antea, regnavit, atque amœnis Regum villis frui potuit.

12. *Telo peribunt*] בשלח יעברו *bſchelahh jahaborou*, in miſſili tranſibunt; hoc eſt, miſſile in eos incidet, quo occidentur. Ferro interimentur. Eadem loquutio occurrit C. XXXIII, 18. Gallicè dicas eodem ſenſu: *ils paſſeront par l'épée*, de iis qui gladio transadiguntur.

13. *Simulatores ſapientiæ*] חנפי לב *hhanphe leb*, ſimulatores cordis; qui præ ſe ferunt *cordatos* homines eſſe, cùm non ſint.

Ponent iram] ישימו אף *jaſchimou aph*, quod loquendi genus ambiguum eſt, per ſe; tam enim ſignificare poteſt iraſci, quàm deponere iram; poſterius tamen prætulimus, quia ſequitur, *non clamabunt*, quod meliùs cum eo conſentit. Itaque ſenſus erit, eos non indignaturos, neque queſturos, cùm mali pœnas dabunt, ne iis ſimiles videantur.

14. *Animam in adoleſcentia* &c.] *Morietur in adoleſcente anima eorum & vita eorum in cynædis* בקדשים *bakkedeſchim.* Fortè vult Elihuus fore ut ii, de quibus loquitur, depereant pueros & cynædos, atque inter eos contabeſcant. Sin minùs, præmaturam mortem iis minabitur, ut & impuris illis adoleſcentibus.

15. *Adflictum* &c.] Et pœnitentem, ut Manaſſen.

Ei ſe ſe patefacit] *Retegit aurem eorum*, ut Manaſſæ contigit.

16. *Te quoque anguſtiæ faucibus eripiet*] ואף הסיתך מפי צר *veaph haſithcha mippbi tſer*, etiam te removit ex ore anguſtiæ. Videntur omnino hæc ad Jobum ſpectare, ideóque præteritum hic erit loco futuri, ut paſſim, hoc libro, tempora hæc miſcentur. *Os anguſtiæ*, metaphorâ ex ore ferarum ductâ, dici videtur.

Pro re anguſta erunt tibi ampliores opes] רחב לא מוצק תחתיה *rahhab, lo moutſak thahhtheah*, latitudo, non anguſta, pro ea; nempe, loco *anguſtiæ*, nam צר eſt nomen ſubſtantivum, in antecedentibus verbis, & quidem fœminini generis, ut Cap. VII, 11. niſi mavis ſcriptum antea צרה *tſarah*.

Fercula menſæ tuæ] ונחת שלחנך *venahhath ſchulhhancha*, ferculum menſæ tuæ. Sive נחת *nahhath* deducatur à נוח *noahh*, quieſcere, vel à ינח *janahh*, poſuit, perinde eſt; ſignificat enim quod menſæ imponitur, ut dapes, fercula, quod res ipſa oſtendit.

Pinguedine erunt plena] מלא דשן *male daſchen*, plenum pinguedine, hoc eſt, optima carne;

Digitized by Google

functus eris, judicium & jus *te* ſuſtentabunt. 18. Sed ira *cave* ne te incitet, cùm exploderis; néve magnitudo pretii te *à jure* declinare faciat. 19. Num æſtimabit *Deus* divitias tuas? non aurum, neque firmamenta omnia potentiæ *flocci faciet*. 20. Ne anheles ad noctem; ut adſcendant populi *è* ſuo loco. 21. Cave ne reſpicias ad iniquitatem; nam hanc prætuliſti adflictioni. 22. Ecce Deus ſublimis eſt, potentiâ ſuâ; quis inſtar ejus docet? 23. Quis inquiſivit in ejus viam, aut quis ei dixit: pravè feciſti?

24. Me-

beris. 18. At caveto; ne ita transverſus agaris, cùm confutaris, neque magnitudine præmii a jure dicendo, ut par eſt, avertaris. 19. An Deus divitias tuas magni faceret? Atqui ille nec aurum, nec quidquam eorum, quæ potentiæ fulcra habentur, flocci facit. 20. Ne cupias quamprimùm adeſſe noctem, ut latrones è latebris egrediantur, viatores ſpolient, & te prædæ participem faciant. 21. Ne iniquè partas divitias quæſiveris, quas adhuc ſtatui adflicto, cum innocentia conjuncto, prætuliſti. 22. Deus omnibus hominibus ſublimior eſt potentiâ ſuâ. Quis eos veritatem, quemadmodum ille homines docet? 23. Quis in ejus acta inquirere poteſt, aut eum peccati, ullâ in re, arguere?

24. Tui

carne, qualis pinguis eſſe ſolet, non macilenta. Senſus eſt: lauta erit menſa tua.

17. *Cùm judicio improbi rectè defunctus eris*] ודין רשע מלתא *vedin raſchah maltha*, & judicium improbi impleviſti; hoc eſt, cùm de improbo rectum judicium tuleris. Hæc indicant Jobum judicem fuiſſe, inter Arabas, cujus rei alia ſunt in ejus ſermonibus indicia non obſcura.

Te ſuſtentabunt] Auctoritatem tuam firmabunt, impediéntque ne quis fortunas tuas evertere poſſit.

18. *Sed ira cave ne te incitet*] כי חמה פן יסיתך *chi hhemah phen jeſithcha*. כי interpretamur *ſed*, ut alibi ſæpe. Vide *Chr. Noldium* ad ſign. XXIII. hujus particulæ. Supplemus autem השמר *hiſſchamer*, cave, propter ſequens פן *phen*, ne. Similem vide Ellipſin Gen. III, 22. & quæ ibi notata ſunt. Ceterùm hîc eſt enallage generis in verbo יסיתך, nam חמה eſt fœminini generis, aut legendum תסיתך *thſithcha*.

Cùm exploderis] בשפק, aut בספק *bſaphek*, in exploſione, nam *plaudere* ſæpe eſt irridere, explodere, ut notavimus ad Cap. XXVII, 23. Vetat Elihuus Jobum iraſci, cum bene judicaverit, licèt explodatur à malis; ſunt enim hæc æquo animo ferenda, non iracundè excipienda, ne in aſperiora verba prorumpamus, résque à verbis, ut fit, ad manus deveniat.

Magnitudo pretii] רב כפר *rob chopher*, magnitudo pretii redemtionis; nimirum, pecuniæ, aut pretioſæ cujusvis rei, quâ meritæ pœnæ redimantur, ab improbis, aut eorum conſanguineis, vel adfinibus, vel amicis.

Declinare faciat] אל יטך *al jattecha*. Subaudivimus ממשפט *mimmiſchphat*, à jure. Dicunt etiam Hebræi מטה משפט matteh miſchphat, *inclinantem judicium* eum, qui jus pervertit, ut Deut. XXVII, 19. Thren. III, 3. Vide & Exod. XXIII, 6. ubi vox משפט exprimitur, & ejusdem Cap. verſ. 2. ubi ſubauditur, ut hîc.

19. *Firmamenta omnia potentiæ*] וכל מאמצי כוח *vechol maamatſe choahh*. Vertunt *vires roboris*, ſed ſunt firmamenta potentiæ, ſi מאמץ *maamats* ſit nomen ſubſtantivum. At poſſit hîc haberi מאמצי participium *Pihel*, & verti *confirmatores potentiæ* eodem ſenſu. Sic LXX. Intt. κρατοῦντας ἰσχὺν, Vulgatus: *robuſtos fortitudine*.

Flocci faciet] Aut, ſi vis, *æſtimabit*, nam repetendum, è ſuperioribus verbis, יעריך *jabaroch*, in pretio habebit. Sed eſt idem ſenſus.

20. *Ne anheles ad noctem*] אל תשאף הלילה *al thiſchaph hallailah*, ne anheles noctem; id eſt, ne vehementer cupias nocturnum tempus adeſſe. Vide Cap. VII, 2. Fures & latrones interdiu deliteſcentes noctem, quâ furantur ac latrocinantur, quàm primùm adeſſe cupiunt. Vide C. XXIV, 14. & ſeqq. Vetat ergo Elihuus Jobum ſimile quidquam facere, quod ſcelus erat frequens, apud Arabas.

Ut adſcendant populi è loco ſuo] לעלות עמים תחתם *lahaloth hammim thahhtham*, quod vertimus quaſi eſſet מתחתם *mitthahhtham*, è *ſub ſe*, è loco quem corpore tegunt, quique adeò ſub iis eſt; hoc eſt, è loco in quo ſunt. Frequens eſt Ellipſis particulæ מן *min*, ut docebit *Noldius*. Senſus eſt, ut è tentoriis ſuis egreſſi latrones adgrediantur ὁμοδίας; aut alius quosvis eorum injuriæ expoſitos ſpolient.

21. *Cave ne reſpicias ad iniquitatem*] Ne ei faveas, ne ejus rationem habeas. Eos enim *reſpicimus*, quibus favemus; à ceteris avertimus oculos. Vide 1. Sam. I, 10. Pſ. CII, 18.

Nam hanc prætuliſti adflictioni] כי על זה בחרת מעני *chi hal zeh bahhartha mehoni*, nam ad hanc elegiſti præ adflictione; hoc eſt, maluiſti vitio favere, quàm, dum ei adverſaris, adflictionem tibi accerſere.

22. *Deus ſublimis eſt potentiâ ſuâ*] ישגיב בכחו *jaſchgib bechohho*, extollet (nempe, ſe) potentiâ ſuâ; hoc eſt, Deus omnia, potentiâ ſuâ, longè ſuperat.

Quis inſtar ejus docet?] מי כמוהו מורה *mi chamohou moreh*. Certum eſt מורה *moreh* eſſe *docentem*, aut *doctorem*; nec minùs perſpicuum Deum eſſe ſummum hominum doctorem; qui, Ratione & Revelatione, homines quidquid eorum intereſt ſcire, docet, ita ut numquam fallat. Si tamen haberetur hîc מורא *mora*, terribilis, meliùs huic Hemiſtichio cum priore conveniret. Sed nihil mutandum, ſæpe enim hemiſtichia non ſunt usque adeò conſona.

23. *Quis inquiſivit in ejus viam*] *Quis inviſit* (פקד phakad) *ſuper eo viam ejus*; hoc eſt, quis factorum ejus rationem ab eo repetere poteſt? Nam verbum פקד inſpectionem quamdam ſignificat, quæ non fit, niſi à ſuperiore poteſtate; déque Deo hominum facta expendente, præmiisque, aut pœnis adficiente; non de hominibus,

24. Memento oportere extolli à te opus ejus, quod homines decantant. 25. Omnes hoc vident, & homo è longinquo proſpicit. 26. Deus ſublimis eſt, nec eum *penitus* novimus; numeri annorum ejus nulla eſt perveſtigatio. 27. Quando minuit guttas aquæ, ſtillant pluviam vapori ejus, 28. quam ſtillant nubes & effundunt in multos homines. 29. An etiam intelligunt dilatationes nubium, *&* fremitus tabernaculi ejus. 30. En expandit ſupra eas lucem ſuam, & radices maris tegit. 31. In illis judicat populos,

24. Tui eſt officii extollere ejus opera, ut ea homines celebrent. 25. Omnes intelligentes creaturæ ea norunt, ſed homines veluti è longinquo ea proſpiciunt. 26. At tanta eſt Dei ſublimitas, ut penitus à nobis intelligi nequeat; eáque duratio ut initio & fine careat. 27. E vaporibus tenuiſſimis terræ format nubes, 28. quæ poſtea in nubes coactæ pluviam in homines demittunt. 29. An etiam intelligunt, quâ ratione fiant nubium dilatationes, cum e ſublimi ſua ſede fulgura & tonitrua excitat. 30. Supra nubes & maria vapores ſuos adtollit. 31. Iis coercitis pœnas ſumit de hominibus, & contrà demiſſis copioſos fructus largitur. 32. Solis radios profundioribus vallibus, quibus altiores montes imminibus, in Dei acta inquirentibus, dici ſolet. Sic etiam loqui interdum ſolebant Latini, ut liquet ex hiſce verbis *Salluſtii* in 1. Epiſt. ad Cæſarem, c. 12. *Mihi pro vero conſtat, omnium mortalium vitam divino Numine inviſi; neque bonum, neque malum facinus cujusquam pro nihilo haberi; ſed ex natura diverſa præmia bonos, malósque ſequi.* Ubi vide *Get. Cortium. Symmachus* verterat ὡς ἐξετάζων, *qui expendet.*

Pravè feciſti] *Feciſti pravitatem.* Apud Hebræos, nomina, quibus habitus ſignificantur, actus etiam iis conſentaneos denotant. Sic צדקה *juſtitia*, paſſim actionem juſtam ſonat, & און *aven*, aut עולה *havelah* ſimiliáque, improba facta deſignant, non minùs ac pravas animi adfectiones.

24. *Memento extollere te* &c.] כי תשגיא *chi thaſgi*, quòd extolles; id eſt, extollere ſoles. Jobus, nempe, cum omnibus quibus Deus verus innotuit, Univerſitatem rerum laudabat.

25. *E longinquo proſpicit*] Nimirum, cœlum inſigne Dei opus & à nobis remotiſſimum.

26. *Deus ſublimis*] *En Deus ſublimis.*

Numeri annorum ejus nulla eſt &c.] מספר שניו *miſphar ſchanau.* Videtur ſubaudiendum hîc גדול *gadol*, aut רב *rab*; numerus annorum ejus magnus eſt, *aut* multus, nec ejus ulla eſt perveſtigatio; nam cùm ſit ולא חקר *velo hheker*, *& non eſt perveſtigatio*, debuit anteceſſiſſe adjectivum, ut in priore hemiſtichio.

27. *Quando minuit guttas aquæ*] כי יגרע נטפי מים *chi jegorah nitphe majim.* Niſi verbis vim inferamus, hoc vult Elihuus, quando Deus cœleſtem humorem in tenuiores guttulas ſeparat, è nubibus eam pluviam demitti; quæ vaporem, ſeu nebulam potiùs faciat, quàm imbrem.

Stillant pluviam vapori ejus] יזקו מטר לאדו *juzokkou matbar leedo.* Guttæ, nempe, tenuiſſimæ, per aërem ſparſæ, nebulam creare poſſunt, quamvis nebulæ è terra potiùs oriri videantur. אד *ed* eſſe *vaporem* liquet ex Gen. II, 6. LXX. tamen Intt. verterunt hîc: ἀριθμὸς δὲ αὐτῷ σταγόνες ὑετοῦ, καὶ ἐπιχυθήσονται ὑετῷ εἰς τὸν νεφέλην. Deteriùs etiam *Hieronymus*, qui habet: *qui auſert ſtillas pluviæ & effundit imbres ad inſtar gurgitum.*

29. *An etiam intelligunt dilatationes nubium*] אף אם יבין מפרשי עב *aph im jabin miphruſche hab.* Videtur ſubauditi אדם homo; hoc eſt, an intelligit homo, quâ ratione dilatentur nubes. Poſſit fortè intelligi dilatatio nubium, quæ, accensâ exhalatione fulmineâ, diſpelluntur.

Fremitus tabernaculi ejus] תשאות סכתו *theshouoth ſucchatho.* Videntur tonitrua deſignari. De Tentorio Dei in nubibus vide antea Cap. XXVI, 9. 2. Sam. XXII, 12. & Pſ. XVIII, 30. *En expandit*] פרש ſed figuram ש, ex ſententia *Hieronymi*, ſemper efferimus *ſchin*, pinguiore ſono. עליו *halau*, quod ſequitur, refertur ad עב hab *nubes*, quod anteceſſit.

Lucem ſuam] Sunt qui fulgura intelligunt, ſed lucem ſereniorem, quia illic nulli ſunt vapores, malim interpretari.

Radices maris tegit] שרשי הים כסה *ſchorſche hajjam chiſſeh.* Non eſt facile dictu, quinam ſint *radices maris*, & quî Deus *eas tegat.* Qui volunt fulgura penetrare fundum maris, quem *radices* ejus vocari putant, non poſſunt oſtendere, quî *fulgur* dici queat *tegere fundum maris.* Crediderim potiùs hoc dici, Deum tegere maris alveum aquâ, ut Elihuus velit, Deum terrarum orbem in ſuperioribus partibus purâ luce illuſtrare, & profundiſſima undis marinis occultare, cùm utrumque Omnipotentiam Divinam prodat. Ingens ac propè immenſa ſit oportet copia materiæ ætheree, quæ lucis vehiculum dici queat, & quæ totum globum ambit & illuſtrat; nec exigua copia eſt marinæ aquæ, quæ tam profundum & tam latè patentem alveum tegit.

31. *In illis judicat populos*] Throno in nubibus veluti poſito, quod metaphoricè de Deo dicitur, propriè de Chriſto.

Et cibum copioſum iis ſuppeditat] יתן אכל למכביר *jitthen ochel lemachbir.* Quia aqua cœleſtis è nubibus demiſſa, proventum terræ alit, qui animalium cibus eſt. Poſt מכביר *machbir* non abſurdè ſubaudit *Sebuſt. Schmidius*: לאכול *comedere.* Qui *multiplicat comedere*, eſt qui multùm comedit, adeóque hac circumloquutione ſignificatur copioſum alimentum à Deo hominibus ſuppeditari.

32. *Supra cavitates tegit lucem, eámque intercipi jubet*] על כפים כסה אור ויצו עליה במפגיע *hal chapphajim chiſſah or vajjetſau haleha bemaphgiah.* Cùm כף *chaph*, rem concavam ſignificet, unde vola manûs ſic dicta eſt, cenſui voce כפים *chapphajim* ſignificari utriusque Hemiſphærii loca cava, quibus aqua marina continetur. Suprà ea dicitur *tegere lucem*, quia profun-

pulos, & cibum copioſum *iis* ſuppeditat. 32. Supra cavitates tegit lucem, eámque intercipi jubet. 33. Adnunciat ei amicus ejus pecudes, etiam ad holocautoma.

CAPUT XXXVII.

1. ETiam ad hoc expaveſcit cor meum, atque è loco ſuo ſubſilit. 2. Audite cum tremore vocem ejus, & murmur *quod* ex ore ejus egreditur. 3. Sub omne cœlum id emittit, & lucem ſuam in extremitates terræ. 4. Poſt eum rugit tonitru, tonat

imminent, intercipit, ne ſubjectæ valles, ab hominibus cultæ, nimiùm excreſcant. 33. Ideo non deſunt hominibus pecudes, quas Deo offerant, de quibus ab amicis ſuis monentur.

PARAPHRASIS.

1. AUDITO tonitru, totus tremo & cor etiam in pectore præter modum palpitat. 2, 3. Audite; non ſine tremore; tonitru quod; ejus vocis inſtar, per terras omnes auditur. 4. Is fragor, per omnes terras, quaſi vox Dei. 5. Tonitru procul exaudiendum emittit, quod mirabile eſt;

profundiorem aquam præſertim agitatam lux non penetrat, ac proinde altâ aquâ intercipitur. Verba ultima hujus verſûs: יצו עליה מפגיע *præcipit de ea occurrenti*, quæ de mari intelligimus, quod radiis ſolaribus cavitates ejus algei illuſtraturis occurrit. Fateor anteceſſiſſe אור maſculini generis, cùm עליה *baleba*, ad fœmininum referatur, ſed fortè ſcribendum אורה, aut fortè Scriptor ſacer hanc vocem in animo habuit. Apud optimos Scriptores, ſæpe conſtructio fit πρὸς τὸ σημαινόμενον. Vertimus autem *intercipi jubet*, pro *præcipit de ea occurrenti*, quia neceſſe eſt ſenſum reddi, ubi verba non poſſunt. Senſus autem, ut videtur, eſt, Deum voluiſſe, altâ aquâ occurrente luci, hanc intercipi, ne profundiora maris penetret. Si quis meliora comminiſci queat, me ſibi adſentientem habebit, ſed nondum vidi, quod ſatisfacere poſſet.

33. *Adnunciat ei amicus ejus pecudes, etiam ad holocauſtum*] יגיד עליו רעו מקנה אף על עולה *jaggid balau rebo mikneh aph hal bolab.* Singula quidem verba non ſunt obſcura, ſed quam ſententiam juncta efficiant, & quid huc faciat ſenſus, quicumque ſit, nemo facilè dixerit. Vide ſententias Interpretum, apud *Joan. Mercerum & Seb. Schmidium*, quas quivis facilè confutare queat, ſed quibus fateor meliorem à me non poſſe tradi. Si alium librum interpretaremur, vix dubitare poſſemus; quin eſſet aliquid hìc longinquitate temporis aut corruptum, aut omiſſum, aut luxatum. Fortè poſſit quis ſuſpicari, verba hæc non eſſe Elihui, ſed Hiſtorici Sacri, qui interpellatum Elihuum narrat adventu amici nunciantis paratas eſſe victimas, quas adducere juſſus erat. Quod ſi verum eſſet, ſignis Parentheſeos eſſent claudenda.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXVII.

1. E*Tiam ad hoc*] Hoc eſt, ad memoriam tonitru, fulguris & fulminis.

2. *Audite cum tremore*] *Audiendo audite in tremore.*

Murmur ex ore ejus] והגה מפיו *vehegab mippbiv.* Cùm הגה non tantum *meditari*, ſed & *proloqui*, ſignificet; videtur hìc הגה *hegeb* eſſe *murmur*, *vox* verò clarius tonitru. Sunt tonitrua, quæ longum murmur imitantur, alia vocem. Huc facit quod gemitus & murmur columbarum verbo הגה exprimantur, ut Eſaiæ XXXVIII, 14. LIX, 11. Hinc *Aquila* vertit φθογγὴν, meliùs quàm LXX. μελέτη. Vulgatus etiam, *ſonum.*

3. *Id emittit*] ישרהו *jiſchrehou*, dirigit illud. LXX. Intt. ἀρχὴ αὐτοῦ. *Aquila*: ἐφεδρεύσεις αὐτοῦ. Vulg. *conſiderat*, quaſi à שור *ſchour* deduceretur. Omnia incommodè.

In extremitates terræ] על כנפות הארץ *hal chanphoth haarets*, ad alas terræ. Ut *alæ veſtis* ſunt ejus extrema, idem ſonant *alæ terræ.* Bene *Symmachus* ἄκρων, & Vulg. *terminos.*

4. *Majeſtatis ſuæ*] גאונו *geono*, ſublimitatis ſuæ. Abſurdè LXX. Intt. ὕβρεως αὐτοῦ. Bene *Aquila* ὑπερφερείας, & Vulg. *magnitudinis.*

Neque homines evertit] ולא יעקבם *velo jehakkebam.* Cùm nihil antea occurrat, ad quod commodè poſſit referri ſuffixum hujus verbi, ſupplevimus *homines*, quaſi eſſet יעקב בני אדם *jehakkeb bene adam.* Verbum עקב propriè eſt ſupplantare, vel pede ſuppoſito in terram dejicere; hìc *evertere* vertimus, cùm commodius nihil occurreret. LXX. Intt. οὐκ ἀνταλλάσσει αὐτούς, incommodè, nec meliùs *Symmachus*: καὶ οὐκ ἂν ἐξιχνιασθήσεται, unde Vulgatus, *& non inveſtigabitur.*

6. *Ut & imbri*] וגשם מטר *vegeſchem matar*, & imbri pluviæ, ut in verbis ſequentibus: גשם מטרות עזו *geſchem mitrath hazzo.* Volunt גשם eſſe propriè copioſiorem pluviam, מטר quamvis. Vide Levit. XXVI, 4. Sed difficile eſt de proprietate ſignificatuum, in hiſce rebus, judicare, cùm paſſim miſceantur.

Sunt ejus potentiæ] Effectus ejus potentiæ. Hinc Jerem. XIV, 22. *Suntne inter inanes Deos gentium, qui pluant?*

7. *In manu omnes homines obſignat*] יחתום *jachtbom.* Videtur reſpicere ad conſuetudinem artificum nonnullorum, qui ſigna quædam addebant operibus ſuis, è quibus colligere licebat, cujus artificis eſſent; nam poſtea ſequitur לדעת כל אנשי מעשהו *ut ſciant omnes homines opificii ejus*, nimirum, eſſe. Sed cur dicit *in manu*, potiùs quàm in fronte, aut in alia parte corporis? Iterum ad alium morem reſpicit, quo Deo cuipiam conſecrati in vola ſignis quibusdam,

nat voce majeſtatis ſuæ, neque homines evertit, cùm vox ejus auditur. 5. Tonat Deus voce ſuâ mirabiliter, magna facit, neque *ea* ſcimus. 6. Nam nivi dixit: eſto *in* terra; ut & imbri; atque imbres *ſunt* ejus potentia. 7. In manu omnes homines obſignat, ut eos omnes opus ejus *eſſe* cognoſcant. 8. Ingreditur fera in locum, unde inſidiatur, & luſtra ſua incolit. 9. A meridie venit procella, & à ſeptemtrionibus frigus. 10. Vento *ſuo* Deus creat gelu, & amplitudinem aquæ in arctum *conſtringit*. 11. Serenitas etiam amovet nubem, & nubes *viciſſim* diſſipat ejus lumen. 12. Ipſe etiam circumquaque convertit ſe, conſiliis ſuis, prout faciunt omnia quæ eis præcepit, in orbe

eſt, neque à nobis ſatis intelligitur. 6. Jubet nivem tegere terram, jubet imbres cadere. 7. Oſtendit omnes homines, quaſi in manu eos obſignaſſet, ſuos eſſe atque a ſe creatos. 8. Ingrediuntur, eo volente, feræ in luſtra, quæ colunt, & unde erumpunt, ut prædam rapiant. 9. Ab auſtro quidem veniunt plerumque majores procellæ, a Septemtrionibus vero frigus. 10. Vento frigidiore creat gelu, & tumultuantem aquam ſub glacie quietam continet. 11. Cœlum ſerenum eſſe vult, eque eo omnes nubes disjicit: quemadmodum nubes vice verſa ſerenitas cœli turbat. 12. Ipſe etiam Deus luſtrat terras, curatque ea fieri, quæ omnino exſequutioni mandari vult, per omnem terram; 13. ſive ut pœnas repetat ab hominibusdam, quæ σφραγῖδες & σφραγίσιδες dicebantur, inuſti erant. quod vetat Deus Lev. XIX, 28. ubi vide notata, & ad Apoc. XIII, 16. Vidit hæc partim *Phil. Codurcus*, durus alioquin & violentus Jobi interpres. Homines autem ſigna gerunt ſuæ originis, in corpore & mente; quorum neutrum eſt æternum, opificéque proinde indiguit, & eo quidem opifice, qui intelligentiâ ſummâ & ſapientiâ præditus eſſet. Vulgò interpretes hæc ita interpretantur, quaſi Elihuus vellet Deum pluviâ coercere homines, ne opera ruſtica aut alia faciant extra domum, quaſi manus vinctas & obſignatas haberent; quod eſt contortum & durum. Vide *Mercerum* & *Schmidium*. Neque neceſſe eſt, in hoc ſtylo, ſingula commata eſſe cum ſuperioribus & inferioribus connexa, ideóque verbis vim potiùs eſſe inferendam nos cenſere, quàm ut ſententiam interpellari & abrumpi concedamus. Verba ſunt primùm expendenda, quæ ſi, ſine vi, poſſint ſententiam cum antecedentibus & conſequentibus connexam habere, ita ſunt exponenda; ſin minus, ſeorſim [illegible]is ſuus ſenſus tribuendus. Nihil eos moramur, qui ad inaniſſimam artem, quæ χειρομαντεία dicitur, reſpici volunt.

8. *In locum unde inſidiatur*] במו ארב *bemo areb*, in inſidias. LXX. Intt. ὑπὸ τὴν σκέπην. Vulgatus: *in latibulum*. Vult Elihuus à Deo, quando ei libet, feras intra luſtra ſua coerceri. Quod volunt viri docti fieri pluviâ, propter nexum. Sed nihil opus, ut dixi, ubique eſſe nexum, nec feræ latent ἐν τῷ ארב, propter pluviam, ſed ut inde in pecudes infirmiores, aut in homines erumpant. Latibula verò, ſeu antra ſua in ſolis locis, & remotioribus cavernis habere ſolent.

Luſtra ſua incolit] ובמעונתיה תשכון *oubimmeonotheah thiſchcon*, in habitaculis ſuis habitat; hoc eſt, non graſſatur, ſi Deus nolit. Sic Samaritas novos Judææ colonos, poſtquàm legem ipſius partim obſervare cœperunt, ab incurſantibus leonibus liberavit. Vide 2. Regum XVII, 25. *& ſeqq.*

9. *A meridie venit procella*] מחדר תבוא סופה *mehheder thabo ſoupha*, è penetrali venit procella. Sequuti ſumus eos Interpretes, qui voce חדר *hheder* ſignari putant eamdem cœli plagam, quæ antea Cap. IX, 9. dicta eſt חדרי תימן *penetralia auſtri*, quòd plagæ unde venit frigus, hoc eſt, ſeptemtrionali, alia opponi nequeat præter auſtralem.

Et à Septemtrionibus frigus] וממזרים קרה *oumimmezarim karah*. Interpretes potiùs ex re ipſa, quia è Septemtrione venit frigus, quàm è certa vocis poteſtate, מזרים *mezarim* verterunt Septemtriones. Vox alibi non exſtat, nec unde deducatur liquet. Sunt qui non abſurdè velint deducendam à זרה *zarah*, diſperſit, aut à Chaldæo מזר *mzar*, ventilavit, unde venti boreales מזרים *mzarim* potuerint dici. Sed cur boreales ita dicti, potiùs quam alii, nemo dixerit; niſi fortè ſic vocati fuerint, quòd nubes disjiciant. LXX. Intt. hîc habent, aut potiùs *Theodotion*: ἐκ ταμιείων ἐπέρχονται ὀδύναι ἀπὸ τῶν ἀκρωτηρίων ψῦχος. Hieronymus: *ab interioribus egredietur tempeſtas & ab Arcturo frigus. Aquila* verterat ἀπὸ Μαζούρ.

10. *Vento ſuo Deus creat gelu*] מנשמת אל יתן קרח *minniſmath el jitthen korahh*, à ſpiritu, *aut* flatu Dei dabit gelu; hoc eſt, vento frigido gelu creat Deus.

Amplitudinem aquæ in arctum] Ex ſententia vulgi, quæ glaciem denſiorem eſſe aquâ ſtatuit; cùm contrarium certum eſſe norint rectiùs philoſophantes; quòd glacies aquâ, cui ſupernatat, ſit levior, ac proinde rarior.

11. *Serenitas etiam amovet nubem*] אף ברי יטריח עב *aph beri jatriahh hab*. Cùm בר bar, ſit non tantùm *purus*, ſed & *clarus* Cant. VI, 6. non mirum ſi ברי *bri* ſerenitas dicatur, quâ aër purus fit & luce illuſtratur. Verbum verò יטריח vertimus *amovet*, ex Arabiſmo, quia ſerenitate nubes amoventur. LXX. Intt. ἐκλεκτὸν καταπλάσσει aut καταπλήσσει νεφέλη. *Symmachus*: ἀλλὰ καὶ καρπῷ ἐπιβρίσει νεφέλη. Pro ברי legit פרי phri *fructus*. Vulgatus: *frumentum deſiderat nubes*, quia בר *bar* eſt *frumentum*. Sed hæc omnia ſenſu carent.

Nubes viciſſim diſſipat ejus lucem] יפיץ ענן אורו *japhits hanan oro*. Ex re ipſa ſic vertendum liquet.

12. *Conſiliis ejus*] בתחבולתיו *bethahhbbouloth*. Eodem ſenſu eſt Proverb. XI, 14. Vocem Hebraïcam retinuerunt LXX. Intt. *Aquila*, ἐν τῇ κυβερνήσει αὐτοῦ εἰς τὸ ἐργάζεσθαι αὐτά.

Prout faciunt] לפעלם *lphoholam*, ſecundùm facere eos; hoc eſt, prout illi faciunt. Deus, nempe,

Digitized by Google

orbe terrarum, [13]. ſive in pœnam, in terram ſuam, ſive in beneficium facit *Deus* ut inveniatur.

[14]. Aurem hiſce præbe, ô Jobe, conſiſte & Dei mirabilia intellige. [15]. An ſcis quando Deus hiſce *animum* adjicit, & ſplendere facit lucem nubis ſuæ? [16]. An ſcis de libramentis nubis, mirabilia ejus, qui ſcientiâ perfectus es? [17]. *An ſcis* quando veſtimenta tua calida *ſumturus ſis*, cùm pacarit terram à meridie? [18]. An firmas cum illo nubes, firmas tamquam ſpeculum fuſile? [19]. Fac ut ſciamus, quid ei dicere

minibus ipſi non parentibus, ſive ut præmiis eos donet, qui ei paruerunt.

14. Hæc adiende, ô Jobe, & miranda Dei conſilia quomodo exitum ſortiantur intelligito, ſi potes. 15. An ſcis cur interdum nubes omnes luce colluſtrari curet, aliaque id genus; 16. qualis eſt ſuſpenſio nubium in ſummo aëre; 17. quonam tempore auſtrales venti aerem incendant; quo tempore deſinant, ut calidiores veſtes induas? 18. An eum adjuvas in firmandis nubibus in ſummo aere, ita ut aer ſerenus ſit inſtar fuſilis metalli? 19. Nos doceto quid ei dicere queamus, neque enim

nempe, intelligitur, qui terras luſtrat, ut homines præmiis, vel pœnis adficiat, prout fecerint, aut non fecerint, quæ juſſit Lege Naturæ, aut revelatâ.

In orbe terrarum] על פני תבל ארצה *bal phne thebel artſah*, ſupra faciem orbis in terram.

13. *Sive in pœnam*] אם לשבט *im lſchebet*, ſi in virgam. Qui virgâ feriuntur, puniuntur, ideò *virga Dei*, eſt ſupplicium, quod de peccatoribus ſumit. Vide C. XXI, 9. & Prov. XXIX, 15. Bene LXX. εἰς παιδείαν. Malè *Symmachus*, εἰς φυλὴν, & Vulg. *in una tribu*.

Sive in terram ſuam] Ut res orbis terrarum, quem fecit, gubernet, prout ei videtur.

Facit ut inveniatur] ימצאהו *jomtſiehou*, facit eum invenire; hoc eſt, ut nanciſcantur homines, vel ut iis contingat; nam ſuffixum הו *hou* refertur ad תבל *orbem*, quâ voce homines ſignificantur.

15. *Quando Deus hiſce animum adjicit*] בשום אלוה עליהם *bſchoum eloah balehem*. Subaudimus, eum viris doctis, לב *leb*, cor, ſeu animum. Vide Eſai. XLI, 20, 22 & not. ad Jud. XIX, 30. ubi tamen verbum eſt in Hiphil. Deus occultè peragit quod vult, rem hominibus non animadvertentibus. LXX. Int. incommodè: οἴδαμεν ὅτι ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ ἔργα αὐτοῦ. *Symmachus*: ἄρα γνώσῃ πότε ἔταξεν ὁ Θεὸς περὶ αὐτῶν. Vulg. *numquid ſcis quando præceperit Deus fluviis?*

Splendere facit lucem nubis ſuæ] Quâ veluti vehitur, & ubi tabernaculum habet. Vide C. XXXVI, 29, 31. Sic & Deus infra Cap. XXXVIII, 1. è turbine Jobo reſpondet.

16. *An ſcis de libramentis nubium*] התדע על מפלשי עב *hathedab bal miphleſche bab*, an ſcis ſuper libramentis nubis. Hîc מפלש perinde videtur eſſe ac פלס *libra*, ut Elihuus quærat à Jobo, an ſciat quî Deus nubes veluti in paribus libræ lancibus ſuſpenſas teneat; aut idem ac libella, quâ pari circiter altitudine contineantur nubes. Sic *Ovidius* de Terra in medio Aëre ſuſpenſa, ait *ponderibus ſuis libratam*, Metamorph. L. I, 13.

Mirabilia ejus, qui ſcientiâ perfectus eſt] מפלאות תמים דעים *mphalleoth themim debim*, mirabilia perfecti ſcientiis. Eodem Epitheto ornatur à ſe ipſo Elihuus Cap. XXXVI, 4. niſi quòd eſt דעות à דעה *dabah*, hîc דעים à דע *deab*, quod tamen idem ſignificare videtur; ſed multò eminentiore ſenſu, quàm ubi de Elihuo dicitur.

17. *An ſcis*] Repetimus è ſuperiore verſu התדע *hathedab*, an ſcis, quia videtur etiamnum quærere Elihuus à Jobo rationem rei difficilioris intellectu. Sed quænam ea res ſit, non eſt facile dictu.

Quando veſtimenta tua calida &c.] אשר בגדיך חמים בהשקט ארץ מדרום *aſcher bgadecha bhammim behaſchkit erets medarom*. אשר interpretati ſumus quaſi eſſet כאשר *chaaſcher*, quomodo, ut *Symmachus*, qui habebat ἐπάν, & ſupplevimus תקח *thikkahh*, ſumturus ſis. Verba ſingula intelligimus, ſed, ſi verum amamus, quid juncta ſibi velint ignoramus. Quærentem vulgò inducunt à Jobo Elihuum, an ſciat cur veſtes caleant, cùm deſierunt flare auſtrales venti. Nec clariora habet *Seb. Schmidius*, qui ſenſum eſſe putat: num tu turbinem auſtri adducere & mox calidas tuas veſtes expandere potes, ſuper terram, poſtquàm quievit turbo, & terra ab eo pacata reddita eſt? Si quid conjecturæ dari poſſet, in tam denſis tenebris, dicerem potiùs hoc quæri à Jobo, an ſciat quando veſtibus calidis utendum erit; ſeu quando Deus, ventis auſtralibus coërcitis, boreales inducet. Scimus quidem circa hiemem hoc fieri; ſed nemo quo menſe & die futurum ſit tenet; cùm aliquando ſeriùs, aliquando citius incipiat hibernum frigus, nec ulla certa & conſtans ratio mutabilium ventorum reddi poſſit.

18. *An firmas cum illo nubes*] תרקיע עמו לשחקים *tharkiah himmo liſchhhakim*. Deeſt ה interrogativum, quod paſſim ſupplendum. Vertimus verò *firmare* verbum הרקיע *hirkiah*, ob rationes adlatas ad Gen. I, 6. Firmat nubes Deus, cùm eas comprimit, & certâ altitudine retinet, ne ad ſuperiora evagentur, & terram humore exhauriant; quæ compreſſio fit gravitate, cujus phyſica cauſa præſtantiſſimis Philoſophorum etiamnum ignota eſt. LXX. Intt. στερεώσεις μετ' αὐτοῦ εἰς παλαιώματα. *Aquila*: αὐτὸς ἐστερέωσε τὸν οὐρανὸν εἰς τροπὰς, quarum verſionum vix ulla ratio reddi queat. *Symmachus* meliùs ultimam vocem εἰς αἰθέρα, quia ſuperiores nubes, ætheri propiores, eâ voce ſignantur.

Firmas tamquam ſpeculum fuſile] חזקים כראי מוצק *hhazakim chirei moutſak*. Prima vox notiſſima eſt. ראי *rei* eſt tantùm in hoc loco, vertiturque à re ipſa *ſpeculum*, quòd in eo *videamus* ראינו faciem noſtram, & vox מוצק quæ *liquefactionem* ſonat à יצק *jatſak*, liquefacere, in eum ſignificatum conſpirat, quia ſat notum eſt Veteres metallicis ſpeculis eſſe uſos. Vide not. ad Exod. XXXVIII, 8. Nec inelegans eſt com-

cere queamus; non poſſumus ſtruere *in eum verba*, propter tenebras. 20. An narrabitur ei, cùm loquutus fuero? An dicet quispiam, poſtquàm abſorptus erit? 21. Annon vident *homines* lucem ſplendidam, quæ eſt in æthere, *cùm* ventus tranſit, eúmque purgavit? 22. Ab aquilone aurum venit, *at* in Deo terribili *eſt* majeſtas. 23. Omnipotentem non invenimus, magnus *eſt* potentiâ, judicio, & ſummâ juſtitiâ; non adfligit innocentem. 24. Propterea timent eum homines, nec reſpicit ullos eorum, qui animo *ſunt* callido.

XXIX.

enim ſcimus, propter rerum obſcuritatem. 20. An, ſi quid dixero, erit qui ad aures ejus referat? An quisquam ei retulerit quod dixi, poſtquam ipſe abſorptus fuerit? 21. Annon omnes vident ſplendidam lucem, quæ micat in æthere, poſtquàm vi venti purgatus eſt? 22. Aquilone flante, venire videtur aureus ſplendor Solis; at in Deo ipſo ea eſt majeſtas. 23. Deum omnipotentem oculis corporis videre non poſſumus, ſed ſcimus eſſe omnipotentem, ſcimus eſſe juſtiſſimum, innocentiſſimum, qui innocentibus non adverſetur. 24. Ideò colunt eum homines boni, qui eum amant, ſed averſatur homines callidiores æquo.

PARA-

comparatio ſublimis ætheris, ſeu tenuiſſimorum vaporum per eum ſparſorum, quandò cœlum ſerenum eſt cum in ſpeculo, tum in ſereniſſimo cœlo nulla macula, aut aſperitas cernatur, omniáque ſint immota ut in ſpeculo metallico. Fortè etiam additur מוצק *fuſionis*, ut ſpeculum hoc conflatum, & ſemper idem diſtinguatur à limpidæ aquæ ſpeculo, in quo vel leviſſima aura mutationem creat. De ſpeculo non cogitarunt Veteres, habent enim LXX. Int. ἰσχυραὶ ὡς ὅρασις ἐπιχύσεως, & *Aquila*, συγχύσεται ὡς ὁράσεις συγχύσεως, quaſi cœli adſpectus conferretur cum ſpecie metalli liquefacti, aut certè hemiſphærio conflato metallo conſtante. Vulgatus verò non meliùs: *qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt.* Hæc omnia nata ex opinione Veterum Græcorum, qui ſphæras cœleſtes, quas ſibi finxerant, ſolidas eſſe exiſtimabant; quam tamen etiam populorum Orientalium, tempore Jobi, fuiſſe, minimè conſtat.

19. *Fac ut ſciamus, quid ei dicere queamus*] הודיענו מה נאמר לו *hodihenou mah nomar lo*, fac nobis notum, quid dicemus illi; ſi, nempe, cum eo congredi daretur, ut tu cupis.

Non poſſumus ſtruere in eum verba] לא נערך *lo nabaroch*, non ſtruemus; nempe, verba noſtra, quaſi aciem, aut machinas in eum. Vide ſuprà C. XIII, 18. XXXIII, 5. Utrumque hujus verſûs Futurum, non pro eo quod futurum erat, ſed pro eo quod fieri poterat, ex re ipſa intelleximus; nec infrequens eſt ea Futurorum poteſtas. Vide *Indicem Pentateuchi.*

Propter tenebras] Caliginem, quâ interdum tectus dicitur Deus, propter inconſpicuam naturam, vel quia Symbolum ejus præſentiæ nubes erat caliginoſa. Vide Exod. XIX, 9. XX, 21. XXIV, 26. Alii ignorantiam humanam ſignari volunt, nec malè.

20. *An narrabitur ei* &c.] Non curabit quid dicam; neque Angeli ejus rem ei narrabunt, neque homines.

An dicet quispiam, poſtquàm &c.] Abſorbebit obloqui ei audentem, qui abſorptus non ampliùs loquetur. Vult hoc, fieri non poſſe, ut homines cum Deo diſceptent, quemadmodum Jobus cupiverat.

21. *Annon vident homines lucem ſplendidam in æthere*] ועתה לא ראו אור בהיר הוא בשחקים *veatthah lo raou or bahir hou baſſchehhakim*, & nunc non vident lucem, ſplendida illa eſt, in æthere; *aut* ſubtiliſſimis & altiſſimis nubibus. Eſt initium hoc tantùm ratiocinationis, quæ ſequente verſu abſolvitur.

22. *Ab aquilone aurum venit*] Aut venire ſolet, יאתה *jeatheh*, veniet. Aquilo, nempe, nubes fugat & aureum Solis jubar inducit. Hinc LXX. Int. νέφη χρυσαυγοῦντα, *nubes colore aureo ſplendentes.* Scio viris doctis videri hoc propriè poſſe ſumi, ſed alieniſſimo loco hîc fieret mentio auri propriè dicti, nec in Arabiam aurum è Septemtrione adlatum usquam legitur. Hæc autem eſt ſententia totius ratiocinationis, orientali more Παροιμιογραφῶν expreſſæ: quamvis in cœlo fuerint nubes, quibus intercipiebatur lux; tamen homines vident poſtea, nubibus aquilone diſcuſſis, aureum Solis jubar; at Dei ſemper tecta eſt majeſtas, ut numquam humano intellectu capi poſſit, nedum ut oculis corporeis cerni queat.

At in Deo terribili eſt majeſtas] על אלוה נורא הוד *hal elohah nora hod*, ſuper Deo terribili decus, aut majeſtas, vel ſplendor, quibus mortalium intellectus arcetur.

23. *Omnipotentem non invenimus*] *Non invenimus eum*; hoc eſt, ejus naturam & providentiam perveſtigare non poſſumus. Unde ſequitur de ejus factis non eſſe temeraria judicia ferenda. Ex iis, quæ ex Ratione & Revelatione de Deo novimus, excludamus oportet, quæ iis contraria ſunt; ſed minutatim ſingularum Dei actionum rationem fruſtra quæreremus.

Judicio & ſummâ juſtitiâ non adfligit, niſi reum] ומשפט ורב צדקה לא יענה *oumiſchphat verob tſedakah lo jehanneh*, & judicio & multitudine juſtitiæ non adfliget; hoc eſt, usque adeò juris obſervans & tantâ juſtitiâ, ut non adfligat; nempe, innocentem, צדיק. Senſus eſt: quamvis Dei naturam & adtributa penitus non norimus, attamen hoc nobis conſtet oportet, juſtiſſimum eſſe, nec innocentes ab eo opprimi. Quæ ſententia veriſſima eſt & melior iis, quæ à tribus aliis Jobi amicis dicta fuerant, qui nimis pertinaciter ſanctiſſimum virum reum agebant; nimirum, occultorum & inuſitatorum ſcelerum, quibus tantas calamitates, provocatâ Divinâ Juſtitiâ, ſibi peperiſſet. *Aquila* verba משפט & צדקה in accuſativo eſſe putavit, vertit enim, καὶ κρίσιν καὶ πλῆθος δικαιοσύνης ὁ κακουχῶν.

24. *Nec reſpicit ullum eorum, qui animo ſunt callido*] לא יראה כל חכמי לב *lo jireh chol hhach-*

me

XXIX. Deus è nube Jobum adloquitur, oſtenditque ab eo ignorari ſummam ſuam ſapientiam, in creatione terræ, meteoriſque præſertim & variis brutorum generibus elucentem; tum culpam agnoſcit Jobus.

CAPUT XXXVIII. 1. RESPONDIT verò Jehova Jobo, è turbine, & dixit: 2. Quis iſte eſt, qui conſilium verbis indoctis obſcurat? 3. Accinge nunc, viri inſtar, lumbos tuos; interrogabóque te, & me docebis. 4. Ubi eras, cùm terram fundarem? indica, ſi eruditus es, 5. qui menſuras ejus poſuerit, quoniam ſcis, aut quis ſuper ea lineam extenderit. 6. Super qua re fundamenta ejus ſunt demiſſa, quisve lapidem ejus angularem

PARAPHRASIS.

1. CUM verò deſiiſſent loqui amici Jobi, audita eſt è nube vox divina, quæ in hanc ſententiam loquuta eſt: 2. Quis vero eſt iſte, qui verbis indoctis rem claram obfuſcat? 3. Nunc te virum præſta, & iis quæ quæram reſponde, ut me doceas, quaſi ignorarem. 4. Ubi eras, cùm terræ fundamenta jacerem? dic, ſi rem noſti, 5. quis certam figuram ei dederit, quandoquidem rem noſti, aut eam lineis formam, quam habet, finiverit. 6. Quibus fundamentis nititur, & quis eam firmaverit;

me leb, non videbit omnes ſapientes corde. Quod loquendi genus in malam partem hìc ſumitur; alioqui negari non poteſt Deus ſapientium rationem habere. Poſſet & ſubaudiri לעיני *lebenau*, oculis ſuis, hoc eſt, qui ſibi ſapiunt. Sic Eſ. XLIV, 25. *ſapientes* dicuntur ironicè, qui ſapientes non erant, ſed ſibi videbantur. Vide & 1. Cor. I, 19, 20.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXVIII.

1. E *Turbine*] מן הסערה *min heſſebarah*; hoc eſt, è nube, quale cernuntur, ubi turbines ventorum ſpirant.

2. *Conſilium verbis indoctis obſcuras*] *Verbis ſine ſcientia*; hoc eſt, qui verbis inſipientibus Providentiam & Sapientiam Divinam obſcurare nititur; quod factum à Jobo fuerat, dum eas inſimularet, quòd innocens calamitatibus premeretur; cùm debuiſſet reputare, Deo eſſe ſuas rationes, eáſque graves, cur ita ſe gereret, quamvis nec ipſe Jobus, nec ejus amici eas adſequerentur.

3. *Accinge nunc, viri inſtar, lumbos tuos*] Ut ſolent pugnaturi, qui cingulo veſtes & arma coërcent. Senſus eſt: quoniam cum Deo diſceptare cupierat, cujus rei nunc poteſtas dabatur, animos colligere & totam ſuam eruditionem adhibere eum oportere, ut Deo reſponderet. Qui volunt hunc Librum eſſe Parabolam, hoc loco nituntur, aut niti poſſunt; quia, excepto Moſe, Deus neminem ita adloquutus eſt, ut palam ei reſponderet. Quod ſi reverà factum eſt, in gratiam Jobi, intelligendum erit quod de Moſe dicitur Num. XII, 7, 8. cum hac exceptione; niſi aliter viſum fuerit.

4. *Indica ſi eruditus es*] *Si noſti prudentiam*, בינה *binah*, quod ſapientiam etiam & eruditionem ſignificat.

5. *Lineam extenderit*] Metaphora ex ædificiis petita, quæ ad libellam ſtruuntur. קו *Kav* veterum LXX. Intt. σπαρτίον, *Aquila*, κανόνα, *Symmachus*, χωνίον μέτρου, quæ ſunt idem.

6. *Super qua re fundamenta ejus demiſſa ſunt*] Metaphorica hæc omnia ſunt. Intelligenda vis, quæ partes terræ circa centrum ejus continet, neve tota ejus maſſa vacillet, impedit.

7. *Stellæ matutinæ*] כוכבי בקר *chochabe bokker*, quod ſequens hemiſtichium de *filiis Dei*, hoc eſt, Angelis intelligendum oſtendit. Vide ſupra Job. I, 6. II, 1. Unà ceciniſſe Angeli dicuntur, quòd opera Dei probarent, & laudarent, eo modo quo laudare ſolent. Hinc colligunt Theologi ante Terram, certè exornatam & incolis inſtructam, creatos fuiſſe Angelos, quamvis Moſes rem reticuerit; quòd ſolam rerum conſpicuarum creationem exponeret.

8. *Cùm Deus concluſit*] *Et texit januis mare.* Perſpicuum eſt, ſignificari id quod tertio die factum eſt, cùm mare alveo ſuo eſt clauſum; quod ſtylo figurato deſcribitur, quaſi erumpens mare ex receptaculo, ut ex utero, & magno impetu delatum, valvis validæ catarrhactæ claudi debuiſſet, ne limites ſuos prætergrederetur. Non ſunt ſingula ad vivum reſecanda, ſatis eſt cohibitionem maris intra alveum ſuum ſignificari.

Cùm erumperet] בגיחו *bgibbo*. Eſt infinitivus Hiphil, cui ſæpe ה ab initio detrahitur; qui ſi ad Deum referatur, vertendum erit, *cùm illud emitteret*; ſin verò ad mare, ſubaudiendum מיו *majau*, aquas ſuas; cùm, nempe, mare aquas emiſit. Uno verbo hic expreſſimus. De hoc verbo vide not. ad Gen. II, 13.

9. *Cùm nubem ei quaſi veſtem*] *Cùm ponerem ego nubem veſtem ejus*; cùm nubibus etiamnum cinctum eſſet mare, antequàm orto Sole, ventorúmque flatibus disjicerentur.

Tenebras quaſi faſciam ejus] ערפל חתלתו *barapbel bbathullatho*. Confertur prima illa caligo, quæ ante creationem Solis terræ & mari incumbebat, (nam primigenia lux, quæ per primum terræ triduum fulſit, obſcurior erat Solari ſplendori collata) quaſi faſciis, quibus cingebantur, ut infantes primùm nati faſciis vincian-

Digitized by Google

larem poſuit; [7]. cùm unà canerent ſtellæ matutinæ & vociferarentur filii Dei? [8]. *cùm Deus* concluſit mare valvis, cùm erumperet, *&* utero egrederetur; [9]. cùm nubem ei *quaſi* veſtem circumponerem, & tenebras *quaſi* faſciam ejus. [10]. Conſtitui ei certos fines, vectéſque & valvas oppoſui. [11]. Dixi: huc usque venies, neque *ulteriùs* perges, & hic pones fluctus tuos, quando elati fuerint. [12]. An ex quo natus es, mandata dediſti *luci* matutinæ, & ſignificaſti auroræ locum ſuum; [13]. ut complectatur alis *ſuis* terram, & improbi ex ea excutiantur? [14]. Mutatur ut lutum ſigilli, ſtántque inſtar veſtimenti. [15]. Prohibetur improbis eorum lux, & brachium excelſum confringitur. [16]. Perveniſtine ad ſcaturigines maris, & in perveſtigatione abyſſum perambu-

verit; 7. cùm ſtellæ matutinæ canerent, ſimúlque Angeli lætas voces emitterent, 8. dum mare veluti aggeribus cingeret, cùm è terræ viſceribus erumperet; 9. dum ei nubes quaſi veſtem imponeret, & tenebras quaſi faſciam quà cingeretur. 10. Poſui certos fines & quaſi catarrhactis coercerem. 11. Tum vero ei poſui fines, quos perrumpere non poſſet. 12. An ex quo natus es, auroram juſſiſti ex certa parte oriri; 13. ut illuſtret terram, utque ex ea expellat fures & latrones? 14. Mutatur, me volente, ut lutum, cui imprimitur ſigillum, & inſtar veſtis manet eodem loco. 15. Improbi ejus luce abuti nequeunt, nec viribus ſuis abuti. 16. Perveniſtine umquam ad fontes aquarum maris, & abyſſos ejus luſtraſti? 17. An

vinciuntur. Hæ ſunt Orientalium παροιμιογραφῶν, ſeu τῶν משלים elegantiæ.

10. *Conſtitui ei certos fines*] אשבר עליו חקי *eſchbor balau bhukki.* חוק *bhok*, certum quiddam & fixum in conſiliis, temporibus & locis ſignificat. Hinc ὅρια verterunt Græci & Latini *terminos.* Vide not. ad Cap. XXVI, 10. אשבר *eſchbar*, quod eſt propriè *fregi*, ex re ipſa verterunt LXX *ἐθέμην poſui*, & Vulg. *circumdedi.* Videtur hæc vox adhibita, aut quia præfracta terra, vel rupes finem mari ponit; aut quia eo fine franguntur maris fluctus, qui dicuntur Pſ. XCIII, 4. משברי ים *miſchbbere jam*, fractiones maris. Hinc littus Latinis etiam dicitur *fragor fluctûs*, & *fluctifragum Lucretio* Lib. I, 306.

11. *Hic pones fluctus tuos, quando elati fuerint*] ישית בגאון גליך *jaſchith bigeon gallecha*, ponet in elatione fluctus tuos. Poſſimus non abſurdè ſuſpicari legendum hîc תשית *thaſchith*, pones. Sic eſt certè vertendum. LXX. Intt. συντριβήσεται σου τὰ κύματα. Vulgatus: *confringes tumentes fluctus tuos.*

12. *An ex quo natus es*] המימיך *hamijjamecha*, an à diebus tuis. Vulgatus: *poſt ortum tuum.*

Mandata dediſti luci matutinæ] צוית בקר *tſivvitha boker*, mandaſti manè; hoc eſt, an conſtituiſti ordinem & locum, quibus lux tenebris ſuccedere debet? Legerunt LXX. Intt. צויתי, cùm verterint ἢ ἐπὶ σοῦ συντέταχα, *an te vivo conſtitui*, incommodè.

Significaſti auroræ] Scriptum eſt ידעתה שחר pro quo legendum monemur, in margine, ידעת השחר *jidahtha haſſchahhar.* Potuiſſet hoc emendari, ſine admonitione.

13. *Ut complectatur in alis ſuis terram*] *Ut comprehendat in alis*; hoc eſt, ut totam, quà venit, terram illuſtret. Vel *ut adprehendat alas terræ*, hoc eſt, ejus extrema, ut antea vidimus.

Et improbi ex ea excutiantur] Surgente, nimirum, aurorâ, graſſatores nocturni diffugiunt. Referuntur hæc ab aliis ad matutina judicia, quibus mali de medio tollebantur. Vide Jerem. XXI, 12. & *Joan. Druſium* ad hunc locum.

14. *Mutatur ut lutum ſigilli*] התהפך כחמר חותם *thithhappech chehhomer hhotham*, mutat ſe ut lutum ſigilli. Si in tantis tenebris palpando verum invenire licet, hic ſenſus erit: terra (nam ad eam refertur verbum תתהפך fœminini generis, ut ארץ) mutationes patitur, ad homines quod adtinet, quas poſſis conferre cum mutationibus quæ fiunt in luto, aut cera, quibus litteræ obſignantur, & quibus quasvis figuras imprimere licet. Expelluntur ex ea homines mali, ut boni eorum loco ſuccedant, quaſi numquam mali fuiſſent, & viciſſim. Quod poſſimus interpretari de migrationibus populorum, quorum alii ab aliis expelluntur, ita ut externa Reipublicæ facies prorſus mutetur. Exemplum eorum temporum inſigne fuit captivitas primùm Decem Tribuum, tum etiam duarum reliquarum.

Stántque inſtar veſtimenti] ויתיצבו כמו לבוש *jithjattſebou chemo lbouſch.* Referendum hoc erit ad homines, qui veteraſcunt, inſtar veſtis, hoc eſt, quorum vita, & cetera omnia, quæ cum ea conjuncta ſunt, citò evaneſcunt. Sic Pſ. CII, 27. de cœlo & terra, hominibúsque: *Illa peribunt, at tu ſtabis; omnia illa inſtar veſtis veteraſcent; inſtar veſtis ea mutabis, & mutabuntur. Sed tu idem es, nec anni tui deſinunt.*

15. *Prohibebitur improbis eorum lux*] וימנע מרשעים אורם *jimmanah mereſchahim oram*; hoc eſt, prohibebuntur frui ſua luce, ſive rebus ſuis ſecundis frui; nam *lux* paſſim res ſecundæ, quod ſæpiùs jam obſervavimus.

Brachium excelſum confringitur] Hoc eſt, eorum vires, qui iis abutuntur in alienam perniciem, à Deo confringuntur. Ceterùm in hiſce, quæ de malis habentur, à fine verſûs 13. intelligere eſt abrumpi, in hoc ſtylo, ſeriem orationis, veluti per Parentheſin, ad quam ſeriem poſtea reditur.

16. *Perveniſtine ad ſcaturigines maris*] הבאת עד נבכי ים *habatha had nibche jam.* Vox נבכים deducitur à בכה bachah, *flevit*, ita ut verbotenus *lacrimas maris* vertendum ſit. Intelliguntur autem ſcaturigines, unde tanta aquarum copia, veluti lacrimante terrâ, collecta prodeat. Sic Cap. XXVIII, 11. *lacrimæ* dicuntur guttæ aquæ, è quarum collectione formantur rivi. Hinc LXX. Intt. habent πηγὴν θαλάσσης. *Symmachus* verterat: ἕως συνοχῆς πηγῆς, hoc eſt,

Digitized by Google

ambulaſti ? 17. An retectæ tibi ſunt portæ mortis ? An portas umbræ mortiferæ vidiſti ? 18. An conſideraſti quàm lata ſit terra ? indica, ſi totam noſti. 19. Quænam via eſt, in qua lux manet, & tenebrarum quis locus, 20. ut eas capias in finibus ſuis, útque domûs earum viam noris ? 21. Noveráſne te tum eſſe naſciturum, *quando natus es*, & numerum dierum tuorum, *qui* multi *fuerunt* ? 22. Num theſauros nivis ingreſſus es, aut theſauros grandinis vidiſti ; 23. quas in tempus anguſtiæ, in diem prælii & belli clauſas retineo ? 24. Quâ viâ dividitur lux, & ſe ſe ſpargit Eurus in terras ? 25. Quis inundationi canalem, & viam coruſcationi tonitruorum diviſit, 26. ut pluat in terra,

An noſti ubi ſint portæ loci, in quo ſunt animi mortuorum ? An tenebricoſæ illius latebræ tibi ſunt oſtenſæ ? 18. An ſcis quæ ſit terrarum amplitudo, ita ut eam alios docere poſſis ? 19. Quænam eſt via, qua lux advenit & recedit accedentibus tenebris, 20. ut poſſis eas in ſedibus ſuis deprehendere, & qua via abeunt & redeunt ? 21. An norat Mens tua, quo tempore, corpori tuo conjuncta, naſcitura eſſet ; & quamdiu in eo domicilio manſura, ubi jam per multos annos commorata eſt ? 22. Fuiſtine in iis locis aëris, in quibus nives & grandines ſervantur, 23. quas in tempora difficilia, ad prælia & bella dirimenda ſervavi ? 24. Qua via lux per omnes terras ſpargitur, & qua via Eurus eas perflet ? 25. Quis inundationi aquarum viam per aërem aperuit, iisdem-

eſt, *usque ad fauces fontis*. Fortè vocem derivavit a בוך *buch*, unde נבוך *nabouch*, implexus, intricatus. Hieronymus : *profunda maris*. Dubium non videtur, quin ſub immenſo marinum alveo erumpant multi fontes, ſed qui ubi ſint, ſoli Deo notum eſt.

17 *An retectæ tibi ſunt portæ mortis*] שערי מות *ſchahare maveth*. Videtur hoc loquendi genus depromtum ex Orientalium quorumdam opinione, qui crediderint, ut Græci, de quorum ſententia vide *Heſiodum* Theogoniæ verſ. 717. & ſeqq. locum quemdam eſſe ſubterraneum, eúmque tenebricoſum, in quo nihil vivit; cujus aditum vocabant *portas mortis* & *portas umbræ lethiferæ*, vel *ſummæ caliginis*. Hinc deſumta hæc loquendi ratio, ad ſignificandum ſtatum mortuorum, quem negat hic Deus Jobo notum fuiſſe. De voce צלמות *tſulmaveth* diximus ad Cap. X, 21. ubi vide & dicta ad verſ. 22.

18 *Quàm lata ſit terra*] *An intellexiſti usque ad latitudines terræ*, עד רחבי ארץ *bad rahbabe erets*. Eo tempore nondum Aſtronomi & Geographi terram in gradus longitudinis & latitudinis diviſerant, nec Philoſophi ad cognitionem ejus magnitudinis adſpirarant.

19. *Quænam via eſt, in qua lux manet ?*] אי זה הדרך ישכן אור *i zeh badderech jiſchcbon or*, ſuppleudum אשר & בו, ut integra loquutio ſit אשר ישכן אור בו *in qua maneat lux*. Potuit hoc duplici ſenſu quæri, primùm an ſciret utrumque hemiſphærium vicibus quotidie illuſtrari, adeò ut nox eſſet in ea parte ; quæ non illuſtrabatur eo tempore, ſed quam mox Sol eſſet illuſtraturus ; deinde quinam locus terrarum longiore nocte premeretur, qui locus eſt ſub utroque polo ; ita tamen ut vicibus intra annum, nunc borealis, nunc auſtralis polus diutiùs illuſtretur, nunc in longioribus tenebris jaceat. Quæ omnia tunc erant ignota. Vide not. ad Cap. XXVI, 10.

20. *Utque domûs earum viam noris*] Propriè ſi loquamur, neutri domus adſignari poteſt ; neutram enim, in ſuperficie certè Telluris, habitat, perpetuò enim circumactum progreditur. Sed aliter tunc ſentiebant Orientales, nec Græci ſe ſe feliciùs expediebant. Audi *Heſiodum* Theog. verſ. 747. ubi poſtquàm dixit Gigantes in Tartarum conjectos, ait Atlantem ante ejus portas ſervare domum, in ultimo Occidente,

ἵνα Νύξ τε καὶ Ἡμέρη ἀμφὶς ἰοῦσαι
Ἀλλήλας προσέειπον, ἀμειβόμεναι μέγαν οὐδὸν
Χάλκεον.

Ubi Nox & Dies circumeuntes ſe viciſſim compellabant, alternis ſubeuntes magnum limen ferreum. Sed non meliùs fuit collocata ea domus ad occaſum, quàm ad ortum, cum in neutra cœli plaga diutius morentur. Addit porrò :

ἡ μὲν ἔσω καταβήσεται, ἡ δὲ θύραζε
Ἔρχεται, οὐδέ ποτ᾽ ἀμφοτέρας δόμος ἐντὸς ἐέργει·
Ἀλλ᾽ αἰεὶ ἑτέρη γε δόμων ἔκτοσθεν ἐοῦσα,
Μίμνει τὴν αὐτῆς ὥρην ὁδοῦ, ἔστ᾽ ἂν ἵκηται·

Hæc quidem intra deſcendit, illa verò foràs it, neque unquam utramque domus intus coërcet ; ſed ſemper altera extra domum remanens exſpectat horam ejuſdem viæ, donec venerit. Multò rectiùs dixiſſet à Die fugari Noctem, quam numquam adſequi poteſt ; perpetuóque curſu, ſine loco in quo ſtent, occupari.

21. *Noveráſne* &c.] An tua Mens erat ante corpus, ut ſciret fore ut deſcenderet in corpus, eo tempore, quo natus es ? Alii interpretantur : *noſtine quæ abs te peto, eò quòd jam tum natus eras, cùm crearentur, & numerus dierum tuorum multus eſt ?*

22. *Num theſauros nivis ingreſſus es ?*] An vidiſti, quâ ratione vapores concreti nix fiant ? Idem de grandine dicendum.

23. *Quas in tempus anguſtiæ* &c.] Quaſi Deus hæc repoſita haberet veluti in armamentariis, ut exprimeret, ſi vellet homines in anguſtias conjicere, & veluti oppugnare, effuſione ſubitâ nimiæ copiæ nivis, & grandinis.

24. *Quâ viâ dividitur lux*] Vel *quænam eſt hæc via, quâ dividitur lux*. Crediderim ſignificari longorum & brevium dierum diſcrimen, quibus majore, aut minore temporis ſpatio lux hominibus dividitur. Quod mirabile erat, cùm ignota eſſet rei cauſa, antequam inventa eſſet Zodiaci obliquitas, quam Thaletis eſſe inventum narrant. Vide *Diogenis Laërtii* interpretes ad ejus vitam, §. 23.

Se ſe ſpargit Eurus in terras] יפץ קדים עלי ארץ, *japhets kadim hale arets*. Hîc τῷ *Hiphil* eſſe vim reciprocam, quemadmodum τῷ *Hithpaël*, malim dicere, quàm paſſivè ſumere. Poſſit ſubaudiri רוחו *rouhho*, ut dicatur Eurus *ſpiritum*

terra, *in qua* nemo *eſt*, in ſolitudinem ubi nullus homo *habitat*; 27. ita ut *cœleſti aquâ* ſolitudo & eremus latientur, & germinet gramen erumpens. 28. An eſt pater pluviæ? quænam eſt quæ roris guttas peperit? 29. E cujus utero egreſſum eſt gelu, & pruinam cœli quis genuit? 30. Lapidis inſtar aqua indureſcit & ſuperficies abyſſi concreſcit. 31. An vincies delicias Chimæ, an quæ Cheſilem trahunt ſolves? 32. Num educes Mazzarothas tempore ſuo, & Hajiſam ad filios ejus duces? 33. Sciſne leges cœli, an ejus in terram dominium inſtituiſti? 34. An adtolles ad nubem vocem tuam, ut pluviæ copia tegat te? 35. An emittes fulgura, *eáque*, *te jubente*, ibunt, tibique dicent: adſumus? 36. Quis poſuit in renibus ſapientiam, aut quis dedit cordi prudentiam? 37. Quis

demque locis Fulgura, Tonitrua & Fulmina adtribuit? 26. Quo factum eſt, ut irrigua fit etiam terra incolis deſtituta, 27. ita ut cœleſti non careat ſolitudo gramine. 28. Quis autem eſt pater & auctor imbus pluviæ? quænam potentia eſt, quæ roris guttas peperit? 29. E cujus utero prodiit gelu, aut quis genuit pruinam? 30. Unde fit ut aqua æſtate fluida, tempore hiberno lapidis duritiem contrahat, & ſuperficie glaciali mare tegit? 31. An vincies delicias Chimæ? an quæ Cheſilem trahunt, ſolves? 32. An emittes Mazzarothas earum tempore, & Hajiſam ad ſuos filios duces? 33. An leges ſtellarum circa terram, earumque vim inſtituiſti? 34. An potes jubere nubes coire in unum locum, ut tibi copioſam pluviam ſuppeditent? 35. An fulgura, tonitrua & fulmina, audito tuo imperio, tibi parebunt? 36. Qui factum eſt, ut quædam partes corporis ſint, aut credantur eſſe ſedes ſapientiæ,

ritum aut *flatum* in terras emittere. Illis temporibus tantum aberat ut ſcirent inconſtantium ventorum rationem, quam etiamnum ignoramus, ut ne conſtantium quidem tenerent. Sed *Kadim* קדים quemvis ventum ſignificare videatur; nominata, ut fit, unâ ſpecie, omnium loco.

25. *Quis imbri lationi canalem* &c.] מי פלג לשטף תעלה *mi phileg leſcheteph theallah*. Quærit Deus, quis ita pluviam dirigat, ut interdum cultis locis ſiccis relictis, inundet deſerta; quod nemo, etiam hodie, dixerit, niſi ad Divinam Providentiam contingat. Agi autem hic de imbre ſequens verſus oſtendit; qui in locis calidis urceatim, ut ſic loquar, non guttatim cadit, quaſi aquæductu effunderetur; nec ſine tonitru & fulgure.

27. *Solitudo & eremus*] שואה ומשואה *ſchoah, oumeſchoah*. Vide ad Cap. XXX, 3. & Sophon. II, 15.

Germinet gramen erumpens] *Et ad faciendum germinare egreſſum herbæ*; hoc eſt, quomodo herba germinet atque erumpat è terra.

28. *An eſt pater pluviæ* &c.] Hoc eſt, qua de cauſa non tantùm pluvia cadit, ſed hoc tempore, potius quàm alio? Quod nemo dixerit, cùm rationem inconſtantium ventorum, qui pluvias creant, ignoremus.

29. *E cujus utero* &c.] Non eſt hoc intelligendum tam de re ipſa, quàm de ratione, cur eo modo, eóque tempore aqua in glaciem concreſcat; pendent enim hæc quoque ab inconſtantia ventorum, cujus ratio ignota eſt.

31. *Delicias Chimæ*] מעדנות כימה *mahadannoth Chimæ*, quod quid ſit ignoramus. Vulg. Int. Hyadas verterat C. IX, 8. nec ſcio cur hîc *micantes ſtellas Pleiadas* vertat. Eadem inconſtantia LXX. Int. ibi verterunt ἀρκτοῦρον, hîc δεσμὸν Πλειάδος. Unde ſatis liquet eos neſciviſſe, quid hæc verba ſignificarent.

Cheſilum] כסיל *cheſil*. Sic vertit Vulgatus C. IX, 8. hîc verò *gyrum Arcturi*. LXX. Intt. ibi ἕσπερον, hîc φραγμὸν Ὠρίωνος: Quæ ſatis oſtendunt vocis poteſtatem eos fugiſſe.

32. *Mazzarothas*] מזרות *mazzaroth*, quo nomine Planetas adficiunt Rabbini. Vide *Joan. Buxtorfii* Lexicon Thalmudicum.

Hajiſam] עיש *hajiſch*, ſcribitur Cap. IX. עש *haſch*, ubi vide dicta.

33. *Sciſne leges cœli*] חקות שמים *hhakkoth ſchamajim*; hoc eſt, leges motuum corporum cœleſtium, ſeu verorum, ſeu qui videntur tantùm. Hinc Græci artem, quæ eas tradit, Ἀστρονομίαν vocarunt. Eo tempore, multùm aberant ab eruditione aſtronomica hodierna; attamen ſi hodie phænomena meliùs novimus, eorum primas cauſas & rationes non magis adſequimur, quam Veteres.

An ejus in terram dominium inſtituiſti] אם תשים משטרו בארץ *im thaſchim miſchtaro baarets*. Hinc nonnulli effluvia Aſtrorum quorumvis in Tellurem & Aſtrologiam Apoteleſmaticam firmari poſſe putant. Sed cum hæc ſint inania Chaldæorum figmenta, ut peritioribus omnibus convenit; ſatis eſt intelligere *dominium* Solis & Lunæ, quorum prior calore ſuo omnia vegetat, poſterior æſtum maris motu ſuo creat, quocumque modo res fiat. Vide Gen. I, 16. & ſeqq.

34. *An adtolles ad nubem* &c.] An imperare potes nubi, ut in pluviam denſetur, atque in agros tuos cadat?

36. *Quis poſuit in renibus ſapientiam*] מי שת בטחות חכמה *mi ſchath battouhhoth hhochmah*. *Sam. Bochartus* Hierozoïci P. 2. Lib. I. c. 16. hunc locum feliciter interpretatus eſt. Obſervat *cor & renes* conjungi in Scriptura, quaſi cogitationum ſedes, ut Pſ. XX, 10. XXVI, 2. LXXIII, 21. Proverb. XXIII, 15. 16. & alibi. Non crediderim tamen *cor & renes* propriè habita ſedes mentis, ſed iis nominibus intima viſcera ſignificari, inter quæ latere mentem putabant. Addit idem vir ſummus, cùm renes vulgò כליות *chlajoth*, *cor* verò לב *leb* dicantur, utriſque hîc inditum nomen aliud, idque magis poëticum; & *renes* quidem טחות *touhhoth* dici hîc & Pſalm. LI, 8. à verbo טוח *touahh*, quod *illinere* eſt & *obducere*, quia renes ſunt adipe illiſi. Sed & hoc viderat *Joan. Druſius*. Mirè hic verterunt LXX. Intt. τίς δὲ ἔδωκε γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν; quaſi legiſſent, ut quidem putat *Bochartus*, בטוות *betouvoth*, in nutricibus. Meliùs Hieronymus: *quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam?*

37. Quis ſcienter nubes numerabit, aut utres cœli *certis locis* reclinatos reponet? 38. *An adfuiſti*, cùm conflaret *Deus* pulverem in maſſam ſolidam, & glebæ *ſibi invicem* adhærerent?

39. An venari potes Leænæ prædam, & Leunculorum adpetentiam explere, 40. cùm inclinati ſunt in luſtris & jacent in dumis, inſidiarum causâ? 41. Quis parat Corvo eſcam, cùm pulli ejus Deum invocant, quando errant ſine cibo?

39. An

riæ, quales ſunt renes & cor, ut vulgò putatis? 37. Quis veſtrùm numerare queat nubes, quæ ſunt veluti utres, quibus pluvia in vos demittitur? 38. An aderas cùm Deus conflaret pulverem, quo Terra conſtat, ita ut maſſam ſolidam conficere poſſet, quâ omnia corpora conſtant?

39. An potes venari prædam, quâ Leænam atque ejus catulos alas, 40. dum in luſtris, aut dumis latent, ut tranſeuntes pecudes faciliùs inveniant? 41. Quis parat Corvis eſcam, quâ indigent, cùm eorum pulli crocitant, haud aliter ac ſi à Deo flagitarent neceſſarium victum?

PARA-

Cordi prudentiam] לשכוי בינה *laſchechvi binah*. Idem, poſt Chaldæum Paraphraſten cor, שכוי dictum cenſet à שכה *ſchachah*, cogitavit, imaginatus eſt: unde etiam שכיות *ſchechijoth*, ſunt *picturæ* & *imagines* Eſai. II, 16. & משכיות לבב *maſchchijoth lebab*, imaginationes cordis Pſ. LXXIII, 7. & במשכיתו *bmaſchchitho*, in imaginatione ejus. Quod comprobatum eſt ab eruditiſſimis Judæorum. Tum confutat eorum ſententiam qui שכוי *ſchachvi*, gallum ſilveſtrem eſſe putarunt. LXX. Intt. verterunt ἢ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην, quod legerint, ut putat, לשכות *liſchchoth*, ad pingendum. Eum vide. Hieronymus: *quis dedit gallo intelligentiam*? Neſcio cur *Symmachus* vertiſſet ἢ τίς ἔδωκε μεμορφωμένῳ ἔννοιαν, niſi fortè voce שכוי intellexerit hominem, qui imaginoſum patiebatur.

37. *Quis ſcienter nubes numerabit*] *Quis numerabit* שחקים *ſchehhakim*, propriè nubes ſuperiores, ſed omnes hîc videntur ſignificari. *Scienter* vertimus בחכמה *behhochmah*, quia non tam *peritiam*, quàm *ſapientiam*, ſignificat.

Aut utres cœli certis locis reclinatos reponet] נבלי שמים מי ישכיב *nible ſchamajim mi jaſchchib*, utres cœli quis faciet cubare? *Utres*, nempe, *cœli* vocantur figuratè nubes, è quibus pluvia effunditur. LXX. Intt. οὐρανὸν δὲ εἰς γῆν ἔκλινε, nullâ fermè ratione verborum habitâ. Vulgatus: *concentum cœli quis dormire faciet*, quaſi נבלי eſſet *nablia*, inſtrumentum muſicum. Sed hoc durum & abſurdum. Sequutus eſt *Symmachum*, qui habebat: ὄργανα οὐρανοῦ τίς κοιμίσει;

38. *An adfuiſti*] Debuit hoc, aut ſimile quiddam ſuppleri.

Cùm conflaret pulverem in maſſam ſolidam] בצקת עפר למוצק *batſeketh haphar lammoutſak*. צקת eſt infinitivus verbi יצק *jatſak* liquefecit & מוצק *moutſak*, maſſa liquefacta, quod vel Lexica docebunt. Sed quid hæc ſibi hîc velint, non ita liquet. Omiſſis duris aut frigidis conjecturis, crediderim ſignificari hîc ipſius terræ globi compactionem, quæ ita eſt à Deo facta, ut videatur pulverem in unam maſſam ſolidam conflaſſe, quandoquidem partes arctè cohærent, & ſemper eodem ſitu maneat.

Glebæ ſibi invicem adhærerent] ורגבים ידבקו *ourregabim jedubbakou*. Vi gravitatis, undecumque oriatur, partes omnes ſibi invicem adhæſerunt & in unam maſſam coaluerunt. Cujus rei rationes ne nunc quidem intelligimus, ita ut maximum potentiæ divinæ ſpecimen haberi poſſit. LXX. Intt. hunc locum verterunt: Κέχυται δὲ ὥσπερ γῆ κονία, κεκόλληκα δὲ αὐτὸν ὥσπερ λίθῳ κύβον, ut eſt in Cod. Romano; ut verò in Alexandrino, ὥσπερ γῆς κονία κεκόλληκα &c. κύβον λίθοις. Hæc neque Hebræis conveniunt, neque commodum ſenſum ullum pariunt. Meliùs Hieronymus: *quando fundebatur pulvis in terra, & glebæ compingebantur*?

39. *An venari potes* &c.] An potes ſuppeditare victum leænæ. De voce לביא *labi* vide *Sam. Bochartum*, de nominibus Leonis Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 1.

Adpetentiam explere] חית כפירים תמלא *hhajath chephirim themalle*, vitam catulorum explebis חיה hîc ſumitur pro נפש *nephesch*, quod interdum *adpetentiam* ſignificat. Vide ad Cap. XXXIII, 20.

40. *Jacent in dumis*] ישבו בסכה *jaſchebou baſſucchah*. Eſt locus tectus dumis, in quo latent feræ. Vide Pſ. X, 9. Jerem. XXV, 38.

Inſidiarum causâ] למו ארב *lemo oreb*, eis inſidiæ, vel unde inſidiantur.

41. *Quis parat corvo eſcam* &c.] Curam corvorum, quam gerit Providentia, egregiè illuſtravit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. II. c. 11. integro, ad quod Lectorem amandamus.

Cùm pulli ejus Deum invocant] Vide Pſalm. CXLVII, 9. & Luc. XII, 24. אל אל ישועו *el el jeſchavvehou*, vociferantur ad Deum; crocitationibus ſuis. Non eſt propterea hic locus in allegoriam convertendus, ut fecerunt *Hilarius* & *Auguſtinus*; quia Corvi, rationis & cognitionis Dei prorſus expertes, non poſſunt ad Dei opem confugere, cùm eſuriunt. Hæc eſt loquutio figurata, quâ ſignificantur importunæ corvorum crocitationes, quaſi à Deo cibum peterent, cùm eſuriunt. Vide *Bochartum*.

COM-

1. AN noſti quo tempore pariant Ibices, Cervarúmque conceptum obſervaſti? 2. An numeraſti menſes, *quos* implent, & tempus noſti, quo pariunt? 3. Incurvantur, fœtus ſuos pariunt, dolores ſuos emittunt, 4. convaleſcunt earum catuli, creſcunt in agro, exeunt, nec ad eas revertuntur. CAPUT XXXIX.

5. Quis dimiſit Onagrum liberum, Aſinique ſilveſtris vincula quis ſolvit? 6. Cui adſignavit ſolitudinem *pro* domo, & pro habitatione ſalſuginem. 7. Ridet tumultum urbis, clamores exactoris non audit. 8. Quod abundat in montibus eſt pabulum ejus, & ſectatur quidquid viret.

An

PARAPHRASIS.

1. AN noſti quo tempore pariant Ibices, aut quo tempore concipiant Cervæ? 2. Sciſne quot menſibus uterum gerant, & pariant? 3. Pariunt, non ſine magnis doloribus; eorum catuli, 4. quando adoleverunt, matres fugiunt & ſibi victum quærunt.

5. Quis Onagro vagandi libertatem conceſſit, ita ut nullis vinculis coërceri poſſit, 6. ſed vagetur in ſolitudinibus & ſalſilaginibus. 7. Non curat ſtabula, quibus coërcentur aſini domeſtici, neque urbium tumultus, neque vinculis coërcetur. 8. Pabulum, quo abundant montes, ſectatur, & quidquid in iis viret.

9. An

COMMENTARIUS
In CAPUT XXXIX.

1. QUo tempore pariant Ibices] יעלי סלע *jabale ſelah*. Sunt Ibices, ſic dicti, quod in arduas petras adſcendant, ut idem multis oſtendit Hierozoïci P. I. Lib. III. c. 23.

3. *Fœtus ſuos pariunt*] ילדיהן תפלחנה *jaldeben thephallabhnah*. Negat *Bochartus* Lib. III. c. 17. ejusdem partis Hierozoïci, facile dictu eſſe quid ſit תפלחנה, niſi dicamus idem eſſe quod תפלטנה *pariunt*, ut ſit Hheth pro Teth, quæ tamen litteræ nullo modo ſunt permutabiles, & fatetur ſibi aquam hærere, dum meliora ſuccurrant. Sed quid vetat פלח *phalaoh*, quod eſt *findere & diſſecare* in Kal, ſignificare in Pihel *per fiſſuram emittere*? Sanè פליחה *phalibhah*, apud Arabes eſt *rima*, & *ventris ſolutio*, *ſtercoris egeſtio*, quæ ſit per rimam.

Dolores ſuos emittunt] Hoc eſt, fœtus non ſine dolore pariunt.

4. *Convaleſcunt earum catuli*] יחלמו בניהם *jahhlemou benebem*. Rectè obſervat *Bochartus*, verbum hoc ex Syriſmo ductum eſſe, in quo tamen non *valere*, ut ait, ſed *convaleſcere*, hoc eſt, vires adquirere, poſt debilitatem, vel morbum, ſignificat. Quod & alii viderant, de quibus adi *Thom. Gatakerum* Adverſ. Lib. II, c. 10.

Creſcunt in agro] ירבו בבר *jirbou babbar*. Cùm vox בר *bar* tam *agrum*, quam *triticum* ſignificet, meritò priorem ſignificatum præfert *Bochartus*, quia hinnuli non aluntur tritico, quippe qui in deſertis degunt, & in locis ab omni cultu remotis; adde & primùm lacte matrum ali. Attamen cùm בבר aut [illegible], apud Chaldæos, idem ſit, ac apud Hebræos בחוץ *foris*, aut *forâs*, ait, ſi per Maſſorethas liceret, ſe hunc locum verſurum: *creſcunt*, *foras exeunt*, *neque ad eos revertuntur*. Nec ſanè intercedo.

5. *Quis dimiſit Onagrum liberum?*] מי שלח פרא חפשי *mi ſchillahh phre hhopſchi*; hoc eſt, quis illi tantam libertatem conceſſit, ut ſolus in deſertis agat, nec in ſervitutem ab hominibus redactus ſit, ut tauri, aſini & equi. De hac fera copioſiſſimè egit *Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. III. c. 16.

Aſinique ſilveſtris] ערוד *barod*, quod eſt idem ac פרא, ut rectè vir ſummus. Hinc LXX. Intt. pro hoc nomine, habent *ἀυτῦ*, & Vulgatus *ejus*, quòd non ſuppeteret aliud nomen, præter *Onagri*.

6. *Adſignavi ſolitudinem pro domo*] *Cujus poſui ſolitudinem* (ערבה haraba) *domum ejus*. Deſerta quàm maximè eum ſectari oſtendit *Bochartus*, quem vide.

Salſuginem] מלחה *mlebhab*. Sic vocatur terra ſalſa, quæ deſerta eſt, quia ſterilis; qualem deſcribit *Pet. Belonius* Obſervat. Lib. II. c. 57. in itinere à Mari Erythræo Jeroſolimam verſùs: *licèt*, inquit, *ſatis maturè ad duodecim fontes perveniſſemus*, *illic tamen ſubſtitimus. Horum aqua admodum ſalſa eſt & amara*, *ferúntque duodecim illos fontes eſſe*, *quorum in Bibliis ſit mentio*, *nam Moſis fontes adhuc vocantur. Solo ſterili*, *arenoſo*, *nitroſóque*, *in ampliſſima planitie*, *ſiti ſunt.* Iisdem in tractibus, ut habet c. LXXVIII. vidit *planitiem nitro omninò obſitam*, *in quo equi & cameli pedum veſtigia imprimebant. Atque initio*, inquit, *propter ſplendorem*, *Solem eſſe arbitrabamur*, *nec facilè agnoviſſemus*, *niſi antea Cairi fuiſſet conſpectum.* Hinc מלחה pro terra inculta Pſalm. CVII, 34. Jerem. XVII, 6. Sed & alia, hac de re, habet *Sam. Bochartus*, eodem Capite.

7. *Ridet tumultum urbis*] Aut *turbam*, nam eſt המון *hamon*, quod tam *turbam* hominum, quàm *tumultum* ſonat. Figura eſt Orientalis, quâ ſignificatur omnem hominum frequentiam fugere; quia quæ fugimus *ridemus*, aut ſpernimus.

Clamores exactoris non audit] Eſt vox נוגש *nogeſcb*, quæ tributorum & operum exactorem ſignificat. Hoc pertinet ad libertatem à Creatore conceſſam huic Animali; quia pars libertatis, inter homines, non exigua eſt, nec tributum, nec operam cuiquam debere.

8. *Quod abundat in montibus*] יתור הרים *jethour barim*, abundantia montium. LXX. Intt. *κατασκέψεται ſpeculabitur*, quia תור eſt *ſpeculari*, quaſi legendum eſſet יתור. Sic & Vulgatus: *Circumſpiciet montes paſcua ſua:* Chaldæus

יאלל

9. An volet Oryx tibi ſervire, an pernoctabit ad tuum præſepe? 10. An ligabis Orygem ad ſulcum, fune ſuo? an occabit convalles poſt te? 11. Num ei confides, quia magnum eſt robur ejus, eique laborem tuum permittes? 12. An illi fides, quòd vecturus ſit ſementem tuam, & in aream tuam collecturus?

13. Ala

9. An Oryx hominibus ſervire ſuſtinet, atque ad eorum præſepia pernoctat? 10. Nun poteſt vinculis retineri, nec in agricultura hominibus u-ſui eſſe; 11. neque, quia eſt magnis viribus præditus, ullum laborem ſubire; 12. nec eo uſurus es ad vehendam ſementem tuam in aream.

13. Alæ

יאלל *jeallel*, explorabit. Meliùs ſanè ſic legeretur, quàm יָתוּר, nam durum eſt herbam vocari *perveſtigationem*, aut *explorationem* montium, ut vulgò Recentiores putant. Nos verò vertimus *quod abundat*, quia, apud Syros & Chaldæos, verbum יתר jathar *abundare* ſignificat. Sic & apud Hebræos יתר *jether* eſt quod *reliquum eſt*, quod *copiam* quamdam rei eſſe ſtatuit, imò & magnitudo, excellentia Gen. XLIX, 3. Optimè autem gramen abundantia montium dicitur, in quorum aviis convallibus ſemper eſt copia graminis, quando in planitie deeſt, unde *æſtivi ſaltus* ea loca Latinis dicuntur, quia æſtate illuc abiguntur pecudes, & Græcis θερινὰ ἄλση. Eſt autem יָתוּר ut יָרוֹק, יָתוֹם & ſimilia.

Sectatur quidquid viret] אחר כל ירוק ידרוש *abhar chol jarok jidroſch*, poſt omne virens quæret. *Oppianus* de Onagro Cynag. Lib. III, 189. Χιλὸν ἔδει, φέρβει μιν ἄδην πολυτρόφος αἶα. *Pabulum edit, abundè eum nutrit herbida terra.*

9. *An volet Oryx*] רים *rem*, aut ראם *reem*, quo nomine non *Unicornu*, vel *Urum*, ſed *Capream* bicornem, aut *Orygem* ſignificari oſtendit copioſiſſimè *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 27. qui adiri poterit.

An pernoctabit &c.] Inſtar bovis domiti, cùm capreæ ſilveſtres & montanæ feræ domari nequeant. Quò pertinent & ſequentia.

13. *Ala Struthionis fœminæ*] כנף רננים *chenaph renanim*. Probavit *Sam. Bochartus*, quoad quidem talia probare licet, רננים *renanim* dici Struthiones fœminas, Hieroz. P. 2. Lib. II. c. 16. ſingulàque, quæ hîc de ea habentur, eis aptavit.

Agitatur] נעלסה *nehelaſa*, quod verti ſolet *exſultat*. Vertimus *agitatur*, nullam enim exſultationis vel lætitiæ habent indicium alæ, præter agitationem.

Sed an eſt valida ala pia & avolat?] אם אברה חסידה ונצה *im ebrah hhaſida venotſah*. Primùm dicemus quid ſentiamus, de his verbis, tum *Bocharti* ſententiam expendemus. Ante omnia, ſingulas voces propriâ ſignificatione intelligimus; ex qua ſi ſenſus commodus emergat, non eſt ſine dubio cur ab ea recedamus. אם *im* vertimus *an*, quæ eſt ejus poteſtas, cùm ubique, tum præſertim in libro Jobi. אברה *ebrah* putamus *validam* eſſe *alam*, cum Lexicographis, propter affinitatem quam habet cum אביר *abbir*, validus. חסידה *hhaſidah* eſt pia, hoc eſt, benefica, & quidem in pullos, unde Ciconia *pietaticultrix* vocatur חסידה, quod egregiè oſtendit *Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. II. c. 29. Idem etiam probavit ib. c. XV. Struthionem maſculum תחמס *thahhmas*, hoc eſt, *injurium*, atque *impium* vocari, ob rationem contrariam. נצה *notſah* denique eſt *avolans*, participium præſens fœminini generis, Conjugationis Kal, à נצה *volavit*, *avolavit*. Jam ſi ponamus agi de Struthione, quod ſequentia oſtendunt, ſenſus eſt perſpicuus; ſtruthionem, nempe, lætum in modum alas agitare, ſed alam ejus non eſſe piam erga pullos, cùm, poſitis à compare ovis, avolet. In negationem, ut paſſim fit, convertitur hîc interrogatio.

Ad *Bocharti* interpretationem ut veniamus, ſic ad verbum locum hunc reddit: *ala ſtruthionum exſultat, verè ala ciconia & pluma*; id eſt, quæ verè ala eſt, & pluma, qualis in ciconia. Tum verba ſic interpretatur, ut אם *im*, quod eſt plerumque *ſi*, vel *an*, vertat *verè*, ex auctoritate *Kimchii*, ita ut ſit particula adfirmantis, tamquam ſit ab אָמֵן, deficiente *Nun*, ut in אמת *emeth* ab אמנת *emeneth*. De Etymologia vocis non facilè adſentior, ſed ſignificatum vocis adfirmantem interdum eſſe facilè concedam, quod & *Chriſt. Noldius* ad partic. ſignif. V. oſtendit, quamvis de exemplis omnibus mihi cum iis non conveniat. Secundo loco, אברה חסידה eſt, ex ſententia *Bocharti*, pro אברת חסידה, hoc eſt, ſtatus abſolutus pro conſtructo, cujus exempla plura, nec dubia, profert. Eam Enallagen conſtructionis, per Ellipſin exponit *Kimchius*, ita ut plena hîc loquutio eſſet: אברה אברת חסידה *ebrah ebrath hhaſidah*, *ala, ala*, nempe, *ciconiæ*. Nec negare velim ſic interdum rem habere, quamvis non dubitem, quin multa librariorum peccata, in Enallagas ſint à Grammaticis mutata. Sed certè non eſt ad Enallagen confugiendum, ubi nihil opus eſt, quemadmodum hoc loco; cujus, ſine ejuſmodi figura grammatica, optimus eſt ſenſus. Huc accedit quòd additio ונצה *venotſah* ſit parum elegans; ſatis enim eſſet dicere; *eſt ala ciconia*, ſine additione *& pluma*, quid eſt enim *ala* præter plumas, ſi veſpertilionum & volucrum piſcium alas exceperis? Neſcio an ſenſerit vir ſummus dura hæc eſſe, certè, ut veluti emolliret loquutionem, ſubdit poſſe etiam ſubaudiri *Chaph* ſimilitudinis, perinde ac ſi ſcriptum eſſet אברה כחסידה *ebrah chehhaſidah*, ala ſicut ciconiæ. Solet ſanè τὸ *Chaph* paſſim ſubaudiri, ut oſtendit pluribus exemplis, ſed quæ huic non ſunt ſimilia. Sic Gen. XLIX, 9. *Catulus leonis Juda* eſt idem ac, *ſicut catulus leonis eſt Juda*, & 14. Iſſaſchar *aſinus robuſtus* pro *ſicut aſinus robuſtus*. Sed hîc pariter oporteret eſſe *ala ala ciconia*, pro, *ala eſt ſicut ala ciconia*; alioqui אברה כחסידה eſſet, *ala ſicut ciconia*, non *ſicut ciconiæ*, & ונצה *venotſah* deberet etiam poſteriorem vocem antecedere. Quæ omnia oſtendunt durum atque inconcinnum loquendi genus à *Bocharto* huc induci; eóque faciliora ſunt intellectu, quòd ſine ulla vi adhibita omnia poſſint, etiam ex ejus ſenten-

[13]. Ala Struthionis fœminæ agitatur; *ſed* an *eſt* valida ala pia & avolat, ut ala ciconiæ & pluma? [14]. Nam relinquit in terra ova ſua, & in pulvere calefiunt. [15]. Obliviſcitur fore ut pes illa comprimat, & agreſtis fera conterat. [16]. Duriter habet pullos ſuos, *quaſi* ipſius non eſſent; fruſtra eſt ejus labor & ſine timore. [17]. Quia priva-

13. Alæ Struthionis fœminæ vehementer agitantur; ſed non ſunt piæ alæ illæ validæ, quæ avolant, 14. & ſinunt ova in arena, ubi calefiunt atque excluduntur. 15. Obliviſcitur ova humi depoſita, ferarum pedibus frangi poſſe. 16. Male habet pullos ſuos, quaſi eſſent alieni, & labor

ſententia commodiſſimè exponi, ut videbimus in ſequentibus.

Vir doctiſſimus quærenti quid ſibi velint hæc *verè ala & pluma*, reſpondet Struthionem avem eſſe non avem, quæ in multis ad Quadrupedis naturam accedit, ut docet *Ariſtoteles* Lib. IV. de Partibus, ſub finem: *Non eſſe quadrupedem*, ait, *ſuadet, quod pennas habet; nec eſſe avem, quod non volat in ſublime, nec pennas ad volatum commodas, ſed piloſas habet. —— Ut avis inferiora habet, plumis operta; & bipes eſt, ut avis; ſed biſulcus, ut quadrupes; neque habet digitos, ſed biſulcam ungulam* &c. Sed an talia doceri debuerunt Arabes, quibus notiſſima erat avis? At ſi quæras cur dicantur pennæ iis eſſe inſtar Ciconiæ, reſpondet *Bochartus* utriſque eſſe pennas nigras & albas, quod probat; quamvis de colore agi nullo indicio liqueat, & pennarum forma ſit diſtinctiſſima; nam ciconiarum alæ & pennæ ſunt aptiſſimæ ad volandum, etiam in ſumma parte aëris, quod non poſſunt præſtare ſtruthionibus ſuæ alæ.

Eò ergo non eſt confugiendum, ſed tantùm obſervandum hîc ſtruthioni negari ineſſe חסד *kheſed*, pietatem erga pullos, quæ ineſt Ciconiis; adeò ut Struthio, his in verbis, Ciconiis potius opponatur, quàm conferatur.

14. *Nam relinquit in terra ova ſua*] כי תעזב לארץ ביציה *chi thahazob laarets betſeba*; nam, *vel* quia relinquit terræ ova ſua. *Bochartus* vult כי verti *ſed*, verùm nihil opus eſt à nativa ejus particulæ ſignificatione abire, cùm ratio reddatur ſuperiorum verborum. Cur enim Struthio habet *impiam alam? quia*, nimirum, *relinquit in terra ova ſua* &c. Obſervat idem eſſe hîc Enallagen numeri in verbo תעזב *thahazob*, cùm anteceſſerit pluralis יענים *jehenim*; ſed frequentiſſimam eſſe ejuſmodi Enallagen, quod verum eſt, ut paſſim notavimus ad hunc librum. Crediderim tamen antea dictum יענים pro בת יענים *bath jehenim*, hoc eſt, *filia ſtruthionum*, frequenter enim dicitur בת יענה in ſingulari, ut oſtendit *Bochartus*; in quo loquendi genere plurali etiam utuntur Hebræi, ut cùm dicunt *aſellum filium Aſinarum*, Zachar. IX, 9. Commodè etiam refertur perſona verbi fœminina ad בת, quamvis non negem referri poſſe & ad רננים, quia, terminatione licèt maſculinâ, eſt fœminini generis. Cur autem Struthio dicatur terræ relinquere ova ſua, docet *Ælianus* Hiſt. Animal. Lib. XIV, c. 7. jam à *Bocharto* laudatus, ſed à nobis non omittendus, ne quid neceſſarium ad intelligendum hunc locum hîc deſit. Καλιὰς ἐργάζεται ταπεινὴν, ἐν τῷ δαπέδῳ, τὴν ψάμμον διαγλύψασα τοῖς ποσί. καὶ τὸ μὲν μεσαίτατον αὐτῆς κοῖλόν ἐστι, τὰ χείλη δὲ τὰ κύκλῳ ὑψηλὰ ἐργάζεται, ἀποτειχίζουσα τρόπον τινὰ, ἵνα τὸ ἐκ Διὸς ὕδωρ ἀποκλείῃ τὰ χείλη, καὶ μὴ εἰσρέῃ τῇ καλιᾷ καὶ ἐπικλύζῃ τοὺς στρουθοὺς τοὺς νεοττοὺς ὄντας ἁπαλούς: *nidum facit humilem, in ſolo, arenâ pedibus effoſſâ; & media quidem pars ejus eſt cava, labia verò circumquaque alta facit, muris aliquomodo cingens, ut labia excludant aquam pluviam, néve influat in nidum, & inundet pullos ſtruthionis, cum etiamnum ſunt teneri.* Interim ſæpe fit ut ea ova à feris conculcentur, & disjiciantur, abſente, aut fugiente matre; quò reſpiciunt hæc Dei verba. Id verò non tam facilè fieret, ſi in editiore loco, aut virgultis tecto & munito eſſent ova. Vide locum *Leonis Africani* à *Lud. Cappello* ad hunc locum citatum, in notis Criticis.

Calefiunt] תחמם *thehhammem*, calefit, nempe, unumquodque eorum. Quæ matris curâ incubari debuerant, calore pulveris corrumpuntur. Poſſis etiam vertere *calefieri ſinit*, ut referatur ad matrem, ut LXX. Int. θάλψει.

15. *Obliviſcitur fore ut pes illa comprimat*] ותשכח כי רגל תזוריה *vattiſchcabh chi regel thezoureha*. Habent LXX. Int. σκορπιεῖ, & Chaldæus etiam *diſpergat ea*. Sed *Hieronymus* rectiùs *conculcet*, nam, ut optimè vir magnus, תזור *thazour* eſt à זור zour, *comprimere*, non à זרה *zarah*, ſpargere. *Obliviſcitur* autem hîc perinde eſt ac, *non reputat* ova ſua humi relicta facilè poſſe à feris pedibus conculcari & frangi.

Conterat] תדושה *thdouſcha*. *Trituret*, trituratio verò fiebat contritâ glumâ.

16. *Duriter habet pullos ſuos*] הקשיח בניה *hiſchkiahh baneha*. Verbum hoc hîc tantum exſtat & Eſai. LXIII, 17. Sed eſt in Arabica Lingua uſitatius, in qua קשח *kaſahha* ſignificat rigidum & prædurum eſſe, ita ut adſpiratio ſignificationem intendat, ut auctor eſt *Bochartus*, qui & huc pertinere obſervat verba Jerem. IV, 3. *Filia populi mei crudelis eſt, ut ſtruthiones* (כיענים) *in deſerto*. Eſt autem hîc maſculinum הקשיח *hikſchiahh* pro תקשיחה *thakſchihhah* fœminino, nam fœminina verba anteceſſerunt, & ſequuntur ejuſdem generis ſuffixa; quæ Enallage frequens, ubi de animalibus ſermo eſt. Vide Exod. VIII, 6. Eſa. XIV, 11. Sed quis nobis præſtabit primitus ſcriptum non fuiſſe תקשיח *thakſchiahh*, & figuras paſſim non eſſe menda, præſertim cùm litterarum figuræ non ſint diſſimiles? Ceterùm hîc caſtigandus *Ælianus*, cui ſtruthus dicitur ἐρῶσα τῶν νεοττῶν ἰσχυρῶς καὶ διψῶσα αὐτῶν τῆς συνουσίας, & τηκομένη ὑπὸ τοῦ ἱμέρου καὶ οἰστρουμένη, ſtudio, nempe, redeundi ad pullos. Quod habet Lib. XIV. c. 7. antea jam laudato.

Quaſi ipſius non eſſent] ללא לה *lelo lah*. Vide Cap. XXVI, 2.

Fruſtra eſt ejus labor] לריק יגיעה *lrik jegihah*. Quia ova ejus conculcantur & franguntur à feris.

privavit eam Deus ſapientia, nec prudentiam ei eſt impertitus. [18]. Quo tempore ſe ſe in altum extollit, equum & ſeſſorem ejus ridet.

[19]. An equo fortitudinem dediſti? an collum ejus jubâ veſtiviſti? [20]. An feciſti ut moveretur inſtar locuſtæ? Terrori eſt vehementia hinnitûs ejus. [21]. fodit in valle, viribus

bor ejus inanis, ut ſine timore. 17. Majorem prudentiam ei non conceſſit Deus. 18. Sed cum ſe ſe in altum ſuſtulit, nec equos, nec equites multùm timet.

19. An equum fortitudine donaſti? an jubâ collum ejus ornaſti? 20. An ei dediſti ut, licet magno corpore præditus, locuſtæ propemodum inſtar, ſalire poſſit. Terrorem creat aliis animalibus, vel ſolo

Et ſine timore] בלי פחד *bli phachad*; non timet ſuis ovis, quaſi nihil iis nocere poſſet; ac proinde nihil proſpicit, quò ea ſervet illæſa atque incolumia.

17. *Privavit eam Deus ſapientia*] השה אלוה חכמה, *fecit eam oblivisci Deus ſapientiæ*; hoc eſt, nullam ei conceſſit ejuſmodi ſapientiam, quam cernere eſt in aliis animalibus; quæ fœtuum ſuorum eam curam gerunt, ut ab omnibus incommodis tutos præſtent; præſertim inter Aves, quæ ſummâ arte nidos conſtruunt, & pullis ſuis provident. Cujus rei multa protulit exempla *Plutarchus* in Libris quibus titulum fecit, *terreſtriáne, an aquatilia animalia ſint prudentiora, & bruta animalia ratione uti*, ne alios memorem. Ideò de Brutis hoc judicium fert *Ælianus*, Hiſt. Animalium Lib. XI. c. 31. Ἴδιον δὲ ἄρα τῶν ζώων ϗ ἐκεῖνο ἀγαθόν· πρόνοιαν αὐτῶν ϗ οἱ Θεοὶ ποιοῦνται, ϗ οὔτε αὐτῶν καταφρονοῦσι, οὐδὲ μὴν ὀλιγώρως ἔχουσιν· εἰ γὰρ ϗ ἀμοιρεῖ λόγου, ἀλλὰ γοῦν συνέσεως ϗ τῆς καθ᾽ ἑαυτὰ σοφίας οὐκ ἔστιν ἀτυχῆ. *Proprium verò certè animalium & hoc bonum. Curam eorum & Dii gerunt, neque ea contemnunt, neque ea negligunt. Licèt enim Rationis expertia ſint, prudentia tamen & ratione iis conveniente non deſtituuntur.* Nec tamen hoc obſtat, quo minus alia aliis ſollertiora ſint, ut quædam inſipientia, præ aliis, videantur; quemadmodum hîc Struthio.

18. *Quo tempore ſe ſe in altum extollit*] כעת במרום תמריא *chebeth bammarom thamri*. *Quo tempore* præſtat cum ſequentibus conjungere; quàm vertere *quando tempus eſt*; ut rectè judicavit *Bochartus*, qui & exempla profert, quæ frequentia ſunt. Verbum מרא *mara*, hoc tantùm loco, legitur; quod factum putat *Bochartus* ex ראם, tranſpoſitis litteris, quod idem ac רום *roum*, altum eſſe. Sed res ipſa oſtendit eſſe hîc ſe ſe adtollere, erigere; unde LXX. Int. ὑψώσει, & Hieronymus: *alas erigit*. Verùm non volat, ſed corpus & collum erigit, alisque extendit, quibus utitur inſtar veli; ac tantâ celeritate fugit, ut vix capi poſſit; quod exemplis & teſtimoniis multis Veterum probat *Bochartus* Capp. XVI. & XVII. quæ non exſcribam. Unius *Plinii* verba ſubjiciam è Lib. X. c. 1. *Sequitur natura avium, quorum grandiſſimi & penè beſtiarum generis ſtruthiocameli, Africi, vel Æthiopici, altitudinem equitis inſidentis equo excedunt, celeritatem vincunt, ad hoc demum datis pennis, ut currentem adjuvent, cetera non ſunt volucres, nec à terra tolluntur.*

Equum & ſeſſorem ejus ridet] Quod eos celeritate vincant, ut ex *Plinio* vidimus, uſque ex aliis etiam probat *Bochartus*. Addemus tamen hîc Struthionis deſcriptionem, quam habet *Thevenotius* Orient. Itineris P. I. Lib. II. c. 25. „ Norunt omnes, *inquit*, quæ ſit forma Struthionum, qui habent collum & caput & gibbum in dorſo, ut cameli, quibuſcum multa iis ſunt communia, quamobrem à Turcis vocantur *Devé couſch*, hoc eſt, avis Camelus. Incedunt ſemper numero pari, bini, aut quaterni. Ova eorum ſunt permagna, quippe quæ æquant majora Citrea mala. Semper pariunt marem & fœminam. Celeriùs currunt, quàm equi, ſed citiùs defatigantur, & currentes jaciunt lapides qui iis occurrunt, in eos qui perſequuntur, tantâ vi, ut ſi hominem ferirent, graviter eum adfligerent. Vidi unum, qui calce ita Moloſſum feriit, ut in dorſum converſum ſtraverit. Qui Struthionem capere volunt; in eum immittunt equitem Arabem; qui lentè primùm eum ſequitur, dum Struthio fugit pariter lento paſſu, ſed paullatim fatigatur: Poſt duas aut tres horas celeriùs eques currit; cùm verò laſſum eſſe animadvertit, concitat equum, & Struthionem adſequutus occidit. Tum Arabes infra guttur eum vulnerant, collúmque infra vulnus vinciunt, & tres aut quatuor viri arreptum concutiunt, quaſi utrem abluere vellent. Deinde ſatis concuſſum ſolvunt; & per vulnus erumpit *Mantega*, aut butyri quoddam genus, tantâ copiâ, ut interdum viginti libras pendeat; tota enim animalis caro eâ concuſſione diſſolvitur; ut nihil præter cutem & oſſa ſuperſit. Ea *Mantega* gratiſſimus eſt cibus, ſed alvum graviter movet": Quod ſibi ab Afris adſeverantet narratum ait *Thevenotius*.

19. *An equo fortitudinem dediſti* &c.] Hunc etiam locum adcuratè & copiosè interpretatus eſt idem *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib II. c. 8; à quo pauca decerpemus, plura deſideraturis ad eum amandatis.

An collum ejus jubâ veſtiviſti] התלביש צוארו רעמה *hathalbiſch tſavaro rahmah*. Nihil hîc negotium faceſſit, præter poſtremum verbum, quod derivant à רעם *rehem*, tonitru; unde vertunt, qui eum ſignificatum aliquo modo retinendum cenſent, *induiſti collum ejus tonitru*; vel *hinnitu*, vel *fremitu*. Sed non tantùm dura, verùm etiam abſurda eſt metaphora, ſi dicas *collum induere tonitru*, pro eo quod eſt *hinnitum dare*. Aliæ interpretationes, quæ neque ſignificationis vocis, neque rei rationem ullam habent, minùs dignæ ſunt quæ audiantur. Itaque cum *Arnold Bootio* Anim. Sacr. Lib. III. c. 6. & *Bocharto* vertimus *jubam*, quâ ſolâ poteſt dici *collum veſtiri*. Hoc quidem uno loco occurrit ea vox, hoc ſenſu, ſed res ipſa eum efflagitat, &, ut poſterior animadvertit, רעם, apud Syros, ſignificat non tantùm

viribus ſuis lætatur, & obviam it armis. 22. Ridet pavorem, nec conſternatur, aut retrocedit metu gladii. 23. In eum *fruſtra* ſtridet pharetra, *micátque* fulgor haſtæ & clypei. 24. Motu & agitatione vorat terram, neque firmus ſtat, cùm tubæ ſonitum *audit*. 25. Ad tubæ *clangorem* dicit: euax; & procul prælium ſentit, *è* tonitru ducum & clamore *militum*.

26. An

ſolo hinnitu. 21. Poſtquam in valle unguibus fodit, quaſi viribus ſuis lætaretur & ſuperbiret, obvius armato it, ſine metu. 22. Impavide fertur in hoſtem, armatum licet, neque gladii metu fugari poteſt. 23. Fruſtra ſtrident ſagittæ, micántque haſtæ & gladii. 24. Tanta velocitate decurrit, ut campum vorare videatur. 25. Stare loco neſcit, cum clangorem tubæ audit, hinnit; prælium, quam-

tùm *tonare*, ſed & *altum eſſe*, unde dici potuit juba רעמה *rahamah*, quod ſuperiorem equi partem occupet. Juba ſane inter potiſſima equi ornamenta eſt; ut omnes norunt, quod & locis Veterum illuſtravit vir doctiſſimus, quem lectores adibunt.

20. *Feciſti ut moveretur inſtar locuſtæ*] התרעישנו כארבה *hatharhiſchennou chaarbeh*. Locuſtæ, nimirum, motus eſt ſaltus, & ſaltu etiam eſt inſignis equus. Quod oſtenderunt & multis illuſtrarunt viri docti, a nobis memorati, quibus adſentimur. Res eſt notior, quam ut probari neceſſe habeat.

Terrori eſt vehementia hinnitûs ejus] הוד נחרו אימה *hod naharo emah*. Prima vox הוד *hod*, *decus*, *dignitatem* aut *majeſtatem* plerumque quidem ſignificat; ſed & de *vigore* & *robore* uſurpatur, ut putant, Dan. X, 8. Proverb. V, 9. ut conferatur cum Proverb. XXXI, 3. imò etiam de vocis magnitudine Eſai. XXX, 30. qui ſignificatus huc maximè facit. Nam ſecunda vox נחר *nahar* hîc, ubi de equo ſermo eſt, idem eſt ac נחרה *naharah*, Jerem. VIII, 16. ubi נחרת סוסיו eſt *fremitus equorum ejus*, nec differunt hæ voces, niſi quod altera maſculini, altera fœminini generis ſit. Tertium denique vocabulum, quod hîc legimus, אימה *emah*, ſine dubio *terrorem* ſonat. Senſus ergo erit, bellatoris equi hinnitum terrori eſſe, quod ingenti numero teſtimoniorum illuſtrat *Bochartus*, qui ſimul alias interpretationes multis confutat.

21. *Fodit in valle*] יחפרו בעמק *jahhpherou behemek*, fodiunt in valle, quia non de uno, ſed de toto genere equorum ſermo eſt. Cujus Enallages paſſim exempla notavimus, in hoc libro. Nemo neſcit generoſiores equos pedibus ſæpe ſolum percutere, ac velut *fodere*, præſertim ubi uno loco diutius retinentur; cujus rei exempla pleno modio admenſus eſt vir ſummus.

Viribus ſuis lætatur] ישיש בכח *jaſchiſch bechoahh*. Vult idem poſſe etiam verti hæc verba *dotibus ſuis exſultat*, quia כח ſic ſumitur Dan. I, 4. Sed nihil opus eſt, nam rectius inducitur equus viribus ſuis fretus *lætari*, inſtante prælio. שיש eſt propriè vehementiùs lætari, ſed non *ſubſultare*, aut *exſultare*, ut exempla ubique obvia docebunt.

Obviam it armis] יצא לקראת נשק *jetſe likraath hanneſchek*. Quod expreſſit *Virgilius* Georg. III, 83.

— *ſi qua ſonum procul arma dedere,*
Stare loco neſcit.

Sed verbotenus *Oppianus* Cyneg. Lib. I, 204. ὅπλοις ἀντιάαν vocavit.

22. *Ridet pavorem*] Non curat, contemnit; quod loquendi genus ſæpiùs occurrit in hoc libro Cap. XXXIX, 10, 21. XLI, 20.

Metu gladii] מפני חרב *mippheue hhereb*, à facie gladii, hoc eſt, ante gladium, vel propter gladium, vel metu gladii.

23. *In eum fruſtra ſtridet pharetra*] עליו תרנה אשפה *halau thirne aſchphah*. Subaudiendum *fruſtra* לשוא *leſchav*, & pro *pharetra* intelligendæ ſagittæ ex ea depromtæ.

Micátque fulgor haſtæ & clypei] להב חנית וכידון *lahab hhanith vechidon*, flamma haſtæ & clypei. Primum omnium להב *lahab* eſt *flamma*, deinde tralaticio ſignificatu *ſplendor* armorum, ut Nahum III, 3. *flamma* להב *gladii & fulgur haſtæ*; quæ poſtea pro ferro fulgente, ſeu lamina ſplendente gladii & haſtæ ſumta ſunt; ut Jud. III, 22. 1. Sam. XVII, 7. Hic verò ſupplendum *micátque*, ויאיר *vejair*; nimirum, fruſtra; quod ſupplevimus in antecedentibus; nam non ſtridet cuſpis haſtæ, ſed haſtile ipſum, ſeu lignum, quando magno impetu aërem ſecat, & tremulo ſuo motu agitat. Quod exemplis illuſtrat *Bochartus*. Denique כידון *chidon* vertimus *clypeum*; contra ejus ſententiam, cujus rationes diximus ad Joſ. VIII, 18. & 1. Sam. XVII, 6. Sunt qui velint להב eſſe verbum, quod *micare* ſonet; nec res eſt abſurda, ſed legendum eſſet in futuro ילהב *jilhab*, aut *jelaheb*, præfigendúmque Vau וילהב, ut verbo antecedenti תרנה *thirneh* congrueret & connecteretur. Quæ tamen emendatio nimis audax haberi non poſſet, quamquam nihil hîc moveri velimus. Suppleri verò, ex re ipſa, aliquid paſſim debere oſtendunt omnes Interpretes, & nos non rarò monuimus. Vide verſum 25. in quo ſubauditur verbum *audit*, ex re ipſa. Ceterùm indicium eſt fortitudinis equi, non tantùm armorum ſonitu non terreri; ſed etiam, fulgore in oculos incidente, non perturbari; quod equis ſæpe contingit, ut licet experiri reflexis ope ſpeculi in eorum oculos ſolaribus radiis. Exemplum habet *Bochartus* è *Statii* Thebaïde Lib. IX, 802. ubi *ferri lumine diro Turbatus ſonipes ſe ſe dominúmque retorſit in latus.*

24. *Motu & agitatione vorat terram*] ברעש ורגז יגמא ארץ *berahaſch verogez jigamme arets*. Motum & agitationem hîc intelligi oportere monet *Bochartus*, non quibus movetur equus, ſed quibus movetur & quatitur terra, ſub equi currentis pedibus. Sanè hæc ipſa nomina adhibentur Pſalm. LXXVII, 19. & Eſaiæ XIV, 16. de Terræ motu, & *terra* ſæpe dicitur à Poëtis *quati* & *quaſſari* pedibus equorum, ut exemplis ab eodem adlatis liquet. Attamen cùm non quaſſetur terra ſine motu equi, neſcio

annon

26. An ſapientiâ tuâ plumeſcit accipiter, ſuáſque alas auſtrum versùs extendit?

27. An ad mandatum tuum ſe ſe effert Aquila, & nidum ſuum altè collocat? 28. In rupe habitat & in acumine ſcopuli, tamquam in arce, degit. 29. Inde rimatur cibum, oculique ejus procul deſpiciunt. 30. Pulli ejus ſorbent ſanguinem; & ubi ſunt cæſi, ibi & ille eſt.

31. Præterea Jobum adloquutus eſt Jehova & dixit: 32. An contendere cum Omnipotente eruditio eſt? An reſpondebit Deus homini, qui eum caſtigat?

33. Repoſuit verò Jobus Jehovæ, his verbis: 34. En *homo* ſum nihili, quid tibi reſponderem? Manum meam ori meo oppoſui. 35. Semel loquutus ſum, ſed non reſpondebo; aut iterum, ſed non pergam.

XXX.

quamvis procul commiſſum intelligit, auditis Ducum adhortationibus, & militum clamoribus.

26. An ſapientia tuâ fit ut Accipiter pennas, quæ exciderunt, recuperet, atque alas denuo exponat ventis?

27. An, te jubente, altè volat Aquila, & nidum in altiſſimis locis conſtruit? 28. In rupibus & eminentibus ſcopulis, quaſi in arcibus, habitat. 29. Inde proſpicit prædam, & quidem procul remotam, quæ eſt visûs ejus præſtantia. 30. Pulli ejus adlatæ ſanguinem ſorbent, & ubi ſunt cadavera, ibi etiam eſt.

31. Præterea Creator omnium Jobum ſic adloquutus eſt: 32. Eſtne eruditi viri verbis contumelioſis Providentiam Divinam adgredi? an Divinæ Majeſtatis eſt, quidquam reponere homini, qui eam caſtigare auſit?

33. Jobus vero exprobratione eâ percuſſus, en, inquit, 34. ſum homo nullius pretii, auderémne quidquam tibi, ô Deus, exprobrare? Manum labiis admovi, 35. ſemel atque iterum auſus ſum tibi obloqui, ſed non pergam.

PARA-

annon ad curſum ejus hîc reſpiciatur. At pulcrè oſtendit vir doctiſſimus, in Lingua Arabica, hoc loquendi genus *vorare terram* uſurpari de equo celeriter currente, & qui à Latinis Poëtis dicitur etiam *carpere prata*, *conſumere & rapere campum*. Verbum גמא *ſorbere*, *deglutire* conſtanter ſignificat, poſſitque equus metaphoricè dici *deglutire terram* eodem ſenſu. Sed *Bochartum* ipſum vide; qui refutat *Bootium* contendentem, præter uſum Linguæ, verti poſſe *fodere terram*; quod de equo antea dictum eſt, nec repeti oportet.

Neque firmus ſtat] לא יאמין *lo jeemin*, quod quidem verti ſolet *non credet*; cui tamen ſignificatui cùm hîc locus eſſe nequeat, ut oſtendit *Bochartus*, meritò videtur confugere ad alium, quo ſumitur in *Niphal*, in qua conjugatione eſt *firmum eſſe*, *permanere*. Attamen non crediderim Cap. XV, 31. אל יאמן *al jaamen* eſſe *non ſtabilis erit*. Pulcrè illuſtratur hic locus, verbis Virgilianis, jam adlatis:

—— *tum ſi qua ſonum procul arma dedere,*
Stare loco neſcit.

Cùm tubæ ſonitum audit] כי קול שופר *chi kol ſchophar*. Subanditur ישמע *jiſchmah*, audit. Talis ellipſis eſt, in antecedente verſu.

25. *Ad tubæ clangorem*] בדי שופר *bde ſchophar*. די eſt additio ſyllabica. Vide *Chr. Noldium* ad בדי *bde*.

Euax] האח *heahh*, quæ interjectio eſt geſtientis, de qua pluribus *Bochartus*, ut & *Noldius*.

Procul prælium ſentit] מרחוק יריח מלחמה *merahhok jariahh milhhamah*, è longinquo odoratur prælium. Sed perinde eſt, nam odoratus eſt ſenſus, & Latinè loquenti *ſentit* mollius eſt; hoc eſt, animadvertit prælium commiſſum, quamvis acies nondum videat.

E tonitru ducum & clamore militum] רעם שרים ותרועה *raham ſcharim outhrouha*. Videtur מ omiſſum eſſe ante vocem רעם & in fine ſupplendum *militum*. *Tonitru* eſt imperium Ducum, quo quaſi tonitru terrentur hoſtes. Sic *Virgilius* Georg. IV, 562.

—— *dum Cæſar ad altum*
Fulminat Euphratem bello.

26. *Plumeſcit accipiter*] יאבר נץ *jaaber nets*. נץ *nets* eſſe Accipitrem oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. II. c. 19. ubi יאבר *jaaber* obſervat eſſe futurum *Hiphil*, ductum ab אבר, vel אברה, *penna*, aut *ala*. Cùm pennæ defluant Accipitri, non poteſt venationi operam dare, donec iterum creverint; quam in rem poſtea inventa ſunt ab hominibus remedia, quorum nonnulla habet *Demetrius* in *Hieracoſophio*, à *Nicol. Rigaltio* edito Lutetiæ MDCXII. Sed fortè ea remedia tempore Jobi nondum erant inventa; & inventa licèt nihil prodeſſent, niſi pennarum radices à natura corpori Accipitris implantatæ eſſent, unde repullulaſcunt. Vide *Bochartum* loco laudato.

27. *An ad mandatum tuum ſe ſe effert Aquila*] אם על פיך יגביה נשר *im hal phicha jagbiah naſcher*. Subaudiendum כנפותיו *chnaphothaiu*, alas ſuas, aut quid ſimile. Hunc locum interpretatus eſt, & pluribus illuſtravit *Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. I. c. 2: quem adire licebit.

28. *In cacumine ſcopuli, tamquam in arce*] על שן סלע ומצודה *hal ſchen ſelah oumtſoudah*, in dente petræ & munitionis. Τὸ שן non refertur ad מצודה, ſed tantùm ad סלע, eóque ſignificatur cacumen acutæ rupis. Ideóque vertimus Latinè *tamquam in arce*. Notum eſt Aquilas in præruptis rupibus nidificari, quod teſtimoniis Veterum illuſtrat vir doctiſſimus.

29. *Inde rimatur cibum* &c.] Nam Aquila acutè videt & procul, quod omnes teſtantur.

30. *Ubi ſunt cæſi, ibi & ille eſt*] ובאשר חללים שם הוא *oubaaſcher hhalalim ſcham hou*. Hæc, ut obſervat *Bochartus*, propriè pertinent ad Percnopterum, aut Gypæetum, degeneris Aquilæ genus, vulturinâ ſpecie, *quæ ſola aquilarum exanima fert corpora*, ut ait *Plinius*. Eò reſpexit Chriſtus Matth. XXIV, 28. & Luc. XVII, 37. videtúrque in proverbium abiiſſe.

31. *Præterea Jobum adloquutus eſt Jehova*] Verba hæc ſunt Hiſtorici, nam Jobus & amici nuſquam

XXX. *Deus Jobum caſtigat, commemoratâ potentiâ ſuâ, quæ elucet cùm aliis, tum etiam creatione Hippopotami & Crocodili, quos deſcribit.*

1. RESPONDIT *rurſus* Jehova Jobo è turbine, his verbis: 2. Accinge, inſtar viri, lumbos tuos, téque interrogabo & me docebis? 3. An etiamnum judicium meum irritum facies, an me damnabis, ut innocens ſis? 4. Eſtne tibi brachium, quale Deo? An voce, quemadmodum ille, tonas? 5. Celſitudine nunc & ſublimitate orna te, majeſtate & decore induitor. 6. Diſperge iræ tuæ fervorem, vide omnem ſuperbum, eúmque humilem reddito. 7. Circumſpice cunctos elati ſpiritûs homines, eóſque deprimito, & improbos omnes in locis ſuis conterito. 8. Abſconde eos ſimul in pulvere, eorúmque ora in abdito obliga. 9. Tum verò tibi fatebor, etiam ego, te tuâ dextrâ liberatum fuiſſe. CAPUT XL.

10. En

PARAPHRASIS.

1. ADORESSUS eſt rurſus Deus Jobum, & in hanc ſententiam caſtigavit: 2. Forti animo eſto, nam te interrogare ſtatui, ut me doceas quæ neſcio. 3. An te decet conſilium meum velle irritum facere, ut innocens videaris? 4. Eſtne tibi eadem potentia ac Deo? poteſne inſtar ejus tonitrua excitare? 5. Nunc te gloria & majeſtate ornato. 6. Oſtende nunc indignationem tuam, nec diſſimula quidquam; ſed omnes ſuperbos in ordinem cogito. 7. Elatioris ſpiritûs homines circumſpicito, eóſque ad modeſtiam adducito, & improbos omnes, ubicumque ſint, contritos conculcato, 8. & cùm eos in humum adflixeris, tum iis ſilentium impoſito. 9. Quod ubi feceris, etiam ego te tuâ ipſius potentiâ ad priſtinum ſtatum revocatum eſſe fatebor.

10. Vi-

nuſquam eo nomine Deum vocant, quippe Arabes, apud quos non erat in uſu; aut homines, qui inſtar Arabum loquentes inducuntur, ſi hic liber ſit Drama.

32. *Eruditio eſt*] יסור *jiſſor*; hoc eſt, factum hominis eruditi.

An reſpondebit Deus] Hoc eſt, an neceſſe habet Deus ejuſmodi homini reſpondere? Sanè qui vel ex operibus naturæ ſapientiam divinam ſuâ infinito majorem non intelligit; ac proinde in iis quæ facit Deus non adquieſcit, dignus non eſt, quem ullâ revelatione ampliùs dignetur. Attamen Deus, mirâ quadam συγκαταβάσει inducitur Jobum arguens. Quod ſi hæc, in Parabolæ ἀνταποδόσει, (ſi modò eſt Parabola) intelligantur de piis Judæis in captivitatem, unà cum malis abductis, déque pravis judiciis aliorum, qui bonis eadem ſcelera objiciebant, quæ ab improbis Judæis admiſſa, ſed falsò; ſenſus erit ejuſmodi objectionibus utentes indiguos fuiſſe, qui à Deo ipſo acciperent, per Prophetas, cur ſe ita cum bonis gereret; nam ſat magna Deus exhibuerat ſapientiæ ſuæ indicia, vel in creationis operibus, ut omnes judicare poſſent, Deum ſapienter ſe gerere, quamvis rationes ejus Providentiæ ſemper reddi non poſſent, ab hominibus.

34. *Homo ſum nihili*] קלותי *kallothi*. קל *kal* eſt vilis & abjectus, unde verbum deductum ſignificat, talem fieri, aut ut talem ſe gerere. LXX. Interp. οὐδὲν ὤν. *Aquila*: ἰδοὺ ἐλαφρύνθην, & *Symmachus*, ἰδοὺ κάρφος ἐποίησα.

COMMENTARIUS
In CAPUT XL.

3. AN *etiamnum judicium meum irritum facies?*] האף תפר משפטי *haaph thapher miſchphati*. Irritum Dei judicium facit, quod quidem in ſe eſt, qui id reprehendit; cùm dignum eſſe, quod revocetur, pronunciat. *Symmachus*: μήτι παραινορύσης (l. παρακορύσεις) τὴν κρίσιν μου; ἄδικον ποιήσεις με ἵνα δικαιωθῆς;

An me damnabis, ut innocens ſis?] תרשיעני למען תצדק *tharſchibeni lemahan thitsdak*; hoc eſt, ut innocens videaris, oportétne me à te reum agi?

4. *Eſtne tibi brachium* &c.] Deus rationem facti ſui reddens non inducitur, quod eſſet aliquo modo [illegible] τὸ κράτος, ſed potentiam ſuam extollit præ humana; quæ ei collata nulla prorſus eſt; unde ſequitur homines reverenter de Deo loqui oportere; cùm non ſolùm ſapientiſſimum, ſed etiam potentiſſimum eſſe conſtet.

5. *Celſitudine nunc* &c.] Hæ ſunt Sarcaſtica, quibus Deus docens inducitur hominem, ſi ſe pluris quàm Deum faciat, majoris potentiæ ſpecimen edere oportere, & malos omnes, quorum res ſecundas Divinæ Providentiæ objicit, de medio tollere; quod ſupra humanas vires eſt poſitum.

6. *Iræ tuæ fervorem*] עברות אפך *hebroth appbecha*, fervores iræ tuæ; hoc eſt, qui prætergrediuntur (עברו) limites ſolitos, ut fervens liquor exundat ſupra vaſis labia.

In locis ſuis] תחתם *thahhtham*, ſub te; ne eos te effugere ſinito, ſed ſingulos in ſedibus ſuis opprimito.

8. *Abſconde eos ſimul in pulvere* &c.] Omnes ſimul occidito, ita ut pulvere tecti nemini ampliùs noceant.

Eorúmque ora in abdito obliga] פניהם חבוש בטמון *phnehem hhaboſch battamoun*; hoc eſt, capite involuto, ut reis fieri ſolebat, veluti retinueto in ſepulcro. Deus verò hæc à ſe fieri poſſe, & revera tandem fieri pro conceſſo ſumit; quod à nemine mortalium fieri poteſt.

9. *Te tuâ dextrâ liberatum fuiſſe*] *Quid ſervavit*

10. En Hippopotamum, quem non ſecus ac te feci; gramen, inſtar bovis, comedit. 11. Robur ejus eſt in lumbis, & vis in umbilico ventris. 12. Retorquet caudam ſuam, quæ eſt ut cedrus; nervi femorum ejus perplexi ſunt. 13. Oſſa ejus *ſunt* fiſtulæ æneæ; oſſa, *inquam*, ejus *ſunt* inſtar vectis ferreæ. 14. Hic eſt principium viarum

10. Vidéſne Hippopotamum, quem non minùs creavi, quàm te, quamvis gramine, non aliter ac bos, alatur? 11. Robur ejus potiſſimùm in lumbis eſt, atque in umbilico. 12. Cùm caudam ſuam retorquet, cedrum movere videtur, & femorum ejus nervis, inter ſe perplexis, maxima vis ineſt. 13. Oſſa ejus ſunt inſtar tibiarum æneaarum, aut vectium ferrearum. 14. Hoc eſt unum ex

tavit te dextra tua. Quod cùm facere non poſſint homines, quid ſupereſt, niſi ut ad Dei opem confugiant?

10. *En Hippopotamum*] הנה נא בהמות *hinneh na Behemoth.* Sequutus ſum, ut plerumque alibi, ſententiam *Sam. Bocharti*, qui copioſiſſimè Hier. P. 2. Lib. V. c. 14. oſtendit בהמות *behemoth* eſſe Hippopotamum. Eo nomine vocabantur majoris molis animalia. ſed hippopotamus, qui maximæ eſt, certè inter amphibia, ita dicebatur κατ' ἐξοχήν; nec dubito, quin verè, ex ſententia *Bocharti*, בהמות *behemoth* ſit ſingularis numeri, more Ægyptiaco, in qua Lingua multa ſingularia ſic terminantur. Quod ſi quis malit nomen eſſe Hebraïcum, dicendum erit ita feram vocari, quaſi בהמת בהמות *behemath behemoth*, jumentum jumentorum, hoc eſt, maximæ molis & roboris jumentum; ut חכמות *hhochmoth*, pro חכמת חכמות *hhochmath hhochmoth*, ſapientia ſapientiarum. De magnitudine Hippopotami, virum magnum vide, eique ſuccenturiatum adjunge doctiſſimum iiidem virum *Job. Ludolfum*, Hiſtor. Æthiop. Lib. I. c. 11. & Commentat. ad eum locum, ubi objectiones *Bocharto* oppoſitas confutat.

Non ſecus ac te feci] עשיתי עמך *haſchithi himmach*, feci tecum; hoc eſt, quem tam feci, quàm te. *Bochartus* mavult, *juxta te*, quòd Hippopotamus creatus ſit in Nilo, non uſque adeò remoto ab Arabia. Sed tamen vicinus dici nequit Jobo in Arabia ad Euphratem, Septemtrionem verſùs, verſanti. Itaque malui vertere *non ſecus ac*, vel *ſicut*, ut ſup. IX, 26. *cum navibus Ebe*, eſt æquè citò ac naves, quæ abeunt. Fuere etiam Hippopotami in Indo fluvio, ut ex *Oneſicrito* docet *Strabo* Lib. XV. *Plinius* de Indico Pelago ad Arbin amnem, qui è Gedroſia fluit, ad occaſum Indi: *Exeunt & pecori ſimiles belluæ ibi in terram, paſtæque radices fruticum remeant, & quædam equorum* (hippopotami propterea dictæ) *aſinorum, taurorum capitibus, quæ depaſcuntur ſata.* H. N. Lib. IX. c. 3.

Gramen, inſtar bovis, comedit] Hoc quaſi mirum, ut eſt, narratur, quod animal aquaticum & in Nilo plerumque degens gramine veſcatur. Vel hinc liquet de Elephante non agi, ut quidam volunt, quòd nihil mirum ſit animal terreſtre gramine paſci. Quod probè animadverterunt *Bochartus* & *Ludolfus*, qui pluribus exemplis probarunt, Hippopotamum ſegetibus & gramine ali.

11. *Robur ejus eſt in lumbis*] הנה נא כחו במתניו *hinneh na chohho bmothnau.* Lumbi habentur ab Hebræis ſedes virium, ſive ad onera geſtanda, ſive ad niſus alios faciendos. Vide 1. Reg. XII, 10. Pſ. LXIX, 24. Nahum II, 1.

Et vis in umbilico ventris] Non conveniunt hæc Elephanti, qui nullam partem teneriorem & debiliorem hac habet, ut iidem obſervarunt & Veterum locis illuſtrarunt. Sed Hippopotamus etiam eâ parte tectus eſt corio adeò duro, ut eo tegerentur clypei, nullis telis perforandi, & induratum tornaretur in haſtas & miſſilia, ut oſtendit *Bochartus*.

12. *Retorquet caudam ſuam*] כפץ זנבו *chaphats zenabo*, quod verbum, apud Arabas, *curvare* ſonat, quomodo & Chaldæus vertit. Ac ſanè habet Hippopotamus caudam tortilem, ut probat vir ſummus.

Quæ eſt ut cedrus] Eſt quidem brevis, ſed eſt teres & rotunda, quamobrem cedro conferri poteſt.

Nervi femorum ejus perplexi ſunt] גידי פחדיו ישרגו *gide phachadau jeſchoragou.* גידים *gidim* ſunt nervi Gen. XXXII, 31. Job. X, 11. פחדים *phahhadim* ex Arabiſmo, *femora* rectè interpretatur *Bochartus*; nec ſanè parum ad robur faciunt ſinnoſi nervi per femora ſparſi. LXX. Intt. ישרגו interpretantur συμπέπλεκται, & Vulgatus *perplexi ſunt.* Vide Thren. I, 14.

13. *Fiſtulæ æneæ*] אפיקי נחושה *aphike nhhouſchah.* אפיקים *aphikim* ſunt alvei fluviorum & rivorum, hîc verò, ubi de oſſibus, *tubi*, ſeu *fiſtulæ.* Durities oſſium Hippopotami ſignificatur.

Inſtar vectis ferreæ] כמטיל ברזל *chimtil barzel.* מטיל *mtil* alibi non exſtat, ſed *Bochartus* ex Arabiſmo *ferrum* interpretatur. LXX. Intt. σίδηρος χυτός. *Symmachus* συμβλήματα σιδήρου. Vulgatus: *laminæ ferreæ.*

14. *Hic eſt principium viarum Dei*] הוא ראשית דרכי אל *hou reſchith darche el.* Hoc loquendi genus ſenſu multò excellentiore occurrit Proverb. VIII, 22. ubi Sapientia: *Jehova poſſedit me initium ſuæ viæ, ante opera ſua, ab eo tempore*; hoc eſt, rem omnium præſtantiſſimam & pretioſiſſimam, quæ ex intellectu divino prodierit, ut ad locum dicemus. Sic quoque Hamalek dicitur Num. XXIV, 20. *principium gentium*, id eſt, gens una è nobiliſſimis, ex ſententia Balahami. Pariter hîc inter opera divina, quæ anima prædita terram & aquam incolunt, ſeu amphibia ſunt, principem locum obtinens Hippopotamus dicitur *principium viarum Dei* in eo creaturarum genere. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion* verterunt κεφάλαιον, *ſummam*, hoc eſt, potiſſimum ſpecimen potentiæ divinæ in ejuſmodi creaturis.

Admovit ei gladium ejus] יגש חרבו *jaggeſch hharbo*, adplicuit gladium ejus. Quod optimè interpretatur *Bochartus*, de dentibus Hippopotami, qui à *Nicandro* & *Nonno* etiam ἅρπαι dicuntur

Digitized by Google

viarum Dei, qui fecit eum, admovit ei gladium ejus. [15]. Proventum ei proferunt montes, ubi omnes agreſtes feræ ludunt. [16]. Sub viminibus cubat, in latibulo arundinis & cœni. [17]. Tegunt eum *arbores* viminales, *unaquæque* umbrâ ſuâ, circumdant eum ſalices Nili. [18]. Si prémat eum fluvius, non trepidabit; ſecurus erit, vel

ex potiſſimis Dei operibus, qui eum veluti armis ſuis inſtruxit. 15. Alimentum ſuum petit è montibus; ubi ſunt etiam aliæ feræ, quæ inter ſe veluti ludunt. 16. Idem tamen cubat inter arundines, 17. atque vimina, quæ umbra eum tegunt, unà cum ſalicibus Nili. 18. Si fluvius aquas ſuas in eum mittat, intrepidus vim aquarum excipit, nec terreretur, ſi vel Jordanes in os ejus influeret. 19. Nul-

cuntur voce ſine dubio ductâ à Phœnicio חרבא *hharba*, aut *hharbo*. Verba *Nicandri* ſunt in Theriacis verſ. 566.

Ἡ ἵππου τὸν Νεῖλος ὑπὲρ Σάϊν αἰθαλόεσσαν
Βόσκει, ἀρούρῃσι δὲ κακὴν ἐπιβάλλεται ἅρπην,

aut equi, quem Nilus ſupra Sain ardentem paſcit; & qui agris malam immittit Harpen. Ubi Scholiaſtes: ἅρπη δὲ σημαίνει μὲν, νῦν δὲ ὀδόντας λέγει, δεικνὺς ὅτι ὅλους τοὺς στάχυας τρώγει: *Harpe quidem falcem ſignificat, nunc autem* (Poëta) *dentes dicit, oſtendens eum* (Hippopotamum) *totas ſegetes depaſci.* Sanè maximos dentes habet Hippopotamus, quod nos docet *Coſmas Indicopleuſtes* Chriſt. Opinion. de Mundo Lib. XI p. 336. Τὸν δὲ ἱπποπόταμον, inquit, οὐκ εἶδον μὲν, ἔσχον δὲ ὀδόντας ἐξ αὐτοῦ μεγάλους ὡς ἀπὸ λιτρῶν ιγ´ οὓς καὶ ἐπώλησα ἐνταῦθα: πολλοὺς δὲ εἶδον καὶ ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ, καὶ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ: *Hippopotamum quidem non vidi, ſed habui ex eo dentes magnos, ut librarum 13 quos & vendidi hic; & multos vidi in Æthiopia & in Ægypto.* Celebrat etiam ejus dentes *Nonnus* Ægyptius Dionyſ. Lib. XXVI. p. 690. Ed. *Petri Cunæi.*

Κεῖθι μελαμψήφιδι διαξύων ῥόον ὁπλῇ
Νήχεται ὑδατόεις ποταμήιος ἵππος ἀλήτης,
Οἷος ἐμοῦ Νείλοιο θερειγενὲς οἶδμα χαράσσων,
Ναιετάει βυθίοιο δι' ὕδατος ὑγρὸς ὁδίτης,
Μηκεδανῇς γενύεσσιν· ἐπ' αἰγιαλοῖο δὲ βαίνει
Αἰχμῇ καρχαρόδοντι διαχίζων ῥάχιν ὕλης,
Καὶ δῆριν ἀχάρακτον ἔχων γένυν ἅρπαγα καρπῶν,
Μιμηλῇ δρεπάνῃ σταχυηφόρα λήια τέμνει
Ἀμητὴρ ἀσίδηρος ἀμαλλοφόροιο τοκῆος.

Ibi (in Indo) *calcalos nigros habenti penetrans fluctum ungulâ; natat aquoſus fluviolis equus errans: qualis mei Nili æſtivum fluctum ſecans habitat; profundam per aquam, humidus viator, longis maxillis: In littore verò incedit cuſpide validos dentes habente, dividens dorſum ſilvæ, & hamidam ac informem habens maxillam rapientem fructus,* (cuſpide, inquam,) *ſimili falci ſpicatas ſegetes ſecat meſſor ſine ferro manipalos ferentis partis.* Videntur intelligi dentes illi adunci & prominuli, quos ſimiles *aprorum dentibus* ait *Plinius* Lib. VIII. c. 25: quales cernuntur in nummis Philippi & Otacillæ, ac figura a *Coſma* expreſſa. Hæc paullò pluribus, ut pleniùs illuſtraretur ſimilitudo dentium Hippopotami cum gladio, vel falce.

15. *Proventum ei proferant montes*] בול הרים *boul harim*, eſt gramen, quod copioſius in collium & montium convallibus. Vide ſuprà C. XXXIX, 11. Attamen non præaltos montes & à ripis fluviorum Indiæ, aut Nili remotiores intellexerim, quia amphibia animalia non adſcendunt ardua juga, nec procul ab aqua recedunt; ſed colles minores ad ripas fluviorum hîc, illic ſitos, in India, Æthiopia & Ægypto.

16. *Sub viminibus cubat*] תחת צאלים *thahhath tſeelim.* Vertimus *vimina*, ac *viminales arbores* verſu ſequenti, ubi componuntur cum ſalicibus, ex re ipſa, & quia verſu 26. צלצל *tſiltſal* dicitur naſſa viminea, quâ piſces minores capi ſolent. LXX. Int. ὑπὸ παντοδαπὰ δένδρα, ſed צאלים non dicuntur omnis generis arbores, verùm עצים hetſim. Vulgatus, *ſub umbra*, quaſi idem ſit ac צל *umbra.* Alii *umbroſas arbores* ſignificari putant, ſed interpoſitum א repugnat, dicendum enim potiùs צללים *tſelalim*, à צלל *obumbravit*; nec ſalices, quamvis umbram aliquam faciant, dici poſſunt *umbroſæ*, propter tenuitatem foliorum, ſed *platani* aliæque id genus arbores, quibus ſunt ampla folia.

17. *Tegunt eum arbores viminales*] יסכהו צאלים *jeſucchuhou tſeelim*; hoc eſt, ſunt ei inſtar סכה *ſucchah*, ſcenæ viridis, vel ramis virentibus confectæ.

Unaquæque umbra ſua] צללו *tſelalo.* Supplendum *unaquæque*, quia anteceſſit numerus pluralis.

Salices Nili] ערבי נחל *harbe Nahhal.* ערבים harabim *ſalices* eſſe exiſtimant Intt. quia ad flumina collocantur, ut Lev. XXIII, 40. Pſalm. CXXXVII, 2. Eſai. XLIV, 4. נחל *nahhal* quidem eſt quivis torrens, ſed hîc, cum *Bocharto*, *Nilum* vertimus, cujus nomen hinc deductum oſtendimus ad Joſ. XIII, 3. Cùm hic ſolus torrens Ægyptum rigaret, dictus eſt κατ' ἐξοχὴν נחל *nahhal*, aut נחיל *nehhil*, unde factum nomen Νεῖλος, apud alias gentes, quæ nomen proprium eſſe putarunt. Præterea non in quovis fluvio erat Hippopotamus, ſed tantùm in Indicis & in Nilo. Vide ipſum *Bochartum.* *Aquila* verterat ἰτέαι χειμάῤῥου, *ſalices torrentis*, ut habet Vulgatus.

18. *Si premat eum fluvius*] אם יעשק נהר *im jahaſchok nahar.* עשק non eſt tantùm *defraudavit*, ſed etiam *vi oppreſſit*, ut bene oſtendit *Val. Schindlerus.* Hic autem agitur de vi fluminis ad inferiora quæ ei inſunt rapientis; quam non timet Hippopotamus, propter inſignes vires & gravem corporis molem. Hinc quoque liquet non agi de Elephante, ut viri docti, antea memorati animadverterunt; nam Elephas aquam timet. Miror eſſe qui pertinaciùs hoc animal hîc deſignari contendant. Vide *Bochartum*, qui alias verſiones hujus loci, quibus animal hoc dicitur *abſorbere fluvium*, ita confutat, ut ferri ampliùs nequeant.

Non

vel ſi in os ejus erumpat Jordanes. 19. *Quisquámne* videntem eum capiet, & laqueis naſum ejus perforabit?

20. An trahes Crocodilum hamo? an fune linguam ejus ligabis? 21. Num aptabis juncum naribus ejus & maxillam ejus hamo perforabis? 22. An multis precibus te adgredietur? An molliter te adloquetur? 23. An feriet fœdus tecum, cúmque ſervum in perpetuum *futurum* accipies? 24. Num ludes cum eo, quaſi ave, cúmque puellis

19. Nullus poſſit eum vigilantem capere, nec vimineis laqueis per naſum immiſſis coercere. 20. An potes Crocodilum hamo, ut minorem piſcem, capere? an linguam ejus vinctam funiculo teles? 21. An immiſſo funiculo, è junco contorto, maxillam ejus perforabis? 22. Num multis precibus te adgredietur, aut mollioribus dictis te placabit? 23. An fœdere tecum facto, perpetuam tibi ſervitutem ſerviet? 24. An ludes cum eo, quaſi cum cicure avicula, & puellis tuis dabis, ut cum eo luſitent. 25. An propterea ſocii piſcatores una epulabuntur, & Chananæis divident?

Non trepidabit] לא יחפז *lo jahhphoz*, non ſuſtinebit, nempe, aufugere, aut non trepidabit. *Symmachus*: οὐ καταπλαγήσεται, Vulgatus, *non mirabitur*. Sed חפז *timere* non rarò ſignificat.

Si in os ejus erumpat Jordanes] כי יגיח ירדן *chi jagiahh Jarden*. Hoc eſt, ſi tantus fluvius, quantus eſt Jordanes, ſubitò è terra in os ejus erumpat, non timebit; non quaſi deglutire poſſit tantam aquam, ſed quia ore clauſo ejus decurſui quamlibet violento, viribus ac mole corporis reſiſtit. Abſurde verterunt nonnulli, *confidet quia ducet Jordanem in os ſuum*, quaſi hyperbolicè diceretur eum poſſe exhaurire. הגיח, ut bene habet *Bochartus*, non eſt gutture excipere & uno ductu ebibere, ſed erumpere & præſertim quidem è terra. Eum vide.

19 Quisquámne *videntem capiet*] בעיניו יקחנו *bebenau jikkahhenou*. Subaudiendum האיש *haiſch*, an vir, an quisquam. *In oculis ejus* vertimus *videntem*, Latinitatis causâ, quæ videntem & ſentientem capi negat feram, quæ arte & inſidiis, quas non animadvertit, capitur. Tradunt Auctores à *Bocharto* prolati, quî caperetur Hippopotamus. Eum adito.

Laqueis] במוקשים *mokeſchim*; ut fit minoribus piſcibus, per quorum captorum aures interdum trajicitur, geſtandi causâ, funiculus. *Symmachus*: ἐν πειρόνῃ τρυπηθήσεται τὴν ῥῖνα.

20. *An trahes Crocodilum hamo*] תמשך לויתן בחכה *thimſchoch Livjathan bebhachah*. Sequimur hîc quoque *Bochartum*, qui Hieroz. P. II. Lib. V. c. 16. pulcrè oſtendit, ſi quid hiſce in rebus videmus, Leviathanis nomine non ſignificari balænam, ut vulgò crediderant, ſed Crocodilum, quod è ſingulis deſcriptionis ejus partibus rectè colligit. Sed ne verum diſſimulem, non mihi perſuaſit vocis לויתן Leviathan originem ducendum à verbo Arabico לוי, quod paſſim occurrit in ſignificatione *flectendi & contorquendi*; quod poſſet admitti, ſi לויתן *livjathan* ſignificaret propriè ſerpentem. Fortè eſt nomen Ægyptiacum Crocodili, cujus nominis origo ignota eſt. Quamvis enim *Champſam* vocatum tradat *Herodotus* Lib II. c. 69. nihil vetat alio etiam nomine adpellatum. Fortè nomen eſt Hebraicum, quod ſignificat *additiis ſegmentis tectum*, nam לויה *livjah* eſt *additamentum*; ita ut ad ſquamas reſpiciatur, quibus ſuperior pars Crocodili tota tecta eſt. Quod nomen, eadem de cauſa, ad ſquamatos piſces majores & dracones transferri potuit. Sed hæc omnia in medio relinquo. Periculoſæ ſunt enim ejusmodi Etymologiæ, conjecturæque ex iisdem ductæ. Ceterum vult *Bochartus*, ut תנין *thannin* hic Draconem ſignificat, ut ſæpe transferatur ad Cetos & marinas bellua; quia Draconis formam & flexum aliquo modo referunt: ita nomine לויתן *livjathan* cetos & balænas vocari Pſalm. LXXIV, 14. CIV, 26. Eſaiæ XXVII, 1. Qua de cauſa factum etiam putat, ut utroque nomine תנין & לויתן Crocodili ſignificentur, quia Crocodili ſunt Draconibus aliquo modo ſimiles. LXX. Intt. habent hic δράκοντα, *Aquila & Symmachus* Λευιαθάν, quòd, apud Judæos, ſignificatio vocis tunc ignoraretur.

An fune linguam ejus ligabis?] בחבל תשקיע לשונו *bebhebel thaskiah lſchono*, in lingua ejus demerges funem. Vulgus credidit Crocodilos carere linguâ, ſed reverâ iis eſſe linguam, verùm maxillæ inferiori vinctam peritiores animadvertêre. Vide *Bochartum*. Senſus eſt, neminem eſſe tam audacem, aut tam fortem, ut poſſit funiculo linguam Crocodili, animalis καρχαρόδοντος & feri, transadigere.

21. *Num aptabis juncum naribus ejus*] התשים אגמון באפו *hathaſchim agmon beappho*; hoc eſt, funiculo junceo nares ejus trajicies, ut ex iis pendeat.

22. *An multis precibus*] *An multiplicabit ad te ſupplicationes*; hoc eſt, tibi ſupplex non erit, ſeu te non timebit.

Molliter te adloquetur.] *Dicet ad te mollia.* Contraria his videntur eſſe, quæ habet *Ælianus* H. A. Lib. X. c. 21. Ἀπολλωνοπολῖται δὲ, Τεντυριτῶν μοῖρα, σαγηνεύουσι μὲν τοὺς Κροκοδείλους καὶ τῶν περσεῶν (φυτὰ δὲ ἔστι ἐπιχώρια) ἐξαρτήσαντες μετεώρους μαστιγοῦσί τε πολλαῖς καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων (l. ὥσπερ ἀνθρώπους) κλαίοντας μυζομένους καὶ δακρύοντας: *Apolloniatæ verò, pars Tentyritarum, ſagenis quidem captos Crocodilos atque è Perſeis (arbores ſunt ejus tractûs) ſublimes ſuſpenſos, multis plagis flagellant, inſtar hominum blandè ejulantes & flentes.* Sed ea dicuntur de captis Crocodilis, non de liberis, de quibus hîc agitur; aut etiam erravit *Ælianus*.

23. *An feriet fœdus tecum*] An inter vos conveniet, ut tu eum alas, tibi verò in æternum ſerviat. Quod convenit inter animalia domeſtica, equos, camelos, boves, aſinos &c. & homines, qui eorum ſervitio utuntur.

25. *An epulabuntur* &c.] Poſt piſces magnâ copiâ captos, ſocii piſcatûs unà epulantur, ſed non ita facilè capitur Crocodilus.

Eúmque Chananæis divident] Aut *mercatoribus*, ſed peregrinis, ſic dictis à Chananæis, qui

puellis tuis, *ut cum eo luſitent*, ligabis? [25]. An epulabuntur, ejus cauſâ, ſocii *piſcatores*, cúmque Chananæis divident? [26]. An colliges pellem ejus in cophinis, & caput in naſſa piſcium? [27]. Impone ei manum tuam, & memento prælii, ſed ne pergas. [28]. Ecce ſpes illius fruſtrata eſt, *at* nonne *quivis* ad adſpectum ejus proſternetur? [1]. Nemo eſt ita ferox, ut eum excitet. (Quis

CAPUT XLI.

vident? 26. An pellem ejus cophinis excipies & caput in naſſa piſcatoria? 27. Si vis eum capere, dexteritate manuum opus eſt; ſed in ejuſmodi piſcatu ne pergito. 28. Poteſt quidem aliquando vi & arte capi; ſed non iterandus ſæpiùs ejuſmodi piſcatus, propter periculum.

PARAPHRASIS.

1. NEMO ſit eâ audaciâ, ut Crocodilum dormientem excitet. (Quis vero çoram me conſiſtere adgrediatur? 2. Sed ſi quis me cultu ſuo anteverteſſet, ei liberalitas mea rependeret, quid-

qui ſummopere mercaturam exercebant, unde *Symmachus*, μεταβολων, quia mercatura fit permutationibus. Qua in re, non tam difficultatem occidendi Crocodili ſpectari crediderim, quàm quòd ejus caro non haberetur in deliciis, ac proinde ſale non condiretur à Mercatoribus, ut aliò aveheretur & venderetur. Scio cultum ab Ægyptiis, præſertim Thebanis & qui Mœriu lacum incolebant; ſed nonnulli erant, ut Tentyritæ, aliique, qui occidebant, imò & qui comedebant, ut qui circa Elephantinam ſedes habebant. Vide *Herodotum* Lib. II. c. 69. & *Plinium* Lib. VIII. c. 25.

26. *An colliges pellem ejus in cophinis*] התמלא בשכות עורו *bathemalle beſchuccboth koro.* Primùm hic התמלא vertimus non *implebis*, ſed *colliges*, ut antea Cap. XVI, 10. Vide & Jerem. IV, 5. LI, 11. Deinde בשכות vertimus *in cophinis*, quia כסה propriè ſignificat *tectum*, aut *textum* ramis viridibus conflatum, & piſcatores ſolent in vimineis vaſculis, aut cophinis ferre piſcem. Hinc quærit Deus, an pellem Crocodili poſſet quiſquam in ejuſmodi cophinos colligere, quæ interdum tanta eſt, ut octodecim cubitos longitudine æquet, ſicut teſtes ſunt *Herodotus* & *Plinius*, locis memoratis, & præterea craſſa & rigida, ut non facilè complicari & in minus ſpatium cogi queat.

Et caput ejus in naſſa piſcium] ובצלצל דגים ראשו *ubetſiltſal dagim roſcho.* Hinc צלצל *tſiltſal*, quod alioqui *ſiſtrum* ſignificat, vertimus *naſſam* propter additamentum *piſcium*. Conſentit hoc cum ſignificatione צאלים *tſeelim*, de quibus diximus ad verſ. 16. Negatur hîc caput Crocodili, majoris, nempe, poſſe contineri naſsâ piſcatorum; minore, ſcilicet. LXX. Intt. mirè verterunt: πᾶν δὲ πλωτὸν συνελθὸν οὐ μὴ ἐνέγκωσι βύρσαν μίαν οὐρᾶς αὐτοῦ, καὶ ἐν πλοίοις ἁλιέων κεφαλὴν αὐτοῦ. Unde tamen liquet eos agi putaſſe de vaſibus, in quæ colligerentur corpora Crocodilorum. Sed meliùs *Hieronymus*: *Numquid implebis ſagenas pelle ejus & gurguſtium piſcium capite ejus.* *Symmachus* verterat: μὴ πληρώσεις σαγηναῖς τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ ἐν ἰχθυοφόροις τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. *Bochartum* hîc deſeruimus vertentem: *an implebis pellem ejus miſſilibus, & caput ejus telis piſcatoriis.* שכות *miſſilia*, צלצל *tela*, ex Arabica Lingua, interpretatur. Sed eò confugere nihil neceſſe, cùm ex Lingua Hebraica & re ipſa conſtet vocum ſignificatio, accedente ad hæc veterum Interpretum auctoritate.

27. *Impone ei manum tuam* &c.] Interpretatur *Bochartus*: tantus te invadet horror, ut de fuga cogites, priùs quàm de pugna; cùm ipſo tactu compereris cutem eſſe illi, contra omnem ictum, invictam. Poſſimus etiam ſic intelligere: ſi dormienti manum impoſueris, memento tibi pugnandum, ſi fortè expergiſcatur; ſed cave ne pergas, præſtat enim abire, quàm cum exercitato pugnæ aleam ſubire. Vide ſequentia. Tentyritas tamen hoc auſos adfirmat *Plinius* H. N. Lib. VIII. c. 25. *Quin & gens hominum eſt huic belluæ adverſa, in ipſo Nilo, Tentyritæ, ab inſula, in qua habitant, adpellata. Menſura eorum parva, ſed præſentia animi, in hoc tantùm uſu, mira. Terribilis hæc contra fugaces bellua eſt, fugax contra inſequentes, ſed adverſùm ire ſoli hi audent.* Vide & *Senecam* N. Q. Lib. IV, 2. & *Sextum* Empir. Hypotyp. Lib. I, 83.

28. *Ecce ſpes ejus fruſtrata eſt*] Hoc eſt, fac te Crocodilum fefelliſſe, ut te devorare fruſtra ſperaverit; attamen meritò quivis ejus adſpectu terretur, quia victoria de hoc monſtro facilis non eſt. Pro *fruſtrata eſt*, legimus Hebraicè, נכזבה *nichzebah*, mendax deprehenſa eſt. Hîc quoque *Bochartum* deſeruimus.

Proſternetur] יטל *juttal*, quaſi à נטל *natal tolletur*, ſed præſtat interpretari quaſi eſſet יוטל *joutal* à טול *dejici*, ut Pſalm. XXXVII, 24. Et ſunt Editiones, ut Veneta, in quibus nullum eſt *Dageſch*. *Symmachus* minùs commodè: ἀλλὰ καὶ ὁ Θεὸς τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καταβαλεῖ. Alii etiam deteriùs. Ceterùm hæc omnia de Crocodilo dicta, quaſi invicto, nec ab hominibus, aut cicurando, aut vincendo, arte aut vi; non ſunt ita intelligenda, quaſi numquam ea fierent, aut fieri poſſent; certum eſt enim facta & fieri, ut oſtendit *Bochartus*. Sat eſt ut ita loquatur aut loquens inducatur Deus, rarò & difficulter, nec ſine magno periculo facta; quod enim verum eſt ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, id quaſi universè verum ſæpe effertur.

COMMENTARIUS
In Caput XLI.

1. NEmo eſt ita ferox, ut eum excitet] לא אכזר כי יעירנו *lo acbzar chi jabirennou*, non ferox, ut excitet eum. Idem eſt ac ſi eſſet אין אכזר להעירנו *nullus ferox ad eum excitandum.* *Noldius* docebit לא interdum ſumi, pro אין, quamvis hoc exemplum non protulerit. LXX. Intt. abſurdè: οὐ δέδοικας ὅτι ἡτοίμασταί μοι; *Aquila* & *Theodotion*, ſi Codd. credimus,

(Quis verò coram me conſiſtat? [2]. Quis antevertit me ? *Ei* rependam , nam *quidquid eſt*, ſub toto cœlo , meum eſt.)

[3]. Ejus membra, vires ejus , & armaturæ gratiam non tacebo. [4]. Quis retexit ſuperficiem veſtis ejus ? In duplex frenum ejus quis ingredietur ? [5]. Valvas faciei ejus quis aperiet ? In gyro dentium terror *eſt*. [6]. Tergum ejus *conſtat* ductibus clypeorum,

quidquid ad mei honorem feciſſet: nam quæcumque ſub cœlo ſunt mea ſunt , poſſuntque ei dari, cuicumque videbitur.)

3. Ut ad Crocodilum redeam , validiſſima ſunt ejus membra & vires , éſque duriſſimis ſquamis tectus , quaſi panopliâ quadam. 4. Cutem ejus vivi nemo detrahere queat , neque os aperire. 5. Os ejus quis audeat vivo aperire , cum nihil ſit ejus dentibus formidoloſius ? 6. Tergum ejus tectum

mus , verterant : οὐδὲ μὴ ἀσπλαγχνίσω ὅταν ἐξεγείρω αὐτόν , quaſi אכור eſſet prima perſona Futuri, & ſequeretur אעירנו *abirennu*. Quæ nec cum Lingua Hebraica, nec cum re , quæ agitur, conſentiunt.

Quis verò coram me conſiſtat &c.] Hæc verba & ſequens verſus , veluti κατὰ παρένθεσιν, hîc leguntur ; iiſque Deus , ex occaſione virium Crocodili , Jobo in memoriam revocat potentiam ſuam ; qua de cauſa eſt reverenter habendus.

2. *Quis antevertit me* &c.] Quis prior fecit, mei honoris causâ ; quod mihi placeret , nullo majore beneficio à me provocatus ? Nemo. Deus enim omnibus omnia dedit , ac proinde nulli rependere quidquam, ſi ſummo jure agatur, neceſſe habet. Unde ſequebatur Jobum immeritò Deo religionem ei præſtitam veluti exprobrare. Paulus hæc verba habet Roman. XI, 35. niſi quòd extremorum ſenſum dumtaxat expreſſit.

Nam quidquid eſt ſub toto cœlo &c.] תחת כל השמים *thakhath chol haſſchamajim*. Subauditur כל אשר *omne quod eſt ſub omni cœlo* &c. Quibus Deus oſtendit Jobo , ſibi ſatis , ſuperque fuiſſe, quo virtutem remuneraretur ; ac proinde poſſe eum plura à ſe ſperare , quàm umquam habuerat.

3. *Ejus membra*] בדיו *baddau*; hoc eſt, fortia membra. Vide ad Cap. XVIII, 13.

Vires ejus] דבר גבורות *debar gbouroth*, rem fortitudinum. Hic דבר *debar* abundat.

Armaturæ gratiam] וחין ערכו *vebhin bercho*, & gratiam diſpoſitionis ejus. Eſt חין pro חן *bhen* , quaſi à חון *bhoun* derivaretur. Pro pulcritudine hîc ſumitur , ut Nahum III, 4. ערך *berech* , armaturam vertimus , éſtque elegans alioqui forma Crocodili, propter textum ſquamarum , cui ſimilis Cataphracti equitis armatura ; cujus deſcriptionem vide apud *Juſt. Lipſium* de Militia Rom. Lib. III. Dial. 6. ערך *barach* eſt *inſtruere* & *inſtructum eſſe* ad pugnam , quod complectitur πανοπλίαν, ſeu armaturam ; onde ערך *berek* potuit dici adparatus armorum , qui ſolet aliàs נשק *neſchek* dici. Sic rem deſcribit *Ælianus* H. A. Lib. X. c. 24. Νῶτα δὲ κέρκος καὶ τὴν οὐρὰν ἄρρηκτος , λεπίσι μὲν γάρ τι καὶ φολίσι πέφρακται ὡς ἂν εἴποι τις ὡπλισμένος· καὶ ἐοίκασιν ὀστράκοις καρτεροῖς , ἢ κόγχαις : *tergum ejus & cauda vulnerari non poſſunt ; quippe ſquamis munita , &, ut ita dicam, armata, ſuntque ſimilia teſtis duris , aut conchis.* Certè quid aliud ſignificari hîc poſſit non video. *Symmachus* τάξιν verterat , quod eò fortè reſpexit. LXX. Int. hîc mirè verterunt : [illegible] δι' αὐτὸν , καὶ λόγον δυνάμεως ἐλεήσει τὸν ἴσον αὐτοῦ. Quæ carent ſenſu , & ad quatuor poſteriores voculas quod adtinet , procul ab Hebraicis abit. Non meliùs Vulgatus : *non parcam ei & verbis potentibus & ad deprecandum compoſitis*

4. *Quis retexit ſuperficiem veſtis ejus ?*] מי גלה פני לבושו *mi gillah phne lbouſcho* , quis retexit faciem veſtis ejus ; hoc eſt , quis illi detraxit ſquamas , vel validiſſimo ictu ; cùm hoc aliis piſcibus facilè fiat.

In duplex frenum ejus quis ingredietur ?] בכפל רסנו מי יבוא *bchephel riſno mi jabo* , in duplicitatem freni ejus ; hoc eſt, quis auderet frenum maxillis ejus interponere, habenáſque hinc atque inde trahere. Aliquid tamen ſimile audebant Tentyritæ, ſi *Plinio* credimus, Lib. VIII. c. 25. *Etiam fluvio innatabant , dorſóque Crocodilorum*, *equitantium modo , impoſiti hiantibus reſupino capite ad morſum , additâ in os clavâ, ſiniſtrâ ac dextrâ tenentes extrema ejus utrimque , ut frenis in terram agebant captivos ; ac voce etiam ſolâ territos cogebant evomere recentia corpora ad ſepulturam.* Verùm talia rarò contigere, ſi modò umquam facta ſint.

5. *Valvas faciei ejus quis aperiet ?*] Hoc eſt, rictum immenſum, ut habet *Bochartus* , quem diducit cùm libet , atque aperit valvarum inſtar , magno atque horrendo hiatu. Quod illuſtrat egregio *Achillis Tatii* loco è Lib. IV. p. 271. ubi eſt elegans deſcriptio Crocodili , & deſcripta ratione , quâ caput ejus , ſine cervice , dorſo adhærere videtur , addit Scriptor : ἔστι δὲ τὸ λοιπὸν , inquit , βλοσυρώτερος τὰ στόματα , καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἐπὶ τὰς γένυς ἐκτέταται καὶ ἀνοίγεται· τὸν μὲν γὰρ ἄλλον χρόνον, παρ' ὅσον οὐκ ἔχανε τὸ θηρίον, ἔστι κεφαλή· ὅταν δὲ χάνῃ πρὸς τὰς ἄγρας, ὅλος στόμα γίνεται· ἀνοίγει δὲ τὴν γένυν τὴν ἄνω , τὴν δὲ κάτω στερρὰν ἔχει , καὶ ἀπόστασις ἐστὶ πολλὴ , καὶ μέχρι τῶν ὤμων τὸ χάσμα , καὶ εὐθὺς ἡ γαστήρ : *reliquum corpus horribile eſt , præſertim cùm maxillæ diducuntur & os eorum aperitur. Quamdiu enim bellua non hiat , caput totum eſt , in hiando verò, ad capiendam prædam os totum fit. Tum ſuperiorem tantùm maxillam movet, inferiorem verò habet firmam, & ingens eſt interſtitium, atque uſque ad humeros hiatus, cui continuò ſubjicitur venter.*

In gyro ejus dentium terror eſt] סביבות שניו אימה *sbiboth ſchinnau emah* , circuitos dentium ejus terror. Vide de dentibus ejus , quæ collegit *Bochartus*.

6. *Tergum ejus*] גאוה *gaavah*. Eſt quidem propriè *elatio* , ſed manifeſtè tergum ſignificatur, quæ belluæ ſuperior pars eſt.

Umbonibus clypeorum] אפיקי מגנים *aphike maginnim*. אפיקים dicuntur *fortes* , *alvei* & *tubi*,

rum, *quorum quiſque* arcto ſigillo eſt clauſus. [7]. Unus alteri ita adhæret, ut ventus inter eos non ſubeat. [8]. Unuſquiſque proximo adhæret, tenentúrque invicem, nec ſeparantur. [9]. Sternutationibus ejus ſplendet lux, & oculi ejus ſunt ut palpebræ auroræ. [10]. Ex ore ejus *veluti* lampades exeunt, ſcintillæ ignis exſiliunt. [11]. E naribus

tum eſt ſquamis, quæ ſunt inſtar totidem ſcutorum, 7. ſic inter ſe junctorum, ut nullus vel minimus aër ſubire poſſit, 8. utque numquam divellantur. 9. Quando ſternutat, videtur flammas ore emittere, qualis eſt primus auroræ ſplendor. 10. Ex ore ejus, cùm id aperit & candentes dentes oſtendit, candor dentium micat propemodum inſtar corporum lucidorum. 11. E naribus halitus tantâ

bi, ſed cùm eæ ſignificationes huc nihil faciant, vertimus *umbones*, ex re ipſa & ſignificatione nonnullorum derivatorum Radicis Arabicæ פאק *phaka*, quæ *eminentiam*, aut *protuberantiam* ſignificat. A פאק vel פוק *phouk* formari potuit אפיק, ut à אביק וּ בוק, a בוב naſcitur אביב, & ſimilia. Videmus in dorſo Crocodili tuberculorum longos ordines, veluti umbonum clypei, & qui meritò ſic vocentur, quia protegunt corpus animalis, ut è ſequentibus liquet. *Bochartus* vertit *laminas ſcutorum*, ſed nullas rationes profert cur אפיקים *laminas* eſſe putarit. Quod ut meliùs liqueat, addemus deſcriptionibus Crocodili à *Bocharto* adlatis, eam quæ exſtat apud *Thevenotium* Itineris Orient. Lib. II. c. 71. cùm præſertim & cetera nonnulla, quæ de Crocodilo apud Jobum dicuntur, ejus ope clariora futura ſint. „ Amphibia ſunt animalia Crocodili, vivunt enim in terra & in aqua. „ Caput habent planum, in ſuperiore æque ac „ in inferiore parte; oculos mediocres, & minùs ſplendentes, unde factum ut nonnulli „ dixerint ſemper flere hoc animal, ex quo captum eſt, ſed falsò; roſtrum longum & acutum, dentibúſque pariter longis & acutis „ probè inſtructum, ſine lingua. Totum corpus eſt craſſum & ſine colli à capite & humeris diſtinctione. Dorſum tectum ſquamis „ protuberantibus, eâ magnitudine, quâ ſunt „ capita clavorum quibus majores valvæ ornari ſolent. (*Qui hic dicuntur a Deo umbones clypeorum.*) Pellis eſt cinerei coloris & adeò „ dura, ut haſtæ majoris impetum ſine noxa „ ferat. Cauda longa, ſquamis tecta, ſicuti „ corpus. Sub ventre cutis eſt alba & ſat tenera. Quatuor pedibus inſiſtunt brevibus & craſſis, quorum anterioribus ſunt quinque digiti, „ poſterioribus tantùm quatuor. Denique Crocodilus lacertæ ſimillimus eſt. Creſcit ſemper, dum vivit; ſúntque XX. pedum, nec „ dimidio pede minores vidi. Hoc animal, præter Hippopotamum, ſolus eſt, qui maxillam „ ſuperiorem comedens moveat, inferiore immotâ. Maximarum eſt virium, & cùm uni „ octo pedes longo pellem detrahi juſſiſſem, „ poſtquàm fuerat in dorſum converſus, eique „ venter finderetur, quatuor viri geminis pedibus ei inſiſtentes, ab eo ſunt dejecti. Tenax ei eſt vita, quamvis enim jugulum prorſus ei eſſet apertum & fiſſus venter, ſi quid „ dentibus adripere potuit, non dimiſit. Quin „ & Æthiopi, quem noram, & qui detraxerat „ Crocodilo, in gratiam Galli cujuſdam, qui „ eam ſervare cupiebat, cùm jugulum feræ „ ſecuiſſet, nec quidquam ſupereſſet, præter „ pellem & caput, ſolviſſétque ei vinctum antea roſtrum, contigit digitum imprudentiùs „ admotum à moribunda beſtia dentibus ſecari. „ Ea animalia ſunt carnis humanæ cupidiſſima, „ proptereáque in ripis Nili metuenda, in quibus ſæpe pueros, exonerandi ventris eò euntes, rapiunt. Quin & navigantibus Nilum „ viris cavendi ſunt, eriguntur enim noctu, „ roſtróque in ſcaphas immiſſo, aliquem trahere conantur in aquam, ubi facilè eum occidunt. Ea de cauſa, nemo libenter in Nilo natat.

„ Mera eſt fabula, quâ fertur Crocodilus „ flere inſtar pueri, ut adliciat quem devoret; „ res eſt Ægyptiis ignota. Ut capiatur, effodiuntur foſſæ in ripis fluvii, integuntúrque „ minoribus bacillis, præſertim cùm aqua Nili „ augetur, quo tempore latiùs evagantur Crocodili, qui in eas cadunt, nec egredi poſſunt. „ Tum verò, per plures dies, jejunium iis imponitur, & poſtea funes curracibus nodis adſtricti ad eos demittuntur, quibus roſtrum „ iis arctè vincitur. Tum ducuntur in regionem, in qua habitant Franci. Æthiopes „ ajunt eſſe in urbe, quæ Vetus Cairum dicitur, figuram, qualem Taliſmanem vocamus, „ quæ obſtat, quo minùs Crocodili infra eam „ urbem deſcendant. Sed falſum hoc eſt, ſunt „ enim Crocodili Damiatæ & Roſſatæ, cernuntúrque ab iis qui illinc Cairum navigant, „ quamvis rariores, quia plerumque mare fugiunt. Sunt tamen nonnulli.

Quorum quiſque arctè ſigillo eſt clauſus] סגור חותם צר *ſagour bhotham tſar*; hoc eſt, arctè inter ſe conjunctorum. Quibus optimè deſcribitur arcta ſquamarum conjunctio, de quibus vide quæ collegit *Bochartus*, niſi Crocodili pelles viderit, quæ in Europa minimè ſunt raræ.

7. *Unus alteri* &c.] *Unus in unum admoventur, & ventus non veniet inter eos.* Unus clypeus alteri adhæret; hoc eſt, ſquama ſquamæ, nullo relicto interſtitio.

8. *Unuſquiſque proximo adhæret*] *Quiſque ad fratrem ſuum adhærebunt, tenebunt ſe & non ſeparabuntur.* Quâ arctiſſimâ conjunctione fit, ut ne vulnerari poſſit Crocodilus.

9. *Sternutationibus ejus ſplendet lux*] Hæc & ſequentia ſunt hyperbolicæ deſcriptiones, quæ ad vivum reſecari non debent. E piſcis enim naribus ſcintillæ ignis non proſiliunt. Sed ſunt æquè formidoloſæ ac ſi ignem mitterent. Inde tauri atque equi naribus ignem, ut notavimus ad verſ. 11.

Oculi ejus ut palpebræ auroræ] Fulgent ex aqua prominentes, ut Aurora quæ è mari oriri videtur. Hinc Ægyptii, cùm vellent hieroglyphico more Auroram ſignificare, ſolebant duos oculos Crocodili pingere: ἐπειδὴ τοῦ πάν-

bus ejus egreditur fumus, ut ollæ ferventis & aheni. [12]. Halitus ejus carbones accendit, atque ex ore illius prodit flamma. [13]. In collo ejus moratur robur, & ante eum dolor exſultat. [14]. Tori carnis ejus cohærent, *unusquisque eorum* in eo compactus eſt, nec dimovetur. [15]. Cor ejus firmum eſt, ut lapis; durum, ut meta. [16]. Elatio-

tantâ copiâ erumpit, ut videatur eſſe fumus ollæ ferventis aut aheni, multo igne ſubjecto. 12. Halitus ejus poſſet prunas non ſatis accenſas incendere, adeò ut ex ore ejus exire videretur flamma.

13. Ceterùm ejus toroſa cervix non facilè flecti poſſe videtur; 14. itaque tori ſunt inter ſe connexi, ut ſeparari nequeant, neque vis conjuncta facile ſuſtineatur. 15. Cor ejus eſt lapideum, neque

τοῦ σώματος ζώου οἱ ὀφθαλμοὶ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀναφαίνονται, propterea quòd, ante totum corpus animalis, oculi è fundo emergentes adparent. Quæ verba ſunt *Horapollinis* Hieroglyphic. Lib. I. c. 65. Palpebræ Auroræ vocantur primi ejus radii. Vide Cap. III, 9.

10. *Ex ore ejus veluti lampades exeunt*] Quando, nempe, Crocodilus ad radios ſolares hiat, quod illi conſuetum eſt, refleċtuntur è dentibus candidis & palato humente radii, quibus obtundi poſſint oculi. De more illo Crocodili, vide quæ collegit *Bochartus*, loco laudato.

11. *E naribus ejus egreditur fumus*] Si præſertim iratus ſit, quod contingit omnibus majoribus animalibus, quorum tunc crebrior fit reſpiratio: unde *Martialis* Lib. VI. Ep. 64.

Sed miſerere tui, rabido nec perditus ore
Fumantem naſum vivi tentaveris urſi.

Ex pravè intellectis ejusmodi loquutionibus figuratis, nata eſt fabula Taurorum ignivomorum, qui domandi erant ei, qui apud Colchos vellus aureum erat ablaturus. De iis, cum antiquiſſimi hiſtoriæ narratores loquuti eſſent, quaſi de Tauris indomitis & feris, dixiſſéntque propterea, ut noſter παρρησιογράφος, ex eorum naribus & ore fumum & flammam erupiſſe, Poëtæ adreptâ occaſione rem mirabilem narrandi, non figurato ſenſu, ſed verè contigiſſe tradiderunt. Sic *Apollonius* Argonauticorum Lib. III, 1298.

Ὡς δ' ὅτ' ἐνὶ τρητοῖσιν ἐΰῤῥινοι χοάνοισι
Φῦσαι χαλκήων, ὁτὲ μὲν ἀναμαρμαίρουσι
Πῦρ ὀλοὸν πιμπρᾶσαι, ὅτ' αὖ λήγουσιν ἀϋτμῆς·
Δεινὸς δ' ἐξ αὐτοῦ πέλεται βρόμος, ὁππότ' ἀΐξῃ
Νειόθεν· ὣς ἄρα τώγε θοὴν φλόγα φυσιόωντε
Ἐκ στομάτων ὁμάδευν· τὸν δ' ἀμφί τε δήϊον αἶθος
Βάλλεν ἅτε στεροπή.

Ut quando in apertis & vento agitatis caminis folles fabrorum nunc quidem accendunt ignem noxium ardore, nunc verò deſinunt à flatu, gravis autem ex eo fit ſtrepitus, quando erumpit ex inferiore parte: ſic (duo tauri) *celerem flammam exſpirantes ex ore fremebant, illum verò ſævus ignis percutiebat, tamquam fulgur.* Rem ſic expreſſit *Ovidius* Metam. Lib. VII, 104.

Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
Æripedes tauri, tactæque vaporibus herbæ
Ardent, utque ſolent pleni reſonare camini,
Aut ubi terrenâ ſilices fornace ſoluti
Concipiunt ignem liquidarum aſpergine aquarum:
Pectora ſic intus clauſas volventia flammas,
Gutturáque uſta ſonant.

Similis fabula poſſet fingi ex iis, quæ de Crocodilo hic dicuntur, ſi tralatitiæ hyperbolæ proprio ſenſu intelligerentur. *Virgilius* Georg. Lib. III. 89. de equo prælii cupido:

Collectúmque fremens vomit ſub naribus ignem.

Similia ſæpiùs habentur, apud *Valerium Flaccum* Lib. VIII. in eadem fabula.

12. *Halitus ejus carbones incendit*] נפשו גחלים תלהט *naphſcho gabbalim thelahet*; anima ejus carbones accendet. Obſervat *Bochartus* ſimilia exſtare apud *Achillem Tatium* Lib. I. p. 223. ubi de Hippopotamo: *μυκτὴρ ἐπὶ μέγα κεχηνὼς καὶ πνέων πυρώδη καπνὸν, ὡς ἀπὸ πηγῆς πυρός: nares perquàm patulæ ac ignitum fumum tamquam ab ignis ſcaturigine ſpirantes.* Quia, nimirum, ſub aqua Crocodilus & Hippopotamus ſpiritum continent, atque eò acriùs emerſi reſpirant.

13. *In collo ejus moratur robur*] Oſtendit *Bochartus*, cùm *Achilles Tatius* collum ei deeſſe negat, hoc ita intelligendum, ut breviſſimum collum eſſe velit; quod & confirmantem audivimus *Thevenotium*, ad Cap. XL, 6.

Ante eum dolor exſultat] לפניו תדוץ דאבה *lphanau thadouts deabah.* דוץ *douts*, exſultare alibi in Scriptura non occurrit, ſed Chaldæis & Syris non infrequens eſt. Poëticè dicitur *dolor exſultare* ante Crocodilum, propter mala quæ hominibus infert, & dolores ſummos quos creant. Similes Græcorum & Latinorum Poëtarum loquutiones habet *Bochartus*.

14. *Tori carnis ejus*] מפלי בשרו *mapphele bſcharo.* LXX. Intt. *σάρκες σώματος αὐτοῦ. Symmachus: σάρκες αὐτοῦ περιεχόμεναι αὐτῷ ἀλλήλαις.* Vulgatus: *membra carnium ejus.* Videntur ſignificari tori & muſculi, in debilioribus corporibus pendentes, unde מפלים partes deciduæ dicuntur, qui in Crocodilo compactiores & conjunctiores ſunt.

15. *Cor ejus firmum eſt*] יצוק כמו אבן *jetſouk chemo eben.* יצוק *jetſouk* propriè eſt liquefactum, ſed comparatio cordis cum lapide oſtendit compactam & duram cordis naturam ſignificari, qualis lapidum liquefactorum; unde molares lapides è liquida materia ab Ætna ejecta, poſtquàm refrixerat, fiebant. Quod docet *Cornelius Severus* in Ætna. Ac ſanè in omnibus animalibus paullò majoribus compactiſſimis muſculis conſtat; quod & in Crocodilo. Hoc potiùs ſignari putat *Bochartus*, quàm ſævitiam, oſtenditque Arabes credidiſſe cor durum

Elationem ejus timent fortes, & præ metu aberrant. 17. Adtingentis eum gladius non conſiſtet, neque lancea, telum, aut ſpiculum. 18. Habet ferrum, ut paleam, æs ut lignum putridum. 19. Non fugat eum ſagitta, in ſtipulam ei vertuntur lapides fundæ. 20. Sicut ſtipula habetur malleus, & ad vibrationem clypei ridet. 21. Sub

que ullo modo flecti poteſt. 16. Cùm ex aqua in ripam egreditur, fortiſſimos quosque terret, & fugiunt quocumque poſſunt. 17. Nullis armis poteſt dorſum Crocodili vulnerari. 18. Non magis timet ferrum, quàm paleam, neque chalybem plus, quam lignum putridum. 19. Nulla ſagittâ poteſt fugari, nec lapidibus funda emiſſis vulnerari. 20. Malleus ferreus ei eſt inſtar ſtipulæ. 21. Sunt

rum eſſe ſignum fortitudinis. Sed poſtquàm laudavit Ezeck. XXXVI, 26. ubi *cor lapideum*, pro duro & λιθοκαρδίους *immites* dici apud Græcos obſervavit; eo ſenſu *cor lapideum* Crocodilo tribuentibus ſe vehementer repugnaturum negat; & meritò, aliud enim nihil ſignificatur. *Ut catillus*] כפלח תחתית *chephelahh thabhthith*, *ut* phelahh *inferior*, quæ Latinè dicitur *catillus*, ut modò ſuperior *metu*, Hebræis פלח רכב *phelahh recheb*, phelahh *inequitationis* Jud. IX, 13. Nam alioqui פלח eſt quodvis ſegmentum lapidis.

16. *Elationem ejus timent fortes*] משתו יגורו אלים *miſſchetho jegouron elim.* שאת, pro quo שׂו ſcribitur hoc in loco, eſſe emerſionem Crocodili ex aqua putat *Bochartus.* Sed nullum adfert exemplum, quod ad rem faciat; nam quod ait Gen. VII, 17. aquas dici *ſuſtuliſſe* Arcam, cùm augerentur, id non probat שאת dici poſſe emerſionem Crocodili ex aqua. Credibilius eſt multò ſuperbiam & ferocitatem feræ ſignari, de qua verſ. 25. אלים *elim* verò ſunt ſine dubio, *fortes* & quidem viri, quorum carnis avidiſſimi ſunt Crocodili. Attamen LXX. Intt. στραφέντος δὲ αὐτοῦ φόβος θηρίοις. Sed deterius Vulgatus: *cùm ſublatus fuerit, timebunt Angeli.* *Aquila* & *Symmachus* rectius ἰσχυροὶ, habebat enim prior ὑποσταλήσονται ἰσχυροὶ, alter verò, κατὰ τῆς κινήσεως αὐτοῦ εὐλαβηθήσονται ἰσχυροί.

Præ metu aberrant] משברים יתחטאו *miſſchebarim jithhatteou.* LXX. Intt. hîc mirè habent: τετράποσιν ἐπὶ γῆς ἁλλομένοις. Vulgatus: *& territi purgantur.* Rectiùs totum locum interpretatus eſt *Sam. Bochartus*, qui bene obſervat primùm משברים, *præ fractionibus* ac *contritionibus*, perinde eſſe ac *præ terrore*; quia in Orientalibus Linguis *frangendi*, ac *conterendi* verba, etiam terrendi transitiam ſignificationem habent. Sic Hebræis חתת *conterere* & חבר frangere, apud Chaldæos, ex Hebraico שבר, ad utrumque ſunt ambigua. יתחטאו verò interpretantur *aberrarunt*; quia חטא *errata*, ex primigenio vocis ſignificatu, non tam *peccare*, quam *aberrare* eſt, & à via, & à ſcopo. Facilè contingere potuit, ut Crocodilum fugientes, præ metu & feſtinatione, à via aberrarent; cùm præſertim fugientes non rectà vià ſe reciperent, ſed declinantes nunc ad dextram, nunc ad ſiniſtram fugerent; eò quòd Crocodilus non facilè corpus convertat, ſed rectà vià celerrimè currat.

17. *Adtingentis eum*] משיגהו *maſſchiggehou*, hoc eſt, ferientis, vel impingentis certo ictu gladium.

Gladius non conſiſtet] חרב לא יקום *hhereb lo jakom*, gladius non ſtabit, hoc eſt, non infigetur pelli & carnibus Crocodili, ſed irrito ictu per ejus ſquamas, non aliter quàm per firmiſſimam πανοπλίαν, defluet. Vide *Thevenotti* deſcriptionem Crocodili ad Cap. XL.

Neque lancea, telum, aut ſpiculum] חנית מסע ושריה *hhanith, maſſah, veſchirjah.* Prima vox frequens eſt, haſtámque, aut lanceam ſignificat. מסע verò, quæ alibi eſt *profectio*, à נסע *profectus eſt*, eſt hîc telum, à ſignificatione, ſi *Bocharto* credimus, Arabicæ vocis נשע *naſchaha*, quæ eſt *confodere* haſtâ. Malim tamen à נסע Hebraico deducere, & intelligere telum quodvis, quod è manu proficiſcitur. Tandem שריה *ſchirjah* non poteſt, ut bene vir ſummus, שרין *ſchirion*, aut *lorica* hîc haberi; ubi ſermo eſt de armis, quibus vulnerari non poteſt Crocodilus, quamvis graviter in eum impactis, aut valido brachio contortis. Itaque cùm שריה *ſchirjah*, apud Arabes, ſignificet *ſpiculum*, omnino videtur eadem poteſtas voci Hebraicæ attribuenda. *Symmachus* hunc verſum tranſtulerat: καταλαβοῦσα αὐτὸν μάχαιρα οὐχ ὑποστήσεται οὐδὲ λόγχη ἀρεῖς καὶ θώραξ. Alii etiam *thoracem* hic quærunt, ſed fruſtra.

18. *Lignum putridum*] עץ רקבון *hets rikkabon*, lignum putredinis.

19. *Sagitta*] *Filius arcûs.* בן קשת *ben keſcheth.* Vocatur Lament. III, 13. *filius pharetræ*, בן אשפה *ben aſchpha*, eleganti loquutione Hebræis uſitatiſſimâ. Male LXX. Intt. τόξον χάλκεον. *Symmachus* ἀνὴρ τοξότης & Vulgatus, *vir ſagittarius.*

20. *Malleus*] תותח *thothahh.* Quod Veteres Intt. *Aquila* & *Theodotion* σφυρὰν vertunt, hoc eſt, *malleum*, ut habet Vulgatus, quo nomine non intelligendus *malleus ligneus*, aut *vectis*, ſed ferro munitus, aut etiam totus ferreus, qualia erant *maſſæ armorum*, ut à Majoribus noſtris vocabantur, quales in Armamentariis etiamnum viſuntur. Factum nomen crediderim à ſonitu, quem edit ejusmodi ferramentum duriori materiæ impactum. *Bochartus* vertit *fuſtem* ex Arabiſmo, ſed jam *ligni* mentio facta eſt. Hoc nomen conſtructum eſt cum verbo paſſivo נחשבו *nehhſchabou*, unde fortè reſecandum *Vau*; niſi ſit ratio ignota, cur תותח cum plurali jungatur.

Ad vibrationem clypei ridet] ישחק לרעש כידון *jiſchhak lerahaſch chidon.* Oſtendimus כידון eſſe clypeum ad Joſ. VIII, 18. *Aquila* hîc ἀσπίδος, & *Symmachus* σεισμῷ θυρεοῦ. Vibratio clypei fuit vehementior clypei motus, ad proſternendum umbone, interdum ferreâ cuſpide inſtructo, quidquid ei objiciebatur, cùm ad manus ventum erat. Graviter armatus, quem Crocodilus invadebat, potuit in feram clypeum vibrare, ut eam repelleret.

21. *Sub*

Sub eo ſunt acumina teſtæ, ſternit ſe ut tribulam in luto. 22. Fervere cogit profundum, ut ollam; mare reddit ut mortarium, *quo* unguentum *teritur*. 23. Ponè ſe lucidam facit ſemitam, *qui videt* abyſſum crediderit eſſe canitiem. 24. Non eſt ei ſimile in pulvere, factúsque eſt ita ut non timeat. 25. Etiam quidquid altum eſt deſpicit, & rex eſt omnium majorum belluarum.

XXXI.

Sunt ei acumina teſtarum fractarum ut tribulo lutum. 22. Si ſic illi videatur, vaſtum mare ita agitat, ut unguentum quod in mortario teritur. 23. Poſt eum mare percurrentem eſt ſpuma ita agitata, ut videatur totum mare candens inſtar ſpumæ. 24. Nihil ſimile cernitur Crocodilo in continenti, & quod poſſit eum terrere. 25. Maximas etiam præ ſe deſpicit feras, & majoribus feris veluti imperat.

PARA-

21. *Sub eo ſunt acumina teſtæ*] תחתיו חדודי חרש *thabhthou bhadoude bhareſch.* Si, nempe, volutetur, dorſi tubercula ſub eo ſunt. Quare cunfertur cum *tribula*, quæ eſt tabula ferro lapidibúſve aſperata. Vide ad hæc verba *Bochartum*, & locum inſignem *Æliani* H. A. Lib. X, 24. quem hanc in rem profert, & antea etiam adtulimus.

22. *Fervere cogit profundum, ut ollam*] ירתיח כסיר מצולה *jartiabh caſſir meſoulah.* Cum ſe jactat in profunda aqua, & in ea ſpumam & vortices excitat; quæ ſunt, in majoribus præſertim piſcibus, conſpicua.

Mare reddit ut mortarium, quo unguentum teritur] ים ישים כמרקחה *jam jaſchim chammerkabbah.* Poſtrema vox ſonat vas, in quo unguenta miſcentur, quod vocant LXX. Intt. ἐξάλειπτρον; *Aquila* μυρεψετήριον, *Symmachus* ἀναθυμιάματα? θρασσομένῳ ἀρώματι. Odorem, nempe, inſtar muſci emittere Crocodilum Indi, Arabes, Afri, Americani, Recentioréſque multi uno ore teſtantur, ut oſtendit *Bochartus*; quod mirum eſt à Veteribus, mirabilium naturæ ſtudioſis alioquin obſervatoribus, omiſſum. מצולה *meſoulah* autem hìc *profundum* poteſt eſſe aut Nilus, aut ſtagna varia, quales lacus per quos Nilus in Æthiopia tranſit; nam hæc ab Orientalibus vocantur ימים jamim, *maria*, ut multis oſtendit *Bochartus*. Sed non video, cur etiam nequeat mare intelligi, propriè dictum, ſi concedamus à Crocodilis interdum Delphinos fugari ad oſtia usque Nili, ac proinde Crocodilos interdum in mari natare. Ut Delphini in aqua marina alioqui degentes, interdum ſubeunt Nilum: ſic & Crocodili poſſunt aliquando, dum inſectantur cupidiùs Delphinos, aquam marinam ingredi. Vide *Plinium* Lib. VIII. c. 25.

23. *Ponè ſe lucidam facit ſemitam*] Quia, ut vult *Bochartus*, ſulcum à tergo ducens ſpumam albicantem excitat.

Qui videt abyſſum crediderit] Eſt tantùm יחשב *jabhſchob.* Itaque ſupplendus Nominativus ראה *videns*, vel legendum eſſet יֵחָשֵׁב in futuro Niphal. Hæc è Poëtis Græcis & Latinis illuſtrantem *Bochartum* vide. Mirè vertęrunt LXX. Intt. τὸν δὲ τάρταρον τῆς ἀβύσσου ὥσπερ αἰχμάλωτον, ἐλογίσατο ἄβυσσον εἰς περίπατον. Vulgatus: *poſt eum lucebit ſemita, æſtimabit abyſſum, quaſi ſeneſcentem*; quæ propiora multò ſunt Hebraicis, ſed obſcuriora.

Eſſe canitiem] לשיבה lſchebah, *in canitiem*, propter albam ſpumam; unde πολιὴν θάλασσαν *canum mare* paſſim vocant Græci Poëtæ.

24. *Non eſt ei ſimile in pulvere*] אין על עפר משלו *en hal haphar moſchlo*, non eſt ſuper pulvere ſimilitudo ejus; hoc eſt, non eſt inter reptilia, quæ in pulvere moventur, ei ſimile.

Factus eſt ita ut non timeat] העשו לבלי חת *hehaſchou libli hhath*, ut ſit ſine timore. *Bochartus* vertit: *ut adteri non poſſit.* העש pro העשוי *hehaſchoui*, niſi exciderit Jod.

25. *Quidquid altum eſt deſpicit*] את כל גבה יראה *eth chol gaboah jireh*, videbit omnem altum; nempe, ſine timore. LXX. Intt. πᾶν ὑψηλὸν ὁρᾷ, & Vulg. *omne ſublime videt.* Sed nihil eſt mirabile, ſi videat qui oculos habet, quod eſt commune omnibus animalibus non cæcis. Sunt qui velint perinde eſſe ac *vincit*, quia Joſias dicitur mortuus poſtquàm *viderat* Pharaonem, à quo victus eſt. At *videre* illic potiùs eſt in conſpectum venire, adeóque pugnare. Non abſurdè conjecerit, qui putarit punctandum יְיָרֵא *terrebit*, in Pihel, à verbo ירא *jare*, timuit. Vide 2. Sam. XIV, 15. & Neh. VI, 19.

Rex eſt omnium majorum belluarum] הוא מלך על כל בני שחץ *hou melech hal chol bne ſchahhats*, ille rex ſupra omnes filios elationis. Vide Cap. XXVIII, 8. Omnes belluas, ne maximis quidem exceptis, adgreditur & vincit; quod exemplis probat *Bochartus*.

Hactenus verba Dei ad Jobum, quibus ſapientiam & potentiam ſuam oſtendit, cùm ceterarum rerum, tum præſertim animalium creatione. Ex quibus colligere licuit; cùm tanta ſit Dei ſapientia & tam immenſa potentia, hominibus reverenter de eo eſſe loquendum, & de ſe humiliter ſentiendum; ita ut quamvis rationes cur aliquid, Divinâ Providentiâ patiente, fiat, comminiſci nequeamus; tamen omnia ſapienter ac proinde juſtè ab ea adminiſtrari credamus, & in Dei voluntate æquo animo adquieſcamus; quod non fecerat Jobus.

COM-

XXXI. A Deo Jobus veniam petit, tres Jobi amici jubentur ſacra facere, Jobiſque in integrum à Deo reſtituitur.

1. RESPONDIT autem Jobus Jehovæ, & dixit: 2. Novi te omnia poſſe, nec quidquam eorum, quæ cogitaveris, prohibitum iri. 3. Quis ille eſt, qui conſilium inſcienter occultat? Ideò profeſſus ſum me non intelligere; mirabiliora erant, quàm ut ea ſcirem. 4. Audi, quæſo, ego verò loquar; interrogabo te, tu verò doce me. 5. Auditu aurium de te acceperam, nunc verò oculus meus vidit te. 6. Idcóque improbo *quæ dixi*, & pœnitentiam in cinere & pulvere ago. CAPUT XLII.

7. Poſtquàm verò hiſce verbis Jobum compellaſſet Jehova, dixit Eliphazo Themanitæ: in te & in duos tuos amicos accenſa eſt indignatio mea; quia de me, quemadmodum ſervus meus jobus, rectè loquuti non eſtis. 8. Nunc ergo ſumite vobis ſeptem

PARAPHRASIS.

1. HIS auditis Jobus Deo repoſuit, in hanc ſententiam: 2. *NOVI, ô Deus Opt. Max. a te omnia poſſe fieri, & quidquid velles id à nemine poſſe prohiberi. 3. Quis ille eſt, qui cum conſilia tua omnia intelligat, inſcienter ea occultet? Ideo profeſſus ſum mihi non eſſe nota & ſupra captum meum eſſe poſita. 4. Audi vero, ut te interrogem, tu vero doce me, quod ignoro. 5. Quod de te antea noram, id ab aliis audiveram; ideoque me rem ignorare ingenue profeſſus ſum, cùm longè ſupra captum eſſet. 6. Itaque revoco quidquid dixi, quod de te non ſatis reverenter dixi, & inconſultorum ſermonum a te veniam peto, & cinere & pulvere adſperſus pœnitentiam ago.*

7. *Poſtquam vero hæc Deus Jobo dixiſſet, ſic Eliphazum Temanitam compellavit:* tibi & duobus tuis amicis iratus ſum, quia de me, quemadmodum ſervus meus Jobus, rectè loquuti non eſtis. 8. Ita-

COMMENTARIUS
In Caput XLII.

2. N*Ec quidquam eorum quæ* &c.] ולא יבצר ממך מזמה *velo jibbatſer mimmecha mzimmah*, non impedietur à te cogitatio; hoc eſt, impediri non poterit quod cogitaveris, vel ſtatueris fieri oportere. Vide Gen XI, 6

3. *Quis ille eſt* &c.] Idem ſenſus verſûs 2. C. XXXVIII. Fatetur Jobus Deum ſibi hoc jure exprobraſſe, negátque ſe poſthac facturum.

Ideò profeſſus ſum me non intelligere] לכן הגרתי ולא אבין *lachen higgadtai velo abin*, ideò nunciavi & non intellexi; hoc eſt, ſatis oſtendi, iis quæ dixi, rationes Divinæ Providentiæ mihi non eſſe notas.

Mirabiliora erant &c.] *Mirabilia erant præ me & neſciebam*; hoc eſt, occultiora, quàm ut ea ſcirem.

4. *Interrogabo te* &c.] Non eſt meum tibi quærenti reſpondere, ſed docenti adſentiri, & ſilentio dicta tua excipere.

5. *Oculus meus vidit te*] Symbolum præſentiæ tuæ, in nube, quale rariſſimum fuit.

6 *Improbo quæ dixi*] אמאס *emas*. Supplendum fuit *quæ dixi*. LXX. Iutt. ἐφαύλισα ἐμαυτὸν, *Symmachus* κατέγνων ἐμαυτοῦ. Vulg. *ipſe me reprehendo*.

Pœnitentiam ago] ונחמתי *venibhamthi*. Notum eſt hoc verbum in *Niphal* eſſe *pœnitentiam agere*, in *Pihel*, *conſolari*. Vult Jobus ſibi dolere ſe non ſatis reverenter de Deo loquutum, ſéque palam hoc teſtari *cinere & pulvere*, ut ſolebat fieri, capiti injectis, nec poſthac umquam irreverentiùs de eo eſſe loquuturum.

7. *In te & in duos tuos amicos*] Eliphazum adloquitur, qui primus Jobum adgreſſus erat ſcelerum reum agere, & fortè etiam aut ætate, aut honore ceteros anteibat. Elihuum verò prætermittit, qui magnitudinem Dei potiùs extulerat, quàm Jobi innocentiam exagitarat.

Quemadmodum ſervus meus Jobus] Jobi dicta ad tria ſumma capita revocari poſſunt. Primum, innocentem ſe contenderat; hoc eſt, nullius ſingularis ſceleris, cujus pœnas daret, reum eſſe; quod verum erat. Secundum, quamvis Deus ſupplicium de malis ſæpe ſumeret, & bonos beneficiis cumularet; attamen ſæpe eos nullo diſcrimine habere, bonóſque miſeros eſſe & malos florere pati; quod negari etiam non poterat. Tertiùm, quamvis ſe à Deo malè habitum ſentiret, nequaquam de ejus Bonitate deſperare, imò liberationem inſignem à calamitatibus ſuis, quamvis multò majores fierent, ab ea exſpectare, quod videre eſt præſertim C. XIX, 25, 26, 27. Hæc ergo cùm ſumma eſſet dictorum Jobi, mirum non eſt ſi Deus inducatur dicens rectè eum de Providentia Divina loquutum; ſed cùm interdum magnitudine malorum, quæ ei contigerant, & quæ etiamnum patiebatur, animus ejus nullius ſceleris ſibi conſcius perturbaretur; cúmque ad hæc accederent caſtigationes iniquæ & exprobrationes aſperiores amicorum; non ſatis reverenter de Deo aliquando loquitur, eúmque veluti provocat ad palam, in judicio ſibi dato, proferendum ſcelus; ſi quod eſſet, propter quod ſe tam graviter, præ ceteris omnibus, adflixerat. Hæc verò nata & effuſa non ab animo improbo, & Dei ſpretore, ſed contra ſibi bene conſcio & de Divina Juſtitia & Bonitate minimè deſperante, quamvis ægro & malis exaſperato, ignovit ei Deus, & quaſi non dicta, pro ſumma ſua Miſericordia, habuit; quia animum Jobi, conſtantes Virtutis habitus, infirmitatémque humanæ naturæ, etiam piæ & religioſæ, optimè omnium novit.

ſeptem juvencos & ſeptem arietes, tum ite ad ſervum meum Jobum, & offerte holocautomata pro vobis. Jobus verò ſervus meus pro vobis orabit, etenim rationem ejus habebo, ne vobiſcum me geram *pro* ſtultitia *veſtra;* quia, quemadmodum ſervus meus Jobus, rectè non eſtis loquuti de me. 9. Iverunt ergo Eliphazus Themanita, Bildadus Suchita, & Tſophar Nahamithita, fecerúntque quemadmodum iis dixerat Jehova, qui Jobi rationem habuit.

10. Reduxit etiam Jehova ad Jobum eos, qui captivi abducti fuerant, cùm oraſſet pro amicis; & omnia quæ erant Jobo duplo auctiora ei reddidit. 11. Venerunt ad eum omnes fratres ejus, omnes ſorores, omnésque antea noti, & convivati ſunt cum eo, ejus domi. Oſtenderunt ſe ejus cauſâ dolere, conſolati eum ſunt, ob calamitatem

8. Itaque ſumite ſeptem juvencos, & totidem arietes, atque ad ſervum meum Jobum ite, atque offerte holocautomata pro vobis. Jobus verò pro vobis orabit; nam ejus rationem habebo, ne vobiſcum me geram, pro ſtultitia veſtra, quâ de me eſtis loquuti. 9. Paruerunt verò tres amici Jobi, idque quod juſſi erant facere executioni mandarunt, & Deus precum Jobi, pro tribus amicis, rationem habuit.

10. Deus poſtea curavit reduci ad Jobum, cùm pro amicis oraſſet, eos qui captivi una cum pecudibus abducti fuerant à latronibus vicinis, & omnia altera parte auctiora. 11. Inviſerunt eum deinde omnes fratres & ſorores, cum omnibus, qui notiores ei erant, eoſque omnes convivio excepit. Teſtati ſunt ſibi doluiſſe eum in tantam calamitatem incidiſſe; eúmque, pro more illarum gentium, donarunt nummo uno aureo & unâ inaure aurea. 12. Deus

novit. Unde intelligere licet, à Deo omnia & ſingula, quæ Jobus dixit, non eſſe probata, quod ſatis liquet ex C. XXXVIII, 2. & XL, 3. ſed tantùm ſumma dictorum ejus capita, quæ memoravimus.

Rectè loquuti non eſtis] נכונה *nchonah*, *rectum* aut *firmam*, aut *verum*. Rectè de Deo non erant loquuti amici Jobi, quia hoc ſtatuerant, omnes, qui in graves calamitates, ut Jobus, incidebant, ſceleram reos à Deo haberi; & quicumque ſecundis rebus, præſertim per totam vitam, florebant, bonorum loco apud Deum eſſe. Inde enim ſequebatur, ut putabant, Deum ab innocentibus pœnas ſumere, & erga nocentes beneficum eſſe; quandoquidem paſſim contingit bonos quidem, ad mortem usque, cum adverſis rebus conflictari; malos verò omnium bonorum, exceptâ Virtute, copiâ adfluere ad mortem usque. Deus ergo non vult, ex adverſis, aut ſecundis rebus, de voluntate ſua erga homines judicari, ſed ex eorum moribus; ita ut malis indignari intelligatur, quamvis florentibus; & bonis, licèt malè habentibus, favere. Quæ doctrina eadem eſt ac Evangelica, animóſque paullatim ad cognitionem præmiorum & ſuppliciorum alterius vitæ deducebat.

Qui putant hunc librum eſſe Parabolam, quâ deſcribitur ſors piorum Judæorum, in Captivitatem abductorum, ſub perſona Jobi; & minùs piorum, ſub perſona amicorum ejus, hæc ita interpretantur. I. ut Deus teſtimonium perhibeat religioſis Judæis calamitatês ſuas querentibus, quòd licèt Deum caſtè & ſanctè coluiſſent, nihilo ſeciùs in Captivitatem abducti fuiſſent, unà cum improborum multitudine, quódque hoſtes Dei florerent, dum ejus cultorum res eſſent planè perditæ: II. ut iis ſe ignoſcere ſignificet, ſi quid in tam adflicto ſtatu non ſatis circumſpectum protuliſſent: III. ut coërceat aut Chaldæos, miſeris Judæis protervè illudentes, aut improbos Iſraëlitas, qui, cùm viderent viros religioſos in eadem ſecum mala incidiſſe, eos quoque ſimilium ſecum ſcelerum reos fuiſſe, iis exprobrabant: IV. ut denique oſtendat ſe bonorum ſpem non deſtituturum, ſed poſt certum tempus eos in priſtinas ſedes reducturum, & omnibus bonis reduces cumulaturum, prout prædixerant Prophetæ; quod deſcribitur ſub imagine reſtitutionis Jobi.

8. *Sumite vobis ſeptem juvencos* &c.] Offerendos, nempe, Deo, qui ſeptem diebus omnia creavit. Vide not. ad Exod. XXIX, 29. & Num. XXIII, 1.

Offerte holocautomata pro vobis] Nimirum, ut videtur, miniſterio ipſius Jobi, ſacerdotali munere atque interpretis apud Deum, pro iis functuri; alioqui nihil opus fuiſſet ad Jobum ire cum victimis, ut ipſi pro ſe ſacra facerent. Holocautomata autem ejusmodi victimæ erant pro delicto, quarum morte agnoſcebant ſe mortem eſſe à Deo meritos, quam deprecabantur. Hîc verò Jobus, quaſi Deo gratior & imperrabilior, jubetur pro iis ſacra facere.

Rationem ejus habebo] כי אם פניו אשא *chi im phanau eſſcha*, nam faciem ejus accipiam. Hac in re non eſt προσωποληψία vitioſa, nihil enim vetat Deum, propter bonum virum, malis, aut minùs bonis ignoſcere. Alia eſt ratio judiciorum, ubi de præmiis & pœnis legibus præſcriptis agitur, alia miſericordiæ & beneficentiæ Dei dantis, pro jure ſuo, quod non debet.

Ne vobiſcum me geram, pro ſtultitia veſtra] לבלתי עשות עמכם נבלה *lbiltbi haſchoth bimmachem nbalah*, ne agam vobiſcum (*pro*) ſtultitia. Iis adſentimur, qui dictum putant pro כנבלה *chinbalah*, ſive ſubaudiri voluerit Scriptor Sacer כ, ſive exciderit. LXX. Intt. habent, εἰ μὴ γὰρ δι' αὐτὸν ἀπώλεσα ἂν ὑμᾶς, non quod Hebraïca rectè à ſe verti putarent, ſed quia verebantur ne quid parum decorum dicens induceretur Deus, ſi verterent, *ne faciam vobiſcum ſtultitiam*. *Hieronymus* habet: *ut non vobis imputetur ſtultitia.*

10. *Reduxit etiam Jehova* &c.] Videntur omnino intelligi pecudes, quas abegeraut Sabæi & Chaldæi, Cap. I, 15, 17. quibus addi etiam poſſint ſervi ſimul abducti, quamvis non memorentur. Alia quæ hîc habent Interpretes, ſunt contorta. Quî autem latrones Arabes & Chaldæi prædam reſtiruere coacti ſint, non liquet;

Google

tem omnem, quam ei immiſerat Jehova, & unusquisque eum nummo uno, unáque inaure aureâ donavit. [12]. Jehova poſtremò benedixit Jobo plusquàm initio, fuerúntque ei minutarum pecudum quatuordecim millia, camelorum ſex millia, boum juga mille, & aſinæ mille. [13]. Fuerunt ei præterea ſeptem filii & tres filiæ; [14]. quarum uni nomen impoſuit Jemimæ, alteri Ketſihæ, & tertiæ Keren-happhuchæ. [15]. Nec inveniebantur mulieres, in toto illo tractu, quæ formoſæ eſſent, inſtar filiarum Jobi, deditque iis hereditatem pater inter fratres. [16]. Vixit verò Jobus poſtea centum quadraginta annos, filiósque ſuos & filiorum filios, per quatuor ætates vidit. [17]. Mortuus eſt denique Jobus ſenex & annis ſatiatus.

LIBRI JOBI FINIS.

us verò poſtremùm Jobum plus multò ditavit, quàm antea; habuit enim minorum pecudum quatuordecim millia, camelorum ſex millia, boum juga mille & aſinas mille; quæ erant iis temporibus & locis ingentes divitiæ. 13. Poſtea etiam ei nati ſunt ſeptem filii & tres filiæ; 14. quarum uni nomen impoſuit Jemimæ, alteri Ketſihæ, & tertiæ Keren-happhuchæ. 15. Quæ puellæ formâ ſuperabant omnes tractuum illorum puellas, & partem hereditatis paternæ acceperunt. 16. Hiſce beneficiis addidit Deus longævam vitam, cùm vixerit centum quadraginta annos, & quatuor poſterorum ſuorum ætates viderit. 17. Tandem longâ vitâ ſatiatus, Deo gratiſſimus obiit.

PARAPHRASEOS IN LIBRUM JOBI FINIS.

quet; nec in re ejusmodi conjicere libet, aut licet.

Pro amicis] רעהו *rehehou*, quod eſt pro רעיהו in plurali.

Omnia quæ erant Jobo &c.] *Et addidit Jehova omnia, quæ Jobi* (fuerant) *in duplum.*

11. *Convivati ſunt cum eo*] *Comederunt cum eo panem.*

Oſtenderunt ſe ejus causâ dolere] ויגודו לו *vejanoudou lo.* LXX. Int. *παρεκάλεσαν αὐτόν.* Vulgatus: *Et moverunt ſuper eo caput.* Sed conſtat verbum נוד *noud* eſſe interdum dolorem teſtari, ob alienam calamitatem. Vide Eſai. LI, 9. Jerem. XLVIII, 17. & ſupra C. II, 11.

Nummo uno] קשיטה אחת *kſchitah ebhath.* LXX. Int. *ἀμνάδα μίαν* Vulg. *ovem unam.* Videtur eſſe nummi nomen. Vide ad Gen. XXXIII, 19.

Inaure] נזם *nezem.* Vide ad Gen. XXXIV, 47. ubi oſtendimus hac voce propriè ſignificari annulum, quo nares trajiciebantur. Sed adi & ad Gen. XXXV, 4. & Jud. VIII, 24. LXX. Int. *τετράδραχμον χρυσοῦ καὶ ἄσημον*, quæ ſunt commenta. *Hieronymus* rectiùs, *inaurem.*

12. *Minutarum pecudum* &c.] Confer cum C. I, 5.

13. *Septem filii* &c.] Ut antea C. I, 2.

14. *Quarum uni nomen impoſuit*] *Et vocavit nomen unius* &c. Quæritur cur ſint filiarum nomina memorata, non filiorum; cujus rei ratio reddi non poteſt, niſi fortè illuſtriores fuerint filiæ. Hæc nomina proferuntur, ut argumentum certum, quo conſtet hanc veram eſſe Hiſtoriam, ſed quis dicat quò usque Orientales Parabolas ornare ſolebant? In Parabola Evangelica eſt quidem nomen *Lazari*, quod non obſtat quo minùs Parabola habeatur. Verùm rem in medio relinquimus.

Jemimæ] ימימה *jemimah.* LXX. *ἡμέραν.* Vulg. *diem* Præſtat ipſum nomen retinere, nec in ejus ſignificationem curioſiùs inquirere, quam nemo invenire queat.

Ketſihæ] קציעה. quæ vox *Caſiam* ſignificat, nec ſolum eſt nomen arboris, quod puellæ ſit impoſitum, cùm *Thamar* palmam ſignificet.

Keren happhuchæ] קרן הפוך, hoc eſt, cornu ſtibii, vel vaſculum in quo ſtibium continebatur. Vide 2. Reg. IX, 30.

15. *Deditque iis hereditatem inter fratres*] Hoc præter morem plurimorum populorum factum eſſe obſervat V. A. *Hieronymus Bignonius* ad Tit. LXII. legum Salicarum. Sed apud Hebræos filiæ, nonniſi deficientibus filiis, bonis paternis ſuccèdebant. Vide hiſce de rebus *Joan. Seldeni* Opuſculum *de ſucceſſione in bona defunctorum, apud Hebræos* Capp. VIII. & IX.

16. *Centum quadraginta annos*] Quot annos vixerit antè, nemo dixerit; ſed credibile eſt Jobum juvenem fuiſſe, cùm mala, quæ narrantur Cap. I. & II. paſſus eſt.

Quæ quatuor ætates] Numeratâ ætate ipſius Jobi, qui filios & filias jam viderat, ſed qui interierant.

17. *Annis ſatiatus*] Vide ad Gen. XXV, 8.

FINIS COMMENTARII IN JOBUM.

DAVIDIS REGIS
ET PROPHETÆ
PSALMI,
PARAPHRASI
ET
COMMENTARIO
A
JOANNE CLERICO
ILLUSTRATI.

Google

LIBER PSALMORUM DAVIDIS.

Viri boni felicitas, mali infelicitas.

1. BEATUM hominem, qui concilium improborum ingreſſus non eſt, neque in PSALM. I.
via peccatorum conſtitit, neque in conſeſſu deriſorum adſedit; 2. ſed lege Jeho-

PARAPHRASIS.

1. IS demum verè beatus haberi poteſt, qui fugit familiaritatem improborum, nec eorum conventibus libenter intereſt; 2. ſed Legis Divi-

COMMENTARIUS
In PSALM. I.

PSALMUM hunc eſſe *DAVIDIS* nullo certo indicio conſtat, cùm non ſit ei præſcriptum לדויד *ledavid*, ut multis aliis; nec quidquam in eo legatur, quod non & ab alio ſancto viro dici potuerit. Nolim tamen ejus eſſe negare, quia interdum ſollemnis inſcriptio omiſſa forte eſt. Non ineptè poſſimus ſuſpicari eum, qui Pſalmos Davidis aliorúmque collegit, & in quinque Libros digeſſit, qua de re egimus in Diſſertatione de Pſalmis, hoc Canticum, ſive Davidis, ſive aliûs cujuspiam Prophetæ, ceteris præfixiſſe, quaſi præfationem quamdam, in laudem pietatis, quâ totum hoc refertum eſt volumen. Permulta ad hunc Pſalmum pertinentia collegit *Thomas Gatakerus* Adverſ. Lib. I. ſex primis Capp. quæ adiri poterunt ab iis, quibus vacabit.

1. *Beatum hominem*] אשרי האיש *aſchre haiſch.* Rectè obſervavit *Val. Schindlerus*, in Lexico, אשרי eſſe inſtar adverbii, ut אחרי *abbare*, poſt, quod exemplis oſtendit, ut Deuter. XXXIII, 29. Proverb. XIV, 21. Eccleſ. X, 17. Qui volunt eſſe plurale conſtructum, nullum proferunt certum exemplum ſequentis genitivi. Confert hanc voculam vir doctus cum *bene* Latinorum, in hiſce verbis Plautini Stichi: *Bene nos, bene vos, bene te, bene me, bene noſtram etiam Stephanium!* Act. V. S. IV, 27. Alia exempla ejus formulæ exſtant apud *Ovidium* de Arte Am. Lib. I, 601. Faſtorum Lib. II, 637. & *Tibullum* Eleg. I, 31. quæ apud eos Scriptores legi poterunt. Poſſimus etiam vertere *beatè eſt homini*, vel *quàm beatè eſt homini.* Felicitatis autem, quam hîc prædicat Pſaltes, partes deſcribit verſ. 3. & ſeqq.

Qui concilium improborum ingreſſus non eſt] לא הלך בעצת רשעים *lo halach behatſath reſchahim.* Intelligimus hæc de concilio malorum & nocentium hominum, qui conveniunt unum in locum, ut capita conferentes bonis noceant; (vid. Pſ. II, 2.) quem cœtum ſtudioſè fugit vir probus, cùm ejusmodi homines ad ſaniorem mentem adducere ſe poſſe deſperat. Alii de vita, ad conſilia improborum exacta, intelligunt; quod, ad ſummam rei quod adtinet, eodem redit. Sed hoc diceretur potiùs כעצת *chahatſath*, ſecundùm conſilium. Favet nobis *Aquila*, qui verterat *ἐν συνελεύσει ἀσεβῶν, in conventu impiorum*; ut & *Symmachus*, qui habebat *ἐν συνεδρίῳ παρανόμων*, nam hæc verſio eſt *Symmachi*, cùm aliorum Intt. aliæ referantur. Sic & *Hieronymus*, qui in utraque verſione habet: *qui non abiit in concilio impiorum.* Alioqui vertiſſet *ambulavit.* Exemplum hominis pii, ab ejusmodi coïtionibus abhorrentis, habemus in Jacobo Gen. XLIX, 6. *in ſecretum*, inquit, *eorum concilium* (בסודם *bſodam*) *ne eat anima mea, ne gloria mea ſe eorum adjungat cœtui.*

Neque in via peccatorum conſtitit] Notiſſimum eſt דרך *derech*, viam dici vitæ rationem & inſtitutum. Vide & infrà verſ. 6. Rectè viri docti nos hîc amandant ad *Senecam* de Vita Beata c. I. cujus pauca verba ſubjiciemus: *Adeò non eſt facile conſequi* VITAM BEATAM, *ut ab ea quisque eò longiùs recedat, quò ad illam concitatiùs fertur, ſi* VIA *lapſus eſt; quæ ubi in contrarium ducit, ipſa velocitas majoris intervalli cauſa ſit. Proponendum eſt itaque primum, quid adpetamus; tum circumſpiciendum eſt, quâ contendere illò celerrimè poſſimus; intellecturi in ipſo* ITINERE, *ſi modò rectum erit, quantum quotidie profligetur.* —— *Quamdiu quidem paſſim vagamur, non ducem ſequuti, ſed fremitum & clamorem diſſonum in diverſa vocantium, conteritur vita inter errores, brevis etiamſi dies noctéſque bonæ menti laboremus. Decernatur itaque & quò tendamus & quà; non ſine perito aliquo, cui explorata ſint ea, in quæ procedimus* &c. Quæ omnia egregiè nobis Pſaltes ſuppeditat.

Jehovæ delectatur, eámque interdiu & noctu meditatur ! 3. Erit *ille* inſtar arboris, ad aquæ rivos plantatæ, quæ tempeſtate ſuâ fructum ſuum edit, & cujus folia non decidunt. Quidquid faciet, bene ut ſibi cedat efficiet.

4. Non

Divinæ meditationi operam dat perpetuam. 3. Poſſimus eum conferre cum arbore ad rivi dulcis aquæ ripas conſita ; quæ copioſos fructus, ſuâ tempeſtate, profert, & virorem perpetuum in foliis ſervat. Ejus moribus fiet ut omnia, quæ adgredietur, Deo volente, ei bene cedant.

4. Non eadem erit conditio improborum, ſortem enim glumæ experientur, quæ vento temerè rapitur;

Neque in conſeſſu deriſorum adſedit] ובמושב לצים לא ישב *oubmoſchab letſim lo jaſchab*. Non quilibet *irriſores* vocantur לצים *letſim* in Scriptura ; ita ut etiam ii ſignificentur, qui innocuis facetiis & jocis ſtultè facta traducunt ; ſed ii, qui Religionem ipſam & Virtutem, iiſque addictos ludibrio habent, atque aculeatis dictis lacerant ; quod collatione locorum quivis intelliget, præſertim è Proverbiis, ubi vox frequentiùs occurrit. *Aquila* propriè verterat χλευαστῶν, laxiùs. LXX λοιμῶν *hominum peſtilentium*, *Symmachus* ἐπιθετῶν *impoſtorum*, alii παρανόμων, *iniquorum*. מושב *moſchab* quidem propriè *ſellam*, ſeu *cathedram* valet ; ſed ſignificatur hîc *conſeſſus*, nam ille demum peccat, non qui in *ſella* mali viri ſedet, ſed qui in conſeſſu ejuſmodi hominum libenter moratur, eorúmque improbis dicteriis delectatur. Hinc Chaldæus בסיעת *bſibeth*, hoc eſt, *in conventu*, vel conſeſſu. Homines otioſi & dicaces ſolebant, apud Græcos, in tonſtrinis, aut medicorum officinis, aut myropoliis unà ſedere ; ubi aliorum famæ detrahebant, ut oſtendit *Iſ. Caſaubonus* ad Cap. VIII. *Theophraſti* Characterum. Sic & Cap. XXVIII. maledicus eidem dicitur συγκαθήμενος δεινὸς περὶ τοῦ ἀναστάντος εἰπεῖν, *ſedens cum aliis aptus ad detrahendum ei qui ſurrexit & abiit*. Sic quoque *Ælianus* V. H. Lib. VII, c. 7. deſcribit maledicos καθιζομένους ἐν ἰατρείῳ ψογεροὺς καὶ κακῶς ἀγορεύειν ἐκ παντὸς τρόπου διψῶντας, *ſedentes in medici officina, reprehendendi promtos & malè loquendi omnino cupidos*. Hinc intelligere licet, cur hîc *conſeſſus* irriſorum memoretur. Vide etiam Pſ. XXVI, 4. L, 20. LXIX, 13.

Jam olim, in hiſce verbis, quæſita eſt κλίμαξ quaſi *ingredi concilium improborum* minimum omnium eſſet delictum, majus *conſiſtere in via peccatorum*, maximum *in conſeſſu irriſorum adſidere*. Sic *Euſebius* ad hunc locum, poſtquàm dixit primis deſignari Gnoſticos, qui firmum nihil & ſtabile habebant ; ſecundis, eos qui poſt veritatis cognitionem in peccata delabuntur ; tertiis, peſtiferos homines, qui corruptâ doctrinâ, ſive ad dogmata, ſive ad mores pertinente, alios imbuunt, de poſtremis addit : οἱ καὶ ἐνιδρυνθέντες τῷ κακῷ, *qui in malo firmantur*, τῶν δευτέρων ἑστηκότων ἐν ἁμαρτίαις, τῶν δὲ πρώτων ὁδευόντων ἐν πλάνῃ : *dum ſecundi in peccatis perſeverant, & primi in vagis erroribus gradiuntur.* Videtur etiam *Theodorus* Heracleota idem voluiſſe, quamvis obſcuriùs. Idem quoque viſum recentioribus, ut *Calvino*, *Grotio* & aliis. Ad me quidem quod adtinet, crediderim varios actus peccati deſcribi, ſed ſine gradatione. Notiſſimum eſt non eſſe loquendi genera nimiùm urgenda in Scriptura, neque rhetoricas argutias, aut elegantias temerè quærendas, à quibus alieniſſima eſt. Vide κλίμακα confutantem *Thom. Gatakerum* Adverſ. Lib. I. c. 1.

2. *Lege Jehovæ delectatur*] בתורת יהוה חפצו *bthorath Jehovah hheptſo*. LXX. Intt. ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ. *Aquila*, *Symmachus* & alii θελήματα αὐτοῦ. *Hieronymus : voluntas ejus*. Incommodè, nam חפץ *hhephets*, non *voluntatem* ſimpliciter, ſed *delectationem* ſonat. Sic & ipſum verbum חפץ *hhaphats*, cùm conſtruitur cum ב, ut vel Lexica docebunt. Vide, inter alia, *Val. Schindleri* Lexicon. Res etiam ipſa idem poſtulat. Poſſit fortè quiſpiam conjicere hîc, pro בתורת יהוה *bthorath Jehova*, legendum ביהוה *in Jehova*, quia ſequitur proximè בתורתו *in lege ejus* ; ac ſanè elegantius eſſet, & plerumque in hypocolis vitatur ejuſdem vocis repetitio. Sed ſæpe etiam repetitio negligitur, quod in Salomonis ſcriptis non rarò animadvertimus.

Eámque interdiu &c.] ובתורתו *oubthoratho*, in lege ejus, quod expreſſimus pronomine, ne Latinis auribus ingrata accideret repetitio, quæ aures Hebræorum non offendebat.

Meditatur] יהגה *jeh geh*. LXX. Intt. μελετήσει, *Aquila* & *Symmachus* φθέγξεται. Utrumque verbum הגה *hagah* ſignificat, ſed ſatius eſt hîc de ſola meditatione capere, nam meditamur etiam taciti. Verbum hîc in futuro vertimus præſenti, ut & verba in præterito, quæ anteceſſerunt ; quia loquitur Pſaltes de perpetuo actu, & notiſſimum eſt tempora illa paſſim ab Hebræis miſceri. Fruſtra fuit *Theodorus* Heracleota, vir alioquin acutus, qui obſervavit Pſaltem dixiſſe, non ὃς ἂν πορεύεται, ſed ὃς οὐκ ἐπορεύθη. Ὁ μὲν γὰρ, inquit, ἐν τῷ βίῳ τυγχάνων οὔπω μακαριστὸς, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως· ὁ δὲ ἀναντιῤῥήτῳ τέλει τὴν ζωὴν καταλύσας, οὗτος ἤδη ἀσφαλῶς μακαρίζεται : *Qui enim eſt in hac vita, nondum eſt beatus dicendus, propter eventum incertum ; qui verò vitam indubitato fine clauſit, is jam tutò beatus prædicatur*. Res vera eſt, ſed ad præſens negotium nihil facit : qualia dixerunt innumera Veteres, quòd Linguam Hebraïcam ignorarent, ſeorſim quidem non ſpernenda, ſed locis, quibus aptantur, intempeſtiva.

3. *Inſtar arboris, ad aquæ rivos*] Videtur reſpici omne genus arborum ſemper virentium, ob aquæ copiam, quâ adluuntur, earumdémque frugiferarum. Notum eſt, in calidis illis regionibus, mediâ æſtate arbores, in ſiccis locis, foliis deſtitui. Sic Balahamus Numer. XXIV, 6. de tentoriis Iſraelis : *Sunt inſtar Coſtorum, quas plantavit Jehova, inſtar cedrorum quæ ad aquas*. Similiora ſunt loco Pſaltæ verba Jeremiæ XVII, 7, 8. *Benedictus vir ille, qui Jehovæ fidit, & cujus eſt ille fiducia. Erit inſtar arboris conſitæ ſecundùm aquam, &*

ſecun-

4. Non ſic *erit* improbis, ſed erunt inſtar glumæ, quam disjicit ventus. 5. Non ſtabunt nocentes in judicio, neque peccatores in cœtu innocentium. 6. Novit enim Jehova viam innocentium, ſed via nocentium peribit.

Inanis

rapitur; nec quò ſe recipiant habebunt, ubi quietam vitam agere queant. 5. In judicium vocati, & coram integris viris auditi, non poterunt innocentes haberi; neque cum bonis arctiorem amicitiam colere, qui in cœtum non admittentur. 6. Deus, cui nota & probata eſt vita bonorum, eos tuebitur, malos vero perire patietur, prout erunt meriti.

PARA-

ſecundùm ſcaturiginem radices ſuas agentis; quæ æſtu, ubi venit, non adficitur, ſed cujus virent folia; nec annum ſiccitatis anxiè timet, nec fructum proferre ceſſat. Sunt tamen, qui hîc Palmam potiſſimum intelligant, nec eam excludi velim, ſed cum ceteris ſemper virentibus arboribus intelligi. *Plinius* Lib. XIII, c. 4. de Palma: *Gignitur levi, ſabuloſáque terra, majore in parte & nitroſa. Gaudet & riguis, totóque anno bibere cùm amet, anno ſitiente.* Vide & *Theophraſtum Hiſt. Plant.* Lib. II, c. 8. & IV, c. 4. unde intelligere eſt, hîc Palmam fortè minus ſpectari, quàm alias ſemper virentes arbores; quòd Palma non ad rivos aquæ dulcis, qui hîc ſignari videntur, magis plantari ſolita, quàm in locis ſalſis laticibus humidis. Ὅπου μὲν Φοῖνιξ, inquit, ἁλμυρίδα τε εἶναι καὶ ἔφυδρον τὸν τόπον· οὐδ᾽ ἐν πολλῷ βάθει σφόδρα, καὶ τοῦθ᾽ ἵνα δὴ ἁλικῶν πλησίον ὄντων ἀλλήλοις. *Ubi palma, ſalſuginem & riguum eſſe locum ajunt, nec admodum in profundo aquam dulcem, & ſalſam ibi invicem propinquas.*

Plantatæ] Cùm LXX. Intt. habeant τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον, *Aquila* verterat μεταπεφυτευμένον, unde & *Hieronymus*, in verſione, juxta Hebraïcam veritatem, *lignum transplantatum.* Reſpexerunt ad id quod ſolebat fieri, unde *Theophraſtus* de Palmis Lib. II, c. 8. χαίρουσι σφόδρα τῇ μεταφυτείᾳ, *transplantatione maximè gaudent.*

Cujus folia non decidunt] *Plinius* Lib. XVII. c. 2. inter arbores cultas & ſemper virentes palmam memorat: *Harum generi folia non decidunt, oleæ, lauro, palmæ, myrto* &c. Sed ſingulari ratione palma folia ſua ſervat, ſi credimus *Plutarcho* Sympoſ. Lib. VIII. Probl. 4. ubi Soſpis, de palma: μόνῳ δὲ αὐτῷ σχεδὸν ὑπάρχει τὸ κατὰ πολλῶν ὡς ἀληθῶς λεγόμενον· τί δὲ τοῦτ᾽ ἐστι; τὸ ἐμπεδόφυλλον εἶναι καὶ ἀείφυλλον. οὔτε γὰρ δάφνην, οὔτε ἐλαίαν, οὔτε μυρσίνην, οὔτε ἄλλό τι τῶν μὴ φυλλοβολεῖν λεγομένων ὁρῶμεν ἀεὶ ταὐτὰ φύλλα διατηροῦν, ἀλλὰ τοῖς ἀποῤῥέουσιν ἑτέρων ἐπιβλαστανόντων. - - ὁ δὲ φοῖνιξ οὐδὲν ἀποβάλλων ἀφ᾽ αὑτοῦ τῶν φυομένων, βεβαίως ἀείφυλλός ἐστι. *Soli ei fermè ineſt, quod de pluribus, quaſi verum, dicitur, quòd ſit firmis foliis & ſemper virens; neque enim laurum, neque oleam, neque myrtum, neque aliam arborem, ex iis, quæ folia abjicere negantur, videmus ſemper eadem folia ſervare, ſed primis quæ cadunt alia ſubcreſcere* —— *Palma vero nihil abjiciens eorum, quæ ex ea nata ſunt, conſtanter foliis ſuis ſemper inſtructa eſt.* Quæ verba oſtendunt quidem optimè ei arbori Pſaltæ verba convenire; ſed cum conſtet in calidis oris frugiferis arboribus æſtate defluere folia, propter calorem & ſiccitatem; niſi ſint ad fluenta aquarum conſitæ, ubi totâ æſtate folia ſua ſervant; poſſit etiam hoc unum ſpectari, nec opus eſt ad vivum verba Pſaltæ reſecari. Certè ſi Palmam ſolam voluiſſet, nomine eam proprio תמר *thamar* vocaſſet.

Bene ut ſibi cedat efficiet] Eſt verbum activum יצליח *jatsliahh*, quo reguntur antecedentia, hoc ſenſu, *& faciet ut ſibi omnia, quæ adgredietur, feliciter cedant.*

4. *Non ſic erit improbis*] *Non ſic improbi*; nempe, יצליחו מעשיהם *facient ut ſibi quæ gerunt bene cedant.* LXX. Intt. repetunt οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, quod tamen, in nullo alio interprete priſco erat. Nihilominùs faciliùs potuit ſemel reſecari, quaſi ſuperfluum; quàm addi, quaſi neceſſarium. Sed vide hanc formulam לא כן, *non ſic*, prolixè illuſtrantem *Thom. Gatakerum* Adverſar. Lib. I. c. 3.

Inſtar glumæ] כמוץ *chammots*. LXX. χνοῦς. *Hieronymus*, *pulvis*, non ſatis commodè. Significatur enim quod Græcè dicitur ἄχυρον, & Latinè *gluma*, hoc eſt, exiguæ illæ particulæ palearum; quæ, grano excuſſo, vento rapiuntur. Vide Hoſ. XIII, 3. Similis comparatio eſt *Horatii* I. Sat. IV, 31.

—— *per mala præceps*
Fertur, uti pulvis collectus turbine —

Eam adtigerat etiam *Homerus*, ſed in aliam rem, Iliad. E. 499. & *ſeqq.* Vide adnotata à nobis in Matth. III, 12. in additamentis ad *Henr. Hammondum.*

5. *Non ſtabunt nocentes in judicio*] לא יקומו רשעים במשפט *lo jakoumou reſchahim bammiſchpat.* Quia ſermo eſt hîc de judicio vocem רשעים non *improbos*, ſed *nocentes*, hoc eſt, reos vertimus, quæ non infrequens eſt ejus ſignificatio. Vid. Indicem in Pentateuchum. Eadem de cauſa יקומו reddidimus *ſtabunt*, quod in judicio *ſtare* is dicatur, qui cauſam obtinet; *cadere*, qui damnatur. Vide Rom. XIV, 4. Fateor tamen alibi, in Veteri Teſtamento, hujus generis loquendi exemplum à me nullum animadverſum fuiſſe. Sed cùm *ſtare* ſit aliquando ſervari, & *cadere* perire, facilis fuit eorum verborum ad abſolutionem & damnationem translatio. • Ac ſanè Pſalm. CXXX, 3. verbum עמד *hamad*, quod eſt ejuſdem poteſtatis ac קום *koum*, videtur illic ſumi abſolutionis ſenſu; & Chaldæus Interpres habet hîc לא יזכון *lo jizchoun*, non abſolventur. *Judicium* autem intelligitur hîc judicium non tantùm hominum, ſed & Dei, verùm in hac vita; altera enim tunc temporis non ita nota erat, alioqui rei tanti momenti frequentior multò & clarior mentio occurreret. Sed quia LXX. Intt. verterunt hîc, οὐκ ἀναστήσονται οἱ ἀσεβεῖς ἐν κρίσει. Chriſtiani Interpretes olim, ſummo conſenſu, de reſurrectione malorum, ultimo die, hæc intellexerunt. Qua de re, vide Corderianam Catenam. Quandoquidem verò

Inanis hominum fremitus contra Regem, quem Deus tuetur.

PSALM. II. 1. QUARE tumultuatæ ſunt gentes & populi inania moliti ? 2. Reges terræ ſe *in unum locum* ſtiterunt , & principes ſimul conſilium iniverunt , contra

PARAPHRASIS.

1. CUR Vicinæ Iſraëlitis gentes convenerunt, atque inania conſilia ceperunt , contra omnium Creatorem Deum , & Regem , quem Iſraelitis impoſuit ? 2. Cur ſe mutuo hortantur ad

verò Chriſtus docuit non bonos modò, verùm etiam malos excitatum iri, in extremo judicio, dixerunt hoc voluiſſe Pſalten , reſurrecturos malos non tam , ut judicentur , (ſunt enim jam damnati) quàm ut pœnas luant. At neque verbum קום per ſe *reſurgere*, ſed tantùm *ſurgere & ſtare* ſignificat ; neque ferri poteſt diſtinctiuncula *reſurgendi ad judicium* & *reſurgendi ad pœnam* , quæ nuſquam in Scriptura occurrit. Non moramur hîc Judæos recentiores , qui videntur hinc collegiſſe, malos æternùm in morte manſuros, cùm ſolorum bonorum futura eſſet reſurrectio.

Neque peccatores, in cœtu innocentium] *Innocentes* ſignificari voce צדיקים *tſaddikim*, juſti, propter oppoſitionem *nocentium* eſſe putavimus ; non quòd quiſquam ſit per omnia *innocens*, excepto uno Chriſto ; ſed quia boni, malis collati , *innocentes* dici queunt. Quo ſenſu paſſim ea vox legitur , & præſertim in Pſalmis. Negantur autem nocentes in cœtu juſtorum ſtare , quòd à juſtis minime abſolvantur.

6. *Novit enim Jehova viam* &c.] Hoc eſt, cùm Deus probè animadvertat bonorum vitæ inſtitutum, rationem ejus habet, adeóque eam probat. Vide Pſalm. XXXVII, 18. Proverb. XII, 10. & Nahum I, 7. Adde & alia quæ habet *Thom. Gatakerus* Advertar. Lib. I. c. 6. Itaque hîc eſt antecedens pro conſequente.

Via nocentium peribit] Hoc eſt , homines nocentes , unà cum pravis ſuis inſtitutis peribunt. Vide Job. VIII, 13. & Pſ. CXLVI,9.

COMMENTARIUS
In PSALM. II.

1. Q*Uare tumultuatæ ſunt gentes* &c.] Hæc & quæ ſequuntur, oſtendunt Pſalten hîc agere de Rege Iſraëlis, in quem vicini Reges, & populi conſpirarant; ut jugum ejus excuterent , aut creſcenti magnitudini obſiſterent. Nec quidquam vetat Davidem ſignificari , in quem Reges, nationéſque multæ, etiam ab eo antea victæ, inſurrexerunt, ut liquet ex Hiſtoria Sacra 2. Sam. VIII. & X. Cùm verò Judæi, collapſo regno Judæ & Iſraëlis, poſt captivitatem præſertim Babylonicam, ejúſque ſolutionem , in Prophetis paſſim legerent vaticinia de Rege, qui eorum res non tantùm inſtauraturus eſſet, ſed etiam majores multò ac ampliores effecturus, & de quo ea dicebantur, quæ, ſi verba Prophetarum , pro nativæ ſignificationis amplitudine, intelligerentur ; in nullum Regum qui antea vixerant , quadrare poterant ; hinc collegerunt , ſibi à Deo promitti Regem, cujus res geſtæ multò mirabiliores futuræ eſſent Regum omnium ſuperiorum factis; quémque propterea ἀντονομαστικῶς משיח *maſchiakh*, ſeu *unctum*, hoc eſt , Regem vocarunt; ut è Novo Teſtamento , ſcriptiſque poſteriorum Judæorum ſatis liquet. Nec errarunt in eo , quòd Regem ſibi omnibus præteritis majorem promitti putarunt , ſed in genere regni, quod terreſtre perperam futurum exiſtimarunt ; cum cœleſtis Rex promitteretur , ut res ipſa oſtendit.

Propterea hunc Pſalmum , jam ab antiquis temporibus de Meſſia interpretati ſunt , quòd in eo ſint nonnulla, ut ex ſingulorum interpretatione mox patebit ; quæ ſunt magnificentiùs dicta, quàm ut ſine Hyperbola Davidi, aut Salomoni , maximis Regum Hebræorum, convenire queant. Tempore Jeſu Chriſti ſic vulgò intellectum colligere eſt ex Actor. IV , 25. XIII, 33. & Heb. I, 5. V , 5. ubi verſus 7. quaſi ad Meſſiam pertinens, profertur. Quod & recentiores Judæorum Doctores , ut oſtenderunt viri docti , agnoſcunt. Sic in Thalmudicis Pandectis Maſſecheth סוכא , c. 5. Gemara, & Jalkut ad Pſ. II. תנו רבנן משיח בן דויד שעתיד לגלות במהרה בימינו אמר לו הקב"ה בני שאל מה אתה מבקש ואני נותן לך שנ' אספרה אל חק ה' אמר אלי בני אתה וגו' *Docuerunt Magiſtri dixiſſe Deum ſanctum illum & benedictum Meſſiæ filio Davidis, propediem adeóque diebus noſtris revelando , poſtula quodcumque velis , dabo tibi illud, quia dictum eſt* (Pſ. II, 7.) *narrabo ego decretum Jehovæ, dixit mihi: tu filius meus es* &c. Eadem occurrunt, in *Bereſchith Rabbah* Sect. XLIII. ſeu allegorico Comment. in Geneſin, In *Seder Holam* , in *Midraſch Thehillim*, & in R. *Saadia* in Cap. VII , 13. Danielis. Vide *Theodor. Hackſpanium* in Opere de Scriptis Judaicis C. II, 76. & ad hunc locum.

Neque rem diſſimulavit R. *David Kimchi*, ad hunc Pſalmum , ubi poſtquàm dixit, eſſe qui eum interpretarentur de Gog & Magog, quibus nominibus adpellant Reges & populos in Unctum Dei conjuratos, addit : *eſtque* unctus *Rex Meſſias, ac ita expoſuerunt Doctores noſtri felicis memoriæ , & eſt Pſalmus hoc modo explicatus perſpicuus , at eſt propius* (verbis) *dixiſſe* (hæc) *Davidem de ſe ipſo , ut à nobis expoſitum:* והמשיח הוא מלך המשיח וכן פירשו רבותינו ז"ל ומבואר זה המזמור על זה הדרך אבל הקרוב הוא כי אמרו דוד עצמו כמו שפירשנו. Idem quoque fatetur R. *Salomo Jarchi* in eumdem Pſalmum : *Doctores noſtri expoſuerunt ſenſum* (Pſalmi) *at prout*

tra Jehovam & ejus Unctum. 3. Diſrumpamus, *inquiebant*, eorum vincula, & projiciamus à nobis eorum catenas. 4. At qui habitat in cœlo riſit, Jehova homi-

ad imperium Regis Iſraëlis excutiendum, & potentiam Dei noſtri conculcandam. 3. Vincula, inquiunt, ab Iſraëlitis nobis injecta projiciamus, & catenis eorum nos exoneremus. 4. At Dominus,

prout ſonat & ut reſpondeatur Mineis (ſic vocant Judæi Hæreticos, eóque nomine Chriſtianos interdum intelligunt) *expedit eum interpretari de ipſo Davide:* רבותינו דרשו את הענין על מלך המשיח ולפי משמעו ולתשובת המינים נכון לפותרו על דוד עצמו. Quinta & ſexta vox non ſunt in Editione Veneta recentiore, neque in Buxtorfiana, ſed ſunt in antiquioribus; nec debuerant à Chriſtianis editoribus deleri, ut rectè obſervat *Eduard. Pocockius*, Cap. II. in notis ad Portam Moſis. Idem etiam acutè admonet, ex loco Pſalmi: *tu es filius meus*, Veteres Judæos Meſſiam ſolitos vocare *filium Dei*, ut liquet ex Math. XXVI, 63. Joan. I, 50. & aliis locis; unde iterum colligit de Meſſia intellectum fuiſſe Pſalmum, temporibus Chriſti.

Cùm verò Grammatico & primo ſenſu, qui ſe legentium animo objicit, contineantur inauguratio Davidis, atque adhortatio ad Gentes finitimas, ut ei ſerviant; non videtur David ejus eſſe auctor, ſed Propheta alius ejus ævi, qualis erat Nathan; qui divinitus adflatus, dum de Davide loqui videtur, ſublimiora multò pollicetur Gentibus Deo obſequuturis, quàm Davidi. Diximus autem à Davide ſcriptum non eſſe Pſalmum, eò quòd non deceret ipſum ſuam inaugurationem & potentiam prædicare, nam in ſua re ſibimet ipſe teſtimonium exhibere nequibat; ſed potuit & debuit ab ejus ævi Prophetis extolli, quemadmodum hîc extollitur; quamquam verſu 7. veluti ipſe loquens inducitur.

Chriſtiani verò, cùm animadverterent quædam eſſe, quæ ſimplici & grammatico ſenſu conveniunt viris & factis eorum temporum, quæ ante Chriſti ætatem fluxerunt; meritò exiſtimarunt eos viros, eáve facta fuiſſe veluti σκιαγραφίαν quamdam obſcuriorem Jeſu Chriſti, eorúmque quæ ei contigerunt. Quare cenſuerunt, ante omnia, ſenſum grammaticum ita capiendum, ut res quidem & viros eorum temporum ſpectarent, (& ſunt reverà nonnulla, quæ aliò referri nequeunt) nec tamen myſtica verborum ſententia de Chriſto, ejúſque factis Chriſtianorúmve rebus & Evangelio rejiceretur; cùm præſertim loquutiones nonnullæ, pleniore ſenſu, his convenirent, quàm iis quæ ante Chriſtum contigerant, quod in interpretatione hujus ipſius Pſalmi videbimus. Digna eſt quæ iterum, iterúmque legatur, neque unquam oblivioni mandetur eximia *Hug. Grotii* adnotatio ad Math. I, 22. Itaque hunc Pſalmum de Davide ita ſumimus, ut excellentiore multò ſenſu ad Chriſtum referendum putemus.

Igitur *gentes* & *Reges tumultuantes*, conſiliáque inania ineuntes *contra Jehovam & ejus Unctum*, intelligimus primo quidem ſenſu de molitionibus populorum & Regum Ethnicorum contra Deum & Davidem; ſecundo verò, de iis, quæ Judæi atque Ethnici, multò majore niſu, contra Deum & Jeſum-Chriſtum, antequàm rerum potirentur Chriſtiani, conati ſunt, & quidem fruſtra, ut eventus oſtendit. Verbum רגשו *riggeſchou*, LXX. Int. verterunt ἐφρύαξαν, *Aquila* ἐθορυβήθησαν, *Symmachus* ἐκινήθησαν, quæ omnia *tumultum* ſignificant, qui nonnihil magnus poteſt eſſe in conſcriptione militum, comportatione armorum & ſimilibus, quæ contra Davidem facta ſunt; ut & in vexationibus Chriſti & Chriſtianorum ſemel hoc verbum exſtat in V. T. ſed ſunt derivata Pſ. LV, 15. LXIV, 3. Frequens eſt apud Chaldæos, quibus *ſtrepitum excitare* ſignificat.

2. *Reges terræ*] Nempe, Judææ vicinæ, ad ortum præſertim Jordanis (vide 2. Sam. VIII. & X.) cum de Davide res intelligitur. At Reges Judææ & Romani rerum domini, ubi de Chriſto interpretamur; quæ interpretatio alterâ illâ longè ſublimior eſt.

Se in unum locum ſtiterunt] יתיצבו *jitthjatteſebou*, quod propriè eſt, pro genuino & frequenti Conjugationis Hithpahel ſignificatu, *ipſi ſe ſtiterunt*; ſed Latinè loquenti ita fuit res exprimenda, quaſi additum eſſet אל מקום אחד *in locum unum*; in quo, nempe, conſilia conferrent, aut etiam exercitus conjungerent. Hinc *Symmachus* συνέστησαν, pro eo quod habent LXX. Int. παρέστησαν.

Principes] רוזנים *rozenim*. Sic paſſim principes, aut proceres populorum vocantur; quam vocem, quia ejus radix in Scriptura non exſtat, alii deducunt à רזה *razah*, emaciavit. quòd à principibus *emacientur* populi; alii à רז *raz*, arcanum, quòd proceres ſint arcanorum participes. Malim à רזן *razan*, quod apud Hebræos, ut apud Arabas, ſignificarit *gravem eſſe moribus*, *ſedatum & moderatum*; quales eſſe decet optimatum mores, & unde nomen honoris derivari commodè potuit. Sanè populi qui regnabantur, ut Orientales, videntur Procerum nomen ex honorifica origine potiùs duxiſſe, quàm è contumelioſa.

Conſilium inierunt] נוסדו *noſedou*, quod eſt quidem à יסד *jaſad* fundavit in Kal, ſed in Niphal eſt *conſilium inire*, ut hîc & Pſ. XXXI, 4. LXX. Int. συνήχθησαν, *convenerunt*, *Symmachus* συνεζήτουσαι, *unà quærunt*, *conſiderant*, ſeu *conſilium habent*. Hoc voluit *Hieronymus*, qui ex Hebræo vertit, *tractabunt*, id eſt, unà loquentur. Sunt qui deducant ab alia ſignificatione vocis יסד *jaſad*, quæ adfinis fuit poteſtati vocis סוד *arcanum*, ut intelligantur arcana conſilia. Sic adfinia ſunt טוב & יטב *bonus fuit*, רוש & ירש *depauperari* in Niphal, חול & יחל *exſpectare*, פוץ & יצק *liquefacere*, & ſimilia. Quam ſententiam ſequuti ſumus. Ac ſanè סוד ſumitur pro *arcano conſilio*, Prov. XV, 22. & alibi.

Contra Jehovam & ejus Unctum] Qui de Davide & Hebræis ſubigendis conſultabant, iidem de exſtinguendo Dei Hebræorum cultu cogitabant. *Unctus Dei* eſt hîc Rex, Dei juſſu, unctus. Quæ ſi de Chriſto intelligantur, eò ſignificantius

homines ſubſannavit. 5. Eos tunc, in ira ſua, adloquutus eſt, atque in indignatione ſua, conturbavit: 6. Ego, *inquit*, in ſancto monte meo Sione, Regem meum conſtitui. 7. Nar-

nus, qui cœlum habitat, atque omnia illinc regit, eorum hominum irriſit irritos conatus, 5. iisque indignatus, conſilia eorum irrita fecit, 6. atque Regem à ſe conſtitutum, in monte Sione, confirmavit.

7. Utque edictum Dei narrem, dixit mihi me à ſe

tiùs dicuntur, quò Jeſus Davide excellentior fuit, & præſtantiore oleo, ſi ita loqui fas eſt, unctus, Spiritu Dei, ſine menſura, quem à Patre accepit. Vide Pſ. XLV, 6. Heb. I, 9.

3. *Dirumpamus, inquiebant*] Hæc erant conſilia Regum & populorum, quorum verba, κενὰ μελετῶντα, proferuntur. Addidimus *inquiebant*, perſpicuitatis causâ, quod ab Hebræis aliquando omittitur, ut infrà verſ. 6. Pſ. LXXXII, 2. LXXXIX, 4. & alibi ſæpiùs. נתק *nathak* ſignificat quidem *avellere*, ſed interdum cum *fractione*. Vide Jerem. II, 20. V, 5 & infrà Pſ. CVII, 14. Hic habent LXX. διαῤῥήξωμεν, pro quo verterat *Symmachus*, eodem ſenſu, διακόψωμεν. Hæc moliebantur contra Davidem Tiobæi & Hammonitæ, 2. Sam. X. & XI. Metaphorico ſenſu dici hoc queat de iis, qui à Chriſtianis defecerant, jugúmque Religionis Chriſtianæ, leve licèt, & ferentibus utile, excutere nitebantur, & ipſos Chriſtianos calumniis & omnis generis vexationibus oppugnabant. De jugo Chriſti vid. Matth. XI, 29, 30.

Catenas] עבותימו *habothemo*, quod funes craſſos, aut catenas tortiles ſignificat. Vide Exod. XXVIII, 14, 24.

4. *Riſit* —— *ſubſannavit*] Sprevit eorum conſilia, eóſque habuit, ut homines habent eos, quorum irrita molimina rident. *Homines* hîc ſcripſimus pro *illis*, vitandæ repetitionis causâ; quod dicimus, ne à minùs Latinè ſcientibus carpamur. Irrita fecit Deus hoſtium Davidis conſilia, & Chriſtianæ Religioni infenſorum omnia cœpta, ad eam evertendam pertinentia, eluſit.

5. *In ira ſua*] Improbans eorum conſilia & juſtas pœnas de eorum flagitiis ſumturus; nam Deus, more humano, nemini iraſcitur. Nimis tamen in contrarium tetendit *Lactantius*, in Libro de *Ira Dei*.

Adloquutus eſt] Sive per Prophetas Hebræorum, qui populis vicinis exitium minati ſunt, nî quieſcerent, & Davidis majeſtatem comiter obſervarent; ſive etiam rebus ipſis, quæ eos monere videbantur, ne quid contra Deum & Davidem inceptarent. Similia de Chriſti & Chriſtianorum adverſariis dici queant; prædixerunt enim exitium incredulis Judæis, miraculisque ſuis oſtenderunt, ante eventum, non inania eſſe quæ prædicerent.

Conturbavit] יבהלמו *jebahalemo*; hoc eſt, impediet ne ſatis prudenter bellum adminiſtrent, néve conſtanter pugnent, (vide Heſdr. IV, 4.) ſi de Davidis hoſtibus rem interpretemur. Sed nec minùs verum de hoſtibus Chriſti, qui imprudentes, occiſo Jeſu, locum dederunt ejus reſurrectioni & adſcenſioni in cœlum; quibus omnibus confirmata eſt Religio Chriſtiana, multique alia in prudentiam peccarunt, dum ſtultè veritatem opprimere conantur.

6. *Ego, inquit* &c.] Neceſſariò ſupplendum *inquit*, ut verſu 3. *inquiebant*, ſi ita legantur verba ſequentia, uti extant in noſtris Codicibus; à Deo enim, non à Pſalte, hæc dicuntur. Sic autem legerunt *Aquila*, *Symmachus*, aliique Græci Interpretes & *Hieronymus*. Sed LXX. Intt. tertia perſona hìc uſi ſunt, ſeu ſic in exemplari ſuo legerint, aut certè legendum ſtatuerint, ita ut ſint verba Pſaltæ: Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν τὸ ὄρος ἅγιον αὐτοῦ, quaſi legiſſent: נסכתי מלך על ציון הר קדשו, cùm legamus נסכתי מלכי קדשי Neutra lectio vituperari queat, ſed recentem eámque ab antiquis aliis Intt. confirmatam nihil eſt cur rejiciamus.

In ſancto monte meo Sione] *In monte ſanctitatis meæ*; hoc eſt, in quo ego Deus ſanctus habito; nam non David tantùm illic habitavit, 2. Sam. V, 7. & *ſeqq.* ſed etiam Deus, qui præſens Arcæ ſuæ aderat. Ib. VI, 12. & *ſeqq.* antequàm Templum eſſet conditum in alio monte, non remoto.

Regem meum conſtitui] Poſſit quidem נסכתי *naſachthi* verti *unxi*, ſed quia bis tantùm unctus narratur David, primum vivo Saule, 1. Sam. XVI, 13. deinde eo mortuo, cùm eſſet Chebrone, 2. Sam. II, 4. nec uſquam in Hiſtoria Sacra memoretur tertiùm in Sione unctus, vertimus *conſtitui*; tum demum enim eſt totius Iſraëlis Rex ſalutatus, cùm habitaret Jeroſolimæ, 2. Sam. V, 3. Chriſtus verò eſt unctus Spiritu Sancto, & quidem in Judæa, ubi fuit Sion; vel, ſi mavis, Jeroſolimæ reſurrexit, nec procul ab ejus mœnibus in cœlum ſubvectus eſt; quo tempore regnum cœleſte adiit. *Aquila* verterat, ſi credimus marginibus Codicum Græcorum LXX. Intt. ἐδιασάμην, vel, ut alii habent, διεταξάμην, ſed hæ ſunt mendoſæ lectiones, pro διαδησάμην, hoc eſt, *diademate revinxi*, quod mirùr fugiſſe eruditos fragmentorum editores; cùm is eſſet ritus, quo regia dignitas adſumebatur, vel conferebatur. *Symmachus* verterat ἔχρισα τὸν βασιλέα μου. *Rex meus* eſt Rex, quem ego conſtitui; ut dicitur antea *Unctus Jehovæ*, qui ejus juſſu unctus erat.

7. *Narrabo ego*] Verba ſunt Davidis narrantis quid à Deo audiſſet, ſenſu grammatico. At hæc omnia, ſublimiore ſenſu, Jeſu Chriſto conveniunt, qui etiam dixit Joan. X, 36. *à Patre ſe ſanctificatum*, aut *conſecratum fuiſſe*, (quod eſt perinde ac *eſſe unctum*) & *in mundum miſſum*. Vide & Act. X, 38. & Heb. I, 9.

Decretum Jehovæ] אל חק יהוה *el hhok Jehovah*. Ubi אל perinde eſt ac את nota accuſativi, niſi ſit mendum; ſed ejus particulæ ſimilem uſum invenire licet, ut Jud. VII, 25. Jerem. XXXVIII, 19. & alibi, qua de re vide *Chr. Noldium* in hac particula. Abſurdè verterunt *Aquila* ἰσχυροῦ ἀκριβασμὸν & *Theodotion* ἰσχυροῦ πρόσταγμα, Hieronymus: *Dei præceptum*; quod

7. Narrabo ego decretum Jehovæ; dixit mihi : tu filius meus es ; ego hodie genui
te. 8. Pete à me, & dabo tibi gentes, quas poſſideas; ac fines terræ, quos habeas.
9. Conteres eas virgâ ferreâ, & inſtar vaſis figlini comminues.

10. Nunc

à ſe Regem creatum hoc tempore. 8. Quare poſſe me ab ipſo petere gentes, quibus imperarem, & fines imperii, ad quos id ampliarem. 9. Addidit fore, ut hoſtes meos valido imperio, ſeu ſceptro ferreo, quaſi teſtas frangerem : ut à figulo vaſa lutea, pro libitu, comminuuntur.

10. Qua-

quod poſtularet hunc ordinem אל חק ex uſu linguæ Hebraicæ, in qua ſemper ſequitur genitivus. Nec meliùs Sexta Verſio: *κατεγγέλλων εἰς Θεὸν διαθήκην*. Optimè LXX. Intt. *τὸ πρόσταγμα κυρίου*. חק eſt vulgò *decretum*, *præceptum*, *lex*. Hîc voce *decretum* uſi ſumus, quia decretum Dei, de regno Davidi conferendo, agitur, potiùs quàm Lex, aut præceptum.

Tu filius meus es] Cum Deus ſit Rex Regum, Reges *filii* ejus dicuntur Pſal. LXXXIX, 28. Ea de cauſa, Deus Davidem veluti adoptans hîc inducitur, & eum *filium ſuum* vocans, quod perinde eſt ac ſi *Regem* diceret. Hîc enim בני אתה *bni attah*, non eſt *ô fili*, ut putabat *Grotius*, ſed potius, *es filius*, vel, *eſto*, aut *vocator filius meus*. Vide dicta ad Gen. XLIX, 8. ubi *Juda tu* perinde eſt, ac Juda vocaris. Sic & Principes Romani diem, quo ab Imperatore adoptati fuerant & imperio admoti, vocabant *natalem adoptionis*, ut liquet ex *Spartiani* Hadriano, non procul ab initio; ad quem locum vide *Iſ. Caſaubonum*. Sic quoque Maxentius in Panegyrico Conſtantini c. XVI. dicitur *ipſum diem natalis ſui* (hoc eſt, imperii) *ultimâ ſuâ cæde ſignaſſe*. Veteres Græci, eadem de cauſa, Reges *διογενεῖς* & *διοτρεφεῖς* vocabant, *οὐχ ὅτι ἐκ Διὸς τὸ γένος ἕλκουσιν, ἀλλ᾽ ὅτι ἐξ ἐκείνου αὐτοῖς ἡ τιμή*, ut habet *Euſtathius* ad Iliad. B. Ed. Rom. CXCIX, 20.

Ego hodie genui te] Hoc eſt, hodie adoptavi, ut ſis Rex Iſraëlis; quod intelligendum, ſi de Davide agatur, de die quo unctus eſt, aut conſtitutus Rex Iſraelis. Sed hæc de Jeſu Chriſto intellecta multò præſtantiorem ſenſum fundunt. Docet enim nos Paulus Act. XIII, 32, 33. & Rom. I, 4. hæc impleta in ejus reſurrectione, quâ regnum in totum humanum genus adire cœpit. Sic & Scriptor Ep. ad Hebr. C. I, 5. hæc verba ad ſummam poteſtatem retulit, & V, 5. ad ejus ſacerdotium, quod non exigua pars ejus dignitatis fuit. Hæc tamen viri eruditi olim interpretati ſunt de *generatione æterna* Divinitatis, quæ eſt in Chriſto, & *τὸ hodie* intellexerunt de æternitate, quia *Plato* negavit in æternitate eſſe præteritum & futurum, & *τὸ νῦν* perpetuum, aut præſens duntaxat in ea agnovit. Recentiores quoque conſenſum Veterum ſequuti ſunt. Sed cùm hæc deſtituta ſint auctoritate Apoſtolica, quæ in diverſa, ut vidimus, tendit; non video cur Platonicis argutiis potiùs adſentiamur, quàm Scripturæ.

8. *Dabo tibi gentes quas poſſideas*] *Poſſeſſionem tuam*. Intelligendæ ſunt gentes, quas ſibi vectigales, Deo juvante, fecit David, de quibus ad verſ. 1. At Meſſias ejuſmodi terrenum imperium, ut volebant Judæi, nullum habuit; ſed multò præſtantius, quippe qui è cœlo gentes omnes regit, nec à ſperuenda eorum parte colitur, atque è cœlo exſpectatur jus vivis & mortuis dicturus, qui erit ultimus & potiſſimus regiæ ejus poteſtatis actus. Vide 1. Cor. XV, 24, 25.

Ac fines terræ, quos habeas] *Et poſſeſſionem tuam fines terræ*. De Davide hæc intellecta arctis limitibus circumſcribuntur, finitimis enim tantùm populis, ad Euphratem præſertim & Arabiam versùs, tributum impoſuit. Sed ſæpe *terra* & *tota terra* ſpatium terrarum paullò amplius ſignificat, in omnibus Linguis, & LXX. Intt. *οἰκουμένην* pro *terra* aliquando dixerunt, ubi de ſola terra Judæa ſermo eſt. Sic & Pſ. LXXII, 8. de regno Salomonis: *à mari ad mare, & à fluvio ad fines terræ dominabitur*. Vide *Henr. Hammondum* ad Matthæi XXIV, 7. & ad hunc locum.

9. *Conteres eas virgâ ferreâ*] תרעם בשבט ברזל *throhem bſchebet barzel*, quod poſſit & *ſceptro ferreo* verti. Hîc ſubaudiendum eſt, ſi in te rebellare adgrediantur, tam facilè vires eorum franges, quàm ſi figulina vaſa virgâ ferreâ percuteres. Vide Eſai. XXX, 14. & Jerem. XIX, 11. LXX. Intt. verterunt *ποιμανεῖς*, & Vulgatus Int. tam ex Hebræo, quàm è Græco Codicc, *reges*, quaſi legiſſent תרעם, non תרעם *throhem*. Priorem tamen lectionem prætulerim, propter ſequentia verba. Si autem David pœnas de vectigalibus populis ſumere potuit; Meſſias multò majore poteſtate inſtructus, ſuæ Eccleſiæ adverſarios cohibere ac ſtrangere poteſt, pœnis è cœlo in eos miſſis; cujus rei exempla invenire licet in libello *L. Cæcilii*, de mortibus perſequutorum.

M. Meibomius in IV. Specimine Emendat. & Interpretationum ſuarum Biblicarum, p. 29. legendum cenſet תרעם *tharhem*, paſces, vel curabis ut paſcant, quod ita legerint LXX. Intt. qui habent *ποιμανεῖς*, ad quam vertendi rationem adludit liber Apocalypſeos C. II, 27. XIX, 15. Sed illi adverſatur quod ſequitur: *& inſtar vaſis figulini comminues*, quod optimè conſentit cum verbo תרעם, *frangendi* ſignificatione intellecto; nequaquam verò, ſi *paſcendi* poteſtas ei ſubjiciatur. Nec adluſio Apocalypſeos ſatis gravis eſt ratio aliter ſentiendi, adluſione enim ad Græcam verſionem non tam quæritur veritas, quàm uſui recepto, in re nihili, indulgetur. Rationem Grammaticam repugnare etiam ait, ſed cur, ex Analogia Grammatica, non liceat dicere in futuro Kal תרוץ, & addito pronomine ſuffixo, תרוצם *conteres eos*, non video. Certè à רצץ licet formare תרוץ *tharots* & תרצם *throtſem*. Duo hæc verba idem ſunt, nec differunt, niſi quod רעע Chaldaicum morem redoleat, dicique videatur pro רצץ, nam notum eſt apud Chaldæos צ mutari in ע, ut ארע pro ארץ *terra*, & plura ejuſmodi. Ac ſanè ea forma futuri *Kal*, in hoc verbo occurrit; ut docebunt Concordiæ. Quæ, ad nimiam

 viri

[10]. Nunc ergo Reges ſapiatis, vóſque Judices caſtigari vos patiamini. [11]. Reverenter Jehovam colite, nec ſine tremore exſultate. [12]. Oſculamini filium, ne iraſcatur, pereatisque *de* via, ſi *vel* paullulùm ejus ira exarſerit. Beati omnes, qui ei confidunt.

Preces

10. Quare, ô Reges, qui trans Jordanem imperitatis, ad meliorem mentem revertimini, & qui aliorum eſtis Judices, vos in ordinem cogi patiamini. 11. Reverenter mihi pareatis, & lætemini, ob mutatum Dominum & meliorem longè inventum, quem ſummâ reverentiâ colatis. 12. Salutate Regem à me datum, ne iram ejus experiamini, vóſque è medio tollat, ſi vel tantillùm iraſcatur. Felices verò omnes, qui ei confident!

PARA-

viri alioqui docti emendandi libidinem, ne ad alios ſerpat, coercendam, dicta ſuuio.

10. *Sapiatis*] השכילו *hiſchchilou*, hoc eſt, facite ut ſapientes fiatis, ſubaudito accuſativo לבותיכם, aut נפשותיכם *corda veſtra*, vel *animos veſtros*.

Caſtigari vos patiamini] הוסרו *hivvaſſerou*. Res ipſa oſtendit hîc conjugationi *Niphal* ineſſe ſignificatum conjugationis *Hithpaël*. Qui *patiuntur* ſe *caſtigari*, iidem emendantur, ideóque ipſa emendatio hîc quoque ſignificatur, ut Levit. XXVI, 23. *Aquila*, ἐπιστημώθητε, LXX. σύνετε, Latinus: *intelligite*. Minus commodè. Meliùs Chaldæus: קבילו מרדותא *accipite correptionem*. Vide Eſai. C. I, 18. ubi נתוכחה *nivvachebbah* eſt *patiamur nos caſtigari*, adeóque emendari. Adi & quæ illic diximus.

11. *Reverenter Jehovam colite*] *Servite Jehovæ in metu*. Serviebant Jehovæ, qui Regi ab eo conſtituto parebant, veluti adoptatitio ejus filio. Hæc in perſona Davidis ſignificabant, reverenter parendum fuiſſe Regi Iſraelis, ne Jehova de iis pœnas ſumeret; in perſona Chriſti, Reges ad cultum veri Dei vocantur, nec fruſtra; ut per Evangelium hæc pleniùs multò impleta ſint.

Nec ſine tremore exſultate] *Exſultate in tremore* Hoc eſt, hilares eſtote, dum paretis Regi à Jehova conſtituto; ſed interim cavere, ne quid in eum delinquatis. Libenter lene jugum ferri poteſt, ſed lenitate domini non eſt abutendum. Hæc omnia pleniore ſenſu & ſignificantiùs multò ex ore ipſius Jeſu-Chriſti prodire cenſenda ſunt.

12. *Oſculamini filium*] נשקו בר *naſſchekou bar*. *Oſculari* apud Orientales ſignum fuit reverentiæ, & quo agnoſcebatur major dignitas in eo cui oſculum libabatur. Vide Gen. XLI, 4. Ideò Samuel Davidem à ſe unctum oſculatus eſt. בר *bar*, ut notum, eſt *filius* Chaldaïcè, quod legitur etiam Proverb. XXXI, 2. & alibi. Nemo enim ignorat multos eſſe in ſacris Hebræorum libris Chaldaïſmos. Primo ſenſu hæc quadrant in Davidem, qui ſe *Dei filium*, hoc eſt, Regem à Deo renunciatum dixit; altero verò Jeſu Chriſto, & quidem ſublimiore, præſertim ſi נשקו vertas *adorate*, ut quidam Veteres; quamvis eo ſenſu, quo veri Dei cultum ſignificat, non ſit in V. Teſtamento. Dicitur de Bahale 1. Reg XIX, 18. quia ejus cultores ſtatuas commenticii illius Dei oſculabantur; quod in cultu veri Dei, ſtatuis carentis, non fiebat.

LXX. Intt. verterunt δράξασθε παιδείας, *adprehendite diſciplinam*, quod ſequutus eſt non tantùm *Hieronymus* in verſione ex Græco, ſed & Chaldæus. Attamen nuſquam בר *diſciplinam* ſignificat, neque verbum נשקו *adprehendere*, aut *accipere* ſonat. Volunt ergo viri docti legiſſe Græcos hîc נשגו *naſſchegou*, ſed nuſquam etiam, in ſimili loquendi genere, occurrit id verbum. Sunt qui putent ſcripſiſſe eos παιδίον, *fili*, non παιδείας. Sed *diſciplinam* habet vetus verſio Latina Pſalmorum ante *Hieronymum*, & ſic Græci omnes adduxerunt hunc locum, ut nunc legitur.

Aquila verterat, καταφιλήσατε ἐκλεκτῶς, & *Symmachus*, προσκυνήσατε καθαρῶς. Sic quoque *Hieronymus*, in verſione ex Hebræo. Verùm בר *bar* nuſquam ſignificat *electum*, aut *purum* ſimpliciter, ſed tantùm *filium*, & *triticum*; ac ſanè dixiſſet Pſaltes, ſi hoc ei in mentem veniſſet, בבור, aut כבר *bebor*, in puritate, nam ſic Hebræi paſſim adverbia exprimunt, quibus minimè abundant. *Grotius* quidem ſuſpicabatur, *Aquilam* vertiſſe ἐκλεκτὸν, ſed contrarium liquet ex *Hieronymo* & Codd. Græcis. Itaque verti debuit בר *filius*, ut ſignificetur בן *ben*, de quo verſ. 7. Rem non ignorabat *Hieronymus*, qui in *Commentariolis ſuis*, ut loquitur Lib. I. contra *Rufinum* col. 371. Ed. Ben. dixerat *adorate filium*. Attamen idem *omne Pſalterium in Romanum vertens ſonum*, *quaſi immemor expoſitionis antiquæ*, *poſuerat* adorate purè, *quod utique ſibi eſſe contrarium omnibus patebat*. Reverâ eſt *adorate filium* in *Breviario in Pſalterium*, quod aliquam partem Commentarii Hieronymiani continere videtur, ſed valde interpolatam. Carpſerat ergo hoc *Rufinus*, cui ſic reſpondet *Hieronymus: Ut* Nescu *verbum de verbo interpreter*, καταφιλήσατε, *id eſt*, deoſculamini, *dicitur*; *quod ego nolens transferre putidè*, *ſenſum magis ſequutus ſum*, *ut dicerem* adorate. Rectè ſanè, ſi proximè ſequeretur *Deum*, nam נשק אלהים *oſculari Deum* putidè diceretur de adoratione, quæ in uſu erat apud Hebræos. Sed nuſquam ea verba conjuncta occurrunt, neque נשק ſignificat adorare, ubi de vero Deo ſermo eſt, ſed ſemper *oſculari* aut ſtatuas, aut homines. *Quia enim qui adorant*, pergit Hieronymus, *ſolent deoſculari manum & capita ſubmittere*, *quod ſe beatus Job elementis & idolis feciſſe negat*, Cap nimirum, XXXI, 26, 27. *Hebræi*, *juxta linguæ ſuæ proprietatem*, *deoſculationem*, *pro veneratione ponunt*; *id tranſtuli quod ipſi intelligunt quorum verbum eſt*. Meritò quidem hoc poſtremum, ſed, ut diximus, Hebræi nuſquam *oſculari Deum* pro eo, quod eſt *adorare*, dicunt, ubi de Deo vero loquuntur. Sequitur, apud eumdem: *BAR autem*, *apud illos*, *diverſa ſignificat*: *dicitur enim &* filius, *ut eſt illud* Barjona, *filius columbæ* &c. triticum *quoque &* ſpicarum faſciculus, *&* electus *ac* purus. *Quid igitur peccavi*, *ſi verbum ambiguum*, *diverſâ interpretatione converſi? Et qui in commentariolis*, *ubi libertas eſt*

diſſe-

by Google

Preces Davidis exercitu Abſalomi cincti, ſed ad Deum confugientis & de auxilio ejus bene ſperantis.

1. CARMEN DAVIDIS, CUM ABSALOMUM FILIUM FUGERET. PSALM.
2. O Jehova, quàm creverunt hoſtes mei! *quàm* multi in me conſurgunt! III.
3. Plurimi de me dicunt: nulla prorſus ſalus ei eſt in Deo. Selah.

4. At

P A R A P H R A S I S.

1 CANTICUM à Davide compoſitum, cùm Abſalomum, filium rebellem, fugeret. 2. O Deus, quam auctus eſt hoſtium meorum numerus! quam multi in me rebellarunt! Quantus eſt numerus eorum, qui novas res moliuntur! 3. Plerique mihi a te non liberatum iri dictitant, quaſi me reliquiſſes.

4. Te

differendi, *dixeram*, adorate filium, *in ipſo corpore; ne violentus viderer interpres, & Judaicæ calumniæ locum darem*, *dixerim*, adorate purè, *ſive* electè; *quod Aquila quoque, & Symmachus tranſtulerunt.* At verbum ambiguum eſt ſeorſim & ſolum, non conjunctum cum aliis. Nemo dixerit *oſculamini triticum*, aut *faſciculum tritici*, nec *oſculamini purè* vel *electè* (ubi eſt, נשקו בר) ſed memorato Magni Regis filio, ejúſque ad ſummam poteſtatem evectione, omnes rectè dixerint, ſi adloquantur eos, quos ei, patris cauſâ, dicto audientes eſſe decet: *oſculamini filium*; ex conſuetudine ad eam dignitatem evectos oſculo ſalutandi. Rectiùs ergo feciſſet *Hieronymus*, ſi, in verſione ex Hebræo, locum hunc vertiſſet, ut in Commentariis in Pſalmos verterat.

Senſus de Davide proprius hîc eſt, cujus os, aut manus, aut pedes oſculari poterant, pro dignitatibus ſuis, finitimi Reges & proceres; metaphoricus de Chriſto, quem *oſculari* dici poſſunt, qui regnum ejus, in cœlo & in terra, agnoſcunt, ac profitentur ſe ei parere velle, ac reverâ parent.

Ne iraſcatur] Addit *Hieronymus*, in verſione è Græco, voculam quâ hæc ad Deum referri oportere ſignificat, *ne quando iraſcatur Dominus.* Ac ſæpè ideò Davidem revereri eos, quos hîc adloquitur, par erat, ne Deus Regis ſui contemtum ulciſceretur; & ſimiliter Rex Cœleſtis, Jeſus Chriſtus, ideò quaſi Rex colendus, quia regnum à Patre accepit. Vid. Act. II, 36. Phil. II, 9. *& ſeqq.* Sed & metuenda eſt ira, hoc eſt, juſtitia ejus, *cui Pater dedit omnem poteſtatem in cœlo & in terra.*

Ne iraſcatur] Filius, aut Pater, perinde eſt; ſed quicumque בר *bar*, aliter quàm *Filium*, verterent, ad Patrem rem referunt, quia nullus alius nominativus anteceſſit.

Pereatis de via] תאבדו דרך. *thobedon derech.* Supplevimus cum multis Intt. מן *min.* Vide ſimilem Ellipſin 2. Ephem. VI, 27. 2. Reg. XX, 4. Poſſit & ſuppleri ב, *in*, ut Pſ. CII, 24. Perit *de via*, quiſquis vitæ iter ad mortem naturalem, ætate maturâ, non abſolvit. Mirum eſt LXX. Intt. addidiſſe hîc δικαίας, habent enim ἐξ ὁδοῦ δικαίας, ut & Vulgatus. Quicumque etiam ea faciunt, quæ vetat Pſaltes, non ſunt *in via juſta*, ut ex ea pereant. Senſit hoc *Origenes*, ut è Catena Corderiana intelligimus, ubi additum dicit ab Interpretibus κατ' οἰκονομίαν, vel ob certas rationes, aut τὰ ἀντίγραφα ἡμάρτηται, *mendoſa eſſe exemplaria*; quamvis fruſtra conetur rationem additionis reddere.

Si vel paullulùm ejus ira exarſerit] כי יבער כמעט אפו *ebi jibbar ebimebat appho.* Ubi כי perinde eſt ac אם *im*, ſi. Vide Pſ. XLI, 12. & *Chr. Noldium* ad XXIV. hujus particulæ ſignificationem. מעט *mebat*, aut ad breve tempus, aut aliquantulùm ſignificat. Utrumvis perinde eſt.

Qui ei confidunt] חוסי בו *hhoſe bo*, ubi חוסי hîc & alibi eſt pro חוסים, non figurâ ullâ, ut puto, grammaticâ, ſed librarii culpâ. Sic & in punctis ipſis יַלְדְתִּיךָ pro יְלִדְתִּיךָ calami error videtur fuiſſe, non veræ prolationis, ut innumera talia. Quæritur an בו *in eo*, ad Patrem, an verò ad Filium referendum, ſed fruſtra; quicumque enim *confidit*, hoc eſt, *credit Filio*, eâdem operâ confidit Patri. Divelli à ſe invicem non poſſunt.

C O M M E N T A R I U S
In PSALM. III.

1. *Carmen Davidis*] מזמור לדויד *mizmor ldavid.* Cùm מזמור ſit à זמר *zamar*, quod ſignificat *putavit*, *reſecuit*, cúmque conſtet, verſus Hebraicos breviſſimos eſſe, ut oſtendimus exemplis ad Exod. XV, & Deut. XXXII. poſſemúſque, maximâ parte Pſalmorum in verſiculos diſtinctâ, præ oculis lectoribus ponere; omnino Pſalmum ita dictum putamus, à *conciſorum* verſuum diſtinctione. An verò ſit diſcrimen inter Pſalmos, qui unâ hac voce inſcribuntur, & eos qui שיר מזמור aut מזמור שיר vocantur, prorſus ignorare nos fatemur; neque magni facimus conjecturas eorum, qui Hebraicè neſciunt, & tamen auſi ſunt diſcrimen illud explicare; qua de re conſulendus *Hilarius*, in Pſalmorum Procœmia. Proximè ſequens vocula לדויד *ldavid* dubiæ eſt ſignificationis, pro ambiguitate litteræ ל, quæ interdum Genitivo, interdum Dativo, præponitur, interdum *de*, interdum alia valet. Sed ubi circumſtantiæ ſunt, quæ ad Davidem pertinent, aut certè ubi nihil obſtat, in re ipſa quæ in Pſalmo habetur, quin ſit Davidis; videtur Genitivus indicari; ut hoc loco, ubi David ſat apertè deſignatur.

Cùm Abſalomum fugeret] *Cùm fugeret ille à facie Abſalomi.* Vide 2. Sam. XVII.

2. *Quàm multi*] Hîc è ſuperioribus verbis repetiimus מה *mah*, quàm. Vide 2. Sam. XIV,

4. At tu, ô Jehova, clypeus meus es, gloria mea, & caput meum adtollis. 5. Voce meâ Jehovam inclamavi, atque è monte ſuo ſancto me exaudivit. 6. Cubitum ivi,

4. Te verò, ô Deus, etiamnum habeo protectorem; mihi ſolus honori es, facisque ut erecto capite ambulem. 5. Cùm te invocavi, tu, veluti è monte tibi ſacro, mihi continuo adfuiſti. 6. Tran-

17. & c. XVII. Concurrerant primùm ad Abſalomum pauciores, deinde totus etiam Iſraël, hoc eſt, viri militaris ætatis.

3. *De me dicunt*] לנפשי *lenaphſchi*, animæ meæ. Sed cùm ſæpe ל valeat *de*, ſic eſt hîc vertendum, neque enim qui hîc loquentes inducuntur, ipſum Davidem alloquuntur; ſed de periculo, in quo verſabatur, judicant. Sic ſumitur ל Gen. XX, 3 Levit. XIV, 54. & ſæpius, qua de re vide X. ſignif. apud *Chr. Noldium*. *Anima mea* idem paſſim eſt ac *ego*, & ſic ſumitur hîc, ubi, cùm ſit fœminini generis, ſequens tamen habet pronomen maſculinum לו *lo*. *ei viro*, de quo termo eſt. Conſtructio eſt πρὸς τὸ σημαινόμενον, ut Grammatici loquuntur.

Nulla prorſus ſalus] אין ישועתה *en jeſchouathah*. Notum eſt hac productione vocis ישועה *jeſchouhah*, pleniorem ſalutem vel liberationem ſignificari; ſed, additâ negatione, quodvis liberationis genus excluditur.

In Deo] באלהים *belohim*, in Deo, vel per Deum; hoc eſt, Deus eum non eripiet huic periculo, quemadmodum alios antea eripuit; quod ideò dicebant, quia notant calamitatem hanc Davidi à Nathane Propheta fuiſſe prædictam. Vide 2. Sam. XII, 11.

Selah] סלה. Vox, de cujus ſignificatione nec Veteres, nec Recentiores, inter ſe conſentiunt Interpretes. LXX. Senes, *Symmachus & Theodotion* habebant διάψαλμα, quod volunt eſſe διαλλαγὴν μέλους, *mutationem carminis*, aut *cantûs*, ut habet *Suidas*. An verum ſit nec ne, nemo dixerit. *Aquila* verterat ἀεὶ, & *Hieronymus*, in verſione juxta Hebraicam veritatem, *ſemper*; V. Editio διαπαντὸς; VI. εἰς τέλος; Chaldæus לעלמין, *in ſæcula*. Quæ confirmantur egregie fragmento *Origenis*, quod ad finem Præliminarium in Hexapla edidit vir doctiſſimus, qui Vett. Interpretum auctiores reliquias in lucem emiſit. Similia etiam ex *Origene* habet *Hieronymus* in Epiſt. ad Marcellam, de voce διάψαλμα. Ed. Bened. T. II. p. 706. Attamen quî voci סלה conveniant non adſequimur, quippe quæ nullam adfinitatem habent cum radice סלה *ſalah*. Imò nec ulla cum rebus, quibus ſubjicitur *Selah*, connexione conjuncta ſunt.

Hieronymus, in eadem ad Marcellam Epiſtola: *Quidam* Diapſalma *mutationem eſſe metri dixerunt, alii pauſationem ſpiritûs, nonnulli alterius ſenſûs exordium. Nobis nihil horum videtur, cùm* Aquila, *qui verborum Hebræorum diligentiſſimus explicator eſt*, SELA ſemper *tranſtulerit, & inveniamus in Pſalmorum quoque fine* Diapſalma *poſitum*. Quod ubi oſtendit exemplo Pſ. III. & XXIII. tum pergit his verbis: *è contra in Pſalmis multorum verſuum penitus non inveniatur; in XXXVI. videlicet, & LXXVII. & CXVIII. rurſus IX. Pſalmus diſtinguatur cantico Diapſalmatis, cùm utique, ſicut quibuſdam videtur*, Diapſalma *indicium ſilentii eſſe non poſſit. Ex quo animadvertimus, hoc verbum ſuperiora pariter inferioràque connectere, aut certè docere ſempiterna eſſe quæ dicta ſunt.* Quod confirmare nititur, exemplis Pſalmorum & Habakkuki, ubi סלה vertit *ſemper*.

Alii etiam vocem hanc clauſulam eſſe putarunt. *Scire autem debemus*, inquit Hieronymus, *apud Hebræos, in fine librorum, unum è tribus ſolere ſubnecti, ut aut* amen *ſcribant, aut* ſela, *aut* ſalomo. *Igitur ut ſolemus nos, completis opuſculis, ad diſtinctionem rei alterius ſequentis, medium interponere* explicit, *aut* feliciter, *aut aliquid ejuſmodi; ita & Hebræi, ut quæ ſcripta ſunt roborentur, facere ſolent ut dicant* amen, *aut* in ſempiternum, *aut ſcribenda commemorant ut ponant* ſela, *aut tranſacta feliciter proteſtantur*, pacem *in ultimo ſubnotantes.* Crediderim potiùs שלם ſubſcriptum, quæ vox *integrum, abſolutum* ſignificat, ut ad finem opus perductum indicarent. Eodem pertinet, quod à *Lud. de Dieu*, ad hunc locum, obſervatum, in clauſulis librorum, quæ in pium votum exeunt, adjicere ſolitos Hebræos אנסו quæ ſunt initiales litteræ vocum אמן נצח סלה ועד *amen, netſahh, ſelah, vaed*, hoc eſt, amen, in æternum, in ſempiternum, in ſæcula. Verùm ex uſu Hebræorum, multis poſt prophetica tempora ſæculis, certi nihil colligere poſſumus de Prophetarum conſuetudine; & huic opinioni adverſatur, quòd סלה nullam æternitatis ſignificationem ſubjectam habeat, & quòd in media etiam oratione ſcriberetur.

Recentiorum conjecturæ feliciores non ſunt, quare viri docti, inter quos ordinem ducit egregius Lexicographus *Val. Schindlerus*, crediderunt eſſe vocem Muſicam, hodie ignotam, cui nullus eſt ſenſus, qui è rebus intelligi poſſit.

At M. *Meibomius*, Novi Speciminis Biblic. Emendat. & Interpretationum contendit סלה eſſe notas, ſeu vocem, cujus ſingulæ litteræ vocabulum ſignificent, quales ab Hebræis vocantur ראשי תיבות *capita vocum*, & vulgò *abbreviaturæ* dici ſolent, ut hoc velint: סוב לְמַעְלָה הַשַּׁר *redi ſurſum cantor*; hoc eſt, canendo non perge deorſum, ſed converte cantum ab imo ſurſum, bis ultimum canendo, ad ſignum usque continua. Cantûs igitur, ut putabat, repetitio his notis præcipitur, non vulgaris ab initio incipiendo, & capite Pſalmi, ſed ab imo, quo cantando perveneras; hoc, nempe, modo:

Nulla prorſus ſalus ei eſt in Deo,
plurimi dicunt de me.
Quàm multi in me conſurgunt!
quàm creverunt hoſtes mei!

Sed ſecundus verſus (nam hypocola verſus vocat) non ſatis commodè transponitur, quamvis cùm hypocola ſenſum integrum contineant in hiſce libris frequentiſſimè qui constructione cum

ivi, dormivi, excitatus ſum, quia ſuſtentavit me Jehova. 7. Non timebo mihi à myriadibus popularium, qui circumquaque *caſtra* contra me poſuerunt. 8. Surge, ô Jehova, ſerva me, ô Deus mi; nam *& antea* maxillam omnium hoſtium meorum cecidiſti,

Tranquillus fuit ſomnus meus, quia mihi auxilio fuiſti, & ſine ulla commotione inſolita dormivi & excitatus ſum. 7. Me nequaquam terrebunt myriades popularium armatorum, quæ circa me caſtra ponunt. 8. Tu vero, ô Deus, me huic periculo eripitu; quemadmodum antea hoſtibus meis

cum ſequente non connectitur, non difficulter eadem ſententia inveniatur à poſtremo incipienti. Confirmandæ tamen ſuæ ſententiæ ait primum facere quod verbum סָלָה *conculcationem* ſignificet, ut cum aggerem firmum facere ſtudent ſilucatione; quæ ſignificatio hìc abſona. Verùm hoc maximè, ut exiſtimabat, opinioni ſuæ ſervit, quòd ſententiæ verſuum, ubi hæ notæ fine diſtichorum aut carminis adſcriptæ adparent, abſolutæ ſint & integræ, ſine hujus, quacumque ſignificatione alia accipere quis velit, adjectione. Ideóque, inquit, magna diſtinctio, quam סוף פסוק vocant, ante has notas ponenda erit. Quare tribus & ſeptuaginta locis, ubi nunc ſcriptum reperitur ׃ סלה, puncta illa transponenda eſſent. Pluribus autem locis adſcriptum fuiſſe à primis Pſalmorum compoſitoribus certò demonſtrare ſe poſſe putabat. Sic *Meibomius* quidvis addebat, detrahebat, mutabat, pro arbitrio; ut conjecturis ſuis accommodaret Scripturam, non ut opiniones ad Scripturam, ut par erat, exigeret. Quod ſatis eſt, ut fidem apud nos amittat.

Duo quoque nos conjeceramus, ſed quibus non ita fidimus, ut quidquam adfirmare velimus, nedum ut demonſtrationes polliceamur, quas jactabat vir eruditus. Suſpicabamur itaque primò eſſe interjectionem quamdam Poëticam, ad fulciendum verſum ruentem & ſervandum ὁμοιοτέλευτον, quod ex permultis locis colligere poſſe videbamur. Ita in hoc Pſalmo, verſu 1. סלה reſpondet ישועתה quod ante ceſſit, verſu 5. אקרא, & verſu 9. הישועה. Secundò opinabamur adhiberi hanc interjectionem, inſtar vehementis cujuſdam adfirmationis. Ita hic negantibus Davidem ullâ ratione à Deo ſervatum iri, ſubjectâ voculâ סלה verſu 3. Propheta contrariam adfirmationem eadem interjectione munitam adponit. In fine Pſalmi etiam, ubi dixit fore ut Deus ſervet populum ſuum, eique benedicat, eam etiam, confirmationis causâ ſubjicit. Nec alienus fuit ab hac ſententia *Aben Ezra*, qui *certè & verè* hac voce ſignificari putavit. Adfinis eſt hujus particulæ uſus uſui particulæ Græcæ ναὶ, Apocal. XXII, 19. λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, ναὶ, ἔρχομαι ταχὺ, Ἀμήν. Ναὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ, quod Hebraice ſic exprimas: ויאמר המעיד הדברים האלה אבוא כמעט סלה אמן : בוא ארני ישוע סלה. Sed ſatis eſt conjecturarum, quas nemini obtruſas velimus.

4. *Clypeus meus*] מגן בעדי *magen behadi*, clypeus *pro me*, aut *circa me*. Vide I. & II. particulæ ſignificationes, apud *Chr. Noldium*.

Gloria mea] Hoc eſt, quo ego glorior, quaſi certo adjutore; aut qui gloriam mihi largitur.

Caput meum attollis] מרים ראשי *merim roſchi*; hoc eſt, qui cœpta mea ſecundas; qui enim ſecundis rebus utuntur, erecto capite incedunt: ut qui adverſis premuntur, obſtipo. Vide Job. XI, 15. & *Dav. Clerici* Quæſtionem Sacram XXIV.

5. *E monte ſuo ſancto*] E Sione, ut Pſ. II, 6.

Selah] Eſt idem hîc ac *Amen*, à quo tamen differt *Selah*, quòd in ſoluta oratione non adhibeatur; nam cum *Selah* ter & ſeptuageſies in Pſalmis & in Cantico Habakkuki legatur; nuſquam occurrit in aliis libris, in quibus interdum legitur *Amen*. Præterea cùm *Amen* tantùm adfirmet, unde γένοιτο vertitur, *Selah* non minus negationi, quàm adfirmationi augendæ adhibetur, ut verſ. 3.

6. *Dormivi*] Quod ſecuritatis hominis Deo fidentis indicium eſt. *Excitatus ſum* ita intelligendum, ut de ſpontanea excitatione, quæ contingit ubi quod ſatis eſt dormiimus, loquatur David. Alioquin hoſtes poſſent ſubitò dormire cupientem, nocturno ſtrepitu, aut tumultu, excitare.

7. *A myriadibus*] רבבות *ribeboth*, quod decem quidem millia, ſeu μυριάδα in ſingulari ſignificat, ſed & quemvis magnum numerum. Vide 1. Sam. XVIII, 8.

Popularium] עם *ham*, populi. Intelligit David populares ſuos Iſraëlitas, qui ingenti numero Abſalomum ſequuti erant.

Caſtra contra me poſuerunt] Supplevimus *caſtra*, quæ vox ſubauditur etiam, poſt idem verbum שית *ſchouth*, ponere, Eſ. XXII, 5.

8. *Surge, ô Jehova, ſerva me, ô Deus mi*] Verba hæc hinc delet *M. Meibomius* Specim. IV. p. 32. eáque addit initio Pſ. IV. unde, ut putat, exciderant; quòd hic vel ſolâ longitudine oculum offendant; quaſi neceſſe eſſet æquè brevia eſſe omnia commata, aut ita poſtularet metri Hebraici ratio! Sed mera hæc ſunt commenta hominis, ut fucum faceret, metricæ Hebraicæ cognitionem jactantis; quam tamen metricam ſibi notam nullo argumento oſtendit, nec oſtenſurus fuit; niſi magnâ pecuniâ ſibi numeratâ, quam nemo numerare voluit.

Nam & antea] Perſpicuitatis causâ, ſupplevi *& antea*; nam David à Deo petit, ut ipſum liberet, ut antea liberarat.

Maxillam omnium hoſtium meorum cecidiſti] הכית את כל איבי לחי *hicchitha eth chol ojebai lehhi*. Supplendum על *hal*, ante poſtremam vocem, ut integra loquutio ſit על לחי *hal lehhi*, ut 1. Reg. XXII, 24. ויכה את מכים על הלחי *& percuſſit Micham in gena*, & Mich. IV, 14. יכו על לחי *ferient in gena*, vel *in maxilla judicem Iſraëlis*. *Aquila* verterat σιαγόνα, ſubauditâ præpoſitione κατα, quam expreſſerat *Symmachus*. *Hieronymus*, in verſione, juxta Hebraicam Veritatem: *percuſſiſti omnium inimicorum meorum maxillam*. Sic certè ſequentia verba poſtulant, neque enim franguntur dentes, niſi percuſſâ maxillâ. Attamen LXX. Intt. verterunt ματαίως *fruſtra*, quaſi legiſſent לחנם *lehhinnam*.

Quod

ciliſti, dentes reorum confregiſti. 9. Jehovæ ſalus eſt, benedictio tua populo tuo incumbat! Sclah.

David contemtores ſuos ad pœnitentiam hortatur, & fiduciam ſuam in Deo oſtendit.

PSALM. IV. 1. PRÆFECTO PULSATILIUM, CARMEN DAVIDIS. 2. Cùm te invoco, exaudi me, ô Deus, innocentiæ meæ fautor;

is te, in meam gratiam, oppoſuiſti, & nocendi potentia eos exuiſti. 9. Ab omnium Creatore pendet ſingulorum incolumitas; tu autem, ô Deus, me ſervaſti. Nunc verò populo tuo favens eſto, eique adeſto, ut antea hoſtibus meis adverſatus es.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN DAVIDIS, canendum una cum Muſicorum Inſtrumentorum Harmonia. 2. Me, ô Deus, te invocantem exaudi, qui innocentiæ meæ hactenus faviſti, & qui è mag-

Quod eſt abſurdum, hoc loco. Hinc nonnulli conjecerunt ſcripſiſſe eos μάθυαι, quia *Heſychio* μάθυαι ſunt γνάθοι. Sed tam rarâ voce uſos LXX. Intr. non credit *Henr. Hammondus*, & meritò. Quia verò Pſalterio è Græco verſo utitur Eccleſia Romana, qui Vulgatam tuentur, hanc lectionem præferunt. At eos probè confutavit *Simeon de Muis*, earumdem partium homo, ſed textui Hebræo æquior, qua in re laudandus eſt, hoc certè loco; cùm res ipſa abſurda ſit, & *Hieronymum* præeuntem habuerit, cujus auctoritatem cur in aliis libris Vulgatæ patroni præferant LXX. Interpretibus, hîc verò deſerant, nulla cauſa eſt. *Hieronymus*, in Commentario in Pſalmos, cujus pars exſtat in *Breviario in Pſalterium*, hac de re egerat. Sic enim habet interpolatum illud opus: *Pro* ſine cauſa, maxilla *legitur in Hebræo, id eſt* LECHI, *& quia maxillam præmiſerat conſequenter infertur* dentes peccatorum contriviſti. *Euſebius* in Comment. in Pſalmos ait vocis Hebraicæ poteſtatem eſſe σιαγόνα, tum addit: οἱ δὲ O. ματαίως ἐξέδωκαν, ἢ κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἀντίγραφα ἑτέρως ἐσχηκότα, καθά φασί τινες τῶν Ἑβραίων, ἢ τῆς λέξεως τὸ εὐτελὲς ἀποφεύγοντες: *LXX. verò Int.* ſine cauſa *ediderunt, aut ſecundùm quædam antiqua exemplaria, quæ aliter habebant, ut ajunt nonnulli Hebræorum, aut, ut vilitatem vocis vitarent.* Inanis eſt poſterior ratio, nec puto meliorem eſſe priorem. Crediderim potiùs, cùm poſt לחי eſſet in eorum exemplari ſpatiolum vacuum, credidiſſe eos ſcriptum olim fuiſſe לחנם, quod ſolent interdum ματαίως vertêre. Suſpicatur verò *Lud. Cappellus*, in notis Criticis, ad hunc locum, legiſſe eos לחן *lebhen*, quod exiſtimarint idem eſſe ac לחנם *lebhinnam*. Sed tam non eſt mendoſæ verſionis rationem reddere.

Dentes reorum contriviſti] Hoc eſt, vim nocendi improbis ademiſti, ut qui feris morſu nocentibus dentes confregiſſet. Qui volunt ad pugillatum reſpici, quo manus cæſtu armata, ſi maxillam feriret, dentes frangebat ac excutiebat, oſtendere debuiſſent hunc Græcorum morem, temporibus Davidis, apud Orientis populos, obtinuiſſe; nam ad inuſitata adludi non ſolet. Qui verò putant maxillam ferire eſſe potiùs contumeliæ genus, quàm pœnæ, reputare debuiſſent non agi hîc de colapho, ſed de graviſſimo ictu, quo franguntur dentes, qui non levem dolorem, neque leve damnum infert. Non contumeliâ tantùm adfectum, ſed & peſſimè mulctatum crederent, qui viderent hominem

> ——— *genua ægra trahentem,*
> *Jactantémque caput ultro, craſſúmque cruorem*
> *Ore ejectantem mixtóſque in ſanguine dentes;*

qualem Daretem deſcribit *Virgilius* Æneid. Lib. V. poſtquàm eum Entello cæſtu certaſſet.

9. *Jehovæ ſalus eſt*] ליהוה הישועה *ladonai haijeſchouhah*; hoc eſt, Dei eſt liberationem concedere.

Populo tuo incumbat] על עמך *hal hammecha*, ſuper populo tuo. *Populum Dei* vocat Pſaltes aut ſaniorem ejus partem, quamvis minorem, quæ Davidem ſequebatur; aut etiam eos, qui Abſalomo favebant, quos cupiebat ſutore ſuo liberari.

COMMENTARIUS
In PSALM. IV.

1. P*Ræfecto pulſatilium*] למנצח בנגינות *lamnatſeahh binginoth*, præfecto in pulſatilibus. LXX. Intt. habent εἰς τὸ τέλος. Sed ſi לנצח *lnetſahh* poſſit aliquo modo verti *in finem*, quamvis incommodè, ideò tamen non ſequitur למנצח idem valere. *Aquila* τῷ νικοποιῷ, & *Hieronymus: victori*, quia נצח aliquando eſt *victoria*; ſed ea vocis poteſtas ab hoc loco aliena eſt, nec ullus eſt locus, in quo voce מנצח aut νικοποιὸν, aut *victorem* ſignificari conſtet. Eadem ratio eſt rejiciendi *Theodotionis* verſionem εἰς τὸ νῖκος. *Symmachus* ἐπινίκιος habet, quaſi ſubaudietur ὕμνος, ſed nec favet interpretationi vox Hebraica, nec Pſalmus hic victoriam ullam celebrat. Itaque Rabbini *præfectum*, nempe, muſicæ interpretati ſunt, quos ſequuti ſunt recentiores plerique; nam מנצח *præfectum* ſignificat 1. Reg. V, 16. & 2. Ephem. II 2. Nec quidquam vetat cantoribus etiam præfectum fuiſſe, qui Muſicam ſacram curaret, & ejuſmodi præfectus פקיד *phakid* memoratur Nehem. XII, 42. ac præfecti cantorum conſtituti di-

fautor ; qui in anguſtiis *verſantem* explicuiſti me. Miſerere mei atque audi me,

3. Verùm, ô filii virorum *illuſtrium* , quouſque gloriatio mea ignominiæ *apud vos erit* ,

è magnis periculis me liberaſti. Miſericordem te erga me præbe, & preces meas exaudito.

3. Vos vero, qui illuſtri proſapia orti eſtis, quouſque Religio erga Deum, quâ hactenus gloriatus ſum, à vobis ſpernetur, dum mania captatis, & mendaciis vos paſci ſinitis ? 4. Atqui ſcitote Deum

ti dicuntur לנצח *lnatſeahh*, ut præeſſent, 1. Ephem. XV, 21.

Pulſatilia , נגינות, verterunt LXX. Intt. & *Aquila* ἐν ψαλμοῖς , & *Theodotion* ἐν ὕμνοις, Hieronymus, *in canticis*. Sed nullo certo exemplo conſtat hæc voce Hebraïcâ ſignificari. At liquet נגן *nagan* eſſe *digitis pulſare*, ex 1. Sam. XVI, 23. *ſumebat citharam* , *quam manu ſuâ pulſabat* ונגן בידו *veniggen bejado* , & XIX, 9 *& David* מנגן בידו *mniggen bejado*. Inde credibile fit נגינות eſſe *pulſatilia inſtrumenta* , κρουστὰ ὄργανα, ut cithara, & omnia quæ chordis conſtant, & quæ diſtinguuntur ab inſtrumentis quæ ἐμπνευστὰ dicuntur ; quòd *ſpiritu* admiſſo reſonent, ut tibiæ, fiſtulæ, tubæ &c. quamvis poſtea quævis fortè cantilenæ ſint נגינות dictæ. Sic Pſ. LXVIII, 25. שרים *ſcharim* cantores, nimirum, altâ voce ; diſtinguuntur ἀπὸ τῶν נגנים *nogenim*, pulſantibus inſtrumenta. Vide de ἐμπνευστοῖς ad verſ. 7. Pſ. V. Verum hæc de diverſitate inſtrumentorum alii jam videant. Adi *Thom. Gatakerum* Adverſar. Lib. I. 610.

Carmen Davidis] Vide ad Pſ. III, 1.

2. *Exaudi me*] ענני *haneni*. LXX. Intt. εἰσήκουσέ μου, quaſi legendum eſſet עָנָנִי, at ceteri omnes ἐπάκουσόν μου. Quare Hieronymus ; *exaudi me*, quod melius. Eſt qui prius præferat, propter verbum ſequens הרחבת quod eſt in Præterito ; ſed meminiſſe eum oportuit hoc verbum eſſe in ſecunda perſona, quæ melius conſentit cum Imperativo antecedente, quàm cum tertia Præteriti. Mera eſt pertinacia velle LXX. Intt. in hoc ſolo libro, omnia bene vertiſſe, etiam renitente *Hieronymo* , qui in aliis libris ſemper Græcis præfertur ; ea tantùm de cauſa, quòd Pſalmi è Græca verſi cani ſoleant in Eccleſiis, quæ hac in re conſuetudinem priſcam ſequutæ ſunt; non quia, examine adhibito, meliùs hunc librum à LXX. Intt. quàm ceteros, verſum deprehenderant, aut credebant.

O Deus innocentiæ meæ fautor] אלהי צדקי *elohe tſidki*. Pro ambiguitate genitivi caſûs, alii aliter interpretantur. Sunt qui velint perinde eſſe ac, qui profers in lucem innocentiam meam, quod habet Pſaltes Pſ. XXVII, 6. Alii effectum ſignari, ut Proverb. I, 9. *corona gratiæ* eſt corona gratiam concilians; alii ultionem, ut Deus dicatur innocentiæ vindex ; alii juſtitiam ipſius Dei, quomodo *Deus benignitatis meæ* Pſ. LIX, 11. eſt Deus mihi beneficus, & ſimilia; alii, teſtem innocentiæ. Quæ omnia, ad ſenſum quod attinet, vera ſunt ; ſed ſimplicius videtur, ſi de fautore interpretemur. Ut *Deus alicujus* dicitur non tantùm quia is, cujus Deus vocatur, eum colit, ſed etiam quia Deus ei favet: ſic & hîc *Deus juſtitiæ* , vel *innocentiæ* dicitur, quòd juſtitiæ propitius ſit. Vide not. ad Gen. XVII, 8. de loquutione *Deum alicujus* , vel *alicui eſſe* , & Indicem Pentateuchi.

M. Meibomius verbis deſumtis è Pſ. III, 8. ſic inchoat hunc Pſalmum: *Exſurge, Domine, ſerva me* ; *cùm invoco exaudi me*. *Clamavi in anguſtia.* Primum verſum oſtendimus ſuo loco manere oportere ad Pſ. III. Sed hîc pro verbis אלהי צדקי *Deus juſtitiæ meæ*, ſcribit זעקתי *zahakthi* , clamavi, deletâ priore voce, & alterâ mutatâ. Scribit tum demum fore integrum diſtichum, ſi verba è Pſ. IV. adjungantur iis, quæ IV. Pſalmi initio ſuperſunt, eâque reſtitutione ſuâ, tolli frivolam phraſin אלהי צדקי, ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου, cui ſimile exemplum, in S. Scriptura, nullum reperitur. Verùm fac nullum exſtare, quot ſunt alia in V. T. ἅπαξ λεγόμενα, quæ tamen inducere nefas eſſet ? Unus hic liber è tota antiquitate Hebraica ſupereſt, nec is ita magnus, quo univerſa Lingua contineri nequit. Præterea Pſ. LIX, 11. habemus ſimile loquendi genus, אלהי חסדי *Deus benignitatis meæ*, pro Deo qui benignitati meæ favet, & ſæpius אלהי ישועתי *Deus ſalutis meæ*, qui me liberat. Itaque non eſt audiendus *Meibomius* , qui, inauditâ licentiâ, audebat affirmare, quod liquidum eſt, non potuiſſe ab eo ſciri.

Qui in anguſtiis verſantem &c.] בצר הרחבת לי *battſar hirhhabtha li*, in anguſtia dilataſti mihi. Metaphora deſumta ab iis, qui in locis anguſtis ab hoſtibus armatis deprehenſi ſunt, & tamen inde in patentiorem campum educti, in quo ſe faciliùs tuentur. Verbis Latinis, quoad licuit, rem quàm proximè ad Hebraïca, hîc & alibi, expreſſimus. Vide Pſ. XXVI, 17.

3. *O filii virorum illuſtrium*] בני איש *bne iſch* , quod opponitur בני אדם *bne adam*, hoc eſt, filiis hominis plebeji , ut Pſ. XLIX, 3. LXII, 10. & alibi non rarò.

Gloriatio mea] כבודי *chbodi*, gloria mea. Sic vocatur Deus Pſ. III, 4. CVI, 20. David, nimirum, meritò gloriari ſolebat, ob conſtantem cultum veri Dei , ejúſque favorem erga ſe; quæ gloriandi ratio ei, apud impios, ignominiæ erat, & ridebatur. Multi ſemper fuerunt, in rudi & improbo populo parum religioſi homines, imò etiam ἄθεοι, ut ex Prophetarum exprobrationibus ſatis liquet.

Ignominiæ] לכלימה *lichlimah* , in ignominiam. Subauditur יהיה *jihjeh* , erit, nempe, apud vos. Qui ſenſus cùm ſit commodiſſimus, attamen verterunt LXX. Intt. quaſi ſcriptum eſſet: כבדי לב למה *chbode leb lammah*, habent enim : βαρυκάρδιοι, ἵνα τί *gravi corde*, *ut quid* &c. *Aquila* verò כבודי extulit *chbodai* , cùm verterit ἔνδοξοί μου, & *Hieronymus* in verſione ex Hebræo: *inclyti mei* , *ignominiosè* &c. Unde, ut ex innumeris aliis locis, eorum codices punc-

tis

erit, inania amabitis, & mendacium quæretis? Selah. [4]. Atqui ſcitote Jehovam ſibi hominem pium ſepoſuiſſe, *&* cùm *eum* invoco *me* exaudire. [5]. Tremore corripiamini, nec peccate. *Rem* reputate apud animum veſtrum, in cubili, & quieſcite. Selah. [6]. Mactate victimas juſtitiæ, & Jehovæ confidite. [7]. Multi dicunt mihi: quis oſtendet nobis bonum? *At tu* luce faciei tuæ nos illuſtra, ô Jehova. [8]. Lætitiam animo meo injeciſti, majorem *eâ quæ illis eſt*, *quo* tempore multum iis eſt frumentum & muſtum; [9]. in pace ſimul cubabo & dormiam, quia tu ſolus, Jehova, ſecurum me *domum* habitare curabis.

Pre-

um ſibi homines religioſos veluti ſepoſuiſſe, ut ſingularia in eos beneficia conferret, utque preces eorum exaudiret. 5. Igitur metu Dei permoti apud vos rem reputate, eo tempore quo minùs à piis cogitationibus avocamini, dum in cubilibus veſtris vigilatis, & quieti eſtote. 6. Victimas Deo offerte, quibus ſit conjuncta probitas, & tum demum Deo confidite. 7. Quærunt a me qua ratione divitias comparare queant; at tu, ô Deus, favere nobis perge, & ſat divites erimus. 8. Lætitia me perfudiſti, quæ longè major eſt eorum lætitiâ, qui multum triticum meſſuerunt, aut qui magnam copiam vini, vindemiarum tempore, nacti ſunt. 9. Ego verò ſecurus ſomnum capiam, quia tu ſolus, ô Deus, facis ut tranquillus domum meam habitem.

PARA-

tis vocalibus caruiſſe conſtat. Meliùs *Symmachus*: ἡ δόξα μου.

Inania amabitis] תאהבון ריק *theehaboun rik*, amabitis inane; nempe, conſilium, vel auxilium hominum.

Mendacium] כזב *chazab*, quod propriè quidem eſt mendacium, ſeu verba veritati contraria; ſed ſumitur hîc pro re fallace, quæ non aliter decipit, ac mendacium, ſeu fruſtratur eos, qui ei fidunt. Vide Pſalm. LXII, 10. ubi homines dicuntur הבל *hebel*, inanitas, & כזב chazab, *mendacium*, hoc eſt, res inanis & fallax; non tantùm ſtudio decipiendi, malis artibus, qualia ſunt commenta quæ falſa novit qui ea profert; ſed infirmitate & debilitate naturæ, quæ non minùs fallit, quàm ſi homines ſtudio ludificandi, promiſiſſent ſe adjuturos, & fidem ſponte fallerent. Vide ad Pſ. VII, 15.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

4. *Sibi hominem pium ſepoſuiſſe*] כי הפלה חסיד לו *chi hiphla hhaſid lo*. LXX. Intt. ἐθαυμάστωσε τὸν ὅσιον αὐτοῦ, propter affinitatem verborum הפלה & הפלא, quorum prius, *ſepoſuit*, *diſtinxit*, poſterius *mirabilem fecit* ſignificat, quæ ſunt etiam poteſtate viciná; res enim mirabiles ſecernuntur ab aliis; quin & interdum diſtinctione illâ ſingulari, res mirabiles fiunt.

Exaudire] Vel *exauditurum*, nam eſt ישמע *jiſchmah*, ſed ſignificatur potius conſuetudo, quàm ſingularis actus.

5. *Tremore corripiamini, nec peccate*] Verbum רגזו *rigzou*, de commotione corporis & animi dicitur. Hîc utrumque ſignificari videtur, nam loquitur Pſaltes de timore, quem invadere eos oportebat, qui ipſum oppugnaſſent; contemto Dei auxilio, quo nitebatur, & quod ſemper præſentiſſimum expertus fuerat. Vide & de hoc verbo Job. IX, 6. Hamos VIII, 8. Hab. III, 7, 16. Hinc & רגז *rogez*, apud Jobum VI, 16, 26. & alibi ſæpiùs pro vita irrequieta, præ metu. Hinc *Aquila* hîc habebat κλονεῖσθε. At *Symmachus* ὀργίσθητε, ut LXX. verterant ὀργίζεσθε, verùm hæc ſignificatio, licèt eam ſequutus ſit etiam *Hieronymus*, in verſione ex Hebræo, huic loco apta non eſt; cur enim David hoſtibus ſuis Iſraelitis diceret: *indignamini quidem, ſed ne peccate*? Quo verò facto David iram eorum erga ſe provocarat? Hæc neque rei, neque perſonæ conveniunt. At Paulus ad Epheſ. IV, 26. habet etiam ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Verùm è verſione LXX. Intt. verba ſumit negotio ſuo apta, non interpretatur hujus loci ſententiam. Frequentes ſunt ejuſmodi uſus Scripturæ, qui interpretationum tamen loco non ſunt habendi.

Rem reputate, apud animum veſtrum] *Dicite in corde veſtro*; rem, nempe, quæ agebatur; ſive ſit injuſtitia rebellionis Abſalomi, ſive jus quod David, unctione ſacrâ à Samuele ornatus, conſequutus fuerat imperandi Hebræis. Neque enim ſatis conſtat, quanam de re hîc agat David. *In corde dicere* paſſim eſt cogitare, ut Pſ. XIV, 1. XXXV, 25. Sed additur alibi, quid ſit illud quod *in corde dici*, aut *dicendum* memoratur; hîc verò prorſus omittitur. Verùm rem ſpectari à Pſalte credibile eſt, quam ſat notam eſſe inimicis ſuis norat, & de qua dubitare non poterant, ſi apud animum ſuum id quod agebatur reputarent; & quam tamen proloqui conſultum non ducebat, quale erat jus regnandi, poſt Saülem. Sed nihil definimus.

In cubili] Ubi licet iis, qui inſomnes ſunt, tranquilliùs de re quapiam cogitare, eámque penitus expendere, nemine interpellante, aut quid animo agitarent, ſciſcitante.

Et quieſcite] ודמו *vedommou*, quod & *tacete*, nam utrumque eâ voce ſignificatur, & conjungi quies ac ſilentium poſſunt. *Aquila* σιωπήσατε, ut *Hieronymus*: *tacete*; & *Symmachus* ἡσυχάσατε. LXX. verò Intt. κατανύγητε, quod non eſt hîc *compungimini*, ſed *dormite*, ut eruditè, in notis Criticis ad hunc Pſalmum, oſtendit *Lud. Cappellus*. Hinc factum, ut *Heſychius* utrumque ſignificatum voci tribuat: κατανένυγμαι, ἡσύχασα, λελύπημαι. Κατάνυξις, ἡσυχία, ἢ λύπη. Quibus ſimilia etiam habet *Suidas*. Fortè hoc vult David, quieſcere, interea dum moreretur Saül, debere eos, qui jus poſt eum regnandi in ſe collatum probè norant.

6. *Victimas juſtitiæ*] זבחי צדק *zibhhe tſedek*, quæ victimæ ſunt eædem ac ſalutaria ſacra, ſeu שלמים *ſchlamim*, hoc eſt, ad gratias Deo, ob incolumitatem, agendas. Vide ad Deuteron. XXXIII, 19. Hortatur hîc David Hebræos ad pietatem, & fiduciam in Deo collocandam, cujus favor eſt omnibus divitiis potior.

7. *Multi dicunt mihi* &c.] Eos fortè intel-

ligit,

Digitized by Google

Preces Davidis ad Deum, ut ipſum exaudiat in divina bonitate confidentem & orantem ut ſibi dux in virtute eſſe velit, dum alii vitiis totos ſe dedunt; quorum conſilia ut irrita reddat, útque piis bene faciat, precatur.

1. PRAEFECTO INSTRUMENTIS PERFORATIS, CARMEN DA- PSALM. V.
VIDIS. 2. Verba mea in aures admitte, ô Jehova, meditationem meam ad-
verte. 3. Adtende ſonitum clamoris mei, ô mi Rex & Deus, quia te enixè oro.
4. Matutino tempore, audi vocem meam; mane te interpello, & *auxilium tuum* ſpe-
culor.

5. Ne-

PARAPHRASIS.

1. CARMEN DAVIDIS, canendum una cum ſonitu tibiarum. 2. Audito, ô Deus, preces meas. 3, 4. Adtendito clamores meos, tu qui Regum Rex es, & quem humiliter invoco, matutino tempore, auxilium ejus exſpectaturus.

5. Neque

ligit, qui ſecum, ut Saülis iram fugerent, per ſolitudines Judææ meridianas vagabantur.

Quis oſtendet nobis bonum] *Quis faciet videre nos?* מי יראנו *mi jarenou*, idem eſt ac מי יתן *quis dabit?* hoc eſt, utinam. *Videre bonum* autem hîc eſt eo frui, ut Pſalm. XXVII, 13. XXXIV, 13. Eccleſ. II, 1. III, 13.

8. *Luce faciei tuæ* &c.] *Tolle ſupra nos lucem faciei tuæ.* Eſt hîc נסה *neſa* pro נשא, ut habet Chaldæus, ſollemni adfinium litterarum mutatione. Ideò *Aquila* ἔπαρον, & Hieronymus, *leva*. At LXX. Intt. ἐσημειώθη & *Symmachus*: ἐπίσημον ποίησον, quaſi נסה eſſet à נס *nes*, quod eſt ſignum quod attollitur. Crediderim deſumtam loquutionem à nube ſplendente, quæ noctu Iſraelitis, per ſolitudines Arabicas, in altum ſublata dux erat. Hoc autem tralaticio loquendi genere, ſignificatur ſingularis Dei favor, veluti ducem Davidi, per loca ſola, ſe præbentis.

8. *Lætitiam animo meo injeciſti*] *Dediſti lætitiam in corde meo.*

Majorem eâ, quæ illis eſt &c.] *Quàm tempore* quo, *aut tempeſtate*, quâ *frumentum eorum & muſtum eorum multa ſunt*; hoc eſt, majorem mihi lætitiam creas, quàm quæ eſt illis, qui tempeſtatem fructiferam frumento & vino experiuntur, copioſúmque proventum in horrea & cellas recondunt. LXX. Intt. frumento & muſto addunt *oleum*, καὶ ἐλαίου. Sed nihil opus eſt.

9. *In pace ſimul cubabo*] Hoc eſt, incolumis & tranquillo animo ibo cubitum, & ſecurè dormiam, ſine inimicorum metu.

Tu ſolus] אתה יי לבדד *attbah Jehovah lbadad.* LXX. Intt. κατὰ μόνας, & *Aquila* κατ' ἰδίαν. Vulg. *ſingulariter*. *Hieronymus*: *ſpecialiter*, ut לבדד ad Davidem referatur. Sic ſumitur בדד Num. XXIII, 9. ubi de Iſraële: *ſolus habitabis*, & Mich. VII, 14. Ad Deum tamen commodiùs referri videtur.

Securum me domum habitare curabis] לבטח תושיבני *labetahh thoſchibeni.* Hoc eſt, concedes mihi domum, in qua tutò habitem. Quod opponitur anxiæ ac vagæ vitæ, quam in ſolitudinibus, Saüle inſidiante, agebat David.

COMMENTARIUS

In PSALM. V.

1. INſtrumentis perforatis] אל הנחילות *el hannebhiloth*. Primùm אל ſumitur hîc pro על, ut paſſim. Deinde נחילות deducimus à חול, quod interdum idem ſignificarit ac verbum adfine חלל, cujus derivata aliquot habent *cavitatis* ſignificationem, ut חליל *hhalil*, tibia, & מחלות *mhhilloth*, cavernæ. Interpretamur inſtrumenta cava, ut fiſtulam, tibiam, tubam, quæ ſunt ἐμπνευστὰ ὄργανα. Vide & *Thom. Gatakerum* Adverſar. Lib. I. c. 10. Hæc commodiora credidimus quàm ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, ut LXX. Intt. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion* habebant, aut *pro hereditatibus*, ut *Hieronymus*. *Choros* intellexit Chaldæus, qui habet על חנגין *hal hhingin*.

Meditationem meam] הגיגי *hagigi*. Verbum הגה tam ſignificat clarâ voce loqui, quàm tacitam orationem animo fundere. Itaque, aut *meditationem*, aut *orationem*, per nos, vertas licet.

3. *Quia te enixè oro*] אליך אתפלל *elecha ethphallel*. Conjugatio *Hithpaël*, propriè quidem vim obtinet verborum, quæ ἀντιπεπονθότα vocant Græci, ut & Conjugatio Græca, quæ Media dicitur. Sic אתפלל poteſt eſſe *me excito ad orandum*. Sed & aliquando ſignificatum intendere videtur. Sic hoc verbum ſumitur, hoc loco & alibi, ubi de enixis ad Deum precibus exhibetur.

4. *Matutino tempore* &c.] Quamvis Hebræi ſolerent mane, meridie & veſperi Deum in Templo orare vel laudare; repetitio vocis, quæ ſequitur, videtur indicare non ſtatas hîc ſpectari, ſed enixas preces, in ſummo periculo, conceptas ante meridiem, atque eo tempore à Deo exaudiendas, ſi modò incolumem Davidem vellet.

Mane te interpello] אערך לך *eherach leha.* Verbum hoc *ſtruere*, *ordine diſponere* propriè ſonat; dein ad alia transfertur, ut ad aciem inſtructam. Sic & in hoc loco David orationem ſuam deſcribit certo tempore conceptam, qua-

ſi aci-

5. Neque enim Deus es tu, qui delecteris improbitate, neque tecum habitat malus. 6. Non conſiſtunt inſani præ oculis tuis, *ſed* odio habes omnes, qui pravè ſe gerunt. 7. Perdis mendaces & homicidas, ac dolum abominaris, Jehova. 8. Ego verò in multa tua benignitate Ædem tuam ingrediar; adorabo, in timore tui, in ſancto tuo Templo.

9. O Jehova, dux meus eſto, pro juſtitia tua, propter inimicos meos, rectámque viam

5. Neque enim is es, qui nequitiâ delecteris, aut qui tecum malos Jeroſolimæ habitare velis. 6. Non patieris improbos illic coram te verſari, neque enim amas eos, quorum pravi ſunt mores. 7. Perdis tandem mendaces & homicidas, neque fraudem ferre potes. 8. Ego verò, te non invito, Ædem tuam ingrediar, atque illic te adorabo, cùm te metuam.

9. O Deus eſto dux meus, in vitæ tenebris, pro æquitate tua, propter inſidias inimicorum meorum, & fac ut ſemper rectam Legum tuarum viam ſequar; 10. nam in ore inimicorum meorum nihil eſt cui fides haberi poſſit, atque in eorum animis latent fraudes. Guttur eorum eſt inſtar ſepulcri, dum ore blandiuntur.

11. Tu

ſi aciem ad expugnandam, ut ſic dicam, Dei pacem & opem. Poſſit etiam res petita eſſe à conſuetudine quadam, apud Hebræos, uſitata, ut qui volebant quidpiam à Regibus, aut Proceribus impetrare, eorum limina matutino tempore obſervarent, & ab egredientibus in publicum ſibi concedi peterent. Ejusmodi homines dici poterant mane parati ad adpellandos eos, quorum auxilio indigebant. Sed cùm Latinè ſat commodè hæc non poſſent exprimi, ſententiæ magis quàm vocis rationem in vertendo habuimus.

Auxilium tuum ſpeculor] ואצפה *veatſappheh.* Qui in periculo verſantur, quo ſe expeditum iri non ſperant, niſi alieno auxilio; id auxilium ἀποκαραδοκοῦσι, ut Græcâ voce rem commodiùs exprimam; hoc eſt, ſpeculantur ex edito quopiam loco, an auxilium ſperatum adveniat. Sic צפים *tſophim*, vel ſpeculatores ex editis locis obſervabant copias vel amicas, vel hoſtiles, quæ timebantur, aut exſpectabantur. Vide Eſ. XXI, 6, 7. Inde hoc verbum ſignificavit ſpeculando quidpiam exſpectare, ut hoc loco.

5. *Deus non es tu, qui delectetur improbitate*] כי לא אל חפץ רשע אתה *chi lo el hhaphets reſchah attah*, hoc eſt, non es eorum Deorum numero habendus, qui flagitiis & ſceleribus delectari videntur, cùm iis colantur. Tales fuerunt, qui libidinoſis ſacris colebantur, aut quibus victimæ humanæ mactabantur. Vide ad Exod. XXXIV, 15. 2. Reg. III, 27. Vulgò etiam putabant Ethnici, quævis ſcelera poſſe ritibus & purgaminibus expiari; quâ pravâ opinione ſtatuebant, Deos non admodùm ſceleribus offendi. Quod etiam viri eruditi, inter Ethnicos ipſos, damnabant, ut *Ovidius* Faſt. Lib. II. 35. & ſeqq.

Omne nefas, omnémque mali purgamina cauſam
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.
Græcia principium moris fuit; illa nocentes
Impia luſtratos ponere facta putat &c.

Tecum habitat malus] יגרך רע *jagourcha rah.* Verbum יגרך *jagourcha* perinde eſt ac יגור עמך *jagour himmecha*, habitabit tecum, quæ eſt conſtructio ſolita verbi. Conſtruitur ut hîc Pſal. CXX, 5. & Eſai. XXXIII, 14. LXX. Intt. habent παροικήσει σοι, quaſi ſuffixum ſecundæ perſonæ reſolvendum eſſet in לך *lecha*, aut עליך *halecha*, tibi aut ad te, non incommodè. Sententia enim hæc eſt: neque in ſolo tuo terræ ſanctæ, neque in urbe ſacra Jeroſolima pateris malos incolas impunè habitare. Vide Pſ. XV, 1, 2. *Aquila* verterat: προσηλυτεύσει σοι πονηρός, *malus Proſelytus ad te veniet*, quaſi reſpiceretur ad גרים *gerim*, ſive peregrinos, qui Judaïcam Religionem amplectebantur. Sed גור pro προσηλυτεύειν alibi non occurrit.

6. *Non conſiſtunt inſani*] לא יתיצבו הוללים *lo jithjatſtſebou holelim. Inſani* dicuntur improbi, quia inſania reverâ eſt improbitas. Vide Pſ. XIV, 1. Vult Pſaltes Deum non paſſum improbos Chananæam quietos incolere; nam quia præſens ei terræ adeſſe cenſebatur Deus, *præ oculis* Dei ii dicebantur, qui in ea erant.

Odio habes] Non homines, ſed nequitiam hominum; cui ſi valedicant, Deum ſibi amicum experiuntur. Sed Deus hominibus videtur odiſſe malos, quando de iis pœnas ſumit.

Qui pravè ſe gerunt] פעלי און *phohale aven*, facientes iniquitatem, aut quodvis delictum, nam hoc ſignificat vox Hebraïca. Sed hac loquutione pertinaciùs vitiis addicti plerumque ſignificantur; ut ἐργάται ἀδικίας, in Novo Teſtamento. Vult *M. Meibomius*, in Præfat. Speciminis IV. און *aven* ſignificare legitimam & præpoſteram venerem, quia is ſignificatus non malè quibusdam locis conveniret. Sed nulla ratio nos adigit, in hoc & ſimilibus locis, à generali ſignificatu ἀδικίας abire, ſub quo etiam illicita venus continetur.

7. *Mendaces*] דברי כזב *dobre chazab*, dicentes mendacium; nempe, ut aliis noceant; conjungitur enim hujus flagitii reus cum homicidis & fraudulentis hominibus; hoc eſt, cum graviorum ſcelerum ſibi conſciis.

8. *In multa tua benignitate*] *In multitudine*, aut *magnitudine benignitatis tuæ.*

Ædem tuam] Si David hæc ſcripſit, intelligendum Atrium ſanctuarii, in quo erat Arca. Nec video cur hunc Pſalmum Davidi abjudicemus.

In ſancto tuo Templo] *In Templo ſanctitatis tuæ.*

9. *Pro juſtitia tua*] *In juſtitia tua.* Deus enim, pro ſua juſtitia, innocenti Davidi favebat. Cùm innocentem dico, rem ita intelligo, ut David flagitiorum, quorum ab inimicis accuſabatur, reus ne habeatur. Alioqui peccatorum immunem nemo dixerit.

Pro-

viam tuam fac ut incam ; [10]. nam in eorum ore nihil certum eſt, intus *nihil niſi* prava ; guttur eorum eſt ſepulcrum patens, *dum* linguis ſuis blandiuntur.

[11]. Inſtar reorum eos habeto, ó Deus ; excidant conſiliis ſuis ; eos propter multa, quæ commiſerunt, delicta, expelle ; nam contra te rebellionem inierunt.

[12]. Lætentur omnes qui tibi confidunt, in perpetuum lætos clamores edant ; eos tege, & exſultent propter te nominis tui amantes ; [13]. nam benedicis, Jehova, innocenti, cúmque favore tuo, quaſi clipeo *circumlato* cingis.

Preces

11. Tu verò, ô Deus, de iis, quemadmodum de reis, pœnas ſumito, omnia eorum conſilia irrita ſint ; propter delicta ab iis admiſſa, ejiciantur Iſraelitarum ditione, quandoquidem rebellionem contra te inieruut.

12. Lætentur contrà quicumque fiduciam ſuam in te collocarunt, & lætos clamores tollant. Eos tuere, & quicumque te amant exſultent. 13. Nam benefacere ſoles, ô Domine, innocentibus, & favore tuo quaſi clipeo eos tegere.

PARA-

Propter inimicos meos] שוררי *ſchorerai*, quod à Radice שור *ſchour*, contemplari, propriè fortè id genus inimicorum, qui obſervabant Davidem, ut ei nocerent, ſignificat ; ſed & quoſvis inimicos deſignare poteſt. *Aquila* ἐφοδεύοντας, *Symmachus* ἀποθλίβοντας verterat, LXX. Intt. ἐχθρούς. Vide Pſ. XXVII, 11. LIV, 7. LVI, 3. LIX, 11.

Rectámque viam tuam fac ut ineam] הושר לפני דרכך *houſchar lphanai darchecha*, rectam fac viam tuam, ante faciem meam. In margine eſt הישר, quod minus rectum videtur, cùm analogicum ſit הושר *hoſcher*, quod cur rejiciatur non video. LXX. Intt. & *Aquila* κατεύθυνον, *dirige*, *Symmachus* ὁμάλισον, *æqua* Videtur omnino idem eſſe ſenſus ac Pſ. XXVII, 11. *doce me*, *Jehova*, *viam tuam*, *& duc me in ſemitam rectam*, *propter hoſtes meos* ; hoc eſt, fac ut præceptis tuis paream, non inimicis meis.

10. *Nihil certum eſt*] אין נכונה *en nchonah*, *nihil firmum*, aut *rectum*, ſeu *verum*. Vide Job. XLII, 7, 8.

Intus nihil niſi prava] קרבם הוות *kirbam hovv th*, medium, vel internum eorum pravitates.

Sepulcrum patens] קבר פתוח *keber phathouahh*. Sepulcrum aperitur, ut inferatur in illud cadaver. Itaque aptè dicatur guttur feræ *ſepulcrum patens*, cùm paratum eſt deglutire hominem, dentibus conciſum. Tralaticio ſenſu, idem dici queat de improbis hominibus, qui fractos miſeriis homines, aut quos periiſſe cupiunt, parati ſunt prorſus perdere, ut ex eorum morte emolumentum capiant, bonis eorum direptis. LXX. Intt. incommodè : ἡ καρδία αὐτῶν ματαία. Meliùs *Aquila* : ἔντερον αὐτῶν ἐπίβουλον, unde *Hieronymus* : *interiora eorum inſidiæ*.

Dum linguis ſuis blandiuntur] לשונם יחליקון *lſchonam jachalikoun*, linguas ſuas lævigant ; hoc eſt, blandis verbis utuntur. Vide Proverb. XXVIII, 23. Eſai. XLI, 7.

11. *Inſtar reorum eos habeto*] האשימם *haaſchimem*. אשם in *Kal* eſt *reus fuit*, ſed in *Hiphil* האשים, eſt reum habuit, inſtar rei punuit. LXX. Intt. κρῖνον αὐτούς, hoc eſt, *condemnu*, ut habet Hieronymus. Sic verbum רשע in *Kal* eſt reus ſuit, in *Hiphil* הרשיע *hirſchiah*, damnavit, rei loco habuit. Quibus verbis ſignificantur quæ damnationem conſequi ſolent pœnæ. Subaudienda tamen videtur conditio, niſi reſipiſcant, melioréſque fiant.

Propter multa, quæ commiſerunt, delicta] *Propter multitudinem*, aut *magnitudinem delictorum ipſorum*.

Contra te rebellionem inierunt] Dum contra Davidem, qui juſſu Dei unctus fuerat, conſpirant ; quod factum & vivo, & mortuo Saüle.

12. *Lætentur*] Aut in Futuro, *lætabuntur*, וישמחו *vejiſchmechhou*.

Eos tege] ותסך עלימו *vethaſech halemo*, & teges eos. Loquendi genus uſitatum, etiam apud Latinos : nam *tegere* & *protegere* dicunt, pro eo quod eſt defendere, tueri, ſumtâ metaphorâ à clipeo. Vide Pſ. CXL, 8. & quæ hîc ſequuntur.

Exſultent propter te] בך *becha*, in te, quod & *per te* verti queat.

Nominis tui amantes] Nomen quidem Dei paſſim eſt pro Deo, poſſis tamen etiam interpretari, qui nominis tui invocatione delectantur.

13. *Favore tuo, quaſi clipeo circumlato*] כצנה רצון תעטרנו *chatſinah ratſon thahterennou*, ut clipeo favore coronabis. Ante רצון ſubaudiendum ב. Addidimus *circumlato*, quia nemo poteſt clipeo cingi ; niſi circumferatur, ad tela, aut ictus, undecumque accidant, repellenda. עטר *hatar* propriè eſt *coronare*, ſed & *cingere* ſonat hîc & 1. Sam. XXIII, 26. Imò etiam corona, aut diadema dicta ſunt עטרת *hatereth*, quòd caput cingant.

Preces Davidis in maximis anguſtiis verſantis, quam ob rem ad Deum confugit, à quo ſe exauditum iri pro certo ſtatuens gloriatur.

PSALM. VI.

1. PRÆFECTO PULSATILIUM, SUPER OCTAVA, CARMEN DA-
VIDIS. 2. O Jehova, ne in ira tua corripe me; ne in indignatione tua caſti-
ga me. 3. Miſerere mei, Jehova, quia debilis ſum; ſana me, Jehova, quia per-
turbata ſunt oſſa mea. 4. Animus meus ſummopere eſt territus; tu verò, Jehova,
quousque *iraſcêris*? 5. Revertere, Jehova, libera vitam meam; propter benignita-
tem tuam, ſerva me. 6. Nam in morte nulla eſt memoria tui, in ſepulcro quis te
celebrat? 7. Feſſus ſum ſuſpiriis meis; lacrimis, totâ nocte, lectus meus ut nataret
effeci, & ſpondam meam liqueſeci. 8. Contabuit, præ indignatione, oculus meus;
conſenuit, propter omnes hoſtes meos.
9. Recedite à me omnes, qui prava facitis, nam Jehova ejulatum meum audivit.
10. Audivit Jehova preces meas, & orationem meam acceptam habuit. 11. Pudefient,
& ve-

PARAPHRASIS.

1. CARMEN DAVIDIS canendum ad inſtrumenta pulſatilia. 2. O Creator omnium, ne iratus me corripito graviùs, dum delictis meis indignaris; ne pœnas de me repete, dum non immeritò mihi iraſceris. 3. Miſerere mei, meæque debilitatis, cùm concuſſa ſint oſſa mea. 4. Summopere territus ſum, tu verò quousque mihi iraſcêris? 5. Ad tuam ſolitam miſericordiam revertere, & eâ benignitate, quâ ſolitus es, me libera. 6. Scis inter mortuos neminem tui memorem, ac proinde neminem laudes tuas celebrare. 7. Quare me ſuſpiriis meis ad laſſitudinem redactum eſſe noſti, & lacrimis, per totam noctem fuſis, madefactum eſſe lectum meum, & ſpondam propemodum eſſe liquefactam. 8. Præ dolore & lacrimis contabuere oculi mei. Quin etiam, propter hoſtium meorum multitudinem, eſſe viribus juventutis deſtitutum.

9. Abite à me quicumque eſtis vitiis dediti, & mihi

COMMENTARIUS
In PSALM. VI.

1. PUlſatilium] Vide ad Pſ. IV, 1.

Super octava] על השמינית *hal haſſcheminith.* Vox eſt muſica, quæ quid ſignificet non conſtat. Alii inſtrumentum Octochordon ſignari putant, ut & Pſ. XII, 1. 1. Ephem. XV, 21. ubi vox occurrit, prætereà nusquam. Alii nullâ ratione habitâ ית secundæ ſyllabæ *piagaem* ſonum, qualis eſt *baſſus*, ut nunc vocatur, eſſe conjiciunt. LXX. Intt. & *Aquila* verterunt ὑπὲρ τῆς ὀγδόης.

2. *Ne in ira tua* &c.] Hoc eſt, ne pro juſtitia tua & meis miſeriis, de me pœnas ſumito. *Ira* enim *Dei* eſt ejus juſtitis. Vide Pſ. II, 9.

In indignatione tua] בחמתך *bhhamethcha*, in excandeſcentia, hoc eſt, in indignatione. Malè faciunt, qui *in furore* vertunt, nam quamvis ira in hominibus ſit *brevis furor*, non decet nos Chriſtianos ita loqui de Juſtitia Divina, quæ ſemper eſt conjuncta cum ſumma tranquillitate. Malè intellectus is ſermo occaſionem præbuit Gnoſticis, Valentinianis & Marcionitis, Deo Hebræorum detrahendi, negandique eum eſſe verum & ſupremum Deum; quod non fecerent verba hominum de Deo, à ſublimi ejus natura, quæ omnes defectus, quicumque ſint, reſpuit. *Aquila* hîc habebat ἐν ὄχλῳ σου, quia legerat בהמתך per ה, nam radix המה eſt *ſtrepuit & tumultuatus eſt*, המון *hamon*, turba. Sed perperam ita legit, nam אף *aph* & חמה *hamah* idem ſignificant & paſſim junguntur.

3. *Debilis ſum*] אמלל *umlal*. Hinc intelligere eſt ſcripta hæc fuiſſe à Davide graviter ægrotante, ſed quo vitæ ejus tempore non conſtat; neque enim adcurata hiſtoria vitæ Davidis ad nos pervenit. Sequentia oſtendunt magnam debilitatem intelligendam.

Perturbata ſunt oſſa mea] נבהלו עצמי *nibahlou hatſamai.* Hoc verbo ſignificatur magna perturbatio, quâ vires etiam ſubitò concidunt; ut 1. Sam. XXVIII, 20, 21. Quod additur *oſſa*, quibus alioqui nullus ineſt ſenſus, id ſignificat intimam quamdam, & quæ medullas veluti penetrarat, Davidis conſternationem.

4. *Animus meus turbatus eſt*] Metu mortis, aut ne in manus inimicorum incideret.

Quousque] Supplevimus *iraſceris*. Vide Pſ. LXXX, 5.

5. *Revertere Jehova*] שובה יהוה *ſchoubah Jehova. Reverti*, vel redire dicitur Deus ad homines, quibus favet iterum, poſtquam eos *deſeruerat*; hoc eſt, favere iis delierat, aut favoris indicia præbere. Poſſit & cum ſequente verbo conjungi, ut *redi & libera* idem ſit ac iterum libera, pro Hebraiſmo noto. Vide Gen. XXVI, 18. Pſ. LXXI, 20.

Vitam meam] *Animam meam*, quæ paſſim eſt vita. Poſſet etiam verti *me*; nam *anima mea* & *ego* idem ſubinde ſunt, apud Hebræos.

6. *In morte nulla eſt memoria tui*] Nulla ſit mentio tui. Vide Pſ. XXX, 10. LXXXVIII, 11. CXV, 17. In quibus, aliisque ſimilibus locis negantur mortui Deum commemorare, aut laudare. Quod verum eſt, quia hæc fiunt adhibitis corporis organis. Sed animi, à corpore ſejuncti, Deum cogitationibus laudant, more ſpirituum, quæ ei non minùs notæ & gratæ ſunt, quàm laudes viventium vocales.

Verùm,

Digitized by Google

& vehementer conturbabuntur omnes hoſtes mei ; *in fugam* convertentur, & pudore ſubitò adficientur.

* *Precatur Deum David, ut ſe liberet, innocentem, quippe; ad juſtitiam ejus confugit, à qua ſe protectum iri, hoſtes verò ſuos pœnas daturos ſperat; quapropter ei gratias agit.*

1. DAVIDIS REDARGUTIO ERRORIS, QUAM PROPTER VERBA CHUSI, JEMINIS FILII, JEHOVÆ CECINIT. 2. Jehova Deus mi, in te ſpes mea, ab omnibus me inſectantibus ſerva & eripe me; 3. ne *hoſtis*, inſtar leonis me rapiat, ac laceret, neque quisquam ſit, qui liberet. PSALM. VII.

4. Jeho-

mihi nocere conamini. 10. Audivit enim Deus preces meas, nec eas ſprevit. 11. Suffundentur pudore omnes hoſtes mei, & ſummopere turbabuntur, atque in fugam agentur.

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM Deo à Davide oblatum, contra impia verba nonneminis, quem vocat Chuſum Jeminis filium. 2. O Domine Deus mi, in quo ſpem omnem meam collocavi, eripe me omnibus inſidiis quæ mihi ſtruuntur; 3. ne hoſtes mei, inſtar leonum, me lacerent; nec ſit quisquam, qui mihi auxilium ferat, méque eorum manibus eripiat.

4. Si

Verùm, eo tempore, hæc non erant nota, aut certè obſcuriſſimè.

In ſepulcro] בשאול *biſchol.* Quæ vox aut ſepulcrum, aut ſtatum mortuorum conſtanter ſignificat, ut ſæpiùs diximus.

7. *Ut nataret effeci*] אשחה *aſchheb.* Verbum in *Kal* שחה, quod *ſabbab* pronunciant Maſſorethæ, eſt *natare. Facere ut natet* eſt ſubmergere; quæ hyperbole eſt, quâ multæ lacrimæ profuſæ ſignificantur. Sic *natare in ſanguine*, aut *merſi eſſe ſanguine* dicuntur vulgò vulnerati, qui magnam ſanguinis partem emiſerunt. Sic etiam Latini loquebantur, ut *Virgilius* Æn. III, 625. de limine antri cruento: *cùm — ſanie exſperſa natarent limina.* Sic & *Cicero* Phil. II, 41. *natabant pavimenta vino.*

Liquefeci] אמסה *amſeh.* Verbum hoc in *Hiphil* eſt liquefacere, inſtar nivis, aut glaciei, quæ calore tabeſcunt, Pſ. CXLVII, 18. Eſt altera hyperbole, antecedenti major. Sed hac figurâ refertus eſt Orientalium ſtylus, quem nemo intelligat, niſi rei memor ſit.

8. *Contabuit præ indignatione*] עששה מכעס *haſcheſchah miccbabas.* Apud Arabas, עש *haſch* ſignificat minutum eſt corpus, præ macie; quæ ſignificatio hìc probè quadrat, cùm oculi hominum morbo exhauſtorum, veluti emacientur, atque in inferiora capitis retrahi videantur. Factum hoc quidem ſibi Pſaltes ait מכעס *præ indignatione*, hoc eſt, mœrore cum ira conjuncto, quod malis melius eſſe, quàm ſibi, videret. Hoc verbum dicitur de oculo Pſ. XXXI, 10. & verſu ſequente de oſſibus. Alibi non exſtat. LXX. Intt. ἐταράχθη. *Aquila:* αὐχμώθη. *Symmachus:* ἐφλεγμαινε. Vulgatus: *caligavit.* Omnes ex conjectura. Maluimus *contabuit*, quod convenit oſſibus, non minùs quàm oculis, nec ab Arabica vocis poteſtate diſſidet.

Conſenuit] עתקה *hatbekab*, quia ſenum oculi retrahuntur in inferiora capitis.

9. *Recedite*] סורו *ſuurou.* Vult à ſe fugere homines improbos, qui ei inſidiabantur, aut illudebant, aut etiam nocebant, ut Sauli gratificarentur.

Ejulatum meum] *Vocem fletûs mei*, quæ eſt unâ voce Græcâ ὀλολυγμὸς, & Latinâ *ejulatus.*

10. *Audivit*] Rationem ejus habuit, ſeu ab iis ob quæ lacrimis indulgebam, me liberavit.

Orationem meam acceptam habuit] יקח *jikkahh*, accepit; ad aures admittere dignatus eſt, non contemſit. Repetitur nomen *Jehova*, quod Latinè loquentes omittendum duximus.

11. *Pudefient* &c.] Contrarium eorum, quæ cupierant, videntes pudore ſuffundentur.

In fugam convertentur] *Redibunt*, eò unde venerant, ac proinde fugient.

COMMENTARIUS
In PSALM. VII.

1. R*Edargutio erroris*] שגיון *ſebiggajon.* Sic vocem hanc quæ à שגה *erravit*, interpretati ſumus, ex re ipſa; quòd David in ea caſtiget errorem ejus, quem Chuſum Benjaminitam vocat, qui ſperaverat futurum fuiſſe ut Davidem perderet. Sic & hanc vocem intelligendam crediderim Habbak. III, 1. Muſicam vocem eſſe multi volunt, ſed ex mera conjectura, quæ vocis ſignificatu non nititur, neque uſu ullo, de quo conſtet. LXX. Intt. quos ſequutus eſt *Theodotion*, verterunt ſimpliciter ψαλμὸς, *Aquila* ψαλμὸς ὑπὲρ ἀγνοίας, *Symmachus* ἀγνόημα, & *Hieronymus: ignoratio.*

Chuſi Jeminis filii] כוש בן ימיני *chouſch ben jemini.* Alii intelligunt Simein, qui malè precatus eſt Davidi, alii aulicum quempiam Saulis, qui Davidem apud eum calumniabatur; alii Benjaminitam neſcio quem; alii de Chuſi, Davidis amico; alii denique, de ipſo Saule, qui Benjaminita fuit & infenſiſſimus Davidi, quæ plerorumque eſt ſententia; in qua conjectura adquieſcemus, dum certius quidpiam inventum fuerit. Sunt qui velint Saulem hìc vocari כוש, quia fuit filius קיש *Kiſi*, ut obſcuriùs deſignaretur; alii rurſus כוש dici quia ut Chuſæus, hoc eſt, ut volunt, Æthiops, non mu-

tat

4. Jehova Deus mi, ſi hoc feci *quod ajunt*, ſi iniquitas eſt in manibus meis, 5. ſi pacem mecum habenti malum reddidi, aut ſpoliavi hoſtem meum ſine cauſa; 6. tum verò me perſequatur hoſtis & adipiſcatur, me vivum in terra conculcet, & gloriam meam in pulverem dejiciat. Selah.

7. Surge, Jehova, in ira tua; effer te, in indignatione *tua*, *adversùs* hoſtes meos; expergiſcere *& veni* ad me; judicium præcepiſti. 8. Cœtus populorum circumdedit te,

4. Si hoc feci, ô Deus, cujus me inſimulant, ſive ullius alius ſceleris erga eos ſim conſcius; 5. ſi prior læſi eum, qui pacem mecum colebat; aut etiam hoſtem, qui nulla noxa me prior adgreſſus erat; 6. tum vero me hoſtis fugientem perſequatur & capiat, vivum pedibus conculcet, & quidquid gloriæ adipiſci potui, mihi eripiat.

7. Tu, mi Deus, fac ut hoſtes mei indignationem tuam ſentiant; mihi vero auxilium fer, qui jus inter homines inſtituiſti. 8. Jam expectat populus, concurrit, ut audiat quod judicium de me & de adverſariis meis ſis laturus. Itaque in edito tuo

tat pellem ſuam, ut habet Jerem. XIII, 23. ſic nec Saul umquam odium, quo Davidem perſequebatur, exuit. Sed rationes hæ adpellationis leviores ſunt, quàm ut iis fidem habeamus. Multò præſtat nos fateri id, quod verum eſt, rem nobis eſſe ignotam. Nec magis conſtat quæ verba hîc Saulis (ſi modò Chuſus Saul eſt) ſpectentur; ſed videri queat ad verba reſpici, quibus Davidem inſectatus fuerat quaſi hominem improbum & rebellem.

3. *Ne hoſtis* &c.] Supplevimus hîc איב *ojeb*, hoſtem aut inimicum. Signari videtur Saul potiſſimùm, qui armis Davidem perſequebatur.

Me rapiat] יטרף נפשי *jitroph naphſchi*, rapiat animam meam; hoc eſt, me, ut paſſim.

Laceret] פרק *phorek*, lacerans. Poſſet quis conjicere legendum ויפרק *vejiphrok*, ut antea יטרף *jitroph*. Sed nihil opus, propter confuſionem temporum & participiorum, apud Hebræos. Vocem hanc aliter legerunt LXX. Intt. ſi ſani eorum Codd. ad nos pervenerunt, habent enim: μὴ ὄντος λυτρουμένου, quaſi eſſet אין פודה *en phodeh*, nullo liberante.

4. *Si hoc feci quod ajunt*] Supplevimus *quod ajunt*, quia liquet Davidem ad inimicorum criminationem reſpicere; fortè quòd in Saulem rebellionem moliretur, eò quòd à Samuele unctus fuiſſet David, quaſi ei ſucceſſurus.

Si iniquitas eſt in manibus meis] Qualis fuiſſet rebellionis conſilium.

5. *Si pacem mecum habenti* &c.] אם גמלתי שלמי רע *im gamalthi ſchalmi rah*, ſi reddidi malum pacifico meo; ſi ingratus fui erga Saulem, qui amicus mihi erat; dum clam conſilia, de eo deturbando è ſolio regio, agitarem.

Spoliavi hoſtem meum, ſine cauſa] ואחלצה צררי ריקם *veahhalletſa tſoreri rekam*. Verbum חלץ propriè videtur eſſe *extrahere*, unde ad liberationem eſt translatum; quia qui eripitur hoſti, ex ejus manibus extrahitur. Hìc verò priore ſignificatu intelligendum de homine, qui hoſti ſpolia eripit. Inde חליצה ſunt ſpolia Jud. XIV, 19. & 2. Sam. II, 21. Frequens eſt hæc verbi ſignificatio, apud Chaldæos & Syros. Alii putant hoc velle Davidem: *imò liberavi eum, qui malè me habuit, ſine cauſa*, quod reverâ fecit erga Saulem, in ſpelunca, 1. Samuelis XXIV, 6. deinde & in caſtris, ib. c. XXVI. 9. Non nego ו verti poſſe *imò*, ſed ſimplicius viſum, ſi intelligamus verba Davidis, hoc modo: *ſi pacem mecum habentem malè habui, aut etiam hoſtem meum, ab eo non provocatus, ſpoliavi*. Sic *Aquila* verterat: εἰ ἀνήρπασα τοὺς θλίβοντάς με κενῶς. Vid. Pſ. XXV, 3.

LXX. Intt. mirè verterunt hoc comma: εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. Nec melius *Hieronymus*, qui habet: *ſi reddidi retribuentibus mihi malum, & dimiſi hoſtes meos vacuos*. Reverà שלם, in *Piel*, eſt reddere, rependere, ſed hic eſt שלמי *ſcholemi*, pacificus meus, participium *Kal*; non משלמי *mſchallemi*, qui rependit mihi, participium *Pihel*. Præterea reliquorum vix ullus eſt ſenſus; aut, ſi quis ſit, Davidi non convenit.

6. *Me perſequatur*] ירדף איב נפשי *jiradoph ojeb naphſchi*. Hic *anima mea* eſt perinde ac *me*. Verbum יִרַדֹּף compoſitum eſſe volunt ex futuro Pihel & Kal יְרַדֵּף & יִרְדֹּף ſed tales Anomaliæ videntur ex aberrante calamo eorum, qui puncta vocalia addiderunt, non ex uſu Linguæ, natæ.

Me vivum in terra conculcet] *Conculcet ad terram vitam meam:* ירמס לארץ חיי *jirmos laarets hhajai*.

Et gloriam meam in pulverem dejiciat] Volunt Judæi Intt. כבודי chbodi, *gloriam meam* eſſe perinde ac animam meam, ſeu me. Sed elegantius intelligamus ſenſu proprio, de laude quam conſequutus erat David, & quam optet ab hoſtibus ſuis conculcari, ſi id fecerit, cujus inſimulabatur. Pro dejiciat eſt ישכן *jaſchchen*, faciat habitare, quod idem ſonat, ac ſuperiora verba.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

7. *In ira tua*] De malis hominibus pœnas ſumturus.

Effer te, in indignatione tua, adverſùs &c.] הנשא בעברות צררי *hinnaſche bebaberoth tſoreras*, adtollaris in iis hoſtes mei. Supplevimus *tua* & *adverſùs*, quaſi ſcriptum fuiſſet: בעברותיך על, *in indignationibus tuis contra* &c. Ellipſes pronominis poſſeſſivi, & particulæ על raræ non ſunt. Hic autem הנשא, licèt ſit in Niphal, vim habet reciprocam, qualem obtinet hoc verbum in ea conjugatione Ezeck. I, 19, 21. ubi de Cherubis ſermo eſt, & Pſalm. XCIV, 2. Eſai. XXXIII, 10. ubi de Deo. Adtollere autem ſe Deus dicitur, veluti in thronum, de hominibus judicium laturus; ut præſertim ex hoc loco & Pſalm. XCIV. liquidum fit. Vox עברות plurali numero occurrit Job. XXI, 30. ubi ſermo eſt de pœnis, quas Juſtitia Divina de malis ſumit; quo ſenſu etiam hic capi queat, ut

te, propter eum in ſuperiora revertere. 9. Jehova judicabit populos; jus mihi di-
cito, pro innocentia & integritate mea. 10. Abſumat, quæſo, malum ſontes;
ſtabilias verò innocentem, ô juſte Deus, qui corda & renes exploras.
11. Clipeus meus eſt apud Deum, qui rectos corde ſervat. 12. Deus eſt judex
juſtus, Deúſque *malo* indignatur toto die. 13. Niſi *ad bonam frugem* redeat, Deus
gla-

tuo ſolio, ſententiam laturus, ſede. 9. Nunc ergo jus nobis dicito, pro innocentia mea, & pro integritate, quam in me eſſe noſti. 10. Reos quidem nunc pœnæ è medio tollant, innocentes verò ſerventur incolumes, ô Deus juſte Judex noſter, qui hominum arcanas cogitationes noſti.

11. Atqui Deus qui videt cogitationes noſtras, bonos ex animo incolumes præſtat. 12. Juſtitiæ obſervantiſſimus eſt, nec cuiquam iraſcitur, niſi pertinaciter delinquentibus. 13. Niſi homines mali ad bonam frugem redeant, Deus armis Provi-
dentiæ

ut vertatur: *adtolle te in pœnis hoſtium meorum*, vel quas *de hoſtibus meis* exiges.

Hæc mirè verterunt LXX. Intt. ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἐχθρῶν μου. *Aquila*: ἐν ἀνυπερθεσίαις ἐνδιεμένων μου, quem crediderim ſcripſiſſe ἐν ὑπερβασίαις, *in tranſgreſſionibus*, nam ὑπέρθεσις eſt ὑπέρβασις apud *Heſychium*, & conſentit cum eo ſenſu poteſtas verbi עבר *habar*, quâ *tranſgreſſus eſt* ſignificat. *Symmachus*: ἐν χόλῳ τῶν θλιβόντων με. *Theodotion*: ἐν θυμῷ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς μου, eodem ſenſu, qui nec abit à noſtra interpretatione. Sic quoque *Hieronymus*, in Verſ. ex Hebræo: *indignans ſuper hoſtes meos*.

Expergiſcere & veni ad me] עורה אלי *hourab elai*, expergiſcere ad me; hoc eſt, ut venias ad me. *Expergiſci* Deus dicitur, poſtquàm aliquamdiu veluti diſſimulatis peccatis hominum, ſubitò de iis pœnas ſumit: ut vir qui excitatur ſtrepitu furum, quos illicò malè mulcrat. Quia eſt aliqua in externis actionibus Dei & hominum ſimilitudo, interdum eodem nomine adpellantur; quod debet reſpectu Dei, θεοπρεπῶς intelligi.

Judicium præcepiſti] Hoc eſt, tu qui hominibus præcepiſti, ut in jus homines maleficos vocent, jus etiam de iis dicito.

8. *Cœtus populorum circumdedit te*] Quemadmodum populus circumdat Judicem, ut noſcat ab eo ſupplicium ſceleratorum, vel ut jus dicentem audiat: ſic populi inducuntur eodem modo erga Deum ſe gerentes, cùm ſimilia ab eo exſpectant.

Propter eum in ſuperiora revertere] ועליה למרום שובה *vehaleah lmarom ſchoubah*, & propter eam in altum revertere. Præpoſitio עליה refertur ad vocem עדה hadah, *cœtus*, quæ anteceſſit. *In altum* vel *in ſuperiora reverti*, hîc eſt conſcendere ſolium, juris dicendi causâ; quod & antecedentia & conſequentia omnino poſtulant. Vide & ad Pſ. LXVIII, 19.

9. *Jehova judicabit populos*] Preces, in ſuperioribus verbis fuſas, jam exauditas ſtatuit David, ac proinde mox ſupplicium de inimicis ejus ſumturum fuiſſe Deum.

Pro innocentia & integritate mea] Structarum Sauli inſidiarum & occultarum molitionum falsò accuſatus petit à Deo, ut ſibi jus dicat, pro ſua, hac in re, innocentia.

10. *Abſumat, quæſo, malum ſontes*] יגמר נא רע רשעים *jigmar na rah reſchahim*. Verbum hoc in Pſalmis tantùm occurrit, nec ſatis convenit Interpretibus, tranſitivóne interdum, an neutro ſenſu ſemper occurrat. Videtur tamen hîc tranſitivo ſumi; optat enim hîc Pſaltes, non ut deſinat nequitia malorum, ſed ut pœnas luant, adeóque malo abſumantur. גמר *gmar*, apud Chaldæos & Syros, non infrequenter utroque ſignificatu occurrit. Sic quoque, prout res poſtulare viſa eſt, interpretati ſumus. Veteres tamen Græci Interpretes paſſivum hîc verbum adhibuerunt. LXX. Intt. & *Aquila*: συντελεσθήτω πονηρία ἁμαρτωλῶν. *Symmachus* verò ἀπαρτισθήτω ἡ κάκωσις ἀσεβῶν, quibus verbis pœnas intelligit. Fortè & aliorum verba eodem modo intelligenda; pœnas enim illi luunt, quorum *conſummata eſt improbitas*. Vide Geneſis XV, 16.

Stabiliat verò innocentem] תכונן צדיק *thchonen tſadik*. LXX. Intt. κατευθυνεῖς δίκαιον. Sic & *Symmachus*. *Aquila* ἑδράσεις. Utrumque ſignificari Hebraicâ voce poteſt, ſed *Aquilæ* ſententiam prætulimus, quæ rei aptior videtur.

Qui corda & renes exploras] *Cor & renes* partes ſunt, quæ nec turundâ tentata, nec cultello aperta explorari poſſunt; qua de cauſa, tralatitio ſenſu animum ſignificant, cujus arcana, præter Deum, nemo certò explorare poteſt. Nihil aliud, in hoc loquendi genere, quærendum. Vide Pſ. XXVI, 2. Jerem. XI, 20. XVII, 10. XX, 12. Ap. II, 23. Ideóque Deus ſolus poteſt juſta de omnibus ferre judicia, quia ſolus arcana animi novit; nec ſimulationibus, aut diſſimulationibus hominum, quibus ſe mutuò fallunt, decipi poteſt. Hinc exploratio cordis & renum, hîc & apud Jeremiam, conjungitur cum juſtitia divina.

11. *Clipeus meus eſt apud Deum*] מגני על אלהים *maginni hal elohim*. LXX. Intt. παρὰ τοῦ Θεοῦ. Hieronymus, *in Deo*. Phraſis eſt deſumta ab eo qui alium tegit clipeo, quem fert; ut Ajax, qui Teucrum clipeo ſuo tegebat.

12. *Deúſque malo indignatur toto die*] ואל *veel*, זעם בכל יום *zohem bchol jom*, deteſtatur quotidie, aut toto die, quod verbo *indignatur* decentiùs exprimi putavimus. Supplevimus autem *malo* את רשע *eth raſchah*, quod ex re ipſa ſubaudiendum eſt neceſſariò, niſi exciderit. *Toto* enim *die*; hoc eſt, ſemper; *Deus* non *deteſtatur*, niſi malum. Ideò LXX. Intt. cùm non concoquerent dici Deum toto die, aut quotidie iraſci, pro ואל legerunt ולא velo, *neque*, habent enim: μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Sed nec antecedentia, nec conſequentia favent eorum emendationi. Reliqui Intr. nullam negationem hîc habent. *Aquila* habebat: ἀπειλούμενος κατὰ πᾶσαν ἡμέραν, unde *Hieronymus*: *comminans totâ die*.

13. *Niſi ad bonam frugem redeat*] אם לא ישוב

iiii

gladium ſuum acuet, arcúmque parabit. 14. Ei parabit arma mortifera, ſagittas ſuas ardentibus perſequutoribus faciet.

15. En parturiet pravitatem *improbus*, ſed moleſtiam concipiet, pariétque mendacium. 16. Ciſternam excidit, eámque fodit, ſed in foveam *quam* fecerit incidet. 17. Redibit moleſtia in caput ejus & injuria in verticem ejus deſcendet. 18. Laudabo Jehovam pro ſua juſtitia, & nomen Jehovæ, *Dei* altiſſimi, carmine celebrabo.

Laus Dei & creationis Mundi.

PSALM. VIII. 1. PRÆFECTO *Citharæ* GATHENSI. CARMEN DAVIDIS. 2. O Jehova Domine noſter, quàm magnum eſt nomen tuum per omnes

dentiæ armatus pœnas de iis ſumet, 14. & ſagittis, quas declinare non licet, eos qui, præter jus & fas, alios malè habent, configet.

15. Quisquis prava conſilia animo verſabit, moleſtiam inanem ſuſcipiet, quæ nullum effectum ſortietur. 16. Foſſam fodiet, tegetque leviter orificium, ut inimici in eam cadant, ſed fraude, quam aliis perdendis paravit, ipſe peribit. 17. Mala quæ eis paraverat, in caput ejus recident. 18. Tum vero Dei juſtitiam, prout meretur, laudabo, canticisque meis celebrabo.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN Davidis ad Citharam Gathenſem canendum. 2. O Creator, idemque Dominc noſter, quàm celebratur; per omnes terras, nomen tuum, quod non minùs notum eſt ſupra

im lo jaſchoub, niſi revertatur. Hinc intelligere licet præceſſiſſe רשע *raſchab*, aut certè ſupplendum eſſe, ut & alibi non rarò ex re ipſa colligendus nominativus, quod ſæpiùs ad Jobum obſervavimus. Hîc שב, ut alibi de *reditu*, ad bonam frugem, cepimus; quamvis verbo *redire* ſoleat addi *ad Jehovam*, aut *à peccatis*. Quæ facilè ſuppleri poſſunt, ut Jeremiæ XXXI, 18, 19. Hinc apud Chaldæos & Syros תתובא & תתובתא *reditus*, pro reditu ad bonam mentem, ſeu pro reſipiſcentia. LXX. Intt. ἐὰν μὴ ἐπιστρέψητε. *Hieronymus: non convertenti*; ſe, nimirum. Sed miror maluiſſe plerumque eum interpretari, *convertere ſe*, cùm clariùs à Latinis ſit *redire*, idémque propriæ ſignificationi convenientius.

Deus gladium ſuum acuet] Immittet in eum hoſtes, quorum gladio cadat, aut patietur eum hoſtili ferro perire. Idem dicendum de *arcu*, & *ſagittis*.

14. *Arma mortifera*] כלי מות *cble maveth*, vaſa, vel inſtrumenta mortis. Quod contigit tandem Sauli, ejúsque ſatellitibus, qui aut perierunt, Philiſthæorum armis, aut ipſi manus ſibi adtulerunt, 1. Sam. XXXI, 4.

Ardentibus perſequutoribus] לדלקים *ldolekim*. LXX. Intt. τοῖς καιομένοις. *Symmachus*: εἰς τὸ καίειν. Eâ voce paſſim ſignificantur ardentiores vexatores.

15. *Parturiet pravitatem*] יחבל און *jehhabbel aven*. Verbum quidem hoc propriè ſignificat *parturire cum dolore*, ut liquet ex eo quod חבל *hhebel* dolor eſt, & quidem parturientium Eſa. LXVI, 7. Jerem. XIII, 21. XXII, 23. Attamen cùm de conceptu & partu poſtea loquatur Pſaltes, hîc יחבל metaphoricè deſignat cupiditatem malorum, quâ exoptabant poſſe animo concipere certam rationem, quamvis iniquam, perdendi Davidis.

Sed moleſtiam concipiet] Hoc eſt, ſed nihil animo concipere poterunt improbi, præter conſilia, quæ iis moleſtiam (עמל *hamal*) creabunt.

Pariétque mendacium] כזב *chazab*, quod ſignificat non ſolùm *mendacium*, ſeu ψεῦδος, ſed rem inanem; quæ fallit ſpem ejus, qui putarat conſilii ſui eventum eum fore quem cupiebat, vidétque id irritum factum. Vide ad Pſ. IV, 3. Similis imago invenitur Job. XV, 35. Eſai. XXVI, 18. XXXIII, 11. LIX, 4.

16. *Ciſternam excidit*] In rupe. כרה *charath*, quod alioqui lignum, aliáque cædere ſignificat.

In foveam &c.] Proverbium è foveis, ad capiendas feras, dictum, quo ſignificantur improbi malis artibus, quibus aliis tendunt inſidias, interdum & ipſos capi. Vide Pſ. IX, 16. & alibi ſæpiùs.

17. *Redibit moleſtia in caput ejus*] Moleſtia, nempe, quam aliis creare conabatur.

COMMENTARIUS
In PSALM. VIII.

1. *Citharæ Gathenſi*] על הגתית *hal haggitthith*. LXX. Intt. *Aquila & Symmachus*: ὑπὲρ τῶν ληνῶν, quaſi legiſſent, aut legendum cenſuiſſent גתות gitthoth, *torcularia*; unde & *Hieronymus: pro torcularibus*. At *Theodotion*: ὑπὲρ τῆς γεθθίτιδος. Sic quoque Chaldæus: *citharæ quæ venit Gatho*; ut intelligatur genus citharæ, quod Philiſthæi Gathenſes invenerant, aut quo utebantur. Quod probabilius viſum eſt.

2. *Quàm magnum eſt nomen tuum, per omnes terras*] מה אדיר שמך בכל הארץ *mah addir ſchmecha bchol haarets*, quàm inſigne eſt, *aut* magnificum nomen tuum per totam terram. Intelliguntur non tantùm terra Chananæa, ſed terræ

omnes terras, quod gloriam tuam ſupra cœlum patefecit ! ³. Ex ore puerorum & lactentium fundaſti robur, propter inimicos tuos, ut deſtrueres hoſtem & ultionis cupidum. ⁴. Quando video cœlos tuos, digitorum tuorum opus, lunam & ſtellas, quas *in iis* collocaſti; ⁵. *exclamo:* quis eſt miſer homo, ut ejus recorderis, & *quod* vulgus hominum, ut eorum curam geras? ⁶. Paullò minorem feciſti eum Angelis, ſed gloria

ſupra cœlos! 3. Potentiam tuam oſtendiſti tam perſpicue, ut vel pueri eam animadvertere queant, & laudare, poſtquam viderunt hoſtes infenſiſſimos & ultionis cupidiſſimos fruſtra fuiſſe, & tam exiguis copiis in fugam datos. 4. Sed quando ſuſpicio ingens illud potentiæ tuæ opus, cœlos, & micantes in eo ſtellas, 5. non poſſum non exclamare: Quis verò eſt homo, ut ejus recordari digneris, & plebecula, ut curam ejus geras? 6. Non multo inferiorem Angelis creaſti, ò Deus, 7. cum homi-

terræ omnes, per quas Dei opera ſparſa ſunt. Ideóque plurali uſi ſumus.

Quod gloriam tuam ſupra cœlum patefecit] אשר תנה הודך על השמים *aſcher thena hodecha hal haſſchamajim*, qui date gloriam tuam ſupra cœlos. Ubi תנה *thenah* creditur vulgò eſſe infinitivus verbi נתן *nathan* dedit, poſuit, qui ſumitur pro præterito. Nec deſunt exempla infinitivi, qui locum præteriti obtineat, ſi modò ſana ſunt loca, in quibus ejuſmodi Anomalia exſtat. Verùm cùm verbum נתן nusquam ita formet infinitivum, ſed tantùm נָתוֹן, נְתֹן, תֵּן & תֵּת, exiſtimavimus ſatius eſſe תנה ex Chaldaica Lingua, cujus vocabula non rara ſunt in Pſalmis, interpretari *patefecit*, nam תְּנָה aut תְּנָא eſt *tradidit*, *docuit*, in ea Lingua. Atque hinc naſcitur commodus ſenſus: ſama tua, per omnes terras ſparſa, docet etiam quæ ſit tua gloria ſupra cœlum; quaſi *nomen Dei* laudibus in terris celebratum, & ad cœlum usque ſublatum gloriam etiam ejus, in ſede propria Dei, ſupra cœlum, patefaceret; ut à terra ad cœlum veluti reſonare decantata Dei gloria intelligatur. Ordo ergo verborum eſt: שמך תנה הודך על השמים *nomen tuum patefecit gloriam tuam ſupra cœlum.* Quod ſi quis mallet è Syra Lingua תנה interpretari, quaſi idem ſit ac שנה *ſchnah*, *iteravit*, quod תנה paſſim ſignificat, apud Syros; ſententia priori ſimilis, nec inelegans inde naſceretur: homines in terris te laudant, nominisque tui, ab iis celebrati, ſonitus ad cœlum pervenit, ubi denuo iterantur ab Angelis laudes tuæ. Quaſi laudes Dei celebrarentur à duobus choris, quorum alter, piorum, nempe, hominum, in terris eſſet, & inchoaret canticum; quod repeteretur ab Angelis, in eo rerum univerſitatis loco, in quo ſingulari ratione præſentem ſe Deum oſtendit. Sic Pſalm. CXLVIII. & alibi Pſaltes homines & Angelos, totámque adeò naturam ad Deum laudibus extollendum concitat.

3. *Ex ore puerorum & lactentium fundaſti robur*] מפי עוללים וינקים יסדת עז *mppbi bolelim vejonekim jaſadtha hoz.* Nulla eſt in ſingulis verbis obſcuritas, ſed de ſenſu totius orationis non conſtat. Expenſis poſtremis verbis, crediderim hoc velle Pſaltem: oſtendiſti potentiam tuam, eò quòd ſolo clamore puerorum & lactentium; hoc eſt, infirmarum copiarum, quas mecum habui; hoſtes tuos perterrefeceris, ita ut me inſectari deſierint. In hisce verbis, *ex ore infantium & lactentium fundare robur*, latere crediderim formulam παροιμιώδη, quâ ſignificetur exiguis viribus res magnas & præclaras gerere. Protulit hæc verba magis proprio ſenſu ſumta, & præſenti negotio egregiè aptavit Chriſtus Matth. XXI, 16.

Vocem עז LXX. Int. αἶνον verterunt, at *Aquila* & *Symmachus* κράτος, Sexta Editio ἰσχύν. Senſum quem putabant loco ineſſe LXX. Int. potiùs quàm poteſtatem vocis, ſequuti ſunt, & conjungitur ea vox Pſ. XXIX, 1. cum voce כבוד quæ *gloriam* ſignificat. Sed aliud eſt *tribuere Deo gloriam & potentiam*, ut illic habetur, aliud *fundare robur*. Profertur & 2. Ephem. XXX, 21. ſed quo modo locus ſit intelligendus, oſtendimus, in Commentario ad eum librum. Itaque αἶνος non poteſt, niſi incommodè, verti עז *hoz*. Si ab Evangeliſta Matthæo ita locus profertur, factum id, in gratiam eorum, in quorum uſum ſcribebat; nimirum, Græcè Vetus Teſtamentum legentium; præſertim cùm res commodiùs poſſet facto, quod narratur, aptari.

Ut deſtrueres hoſtem & ultionis cupidum] להשבית אויב ומתנקם *lehaſchbbith ojeb oumithnakkem*, ut deſinere facias hoſtem & qui ſe ipſe ulciſcitur. Quia quæ pereunt, *deſinunt* & *ceſſant*, ideò *facere ut* quid *ceſſet* perinde eſt ac perdere. Vide 2. Reg. XXIII, 5. Pſ. LXXXIX, 45. Ezek. VII, 24. XII, 23. מתנקם eſt, pro vi conjugationis *Hithpaël*, *qui ſemet ipſe ulciſcitur*, quæ vis ad Deum pertinet.

4. *Collocaſti*] כוננת *chonantha.* LXX. Int. ἐθεμελίωσας, Sexta Editio ἥδρασας, rectè, nam agitur de firmo & conſtanti ſtatu. Vide Pſal. CXIX, 90. & Eſai. XLV, 18. ubi de terræ à Deo firma conſtitutione uſurpatur. Incommodè *Aquila* ἡτοίμασας, *paraſti*, nam idem ubique idem verbum non ſignificat.

5. *Exclamo: quis eſt* &c.] Neceſſariò Interpreti ſupplendum *exclamo*, aut ſimile quiddam; alioquin hiulca eſt oratio. Hîc אנוש *enoſch*, proprio ſignificatu, pro homine miſero, rectè ſumitur; res enim poſtulat, ut Pſaltes naturam humanam Deo collatam elevet.

Ut ejus recorderis] Ut erga eum te geras, eodem modo, quo ſe gerunt, qui amicorum immemores non ſunt; hoc eſt, ei benefacias.

Vulgus hominum] בן אדם *ben adam*, filius hominis. Sed hîc quoque homo vocatur contemtim בן אדם, ut ſæpe alibi. Ideóque vertimus: *vulgus hominum*, quæ frequens eſt ejus loquendi generis ſignificatio, cùm nihil commodius ſuppeteret. Chriſto nullo modo conveniunt, quæ in hoc verſu habentur, dignus enim fuit eximiâ ſanctitate, omnisque labis immuni, cujus Deus curam gereret. Ac proinde nec ſequentia ad Jeſum, ex Pſaltæ ſententia pertinent; nam eadem res agitur.

ria & honore eum redimiſti. 7. Dominari eum voluiſti operibus manuum tuarum, omniáque pedibus ejus ſubjeciſti; 8. pecudes minores, boves quotquot ſunt & *ipſas* majoris molis feras; 9. aves cœlorum, piſces maris, & *quidquid* per vias marium tranſit. 10. O Jehova Domine noſter, quàm magnum eſt nomen tuum, per omnes terras!

Lau-

hominem volueris aliarum multarum creaturarum eatenus eſſe dominum, ut iis quaſi ſuis uteretur, 8. ut ovibus, bubus, atque ipſis feris quibus venatione dominus fiat. 9. Imo artes aucupii homines invenerunt, quibus capiunt volucres, & piſcatûs quibus irretiunt piſces. 10. O Creator Domine noſter! quam latè, per omnes terras, ſparſum eſt nomen tuum!

PARA-

6. *Paullò minorem feciſti eum Angelis*] ותחסרהו *vattbabhſerennou* מעט מאלהים *mebat meelohim*, feciſti ut minor eſſet paullò, quàm Dii. LXX. Intt. rectè ἠλάττωσας βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, & *Hieronymus* : *minues eum paullo minùs à Deo. Aquila*, *Symmachus*, *Theodotion* & Quinta Editio: βραχύ τι παρὰ Θεόν. Sexta: ὀλίγον τι παρὰ Θεόν. Verbum חסר in *Kal* eſt *defici*, *deſtitui*, & apud Chaldæos etiam *minui*, ut vel Lexica docebunt; in *Piel*, *facere ut deſtituatur*, vel *ut minuatur*, aut *minor ſit* is de quo ſermo eſt. Ad אלהים quod attinet, non de Deo tantùm dicitur, ſed & de Angelis, ut Pſ. LXXXVI, 8. XCVII, 7. & res ipſa docet hîc de Angelis ſermonem eſſe; nam homo non eſt *paullo minor*, ſed infinitò minor Deo; quod probè intellexerunt LXX. Intt.

Hæc omnia per ſe ſat perſpicua ſunt, ſed quia hunc locum de Jeſu-Chriſto interpretatus eſt Scriptor Epiſtolæ ad Hebræos C. II, 7. & ſeqq. hinc ſuborta eſt nonnulla difficultas. Si quis enim ſolum Pſalmum legat, ſolitámque verborum poteſtatem adtendat; agi putabit de toto humano genere, quod propter peccata ſua tanta Dei cura dignum non eſt; quódque paullò minus Angelis fecit DEUS, quia eſt obnoxium peccato, variisque miſeriis & mortale; & quod omnibus operibus ſuis præfecit; nimirum, iis quæ in hac Tellure noſtra ſunt, quorum uſus eſt homini permiſſus. Nec negandum propriè hîc hac de re agi, res enim liquida eſt. Sed temporibus Apoſtolicis, mos erat allegoriis interdum utendi, quia iis erant adſueti Judæi, & ita Scripturam interpretari ſolebant; nec ſemper cum iis agebatur argumentis ἀποδεικτικοῖς, ſed ratiocinationibus quibus adficiebantur; quas non adhibuiſſent Apoſtoli, aut Apoſtolici viri, niſi jam receptæ fuiſſent. Alioquin apud Ethnicos, talia aſpernantes, nec admittentes niſi argumenta, quæ incredulis os obturarent, numquam talibus uſi eſſent. Vide quæ notavimus ad Gal. IV, 24. & Heb. VII. in iis quæ *Henr. Hammondo* addidimus. Periti non eſt Interpretis & Religionis Chriſtianæ amantis; interpretationes quasvis urgere, quaſi ἀποδεικτικάς; quo pacto committitur auctoritas Apoſtolorum cum recta Ratione, & via interpretandi, quæ à prudentiſſimis viris ſemper admiſſa eſt.

Glorià & honore eum redemiſti] כבוד והדר תעטרהו *chabod vehadar thebatterehou*. Hæc ſita ſunt in imperio quod Deus ei, quaſi Regi cuipiam animalium terreſtrium, in ea omnia contulit.

7. *Dominari eum voluiſti*] תמשילהו *thamſchilehou*, dominari feciſti. Vide Gen. I, 26, 28. & notata à nobis ad eum locum. Hæc & ſequentia oſtendunt hîc agi de homine, vel de humano genere; non de Chriſto.

Omniáque pedibus ejus &c.] Quæ ſint illa *omnia*, quæ hominibus ſubjecta ſint, oſtendunt ſequentia; nempe, animalia quævis, quibus in rem ſuam utendi jus habet à Creatore omnium. Addendus eſt ex Moſe terræ proventus, quo hominem donavit etiam Deus. Attamen *omnia* latiore ſenſu intellexit Scriptor ad Hebræos: *in eo enim*, inquit, *quod omnia ei ſubjecit, nihil dimiſit non ſubjectum ei.* Cap. II, 8. Verùm in allegoria pergit, more illius ævi, in qua non ſunt omnia, præter mentem Auctoris, ad vivum reſecanda.

8. *Pecudes minores*] צנה *tſoneh*, quod ovillum & caprinum genus complectitur.

Et boves] ואלפים *vaalaphim*, boves propriè jugum ferre edocti, ut obſervavit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 28. Aut eſt enumeratio imperfecta, aut ſub hoc nomine continentur aſini, equi & cameli.

Et ipſas majoris molis feras] וגם בהמות שדי *vegam behemoth ſchadai*, & etiam majora animalia agri. Oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. I. c. 7. voce hac ſignari brutum quodvis, quando homini opponitur; tum animal terreſtre quadrupes, alicujus molis; denique jumenta & pecus domeſticum, cùm illi opponitur fera. Sed hîc hac voce ſignificantur majores feræ, quamquam & minoribus dominatur homo. Sed potiſſimas ſpecies, ſub quibus ceteræ continentur, memorare ſatis habuit Pſaltes. Ceterùm & feris dominatur homo, quòd maximas etiam interdum cicures reddat, & domitas uſibus ſuis adhibeat, ut Elephantes, atque occidat; cicurari neſcias, ne noceant, ut leones, tigrides, aliáſque ſimiles. Vide ad Gen. I, 26.

9. *Per vias marium tranſit*] Præter maria propriè dicta, ſeu tractus omnes Oceani & maris interni, hîc ſunt intelligenda ſtagna, & lacus, ne omiſſis quidem fluminibus; quorum piſcibus non minùs utuntur homines, quàm marinis.

10. *O Jehova* &c.] Repetitio eſt ſecundi commatis; quo ſignificat Pſaltes, nullam tunc fuiſſe gentem, niſi barbaram prorſus & indoctam, quæ non miraretur & laudaret divina opera.

COM-

Laudat David Deum liberatorem, ſimilem ab eo favorem piis promittit, quos ad eum celebrandum hortatur, & pœnas impiis prædicit.

PSALM. IX.

[1]. PRÆFECTO *Muthlabbenio.* CARMEN DAVIDIS. [2]. Toto animo meo Jehovam laudabo, & mirabilia omnia ejus *facta* narrabo. [3]. Lætabor & exſultabo in te, carminibúſque altiſſimum nomen tuum celebrabo; [4]. quia in fugam converſi hoſtes mei, impegerunt, & à conſpectu tuo perierunt; [5]. jus enim mihi dixiſti & cauſam meam *diſceptaſti*; ſediſti in ſolio juſtus judex. [6]. Increpuiſti gentes, perdidiſti ſontes, nomen eorum in perpetuum deleviſti. [7]. O hoſtis, deſierunt *villæ in* ſolitudinibus in perpetuum, urbes diruiſti, periit *cum* ipſis earum memoria.

[8]. Jcho-

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS Carmen ad Præfectum Muthlabbenium miſſum. 2. Creatorem omnium rerum toto animo laudabo, 3. & verſibus meis celebrabo nomen ejus. 4. Quod eò libentiùs faciam, quia hoſtes meos in fugam vertiſti, & in conſpectu tuo deleti. 5. Inter me & illos judex veluti ſediſti, & ſecundùm me ſententiam dixiſti. 6. Increpuiſti Gentes vicinas, quæ mihi bellum intulerant, & nonnullorum memoriam ita exſtinxiſti, ut brevi ſit eorum nomen oblivioni mandandum. 7. Perierunt & illorum villæ, in ſolitudinibus ſitæ, ac urbium deletarum mox nulla ampliùs mentio fiet, ita ut exſtinguatur planè memoria.

8. At

COMMENTARIUS
In PSALM. IX.

1. M*Uthlabbenio*] על מות לבן *hal mouth labben.* Iis adſentimur, qui putant fuiſſe inſtrumentum muſicum, quia ſimilis hîc eſt conſtructio, ac in Pſalmis antecedentibus; ubi memorantur inſtrumenta, quibus præerant מנצחים *mnatſebbim*, ſeu præfecti ſacræ Muſicæ. Ex conjectura verterunt hæc Interpretes LXX. ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ, *Aquila:* νεανιότητος τοῦ υἱοῦ. *Symmachus:* περὶ θανάτου τοῦ υἱοῦ. *Theodotion* & V. Editio: περὶ ἀκμῆς τοῦ υἱοῦ. VI. Editio: νεανίτης τοῦ υἱοῦ. Putarunt LXX. Intt. *Aquila*, *Theodotion* & V. ac VI. Editionis Auctores unâ voce legendum עלמות *balmouth*, quod aut *rem occultam*, aut *adoleſcentiam* ſignificare poteſt. Solus *Symmachus* in duo diviſit verba על מות *hal moth*, ut & Maſſorethici Codd. Verùm in hoc Pſalmo neque de *morte*, neque de *adoleſcentia*, neque de *filio* quidquam habetur. Ceterorum omittimus conjecturas, quæ adlatis probabiliores non ſunt. Cùm nihil ſit hîc ſingulare, ex quo occaſionem Pſalmi colligere liceat, longè præſtat miſſas facere hariolationes; quàm in re obſcura veluti in tenebris micare.

2. *Omnia ejus facta*] נפלאותיך *niphlotbecha*, mirabilia tua. Tertiâ perſonâ expreſſimus, Latinæ Linguæ causâ, ſine ſententiæ ulla mutatione.

3. *In te*] בך *bach.* Aut *propter te*, aut quia tibi confido. Lnquendi genus frequens.

Carminibúſque] אזמרה *azammerab*, quod non eſt ſimpliciter *canam*, ſed *canam carmen*, quod מזמור *mizmor* dicitur.

4. *In fugam converſi* &c.] בשוב אויבי אחור *bſchoub ojebai abbor*, cùm redirent retrorſum hoſtes mei; hoc eſt, cùm repulſi, aut, re infectâ, fugerent.

Impegerunt] Hoc eſt, mali mulctati ſunt, cladem paſſi ſunt; figurâ petitâ ab iis, qui offendunt pedem lapidi & cadunt. Quæ metaphora non infrequens eſt, etiam apud Latinos, & Græcos.

5. *Jus enim mihi dixiſti* &c.] עשית משפטי ודיני *haſchitha miſchphati vedini*, feciſti judicium meum & litem meam; hoc eſt, judicium de me atque hoſtibus meis tuliſti. *Aquila:* ὑπερεδίκασάς μου. Vide Pſ. CXL, 13. 1. Regum VIII, 32.

6. *Increpuiſti gentet*] Ut ſeverior judex reos contumaciores increpat verbis; Deus cladibus in hoſtes ſine cauſa ſævientes immiſſis, iniquos homines caſtigat.

Nomen eorum in perpetuum deleviſti] Exſtinctis omnibus eorum poſteris, ita ut in cenſualibus libris nulla eorum poſthac fiat mentio, & exſtinguatur etiam memoria.

7. *Deſierunt villæ in ſolitudinibus*] תמו חרבות *thammou bberoboth*, deſierunt ſolitudines; habitari, nempe, villis. Sic Job. III, 14. contrario ſenſu, *conſiliarii terræ* dicuntur *ædificare ſibi ſolitudines*, hoc eſt, villas in ſolitudinibus. Ceterùm hæc intelligimus de villis hoſtium, quas combuſſerant Hebræi, aut etiam ipſi hoſtes, ut penuriâ omnium rerum Hebræorum exercitus amoveretur. LXX. Intt. verterunt חרבות ῥομφαῖαι, quaſi eſſet plurale τοῦ חרב *bhereb*, gladius. *Aquila* ἔρημα, *Symmachus* ἐρείπια.

Urbes diruiſti] Opponuntur urbes villis. Cùm agatur de clade hoſtium populi Hebræi, hæc ſignificabant hoſtes, ſuâ pervicaciâ, cauſam fuiſſe cur ipſorum urbes ab Hebræis eſſent deletæ; aut etiam ipſos fugientes urbes ſuas, quas defendere non poterant, incendiſſe, ne earum præda potirentur Hebræi. Qui in confiniis regnorum Orientis iter fecerunt, narrant illic eſſe plerumque ſolitudines, ne facilè invadi à vicinis queant, qui non facilè in vaſtatas regiones exercitus ducunt. Sic *Pet. Vallenſis* & *Joan. Chardinus* Meſopotamiam meridiem verſùs, & Armeniam ad Septentriones vaſtatas eſſe à pluribus ſæculis narrant, tam à Perſis, quàm à Turcis, ne alterutri illac irruptionem in finitimos agros facere, ſine difficultate ſat magna, poſſint.

Periit cum ipſis earum memoria] אבד זכרם המה *abad zichram hemmah.* Retulimus hæc ad

urbes,

8. Jehova in perpetuum *judex* ſedebit, ſellamque ſuam ponet ad jus dicendum. 9. Juſtum ille judicium de orbe *terrarum* feret, recte populis jus dicet. 10. Jehova tenui propugnaculum erit, munimentum temporibus opportunis & in anguſtia *verſanti*. 11. Spem in te collocabunt, qui nomen tuum norunt, quia non deſeris eos qui te quæ-runt, ô Jehova.

12. Carminibus celebrate Jehovam, Sione ſedes habentem, per populos *omnes* ejus facta nunciate; 13. nam inquirit in cædem, ejus meminit, nec clamorem humilium oblivioni mandat. 14. Miſerere mei, Jehova, reſpice adflictionem, quam mihi creant qui

8. At Creator æternus erit mortalium Judex, 9. judiciaque juſta de iis feret, & tenues contra potentes tuebitur. 10. Erit propugnaculum iis, tempore opportuno & quando calamitatibus urgebuntur. 11. Spem ſuam, ô Deus, in te ſolo collocabunt, quicumque te, ut par eſt, noſcent; quia numquam eos deſeris, qui, ut par eſt, ad te confugiunt.

12. Laudate, Jeroſolimitani, carminibus veſtris, Deum veſtrum, & apud omnes Gentes mirabilia ejus facta nunciate; 13. neque enim patitur cædes ſine pœna eſſe; neque humiliorum querelas negligit. 14. Miſerere mei, ô Creator omnium, & reſpice calamitates in quas me conjiciunt, qui me odio habent; tu qui ex præſentiſſimo mortis pericu-

urbes, quia עִיר *hir*, urbs, eſt utriusque generis & potioris quidem præſertim in plurali, ubi terminatio maſculina eſt. Vide Levit. XXVI, 33. Multa ſunt etiamnum, in Syria & Meſopotamia, urbium, quorum nomina ignorantur, rudera pervetuſta. Primùm dirutæ ſunt urbes, ſuperſtite etiamnum earum memoriâ, atque hoc prius eſt exſcidium; mox ſequutum alterum, quando ipſa quoque memoria earum extinguitur. Hæc quaſi ſimul fierent deſcribit Pſaltes, quia ſunt ſæpiſſimè inter ſe connexa. Iis poſſimus aptare egregia hæc *Boëthii* verba, è Lib. II. Metro 7.

Jacetis ergo prorſus ignorabiles,
Nec fama notas efficit.
Quòd ſi putatis longiùs vitam trahi,
Mortalis aurâ nominis;
Cùm ſera vobis rapiet hoc etiam dies
Jam vos ſecunda mors manet.

Quod non infeliciter imitatus eſt *Franc. Petrarcha*, in calce Pnëmatii Italici, cui titulum fecit *Triumphum Temporis*.

8. *In perpetuum judex ſedebit*] לעלם ישב *leholam jeſcheb*, in æternum ſedebit; nimirum, *judex*, quod addidimus perſpicuitatis causâ, quamvis nos non fugiat *ſedere* ſimpliciter eſſe ſedere judicem, etiam apud Latinos. Vult hoc Pſaltes nullum umquam fore Judicem hominum, à quo nulla ſit provocatio, præter Deum.

Sellámque ſuam ponet ad jus dicendum] כונן למשפט כסאו *chonen lammiſchphat chiſo*, *parat*, aut *firmat* ad judicium ſolium ſuum. Rem more Latino expreſſimus.

9. *Rectè*] במישרים *bmeſcharim*, in rectitudinibus; hoc eſt, ſummâ integritate. Vide Prov. I, 3. II, 9.

10. *Propugnaculum*] משגב *miſchgeb*. Significatur locus editus à radice שגב *editus fuit*. Vide Eſ. XXV, 12. & Pſ. XVIII, 3. In ſequentibus verbis, ubi repetitur, *munimentum* vertimus, eodem ſenſo.

11. *Qui nomen tuum norunt*] Qui te norunt; nisi malis reſpici ad nomen יהוה quod ſignificat eum qui facit ut res ſint; quas, nimirum, promiſit. Vide not. ad Exod. VI, 3.

Qui te quærunt] Qui te invocant, & ad auxilium tuum confugiunt. Vide Pſ. XXII, 27. XXXIV, 11. LXIX, 33.

13. *Inquirit in cædem*] *Quærit ſanguines*, דרש דמים *doreſch damim*. Vide Gen. IX, 5.

Nec clamorem humilium oblivioni mandat] Scriptum eſt עֲנִיִּים, ſed Maſorethæ monuerunt in margine legendum עֲנָוִים, quorum prius *humiles*, vel *pauperes* ſignificat, poſterius *manſuetos*; quia, ut putat *David Kimchius*, pauperes ſunt manſueti. Sed meritò viri docti totam rem Librariis ſimiles litteras facilè miſcentibus adſignarunt; non conſilio certo. Sic hoc ipſo Pſalmo verſu 19. legimus in textu ענוים, in margine verò עניים legendum monent Maſorethæ, qui ajunt duobus tantùm locis lectionem mutatam, hîc & Eſai. XXXII, 7. Mera eſt hæc varietas Codicum ex ſimilitudine litterarum nata. Vide ad hunc Pſalmi IX. locum *Theod. Hakſpanium*, & quæ notamus ad verſ. 19. Ceterum Deus *oblivioni* id *mandare* dicitur, cujus rationem habere non videtur; ut è contrario *meminiſſe* rerum, quarum rationem habet, immiſſo ſupplicio, vel auxilio, prout res poſtulat.

14. *Adflictionem, quam mihi creant qui me odio habent*] עני משנאי *honji miſſchoneai*, adflictionem ab odio habentibus me; nimirum, profectam. Alii vertunt: *propter eos qui me oderunt*. Sed quamvis מן ſignificet *propter*, frequenter etiam cauſam & originem rei, de qua ſermo eſt, deſignat. Vide ſignif. XXIII. particulæ apud *Chriſt. Noldium*. Sic LXX. Intt. ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, & *Hieronymus*: *ex inimicis meis*.

Ex portis mortis] משערי מות *miſſchahare maveth*. Idem eſt ac שערי שאול *portæ ſepulcri*, quod loquendi genus inde deſumtum eſt, quod ſepulcris in rupibus excisis, aut in cavernis, vel cryptis ſubterraneis arte factis eſſet janua, ut & Mauſoleis. *Pedo Albinovanus* Eleg. I, 69.

Vix poſito Agrippâ, tumuli bene janua clauſa eſt,
Perficit officium funeris ecce ſoror.

& paullò pòſt:

Claudite jam Parcæ nimiùm reſerata ſepulcra,
Claudite, plus juſto jam domus iſta patet.

Qui loquuntur hîc de poteſtate Cacodæmonis, ratione & exemplis deſtituuntur.

Surſum vocat] *Adtollens me*, מרוממי *mromemi*.

15. *In*

Digitized by Google

qui me odio habent, *tu* qui me è portis mortis furſum vocas, 15. ut narrem omnes laudes tuas, in portis filiæ Sionis, atque ob liberationem tuam exſultem.

16. Demerſæ ſunt gentes, in foſſam quam fecerant; reti, quod occuluerant, capti ſunt earum pedes. 17. Innotuit Jehova, judicio, quod tulit; opere manuum ſuarum illaqueatus eſt reus. Higgajon. Selah. 18. Revertentur ſontes in ſepulcrum, gentéſque omnes, quæ Deum oblivioni mandarunt; 19. Neque enim in æternum oblivioni tradetur egenus, neque exſpectatio pauperum irrita ſemper erit. 20. Surge, Jehova, ne contumax fiat miſer homo; coram te de gentibus judicium feratur. 21. Injice iis, Jehova, timorem, *ut* ſciant gentes *nihil* eſſe ſe, *præter* miſeros homines. Selah.

Pre-

riculo me liberaſti, 15. ut omnibus Jeroſolimitanis, quantopere laudandus ſis, oſtendam, & liberationis tuæ cauſa, coram iis exſultem.

16. Gentes Iſraelitis infenſæ, in pericula inciderunt, in quæ nos a ſe conjectum iri ſperaverant, atque in retia inciderunt, quæ nobis paraverant. 17. Deus Iſraelis hoc ſuo judicio omnibus innotuit, quo inſidiatores in ſua ipſorum retia inciderunt. 18. Omnes improbi, qui Dei obliti ſunt, in terram, è qua prodiit humanum genus, redibunt, æquè ac alii. 19. Neque enim ab eo egenus ſemper oblivioni mandabitur. 20. Surge vero, ô Creator, & gentibus jus dicito, ne homines in ſuis vitiis pertinaciores fiant. 21. Terrorem populis incute, ut ad animum revocent, ſe eſſe tantùm miſeros homines.

PARA-

15. *In portis filiæ Sionis*] Jeroſolimæ. Vide Eſa. I, 8. Zachar. IX, 9. Arci Sionis ſubjecta primùm fuerunt ædificia, è quibus in eam confugere licebat.

16. *Demerſæ ſunt gentes* &c.] Quia in foſſas ſæpe aqua defluit, ſed & metaphoricè demergi dici queant, qui in foſſam profundiorem demittuntur. Proverbium eſt, de quo ad Pſal. VII, 16.

Capti ſunt earum pedes] *Captus eſt earum pes.* Figurata loquutio, petita è laqueis, quibus captantur feræ. Manilius Lib. V. Edit. Rapheleng. p. 114.

——— *ducuntur & ipſi*
Retibus & claudunt campos formidine mortis,
Mendacéſque parant foveas, laqueóſque tenaces,
Currentéſque feras pedicarum compede nectunt.

Quem locum illuſtravit *Joan. Vlitius*, ad verſ. 89. Cynegetici *Grotii*. Vide Pſ. XXXV, 7. Adde & *Joan. Fred. Gronovium* ad Octaviam *Senecæ* verſ. 412.

17. *Higgajon. Selah.*] De *Selah* diximus ad Pſ. III, 3. Vox הגיון *Higgajon* ſignificat, ut videtur, inſtrumentum muſicum Pſ. XCII, 4. quod fortaſſe *Mathlabbenio*, de quo in titulo hujus Pſalmi, ab hoc loco conjungendum fuit. LXX. Intt. ᾠδὴ διαψάλματος. *Symmachus* ſimiliter: μέλος διαψάλματος. *Aquila*: ᾠδὴ ἀεί, & *Theodotion*, φθογγὴ ἀεί. *Hieronymus*: *meditatio ſemper*. In his nemo tutò adquieſcat, ſed verum invenire nemo ſperare queat.

18. *Revertentur ſontes in ſepulcrum*] ישובו רשעים לשאלה *jaſchoubou reſchabim liſcholah*; hoc eſt, moriantur. *Reverti* homines dicuntur *in ſepulcrum*, quia in terram, è qua primus homo deſumtus fuerat, conduntur. Vide Gen. III, 19. & Job. I, 21.

19. *Pauperum*] Eſt hîc in textu ענוים *hanavim*, ſed in margine monemur legendum עניים *hanijim*, in Edit. certè *Buxtorfiana* & aliis. Sed Plantiniana Regia & formæ in 4. habet in ipſo textu עניים, ſine nota Maſſorethica. Hinc intelligimus mera hæc eſſe Librariorum menda; quæ enim ratio cùm antea verſu 13. legendum ſit ענוים, hîc verò עניים?

Irrita ſemper erit] תאבד לעד *thobed labad*, peribit in æternum.

20. *Surge, Jehova*] Quaſi Deus antea alicubi ſediſſet, & ad judicium ferendum *ſurgere* eum neceſſe eſſet, more hominum. Frequens eſt ἀνθρωποπάθεια.

Ne contumax fiat miſer homo] אל יעז אנוש *al jaboz enoſch.* Poſtremâ voce contemtim homines vocantur. Cupit Pſaltes miſeros homines in nequitia contumaciores impunitate non fieri. יעז *jaboz* de contumacia intelleximus, quia huic verbo ineſt ea poteſtas, unde in *Hiphil* העז פנים *hebez phaaim*, ſignificat audacior & contumacior factus eſt, Proverb. VII, 13. XXI, 29. & עז פנים *baz phanim* contumacem, & audacem, Deut. XXVIII, 50. Dan. VIII, 23. *Aquila*: μὴ θρασυνέσθω ἄνθρωπος, quod idem eſt. LXX. μὴ κραταιούσθω, Hieronymus: *ne confortetur.* Sed quas vires אנוש *miſer homo*, brevi impunitate contrahere poteſt, apud Deum? Nullas, ſed audacior & contumacior fieri poteſt, gravioréſque ſibi contrahere pœnas.

Coram te de gentibus &c.] ישפטו גוים על פניך *jiſſchaphetou gojim hal phanecha*, judicentur Gentes, ante faciem tuam; hoc eſt, pœnas luant; nam non poſſunt mali, apud Deum, abſolvi, ideóque eorum reſpectu judicari, damnari, pœnas dare perinde eſt. Quod intelligendum de contumacibus, nam ad officium redeuntibus ignoſcit Deus.

21. *Injice iis, Jehova, timorem*] שיתה יהוה מורה להם *ſchitha, Jehova, morah lahem*; pone, Jehova, timorem illis. Nam מורה *morah*, pro ſollemni mutatione litterarum adfinium, idem eſt ac מורא *mora*, timor, à ירא *jare*, timuit, ut res ipſa oſtendit. Hinc *Aquila*: θὲς, κύριε, φόβημα αὐτοῖς, & *Theodotion*: κατάστησον, κύριε, φόβον αὐτοῖς, unde & *Hieronymus*: *pone*, *Domine, terrorem eis.* At quaſi idem eſſet ac תורה *thorah*, lex à ירה *jarah*, quod in *Hiphil* eſt docere, verterunt LXX. Intt. κατάστησον, κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτοῖς, niſi legerint מֹרֶה *doctorem.* *Symmachus* verò τάξον, κύριε, νόμον αὐτοῖς.

Ut ſciant gentes nihil eſſe ſe præter miſeros homines] ידעו גוים אנוש המה *jedhou gojim enoſch hemmah.* Primùm hîc ſubaudimus למען *lemahan*, ut ſciant, deinde vertimus *nihil præter miſeros homines*, ut ἔμφασις vocis אנוש meliùs exprimeretur. המה *hemmah* pronomen hîc eſt loco verbi ſubſtantivi, quam vim pronomen demonſtrativum ſæpe obtinet. Vide *Chriſt. Noldium* in ſignificatione II. pronominis הוא *hou.*

COM-

Preces contra improbos, quorum ſcelera deſcribuntur, in quæ Divina Juſtitia, cum exauditionis certa ſpe, imploratur.

PSALM. X.

1. QUARE, ô Jehova, ſtas procul, *téque* temporibus *noſtris*, *quibus* in anguſtia *verſamur* abdis. 2. Superbè reus pauperem perſequitur. At capiantur *mali* in molitionibus, quas excogitarunt. 3. Nam *ſibi* reus de cupiditate animi ſui plaudit; & avarus *ſibi* blanditur, *in iis quibus* iram Jehovæ movet. 4. Improbus, vultu ſuperbo, non quærit *Deum*; omnes ejus cogitationes *eò tendunt ut* Deum nullum *eſſe putet*. 5. Viæ

PARAPHRASIS.

1. QUARE, ô Creator noſter, tempore noſtro, veluti procul a nobis recedis, ita ut nobis nullum auxilium feras? 2. Mali viri pauperes malè habent, cùm par eſſet malos in pravis ſuis molitionibus deprehendi & coercendi. 3. Jam ſibi mali plaudunt ob molitiones ſuas, quibus vir pravus ſuas cupiditates apent impune, & avarus ſibi blanditur, ob ea, quorum cauſa iram divinam ſibi timere deberet. 4. Stolida ſuperbia improbi divinum auxilium non implorans, atque ita ſe gerunt quaſi eò devenire cuperent,

COMMENTARIUS In PSALM. X.

1. Q*Uare, ô Jehova, ſtas procul* &c.] Neque à quo, neque quo tempore, quáve ſingulari occaſione conſcriptus ſit hic Pſalmus, nobis conſtat. Ad omnia tempora, quibus à malis oppreſſi ſunt boni, quod non rarò in Republica Populi Hebræi, ut in ceteris quibusvis, contigit, quæ hîc habentur, pertinent. De hac autem ſimilibúsque querelis vide quæ habemus ad Pſ. XLII, 10. *Stare procul* dicitur Deus, quando idem facere videtur, quod homines procul ſtantes facerent; hoc eſt, hoc quidem loco, auxilium nullum ferre. E contrario Pſal. XXXIV, 19. *proximus* eſſe dicitur *animo fractis*, hoc eſt, iis opitulari.

Téque temporibus] תעלים לעתות בצרה *thalim lebitthoth battſarah*, occultas (*te* vel *faciem tuam* פניך) temporibus opportunis in anguſtia. Quæ Latino more expreſſimus, vi tamen verborum Hebraicorum ſervatâ.

2. *Superbè reus pauperem perſequitur*] בגאות רשע ידלק עני *bgaaveth raſchah jidlak hani*, quod vertendum eſſet: *in ſuperbia res* (reus) *perſequitur pauperem.* Sed probabilius eſt legendum eſſe בגאוה *bgaavah* in ſtatu abſuluto; quod ſi nolint homines Criticæ minùs periti, poterunt dicere hîc eſſe ſtatum conſtructum pro abſoluto, ut in aliis locis; quorum tamen Anomalia vereor ne ſolis Librariis paſſim accepta referenda ſit.

At capiantur mali &c.] יתפשו *jitthapheſchou*, in plurali, quia רשע, quod anteceſſit & ad quod verbum hoc refertur, nomen eſt collectivum, ut paſſim. Latinè loquentes cenſuimus *mali*, ut numerus pluralis maneret.

In molitionibus] במזמות *bzimmoth.* De pravis molitionibus, ſeu conſiliis, ſumitur Pſal. CXXXIX, 20. ſed in bonam partem Prov. I, 4. VIII, 12.

3. *Sibi reus de cupiditate animi ſui plaudit*] הלל רשע על תאות נפשו *hillel raſchah hal thaavath naphſcho.* Conſtat multis exemplis הלל eſſe *celebrare*, *laudare*, ſequente accuſativo; ſed cùm nullus hîc compareat, viri docti interpretati ſunt *gloriari*, *ſe jactare*, *ſibi plaudere*, quod ſequuti ſumus. Videtur ſubaudienda vox נפשו *naphſcho*, animam ſuam, quæ omiſſa ſit, ne repeteretur. Chaldæus quoque reciprocè accepit, cùm habeat: אשתבח *iſchthabbahh*, ſe laudat, ſe jactat. Græci veteres Interpretes incommodè verterunt hæc, & LXX. quidem Intt. ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. *Aquila* verò: ὅτι ὕμνησεν ἀσεβὴς ἐπὶ πόθῳ ψυχῆς αὐτοῦ. *Symmachus* denique: ὅτι αἰνεῖται παράνομος κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν. Debuiſſet uterque addere ἑαυτὸν poſt verba activa, aut verbo ἐκαυχήσατο Medio, quod habet vim ἀντιπεπονθότος, utl. Notat Pſaltes id genus flagitioſorum & impudentium hominum, qui vitia ſua oſtentare ſuſtinent; quales ſunt libidinoſi homines, aut ultionis cupidi, qui audent ſe, quales ſunt, profiteri.

Avarus ſibi blanditur] ובוצע ברך *oubotſeah berec*, & avarus benedicit, nempe, ſibi; hoc eſt, ſibi blanditur, dum avidè opes comparando Deum provocat. Hîc quoque ſubaudiendum נפשו *naphſcho*, animam ſuam, ſeu ſe; quod unâ voce exprimi potuit, ſi conjugatio Hithpaël adhibita eſſet התברך *hithbarech*, ut Deut. XXIX, 19. *Ne quis cùm audiet verba hujus ſacramenti felicitatem ſibi promittat*, *apud animum ſuum*, התברך בלבבו benedicat ſibi in animo ſuo; hoc eſt, blandiatur ſibi, nec minùs propterea felicem ſe futurum ſperet. Vide infrà Pſalm. XLIX, 19. ubi integrum loquendi genus *benedicere animæ ſuæ* eodem ſenſu occurrit.

In iis quibus iram Dei commovet] נאץ יהוה *niets Jehovah*, irritat Jehovam. Aut ſic res exprimenda eſt, ut fecimus, aut ſupplendum *dum*; quaſi Pſaltes dixiſſet: בדברים אשר נאץ " בהם *baddebarim aſcher niets Jehova bahem*, vel כאשר נאץ *chaaſcher niets*, *quando*, vel *dum irritat* Deum.

4. *Vultu ſuperbo*] כגבה אפו *chgabah appho*, pro elatione vultûs ſui

Non quærit Deum] Ex ſequentibus ſupplendam hanc vocem res ipſa clamat. *Quærere Deum* eſt precibus ad eum confugere. Vide Pſ. IX, 9. XXXIV, 5. LXXVII, 3. & alibi non rarò.

Omnes

Viæ ejus omni tempore *aliis* terrori ſunt ; judicia tua *procul* in alto coram eo ſunt ; omnes hoſtes ſuos flatu disjicit. [6]. Dixit, apud animum ſuum : numquam dimovebor, qui in calamitate non ſum. [7]. Os ejus exſecratione & dolis plenum eſt, & ſub ejus lingua fraus, moleſtia & iniquitas ſunt. [8]. Sedet in inſidiis villarum & in latibulis occidit innocentem, oculi ejus occultè pauperem obſervant. [9]. Inſidiatur in latibulo, non ſecus ac leo, in luſtro ſuo. Inſidiatur ad rapiendum tenuem, quem rapit attractum in rete ſuum. [10]. Adteritur, deprimitur & cadit, per fortes ejus, quisque pauperum. [11]. Dixit, apud animum ſuum : oblitus eſt Deus, occultavit vultum ſuum, numquam *rem* videbit.

[12]. Sur-

rent, ut Deum ullum eſſe negare vellent. 5. Ita ſe gerunt, ut ab aliis timeantur, quaſi nihil eſſet iis ſi mendum a juſtitia tua ; omnes inimicos ſuos ſperant facillimè disjecturos. 6. Putant numquam fore ut ab ullo è felicitate, quâ abutuntur, dejiciantur. 7. Quæ dicunt mendacia, vera videri cupiunt, atque eum in finem jurijurando non parcunt, quamvis ſibi fraudium ſuarum ſint probe conſcii. 8. Inſidias ſtatuunt pauperibus, atque innocentibus in villis ſuis; ut eos capiant atque in captivitatem abducant, aut vendant. 9. Illic ſunt inſtar leonum, qui in luſtris inſidias pecudibus ſtruunt : quemadmodum homines mali erga alios infirmiores ſe gerunt, quos in captivitatem abducunt. 10. Tenuioribus & infirmis curant a latronibus inſidias ſtrui. 11. Quod cùm ſit ſceleratum, ſibi tamen perſuadent à Deo talia minimè curari.

12. At

Omnes ejus cogitationes eò tendunt &c.] אין אלהים כל מזמותיו *en elohim chol mzimmothau*, nullus Deus, omnes cogitationes ejus ; hoc eſt, in omnibus, quæ molitur, apud ſe ſtatuit, & pro explorato ſumit, nullam eſſe Divinam Providentiam, atque ita ſe gerit, quaſi nulla eſſet. Vide ad Pſ. XIV, 1. Non rectè Chaldæus: *non eſſe manifeſtas coram Jehova omnes cogitationes ſuas.* Meliùs LXX. Intt. οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς ἐνώπιον αὐτοῦ, quamvis mentem Pſaltæ non prorſus exprimant. Sequentia autem oſtendent homines, de quibus ſermo eſt, non tam dubitaſſe an Deus ſit, quàm an res humanas curet; qui tamen error non minùs nocet, quàm ipſe Atheiſmus.

5. *Aliis terrori ſint*] יחילו *jahhilou*, terrebunt. Vide ad Pſ. XXIX, 8. Homines improbi, & qui nullo Dei timore coërcentur, reverâ alios terrent; cùm vident eos quidpiam moliri, quia nihil non audent, ſi modò homines fallere poſſint, aut Legum pœnas fugere.

Judicia tua procul in alto &c.] מרום משפטיך מנגדו *marom miſchphatecha minnegdo.* Altitudo judicia tua, coram eo; hoc eſt, ea non putat ad ſe pertinere, & ſic loquitur, quaſi numquam Deus, ut de ipſo pœnas ſumat, ex alto ſit deſcenſurus. Hinc *Hieronymus* : *Longè ſunt judicia tua.* Quod fingit *Juvenalis* dictum à perjuro, quem deſcribit Sat. XIII, 100.

Ut ſit magna, tamen lenta ira Deorum eſt,
Si curant igitur cunctos punire nocentes ;
Quando ad me venient ?

Omnes hoſtes ſuos flatu disjicit] יפיח בהם *japhiahh bahem*, flabit in eos. *Symmachus*. πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐμφυσήσει. Hoc eſt, facilè vincit. Simili loquutione uſus eſt *Plautus* Militis Glorioſi Act. I. Sc. I, 17.

Cujus tu legiones diffiaviſti ſpiritu
Quaſi ventus folia, aut panniculum tectoriam.

Vide Pſalm. XII, 6.

6. *Dicit in animo ſuo*] Cogitat, ut Pſ. XIV, 1.

Numquam dimovebor] בל אמוט לדר ודר *bal emmoth ledor vador*, *non movebor in ætatem & ætatem*, hoc eſt, numquam cogar ſolum vertere, relictâ patriâ. Vide Pſ. XIII, 5. XVI, 8. XXX, 7. LXI, 3, 7.

Qui in calamitate non ſum] אשר לא ברע *aſcher lo berah*, qui non in malo; hoc eſt, qui beatus ſum, nec ullo malo premor. Sic Babylon, apud Eſaiam C. XLVII, 8. deſcribitur *dicens in animo ſuo : ego ſum, nec præter me adhuc* (alia ſimilis urbs) *non ſedebo vidua, neque experiar orbitatem.* Vide ſimilia, de recentiore Babylone Ap. XVIII, 7.

7. *Os ejus exſecratione* &c.] Vox אלה *alah*, quam hîc adhibet Pſaltes, & jusjurandum legitimum, & illegitimum ſignificat, atque exſecrationem ejus qui pejeravit. Vide Levit. V, 1, 27. Vult ergo Pſaltes improbos & perjuros eſſe, & exſecrationibus in alios uti. Cetera complectuntur omnia delicta, quæ linguâ perpetrantur.

8. *In inſidiis villarum* &c.] Latrocinia ruri exercet, & viatores ſpoliat atque occidit. Pro חצרים *hhatſerim*, quod *villas* vertimus, habent LXX. Intt. μετὰ πλουσίων, quaſi legiſſent עשירים *haſchirim*, divites, aut ſimile quidpiam. Sed *Aquila*, αὐλῶν, & *Symmachus* περὶ τὰς αὐλὰς, quæ eſt ambigua vox, cùm & atrium, & caulam, & ſubdialem locum ſignificet. חצרים *hhatſerim* ſunt potiùs villæ, ut Eſa. XLII, 11. ad quas ſtruuntur inſidiæ viatoribus ; quibus villarum incolæ opere ruſtico hac, illac diſtenti auxilium ferre non facilè poſſunt.

Oculi ejus occultè pauperem obſervant] *Oculi ejus pauperi ſe ſe abdunt* : עיניו לחלכה יצפנו *henau lehhelchah jitsphenou.* LXX. Intt. ἀποβλέπουσιν, quaſi legiſſent יצפו *jitsphou*, à צפה *ſpeculatus eſt*, quod fortè melius. Certè non tantùm occultationem, ſed etiam ſpeculationem Pſaltes ſignificare voluit; ideóque vertendo utramque expreſſimus.

9. *In luſtro*] בסכה *bſuccho*, quod locum occultum & tectum ſignificat, quem *luſtrum* vocant Latini. LXX. Intt. ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ.

Per fortes ejus] בעצומיו *behatſoumau*, valentium latronum auxilio.

Quisque pauperum] חלכאים *hhelchaim*, pauperes; hoc eſt, quisque pauperum, cum verba ſingularia anteceſſerint. Rapiebant autem latrones pauperes, quia aut ſoli, aut exiguo comitatu, iter faciebant, ut eos in ſervitutem populis vicinis venderent ; ſi modò ei ferendæ apti eſſent, alioqui miſeros occidebant.

11. *Ob-*

[11]. Surge, Jehova Deus, adtolle manum tuam, ne adflictorum obliviſcaris. [13]. Quare vero improbus Deum ſpernet, & apud animum ſuum ei dicet: *in mea facta non inquires?* [14]. Vides *hæc, ô Deus*, nam tu moleſtiam & iracundiam intueris, ut manu tuâ *mercedem eis* tribuas; pauper & pupillus tibi *rem ſuam* relinquunt, *túque eorum* es adjutor. [15]. Frange brachium hominis rei & improbi; inquire in flagitium ejus, nec invenies *ampliùs improbum.*

[16]. Jehova Rex eſt, per omnem æternitatem, ex ejus terra gentes perierunt. [17]. Quid cupiant homines manſueti, audiviſti, ô Jehova, paraſti eorum animos, & adtentam aurem *eis* præbebis; [18]. ut jus dicas pupillo & tenui; ne miſer homo ex humo *ſumtus* pergat *alios* malè habere.

David

12. At tu, ô æterne Deus, exſere tuam manum, ut oppreſſis auxilium feras, ne videaris miſerorum oblitus eſſe. 13. Cur vero homines improbi diutiùs te impunè ſpernerent, eo quod ſperent te in eorum facta non inquiſiturum? 14. Vides, ô Deus Opt. Max. moleſtias & prava facta potentium erga pauperiores & infirmiores, eaque obſervas, ut pœnas de iis, qui alios male habent, tandem ſumas; niſi ad meliorem frugem redeant, atque injurias aliis improbè illatas, quatenus licet, reſarciant. 15. Ultionem, ô Deus, de malis ſumito, iiſque facultatem aliis nocendi eripito; quo facto improbi tandem deficient, dum animadvertent ſua mala molimina irrita fuiſſe.

16. Creator omnium rerum, quas creavit eſt Dominus in æternum, ac proinde è quavis terræ parte incolas expellere pro jure ſuo poteſt, quod fecit erga eos qui, ante Iſraelitas, terram Chananæam occuparant. 17. Audiiti, ô Deus, quid Iſraelitæ cupiant, quo eorum animos deſiderio accenderis noſti, nec iis negabis quod cupiunt; 18. nimirum, pupillo & tenui jus dici, ſine favore erga alios; adeò ut homo quivis, qui a terra, ut ceteri omnes, originem duxit, æquo jure fruatur cum aliis.

PARA-

11. *Oblitus eſt Deus* &c.] Talia non curat Deus. Cùm ejuſmodi latrones Deum negare dicuntur, videtur res de ejus Providentia intelligenda, ut ex his verbis colligere eſt.

Numquam rem videbit] *Non vidit in perpetuum*, לא ראה לנצח *lo raah lnetſahh.* Talem Deum finxit poſtea Epicurus, à quo res humanas curari negavit.

12. *Adtolle manum tuam*] Hoc eſt, eos ferito, ſeu de iis ſupplicium exigito. Eodem ſenſu Deus manum extendere dicitur Exod. VII, 5. Eſai. V, 25. & alibi.

Ne adflictorum obliviſcaris] Vide ad Pſ. IX, 13. Hîc quoque pro עניים *hanijim* in margine legi volunt Maſſorethæ ענוים *hanavim.* Nulla ratio eſt, cur poſterius priori præferamus.

13. *Deum ſpernet*] נאץ *niets*, quod meliùs hîc vertitur, *ſpernere*, quàm *irritare.*

In mea facta non inquires] לא תדרש *lo thidroſch.* LXX. Intt. habent μὴ ζητήσει, quaſi legiſſent ידרש *jidroſch*, in tertia perſona. Hæc ſunt iterum verba hominis Dei Providentiam negantis, potiùs quàm Deum.

14. *Vides hæc, ô Deus* &c.] Hæc ſunt verba Pſaltæ, aut valde elliptica, aut longinquitate temporis mutila. Videtur tamen is eſſe ſenſus, quem expreſſimus, Veteres ſequuti. LXX. Intt. & *Theodotion*: βλέπεις, ὅτι σὺ πόνον καὶ θυμὸν κατανοεῖς. *Aquila*: εἶδες, ὅτι σὺ πόνον καὶ παροργισμὸν ἐπιβλέπεις. *Symmachus*: ὁρᾷς, ὅτι σὺ πόνον καὶ παροργισμὸν ἐποπτεύεις. *Hieronymus*: *vides, quia tu laborem & furorem reſpicis.* Deum adloquens docet eum probè videre eos, qui moleſtiam aliis creant, & iracundè erga alios ſe gerunt, ſeu eos vexant & malè habent.

Ut manu tua mercedem iis tribuas] לתת בידך *latheth bejadecha.* Subaudiendum גמול, aut שלם aut שלום aut עקב, quæ mercedem ſonant. Alioqui nullus hic, aut coactus & verbis parum conveniens ſenſus eſt, ut ſi quis Interpretes inſpiciat, facilè intelliget.

Pauper & pupillus tibi rem ſuam relinquunt] עליך יעזב חלכה יתום *halecha jahazob hhelcha jathom*, ſupra te relinquet pauper (&) pupillus; nam aut ſubaudiendum ו, aut excidit.

Supra Deum relinquere idem eſt ac Pſ. LV, 23. *projicere in Jehovam onus ſuum*; hoc eſt, ſe & ſua Deo permittere, quod faciunt homines auxilio humano deſtituti, quales pauper & pupillus; neque enim ita ſolent ſe gerere amicis & copiis abundantes, quibus plus fidunt, quàm Deo; contrà quàm fieri oporteret.

Túque eorum es adjutor] אתה היית עוזר *attah hajitha hozer*, tu fuiſti adjutor. Supplevimus להם *lahem*, illis, vel illorum; res enim ex æquo ad pauperem & pupillum pertinet.

15. *Frange brachium*] שבר זרוע *ſchbor zeroah*, quæ vox potentiam ſignificat, ut hîc & alibi non rarò. Vid. Pſ. XLIV, 4.

Inquire in flagitium ejus] Hoc eſt, punito reum, quia juſtus judex, inquiſitione factâ & deprehenſo reo, pœnas de eo ſumit. Vide verſ. 13. Eſt antecedens pro conſequente, ut paſſim.

Nec invenies qui &c.] בל תמצא *bal thimtſa*, non invenies. LXX. Intt. ζητηθήσεται, quaſi legiſſent תִּמָּצֵא, ſed hominum manifeſtè reorum nequitia negari non poteſt inveniri poſſe. *Symmachus*: ἐκζητηθήσεται ἀσέβεια αὐτοῦ ἵνα μὴ εὑρεθῇ αὐτός, quod durum & obſcurum. *Theodotion*: ἐκζητηθήσεται ἀσέβεια αὐτοῦ, ἵνα μὴ εὑρεθῇ, quæ carent ſenſu. *Hieronymus*: *quæres impietatem ejus & non invenies*; ſed, ut dixi, non poterat non inveniri. Non minùs coactæ ſunt interpretationes Recentiorum, quorum tamen multi viderunt hîc aliquid ſupplendum. Supplevimus nos: *ampliùs improbum*, ex antecedentibus, eo ſenſu quem in Paraphraſi expreſſimus.

16. *In omnem æternitatem*] עולם ועד *holam vahed*, quæ duæ voces conjunctæ, ubi ſermo de Deo eſt, æternitatem, ſine ullo fine, ſignificant. LXX. Intt. εἰς αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, Chaldæus: לעלמי עלמיא *in ſæcula ſæculorum*, quaſi excidiſſet, aut ſupplendum eſſet ל, ante עולם.

Ex ejus terra gentes perierunt] Hoc eſt, gentes omnes, quæ terram Iſraëlitidem invadere conatæ ſunt, ex ea ſunt exterminatæ.

17. *Quid*

David fiduciam ſuam in Deo teſtatur, quamvis à malis undequaque terreatur.

PSALM. XI.

1. PRÆFECTO *Pſalmus* DAVIDIS. In Jehova cùm ſpem collocarim, quomodo dicitis mihi: recedite in montem veſtrum, *ſicut* avis? 2. En enim improbi tetenderunt arcum, nervo ſagittam ſuam impoſuerunt, ut jaculentur in tenebris, contra rectos corde. 3. Nam diruentur fundamenta, *vir autem* juſtus quid faceret?

4. Jeho-

PARAPHRASIS.

1. PSALMUS ad præfectum Sacræ Muſicæ miſſus. Cùm in omnium Creatore ſpes, opeſque omnes collocarim, qua fronte me jubetis ad montem Sionem perfugium quærere, inſtar avis? 2. Scio improbos nobis ſtruere inſidias, & paratos eſſe clam nos invadere, quicumque integræ vitæ ſumus. 3. Nam virtutis ipſius fundamenta convellere conantur, nec quiſquam eſt, quod melius faciant boni, quam ſi ad Dei auxilium confugiant.

4. Crea-

17. *Quid cupiant* &c.] תאות ענוים *thaavath hanavim*, cupiditatem manſuetorum.

Paraſti eorum animos] תכין לבם *thachin libbam.* Hæc ſenſum turbant, & loco verbi תכין, ex more Hebræorum ἰσοδύναμα aut ſaltem connexa ἀμέτοχα conjungentium, deberet hîc eſſe nomen quod *preces*, aut *exſpectationem* ſignificaret. Anteceſſit: *quid cupiant homines manſueti, audiviſti, ô Jehova*; ſequi deberet: *preci* (לתחינת lithhinnath) *cordis eorum adtentam aurem præbebis.* Nomen hîc legerunt, aut legendum cenſuerunt nonnulli Veteres Græci Intt. LXX. enim habent: τὴν ἑτοιμασίαν τῆς καρδίας αὐτῶν προσέσχε τὸ οὖς σου. *Aquila:* τὴν πρόθεσιν τῆς καρδίας αὐτῶν ἠκροάσατο τὸ οὖς σου. At *Symmachus:* ἑτοιμάσεις καρδίας αὐτῶν προσέχειν οὖς σου. *Hieronymus: præparaſti ut cor eorum audiat auris tua.* Quæ incommoda ſunt. Superiores Intt. LXX. nimirum & Aquila legerunt: תכנת לבם, *præparationem* aut *propoſitum cordis eorum.* Sed תכנת לב *tehounath leb* pro *adfectione animi* nuſquam legimus, quamvis verbum הכין *hechin*, cum לב conjungatur Paral. XII, 14. XXX, 14. Heſdr. VII, 10. Job. XI, 13. Hæc tamen lectio à nonnullis noſtræ præfertur, nec ego ſanè multùm repugnarim, ſi תבנת interpretemur *adfectum*, eúmque pium.

18. *Ne miſer homo ex humo ſumtus*] אנוש מן הארץ *enoſch min haarets.* Utrumque facit ad coërcendam hominis ſuperbiam, impediendúmque ne pergat ערוץ vi ſua abuti ad malefaciendum; nam עריץ *harits* eſt vir, qui ita ſe gerit.

COMMENTARIUS
In PSALM. XI.

1. PSalmus Davidis] Cùm per montana loca David Saulem fugeret, & in ſubjectas planities interdum deſcenderet, ſcriptus eſt.

In Jehova cùm ſpem collocarim] ביהוה חסיתי *badonai bhaſithi*, in Jehova ſperavi.

Dicitis mihi] *Dicitis animæ meæ.*

Recedite in montem veſtrum] נודו הרכם *noudou harchem.* In textu ita habetur, in margine verò נודי *noudi* in ſingulari, ſed pluralem numerum prætuli, propter adfixum plurale quod ſequitur. Nec ſoli Davidi hæc dicuntur, ſed & iis quos ſecum habebat. נוד propriè quidem eſt *vagari*, *errare*; ſed addito loci nomine, videtur motus ad locum ſignificari, quaſi eſſet להרכם *laharchem.* Sic Jerem. L, 8. נודו *fugite è media Babylone.* Vide Pſal. LXIV, 9. LXX. Intt. μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον. *Aquila:* ἀναστατώ εἰς τὰ ὄρη ὡς στρουθίον. Videntur legiſſe הרים *harim*, montes. *Hieronymus: in montem, ut avis.* Amici Davidis ei timebant, cum hominem in campeſtribus locis errare audiebant, monebántque ut in tutiora loca ſe conferret.

Sicut avis] צפור *ſſippbor.* Subauditur כ, *ſicut*; ut alibi paſſim. *Avis* quævis hîc intelligitur, non *paſſer.*

2. *Improbi tetenderunt* &c.] Videtur reſpicere ad copias Saulis, quæ intentæ & prælio paratæ, ſicubi Davidem & qui ejus ſectam ſequebantur, deprehenderent, aut iis è locis obumbratis inſidiantes, ut illico conjectis ſagittis eos confoderent.

In caligine] במו אפל *bmo ophel.* E loco tenebricoſo, ut è caverna, vel è denſis dumis. Vide Pſ. X, 9. LXIV, 5.

3. *Diruentur fundamenta*] השתות יהרסון *haſchathoth jeharefoun.* LXX. Intt. ἃ κατηρτίσω καθεῖλον. *Aquila:* οἱ θεμέλιοι καθαιρεθήσονται. At tralaticio ſenſu intellexit *Symmachus* de legibus: οἱ θεσμοὶ κατελύθησαν, quem ſequutus eſt *Hieronymus.* Occurrit eadem vox Eſai. XIX, 10. ubi tamen videtur ſignificare *retia*, quomodo etiam recentiores Rabbini vocem hîc interpretantur. Alibi non exſtat. Aliter tamen Veteres, apud Eſaiam, verterunt, qua de re illic videbimus. Facilè poteſt fieri, ut vox eſſet πολύσημος, & verbum, quod hîc nomini additur, *fundamentis* meliùs convenit, quàm *retibus*, nam הרס *haras* eſt ædificium diruere. Poſſumus hæc intelligere propriè de *fundamentis*, & tralaticio ſenſu de Legibus, quæ ſunt fundamenta Reipublicæ; quæ fuit *Symmachi* & *Hieronymi* ſententia.

Vir autem juſtus quid faceret?] צדיק מה פעל *tſaddik mah phabal.* LXX. Intt. & *Theodotion:* δίκαιος τί ἐποίησε. *Aquila:* κατειργάσατο. *Symmachus:* ἴδρασε. Sic *Hieronymus: quid operatus eſt.* Malui imperfectum adhibere, ut ami-

ci

4. Jehova *eſt* in templo ſuo ſancto, ſolium Jehovæ *eſt* in cœlo, *unde* oculi ejus vident, & palpebræ filios hominum explorant. 5. Jehova juſtum explorat, improbum & amantem injuriæ odio habet. 6. Depluet in reos laqueos, ignem & ſulfur; ventus procelloſus erit pars eorum calicis. 7. Nam Jehova juſtus juſta facta amat, recti faciem ejus videbunt.

Que-

4. Creator omnium rerum præſentem ſe præbet Tabernaculo ſuo, quamvis ſolium ejus ſit in Cœlo, unde omnia videt & animos etiam hominum explorat. 5. Bonos probè novit & probat, malos verò atque iniquos odit & malè habet. 6. Demittet fulmina in improbos, & ventis procelloſis illos malè habebit; 7. nam juſtitiæ amans eſt, & bonis moribus favet, & ſolos pios in ſuum conſpectum admittit.

PARA-

ci Davidis eum moneant, everſis Reipublicæ Populi Hebræi fundamentis, ſeu legibus, nihil eſſe quod faciat homo innocens, niſi ut in fugam ſe det: *quid* enim prudentius *faceret*?

4 *Jehova eſt in Templo ſuo ſancto*] Hæc ſunt iterum Davidis verba, quibus oſtendit ſibi dubium non eſſe quin Deus ſupplicium ſumat de improbis, quantacumque videatur eorum potentia. *Templum* היכל *hechal*, eſt hîc is locus in cœlo, in quo Deus manifeſtioribus ſignis præſentem ſe oſtendit.

Solium Jehovæ eſt in cœlo] *Jehova in cœlo ſolium ejus*, quod poſſit etiam verti, *cujus ſolium eſt in cœlo.*

4. *Filios hominum explorant*] יבחנו בני אדם *jibbhenou bne adam.* Bene LXX. Intt. ἐξετάζει, & *Aquila* δοκιμάζει, quod commodius eſt quàm verbum *Hieronymi probant*, quod ambiguum eſt. Itaque ſemper vertimus: *explorant.*

5. *Juſtum explorat*] Cùm intimas cogitationes norit, innocentem à reo probè ſecernit.

Odio habet] Hoc eſt, improbat quæ cogitat & facit, præter legem ſuam; pœnáſque de eo, niſi reſipiſcat, ſumit. Deus enim vitia odit, non homines; quod liquet ex eo, quòd pœnitentiam, dum modò ſeria ſit, & morum mutatione comprobetur, ſemper admittere paratus eſt, iiſque ignoſcere; nec umquam ſupplicium exigit, niſi de contumacibus. Verba, *amantem injuriæ odio habet*, ſunt nonnihil ambigua, nam ſic habent Hebraica: אהב חמס שנאה נפשו *oheb hhamas ſchanea naphſcho*, *amantem injuriæ odit anima ejus.* Nam poſſunt ſumi hæc de Deo, *cujus anima*, hoc eſt, *qui oderit amantem injuriæ*; aut de homine injurioſo, qui *oderit* ipſe *animam ſuam*, hoc eſt, *ſe*; quod perinde eſt ac ſi diceret Pſaltes, ſic ſe gerere hominem injurioſum, quaſi ſibimet ipſe eſſet inimicus, cùm malis ſuis factis graviſſimas ſibi à Deo contrahat pœnas. Poſteriorem ſenſum ſequuti ſunt LXX. Intt. qui habent: ὁ δὲ ἀγαπῶν τὴν ἀδικίαν μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Priorem *Aquila*, qui verterat: καὶ ἀγαπῶντα ἄδικα ἐμίσησεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Quod ſequutus eſt etiam *Hieronymus.* Sic Eſai. I, 14. Deus ipſe, *neomenias & conventus veſtros*, aut *feſta veſtra odit anima mea*, & ſæpiùs alibi.

6. *Laqueos*] פחים *phahhim.* Videntur ſic dici fulmina, ſive flammæ, quæ non perpendiculari lineâ cadunt, ſed vario & obliquo motu feruntur, quibus referunt oculis ſpectantium *funes accenſos*, ſeu vincula.

Ignem & ſulfur] Fulmina omnium generum, quæ conſtant ſulfureis exhalationibus accenſis. Vide Diſſert. *de ſubverſione Sodomorum*, ad calcem Geneſeos.

Ventus procelloſus] רוח זלעפות *rouahh zilhaphoth.* Tribus in locis extat hæc vox, hoc, nempe, loco, Pſ CXIX, 53. & Lam. V, 10. Ventus זלעפות fortè eſt ventus non calore urens, ut quidam ex loco Lam. V. conjiciunt, ſed potiùs frigore. Certè Pſ. CXIX. videtur *horrorem* ſignificare vox זלעפה *zalhaphah.* Interdum, in procellis etiam æſtivis, frigidum ventum ſequuntur, aut antecedunt fulmina.

Pars eorum calicis] מנת כוסם *mnath choſam.* Videtur hoc loquendi genus natum è conſuetudine conviviorum illius ævi, quibus unicuique dividebatur certa vini copia, in majore calice, quam biberet; unde factum ut ſecunda & adverſa, ea quibus ſinguli gaudemus, & quibus lædimur in vita, dicantur portio *calicis noſtri.* Sic Pſ. XVI, 5. dicitur ipſe Deus *portio calicis* Davidis, hîc verò & alibi ſæpiùs, ultio ipſa divina, quaſi portio malorum, memoratur. Copioſè hac de re agentem vide *Thom. Gatakerum* Adverſar. Poſtumorum Cap. V.

7. *Juſta facta*] צדקות *tſdekoth*, juſtitiæ.

Juſti faciem ejus videbunt] ישר יחזו פנימו *jaſchar jehhezou phanemo*, juſtus videbunt faciem ejus; ubi ישר perinde eſt ac *quisquis juſtus eſt*, hoc eſt, ישרים *juſti.* פנימו eſt pro פניו *phanau*, nam מו, licèt plurale, ſæpe ſumitur pro ſingulari pronomine. Vide Job. XX, 23. XXVII, 23. 2. Sam. XIX, 25. & *Chr. Noldium* ad hanc particulam. Adde & *Theod. Hakſpanium* ad hunc locum. LXX. Intt. & alius verterunt: εὐθύτητα εἶδε τὸ vel ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, incommodè. *Videre faciem Dei*, perinde eſt ac admitti in Tabernaculum, vel in Templum. Vide ad Job. XXXIII, 26. Poſſit hoc loquendi genere ſignificari gratia ſingularis, quâ pii apud Deum valent; quia qui vident ora Regum, hoc eſt, interioris admiſſionis amici, faventes eos habent.

COM-

Querelæ de paucitate piorum, & multitudine improborum ac mendacium; precéſque, quibus David ut poſteriores quidem perdantur, priores verò ſerventur, Deum orat.

1. PRÆFECTO SUPER OCTAVA, CARMEN DAVIDIS. 2. Libera *nos*, PSALM.
ô Jehova, quia defecit benignus, & quia deſierunt fideles eſſe, apud filios ho- XII.
minum. 3. Mendacium quiſque, apud proximum ſuum, profert; blandis labiis, dupli-
ci animo loquuntur. 4. Exſcindet Deus omnia labia blanda, & linguam quæ magna
loquitur; 5. eóſque qui dicunt: Linguâ noſtrâ potentes erimus, labia noſtra nobis-
cum ſunt, quis, *ea in re*, dominus nobis eſt? 6. Propter direptionem pauperum,
propter gemitum egenorum, nunc ſurgam, ait Jehova; eum liberabo, quem flatu *velu-*
ti disjiciunt.
7. Verba Jehovæ *ſunt* verba munda, argentum conflatum in catino argillaceo, & purga-

PARAPHRASIS.

1. CARMEN Davidis canendum, dum Octochordum inſtrumentum pulſatur. 2. Libera nos, ô Creator omnium, ab improbis, quorum numerus magnopere crevit; dum ii, qui fidem ſervandam cenſent, & qui benefici ſunt propemodum extincti ſunt. 3. Omnes ferè mendacio dediti fraudibus populares ſuos fallere conantur. 4. Atqui Deus æque pœnas ſumet de iis, qui blandiuntur, ad nocendum, & qui magna pollicentur, animo non ſtandi promiſſis. 5. Eos etiam è medio tollet, qui religioni non ducunt alios mendaciis fallere, negántque talia à Deo curari. 6. Propter direptos pauperes, eorúmque gemitus, ait Deus, nunc ſurgam, ut eos liberem, quos locupletiores vel flatu disjecturos ſe jactant.
7. Verba Dei nullam habent miſturam mendacii,

COMMENTARIUS
In PSALM. XII.

1. S*Uper octava*] Vide ad Pſalm. VI, 1.

2. *Defecit benignus*] Hæc ſunt nimio adfectui tribuenda, quales ſunt querelæ Eliæ 1. Reg. XIX, 10. Hinc colligere tantùm licet raros fuiſſe, tunc temporis, bonos viros. Auditæ ſunt ferè ſemper ſimiles querelæ, quales protulimus, ad Gen. VI, 5. & qualis hæc *Juvenalis*, Sat. XIII, 26.

Rari quippe boni, numerus vix eſt totidem, quot
Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili.

Ubique τὰ χρήσιμα σπανιά, ut loquuntur Græci, & probitatis inſignioris homines ſunt rariores.

2. *Mendacium quiſque* &c.] Similia queſtus eſt apud Romanos, *Lucilius*, cujus hæc verba ſanè luculenta adfert *Lactantius* Inſt. Divin. Lib. V. c. 9.

Nunc verò à mane ad noctem, feſto atque profeſto,
Totus item paritérque, die, populúſque patréſque
Jactare indu foro ſe omnes, decedere nuſquam,
Uni ſe atque eidem ſtudio omnes dedere & arti,
Verba dare ut cautè poſſint, pugnare doloſè,
Blanditiâ certare, bonum ſimulare virum ſe;
Inſidias facere, ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes.

Utinam ſimilia hodie non fierent, inter Christianos!·Sunt nationes integræ, apud quas nullus penè eſt candor, ſed omnia fucata, & φιλαυτίᾳ corrupta.

3. *Blandis labiis*] שפת חלקות *ſchphath bhalakoth*, labia blanditiarum.

Duplici animo] בלב ולב *bleb valeb*, corde & corde. Hoc eſt, ita loquuntur, quaſi duplex iis eſſet animus, quorum alter blandus & beneficus ſe verbis tantùm proderet; alter verò invidus & maleficus intus lateret, & datâ occaſione factis noceret. Vide & ad 1. Par. XII, 33. Cavendum tamen, ne qui hìc deſcribuntur iidem videantur, ac ii quos Jac. I, 8. διψύχους, hoc eſt, dubitantes vocat; de qua voce diximus ad eum locum in Addit. ad *Hammondum*.

4. *Labia blanda*] *Labia blanditiarum*; hoc eſt, homines qui blandiuntur aliis linguâ, licèt animo diſſentiant.

Linguam quæ magna loquitur] Homines jactatores, & qui magna pollicentur, ſine animo præſtandi.

5. *Lingua noſtra potentes erimus*] ללשוננו נגביר *lilſchonnenou nagbir*. Exſtat iterum hoc verbum, in hac ipſa conjugatione, Dan. IX, 26. ubi יגביר ברית, *confirmabit fœdus*. Hic quoque ſubaudiendus accuſativus aliquis, aut חיל *hhajil*, vires, potentiam.

Nobiſcum ſunt] Nobiſcum gerimus paratum ſemper auxilium, idque ſitum in mendaciis, inanibúſque promiſſis.

Quis ea in re Dominus nobis eſt?] Nemo poteſt impedire, quo minùs mentiamur, & promittamus quidquid rebus noſtris conducere videtur, quamvis abſit præſtandi animus. Ac ſanè ne crudeliſſimi quidem tyranni ſibi à linguis ſubdolis cavere poſſunt, imò verò maximè omnium iis decipiuntur.

6. *Propter direptionem*] משד *miſſchod*, ubi מ idem eſt ac למען *propter*, ut & in ſequentibus verbis, & paſſim.

Eum liberabo quem] אשית בישע *aſchith bejeſchah*, ponam in ſalute; hoc eſt, ſalvum præſtabo.

Flatu veluti disjiciunt] יפיח לו *japhiahh lo*, flabit illi; hoc eſt, *quem* (nam ſupplendum neceſſariò pronomen) improbus flatu, hoc eſt, facilè ſe disjecturum putabat. Vide Pſ. X, 5.

7. *Verba munda*] Mera veritas, non ut verba

purgatum ſepties. 8. Tu, Jehova, cuſtodies & ſervabis eum, ab hac ætate, in per-
petuum. 9. Circumquaque improbi ambulabunt, cùm vilitas filiorum hominum ex-
tolletur.

Petit David liberationem ab hoſtibus ſuis, eámque à miſericordia divina ſperat.

PSALM. XIII. 1. PRÆFECTO, CARMEN DAVIDIS. 2. Quousque, Jehova, obliviſceris
mei, *velut* in æternum? quousque abſcondes vultum tuum à me? 3. Quò
usque conſilia capiam, vitæ meæ contraria, & dolorem in animo meo *toto* die *ſentiam?*
Quousque hoſtis meus extolletur ſupra me? 4. Reſpice *atque* exaudi me, Jehova
Deus meus, illuſtra oculos meos, ne ſomno mortis capiar; 5. néve dicat hoſtis meus:
cum

cii, non aliter ac argentum ſæpiùs purgatum in catino, ſcoriis omnibus liberatum eſt. 8. Tu Domine, proteges pauperes & ſervabis ab hoc tempore atque in perpetuum. 9. Improbi dabunt operam, ut ubique vagentur, eo tempore quo viliſſimi hominum extollentur.

P A R A P H R A S I S.

1. DAVIDIS Canticum Præfecto Muſicæ ſanctæ tradendum. 2. Quo usque, ô Creator, immemor videberis eſſe mei? Quo usque veluti me à tuo conſpectu arcebis? 3. Quo usque, præ imprudentia, patieris me ſumere conſilia incolumitati contraria, & perpetuo dolore conficiar? Usquequò hoſtis meus me ſuperior erit? 4. At tu, mi Creator, reſpice me, pro tua miſericordia, & prudentiam mihi largire, qua intelligam quid factu opus ſit, ut mortem vitem; 5. neu inimicus meus (*Saul*) glorie-

ba hominum, quibus paſſim aliquid falſitatis admiſtum eſt. Ideò conferuntur cum argento probè purgato, cui nullæ inſunt ſcoriæ, nulla deterioris metalli miſtura.

In catino argillaceo] בעליל לארץ *babalil laarets*, in catino terræ. Hoc tantùm loco exſtat vox עליל, ſed ex re ipſa vas eſſe, in quo metalla conflabantur, liquet. לארץ ita vertimus, ut materia catini deſignari intelligatur, nam ל interdum materiam ſignificat, ut Eſai. LIV, 12. Esdræ I, 11. Fortè intelligendum *taſconium*, de quo *Plinius* Lib. XIII, c. 4. *Catini fiunt ex taſconio. Hoc eſt terra alba, ſimilis argillæ. Neque enim alia adflatum, ignémque & ardentem materiam tolerat.* LXX. Intt. verterunt δοκίμιον τῇ γῇ, *Aquila* χωνῷ τῇ γῇ, obſcurè & incommodè.

Purgatum ſepties] Sæpiùs purgatum, ne quid ſuperſit ſcoriarum, aut alius metalli vilioris. *Septies* pro ſæpiùs occurrit Levit. XXVI, 18. XXIV, 28. Pſ. CXIX, 164. & alibi.

Eum] Egenum, de quo verſu 6. Intelligendus egenus, qui ſit Dei timens; egeſtas enim per ſe grata Deo non eſt.

9. *Circumquaque ambulabunt*] Hoc eſt, ut mihi quidem videtur, vagabuntur, nec certam ullam ſedem habebunt.

Cùm vilitas filiorum hominum extolletur] כרם זֻלות לבני אדם *chroum zullouth libne adam.* Pro זֻלות alii legunt זלים. Eſt à verbo זול, aut זלל *contemtus fuit.* Senſus eſt: dum qui antea erant egeni & contemti, ad honores evehuntur. Hic locus mirum in modum veteres Græcos Interpretes aliquot exercitos habuit, qui ne ſic quidem ſe ſe expedire potuerunt. LXX. Intt. κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. *Aquila*: κατὰ τὸ ὕψος νωτισμένοι τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. VI. Editio pro ἐπολυώρησας habebat ἐξουθένωσας. Solus *Symmachus* ſenſum videtur adſequutus: ὅταν ὑψωθῶσιν οἱ εὐτελεῖς τῶν υἱῶν ἀνθρώπων: quod ſequutus eſt, ut paſſim alibi, *Hieronymus*, qui vertit: *cùm exaltati fuerint viliſſimi filiorum hominum.*

C O M M E N T A R I U S
In PSALM. XIII.

2. OBliviſceris mei] Precum mearum non magis rationem habebis, quàm ſi mei oblitus eſſes.

Velut in æternum] נצח *netſahh*, in perpetuum. Addidimus *velut*; hoc eſt, quaſi mei in perpetuum rationem habere nollet. Nam *quousque* non bene conjungitur cum נצח *in æternum.* Sæpè כ ſimilitudinis prætermittitur, ut docebit *Chr. Noldius.* Græci Intt. verterunt εἰς τέλος, vel νῖκος, prorſus.

Quousque abſcondes vultum tuum à me] Reges in conſpectum ſuum non admittunt eos, quibus irati ſunt. Perinde eſt ergo, ac ſi diceret: quousque mihi indignaberis? Vide Pſalm. XXVII, 9. XXX, 8. & alibi.

3. *Conſilia capiam vitæ meæ contraria*] אשית עצות לנפשי *aſchith hetſoth lnaphſchi*, ponam conſilia in animam meam; hoc eſt, periculoſa capiam conſilia, præ imprudentia; vel inibo conſilia quæ me, præter ſpem, in periculum mortis conjicient.

Dolorem in animo meo, toto die, ſentiam] יגון בלבבי יומם *jagon bilbabi jomam*, dolorem in corde meo interdiu. Repeti debet אשית *ponam*, ſed quia minùs commodè utraque res uno verbo Latinè exprimi potuit, ideò addidimus *ſentiam.* יומם *jomam* hîc eſt perinde ac בכל יום bchol jom, *quotidie*, aut *toto die*; neque enim, in tantis periculis, tantisque anxietatibus *interdiu* tantùm dolebat David. Hinc

Sym-

eum vici; & inimici mei exſultent, quia nutavero. 6. Atqui ego in benignitate tua fiduciam collocavi; exſultabit animus meus in liberatione tua, cantica Jehovæ dicam, quia reddidit mihi *pro innocentia mea.*

Querelæ de hominum depravatione, quibus adduntur pœnæ de iis ſumendæ & votum de reditu è Captivitate.

1. PRæfecto, *Carmen* Davidicum. Inſanus, apud animum ſuum, dicit: nullus eſt Deus. Corruperunt & abominandos reddiderunt mores ſuos, nullus PSALM. XIV.

glorietur me à ſe victum eſſe, & alii etiam ejusdem factionis gaudeant, quia vires meæ nutare cœperint. 6. Atqui ego in favore, quo me proſequutus es, adquievi, & ſpero fore, ut liberatus canticis liberationem tuam celebrem; quia mihi reddideris quod innocentia mea, hac in te, poſtulabat.

PARAPHRASIS.

1. PRæfecto Cantorum miſſum Carmen, ad imitationem Davidicorum. Inſani apud animum ſuum ſciſcunt nullum eſſe Deum. Deteriores facti ſunt, & mores ſuos usque adeo corruperunt, ut

Symmachus καθ' ἡμέραν, *quotidie*, non ἡμέρας *de die*, ut alii.

4. *Illuſtra oculos meos* &c.] האירה עיני פן אישן המות *hairah benai phen iſcban hammaveth*, illuſtra oculos meos, ne dormiam mortem; hoc eſt, ſuggere mihi bona conſilia, ne, imprudentiâ meâ, in mortem nec-opinus ruam. *Illuſtrare oculos* alicui eſt facere ut videat quod eum fugit, & tralaticio ſenſu docere quod ignorat, Pſ. XIX, 9. Alioqui *illuſtrare oculos* eſt exhilarare Hesdr. IX, 8. quia triſtitiâ oculi hebetiunt, lætitiâ fulgent.

6. *Reddidit mihi*] גמל עלי *gamal halai.* Verbum hoc ſignificat præmio, aut pœnâ adficere aliquem, pro ejus factis. Barbarè dicunt *retribuere.* Ut ſenſus liqueret, addidimus *pro innocentia mea*, quod neceſſariò ſubaudiri debet.

COMMENTARIUS
In Psalm. XIV.

1. C*Armen Davidicum*] Eſt tantùm לדוד *ldavid*, ſed ſubaudiendum מזמור *carmen.* Cùm verò liqueat ex verſu 7. ſcriptum hunc Pſalmum in Captivitate, ſive ea ſit Salmaneſeri, ſive Nabuchodonoſori, quod malim, temporibus tribuenda; hinc colligere eſt Pſalmos omnes, quibus eſt præſcriptum לדוד *ldavid*, non eſſe tamen Davidis. Itaque *Davidicum* vertimus, ut poſſit intelligi carmen ad Davidæorum imitationem factum. Vide & Pſalm. LXIX, 1.

Inſanus] נבל *nabal.* LXX. Intt. ἄφρων. Vide Deut. XXXII, 6. 2. Sam. III, 33, 34. XIII, 13. ubi improbi dicuntur *inſani.* Polerè *Salvianus* de Gubern. Dei Lib. V. p. 113. Ed. Baluz. *Legi quondam, in quodam loco:* Nemo malus, niſi ſtultus; ſi enim ſaperet, bonos eſſe mallet. *Et tu ergo, ſi tamen redire adhuc ad ſanitatem potes, exue nequitiam, ſi vis habere ſapientiam.*

Apud animum ſuum dicit] Hoc eſt, reputat apud ſe. Iis temporibus & præſertim quidem, apud Orientales, non fuere qui negarent eſſe Numen, idque Providentiâ ſuâ omnia regere, ſi credimus *Æliano* V. H. Lib. II. c. 31. Καὶ τίς οὐκ ἂν ἐπῄνεσε τὴν τῶν Βαρβάρων σοφίαν; εἴγε μηδεὶς αὐτῶν εἰς ἀθεότητα ἐξέπεσε, μηδὲ ἀμφιβάλλουσι περὶ Θεῶν, ἄρά γέ εἰσιν ἢ οὐκ εἰσί· καὶ ἄρά γε ἡμῶν φροντίζουσιν, ἢ οὔ. Οὐδεὶς γοῦν ἔννοιαν ἔλαβε τοιαύτην, οἵαν ὁ Εὐήμερος ὁ Μεσσήνιος ἢ Διογένης ὁ Φρὺξ, ἢ Ἵππων, ἢ Διαγόρας, ἢ Σωσίας, ἢ Ἐπίκουρος, οὔτε Ἰνδὸς, οὔτε Κελτὸς, οὔτε Αἰγύπτιος. Λέγουσι δὲ οἱ Βάρβαροι οἱ προειρημένοι καὶ εἶναι Θεοὺς, καὶ προνοεῖν ἡμῶν: *Et quis non Barbarorum ſapientiam laudet? ſi quidem nemo eorum ad Atheiſmum prolapſus eſt, neque in dubium vocant ſintne Dii, an non ſint; & curéntne nos, an non. Nemo ergo neque Indus, neque Celta, neque Ægyptius talem cogitationem in animum admiſit; qualem vel Euhemerus Meſſenius, vel Diogenes Phryx, vel Hippon, vel Diagoras, vel Soſias, vel denique Epicurus. Sed Barbari hi, quos dixi, dicunt & eſſe Deos & nobis providere.* Crediderim ſanè ita omnes, cultiores certè, Orientis populos eſſe palam loquutos; ſed hîc illic fuiſſe homines, qui an Deus eſſet, vel certè an curaret res humanas dubitabant; imò verò, apud animum ſuum, ſciſcebant nos Deo curæ non eſſe, oſtendunt hic Pſalmi XIV. locus & Pſ. X, 4, 11. quamvis rem proloqui non auderent apud populos, qui contrà ſentiebant. De populo Atheorum, qui aliquo modo excultus eſſet, nulla uſquam mentio.

Nullus eſt Deus] Qui, nempe, curet res humanas. Eſt locus egregius *Ariſtotelis*, hanc in rem, ſi modò ejus eſt, Magn. Moralium Lib. I. c. 5. Ἐάν τινα ποιήσῃς ἄφοβον, ὥς τε μηδὲ τοὺς Θεοὺς φοβεῖσθαι, οὐκ ἀνδρεῖος ἀλλὰ μαινόμενος: *ſi quem ſic intrepidum feceris, ut ne Deos quidem timeat, jam non fortis, ſed demens fuerit.* Quod נבל *nabal* eſt Pſaltæ, hîc μαινόμενος eſt *Ariſtoteli.* Ἄφρονα verterunt LXX. Intt. ἀπορρέοντα *Aquila*, quia radix נבל *marceſcere* ſignificat. Sed non eſt ſemper habenda ratio originis vocum, uſus potiſſimùm ſpectandos. Hîc agitur de homine *demente* & *improbo*, quæ eſt ſignificatio

nullus eſt qui bene ſe gerat. [2]. Jehova è cœlo deſpexit filios hominum, ut videret an eſſet ſapiens, qui quæreret Deum. [3]. Omnes pariter defeciverant, & putidi facti fuerant, nec quiſquam ſe bene gerebat, ne unus quidem. [4]. Annon norunt *quid agant*, quicumque iniquitati dediti ſunt, & qui comedunt populum meum, *ut alii* pane veſcuntur? Jehovam non invocant. [5]. Timore ibi corripientur, quia Deus eſt in ætate juſti. [6]. Conſilium humilis pudore adfecerunt, quia ſpes ejus erat Jehova. [7]. Utinam

ut nullus eorum ſe bene gerat. 2. At Deus è cœlo improbos illos deſpexit, quæſivitque, num quis ſapiens eſſet inter Judæos, qui conſtanter adhæſiſſet ejus cultui. 3. At plerique à pietate erga Deum deſciverant, perpaucis exceptis, qui cultui Dei non valedicerent. 4. Nec peccant ignorantia, qui ſunt vitiis dediti, & qui populares meos ſpoliant, vorace avaritia, qua eos exhauriunt, quemadmodum alii pane veſcuntur. Imo Deum Iſraelis non invocant. 5. Erit tamen cùm timore turbabuntur, quia Deus bonis favet. 6. Humiliores Iſraelitas pudore adfecerunt, quia viderunt eos ſpem ſuam in Deo collo-

catio vocis נבל *nabal*. Vide Deut. XXXII, 6, 21. & Pſ. LXXIV, 18. Qui negant Providentiam, ut pravis adſectibus ſecurius indulgeant, quales ii qui deſcribuntur in hoc Pſalmo, non ſunt tantùm *dementes*, ſed & flagitioſi homines; vitióque, non tam intellectionis, quàm morum, laborant.

Corruperunt &c.] השחיתו התעיבו עלילה *biſchbithou hithbibou halilah*; corruperunt, abominandum fecerunt factum. Pſalm. LIII, 2. qui idem eſt Pſalmus, ſed ex alio Codice, ut videtur, exſcriptus, eſt התעיבו עול *hithbibou havel*, abominandam commiſerunt iniquitatem, quod ejusdem eſt ſensûs. Si עלילה rectum ſit, idem ſignificabit ac ſi πλεοναςικῶς diceretur עלילותיו *halilothau* facta ſua; agitur enim non de facto uno, ſed de tota vita.

Nullus eſt, qui bene ſe gerat] *Nullus bonum faciens*. Hæc & ſuperiora, ſequentiáque intelligenda videntur de Babyloniis, non de Judæis, apud quos numquam defuerunt, ſine dubio, homines aliquot Dei timentes. Aut hæc ὑπερβολικῶς dicuntur, ut quæ habentur Pſ. XII, 2.

2. *Filios hominum*] Obſcuriùs videntur hæc deſignare Chaldæos, inter quos, propter graſſantem Idololatriam & malos mores, vel unus vir bonus eſſe negatur; hoc eſt, cujus virtus exacta, ad leges ipſas naturæ, graviſſimis vitiis non eſſet deformata.

Ut videret &c.] Ἀνθρωποπαθῶς dicta hæc ſunt θεοπρεπῶς intelligenda; neque enim tempus eſt ullum, quo Deus quid apud homines agatur ignoret, ac proinde inquirere in eorum facta, quaſi ſibi ignota, neceſſe habeat. Ex ejusmodi verbis perperam intellectis videtur nata Lycaonis fabula Metam. Lib. I, 211.

Contigerat noſtras infamia temporis aures,
Quam cupiens falſam ſummo delabor Olympo &c.

Sapiens qui quæreret Deum] משכיל דורש את האלהים *maſchil doreſch eth haelohim*. Cùm משכיל ſit participium activum conjugationis Hiphil, ſubaudiendum נפשו *animam ſuam*, aut quid ſimile; hoc eſt, qui dat operam, ut ſalubrium diſciplinarum cognitione animum ſuum inſtruat.

Qui quæreret Deum] Qui vero Deo cognoſcendo tempus & laborem impenderet; quod facere potuiſſent Chaldæi, qui ingenio minimè carebant, atque à Judæis poterant in ea inquiſitione adjuvari. Alioqui *quærere Deum*, eſt aut eum invocare, aut conſulere per Prophetas, de rebus futuris. Verùm hæc hic non faciunt, ſed notio quâ hoc loquendi genus uſurpatur Act. XVII, 17. ζητεῖν Κύριον, quod officium fuiſſe Ethnicorum docet Paulus.

3. *Omnes pariter defeciverunt*] הכל סר יחדו *haccol ſar jachdau*. סור *ſour* propriè eſt à via divertere, tralatitiâ poteſtate à præceptis divinis deſciſcere. Vide 1. Reg. XV, 5. XXII, 43. & alibi paſſim. Defecerant à vero Deo Chaldæi, quatenus luminibus Rationis & antiquiſſimorum Patriarcharum traditione noſci poterat, colebántque Stellas. Vide *Thom. Stanleium* Philoſ. Orientalis Lib. I. Sect. II. Quod vel ex uno Daniele ſatis intelligere eſt. Pſal. LIII, 4. hæc verba ſic efferuntur: כלו סג יחדו *cullo ſag jachdau*, omnis retroceſſit pariter, quod idem eſt.

Putidi facti fuerant] נאלחו *neelachou*. Exſtat hoc verbum tantùm in hoc Pſalmo, ſeu hîc legatur, ſeu Pſ. LIII. loco, & Job. XV, 16. ubi conjungitur cum נתעב *nithhab*, *abominandus factus eſt*. Rabbini *fœtere* interpretantur, quia *fœtere* perinde eſt ac ei *ingratum eſſe*, Geneſis XXXIV, 30. Exod. V, 21. & 1. Samuel. XXVII, 12.

4. *Annon norunt quid agant*] הלא ידעו *halo jadehou*. Subaudivimus מעלותיהם *mahalothehem*, facta ſua, ex ſequentibus. Neceſſariò tale quid animo ſupplendum.

Qui comedunt populum meum &c.] אכלי עמי אכלי לחם *ochele hammi ochele lechem*, comedentes populum meum; nempe, *ut alii* comedunt panem, vel כאשר *chaaſcher* quemadmodum ipſi pane veſcuntur. Intelliguntur præfecti Chaldæorum, aut Medorum, qui miſeros Judæos expilabant, ſeu juſſu Regum, ſeu ſuâ ipſorum ſtimulante avaritiâ, in privatum compendium. Sic Achilles Iliad. Α, 231. deſcribit Agamemnonis mores:

Ἦ πολὺ λώϊόν ἐςι κατὰ ςρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν
Δῶρ' ἀποαιρεῖσθαι, ὅςις σέθεν ἀντίον εἴπῃ,
Δημοβόρος βασιλεὺς, ἐπεὶ οὐτιδανοῖσιν ἀνάσσεις.

Certè multò melius eſt per latè tendentem exercitum Græcorum dona (mulctam) *auferre ab eo qui tibi contradixerit, populi vorator Rex, quia hominibus nullius pretii imperas.* Hinc & *Heſiodus* Operum & Dier. 38. de fratre dicit, qui in diviſione paternorum bonorum plura ſibi, præter fas, vindicaret:

—— μέγα κυδαίνων βασιλῆας,
Δωροφάγους, οἳ τήνδε δίκην ἐθέλουσι δικάσαι.

Valde demulcens Reges donorum adpetentes, qui hanc litem volunt judicaſſe.

Jeho-

nam ut è Sione *adveniat* Iſraëli liberatio ! Cùm reducet Jehova ad captivitatem populi ſui ; exſultabit Jacobus , & Iſraël lætabitur.

Deſcribitur homo non indignus , qui ad Tentorium Dei habitet.

1. CARMEN DAVIDIS. O Jehova , quis commorabitur in Tabernaculo tuo? PSALM.
quis habitabit in monte tuo ſancto ? 2. Qui integer vitæ eſt, operam dat jus- XV.
titiæ & veritatem , ex animo , loquitur ; 3. qui non detrectat linguâ ſuâ , non nocet
amico

collocaſſe. 7. Quando tandem Iſraëlitæ adjuti à Jeroſolimitanis liberabuntur , reducetque Deus Iſraelitas , qui ſunt captivi abducti ? Tum verò iis reducibus, æquè exſultabunt & pariter qui ad Tribum Judæ pertinent , & ceteri Iſraelitæ.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN DAVIDICUM. O Creator omnium , quis quietus non procul a Tentorio tuo ſedes habebit? Quis domum habebit in monte Sione? 2. Qui integris moribus erit , qui Juſtitiam & Veritatem amabit , quam ex animo proferet ; 3. qui alienus eſt ab omnibus calumniis ; qui non nocet iis ,

Jehovam non invocant] Hinc conjicere licet inter eos , qui miſeros Hebræos atterebant , fuiſſe homines ejusdem gentis tributorum exactores ; quemadmodum poſtea , cùm Romanis paruerunt , non defuerunt è plebe Judæa , qui operam ſuam publicanis locarent

5. *Timore ibi corripientur* &c.] שם פחדו פחד כי אלהים בדור צדיק *ſcham phabhadou phabhad , chi elohim bdor tſaddik* , ibi timuerunt timorem , quia Deus in ætate juſti. Sequitur עצת עני *hatſath hani* , conſilium hominis pauperis. Pro quibus verbis , habemus Pſ. LIII pleniora , &, ut puto , ſaniora : שם פחדו פחד לא היה פחד כי אלהים פזר עצמות חונך : *ſcham phabhadou phabhad lo hajah phabhad chi elohim phizzer hatsmoth hhonach* , ibi timuerunt timorem (*ubi*) non erat quod timerent ; quia Deus fregit oſſa ei qui te obſedit. Hæc ad nullos alios pertinent , quàm ad Chaldæos , qui ſoli obſederant Jeroſolimam & captivos abduxerant Judæos ; niſi quis malit pro Chaldæis & Jeroſolima hîc ſubſtituere Aſſyrios & Samariam , de quibus 3. Reg. XVII , 3. & *ſeqq.* Sed ſpes auxilii à Sione , magis inclinat animum , ut credam hoc eſſe votum Jeroſolimitani Vatis , quicumque ſit ; quamvis non diffitear potuiſſe eſſe nonnullos è decem Tribubus , aut è Levitica iisdem in locis degentes ; qui Deum , qui colebatur Jeroſolimæ , ſolum invocabant.

6. *Pudore adfecerunt , quia ſpes ejus erat Jehova*] הבישו כי יהוה מחסהו *thabiſchou chi Iehovah machſehou.* At Pſ. LIII , 6. הבישותה כי אלהים מאסם *hebiſchotha chi elohim meaſam* , pudore adfeciſti , quia Deus eos aſpernatus eſt , quam lectionem prætulerim , ut ad eum Pſalmum dicam.

7. *Ut è Sione adveniat*] Hoc eſt , ut Deus veluti Jeroſolimâ , quam inhabitat , ad nos ad ortum Euphratis translatos auxilium mittat.

Iſraëli liberatio] ישועת ישראל *jeſchouhath Iiſchraël* , ſalus Iſraelis. Pſ. LIV , 7. ישועות *jeſchouhoth* , ſalutes.

Cùm reducet] בשוב *bſchoub.* LXX. Intt. ἐν τῷ ἐπιστρέψαι , cùm faciet redire. Chaldæus : כד יתיב *cùm reduxerit.* Verum quidem eſt Deum dici *redire ad ſuos* , ut homines ipſi *ad Deum redire* dicuntur ; quando Deus denuò benevolentiam ſuam iis oſtendit ; attamen , ne quid diſſimulem , aptiùs legeretur בהשיב *behaſchib* , *cùm reducet* Iſraelitas captivos. Aut certè verbum quod *redire* in *Kal* plerumque ſignificat , hîc tranſitivè reditûs procurationem ſonat. Vide & Deut. XXX , 3. Pſ. LXXXV , 2 , 5. CXXVI , 1. Alioqui legi hîc oportuiſſet לשוב את שבות , non לשוב שבות , ut habetur. Ideò vertimus *reducet* , quod & plures è recentioribus Intt. fecerunt.

COMMENTARIUS
In PSALM. XV.

1. QUis commorabitur] מי יגור *mi jagour.* Hîc Futurum non ſignificat eventum , ſed ſed potiùs meritum commoraturi , hoc ſenſu : *quis dignus eſt qui commoretur?* Ideò Chaldæus Paraphraſtes habet מן חמי למדר *man bhame lo mader* , quis dignus , vel idoneus ad habitandum.

In Tabernaculo tuo] באהלך *beoholecha.* Templum eâ voce interdum intelligitur , interdum Tabernaculum , antequàm Templum eſſet conditum. Hîc autem ב perinde eſt ac *ad* , nemo enim intra Tabernaculum habitabat , ſed tantùm *ad* Tabernaculum. Vide 1. Sam. III , 3. & Indicem in Pentateuchum ad particulam ב.

In monte tuo ſancto] *In monte ſanctitatis tuæ.* In monte Sione , dum Arca in eo fuit , vivo , nempe , Davide , & in monte Morija , poſt conditum illic à Salomone Templum.

2. *Qui integer vitæ eſt* &c.] *Ambulans integer & faciens juſtitiam.*

Ex animo] *In corde ſuo* ; hoc eſt , qui dicit id quod animus ejus verum eſſe novit.

3. *Non detrectat*] *Non detrectavit ſuper lingua ſua , non fecit malum , non* ——— *protulit.* Hîc præteritum eſt , pro præſente perpetuo , ut alibi ſæpe.

amico ſuo; nec probrum in proximum profert; 4. qui ſibi ipſe humilis eſt & abjectus, timentes Jehovæ in honore habet, qui ubi in detrimentum *ſuum* juravit, non mutat *tamen*; 5. qui pecuniam ſuam, uſuræ cauſâ, non collocat, nec munus contra innocentem non accipit; hæc, *inquam*, faciens numquam amovebitur.

Deſcriptio fiduciæ in Deo collocatæ, cujus cauſâ Deus pios tuetur.

PSALM. XVI. 1. AUREUM CARMEN DAVIDIS. Cuſtodi me, Deus, quia in te ſpem poſui. 2. Dixiſti, *anima mea*, Jehovæ: Dominus meus es, quod ineſt

iis, quibus ſe amicum profitetur; qui probra in neminem jacit; 4. qui de ſe modeſtè ſentit & humiliter; qui hominum Deum verum in honore habentium amans eſt; qui contumelioſum nihil in alium profert; qui poſtquam, interpoſito jurejurando, quidpiam pollicitus eſt, quamvis cum jacturâ ſua, promiſſo ſtat; 5. qui uſuras non exercet; qui nullo munere adduci poteſt, ut innocenti noceat. Hæc qui præſtiterit, numquam in exilium, aut captivitatem abducetur.

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS Carmen aureum. Protege me, ô Deus, quia in te ſolo ſpem meam collocavi. 2. Et dixiſti ſæpiùs ex animo dominum ipſum eſſe tuum, nec quidquam à te manare, ex quo

4. *Qui ſibi ipſe humilis eſt*] *Contemtus in oculis ſuis*, qui temer ipſe non magni facit, imò potiùs parvi; delictorum, nempe, ſuorum memor.

Ubi in detrimentum ſuum juravit] להרע *leharah*, ad malefaciendum *ſibi*; ut ſit Infinitivus Hiphil & ſubaudiatur לנפשו *lnaphſcho*. LXX. Intt. habent τῷ πλησίον αὐτοῦ, quaſi eſſet legendum לְהֵרַע *lehareah*. *Symmachus* ἑταίρῳ εἶναι. *Aquila* meliùs τοῦ κακῶσαι, ſed ſubaudiendum ἑαυτόν. Vide ad Joſ. IX, 18.

Uſuræ cauſa &c.] Quæ illicita erat, apud Hebræos. Vide ad Exod. XXII, 25.

Munus contra innocentem] Ut cum quaſi reum damnet. Cùm ſit hoc ſcelus, non tanta eſt virtus ab eo abſtinere; ſed cùm ejuſmodi munera clam offerrentur & acciperentur, ita ut non poſſent homines avari ſceleris argui; cùmque propterea flagitium frequentiùs admitteretur, eo abſtinere virtus major erat, eo tempore, quàm nobis hodie videtur.

Numquam amovebitur] לא ימוט לעולם *lo jimmoth lebolam*, hoc eſt, non erit dignus qui è loco Tabernaculo Dei vicino umquam expellatur. Alii *non nutabo*.

COMMENTARIUS
In PSALM. XVI.

1. A*Ureum carmen*] מכתם *michtham*, quod, ut alii plures vertimus, *aureum carmen*, quia כתם *chethem* eſt *aurum*. Pſalmus LVI. & quatuor ſequentes eamdem inſcriptionem habent, ſeu eredíti fuerint conſtare *verſibus aureis*, χρυσοῖς ἔπεσι (ut vocantur verſus *Pythagoræ*) ſeu alia de cauſa nobis ignota. LXX. Intt. verterunt στηλογραφία, quaſi legiſſent מכתב *michthab*, inſcriptio, ut putat *Grotius*. Sed nihil hîc ſimile inſcriptioni columnæ. Attamen habet hîc quoque Chaldæus גליפא תריצא *glipha thritſa*, ſculptura nota. *Aquila* habebat τοῦ ταπεινόφρονος καὶ ἁπλοῦ τοῦ Δαυίδ. Sic quoque *Symmachus*, niſi quòd pro altero epitheto habet τοῦ ἀμώμου. *Hieronymus* ſimiliter: *humilis & ſimplicis*. Unde colligit *Lud. Capellus* legiſſe eos מך ותם *mach vetham*, quæ verba hoc ſignificant, quod expreſſerunt. *Joan. Buxtorfius* in Anti-Crit. negat eos aliter legiſſe, ſed ita voluiſſe exprimere etymologiam vocis מכתם, qualem animo conceperant. Sic Chaldæus Pſal. LVI. & tribus ſequentibus habet: מכיך ושלים *machich uſchelim*, humilis & perfectus, merâ alluſione ad originem vocis, licet parum aptam.

2. *Dixiſti, anima mea*] אמרת *amarth*, quod eſt 2. perſona fœminini generis. Sic legunt Maſſorethæ, unde factum ut Intt. Hebræi ſuppleverint *anima mea*. Sic etiam *animam ſuam* hoc eſt, ſe adloquitur Pſaltes Pſ. XLII, 6. & XLIII, 5. Sic & antiquiſſimi Græci interdum loquebantur, ut *Homerus* Odyſſ. υ, 18. de Ulyſſe:

Στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ,
Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ᾽ ἔτλης.

Pectore percuſſo cor his verbis increpuit; fer utique cor, nam & deterius aliquando tuliſti; & *Pindarus* Olymp. Od. I, 5.

Εἰ δ᾽ ἄεθλα γαρύεν
Ἔλδεαι φίλον ἦτορ.

Si certamina canere cupis, ô carum cor. Attamen LXX. Intt. & *Hieronymus* legerunt, aut legendum cenſuerunt אמרתי *dixi*, quòd ſit omiſſa vox *anima*.

Dominus meus es tu] אדני אתה *adonai atthah*, quod idem hîc eſt ac אֲדֹנָי, niſi ſit & hoc modo legendum. LXX. Intt. κύριός μου, & *Hieronymus*: *Dominus meus es tu*.

Quod ineſt mihi boni in te non redundat] טובתי בל עליך *tobathi bal halecha*, bonum meum non ſuper te; hoc eſt, ſi quid ſit mihi boni, quod à te accepi, id tibi reddere non poſſum, ut tibi viciſſim benefaciam. LXX. Intt. τῶν ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις, quod ſenſum pulcrè exprimit.

Aqui-

ineſt mihi boni, *id* in te non *redundat* ; ³. *ſed* in Sanctos, qui ſunt in terra ; erga hos & illuſtres viros tota mea benevolentia eſt. ⁴. *Aliorum* multa ſunt idola, *ad* aliena *numina* feſtinarunt ; *at* non utar libaminibus eorum, è ſanguine. ⁵. Jehova hereditatis meæ & calicis mei pars eſt ; tu ſuſtentas ſortem meam.

⁶. Menſura *prædiorum* in amœna loca mihi cecidit ; quin & hereditas elegantior mihi eſt, quàm pro meritis. ⁷. Laudabo Jehovam, qui mihi conſilium ſubjecit ; etiam renes mei me *per* noctes erudierunt. ⁸. Perpetuò Jehovam coram me eſſe volui ; quia dexter

quo lucrum ullum ad ipſum perveniret : ſed tantùm in Iſraelitas pios, qui in patria degerent ; erga quos benevolentiam exercebas. 4. Habeant alii multa ſimulacra, templa aliorum Deorum adeant ; at numquam cruentorum libaminum particeps ero. 5. Creator omnium Deus ſolus a me colitur, & me tuebitur.

6. Modus agrorum mihi obtigit in amœnis locis, atque hereditatem elegantiorem accepi quam promeritus eram. 7. Laudabo Deum Iſraelis, qui mihi recta conſilia ſubjecit, etiam noctibus quibus me erudivit. 8. Ex animo meo numquam paſſus ſum ejici cogitationes de Deo ; nam mihi favens ſemper

Aquila ad verbum : ἀγαθωσύνη μου οὐ μὴ ἐπὶ σε. *Symmachus : ἀγαθόν μοι οὐκ ἔστιν ἄνευ σου*, & *Hieronymus : bene mihi non eſt ſine te* ; quaſi legiſſent, aut certè legendum putaſſent non בל עליך ſed בלעדיך *bilhadecha*, hoc eſt, *ſine te*. Gen. XLI, 44. & alibi. LXX. Interpretum ſententia, quam ſequuti ſunt plerique Recentiorum, eſt omnium commodiſſima. Supplendum תבוא *thabo*, veniet, aut perveniet.

3 *In Sanctos, qui ſunt in terra*] לקדושים אשר בארץ המה *likdoſchim aſcher baarets hemma*. Poſtrema vocula המה eſt loco verbi ſubſtantivi. Si hic locus ſanus ſit, ſenſus erit : ſi quid beneficii in aliquem conſerre poſſum, id ad cœlites non pertingit ; ſed juvat tantùm bonos, qui in terra Iſraelitica ſunt.

Erga hos & illuſtres viros &c.] ואדירי כל חפצי בם *veaddire chol bhephtſi bam*, & illuſtres omnis benevolentia mea in eis. Aut אדירי eſt pro abſoluto אדירים, ut alibi talia occurrunt, ſi modò nihil ſit mendoſi, ut Num. V, 18. Pſ. CXIX, 128. & alibi ; aut legendum אַדִּירַי *illuſtres mei*, hoc eſt, proceres popularium meorum. Sic legit *Aquila*, qui habebat ὑπὲρ μεγέθει (fortè μεγισᾶσι) μου πᾶν θέλημα ἐν αὐτοῖς. *Symmachus* verò : εἰς τοὺς μεγάλους, πᾶν τὸ θέλημά μου ἐν αὐτοῖς. Sed חפץ ſequente ב ſignificat *delectationem*, cùm agitur de rebus, ut Pſ. I, 2. aut favorem, & benevolentiam, cùm de hominibus ut hoc loco. Mirè verterunt LXX. Intt. ἐθαυμάστωσε πάντα τὰ θελήματά μου ἐν αὐτοῖς, & *Theodotion* : καὶ θαυμαστόν μοι τὰ θελήματά μου ἐν αὐτοῖς. *Sancti* verò & *illuſtres* viri, de quibus hîc Pſaltes, videntur eſſe Sacerdotes.

4. *Aliorum multa ſunt idola*] ירבו עצבותם *jirbou hatſebotham*, multiplicati ſunt dolores, vel Dii eorum ; nam עצב *hetſeb* ſæpe idolum, imaginem ſeu falſum Deum ſignificat, ut Pſ. CXXXV, 15. Eſai. XLVIII, 5. & alibi. Fateor dici in plurali עצבים *hatſabim*, ſed nihil obſtat quominus etiam fœminino genere עצבות *hatſaboth* ſint idola dicta, cùm Ethnicis non tantùm Dii, ſed & Deæ eſſent. Supplevimus hîc *aliorum*, perſpicuitatis cauſâ, quod latet in ſuffixo vocis עצבותם, unde liquet ſubaudiendum nomen aliquod ſubſtantivum, cum nihil ſit alioqui quò referatur ſuffixum. LXX. Intt. hîc verterunt : ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν, quia vox modò adlata *dolores* etiam ſignificat. *Aquila*, πληθυνθήσονται τὰ διαπονήματα αὐτῶν, quia eadem vox labores cum dolore exantlatos notat. *Symmachus* verò : ἐπληθύνθησαν τὰ εἴδωλα αὐτῶν.

Ad aliena numina feſtinarunt] אחר מהרו *abher maharou*, alienum feſtinarunt ; hoc eſt, אל אלוה אחר *el eloah abher*, ad Deum alienum, vel alium. Frequenter, in plurali, occurrunt אלהים אחרים *Dii alii*. LXX. Intt. legerunt אַחַר habent enim μετὰ ταῦτα ἐτάχυναν ; *Symmachus* אָחוֹר cum verterit εἰς τὰ ὀπίσω ἐτάχυναν.

At non utar libaminibus eorum è ſanguine] בל אסיך נסכיהם *bal aſſich niſchehem*, non libabo libamina eorum. Hinc liquet vicinos Hebræorum interdum libaſſe ſanguinem victimarum & libando deguſtaſſe, quod vetuit Deus Levit. XVII, 10. XIX, 26. LXX. Intt. habent hîc perperam : συναγάγω συναγωγὰς αὐτῶν, quaſi legiſſent : אכנים כנסיהם *achnis chinſehem*, ſed additio *ſanguinis* oſtendit agi de libationibus, unde rectè *Aquila* μὴ σπείσω σπονδὰς, quem ſequutus eſt *Hieronymus* in Verſione ex Hebraica Veritate.

5. *Calicis mei pars eſt*] Vide ad Pſal. XI, 6.

6. *Menſura prædiorum meorum* &c.] חבלים נפלו לי *hhabalim naphelou li*, funes ceciderunt mihi. Quia ſorte agri ſunt diviſi, & prout ſors è ciſta cadebat, prædia adſignabantur. Vide ad Joſ. XIV, 5. De *fune* verò adi ad Deut. III, 13. Joſ. XVII, 5. Hamos VII, 17.

In amœna loca] בנעימים *binehimim*. Subaudiendum שדים *ſchadim*, hoc eſt, agros.

Hereditas] נחלת *nahhalath*, pro נחלתי *nahhalathi*, hereditas mea.

Elegantior mihi eſt, quàm pro meritis] שפרה עלי *ſchapherah halai*, pulcra eſt ſupra me. Verbum hoc extſtat tantùm hîc in *Kal*, & in *Piel* Job. XXVI, 13. Sed apud Chaldæos & Syros non eſt infrequens. על *hal* hîc eſt comparationis, quaſi diceret, ſupra quàm meritus ſum. Vide *Chr. Noldium* ad hanc ſignificationem.

7. *Renes mei me per noctes erudierunt*] לילות יסרוני כליותי *leloth jiſſerouni chiljothai*, noctes erudierunt me (*in*) renibus meis ; vel noctibus erudierunt me renes mei. *Renes* in Scriptura non tantùm pro interna parte corporis, ſed etiam pro animo ejúſque arcanis ſumitur ; ut quando Deus dicitur *explorare corda & renes* Pſ. VII, 11. Vult David ſe meditando noctu quid ſibi facere expediret, ſolis ratiocinationibus ſuis, Deo juvante, intellexiſſe quid tutiſſimum eſſet.

8. *Perpetuò Jehovam coram me eſſe volui*] שויתי ſchivithi, *poſui Jehovam coram me ſemper* ; hoc eſt, ſemper de eo, ejúſque Legibus cogitavi. Vide Pſ. CXIX, 30.

dexter mihi adeſt, non amovebor. 9. Propterea lætatus eſt animus meus, atque exſultavit gloria mea; imò caro mea ſecurè habitabit. 10. Neque enim me ſepulcro relinques, aut benignum tuum videre foveam patieris. 11. Notam mihi facies ſemitam vitæ; ſatietas *omnis generis* lætitiarum *eſt* apud faciem tuam, ſuavitates ſunt in perpetuum in dextra tua.

Ora-

ſemper adeſt, nec umquam è patria expellar. 9. Ideò lætor atque exſulto ex animo; imo ſecurus in patria mea habitabo. 10. Nec patieris me ab hoſtibus occidi, atque in ſepulcro, in juventute, jacêre. 11. Mihi patefacies, quomodo vita ſit religiosè inſtituenda, & omnis generis hilaritatibus, apud te, fruar, neque umquam earum ſatietas animum meum ſubibit, in Sacrario tuo.

PARA-

Quia dexter mihi adeſt] כי מימיני *chi mimini*, quia à dextra mea eſt. Qui pugnanti à dextra adeſt, ut eum tueatur, ſi fortè dextrâ manu ad feriendum hoſtem porrectâ (nam ſiniſtrum latus interea ſcuto tegitur) corpus nudatum alii objiciat, is re verâ præſens pugnanti auxilium fert. Hinc ductâ translatione, Deus ei *à dextra* adeſſe dicitur, quem protegit. Vide & Pſ. CIX, 31. & CXXI, 5. Hinc fortè etiam Græci δεξιὰ & Latini *dextra* dixerunt ſecunda auſpicia; quamvis poſtea à partibus mundi dicta putata ſint. Quidquid ſit, nos Latino more vim & translationem ipſam hujus loquendi generis expreſſimus.

Non amovebor] Sedibus meis non expellar; quod ſæpe occurrit in Pſalmis. Vide Pſ. X, 6.

9. *Animus meus*] *Cor meum.*

Gloria mea] כבודי *chebodi*. LXX. Intt. habent γλῶσσά μου, alii omnes δόξα verterant, ut habet quoque *Hieronymus*. *Linguam* tamen probant etiam Hebræi Interpretes, quòd eâ gloria Dei prædicetur. Alii *animam*, ut Geneſ. XLIX, 6. Alii inſtrumentum muſicum, ut citharam, quâ gloriabatur David, & quam vocat gloriam ſuam Pſ. XXX, 13. LVII, 9. CVIII, 1.

Securè habitabit] ישכון לבטח *jiſchchon labbetahh*. Securè in ſedibus meis, & ſine anxietate habitabo. Vide Deut. XXXIII, 12, 28. Pſ. IV, 9. Prov. I, 33.

10. *Neque enim me ſepulcro relinques*] לא תעזב נפשי לשאול *lo thahazob naphſchi liſchol*. LXX. Intt. οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην. *Hieronymus: relinques animam meam in inferno.* Hæc, de Davide intellecta, hoc tantùm ſibi volunt, non paſſurum fuiſſe Deum, ut occideretur, ac proinde in ſepulcrum conjectus illic relinqueretur, ita ut caro ejus in eo jaceret. Nihil frequentius eſt in V. T. voce נפשי ſumtâ ἀντὶ τοῦ *ego*. Ea vox propterea vicem ſæpe obtinet pronominis *ipſe*, conjuncta cum ſuffixis. Vide Proverb. XI, 17. XX, 2. Eſ. V, 14. XLVI, 2. Jerem. LI, 14. & alibi paſſim. שאול *ſcheol* verò conſtanter eſt ſepulcrum, aut mors. Sententia ergo eſt perſpicua. Quin & ipſe Petrus Act. II, 29. de *ſepulcro* intellexit, cùm ex hiſce verbis probet, quæ hîc habentur de Davide mortuo & in ſepulcrum illato non poſſe intelligi, ſed ad Chriſti reſurrectionem eſſe referenda. At Græci Patres, & poſtea etiam Latini, Hebraïcæ Linguæ imperiti, aut certè non ſatis ſcientes, vocem *animam* intellexerunt de mente Chriſti, & ᾅδην de eo loco, in quo putabant, mentes humanas ſervatas ad tempus reſurrectionis. Sic *Theodorus* Heracleota, in commentario ad hunc locum, ubi ſic de carne Chriſti: ἀβλαβὴς μείνασα συνεζεύχθη πάλιν τῇ μὴ εἰς τὸν ᾅδην καταλειφθείσῃ ψυχῇ. οὐ γὰρ ἄλογος ἦν, ἀλλὰ ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς ὁμοούσιος, ὡς καὶ ἡ σὰρξ τῇ σαρκί: *Cùm illæſa remanſiſſet, conjuncta eſt iterum animæ in inferno minimè derelictæ; neque enim irrationalis erat, ſed conſubſtantialis humanis animabus, ut & caro carni.* Quæ exſcripſerat è *Didymo*, ut ex Catena liquet. Sic enim loquitur: ἡ μὲν γὰρ σὰρξ ἐναπετέθη τῷ μνημείῳ, ἡ ψυχὴ δὲ αὐτοῦ γέγονεν ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας· ἐπ' ἐλπίδι δὲ κατεσκήνωσεν ἡ σὰρξ, διὰ τὴν εὐθέως ἐσομένην ἀνάστασιν. *Caro quidem indita eſt monumento, anima vero ejus fuit in corde terræ per tres dies & tres noctes, in ſpe verò habitavit caro, propter mox futuram reſurrectionem.* Tum prolatis iis, quæ habet *Theodorus* ad vocem uſque ψυχῇ, ſic pergit: Οὐκοῦν οὐκ ἄλογος ἦν ἡ ψυχή, οὐ γὰρ ἂν ὑπέστη χωρισθεῖσα τοῦ σώματος, οὐδ' ἂν εἰς ᾅδην πεπόρευτο, τῶν λογικῶν ψυχῶν τὸ χωρίον. Οὐκοῦν ὁμοούσιος ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς, ὡς καὶ ἡ σὰρξ τῇ σαρκί, ἐκ τῆς ἁγίας προελθοῦσα Μαρίας: *Igitur non irrationalis erat anima, non enim ſubſtitiſſet ſeparata à corpore, neque in Haden profecta fuiſſet, rationalium animarum locum. Igitur conſubſtantialis eſt animabus humanis, ut carni caro, ex Sancta Maria progreſſa.* Hic videmus creditam *animam* Chriſti fuiſſe *in inferno* hoc eſt, loco animarum humanarum, dum corpus fuit in ſepulcro. Quæ prava interpretatio ab omnibus recepta eſt quaſi vera, ob Linguæ Hebraïcæ ignorationem.

Aut benignum tuum videre foveam patieris] לא תתן חסידך לראות שחת *lo thitthen hhaſidcha liroth ſchabbath*. Ex more Hebræorum, quibus paſſim duo membra idem ſonant. Voci *anima* reſpondet hîc *benignus tuus*, ut voci שאל vox שחת *ſchabbath*, quæ proinde foſſam, in qua cadaver deponitur, ſignificat. LXX. Intt. verterunt διαφθορὰν *corruptionem*, quod שחת *ſchibbeth* corrumpere ſignificet, quia in foſſa corrumpuntur cadavera. Res eodem recidit, & *videre foſſam*, aut *corruptionem* perinde eſt ac alterutram experiri. Eadem ergo eſt hujus membri orationis, ac prioris ſententia.

Poſtquàm vidimus quo ſenſu hæc de Davide intelligi queant, ad quem antecedentia & conſequentia manifeſtò pertinent; videndum quî ad Chriſtum à Petro Act. II. referantur. Ante omnia ſtatuendum eſt, quod ex uſu Judæorum antiquiorum conſtat, ut vidimus ad Pſalm. II. quódque ſequuti ſunt etiam Apoſtoli, ita intellectas olim Prophetias, ut quamvis antea certo ſenſu, eóque dilutiore, impletæ fuiſſent, tamen iterum impletæ in Meſſia exiſtimarentur, ſi quid in iis eſſet quod meliùs & excellentiore

ſenſu

Oratio Davidis ad Deum, ut innocentiam ſuam, contra improbos, tueatur.

1. ORATSO DAVIDIS. Exaudi, ô Jehova, innocentiam *meam*, adtentus eſto clamori meo, preces meas, labiis doloſis minimè *prolatas*, auſculta. 2. E conſpectu PSALM. XVII.

PARAPHRASIS.

1. ORATIO DAVIDIS. Exaudi, ô Deus, preces meas, cùm innoceutem me uoris eruui, quorum iuſimulant me iuimici mei. 2. A te mihi jus dicatur, uam rectè facta omnia probè noſti.

ſenſu Chriſto conveniret. Quo poſito, ſatis intelligimus, Petrum. ſuo jure, hæc de Chriſto interpretatum; quandoquidem, propriâ verborum poteſtate ſervatâ, Chriſto non Davidi conveniunt. Davidi enim hoc ſolum contigit, quòd Deus eum ab hoſtibus occidi & ſepeliri eo tempore, quo ſcripſit, nec poſtea paſſus ſit; ſed longam ei vitam & placidam mortem, poſt quam à liberis ſuis ſepultus eſt, conceſſerit. Sed re verâ *ſepulcro rejectus eſt*, nec umquam excitatus è mortuis; reverâ *foveæ* aut *putrefactioni* abſumendus traditus ſuit. Quod ſignificat Petrus his verbis: *liceat audenter dicere ad vos, de Patriarcha David, quoniam defunctus eſt & ſepultus eſt, & ſepulcrum ejus eſt apud nos, usque ad hodiernum diem*; in monte, nimirum, Sione, ubi erant ſepulcra Regum Judæ, in quibus reliquiæ ejus, ſi quæ erant, adhuc jacebant. Nec exſpectarat David fore ut cadaver ſuum poſt mortem non corrumperetur, útque è mortuis excitaretur; ſed tantùm liberationem, quam diximus. Sed cùm in hoc vaticinio verbis ἐμφατικώτερα & quæ multò plus ſignificant, ſibi à Spiritu Sancto ſubjectis, uſus eſſet; hinc intellexit majus quiddam illis verbis ſignificatum, quod ſic interpretatur Petrus: *Propheta igitur cùm eſſet & ſciret quia jurejurando juraſſet illi Deus, de fructu lumbi ejus, ſedere ſuper ſedem ejus, providens loquutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno*, (ſepulcro) *neque caro ejus vidit corruptionem*; propriâ verborum ſignificatione ſervatâ. Vide Interpretes ad locum, qui pluribus hac de re; nam in hiſce noſtris Adnotationibus de primo ſenſu potiſſimùm agere adgreſſi ſumus.

11. *Notam mihi facies ſemitam vitæ*] Hoc eſt, aut, docebis me quî vitam contra hoſtium molimina conſervare queam: aut, patefacies mihi, quî mores meos ad leges tuas componere poſſim & debeam. Utrumque eminentiore multò ſenſu in Chriſto impletum; qui in vitam poſt mortem rediit, quique multò clariùs & copioſiùs, quî ad voluntatem divinam mores exigendi ſint, à Deo accepit, diſcipuliſque ſuis tradidit, ut alios ea docerent.

Satietas omnis generis lætitiarum] שבע שמחות *ſchebeab ſchmabboth*, ſatietas lætitiarum; nempe, omnis generis, prout erat legi conſentaneum. Ideò plurali, potiùs quàm ſingulari uſus eſt, pro more Linguæ Hebraïcæ, quæ numero plurali majorem rei copiam & præſtantiam ſignificat. Potuerunt quidem de Davide in monte Sione ad Dei Arcam habitante, dici; ſed multò ſubliniùs & convenientiùs verborum poteſtati in Chriſto impleta ſunt.

Apud faciem tuam] את פניך *eth phanecha*, cum facie tua. Apud Arcam, cui aderat Deus, ante cujus faciem eſſe cenſebantur, qui ad eam converſi adorabant.

Suavitates ſunt in perpetuum] נעימות *nebimoth*, quod hîc tanrùm occurrit. Suaviſſimum erat hominibus religioſis vivere Jeroſolimæ, ubi Arca primùm fuit, deinde etiam ædificatum Templum, & Deus ſacrificiis & canticis cultus.

In dextra tua] Hoc eſt, in poteſtate tua, ut eas largiaris, prout tibi videtur. Vide Pſalm. XVIII, 36. LXIII, 9. LXX, 18. Hæc quoque eximiè prorſus ratione in Chriſtum quadrant, qui in cœlum evectus ad dextram Dei ſedet, & æterna felicitate pleniſſimè fruitur. Cui collata felicitas, quâ fruebatur David Jeroſolimæ, erat tantùm evanida umbra, aut etiam *umbræ ſomnium* σκιᾶς ὄναρ, ut cum *Pindaro* loquar, ſi cum re ipſa conferatur.

COMMENTARIUS
In PSALM. XVII.

1. I*Nnocentiam meam*] צדק *tſedek*, juſtitiam; hoc eſt, innocentiam. Addidimus adfixum primæ perſonæ, quia non agitur de quavis innocentia, ſed de Davidis. *Audire* autem, vel *exaudire innocentiam alicujus*, perinde eſt ac eum exaudire, quia eſt innocens. Si rectè in Codd. MSS. refertur verſio *Aquilæ*, legit צדיק *tſaddik*, habebat enim δίκαιον (non δικαίων) alii δικαιοσύνην.

Adtentus eſto] הקשיבה *hakſchibah*. Subaudiendum אזנך *azuecha*, aures tuas, propter vim conjugationis activæ.

Labiis doloſis minimè prolatas &c.] בלא שפתי מרמה *blo ſchiphthe mirmah*, ſine labiis fraudis, vel in labiis non doloſis. Fraus referri poteſt ad homines, duplici ratione. Poſſit David hoc velle ſe non indignum eſſe, qui à Deo exaudiretur, quòd non eſſet fallax; vel ſe Deum non orare ut falleret homines, ſpecie quadam Religionis, cùm nullâ Dei reverentiâ teneretur. Quod flagitium nimis fuit, apud ipſos Chriſtianos, frequens.

ſpectu tuo jus mihi dicatur, rectè facta oculi tui videant. 3. Exploraſti animum meum, inviſiſti me noctc, conflaſti me *inſtar metalli*, nec inveniſti quidquam *mali quod* cogitaverim, nec *quod* ore meo eruperit. 4. Ad facta hominum quod adtinet, ex verbo labiorum tuorum, cavi mihi à viis *hominis* violenti. 5. Suſtenta greſſus meos, in orbitis tuis, nec vacillent pedes mei.

6. Ego invocavi te, quia me, ô Deus, exaudis; inclina aurem tuam ad me, & ſermonem meum audi. 7. Oſtende mirificam tuam benignitatem, dum dextrâ tuâ tueris

noſti. 3. Exploraſti animum meum, per noctem conflaſti me, ut conflatur metallum; nec inveniſti in me quidquam adulteratum, quod cogitaverim, aut etiam dixerim. 4. Facta hominum quod ſpectat, prout Lege tuâ vetuiſti, ne quemquam vi opprimeremus, ab omni vi abſtinui. 5. Fac ut ita incedam in pietatis via, ut pedes mei minimè vacillent, neque à tuis orbitis aberrent.

6. Conſtanter ad tuam opem confugi, quia me eam invocantem, ô Deus, exaudiviſti. Perge aurem mihi præbere, & preces meas audire. 7. Oſtende mirificam tuam beneficentiam, dum potentiâ

2. *E conſpectu tuo jus mihi dicatur*] מלפניך משפטי יצא *millephanecha miſchphati jetſe*, è conſpectu tuo judicium meum exeat. Eſt loquendi genus translaticium, deſumtum è conſuetudine Regum, quibus præſentibus jus dicebatur; ſcribebantúrque ſantentiæ & edicta, quibus adſentiebantur. Sic *judicium è conſpectu Dei egreſſum* eſt judicium pronunciatum, volente & probante Deo.

Videant rectè facta] מישרים *meſcharim*, rectitudines. Hîc eſt *rectè facta*, nam ea ſola cernuntur. *Videre* autem hîc perinde eſt ac facere id quod ſolent integri Judices, qui cognitâ causâ vident innocentem quempiam eſſe; hoc eſt, abſolvere.

3. *Inviſiſti me noctu*] Ut ſcires recténe, an ſecus me gererem, non tantùm obſervaſti quid palam & interdiu facerem, ſed etiam quid à me noctu & remotis arbitris fieret.

Conflaſti me inſtar metalli] צרפתני *tſaraphthani*, liquefeciſti me. Ideò addimus *inſtar metalli*. Ut probentur aurum & argentum, liqueſiunt, ut ſi quid alienum ſit iis admiſſum, deprehendatur & deſpumetur. Hinc צרף *tſeroph* eſt explorare etiam animum. Vide Pſal. XII, 7.

Quidquam mali, quod cogitaverim] זמתי *zimmothi*. Subaudi אשר *quod*. Sed aut hoc verbum in malam partem ſumitur, ut Pſalmo XXXVII, 12. aut ſupplendum רע אשר *malum quod*.

Nec quod ore meo eruperit] Malum, nempe, hîc è ſuperioribus repetendum. Eſt בל יעבר פי *bal jahabor phi*, non transgreſſum eſt os meum; id eſt, nec quod ore meo prodierit.

4. *Ad facta hominum quod adtinet*] לפעלות *liphhulloth*. Frequens hæc eſt poteſtas præpoſitionis ל. Vide apud *Chr. Noldium* ſignific. XXX.

Ex verbo labiorum tuorum] בדבר שפתיך *biddbar ſchphathecha*, in verbo labiorum tuorum; hoc eſt, prout lege tuâ juſſiſti. Vide Eſther I, 12. & 27. ſignificationem particulæ apud *Noldium*.

Hominis violenti] פריץ *pharits*, quod à פרץ *pharats*, vi diſrupit. Sunt ergo פריצים *phritſim* propriè ſures, ac latrones, qui domos perrumpunt. τοιχωρύχοι. Vide Jerem. VII, 11. Deinde ad quosvis violentos homines translatum eſt.

5. *Suſtenta greſſus meos*] תמוך אשרי *thamoch aſchurai*. Æquè rectè potuiſſent Maſſorethæ pronunciare תמוך quæ eſt prolatio ſolita Imperativi. Sed alibi etiam ſic Imperativum proferunt, ut Exod. XX, 8. Deut. V, 12. Eccleſiaſt. IV, 17. Duæ tamen veteres Verſiones Græcæ Infinitivum eſſe ſtatuunt, ea quæ dicitur LXX. Intt. quæ habet καταρτίσαι, & *Aquilæ*, ubi legebatur ἀντιλαβίζου. At *Symmachus* habebat συγκράτησον, *Theodotion* τελείωσον, in Imperativo, qui modus aptior eſſe videtur. אשור *aſchour* eſt *greſſus*, qui firmatur, aut ſuſtentatur, cùm neque nutant pedes infirmitate, neque offendunt in via, neque lapſando hominem dejiciunt. At M. *Meibomius* in Specim. III. Interpret. ſuarum, p. 14. poſtquàm ſtatuit verbi אשר duplicem eſſe ſignificationem, propriam quâ *erectum eſſe*, vel *erectum ſtare* vertendum eſt; & translatam, quâ perinde eſt ac felicem eſſe; contendit unam eſſe nominis אשר propriam poteſtatem, quæ eſt *crus*, ambulationis inſtrumentum, femore, tibiâ & pede conſtans, à coxendice ad imum pedem. Abſolutum duale facit אשרים *aſchourajim*, bina crura, ad formam עינים *henajim*, oculi duo. Cauſam nominis perſpicuam eſſe vult, à ſtatione, nimirum, rectâ. Fatetur tamen metonymicè, in uno, alteróve loco eâ voce veſtigium ſignificari. Hîc verò vertendum cenſet: *firma redde crura mea*. Verterunt quidem LXX. Intt. κατάρτισαι τὰ διαβήματά μου, & *Hieronymus*: *ſuſtenta greſſus meos*. Sed frivolas has habet verſiones & obſcuras, præterquàm quòd, ut ait, vox צעדים *tſehadim* ſignificat *greſſus*. Verùm ut à poſtrema ratione ordiar, quamvis צעדים ſignificet *greſſus*, nihil vetat ei rei & alterum eſſe nomen; nec frivolè eum dixeris *ſuſtentare*, aut *firmare greſſum*, qui alium infirmum in gradiendo juvat, aut ipſe arte quadam ſibi à lapſu cavet. Sic Silius *Italicus* Lib. III, 632. de Hannibale Alpes tranſeunte:

Ductor Agenoreus, tumulis delatus iniquis,
Lapſantem dubio devexa per invia nixu
Firmabat greſſum.

Præterea nullus eſt locus, cui *greſſûs* ſignificatio ſatis aptè non conveniat: nec eſt à ſignificatione, veteribus Interpretibus probata, recedendum, ſine neceſſitate; nec indulgendum conjecturis, ubi, ex uſu Linguæ, poteſtatis vocum rationem reddere licet. Atqui conſtat אשר

Google

ris eos, qui *in te* ſpem poſuerunt, contra eos qui in hos conſurgunt. 8. Serva me, ut pupillam oculi, umbrâ alarum tuarum; occulta me. 9. Improbis, qui mea vaſtant, hoſtibus meis, qui, ut vitâ me ſpolient, circumvenerunt me, eripe me. 10. Pinguedine ſuâ, clauſerunt *oculos ſuos;* & ſuperbè, ore ſuo, loquuti ſunt. 11. Greſſu noſtro *obſervato*, nunc circumdederunt nos; oculos ſuos *in nos* conjecerunt, ut *nos* in humum adfligerent. 12. Speciem habent leonis rapere geſtientis, & leunculi in latebris jacentis.

tiâ tuâ eos liberas, qui tibi confidunt, ab iis qui in illos conſpirarunt. 8. Serva me, ut homines ſervant pupillam oculorum ſuorum, & protectionis tuæ umbra tege. 9. Eripe me improbis, qui prædia mea vaſtant, & qui circumvenere me, ut occidant ſi poſſint. 10. Omnibus abundant, adeóque pingues facti ſunt, ut pinguedo propemodum oculos eorum tegat, útque ſuperbis dicteriis me laceſſiverint. 11. Poſtquàm me inſidioſè obſervarunt, ut viderent quo tenderem, unà cum meis, me & meos circumdedere, ut primâ datâ occaſione nos humi adfligerent. 12. Sunt inſtar leonis, prædam rapere geſtientis, aut leunculi, in luſtris latentis.

אשר *jaſcher*, in Piel eſſe *gradi*, *incedere*; aut, ut *Valent. Schindlero* credimus, *greſſum dirigere*, ut conveniat huic verbo, cum ישר *jaſchar*, rectus fuit. Quò reſpicitur Eſai. III, 12.

In orbitis tuis] Perinde eſt ac viis, quia orbitis viæ ſignantur. Sed tamen hîc videntur viæ aſperæ ſignificari, quales ſunt eæ, quæ multis orbitis exaratæ ſunt; per quas incedere, ſine metu lapsûs, nemo poteſt, præſertim infirmior, niſi quis ejus greſſus ſuſtentet. Sic autem aptè vocentur præcepta divina, quæ obſervatu facilia non ſunt, qualia plura in Lege; ita ut qui ea ſervarent, non tam per planam viam, quàm per orbitas incedere viderentur. Eadem translatione uſus eſt *Quintilianus* Inſtitut. Lib. II. c. 3. ubi de difficilioribus cauſis, in quibus à vulgaribus præceptis abſcedendum eſt. *Adjuvatur his quoque* (ars Rhetorica) *ſi tamen rectam viam, non unam orbitam monſtrent; à quo declinare qui crediderit nefas, patiatur neceſſe eſt illum per funes ingredientium tarditatem.*

6. *Exaudis me*] תענני *thahaneni*, exaudies; hoc eſt, me exaudire ſoles, pro vi non rara Futuri.

7. *Oſtende mirificam tuam benignitatem*] הפלה חסדיך *haphleh hhaſadecha*, fac mirabiles benignitates tuas. Sic vertimus, quia הפלה videtur hîc, ut alibi ſæpe, eſſe idem ac הפלא *haphle*. LXX. Intt. θαυμάστωσον. *Symmachus* παραδόξωσον. *Hieronymus: mirabilem fac.*

Qui in te ſpem poſuerunt] חוסים *hhoſim*. Subauditur בך *becha*, in te.

8. *Ut pupillam oculi*] כאישון בת עין *cheiſchon bath hajin*, ut nigredinem filiam oculi. Periphraſis eſt mediæ oculi partis, quam Græci κόρην, Latini *pupillam*; hoc eſt, puellam vocant. Vide *Joan. Ger. Voſſium* in Etymologico, ad vocem *pupus*. Sunt qui putent eſſe contractionem vocis בבת *babath*, quæ *pupillam* ſignificat Lam. II, 18. Zach. II, 8. quod non putamus verum, ut ſuo loco dicemus. Sunt rurſus, qui velint *filium oculi* dici, quòd Hebræi voce בן & בת ſignificent ſæpe adfinitatem rei, quæ ſic dicitur, cum re cui conjungitur, ut navis vocatur *filia Tharſis* Eſ. XXIII, 10. & ſagittæ *filii pharetræ* Lam. III, 13. Sed quamvis certum ſit hoc eſſe idioma Linguæ Hebraïcæ, בת videtur dicta *pupilla*, quòd imaguncula pupillam adſpicienti cernatur; quæ eſt ratio cur κόρη Græcis, & *pupilla* Latinis vocetur. *Servare ut pupillam oculi* eſt diligentiſſimè ſervare.

Umbra alarum tuarum] Ita protege me, ut aves pullos tegunt alarum ſuarum umbrâ. Vide Pſalm. XXXVI, 8. LVII, 2. LXI, 5. &c. Aptè *umbra alarum* conjungitur cum *pupilla oculi*, quòd aves pullorum oculos teneros umbrâ alarum à radiis ſolaribus defendant.

9. *Improbis*] מפני רשעים *mippbene reſchahim*, à facie malorum; ne me, nempe, invadant.

Qui mea vaſtant] זו שדוני *zou ſchaddouni*, illi vaſtarunt me; hoc eſt, mea.

Ut vita me ſpolient] בנפש *bnepheſch*, in vitam, vel contra vitam, aut qui periculum vitæ meæ inferunt. Utriuſque ſignificatûs particulæ ב exempla ſuppeditabit *Chr. Noldius*.

10. *Pinguedine ſuâ clauſerunt oculos ſuos*] חלבמו סגרו *hhelbamo ſageron*, pinguedine ſuâ clauſerunt. Subaudiendum פניו *phanau*, faciem ſuam, quod exprimitur Job. XV, 27. vel עיניו *henau*, oculos ſuos, quod dici ſolet de hominibus præter modum obeſis, quorum oculi nimiâ pinguedine cinguntur. Ea loquutio in malam partem ſumitur.

Superbè] בגאות *bgeouth*, in ſuperbia. Circumloquutio adverbii, quo carent hîc Hebræi.

11. *Greſſu noſtro obſervato*] Eſt tantùm אשרנו *aſſcharenou*. Aliquid eſt ſupplendum, nec quidquam commodius hîc ſubaudiri videtur, quàm אחרי כן שמרו *ahhare chen ſchameron*, poſtquàm obſervarunt; hoſtes enim priùs obſervare oportuit, quò ſe conferret David, quàm eum circumvenirent. Quod fecit etiam Saul, 1. Sam. XXIII, 26.

Oculos in nos conjecerunt] *Oculos ſuos poſuerunt.*

Ut nos in humum adfligerent] לנטות בארץ *lintoth baarets*. Hic נטה videtur tranſitivè ſumi, intelligique de victore hoſte, qui occiſos in humum ſternit. LXX. Intt. ἐκκλῖναι ἐν τῇ γῇ. Sic & *Aquila*. *Symmachus* ἐπεμελήθη. Hieronymus: *declinare in terram*. Obſcurè & incommodè.

12. *Speciem habent leonis*] דמינו כאריה *dimjone chearjeh*. Similitudo ejus, ut leonis; nempe, prædæ inſidiantis.

Rapere geſtientis] יכסוף לטרוף *jichſoph litroph*, cupiet rapere. Subaudiendum אשר *qui* cupit rapere.

In la-

Digitized by Google

jacentis. [13]. Surge, ô Jehova, occurſum ejus anteverte, eum incurva; vitam meam ab improbo libera, gladio tuo; [14]. manu tuâ, Jehova, à mortalibus; à mortalibus ex terra, *quorum* pars eſt in vita; & *quorum* ventrem repoſitis tuis *proventibus* imples, *ita ut* ſatientur filii eorum, & parvulis ſuis liberis reliqua reponant. [15]. Ego in innocentia vultum tuum videbo, ſatiabor, cùm excitatus fuero, ſpecie tuâ.

Canti-

latentis. 13. Surge verò, ô Deus, eum anteverte, atque in humum adfligito. 14. Manu tua eripe me mortalibus, mortalibus, inquam, e terra oriundis, & qui brevis hujus vitæ participes ſunt. Eorum ventrem imples proventibus, quos repoſitos habent, quorumque & filios & nepotes participes faciant, adeò ut omnes ſatientur, & neceſſaria repoſita habeant, in longum tempus. 15. Ego vero expers ſcelerum, quæ admittunt, admittar in conſpectum Tabernaculi tui, & ejus contemplatione ſatiabor.

PARA-

In latebris jacentis] *Sedentis in latebris*, dum in tranſeuntes pecudes irrumpat.

13. *Occurſum ejus anteverte*] קדמה פניו *kaddema phanau*, anteverte faciem ejus; hoc eſt, te inter eum & me interpoſito, ne mihi necopino prius occurrat, quàm aufugere poſſim.

Eum incurva] הכריעהו *hacrihehou*. Subaudire poſſimus: *ſub me* תחתי *thachthai*, quod exprimitur Pſal. XVIII, 40. Hoc eſt, mihi ſubjicito. Sed & ſine ea adjectione legitur, & quidem eodem ſenſu Pſalm. LXXVIII, 31. LXX. & *Theodotion*, ὑποσκέλισον, *ſubplanta*, voce agoniſticâ, *Aquila*, κάμψον, *Symmachus*, ὄκλασον.

Gladio tuo] חרבך *hharbecha*, ſubaudito ב, *per gladium tuum*. Frequentiſſima eſt ea Ellipſis. Quod cùm non adtenderent Veteres & Recentiores multi, malè locum facilem verterunt. Tanti eſt & Lexica & Grammaticas habere; ſine quibus fiunt obſcura innumera.

14. *Manu tua Jehova* &c.] ממתים ידך יי ממתים Cùm nulla ſit ratio cur omittatur *Dageſch* poſt מן *min*, crediderim incuriâ excidiſſe, quod veriſimilius eſt, quàm inanes Anomalias hîc & alibi fingere. ידך eſt hîc pro בידך *bjadecha*. Repetendum *libera* ex antecedente verſu. מתים *methim* autem interpretati ſumus *mortales*, quaſi eſſet מְמִתִים, quia ſequentia ita ſuadebant. Mirum in modum hæc veteres Intt. turbarunt: LXX. habent in Romano codice: ἀπὸ ἐχθρῶν τῆς χειρός σου, κύριε ἀπολλύων. In Alexandrino aliiſque, ἀπὸ ὀλίγων. *Aquila* ממתים, altero loco poſitum, vertit ἀπὸ τεθνηκότων. *Symmachus* ἀπὸ τῶν νεκρῶν, nam duorum priorum verborum tranſlatio non exſtat. *Hieronymus*: *à viris manûs tuæ, Domine, qui mortui ſunt.*

Ex terra] מחלד *mehheled*; à terra. Vox חלד exſtat quinquies, Job. XI, 17. hoc loco, Pſalm. XXXIX, 6. XLIX, 2. LXXXIX, 48. Excepto hoc loco & Pſalmo XLVIII. ubi videtur ſumi pro orbe terrarum; alibi commodiſſimè *tempus vitæ* verti poteſt, vel pro hoc vitæ noſtræ ævo. Ergo hîc מתים מחלד *methim mehheled* ſunt homines terreſtres, qui nihil niſi terreſtria curant. LXX. Intt. ἀπὸ γῆς *Aquila*, ὑπὸ καταδυόντων, & *Symmachus*: ἀπὸ ἐνδεδυκότων. Hieronymus: *qui mortui ſunt in profundo*. Putabat *Nicol. Fullerus Aquilam*, quem ſequuti ſunt *Symmachus* & *Hieronymus*, vertiſſe ἐκ καταδύντων, quòd חלד, apud Syros, ſit *ſodere*, *ſerpere*, unde hæc noſtra ſedes vocata ſit κατάδυσις, quaſi infima quædam caverna. Eum vide Miſcell. Lib. III, c. 14. ubi multa molitur, ut ſuam conjecturam fulciat. Mihi ſatius viſum fateri me neſcire, quæ ſit vocis origo, & cur ita verterint *Aquila* & *Symmachus*; quàm violentis conjecturis omnia torquere.

Quorum pars eſt in vita] חלקם בחיים *hhelkam behhajim*, pars eorum eſt in vita. Subauditur אשר *quorum*, ſequente, pro more, adfixo 3. perſonæ pluralis. Senſus eſt, qui vitam beatè traducunt, quaſi hæc pars, aut ſors eis à Deo data eſſet; ut omnibus bonis abundarent, exceptâ Virtute. Quod hîc חלק *hhelek* dicitur, id ipſum eſt quod מנת כוס *portio calicis* vocatur Pſ. XVI, 5.

Et quorum ventrem &c.] *Et abſcondito tuo implebis ventrem eorum.* Hîc iterum אשר ſubauditur, ut antea. צפונך *tſaphoun*, ut in margine legitur, pro צפין *tſephin*, quod eſt in textu, eſt quidquid in futurum uſum reconditur, vel abditur. Vide Proverb. XIII, 22. Bene ἀποθέτων verterat *Symmachus*, ſeu *repoſita*, alii κεκρυμμένα, quod eodem redit, ſed minùs propriè, ad uſum Linguæ Græcæ quod adtinet.

Ita ut ſatientur &c.] *Satiabuntur*. Ejuſmodi homines divites ſæpe neque bonis prognati ſunt, neque bonos progenerant; nec eò ſecius & avi & nepotes magnis divitiis fruuntur, per totam vitam.

15. *Vultum tuum videbo*] Adero Sanctuario tuo; aut certè tibi gratus ero; ut ſolent Principibus interioris admiſſionis amici.

Satiabor, cùm excitatus fuero, ſpecie tuâ] אשבעה בהקיץ תמונתך *eſchbebah behakits themounathecha*. תמונה aliquando eſt ſpecies externa rei ipſius, ut Deut. IV, 15. ubi negantur Iſraëlitæ *ullam imaginem* (תמונה) *vidiſſe*, cùm Deus è Chorebo loqueretur. Verum eadem illa vox ſignificat ſymbolicam figuram, quæ indicium erat præſentis Dei, ut Num. XII, 8. ubi vide quæ obſervavimus. Quo ſenſu & hîc ſumenda eſt, videtur enim ſignificare David Arcam, quam ſingulis temporibus matutinis, Deum adoraturus adibat. *Aquila* & *Symmachus* ὁμοίωσιν verterunt, unde *Hieronymus ſimilitudinem* habet. LXX. δόξαν, quâ voce ſignificatur *gloria Dei*, vel præſentia Dei ad arcam, cujus arca ipſa ſymbolum erat.

COM-

Canticum Davidis, quo Deum laudat, quòd ab eo exauditus ſit, & liberatus difficilibus temporibus, quòd integritatem ejus remuneratus ſit, & omni genere beneficiorum tutatus; quamobrem gratias ei agit.

1. PRÆFECTO, SERVI JEHOVÆ DAVIDIS, qui Jehovæ verba Cantici hu- PSALM.
jus proloquutus eſt, quo die Jehova eum liberaverat è manu omnium hoſtium XVIII.
ſuorum, & *præſertim* è manu Saulis, 2. & dixit: AMABO te, ô Jehova fortitudo
mea. 3. Jehova eſt rupes mea, locus meus munitus, & liberator meus. Deus meus
eſt petra mea, in eo ſperabo, ſcutum meum, cornu ſalutis meæ, locus editus meus.
4. Laudatum invocabo Jehovam, & ab hoſtibus meis ſervabor. 5. Circumdederant
me vincula mortis & torrentes hominum nequam terruerant me. 6. Funes ſepulcri
cinxerant me, anteverterant me loquei mortis. 7. Cùm in anguſtiis eſſem, invocavi
Jehovam, Deum meum inclamavi; vocémque meam è palatio ſuo audivit, & clamor
meus, ante faciem *ejus emiſſus*, ad aures ejus pervenit.
8. Mota & concuſſa eſt terra, fundamenta montium nutarunt, & tremuerunt, quia
erat iratus. 9. Adſcendit fumus in ejus nares, ignis ex ore ejus *egreſſus* conſumſit, cóque prunæ ignitæ accenſæ ſunt. 10. Inclinavit cœlum & deſcendit, caligóque ſub pedibus ejus erat. 11. Vehebatur Cherubis & volabat, ſupráque venti alas ferebatur.
12. Poſuerat caliginem inſtar latebrarum circa ſe, *quaſi* tentorium ſuum, obſcuritatémque aquæm denſiſſimarum nubium. 13. Propter fulgorem, qui ante eum erat, nubes
illæ diſcuſſæ ſunt, grandóque & prunæ ignitæ deciderunt. 14. Tonuit in cœlo Jehova, altiſſimus vocem ſuam edidit, grandinémque & prunas ignis *emiſit*. 15. Jaculatus
eſt ſagittas ſuas & eos (*qui mihi adverſabantur*) diſperſit; fulmina multa, eóſque conturbavit.

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM Davidis, in quo gratias Deo agit victoriarum, quas de omnibus ſuis hoſtibus retulerat, & præſertim liberationis ab inſidiis, quas ei Saulus ſtruxerat; quod canticum miſſum eſt ad Præfectum Cantorum Sacrorum. 2. SEMPER te, ô Creator, amabo, qui fortitudinem mihi indidiſti, quâ eos omnes vici, qui me adgreſſi ſunt. 3. Fuit Deus mihi inſtar inacceſſæ rupis, quæ me incolumem præſtitit. Spem meam in eo ſemper collocabo, qui mihi inſtar clipei fuit, à quo hoſtium meorum tela ſunt excepta; & inſtar loci editi, in quem confugi. 4. Semper Creatorem meum laudabo, à quo hoſtibus meis ereptus ſum, atque eripiar. 5. Circumdederant me inſidiæ, quæ funeſtæ mihi eſſe poterant; & malorum torrentes me terruerant. 6. In laqueos incideram, qui mortem mihi minari videbantur. 7. Cùm in iis anguſtiis verſarer, Creatorem invocavi, eúmque clamoribus meis ad auxilium mihi ferendum excitavi; ille verò è cœlo me audivit, & clamores meos auribus benignis excepit.

8. Viſa mihi terra eſt moveri, & montes ad radices uſque concuti, quia Deus malis indignabatur. 9. Videbatur veluti fumus in nares ejus adſcendere, tum ignes ex ejus ore erumpere, iſque omnia mox conſumturus. 10. Veluti demittebatur cœlum in terras, & caligine Deus pedes ſuos videbatur tegere. 11. Ab Angelis currus ejus trahi videbatur & veluti volabat, dum ventis vehebatur. 12. Vel ſe undequaque caligine texerat Deus, quæ illi erat tentorii loco, denſiſſimiſque nubibus obnubilarat. 13. Sed nubes illæ mox ſunt diſcuſſæ, ceciditque ſimul grando, cum fulminibus. 14. Audita ſunt è cœlo tonitrua, quaſi vox Dei, grandóque, unà cum fulminibus, decidit. 15. Ea, quaſi ſagittas ſuas, demiſit, atque hoſtes meos perterre-

COMMENTARIUS
In PSALM. XVIII.

2. A*Mabo te, ô Jehova* &c.] Jam hunc Pſalmum, qualis hic exſtat, contulimus cum alio ejus exemplari, quod ſequutus eſt Scriptor 2. Libri Samuelis C. XXII. & quæcúmque enarratione indigere videbantur interpretati ſumus; nec dicta repetemus.

9. *Adſcendit fumus* &c.] Deſcribitur auxilium divinum, ſub imagine tempeſtatis, cum qua deſcriptione conferri poterit quod habet *Silius Italicus* Lib. XII, 699. & ſeqq.

Ipſe è Tarpeio ſublimis vertice cuncta
Et ventos ſimul & nubes & grandinis iras,
Fulmináque & tonitrus & nimbos conciet atros

Concuſſi tremuere poli, cœlúmque tenebris
Clauditur & terras cæco nox condit amictu.
——— *jactæ in turmas per nubila flammæ*
Stridorem ſervant, membriſque inſibilat ignis.
——— ——— *Fluit agmen aquarum*
Turbine confuſum piceo & nigrante procellâ.

11. *Supra alas venti*] Idem Poëta Ibid. verſ. 617.

Hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuſcis Africus alis
Bella movent.

 27. *Ut*

bavit; [16]. Conſpecti ſunt alvei aquarum, retecta ſunt fundamenta orbis, propter increpationem Jehovæ, & propter narium ejus ſpiritum. [17]. Miſit ex alto *ad me auxilium.* Sumſit me, atque ex aqua multa extraxit. [18]. Potenti hoſti meo me eripuit & odio habentibus me, quia me validiores erant. [19]. Anteverterant me die, quo mihi exitium erant adlaturi; ſed ſcipio mihi fuit Jehova. [20]. Me explicuit in latiorem campum, liberavitque me, quia ei placui.

[21]. Remuneratus me eſt Jehova, pro mea innocentia, & pro puritate manuum mearum mihi reddidit; [22]. etenim cuſtodivi vias Jehovæ, neque à Deo meo defeci; [23]. quia omnia ejus jura in conſpectu meo fuerunt, nec inſtituta ejus à me amovi. [24]. Integer erga eum fui, & mihi ab iniquitate cavi. [25]. Reddidit Jehova mihi, pro mea innocentia, & pro puritate manuum mearum, coram ejus oculis. [26]. Benefico, *ô Deus*, beneficum te præbes, & viro integro integrum. [27]. Puro purum te exhibes, & cùm perverſo te geris, ut perverſo dignum eſt; [28]. nam tu populum humilem ſervas, at oculos ſuperbos deprimis. [29]. Tu facies ut lucerna mea luceat, Deus meus caliginem meam illuſtrabit. [30]. Per te enim aciem tranſcurro, & per Deum meum tranſilio murum.

[31]. Dei perfecta *eſt* via, verbum Jehovæ eſt *inſtar metalli* conflatione purgati; clipeus ille eſt omnibus, qui ſpem in eo collocant. [32]. Quis enim Deus eſt, præter Jehovam? Quis eſt rupes, præter Deum noſtrum? [33]. Deus accingit me fortitudine, & viam meam integram reddit. [34]. Æquat pedes meos cervarum *pedibus*, & in editis meis locis ſtare me facit. [35]. Docet manus meas prælium, & frangitur arcus ferreus brachiis meis. [36]. Dediſti mihi clipeum liberationis tuæ & *pro* manſuetudine tuâ me auxiſti. [37]. Dilataſti greſſum meum ſub me, neque crura mea nutarunt. [38]. Perſequutus hoſtes

tes

terrefecit. 16. Eruperunt ſimul torrentes è terra, ùtque abyſſi veluti revelatæ ſunt; quaſi fundamenta orbis conſpicua facta eſſent, propter Creatoris indignationem. 17. E cœlo me adjuvit multiſque periculis eripuit. 18. Hoſtibus meis, potentibus licèt, me liberavit, qui ceteroqui me validiores erant. 19. Anteverterunt me, eo tempore, quo me perdituri erant; ſed Deus me contra eos firmavit. 20. Auguſtiis, quibus premebar; eripuit, quia ei non diſplicui.

21. Creator me, pro innocentia mea, præmio donavit; 22. etenim vias mibi ab eo monſtratas ſequutus ſum, neque ab eo defeci; 23. quia omnia ejus præcepta memoriæ meæ præſentia fuere, neque eorum umquam oblitus omnino ſum. 24. Integer vitæ, pro imbecillitate humana, ſemper fui, atque ab iniquitate nimia abſtinui. 25. Retribuit mihi Deus, pro innocentia mea, &, pro probitate morum meorum, me habuit, quæ ei perſpecta fuit. 26. Beneficum te præſtas, ô Creator, iis qui hominibus bene faciunt, atque iis, qui integros ſe præbent, faventem per omnia oſtendis. 27. Sceleris puros beneficiis ornas, atque cum improbis ita te geris, ut meriti ſunt; 28. nam homines quidem modeſtos ita habes, ut modeſtiæ eorum convenit; ſuperbos verò deprimis, ô Deus. 29. Me incolumem ſervabis, atque in adverſis tutum præſtabis; 30. nam, te mihi opem ferente, per armatam aciem erupi, & muros ipſos urbium ſuperavi.

31. Dei lex nulla in re à juſtitia deflectit, ſed metallo probè à ſcoriis purgato ſimilis eſt. Omnibus auxilio eſt contra hoſtes, qui ſpem ſuam in Dei beneficentia collocarunt. 32. Nullus enim Deus eſt, præter omnium rerum Creatorem; nec quiſquam hominum protector, ut ille. Deus noſter ſolus tutum aſylum nobis præbet. 33. Ille fortem me præſtat, facitque ut integritatem meam intemeratam ſervem. 34. Mihi hactenus pedum celeritatem conceſſit, ita ut propemodum cervas curſu æquem, ùtque in edita loca, ſine labore nimio, me recipiam, cùm opus eſt. 35. Manus meas ad prælium confirmas, faciſque ut iis arcus chalybeus frangatur. 36. Tu, ô Deus, quaſi me clipeo texiſti, quo me hoſtibus eripuiſti, méque, pro liberalitate tua, divitiis auxiſti. 37. Feciſti ut grandiore gradu incederem, & ne crura mea nutarent impediſti. 38. Hoſtes meos fugientes perſequutus

tus

27. *Ut perverſo dignum eſt*] תתפתל *thithphattal*, te perverſè geſſiſti. Sed ejuſmodi loquutio eodem recidit ac, *te geris, ut perverſo dignum eſt*, quomodo loqui maluimus, ne irreverenter de Deo loqui videremur. Ubi ſententia verborum ſat clara eſt, exprimenda potiùs eſt, quàm verba numeranda.

31. *Inſtar metalli conflatione purgati*] אמרת יי צרופה *imrath Jehovah tſerouphah*, verbum Dei conflatum. Vide ad Pſ. XII, 7.

34. *In editis meis locis* &c.] Hoc eſt, facit ut per montanas regiones facilè vagari, & in altiſſimas rupes confugere queam. Quod in deſertis Judææ, tempore Saülis, facere David neceſſe habuerat.

38. *Nec redii donec eos* &c.] Dubium non eſt quin hoſtes Davidis digniſſimi eſſent pœnis, quas ei dederunt; ſed res Davide digna non erat uſque adeò de eorum cladibus exſultare, & ultione veluti frui. Deus non cupiebat peccatorem mori, ſed reſipiſcere & vitam producere. Hoc exemplum omnis labis immune debemus ſequi, & contraria tribuere temporibus illis, quibus manſuetudo Evangelica nondum erat ſat perſpicuè revelata. Scio eſſe qui dicant ejuſmodi homines, quorum cladibus gaudere videtur David, fuiſſe Deo ipſi inimicos; quod nolim negare, ſed ſatius fuiſſet dolere, propter illorum hominum ſcelera, quæ tanta ſupplicia tulerant, quàm lætari. Bonus Judex invitus pœnas exigit etiam de ſceleratis, quos optaret nihil admiſiſſe pœnâ dignum; nec umquam ſibi veluti plaudit & triumphat, quòd plures homines ſecuri ſubjecerit.

43. *Qui*

tes meos, eos adſequutus ſum, nec redii donec eos deleviſſem. 39. Transfixi eos, nec potuerunt ſurgere, ſub pedes meos ceciderunt. 40. Adcinxiſti me fortitudine, ad prælium; incurvaſti ſub me eos, qui in me inſurrexerant. 41. Hoſtium meorum præbuiſti mihi cervicem, exſcidique eos qui me oderant. 42. Inclamarunt, neque fuit qui eos ſervaret; & *ipſum* Jehovam, nec eos exaudivit. 43. Comminui eos inſtar pulveris, qui vento expoſitus eſt, cóſque ut lutum platearum expuli. 44. Liberaſti me à contentionibus popularium meorum, & caput gentium conſtituiſti. Populus, quem non noram, mihi ſerviit. 45. Dicto mihi audientes fuerunt, *&* extranei mihi adulati ſunt. 46. Alienigenæ diffluxerunt, aut intra elauſtra ſua expaverunt. 47. Vivit Jehova, & benedicta eſt rupes mea, extollitúrque Deus auctor ſalutis meæ. 48. Deus mihi ultionem dat & populos ſubjicit. 49. Expediiſti me ab hoſtibus meis, ſupra inſurgentes in me extuliſti me, ab homine injurio me liberaſti. 50. Ideò laudabo te, ô Jehova, apud gentes & nomini tuo cantica dicam. 51. Deus magnificè ſervat Regem ſuum & ſe munificum præſtat Uncto ſuo Davidi, poſteriſque ejus, in perpetuum.

David laudat Deum ab operibus creationis, à Legum ejus præſtantia, quarum ut obſervans ſit auxilium Dei petit.

1. PRÆFECTO, CARMEN DAVIDIS. 2. Gloriam Dei cœli narrant & firmamentum, *quod eſt* opus manuum ejus, indicat. 3. Dies diei ſermonem eructat, nox PSALM. XIX.

tus ſum, nec in caſtra mea, niſi iis deletis, reverſus ſum. 39. Telis eos transfixi, nec potuerunt vulnerati ampliùs ſurgere. 40. Eâ fortitudine me donaſti, ut eos pedibus calcarem, qui in me ferociter rebellarant. 41. Hoſtium dorſa fugientium ut viderem effeciſti. 42. Auxilium Numinum ſuorum Gentes vicinæ invocarunt; nec fuit, qui eas ſervaret. Nec, cùm Creatorem ipſum invocarent, faventem expertæ ſunt. 43. In pulverem eas redegi, qui vento rapitur, & ut lutum platearum eas conculcavi. 44. Contentionibus popularium meorum me liberaſti, eorumque Regem conſtituiſti. 45. Mihi dicto audientes feciſti atque extraneos eò adduxiſti, ut mihi adulari cogerentur. 46. Alienigenæ in fugam adacti ſunt, aut intra urbes ſuas munitas compulſi, nec eò minùs territi erant. 47. Vivit Creator, eſtque mihi inſtar rupis inaeceſſæ, nec unquam ſatis laudandus, ſed ſemper ſalutis meæ auctor habendus. 48. Deus ultionem ſumet de hoſtibus meis, eóſque mihi ſubjiciet. 49. Liberaſti me, ô Deus, ab hoſtibus meis, me ſuperiorem eſſe voluiſti iis, qui contra me conſpiraverant, atque iis qui me injuriâ adfecerant, eripuiſti. 50. Quamobrem, ô Creator, apud omnes gentes, te laudabo, & canticis meis nomen tuum celebrabo. 51. Deus Regem, quem elegit, ſplendidè liberat, ſéque munificum præſtat Davidi, quem unxit, poſteriſque omnibus ejus ſe beneficum præſtabit in perpetuum.

P A R A P H R A S I S.

1. CANTICUM DAVIDIS Cantorum Præfecto datum, ut in Templo caneretur. 2. Quàm ſit potens Deus Cœli oſtendunt, ſole ſplendentes, & tot ſtellis diſtincti; quas ille creavit. 3. Quotidie homines fiunt doctiores, cùm ſive interdiu, ſole lucente, ſive noctu, micantibus aſtris, Dei opera

43. *Qui vento expoſitus eſt*] *Ante faciem venti.*

46. *Expaverunt*] יחרגו *jabbregou.* Diximus ad 2. Sam. XXII, 46. eſſe qui vertant, ex Arabiſmo, *migrarunt.* Re adcuratiùs expenſâ, vertimus hîc *expaverunt*, quia חרגא *bbarega* Chaldaicè eſt *pavor*, in Paraphraſi eâ Linguâ ſcripta Deut. XXXII, 25. Vertimus ממסגרותיהם *mimmisgerothehem*, intra elauſtra vel munimenta, quia מ ſæpe ſignificat idem ac *in* cum ablativo, hoc eſt, intra. Deut. XXXII, 27. & alibi. Vide *Chr. Noldium* ad ſignif. XVII. hujus particulæ. Poſſet etiam verti: *à clauſtris expaverunt.*

48. *Populos ſubjicit*] ידבר תחתי *jedabber thabhtai*, adducit ſub me. Sic 2. Sam. XXII, 48. מוריד *morid*, facit deſcendere, cum pernicie, unde דבר *deber*, peſtem ac perniciem ſignificat. LXX. Intt. ὑποτάξας, Chaldæus מתבר *frangens.*

49. *Expediiſti me*] מפלטי *mephallati*, liberator meus es ab &c.

C O M M E N T A R I U S
In PSALM. XIX.

2. GLoriam *Dei cœli narrant*] Oſtendunt quanta laude dignus ſit Deus, ob tantarum rerum creationem. Quod ſi olim verum erat, nec à Judæis tantùm, ſed & à Gentilibus eſt agnitum; nunc eſt, ut ſic dicam, vero verius, apud eos, qui rectiorem Philoſophiam deguſtarunt, ut oſtenderunt adcuratiores Phyſici.

Firmamentum] Vide not. ad Gen. I, 6.

3. *Dies diei ſermonem eructat*] יום ליום יביע אמר *jom lejom jabbiah omer.* Verbum נבע *nabah*, *in kal*, eſt inſtar fontis ſcaturit, unde מבוע

nox nocti ſcientiam patefacit. 4. Nulla eſt iis loquela, verba nulla; ſine *quibus tamen*
vox eorum auditur. 5. Per univerſam terram exiit eorum ſonitus, & eloquia ad ex-
tremum orbem *Deus* in eis Soli tabernaculum poſuit. 6. Is tamquam ſponſus è tha-
lamo ſuo egreditur, & inſtar viri fortis in decurrenda via gaudet. 7. Ab extremo cœ-
lo egreditur, & per ejus fines revolvitur, neque quidquam calorem ejus fugit.
8. Lex Jehovæ perfecta eſt, & animum *ad officium* revocat, teſtimonium Jehovæ fidum

opera adtentè contemplantur. 4. Nullam quidem ejusmodi Opera Divina vocem emittunt, ſed eorum pulcritudo, & motus, qualis oculis noſtris cernitur, inſtar vocis, homines de potentia Creatoris admonent. 5. Per omnes terras, vox ea auditur, ſine ullâ exceptione, atque, ad remotiſſimas terrarum oras pervenit. Deus in cœlo ſoli videtur quaſi tabernaculum poſuiſſe, è quo omnia luce illuſtrat, & calore fovet. 6. Is quotidie, ſponſi inſtar, è certa parte cœli, quaſi è thalamo, ſuo ſurgit, atque, ut curſor, diurnum ſpatium decurrit. 7. Ab extremo cœlo exoriri videtur, & poſtquam infra horizontem terram illuſtravit, ad nos redit, neque quidquam calorem ejus fugit.

8. Legi Creatoris nihil deeſt, eaque homines ad officium revocat. Quod teſtatus eſt Deus ſe velle fieri

מבוע *mabouah* eſt *ſcaturigo*. Vide Proverb. XVIII, 4. In Hiphil vero eſt *emittere* & valuti *eructare*, ut hîc & Pſ. LXXVIII, 2. Prov. I, 23. XV, 2, 28. LXX. Int. ideò verterunt ἐρεύγεται, quod Græci dicunt de aquis. *Homerus*, Odyſſ. E, 402.

> Ῥόχθει γὰρ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο
> Δεινὸν ἐρευγόμενον.

Murmurabat autem ingens fluctus ad aridam continentis vehementer eructatum. Ad quem locum Euſtathius p. MDXLV, 12. Ed. Rom. Ποταμοῦ στόμα καλλιρόου (verſu 441. ejusdem Libri Odyſſeæ) φησὶ μεταφορικῶς. ἐντεῦθεν δὲ καὶ στόματα ποταμῶν λέγονται· οἷς ἀκόλουθον καὶ τὸ λέγειν ἐρεύγεσθαι ποταμοὺς εἰς θάλασσαν. Vide & verſum 438. Sic & *Apollonius* Lib. II, 366.

> —— ῥοαὶ Ἅλυος ποταμοῖο
> Δεινὸν ἐρεύγονται.

Undæ Halyis fluvii vehementer eructantur. Quibus alia multa ſimilia poſſent coacervari. Ceterùm *dies diei ſermonem eructat* &c. eodem ſenſu dici videtur, ac Latini dicunt *dies diem docet*; hoc eſt, in dies, & in noctes ſingulas homines ſibi magis ac magis, è conſpectu cœli, perſuadere poſſunt, cœli contemplatione, mundum à Deo optimo, ſapientiſſimo & optimo eſſe conditum. Hîc verè *diſcipulus eſt prioris poſterior dies*, ut habet *P. Syri* ſenarius.

4. *Sine quibus tamen vox eorum auditur*] בלי נשמע קולם *bli niſchmah kolam*, ſine (iis) auditur vox eorum.

5. *Eorum ſonitus*] קום *kavam*, linea eorum. LXX. Int. verterunt ὁ φθόγγος αὐτῶν & *Symmachus*, ὁ ἦχος αὐτῶν, quod ſequuti ſumus, adducti cùm re ipſâ, quæ *ſonum* hîc poſtulat, non *lineam*; tum rationibus *Eduardi Pocockii*; qui Cap. V. Notarum Miſcellanearum ad Portam Moſis, ubi docet ex Arabica Lingua, ſimilem ineſſe poſſe ait ſignificatum voci Hebraïcæ. Vox Arabica קוי *kawe* (quæ Hebraïcæ קוא & קוה cum ה leni, ſeu quieſcente reſpondet) eſt *clamare*, *vociferari*. Eadem quoque poteſtas eſt verbi קוה *kawah*, cum ה mobili. Quæ pluribus comprobata, apud virum doctiſſimum, legi poterunt.

In eis ſoli tabernaculum poſuit] לשמש שם אהל בהם *laſſchemeſch ſcham ohel bahem*. *Aquila* & *Theodotion*, τῷ ἡλίῳ ἔθετο σκήνωμα ἐν αὐτοῖς, quos ſequutus eſt *Hieronymus*. Similiter *Symmachus*; τῷ ἡλίῳ ἔταξε σκηνὴν ἐν αὐτοῖς. Sed LXX. Int. habent: ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, quæ prava eſt verſio, unde nata abſurda commenta; qualia eorum fuerunt, quorum meminit *Clemens* Alexandrinus, in Eclog. è Script. Propheticis. § 56. Ἔνιοι μὲν οὖν φασι τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἐν τῷ ἡλίῳ αὐτὸν ἀποτίθεσθαι, ὡς Ἑρμογένης, σῶμα δὲ λέγουσιν οἱ μὲν τὸ σκῆνος αὐτοῦ, οἱ δὲ τὴν τῶν πιστῶν ἐκκλησίαν: *nonnulli quidem dicunt corpus Domini in ſole ipſum repoſuiſſe, ut Hermogenes. Alii verò corpus dicunt tabernaculum ejus, alii fidelium Eccleſiam.* Hinc & neſcio quæ commenticia Sibylla, cujus verba habet *Lactantius* Inſtit. Lib. VII, c. 18. ait à ſole Deum miſſurum Regem, qui faciet ut bellum per totam terram deſinat.

> Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο θεὸς πέμψει βασιλῆα,
> Ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο.

Auguſtinus Libro de Hæreſibus, de neſcio quibus Hæreticis, quos *Seleucianos*, vel *Hermianos* vocat, & qui fortè *Hermogeniani* dicendi ſunt (certè *Hermogeni* ſimilia ſenſerunt) agens, ſic loquitur: *negant Salvatorem in carne ſedere ad dexteram Patris, ſed eâ ſe exuiſſe perhibent, eámque in ſole poſuiſſe, accipientes orationem de Pſalmo, ubi legitur*: in ſole poſuit Tabernaculum ſuum. Id ipſum de Hermogene adfirmantem audivimus *Clementem*. Vide & *Philaſtrium* de Hæreſibus C. LV. Sic ex prava verſione ſomnia confinxerunt, quod & ſæpe aliàs contigit. Ceterùm tentorium ſol in cœlo habere dicitur, quòd in eo ſit ejus ſedes.

6. *Is tamquam ſponſus* &c.] Quod, nempe, ornatior è thalamo, in quo cum ſponſa fuerat, prodiret ſponſus.

7. *Egreditur*] מוצאו *motſao*, egreſſus ejus; hoc eſt, ortus, quo ſol egreditur aut egredi videtur è ſpaciis, quæ ad ortum Horizonti ſubjacent.

Revolvitur] תקופתו *thekouphatho*, revolutio ejus; hoc eſt, reditus ſolis per partem, quæ eſt infra Horizontem ad occaſum, unde ſub terra redit ad ortum, aut videtur redire.

Neque quidquam calorem ejus fugit.] *Nihil occultum à calore ejus*; calor ejus omnia penetrat; quæ ſunt, nempe, in ſuperficie terræ.

8. *Lex Jehovæ perfecta eſt*] Nempe, pro tem-

fidum eſt, & imperito ſapientiam ſuppeditat. 9. Præcepta Jehovæ recta ſunt, & animo lætitiam creant; mandatum Jehovæ purum eſt & oculos illuſtrat. 10. Timor Jehovæ mundus eſt, & in perpetuum permanet. Jura Jehovæ ſunt veritas, & ſimul juſta. 11. Digna ſunt, quæ plusquàm aurum & obryzum multum expetantur. Dulciores ſunt melle, & liquore favorum.

12. Etiam ſervus tuus iis illuſtratur, & eorum obſervationi multa merces *eſt propoſita.*

fieri id faciendum, cùm Lex Divina (*pro temporibus illis*) ſit perfecta atque imperitos quid ſit eorum officii doceat. 9. Præcepta Dei recta ſunt atque obſervata iis parentibus lætitiam creant; nullâ re fallunt, & nos quid Deo debeamus perſpicuè docent. 10. Timor ejus eſt cum animi munditie conjunctus, eáque ſemper ſervanda. 11. Hæc verò obſervatu digniora ſunt, quæ quærantur, quàm quævis divitiæ, & dulciora quam puriſſimum mel.

12. Eorum luce cultor tuus, ô Deus, illuſtratur, ac multam mercedem nanciſcitur, ſi ea obſervet.
13

tempore fœderis Moſaïci; ſed verè perfecta eſt tempore Chriſti, qui venit illam πληρῶσαι ut ait Matth. V, 17. Moſaica mundata erant tantùm πτωχὰ στοιχεῖα κόσμου, ſi Chriſti præceptis conſerantur, ut multis oſtendit Paulus in Epiſt. ad Galatas; quod mirum ab omnibus animadverſum non eſſe.

Animam ad officium revocat] משיבת נפש *meſchibath nepheſch*, faciens redire animam. Ambiguum eſt hoc loquendi genus, eſt enim *ſolari*, & *recreare* Ruth. IV, 15. Lam. I, 11, 16. tum etiam *revocare animum* ad officium Pſ. XXIII, 3. quo ſenſu hîc ſumi videtur. Bene *Buchananus: Lex animos ad honeſta flectit.* Hinc *redire* eſt ſæpe reverti ad officium, & *facere ut quis redeat*, eſt idem ac efficere ut ad ſaniorem mentem revertatur. Vide 2. Reg. XXIII, 25. 2. Ephemer. XXXVI, 13. & paſſim, tum Eſai. XLVI, 8. Ezeck. XVIII, 30.

Teſtimonium Jehovæ] Lex ejus, quam cùm ferret, Iſraelem ad eam obſervandam obteſtatus eſt. Sæpiùs hoc ſenſu occurrit vox Pſ. CXIX.

Imperito Sapientiam &c.] *Sapientem reddens ſimplicem*; eum officium docens, quod præ imperitia, negligebat.

9. *Animo lætitiam creant*] משמחי לב *mſchammehhe leb*, exhilarantia cor; ſi, nempe, obſerventur, nam neglecta animum torquent, cùm reputat ſe officio ſuo defuiſſe ac pœnas meritò ſibi contraxiſſe.

Purum eſt] ברה *barah*, nullâ miſturâ pravitatis eſt corruptum; qualia erant inſtituta aliarum Gentium, quibus plus multò mali inerat, quàm boni.

Oculos illuſtrat] Animi, nempe. Perinde eſt ac *ſapientiam ſuppeditat*, quod in antecedentibus habemus. Vide Pſ. XIII, 4. Sine revelatione divina homines cæci ſunt, & veluti in tenebris temerè vagantur; in iis præſertim quæ ad Dei cultum pertinent; quod Ethnicorum exemplo liquet.

10. *Timor Jehovæ mundus eſt*] Hoc eſt, qui timet Deum, ſeu leges ejus obſervat, mundus eſt à peccato. Vide Pſ. XII, 7.

In perpetuum permanet] Hoc eſt, non mutantur leges, quæ ad timorem Dei, ſeu obſervationem legum pertinent. Præceptis divinis ſemper parendum eſt. Leges verò humanæ ſæpe aut deſuetudine obſoleſcunt, aut ab hominibus, contrariis latis Legibus, antiquantur. Hæc ſunt intelligenda de iis, (quæ ſunt æterni juris, ſeu quæ per ſe pia & ſancta ſunt; non de ritibus.

11. *Liquore favorum*] נפת צופים *nopheth tſouphim*. Prius eſt à נוף *gouph*, ſtillare, alterum à צוף *tſouph* exundare; quia è favis defluit mel. Eſt ergo circumloquutio *mellis*, antea memorati, pro conſuetudine repetendi, quæ Hebræis ſollemnis. LXX. Intt. cùm non intelligerent vocem נפת *nopheth*, verterunt γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον.

12. *Etiam ſervus tuus*] Adloquitur ſubitò Pſaltes Deum, ut res ipſa oſtendit, quamvis Dei nomen hîc non legatur. Sed paſſim eſt ſupplendum, quod ad Librum Jobi ſæpiùs notavimus.

Eorum obſervationi &c.] In *obſervandis iis multa merces.* עקב רב *hekeb rab* LXX. Intt. ἀνταπόδοσις πολλή. Senſus optimè convenit, & radix עקב, apud Arabas, interdum *præmio*, aut *pœnâ adficere* ſignificat, & עקבה *ultionem.* At *M. Meibomius* Speciminis IV. Emendat. & Interpretat. Biblicarum, p. 4. vertendum putat, *obſervanda ea ad calcem*, nusquam vel in minimis ab iis diſcedendo. Verum ſanè eſt עקב ſignificare etiam *finem*, *extremum*, & propterea fortaſſe *merces* ſic dicitur; eo quòd, re demum ad finem perductâ *merces* accipiatur.

Sic verò pergit: עקב רב *utcumque acceperis intolerabiliter aures offendens ſolœciſmus eſt; nec* עקב *mercedis ſignificatione uſpiam reperitur.* Non fuerunt in ea ſententia LXX. Intt. ut ex hoc loco videmus. Quidam Pſ. LXXXVIII, 50. ἀντάλλαγμα vertunt, Pſ. XVIII, 12. ἀνταποδώσει, Pſ. CXVIII, 111. ἀντάμειψιν. & verbum ipſum עקב *hakab* Job. XXXVII, 4. ἀνταλλάξαι. Non quærimus hîc an bene ubique verterint, ſed hinc conſtat eorum ævo vulgò creditum huic voci *mercedis* poteſtatem eſſe ſubjectam. Quæ poteſtas in hunc locum optimè quadrat, & à Chaldæo interprete probata eſt. Auribus Meibomianis, in Lingua Hebraïca, à tot ſæculis exſtincta, & cujus unicus liber exſtat, non facilè credimus; atque audacter adfirmare non veremur hîc nullum eſſe ſolœciſmum, cùm עקב alius generis eſſe, quàm רב, nullo exemplo conſtet. Nec ullam rationem habuit poſteriorem voculam, ab hoc commate ad ſequens transferendi, & vertendi רב שגיאות *multitudinem errorum.* Eadem ſignificatio optimè convenit Proverb. XXII, 4. Quin & ſi quis probè adtendat ſignificationem adverbia-

 lem

ta. 13. Delicta, per errorem admiſſa, quis intelligat? Ab occultis *peccatis* munda me, ô *Deus.* 14. A ſuperbia etiam prohibe ſervum tuum, ne mihi dominetur. Tum verò perfectus ero & à multis delictis mundus. 15. Exigentur ad voluntatem *tuam,* verba oris mei, meditatióque animi mei erit coram te, o Jehova, rupes mea & redemtor meus.

Pre-

13. Verùm, in peccata inſcius incidit, quod quomodo vitare queat? At tu, ô Deus, à peccatis ex ignorantia commiſſis me purgato. 14. Superbiâ etiam me libera, nec patere eam in me invaleſcere; quo facto melior longè fiam, multorumque delictorum immunis ero. 15. Verba etiam mea ſint voluntati tuæ conſentanea, & quidquid tacitus meditabor, id quod tibi placet, ô Creator, qui es perfugium meum, & redemtor meus.

PARA-

lem vocis עקב, *quia, eo quòd,* videbit ἀνταλλάγματος vim ei aliquam ſub eſſe; nam illic adhibetur ubi quid, propter factum quod pium futurum eſt, aut præmii, aut pœnæ loco. Nec Metricam nobis Hebræorum oggerat, de qua prorſus loquenti tantò minus credimus, quantò frequentiùs infeliciter, in iis quæ aperit & probare vult ratiocinatur.

13. *Delicta per errorem admiſſa*] שגיאות *ſchgioth.* LXX. Intt. verterunt παραπτώματα, *Aquila* ἀγνοίας, *Symmachus* ἀγνοήματα & *Hieronymus*: *ignorantias.* Hoc ſolo loco exſtat, ſed eſt à שגה quod ignorantiâ, aut errare labi ſignificat, & idem ac משגה *miſchgab* Gen. XLIII, 12. & שגגה *ſchgagah.* Levit. IV, 2, 22, 27. Multa quidem hodie ignorantiâ peccantur, in leges Evangelicas; ſed multò frequentiora erant, apud Hebræos, ejuſcemodi peccata, propter rituales leges, in quas ab imperitis multa delicta facilè admitti poterant, aut quia eas omnino ignorabant, aut quia leges cuivis caſui aptare neſciebant. Quamobrem poſtea Pandectæ Thalmudicæ ſcriptæ ſunt, ut quid licitum, quid illicitum in ejuſmodi rebus, cenſerent Doctores, omnibus innoteſcere poſſet. Vide quæ diximus de id genus peccatis, ad Levit. IV. & Num. XV.

Ab occultis peccatis &c.] Videntur quidem delicta in meros ritus, qui per ſe boni nihil complectebantur, ſi ex mera ignorantia profecta eſſent, vix fuiſſe peccata. Sed fuere tamen graves rationes Deo victimas, ejuſmodi delictorum cauſâ, exigendi. Vide dicta ad Levit. IV, 20.

14. *A ſuperbia*] מזדים *mizzedim.* Eſt quidem propriè è *ſuperbis,* ſed perinde eſſe cenſuimus ac זדונים zedonim *ſuperbiis,* hoc eſt, ſuperbè factis, ut opponantur ταῖς שגיאות נסתרות quæ anteceſſerunt & quæ, ut vidimus, peccata *per errorem & ab inſcientibus* commiſſa. Solent enim hæc opponi peccatis per errorem commiſſis, ut diximus ad Levit. V, 1. & Num. XV, 30.

Fortè eſt pro מדברים זדים *middebarim zedim,* à verbis ſuperbis, vel מפשעים זדים *mippheſchahim zedim,* à peccatis ſuperbis, vel per ſuperbiam admiſſis; qualia erant eorum qui de peccato, quod mox admiſſuri ſunt, ex Lege monebantur, reſpondebántque ſuperbè ſe Legem nihili facere. Vide ad locum Num. XV. LXX. Intt. ἀπὸ ἀλλοτρίων, quaſi legiſſent מזרים *mizzarim,* quod eſt alienum ab hoc loco. *Aquila & Symmachus* ἀπὸ ὑπερηφάνων & *Hieronymus, à ſuperbis.*

Ne mihi dominetur] *Dominatur* iis peccatum, qui ſunt ejus *ſervi* facti; hoc eſt, qui cupiditatis ſuæ mancipia ſunt, neque ei ampliùs reſiſtere poſſunt. Vide Rom. VI, 12, 14. & ad eum locum Interpretes.

Perfectus ero] איתם *etham.* Putant eſſe futurum *Niphal* verbi תמם pro אִתַּם, ſed æquè commodè deducere poſſis à radice inuſitata יתם, ut ſit futurum kal אִיתַם ut אִירַק, אִישַׁן & אִיבַשׁ LXX. Intt. ἄμωμος ἔσομαι, *Hieronymus immaculatus ero*; hoc eſt, eatenus peccati expers, quatenus peccatis *elatâ manu,* ut loquebantur Hebræi, imò & iis, quæ per errorem admittuntur, carebo. Sunt enim multa peccata media, inter hæc duo, ſeu quæ adfectu admittuntur, ſine contemtu legis; ita ut peccatores ſimul intelligant ſe peccare, quamvis adfectui minimè obſiſtant, aut certè ſe peccaſſe, reſidente adfectu, non ignorent.

A multis delictis mundus] Quia Deus eum prohiberet à peccatis, per ſuperbiam, admiſſis, pro quibus nulla piacula admittebantur, ut docet Moſes Num. XV, 30. & mundus eſſet, hoc eſt, veniam impetraſſet eorum, quæ per errorem & ignorantiam, aut ſubitum adfectum, admiſiſſet, qualia multa erant.

15. *Exigentur ad voluntatem tuam*] יהיו לרצון *jihjou lratſon,* vel talia erunt ut tibi placeant. Vide Levit. XX, 21, 22.

Coram te] Hoc eſt, ſubita animi mei precatio, aut meditatio ejuſmodi erit, ut minimè optare debeam tibi eam eſſe ignotam. Servi, qui delinquunt in heros, præſertim duriores, optant rem latere; ſed ſi quid rectè faciunt, cupiunt à ſe coram heris fieri. Hinc *incedere coram Deo* Gen. XVII, 1. & paſſim eſt religioſum ſe erga eum præbere.

COM-

Preces populi pro Rege.

PSALM. XX.

¹. PRÆFECTO, CARMEN DAVIDIS. ². Exaudiat te Jehova, eo die quo in anguſtiis verſaberis; ſublimem te faciat nomen Deus Jacobi. ³. Mittat ad te, è Sacrario *ſuo* auxilium, atque è Sione te ſuſtentet. ⁴. Memor ſit omnium tuarum oblationum, & holocauſtum tuum in cinerem redigat. Selah. ⁵. Det tibi *Deus* quod cupis, & omne conſilium tuum impleat! ⁶. Lætas voces edemus, propter ſalutem tuam, & in nomine Dei noſtri vexillum adtollemus. Impleat Jehova quæcumque *ab eo* petis!

⁷. Nunc intellexi Jehovam ſervaſſe Unctum ſuum, ac exaudiviſſe è ſacro ſuo cœlo, for-

PARAPHRASIS.

1. CARMEN Davidis, quod ad Præcentorum Præfectum miſſum eſt, ut pro Rege caneretur. 2. Exaudiat te Deus, ô Rex, liberétque è rebus anguſtis, ſi in eas incideris. 3. E ſacrario ſuo montis Sionis, in quo habitat, tibi auxilietur! 4. Ne obliviſcatur eorum, quæ ei obtuliſti, tuáque holocautomata grata habeat. 5. Concedat tibi quod ab eo petis, & omnis tua recta conſilia impleat. 6. Tum verò lætas voces mittemus, quod te ſervaverit, vexilláque noſtra, invocato ejus nomine, tollemus.

7. Nunc tandem intellexi à Deo Regem ſuum incolumem ſervatum eſſe, atque Deum è ſua cœleſti ſede, faviſſe fortibus ejus geſtis, quibus periculis

COMMENTARIUS In PSALM. XX.

1. C*Armen Davidis*] Si ſit hic Pſalmus Davidis, ab eo eſt factus, in uſum populi.

2. *Quo in anguſtiis verſaberis*] *Anguſtia. M. Meibomius* p. 31. Specim. IV. contendit Pſalmum hunc eſſe gratulationem Regi Davidi exhibitam, poſtquàm victor à prælio rediiſſet. Non video tamen cur magna pars Pſalmi non contineat preces ad Deum fuſas, ut in poſterum Regem ſervet, quamvis victoriæ nonnulla mentio fiat. Hebræorum tempora ita inter ſe miſcent, ut verbum יענך & cetera, quæ ſunt in futuro, poſſent æquè verti præterito perfecto, imperfecto, futuro & optativo. Nonus quidem verſus, ut putat *Meibomius*, ubi quatuor præteriti temporis verba leguntur, docet, ſi ei credimus, quæ initio ſcripta ſunt per imperfectum tempus reddenda eſſe. Sed quiſquis leget verſionem noſtram, eâ ratione, non movebitur. Si mutandum eſſet tempus horum verborum, præſtaret præterito rem exprimere: *exaudivit te Dominus, in die anguſtiæ*, quàm *exaudiebat*, quæ ratio loquendi Teutonismum redolet.

Sublimem te faciat] ישגבך *jeſchagbeba*. Propriè ſignificat in locum editum tollere, qui vocatur משגב *miſchgab*; tralatitiâ verò poteſtate gloriâ & dignitate ſupra alios evehi. Vide Pſ. LIX, 2. LXXIX, 30.

3. *E ſacrario ſuo auxilium* &c.] Quaſi nempe, Deus è monte Sione, Angelos mitteret Davidi auxilium laturos.

4. *Memor ſit*] Quia memores ſumus eorum quos adjuvamus, ideò Deus dicitur memor eſſe ſacrificiorum Davidis, quia ei favebat. Vide Pſ. VIII, 5. CXV, 12. & paſſim.

In cinerem redigat] ידשנה *jedaſſcheneh*. Verbum דשן *diſſchen*, in *Pihel*. duo ſignificat. Prius eſt *pinguefacere*, à דשן *pinguedo*. Vide Pſalm. XXIII, 5. & Proverb. XV, 30. Hinc LXX. Intt. πιανάτω, *Symmachus*: [illegible] interpretantur, quaſi hoc Pſaltes vellet, *pingue æſtimet* adeóque acceptum habeat; eò quòd opimis pecudibus ſacra debebant fieri, ſed hæc non tantùm ſunt ſine exemplo, ſed etiam dura. Secundò hoc verbum ſignificat *cineres amovere* Exod. XXVII, 3. Num. IV, 3. Verum cùm hæc ſignificatio nihil ad rem faciat, Recentiores plures Interpretes conjecerunt vertendum hic potiùs *in cinerem redigat*; hoc eſt, probet, acceptum habeat; quia Deus accepta ſibi ſacra igne è cœlo demiſſo in cineres interdum redegit, quod contigit Davidi 1. Ephem. XXI, 26. filióque ejus Salomoni 2. Ephem. VII, 1. & Eliæ 1. Reg. XVIII, 24, 38. Hoc unum obſtat huic interpretationi, quòd דשן *diſſchen* alibi eo ſignificatu non occurrat. At cùm res ipſa tale quid omnino poſtulare videatur, Recentiorum judicio calculum noſtrum adjecimus.

Selah.] Vide ad Pſalm. III, 3.

5. *Quod cupis*] *Secundùm cor tuum.*

6. *Propter ſalutem tuam*] *In ſalute tua*; hoc eſt, cùm Deus te liberaverit ab hoſtibus, incolumémque nobis ſtiterit.

In nomine Dei noſtri vexillum adtollemus] בשם אלהינו נדגל *bſchem elohenou nidgal*, hoc eſt, vexilla exercituum populi Hebræi vocabimus *vexilla Jehovæ*, de nomine Dei noſtri; vel ad vexilla Dei noſtri, ejus nomine invocato, nos conferemus alacriter pro ſalute pugnaturi.

7. *Nunc intellexi* &c.] Hæc addita ſuperioribus videntur, auditâ Davidis victoriâ.

E ſacro ſuo cœlo] *E cœlis ſanctitatis ſuæ.*

Fortibus factis &c.] בגבורות ישע ימינו *bigbouroth jeſchah jemino*, in fortitudinibus ſalutis dextræ ejus. גבורות in plurali ſunt *fortia facta*, ut צדקות *juſta*, aliáque ſimilia. LXX. Intt. obſcurè ἐν δυναστείαις. *Symmachus* [illegible] obſcurè & incommodè. Sæpiùs hæc vox in plurali de Dei potentibus factis legitur in Pſalmis, ut LXXI, 16. CVI, 2. CXLV, 4, 12. CL, 2. & alibi.

8. *Alii*

fortibus factis, quibus ejus dextra eum liberavit. [8]. Alii currus ſuos, alii equos, nos
verò nomen Jehovæ Dei noſtri memorabimus. [9]. Illi quidem incurvati ſunt & cecide-
runt, nos verò ſurreximus & nos ereximus. [10]. Jehova, ſervato Regem, *qui* nos au-
diat tempore, quo ejus *auxilium* implorabimus.

Gratiæ, pro victoria Regis & clade hoſtium, Deo à populo reddita.

PSALM. XXI. [1]. PRÆFECTO, CARMEN DAVIDIS. [2]. Jehova, ob potentiam tuam quàm læta-
bitur Rex, & liberationis tuæ causâ quantopere exſultabit? [3]. Quod optaverat
apud animum ſuum ei largitus es, nec quod labia ejus protulerant negaſti. Selah. [4].
Prævertiſti eum bonitatis *tuæ* benedictionibus; capiti ejus coronam auream impoſuiſti.
[5]. Vitam à te petiit, & longævitatem in perpetuum ei conceſſiſti. [6]. Magna ejus glo-
ria fuit ob tuam liberationem; honorem & decus ei circumdediſti. [7]. Nam benedic-
tiones ei in perpetuum largitus es, vultu tuo lætitiâ eum exhilaraſti.

[8]. Rex

culis eſt ereptus. 8. Jactent alii ſuos currus, alii equitatum; at nos laudem omnem rei in Deum transferemus. 9. Illi proſtrati ſunt in terram, nos verò nos ereximus. 10. Perge verò, ô Creator, Regem noſtrum incolumem ſervare, ut nos audias, quando ad ejus auxilium confugiemus.

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS carmen, ad Præfectum Præcentorum miſſum. 2. O Creator, Rex Noſter ſummopere lætabitur, quod potentiâ tuâ eum periculo eripueris. 3. Quod tacitus, apud animum ſuum, optaverat ei conceſſiſti, nec quæ clarâ voce à te petierat ei negaſti. 4. Antevertiſti etiam tacita ejus vota, eique conceſſiſti quæ cupiebat; cùm coronam regiam capiti ejus impoſuiſti. 5. Vitam à te cùm in periculo petierit, longævitatem es largitus es. 6. Magnâ gloria cumulatus eſt à te, cùm eum liberaſti, honoribusque & decore cinxiſti. 7. Beneficiis eum cumulaſti in perpetuum, conſpectûque Arcæ exhilaraſti.

8. Is

8. *Alii currus ſuos* &c.] *Illi in curru, illi in equis, nos in nomine Jehovæ Dei noſtri memorabimus.* Hoc eſt, vires ſuas jactent alii in curribus & in equitatu ſitas, nos ſolum Deum noſtrum illis opponemus. Reſpicere videntur hæc ad copias Syrorum, de quibus 2. Sam. VIII, 4.

9. *Quis nos audiat tempore* &c.] יעננו *jabanenou.* Sic legitur in noſtris Codd. Hebraicis, & ſub voce הושיעה, *ſerva*, eſt accentus Athnach, unde factum ut verterit *Hieronymus*: *Domine, ſerva; Rex exaudiat nos.* Attamen LXX. Intt. habent: σῶσον τὸν βασιλέα, καὶ ἐπάκουσον. Ac tunc leges Accentuum non videntur magni fuiſſe ponderis, & conſtat Athnach, cùm alibi, tum maximè in Hagiographis membra non diſtinguere, ut obſervavit *Joan. Buxtorfius* in Theſauro Grammat. exemplisque in Epiſt. ad C. M. probavit *Sim. de Muis*. Iis adſentimur, quod & ante nos multi Recentiorum fecerunt. Verbum, quod ſequitur, aliter etiam legerunt LXX. Intt. verterunt enim quaſi ſcriptum eſſet ויעננו *vabanenou*, & exaudi nos. Quod meritò, ut mihi quidem videtur, probat *M. Meibomius*; ſed non erat cur, de re tantilla, usque adeò gloriaretur. Nos, ut ſolemus, Hebraica vertimus, qualia ea nunc habemus.

COMMENTARIUS
In PSALM. XXI.

3. *QUod optaverat, apud animum ſuum.*] *Deſiderium cordis ejus.*

Quod labia ejus protulerant negaſti] *Prolationem labiorum ejus prohibuiſti.* Sic etiam verbum מנע *manah* vertitur *negare* 2. Sam. XIII, 13. *Prolatio labiorum* dicuntur hîc preces. Rectè LXX. Intt. δέησιν τῶν χειλέων αὐτοῦ ἐστέρησας αὐτόν.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

5. *Longævitatem in perpetuum*] ארך ימים לעולם ועד *orech jamim leholam vahed.* Duo poſtrema verba, ubi de Deo ſermo eſt, æternitatem, ſine ullo prorſus fine, ſignificant; ſed ubi de creaturis, longum tempus, pro ſolita earum duratione, ut de duratione terræ Pſ. CIV, 5. Poſſit etiam hæc velle populus Deum, numquam revocandâ benignitate, Davidi longam vitam conceſſiſſe.

6. *Ob tuam liberationem*] *In tua ſalute.*

Ei circumdediſti] תשוה עליו *theſchavveh halau*, ſuper eum poſuiſti. Vide Pſalm LXXXIX, 20.

7. *Benedictiones ei largitus es*] תשיתהו ברכות *theſchithehou brachoth*, poſuiſti eum benedictiones; hoc eſt, undequaque ei benefeciſti. Vide Gen. XII, 2. Ezekiel. XXXIV, 2. Zach. VIII, 13. Numerus pluralis omne genus *benedictionum*, hoc eſt, bonorum ſignificat. Non abſurdè etiam interpreteris *feciſti eum benedictiones in perpetuum*, ut formula benedictionum ex eo ſumeretur, qualis hæc eſt: *Deus tibi benefaciat, ut Davidi benefecit!* Vide not ad Gen. XII. 2, 3.

Vultu tuo lætitiâ eum exhilaraſti] תחדהו בשמחה את פניך, *thechaddehou beſchimchah eth phanecha*, lætum feciſti eum cum facie tua; hoc eſt,

8. Rex enim, qui fidit Jehovæ & beneficentiæ Altiſſimi, non amovebitur. 9. Manus tua, *ô Deus*, omnes hoſtes tuos adſequetur, dextera tua comprehendet omnes, qui te odio habent. 10. Efficies ut ſint inſtar clibani igniti, tempore iræ tuæ; Jehova, indignatione ſuâ eos deglutiet, atque ignis eos depaſcetur. 11. Fructum eorum è terra, poſteritatémque è filiis hominum perdes. 12. Nam contra te defecerunt, malum excogitaverunt, *ſed* molitiones *perficere* non potuerunt; 13. humeros enim ut obverterent feciſti, & paraſti coram iis *ſagittas*, in nervis tuis. 14. Adtolle te Jehova, potentiâ tuâ; nos verò canemus & carminibus fortia tua facta celebrabimus.

Deſcri-

8. Is enim Rex, qui in Creatore fiduciam poſuit, ejusque beneficentiæ credidit, honoribus numquam excidit. 9. Hoſtes vero tui, ô Deus, in manus tuas incident, neque pœnas, quas tibi debent, aufugere poterunt. 10. Tempore, quo de iis pœnas repetes, ardorem juſtitiæ experientur, ut ignis vehementiam clibanus, in quo liquefiunt metalla. Deus indignatione ſuâ eos abſumet, nec ampliùs erunt, quaſi eſſent igne omnes abſumti. 11. Poſteros eorum omnes è medio tolles; 12. quia cum à te defeciſſent, & cultoribus tuis mala molirentur, mala conſilia ad finem perducere non potuerunt; 13. eosque in fugam convertes, & ſagittis fugientes confodiſti. 14. Superiorem te oſtende omnibus, potentiâ tua; nos vero canticis noſtris potentiam tuam & facta ingentia extollemus.

PARA-

eſt, dum admiſiſti eum in tuum conſpectum (in Sionem, ubi erat Arca) hominem beaſti. Vide Pſalm XVI, 11. CXL, 14. ubi eadem loquutio.

8. *Non amovebitur*] בל ימוט *bal jimmoth*, non amovebitur à ſedibus ſuis, aut ſolio regio.

9. *Omnes hoſtes tuos adſequetur*] Aut *adſequatur*. Eſt תמצא *inveniet*; fruſtra fugient, aut latere conabuntur hoſtes tui; manus tua, ô Deus, eos adſequetur & malè mulctabit. Iterum adhibetur, ubi vertimus *comprehendet*, quia Latinæ aures non tuliſſent *inveniet*. Vide Eſaiæ X, 10, 14.

Qui te odio habent] Nam Deum Iſraëlis, ejúsque cultum odio habebant Ethnici populi, qui finitimas Terræ Sanctæ regiones incolebant, frequentibúsque bellis Populum Hebræum exercitum habebant.

10. *Efficies ut ſint inſtar clibani igniti*] תשיתמו כתנור אש *theſchithemo chethannour eſch*, pones eos inſtar clibani ignis. Ut clibanus plenus igne aduritur & infuſcatur: ſic ii populi urentur calamitatibus, & fuſci fient. Vide Lam. V, 10. & Malach. IV, 1.

Tempore iræ tuæ] לעת פניך *lebeth phanecha*, tempore *faciei tuæ*; hoc eſt, iræ, quemadmodum in hoc loquendi genere, ubi de Deo ſermo eſt, *ponere faciem contra aliquem*, ut Levit. XX, 3, 5, 6. Jerem. XII, 10. XLIV, 10.

Deglutiet] Hoc eſt, abſumet; ut abſumuntur quæ à feris deglutiuntur.

11. *Fructum eorum*] פרימו *phirjamo*. Fructus dicuntur hîc liberi. Integra loquutio eſt *fructus uteri*. Vide Pſ. CXXVII, 3. CXXXII, 9. *Jerem.* II, 20.

Contra te defecerunt] נטו עליך *naton balecha*, declinarunt contra te. Vide Num. XXIII, 32. Deut. XXI, 18. 1. Reg. II, 28.

Malum excogitaverunt] רעה חשבו *rabah bhaſchebou*. Has voces conjungimus, quia cum נטו, quod antecedit, nonniſi incommodè & præter uſum conjungi poſſit רעה *rabah*, quod ſolet cum verbo חשב conſtrui. Vide Eſth. IX, 29. Ezek. XXXVIII, 10. Pſ. CXL, 3.

Sed molitiones perficere non potuerunt] מזמה בל יוכלו *mzimmah bal jouchalou*, molitionem non potuerunt; nempe, perficere. מזמה *mzimmah* tam malam, quàm bonam, molitionem ſignificat; ſed hîc in malam partem ſumitur, ut & Pſ. X, 2, 4. XXXVII, 7. & alibi.

13. *Humeros ut obverterent &c.*] *Poſuiſti eos humerum*, תשיתמו שכם *theſchithemo ſechem*. Similis loquutio eſt Pſ. XVIII, 41. *hoſtes meos dediſti mihi cervicem*, pro eo quod eſt, obvertiſti mihi hoſtium cervicem, dum eos in fugam dediſti.

Paraſti ſagittas, in nervis tuis] במיתריך תכונן *bmetharecha thechonen*. in funibus tuis paraſti. Supplevimus חצים *hhitſim* ex Pſ. XI, 2. כונו חצם על יתר *pararunt ſagittam ſuam in ſuo nervo*; hoc eſt, impoſuerunt ſagittam arcui & crenam nervo immiſerunt. Vide Pſ. LXIV, 8.

14. *Fortia tua facta*] גבורתך *ghourathcha*, quod poſſit etiam verti *potentiam tuam*; ſed quia Deus ſub ſagittarii habitu deſcribitur, maluimus *fortia facta*, ut ſit ſingulare pro plurali, quod frequens eſt.

COM-

Deſcribuntur Davidis calamitates & anguſtiæ, quibus liberari ſe à Deo petit; cui gratum animum, ob liberationem, pollicetur.

PSALM. XXII.

[1]. PRÆFECTO, AD MODUM CERVÆ AURORÆ, CARMEN DAVIDIS. [2]. Deus mi, Deus mi, cur me deſeruiſti, procul à liberatione mea remotus, & à verbis rugitûs mei. [3]. Deus mi, invocavi te interdiu, nec me exaudiſti, & noctu, nec ſilentium mihi *fuit*. [4]. Tu tamen ſanctus *cœlum* habitas, *unde* laudes Iſraëlis *audis*. [5]. Tibi confiderunt Majores noſtri, confiderunt, eóſque liberaſti. [6]. Te inclamarunt, & evaſerunt; in te fiduciam collocarunt, nec eos puduit. [7]. Ego verò ver-

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM Davidis miſſum ad Muſicæ Sacræ Præfectum, ad modos carminis, quod *Cerva Aurora* dicitur. 2. O Deus mi, cur me auxilii egenum deſeruiſti, quaſi me ab hoſtibus meis liberare nolles, & quaſi querclarum rationem habere nolles? 3. O Deus mi, cur te interdiu invocantem non audiſti, quaſi exaudire nolles, & clam res meas perpetuò averſareris? 4. Tu tamen cœlum habitas non minùs hodie, quàm olim, & laudes Iſraëlitarum libens audis. 5. Jam fiduciam in te Majores noſtri poſuerant, cùm tibi fiderent; nec ſuæ illius fiduciæ eos unquam puduit, cùm illos ſemper ab hoſtibus liberaris. 6. Te invocarunt, & reverà liberati ſunt, cumque te freti eſſent evaſerunt, neque illos tui puduit. 7. At ego ſimilior ſum viribus vermi, quàm viro, om-

COMMENTARIUS
In PSALM. XXII.

1. AD *modum cervæ auroræ*] על אילת השחר *hal ajileth baſſchabbar.* Quid ſibi velint poſteriora duo verba, ſi ſeorſim ſpectentur, ſatis liquet. Verùm hîc videtur eſſe aut initium carminis noti, aut muſicum loquendi genus; de quo ſatius eſt tacere, quàm prorſus incerta proloqui. Cùm verò multa hîc ſint, quæ nonniſi impropriè quadrant in Davidem, proprio verò ſenſu in Chriſto ſint impleta; meritò Interpretes majorem rationem habuerunt Jeſu-Chriſti, in eo interpretando, quàm Davidis. Attamen cùm huic etiam tralaticio ſignificatu convenire queant, à nobis prorſus prætermittendum non putavimus. Utile eſt etiam ἐπιγραφῆς ductus hîc obſervare, ut magis eluceat res ipſa, cujus quæ Davidi contigerunt ſunt tantùm levis adumbratio.

2.* *Deus mi, Deus mi, cur me deſeruiſti*] Hæc verba David proferre potuit, cùm in magno periculo verſaretur, & ne in manus Saülis incideret vereretur. Sed Chriſtus, cùm hæc eadem verba in cruce proferat (niſi quòd pro Hebraica voce עזבתני *bazabthani*, uſus ſit Chaldaica שבקתני *ſabakthani*) graviores rationes habuit ita loquendi; cùm Deus eum, quem tantâ poteſtate inſtruxerat, paſſus eſſet crucifigi. Qua in re, ita ſe gerebat Deus, quaſi Filium deſeruiſſet, quamvis tum maximè ei faveret. Vide de hac querela, quæ ad Pſ. XLII, 10. Vide etiam Init. ad Matth. XXVII, 46.

Procul à liberatione mea remotus] *Procul à ſalute mea.* Quia qui remoti ſunt, apud homines, non juvant; hoc loquendi genus Deo aptatum ſignificat eum non auxiliari, ut Pſ. X, 1.

Et à verbis rugitûs mei] דברי שאגתי *dibre ſchaagathi.* Vertimus quaſi eſſet ומדברי *oumiddibre* Ut qui procul ſunt ab iis, quibus auxiliari poſſent, non audiunt eorum querelas, nec auxilium ferunt: ſic Deus veluti remotus cenſebatur à Davide, quòd ſibi præſens auxilium non ferret. *Rugitus* eſt quidem propriè leonis, ſed de verbis hominis graviter querentis & opem alienam implorantis etiam dicitur. Vide Job. III, 24. Pſ. XXXII, 3. & XXXVIII, 9.

3. *Nec me exaudiſti*] Hæc David, quia non illico à Deo adjutus fuerat; ſed Chriſtum à Patre exauditum hinc liquebat, quòd Angelos eum confirmaturos è cœlo miſiſſet. Luc. XXII, 43.

Et noctu] Interdiu quidem & noctu Deum, ſine dubio, oraverat David; ſed inſigniores ultimæ illæ preces Chriſti, in horto Gethſemanes, antequàm caperetur.

4. *Cœlum habitas* &c.] יושב תהלות ישראל *joſcheb thebilloth jiſeraël*, habitas laudes Iſraëlis. LXX. Intt. habent: σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς ὁ ἔπαινος (*Aquila* ὕμνος) Ἰσραὴλ, quaſi legiſſent במקדש *bammikdaſch* intelligendáque eſſet Arca. Qui vertunt: *inter laudes Iſraëlis*, ſat incommodè loquuntur. Itaque maluimus vertere, quaſi legeretur hîc: ישב בשמים ושומע תהלות ישראל *joſcheb baſſchamajim veſchomeah* &c. qui videtur ſenſus eſſe, cujus causâ, multa ſunt ſupplenda; quæ niſi exciderint, fatendum erit valde interdum ellipticam eſſe orationem Hebræorum; quod verum eſſe permulta loca oſtendunt. Hic verſus & duo ſequentes Davidi potiùs conveniunt quàm Chriſto; qui alias graviores rationes habuit, cur à Deo Patre exaudiretur. Sed in hac adumbrata pictura, quædam ſunt πάρεργα, quæ ad picturam potiùs pertinent, quàm ad Archetypum.

5. *Confiderunt*] בטחו *batebhou*, quod ter repetitur, ut doceantur homines neminem ſperare poſſe ſe exauditum iri, niſi certò credat Deum poſſe & velle omnia, piorum causâ; ſi modò expediat ea fieri. De potentia & bonitate Dei dubitantes fruſtra quidquam à Deo expectent, qui, ante omnia, ſibi credi vult.

7. *Vermis ſum*] Contemtiſſimum inſectum, cum quo ſe confert David. Vide Job. XXV, 6. Eſa

vermis ſum, non homo; opprobrium hominis, & contemtiſſimus populi. 8. Omnes
me videntes ſubſannant me, diducunt labia, & motitant caput, *his verbis additis*: 9. de-
volvit *negotium ſuum* in Jehovam; eum liberet & eripiat, ſi ei gratus eſt. 10. Quia tu
eduxiſti me ab utero, & me fiduciâ *tui* impleſti, cùm ubera matris meæ ſugerem. 11.
In te projectus ſum è matrice; Deus meus es, ex utero matris meæ. 12. Ne à me rece-
das, cùm anguſtia ſit proxima, nec ullus auxilium *mihi* ferat. 13. Circumdederunt me
ju-

omnium contemtiſſimus. 8. Omnes qui in me incidunt, me naſo ſuſpendunt, labiis ſubſannant, caput mihi illudentes motitant, adduntque me à Deo auxilium exſpectare; 9. atque oportere me, qui Creatori confidi, méque ei permiſi, liberari & periculo eripi, ſi ei gratus ſum; 10. quia me naſci voluiſti, & ab ipſa pueritia mihi, ſingulari ratione, fiduciam tui injeciſti. 11. Me naſcentem ex utero matris veluti excepiſti, atque educaſti. 12. Ne vero me deſeras, cùm mihi anguſtiæ immineant, cumque nemo ſit, qui mihi auxiliari velit. 13. Cinxerunt mei inimici, quaſi Baſanitidis tauri, cor-

6. Eſa. XLI, 14. Nihil aliud hîc quærendum & præpoſterè ingenioſi ſunt, qui putant reſpici ad ſagum coccineum Chriſto à militibus impoſitum; quia תולעת *tholahath*, vermem, unde fit color coccineus, ſignificat. Contemtum tantùm ſpectari oſtendunt ſequentia verba, & magis propriè hoc de ſe dicere potuit David, quàm Chriſtus; qui non poterat contemni, niſi ab iis, quibus ſumma ejus dignitas, quâ infra Deum patrem par nulla fuit, eritve, ignota erat. Vide *Sam. Bochartum* Hierozoïci P. 2. Lib. IV. c. 28.

8. *Subſannant me* &c.] Hoc quidem factum videri poteſt erga Davidem, ſed multò atrociùs ac fœdiùs adverſùs Jeſum Chriſtum. Vide Matth. XXVII, 27. & ſeqq. 39. & ſeqq.

His verbis additis] Hæc intelligenda hic res ipſa oſtendit.

9. *Devolvit negotium ſuum in Jehovam*] גל אל יהוה *gol el Jehovah*, volve *aut* volvere in Jehovam. Fortè excidit גלל *galal*, ut ſcriptum fuerit גל גלל אל יהוה *gol galal el Jehova*, devolvendo devolvit in Jehovam; aut voci גל adjicienda littera ל, ut fiat præteritum גלל. Præterea ſubaudiendum דברו *dbaro*, rem tuam. Aut ſi nihil omiſſum ſit, longinquitate temporis, aut culpâ librariorum; res tamen ita intelligenda, quaſi reverâ verbum illud adeſſet. Vide Pſ. XXXVII, 5. Prov. XVI, 3. Eſt Metaphora ex iis deſumta, qui nimis onuſti, aut totum onus, aut ejus certè partem ex humeris devolvunt, & alii robuſtiori, aut nequaquam onuſto mandant. Gallicè dicimus: *ſe décharger ſur quelcun.* Hîc eſt adquieſcere in Divina Providentia, ejúſque auxilium, non ſine fiducia, exſpectare. Eſt egregius, hanc in rem, locus *Æſchyli*, Agamemnone, verſ. 171. & ſeqq.

Οὐκ ἔχω προσεικάσαι
Πάντ' ἐπισταθμώμενος
Πλὴν Διὸς, εἰ τόδε μάταν
Ἀπὸ φροντίδος ἄχθος
Χρὴ βαλεῖν ἐτητύμως.

Non poſſum conjectare, cùm omnia penſitem, præter Jovem, in quem hoc vanum curæ pondus projiciendum ſit, *oporteat verè projicere.* Ad quem locum vide Scholiaſten, qui rectè valde hæc religioſa eſſe putat. *Devolvit in Deum* Chriſtus quod ad ſe pertinebat, cùm dixit: *non mea voluntas, ſed tua fiat.* Luc. XXII, 42.

Eum liberet & eripiat &c.] Videntur hæc ipſa Pſalmi verba improbi Judæi, adverſùs Chriſtum, protuliſſe. Solebat enim ea gens uti verbis Scripturæ, pro re nata, eíque cuilibet negotio aptare. Vide Matth. XXVII, 43.

Si ei gratus eſt.] כי חפץ בו *chi hhaphets bo*, LXX. Intt. ὅτι θέλει αὐτόν, quemadmodum loquuntur Judæi, apud Matthæum. Crediderim tamen כי hic eſſe perinde ac אם *im*, ſi, ut Exod. XX, 25. Num. V, 20. Deut. VI, 25. & alibi. Vide *Chr. Noldium* ad ſignif. XXIV. Poſſet tamen & ironicè dictum intelligi: *quandoquidem ei gratus eſt*, vel *eo* Deus *delectatur.*

10. *Tu eduxiſti me ab utero*] גחי מבטן *gobhi mibbeten*, eruptio mea ex utero. Idem verbum adhibetur Job. XXXVIII, 8. de formatione maris: LXX. Intt. ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός. *Hieronymus* verò: *propugnator meus es*; Eſt locus huic ſimilis Pſ. LXXI, 6. *Te fretus ſum ab utero, à viſceribus matris meæ, tu eduxiſti me tu* גוזי *gozi*, eductor meus, quæ vox rarior eſt, de qua ad eum locum.

Me fiducia tui impleſti] מבטיחי *mabtihhi*, faciens me confidere. Hæc ſunt hyperbolica. Vult David ſe à pueritia in Deo fiduciam collocaſſe. Sed hæc ſunt veriora de Chriſto, qui à prima pueritia ſpiritus in ſe divini ſpecimina edidit. Vide Lucam. II, 40. & ſeqq.

Cùm ubera matris meæ &c.] *Super ubera matris meæ.*

11. *In te projectus ſum è matrice*] עליך השלכתי מרחם *halecha hoſchlachthi merehhem*, hoc eſt, me quaſi filium tuum agnoviſti. Metaphora eſt deſumta è conſuetudine Veterum, qui infantes recens natos parentum atque avorum genubus imponebant; de qua diximus ad Gen. L, 23 Hæc multò ſublimiore ſenſu conveniunt Jeſu-Chriſto, qui fuit *unigenitus Dei filius*, quod de nullo alio dici queat.

Deus meus es &c.] Singulari ratione mihi faves. Vide notata ad Geneſ. XVII, 8.

12. *Ne à me recedas*] Vide ad verſ. 2.

13. *Juvenci multi*] פרים רבים *pharim rabbim.* Hîc ſunt tauri jam plenum robur adepti, ut Jud. VI, 25. de qua voce, conſule *Sam. Bochartum* Hierozoïci P. 1. Lib. II. c. 28.

Tauri Baſanitidis] אבירי בשן *abbire Baſchan*; hoc eſt, ingentes tauri, quales in Baſanitide alebantur. Intelliguntur utroque nomine viri potentes, qui aderant Saüli, ſi de Davide res intelligatur; ſi de Chriſto, proceres Judæorum. Vide Chaldæam Paraphraſin & Pſ. LXVIII, 31. & Eſaiæ XXXIV, 7. Deſcribuntur quaſi Da-

juvenci multi, cinxerunt me tauri Baſanitidis. [14]. Aperuerunt contra me os ſuum, *inſtar* leonis rapientis, aut rugientis. [15]. Inſtar aquæ effuſus ſum, luxata ſunt omnia oſſa mea, cor meum inſtar ceræ, in mediis meis viſceribus, liquefactum eſt. [16]. Ut teſta exaruit vis mea, lingua mea adhæſit faucibus meis, atque in pulverem mortis me dejeciſti; [17]. quia circumdederunt me canes & turba maleficorum vinxerunt, foderúntque

cornibus infeſtis mihi minantes. 14. Mihi minantur, quaſi eſſent leones rapaces & rugientes, qui hiante ore me rapturi mox eſſent, magno eum rugitu. 15. Nunc tandem vires mihi deſunt, atque oſſa mea luxata ſunt; cor meum eſt inſtar ceræ liquefactæ in viſceribus meis. 16. Vires meæ prorſus exaruere, quaſi teſtæ eſſent ſoli expoſitæ, quibus nullus humor adhæret, lingua mea morbo exſiccata vix moveri poterat; 17. quia adlatrabant me maledici, & turba improborum me cinxerat, ac

Davidem & Chriſtum carnibus impetituri, iiſque minantes.

14. *Aperuerunt contra me os ſuum*] Altera eſt comparatio, quâ homines ſcelerati non ampliùs tauris, ſed leonibus comparantur. Frequenter ejusmodi homines conferuntur cum leonibus, quam in rem vide collectanea *Sam. Bocharti* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 5.

15. *Inſtar aquæ effuſus ſum* &c.] Hæc omnia ſignificant animam deficientem, præ metu & dolore; & ſynonyma hæc, majoris ἐμφάσεως cauſâ, coacervantur. De ſingulis conſulatur *Martinus Geierus* ad hunc locum, aut Concordantiæ. Nihil enim obſcuri aut reconditioris naturæ, iis ineſt.

Inſtar ceræ &c,] Simili comparatione uſus *Ovidius* Ep. II, 65. Lib. I. ex Ponto:

Sic mea perpetuis liqueſiunt pectora curis,
Ignibus admotis, ut nova cera ſolet.

16. *Ut teſta exaruit vis mea*] Nihil eſt aridius teſta, cui aliquo modo ſimilia ſunt corpora, vi morbi exhauſta atque exareſacta. Ideò defectus virium, quæ oriuntur ex copia bene temperati ſanguinis, confertur cum ariditate teſtæ.

Lingua mea adhæſit &c.] לשוני מדבק מלקוחי *lſchoni mudbak malkobbai.* Supplendum אל *al*, ante מלקוחי, ut Ezech. III, 26. *linguam tuam* ארביק אל חכך *adhærere faciam palato tuo.* Præ nimio metu, omnis ſaliva exſiccatur, & lingua difficiliùs movetur, ita ut faucibus, aut palato adhærere videatur; quo in ſtatu, ægrè poſſunt homines perterriti loqui. Ideóque Pſalm. CXXXVII, 6. ad deſcribendum vocis uſum amiſſum, adhibetur hoc loquendi genus.

In pulverem mortis me dejeciſti] לעפר מות תשפתני *lebaphar moth theſchphethent*, pulveri mortis poſuiſti; hoc eſt, in pulverem, quaſi moribundum, dejeciſti. Eſt translaticia loquutio ad ſignificandum proximæ mortis metum, qualis eſt ejus, qui, amiſſâ magnâ parte ſanguinis, per vulnera, in humum labitur; neque quidquam exſpectat, præter mortem. Hæc melius conveniunt Chriſto, quàm Davidi, qui in tam proximæ & tam certæ mortis metu numquam fuit; nec in eum quadrant niſi ὑπερβολικῶς.

17. *Canes*] *Aquila & Symmachus* θηρευταὶ verterant, quaſi intellexiſſent hæc de canibus venaticis feram fatigatam & moribundam, ob eorum morſus, cingentibus. Sic & Hieronymus: *Venatores.*

Cinxerunt] הקיפוני *bikkiphouni.* LXX. Intt verterunt περιέσχον με, è linguæ Syriacæ uſu, in qua נקף *nekaph*, cingere ſignificat, imò etiam ot ſumitur Pſ. XVII, 9. *Hieronymus* habet: *concilium peſſimorum vallavit.*

Foderúntque manus meas & pedes meos] כארי ידי ורגלי *chaari jadai veraglai*, inſtar leonis manus meas & pedes meos. Sic legunt hodie Judæi; cum conſtet ex LXX. Intt. & *Aquila*, lectum olim כארו *charou*, cum priores verterint ὤρυξαν, poſterior ᾔσχυναν. De quo loco tam multa ab eruditis viris dicta ſunt, ut nobis otium fecerint. Optima & potiſſima congeſſit *Sam. Bochartus* in ſingulare Caput *Hierozoici* quod eſt 6. Lib. III. P. 1. Pauca tantùm ex eo & aliis delibabimus.

Primùm conſtat ex adlatis duabus verſionibus priſcis, quæ à Chriſtianis factæ non ſunt, lectum olim hîc fuiſſe כארו, aut כרו, quod idem eſt, nam א interdum interponitur, ad vocalis longæ ſonum protrahendum, ideóque vocatur à Grammaticis *Aleph* משך ſeu *protractionis.* Vide Hoſ. X, 14. Proverb. XXIV, 7. Zachar. XIV, 10. Ideò verterunt LXX. Intt. ὤρυξαν *foderunt* nam hæc eſt verbi כרה poteſtas Pſ. XL, 7. At *Aquila* verterat ᾔσχυναν, à ſignificatu Chaldaico vocis כאר *chaar*, fœdavit; credidit, nempo, τὸ א eſſe *radicale*, ut loquuntur Grammatici. *Hieronymus*, etiam, in Verſione ex Hebræo, vertit *fixerunt.* Quod & Maſſora marginalis teſtatur כתיב, hoc eſt, ſcriptum fuiſſe in textu כארו, ac proinde כארי debuiſſet eſſe in margine, contra quàm factum eſt. Idem teſtatur R. *Chajim*, in Maſſora magna, quæ eſt ad calcem; eſtque exemplar in Bibliotheca Colbertina num. 626. ubi ſcriptum eſt in textu כארו cum *kamets* ſub כ, & ſine puncto ſub א, quod tantùm ſuprà apice ſignatur, quaſi ſuperfluum, cúmque puncto *Schourek* in ו, ut liqueret כרו veram fuiſſe lectionem. Alia etiam ſimilia exemplaria ſunt à viris doctis laudata, ut obſervat *Sixt. Amama* ad hunc locum, & poſt eum *Sam. Bochartus.* Nec כארי editum eſt in textu, ſi *Joanni Druſio* credimus, apud *Sixt. Amamam Anti barbari* Lib. III. p. 725. niſi per nequitiam Judæi Correctoris in Typographia *Bombergi*; cui, cum vellet ſequi Codd. à R. *Chajim* laudatos, ſignificavit improbus Emtor effecturum ſe, ne hoc faceret *Bombergus*, ne ullum exemplar à Judæis emeretur.

Præterea res ipſa lectioni כארו *chaarou* favet, quia ex altera כארי vix allus commodus ſenſus exſculpi queat, ut oſtendit *Bochartus.* Attamen *Eduardus Pocockius*, in notis ad Portam Moſis Cap. IV. p. 64. contendit, quamvis retineretur lectio כארי, poſſe Chriſtianos ex hæc loco

que manus meas & pedes meos. 18. Numerare poſſim omnia mea oſſa, ipſi adſpicient & me videbunt. 19. Inter ſe diviſerunt veſtimenta mea, & ſortem in indumentum meum jecerunt.

20. Tu verò, ô Jehova, ne te amoveas, ô fortitudo mea, ad auxilium meum propera. 21. Eripe vitam meam gladio, & unicam meam è manu canis. 22. Serva me ex ore leonis, qui cornibus Orygum *objectum* exaudiſti me. 23. Celebrabo nomen tuum apud fratres meos, atque in medio cœtu te laudabo. 24. Timentes Jehovæ eum laudate,

ac manus & pedes & manus meas clavis fixerant. 18. in tantam maciem incidi, ut oſſa omnia emineant, atque à me numerari non ægrè poſſint, quod & alii vident. 19. Jam quaſi mox moribuodi veſtes meas inter ſe dividunt, fortibus inter ſe jactis.

20. Tu verò, ô Creator, ne me deſere, tu à quo conſtantiam accipio; ſed ad auxilium mihi ferendum propera. 21. Eripe me gladio, & vitam meam cani rabidæ. 22. Me ori leonis eripito, qui me Orygis cornibus feriri non es paſſus. 23. Quod ſi à te impetravero, nomen tuum inter populares meos extollam, atque in medio Iſraelitarum cœtu, magnâ voce te laudabo. 24. Deum, quicumque ejus timentes eſtis, laudate, atque omnes Iſraelitæ gloriam ejus attollite, & quotquot eſtis eum timete;

loco commodè adverſùs Judæos ratiocinari, quod poſſit ita verti: *confoderunt me, ſicut leo, manus meas & pedes meos*, Quod comprobat ex Lingua Arabica inqua נקף ſignificat interdum *perforare*, qui ſignificatus etiam eſt ejusdem verbi Job. XIX, 26. Sed dura eſt conſtructio: *confoderunt me manus meas & pedes meos.* Oportuiſſet ſaltem vertere *confoderunt mihi*, quamvis ne ſic quidem ſatis apta ſententia eliceretur ex hiſce verbis. Quid enim ſibi volunt voces *ſicut leo*? An *leo manus & pedes confodit*, potius quàm alios artus? Non puto, ac proinde comparatio eorum cum *leone* parum commoda eſſet.

Nemo non videt hæc verba Davidi non convenire, niſi ſenſu à propria vocum poteſtate remotiſſimo; ita ut loquatur de ſe, quaſi pedibus & manibus læſis, graviter vulnerato, ne manibus pugnare poſſit, ſi ita res ferat, aut pedibus fugere, ſi in pugnæ diſcrimen deſcendere tutum non videatur; quamvis nihil tale paſſus eſſet, ſed timeret tantùm ne pateretur. At hæc proprio ſenſu in Chriſtum quadrant, cujus manus clavis pertuſæ ſunt, & pedes (nam perforatos non omnino conſtat) fune, quo arctiùs adſtricti erant cruci, vulnerati, ita ut partim cutis eſſet detracta; quæ eſt etiam ſignificatio verbi נקף *nakaph*. Vide Eſaiæ c. XXIX, 1.

18. *Numerare poſſim omnia oſſa mea*] אספר כל עצמותי *aſappher chol batsmothai*, numerabo omnia mea oſſa; hoc eſt, numerare poſſim, quæ non infrequens eſt vis futuri. Qui macilenti ſunt ſic habent oſſa prominentia, ut facilè omnia poſſint tactu ſecerni & numerari. David, quatenus hæc ei conveniunt, dicere hoc potuit de ſe fugâ & moleſtiis emaciato. Sed Chriſtus aptiùs ita loqui poterat quòd magis emaciatus eſſet & corpore nudo atque in cruce diſtento magis adparerent oſſa.

Ipſi adſpicient & me videbunt] המה יביטו יראו בי *hemmah jabbithon jirou bi*, illi adſpicient, videbunt in me. *Hieronymus* refert ad oſſa, habet enim: *quæ ipſi reſpicientes videbunt in me*; nec malus eſt ſenſus. Sed verbum ראה *raah* frequenter conſtruitur cum ב, eâque conſtructione non tantùm eſt ſimpliciter *videre*, ſed videre cum inſultatione quadam & ἐπιχαιρεκακίᾳ, ut Pſ. LIV, 9. CXVIII, 7. Hinc Chaldæus hic, מבזן לי *mbazon li*, contemnunt me. Aptiùs hoc quoque convenit Chriſto, quem pendentem irriſerunt Judæi. Vide Matth. XXVII, 39. & ſeqq. Timuit hæc David, potiùs quàm paſſus eſt, at re verâ pertulit Chriſtus.

19. *Inter ſe diviſerunt veſtimenta mea*] Metuebat David ne ab hoſtibus ſpoliaretur, ſpoliáque ſua inter eos dividerentur. Quod tamen ei non contigit. Verùm in Chriſto res eſt verbo tenus impleta. Vide Evangelia, ac præſertim Joannem XIX, 23. & ſeqq. ubi hoc vaticinium profertur, & Jeſu aptatur.

20. *Ne te amoveas*] Ne deſine mihi auxilium ferre, ut faciunt qui amicos laborantes procul fugiunt. Vide ſequentia. Hæc & magna pars eorum, quæ ſequuntur, in ſolum Davidem quadrant.

21. *Unicam meam è manu canis*] מיד כלב יחידתי *mijjad chelebh jehhidathi*; hoc eſt, animam, ſeu vitam. Sic & Pſ. XXXV, 17. Vitam hanc *unicam* vocabant populi, quibus altera vita erat ignota. LXX. Intt. verterunt μονογενῆ, *Aquila* μοναχὴν, *Symmachus* μονότητα, obſcurè & incommodè; cùm ſententia è priore Hemiſtichio ſat clara ſit. *Canis* hîc vocatur inſignis aliquis Davidis inimicus, aut eſt ſingulare pro plurali, nam antea verſ. 17. *canes* vocavit adverſarios ſuos; ſeu quòd Sauli adſentarentur, ſeu quòd canum inſtar ſe adlatrarent, & impudenter innocenti detraherent.

22. *Qui cornibus Orygum objectum*] ומקרני רמים עניתני *oumikkarne remim hanithani* átque cornibus Orygum exaudiviſti. Latinè loquenti ו *et* mutandum fuit in *qui*. רמים *remim* eſſe Oryges multis oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 27. ubi etiam cornibus eos ſe tueri & ferire demonſtrat. Sed quos hoſtes, aut inimicos hîc deſignet David nomine Orygum, aut τὸ רמים, nemo definire poſſit.

23. *Celebrabo nomen tuum, apud fratres meos*] *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Sed cùm de laudibus Dei agat Pſaltes, Latinè loquentes τὸ אספר *aſappher*, interpretati ſumus non *narrabo*, ſed *celebrabo*; quòd Dei facta, ſive celebratione, hoc eſt, admiratione & laude, narrari nequeat.

24. *Univerſi poſteri*] *Totum ſemen.* Sic & in ſequentibus verbis, *tota poſteritas* eſt *univerſum ſemen.*

date, univerſi poſteri Jacobi gloriam ejus prædicate; eum, tota Iſraëlis poſteritas, timeto; [25]. quia non ſprevit, neque averſatus eſt humilitatem adflicti, neque occuluit ei vultum ſuum, & cùm ſe inclamaret, eum audivit. [26]. A te eſt gloriatio mea, in magno cœtu; vota mea perſolvam, coram ejus timentibus. [27]. Comedent pauperes, & ſatiabuntur; laudabunt Deum, qui eum quæſiverint; vivet animus veſter, in perpetuum. [28]. Omnes fines terræ rei memores erunt, & ad Jehovam revertentur, faciem ejus omnes terræ familiæ adorabunt; [29]. quia Jehovæ eſt regnum, & dominatur gentibus. [30]. Comedent & adorabunt omnes pingues terræ; coram eo curvabunt ſe omnes deſcendentes in pulverem, *qui* vitam ſuam non ſervant. [31]. Poſteritas ei ſerviet, *&* in

mete; 25. quando quidem nequaquam humiles atque adflictus averſatus eſt, nec favorem ejus invocantes ſprevit. 26. Glorior, in frequente cœtu, cultu tuo, votaque mea perſolvo coram ejus timentibus. 27. Suppeditat ille pauperibus, quo alantur, ad ſatietatem; ideóque eum laudibus extollent, qui ad ejus auxilium confugerint, ac ſemper læti vivent. 28. Per omnes Iſraelitarum fines, memoria beneficiorum ab eo acceptorum celebrabitur, numénque ejus adorabitur, ab omnibus; 29. quia Dominus & Rex eſt cunctarum gentium. 30. Sacra ei facient, & cultum præbebunt omnes paullo ditiores, eumque omnes omnino colent mortales. 31. Poſteritas eum colet, habebiturque ea

26. *A te eſt gloriatio mea*] מאתך תהלתי *meithecha thehillathi*, à te laus mea; hoc eſt, ſi quapiam re laudem ſim conſequutus, aut gloriari poſſim, id totum tibi acceptum refero.

In magno cœtu] Apud totum populum.

27. *Comedent pauperes*] Hoc eſt, tanta erit annonæ vilitas, ut ne pauperibus quidem defuturus ſit victus, quo ſatientur. ענוים *hanavim* vertimus *pauperes*, ut עניים *hanijim* verti ſolet. *Pauperes*, *humiles* & *manſueti* ſæpe miſcentur, propter earum rerum conjunctionem; ſed prout res poſtulat, nunc hac, nunc illa voce utendum eſt. LXX. Intt. rectè hoc loco φάγονται πένητες, minùs commodè *Hieronymus: comedent mites*, cùm res ipſa oſtendat pauperes propriè ſpectari. Ceterùm non eſt fingendum fuiſſe famem, quâ homines quidem comedebant, cùm annonæ penuriâ non laborarent, nec tamen ſatiari poterant; quam in rem perperam adfertur Levit. XXVI, 26. ut ad eum locum oſtendimus. Mich. VI, 14. *comedes, nec ſatiaberis* perinde eſt ac, non erit quo te ſaties. Emphaſis quæſita eſt in hoc loquendi genere, ubi nulla erat, ut monuimus *Artis Criticæ* P. 2. S. I. C. IV, 13.

Qui eum quæſiverint] Vide Pſ. IX, 11, 13.

Vivet animus veſter in perpetuum] יחי לבבכם לעד *jehhi lbabchem lahad*, vivet cor veſtrum in perpetuum. יחי eſt per ἀποκοπὴν, pro יחיה *jihhjeh*. Hoc eſt, perpetua hilaritate fruemini. Sic Gen. XLV, 27. *cor* Jacobi *viviſſe* dicitur, pro eo quod eſt exhilaratum eſt; ut *mori* cùm animi mœrore opprimitur. Vide 1. Sam. XXV, 37. & infra verſ. 30.

Revertentur] ישובו *jaſchubu*. Omnes nempe, terrarum gentes, tempore Noachi & ejus filiorum, fuerant unius Dei Creatoris cultui addictæ, à quo poſtea defecerant; ſed ad quem rediituræ erant, tempore Meſſiæ; quod videmus, maxima ex parte, impletum. Hæc ad tempora Chriſti pertinent, non ad Davidica, quibus ſimile nihil contigit.

29. *Jehovæ eſt regnum* &c.] Futuro etiam poſſent hæc exprimi. Verùm tum quoque jure regnabat Deus & omnia Providentiâ adminiſtrabat, quamvis res ab omnibus hominibus non agnoſceretur.

30. *Comedent* &c.] Adludit Pſaltes ad convivia, quæ, mactatis euchariſticis victimis, ad locum Deo factum, celebrabantur. Sed ſunt hæc de ſpirituali Dei cultu, & hilaritate intelligenda; numquam enim contigit ut omnes populi victimas Jeroſolimæ mactarent, carnibus earum epularentur, Deúmque verum, cum Hebræis, colerent.

Omnes pingues terræ] כל דשני ארץ *chol diſchne erets*. Hoc eſt, divites. Vide Pſalm. XCII, 13. Eſai. XXX, 23.

Omnes deſcendentes in pulverem] Si hæc opponuntur ſuperioribus verbis, ſignificantur pauperes, aut lugentes, qui humi jacebant & pulvere caput adſpergebant. Vide Job. II, 8, 13. XLII, 6. Lament. III, 16. Sed poſſit & de toto humano genere, quod, per mortem, *deſcendet in pulverem*, intelligi; quod malim.

Qui vitam ſuam non ſervans] ונפשו לא חיה *venaphſcho lo hhijjah*, & animam ſuam non vivificavit; hoc eſt, qui moritur, vel etiam qui animum ſuum non exhilaraverit, ut hoc loquendi genus interpretati ſumus, ad verſ. 27. Sed veteres Interpretes legerunt hîc non לא *non* ſed לו *ſibi*. LXX. Intt. καὶ ἡ ψυχή μου (legerunt נפשי *naphſchi*) αὐτῷ ζῇ, quaſi legiſſent חיתה *hhajethah*, nam נפש eſt fœminini generis. *Aquila* etiam αὐτῷ ζῇ, *Symmachus* ἡ δὲ ψυχὴ ζήσει, *Theodotion* ψυχὴ αὐτοῦ ζῇ. *Hieronymus* tamen negationem habet; *& anima ejus non vivet*. Ceterùm non eſt mirandum, poſt pluralem numerum *deſcendentes in pulverem*, ſequi *& animum* aut *vitam non ſervat*, in ſingulari; perinde enim eſt, quocumque numero utaris, cùm ſermo eſt de toto genere. Sic poſſim loquuntur Hebræi, ut ſæpius ad Jobum animadvertimus, úſque omnibus eſt notum.

31. *Poſteritas ei ſerviet*] *Semen ei ſerviet*; hoc eſt, eum colet poſteritas.

Et in omnem ætatem quaſi Domini *recenſebitur*] יספר לאדני לדור *jeſuppbar ladonai laddor*, numerabitur Domini in ætatem; hoc eſt, inſtar populi Dei ſemper cenſebitur. Vide Pſalm. LXXXVII, 6. Verbum hoc in Pihel non rarò eſt *numerare*, ut hoc ipſo Pſalmo verſu 18. Quidni in conjugatione paſſiva *Puhal*, ſignificaret *numerari*, quamvis exemplum non exſtaret? Certè ſignificat *narrari* Eſaiæ LII, 15. & Hab. I, 7. לדר *laddor* verò eſt compendium notæ formulæ לדור ודור *laddor vedor*, in ætatem & ætatem. Clarum eſt hîc vocationem & adductio-

in *omnem* ætatem *quaſi* Domini recenſebitur. 31. Venient qui narrent juſta ejus facta populo naſcituro.

Laus beneficiorum Dei, qui ſub imagine paſtoris deſcribitur, & ſolatiorum quæ pii in adverſis ab eo accipiunt.

1. CARMEN DAVIDIS. Jehova eſt paſtor meus, nihil mihi deerit. 2. In paſcuis herbidis ut recubem faciet, ad aquas quietas me ducet. 3. Ani- PSALM. XXIII.

ea ejus cultrix per ætates futuras. 32. Venient ad Tabernaculum, in quo celebrabitur ejus memoria, apud ætates futuras.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN DAVIDIS. Creator eſt paſtor meus, qui mei curam geret, nec quidquam neceſſarium mihi deeſſe patietur. 2. Loca herbida mihi habitanda concedet, ad lacuum quie as aquas

ductionem Gentium ad cognitionem veri Dei prædici; quæ nonniſi in perpaucis hominibus impleta eſt, tempore Davidis. Quare hæc ad ea tempora nonniſi diluto ſenſu pertinent, cùm temporibus Chriſtianis optimè & pro tota ſignificationis vocum amplitudine conveniant.

32. *Juſtè facta*] *Juſtitiam ejus quia fecit.*

Populo naſcituro] לעם נולד *leham nolad*, populo nato; hoc eſt, qui poſthac naſcetur. Vide Pſ. CII, 19.

COMMENTARIUS
In PSALM. XXIII.

1. *JEhova eſt paſtor meus*] Si *M. Meibomio* credimus, David tres vitæ ſuæ ætates commemorat. Quæ beneficia à Deo in pueritia ſuâ acceperit duobus primis diſtichis, ex diſtinctione viri docti, habet: magnam, nempe, Dei curam fuiſſe, in ſe alendo & tuendo grato animo agnoſcit. Deinde vitæ in adoleſcentia tranſactæ mentionem facit tribus diſtichis ſequentibus; in quibus ait Deum, in vitæ negotiis, rectâ viâ ſe duxiſſe, proptereáque ſe nullo metu perculſum in difficilibus negotiis perrexiſſe; quia Dei regimine & tutelâ confidiſſet. Quatuor ultimis diſtichis, partim præſentis juvenilis vitæ curſum deſcribit; ſe regem, ſcilicet, Domini juſſu, conſecratum, & ab ipſo Saüle mille militibus præfectum, militare pro populo ejus, precari ut ſibi militibúſque ſuis de alimentis proſpicere velit, & partim de futura Dei in ſe benignitate ſpem bonam concipere. Denique precatur, ut certa pace frui, & juxta Domini tabernaculum, ſub Arcæ fœderis tutela, per multos annos, habitare poſſit. At mihi nihil horum perſuaſit, qui omnia hic ad futurum tempus pertinere puto, nec tres ætates aliáve, quæ habet, in verbis Pſaltæ invenio.

Ait Jehovam eſſe paſtorem ſuum, eò reſpiciens, quod ſperabat fore ut Deus curam eamdem de ſe ſuſciperet, quam ipſe gerebat ſuarum ovium, hoc eſt, Iſraëlitarum. Nempe, ut bene *Horatius* Lib. III. Od. I, 5.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Jovis.

Tu dic: *Dei.*

Nihil mihi deerit] לא אחסר *lo ebhſar*, non indigebo; ut paſtor gregi ſuo neceſſarium nihil deeſſe patitur, aut Rex populo. Legit *Meibomius* אחסרה *abhſerah*, propter metrum, ut ait; de quo nihil ei credo.

2. *In paſcuis herbidis.*] בנאות דשא *bineoth deſche.* נאות *naoth* perinde eſt ac נוית *naveth* pro ſollemni mutatione litterarum והאי, & propriè ſignificat tuguria paſtorum, à נוה *navah*, habitavit. Inde tralaticio ſenſu ſignificavit *paſcua*, quia in paſcuis ſua tuguria collocant paſtores. Sic Pſalm. LXV, 13. ubi de pluvia terram, non paſtorales cellas, rigante & fecundante *ſtillant paſcua* (נאות) *deſerti*; hoc, eſt humefacta magnam copiam herbæ emittunt; & Joel II, 22. *ne timeatis pecudes agreſtes, nam herbam emiſerunt paſcua deſerti* דשאו נאות מדבר. Veteres hanc vocem à נאוה *naah*, quod *pulcrum eſſe* & *decorum* ſignificat, maluerunt deducere. Hinc *Aquila* & *Symmachus*, in hoc Pſalmo, habent: ἐν ὡραιότητι πόας, ſæpe alibi ſimiliter vocem נוה *nave* verterant. Sed malim in priore Etymo adquieſcere, & ipſi LXX. Intt. habent hîc εἰς τόπον χλόης, ut Symmachus נוה νομὸ vertit 2. Sam. VII, 8.

At *Meibomius* hîc delet דשא *deſche* quaſi ſcholium, quod pertinet ad אחסר *indigabo*; quòd eſſet carmen, ut ait, nimis longum, deinde ex abſurdo verborum ſenſu. Sed violenta hæc eſt conjectura, nec metricam hominis Hebraïcam moror, quam fictam puto. Deinde non eſt abſurdus ſenſus, niſi is quem fingit; vult enim נאות דשא eſſe *tuguria graminis*, hoc eſt, tenero gramine plenis, aut gramine contextis; quæ meritò rejicit; ſed quæ nemo, præter ipſum, ſomniavit. Quis abſurdum dixerit Davidem ſe quaſi ovem, quam Deus paſcit, deſcribentem ſic loqui: *in paſcuis herbidis ut recubem faciet*? Idem vult pro נאות ſcribendum. נוה, quod nemo poſſit dicere, niſi qui vixiſſet eo tempore, quo Lingua Hebraica in uſu fuit, quem uſum perfectè noſſet. Addit etiam hoc ſemper verti *habitaculum*, &, pro adjuncti ratione, *caulam*, *ovile*, *ſtabulum*; quod minùs verum eſſe, non hoc tantùm loco, ſed & duobus aliis oſtendimus,

3. Animam meam recreabit, per orbitas juſtitiæ, propter nomen ſuum, me ducet. 4.
Quamvis irem in umbræ mortiferæ vallem, mali nihil timerem, quia tu mecum es,
vir-

aquas me deduxit. 3. Recreabit me, & dux mihi erit ad vitam probam, quia me cultorem numinis ejus profiteor. 4. Quamvis irem in umbras ſpecus, in quibus latrones habitant, nihil eſſet quod ti-

mus, ut & auctoritate veterum Interpretum, quæ Meibomianis commentis multò nobis potior eſt.

Ut recubem faciet] ירביצני *jarbitiſeni.* Hoc verbum adhibetur Cant. I, 7. ubi de paſtore ovium; nam oves, aut ſaturæ, aut vitandi æſtûs cauſa, ſub umbra in tenero gramine recumbunt.

Ad aquas quietas] על מי מנוחות *hal mé mnuchoth*, ad aquas quietum. Sunt aquæ leniter fluentes, aut leniter motæ, quales ſunt lacuum aquæ, aut tenuiorum rivorum aquæ perennis. Sic aquæ Schilloachi, dicuntur *leniter ire*. Eſai. VIII, 6. Commodius aquantur oves in ejusmodi aqua, quàm in rapido torrente aut fluvio, cujus impetu abripi poſſunt. LXX. Int habent ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως, unde liquet eos haud aliter legiſſe ac nos. *Hieronymus* habet *aquam refectionis*, hoc eſt quæ reficit; non ſatis commodè. *Virgilius* de ovium aquatione Georgic. III, 329.

Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna jubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam.

Quarum aquarum major fuit copia, per Judæam, quàm fluviatilium.

Meibomius tamen mendoſa hæc eſſe pronunciat, & primum quidem ſcribit מימי *meme*, non מי me, quod vult eſſe compendium à librariis inventum, ad celerius ſcribendum, parcendúmque pergamenæ. Ut fidem faciat tam temerariæ affirmationi, addit poſcere Metricam, ut ubique ſcribatur מימי, quod nemo credet, niſi Metricæ rationes certas & indubitatas viderit. Qua in re, nihil mirum eſſet, ſi tam ſuperciliosè apertos errores paſſim proferentem errasſe contenderemus, aut fortè rem fictam emungendæ pecuniæ causâ, quam ingentem, ante quàm hoc arcanum revelaret, ſibi numerari poſtulabat. Addit etiam ſe plus centies ſcripſiſſe גוים pro ג□ם, quaſi hoc eſſet compendium, quia in conſtructa forma ſcribitur גוי non גו, ſed hoc factum videtur, ne poſterius, abſentibus punctis, crederetur idem eſſe, ac גוי *gens*, in ſingulari. In Lingua Hebraica paſſim voces minus, aut magis plene ſcribuntur, ut in aliis Orientalibus; in quibus minus plena ſcriptio mendoſa non habetur. Quis verò poſſit hodie ſibi perſuadere orthographiæ Hebraicæ leges ita notas, ut poſſit omnes Codd. MSS. erroris arguere; cum vix nobis ſat nota ſit vera, non dicam Græcæ aut Latinæ Linguæ, ſed ne hodiernarum quidem, & vernacalorum recta orthographia? Sicubi in exploratam analogiam & perpetuum uſum peccatum ſit, non vero quidem anomalias ſuſpectas haberi; ſed ubi neque analogiam læſam, neque temeratum uſum conſtare poteſt, abſurdum ſit talia hodie in Lingua, ante tot ſæcula mortua, nec ſatis nota, ſibi fingere & orbi erudito pro auctoritate obtrudere velle.

Sed rem audaciorem molitur *Meibomius*, qui voci מנוחות ſubſtituit בארות *beeroth* puteorum; cujus emendationis rationes has affert. Primum ait phraſin eſſe inuſitatam, quaſi debeant mendoſa haberi quæ ſunt ἅπαξ λεγόμενα, apud Veteres Scriptores, ingenti numero, & præſertim quidem in Veteri Teſtamento, quo uno libro continetur nunc antiquiſſima Lingua Hebraica! An neceſſe eſt omnium loquutionum exempla, in tam parvo libro, ſæpius occurrere? *Tum* מימי נוח, inquit, *dixiſſet Propheta, ſi quietem aquam ſignificare voluiſſet, pro perpetuo Linguæ uſu.* Atqui nuſquam hoc loquendi genus occurrit in Veteri Teſtamento. Sed, ut vult, putealem aquam intellexit Pſaltes, quia circa Bethlehemum nullus eſt fluvius, atque ex aliis locis conſtat puteorum aqua ibi uſos, cum homines, tum pecudes. Id verò fruſtra quaſi exploratum adſumit, ſermonem eſſe de Bethlehemo, cum David loquatur potiùs de ſe jam Rege, nec Bethlehemi degente, ſed Jeroſolimæ, Deinque paſtorem ſuum prædicet, non ovium. Deinde putealem aquam rectè poſſemus vocare *aquam quietam*, quia licèt è ſubjecta ſcaturigine erumpat, manet tamen intra putei latera, veluti reſtagnans eſſet. Altera *Meibomii* ratio eſt, quòd ſic cenſeretur aqua reſtagnans eſſe optima, cùm aqua viva optima in Scriptura habeatur. Quæ ratio inanis eſt, cùm aqua putealis *quieta* poſſit dici; ne jam dicam de ea neceſſariò non agi, cum fingere, in hac allegoria, poſſit David, ſe à Deo deducendum ad rivos leniter fluentes, aut ad ſtagna

3 *Animam meam recreabit*] נפשי ישובב *naphſchi jeſchobeb*; animam meam redire faciet; hoc eſt, me recreabit, atque animum mihi addet. Reficitur ovis ſitiens & præ ſiti languens, admotâ aquâ

Per orbitas juſtitiæ, me ducet] Vult *Meibomius* hæc pertinere ad Davidis adoleſcentiam, ſed nihil vetat grandiorem ætatem ſpectari, imò verò ſenes, aut ſenio proximi, experientiâ vitæ edocti, juſtitiæ amantiores ſunt, quàm adoleſcentes imperiti atque æſtu ſanguinis ad peccatum proniores. Contendit idem deeſſe hîc in verſu vocem diſſyllabam, quam ſuppler, additâ voce יומם *jomam*, interdiu. De metro nihil audio, ſed ſi ac vocem deeſſe, oportet eam ex ſe ipſa, quoad ejus fieri poteſt, ſuppleri. Hic verò nihil eſt, quod nos eò vocet. Vult quidem Davidem adludere ad columnam nubilam, quæ ducebat Iſraelitas per deſertum; at nullum rei veſtigium hic videmus, & cùm ſermo ſit de *orbitis juſtitiæ*, non de itinere per ſola loca, tam de nocte, quàm de die agitur, quia juſtè & injuſtè facta non minus ad noctem, quàm ad diem pertinent.

4 *In vallem umbræ mortiferæ* &c.] Hoc eſt, maximæ umbræ, vel obſcuriſſimam arborum umbram, ut oſtendimus ad Job. X, 21. Periculoſa autem erant ea loca, propter feras, aut latrones inter denſas arbores latentes.

Mal:

Digitized by Google

virgáque tua & baculum ea ſunt, quæ me conſolabuntur. 5. Menſam coram me, inſpicientibus hoſtibus, inſtrues, oleo caput meum inunges, & calix meus exundabit. 6. Omnino

timerem; ſi mecum eſſes & me tuereris, ut paſtor pecudes ſuas contra feras defendit. 5. Mihi quo me ſuſtentem ſuppeditabis, videntibus & fruſtra invidentibus inimicis meis; nec tantùm ea largieris

Mali nihil timerem] לא אירא רע *lo ira rah.* *Meibomius* emendat מרע *mereb*, à malo. Ait verbi ſignificationem & diverſam conſtructionem, adducturas Lectorem, ut ſibi credat. Imò verò cùm ירא promiſcuè conſtruatur cum מ & cum accuſativo, ſeu de re agatur, ſeu de perſona; nemo ei concedet quidquam eſſe mutandum; nam metrum, quod paſſim obtendit, apud neminem, fidem inveniet.

Quia tu mecum es] כי אתה עמדי *chi atthah himmadi*: quod eſt frequentiſſimum loquendi genus, apud Hebræos, & quo ſignificatur auxilium divinum erga eum, *cum quo* Deus eſſe dicitur. *Meibomius* hîc abundare vult vocem אתה *tu*, & à metro ferri poſſe vocem עִמָּדִי negat. Tum etiam priorem voculam cum Grammatica conſtructione conſiſtere poſſe non putat, ſi retineatur vox המה *hemmah*, de quo poſtea. Sed hæc omnia tam facilè negantur, quàm ab eo adfirmantur, & vocula quidem המה obtinet locum verbi ſubſtantivi, atque emphaſin quamdam habet, ut Pſ. IX, 21. *Injice eis, Jehova, timorem, ut ſciant gentes nihil eſſe niſi præter miſeros homines*, אנוש המה. Vide & Pſalm. XVI, 3. & Eccleſ. I, 9. 10, 17. ubi ſingulare הוא eamdem vim obtinet.

Pro עִמָּדִי legit hic idem *Meibomius* עַמֻּדַי *columnæ meæ*, quaſi adluderet David ad columnam nubis & igni, quæ ducebant Iſraëlitas per deſertum; quod quàm ſit coactum & violentum nemo non videt; ſed magis ab eis intelligetur, qui interpretationem legent in ejus ſpecimine IV. quò nimis contortius, ſed quæ longior eſt, quàm ut huc poſſit à nobis transferri, cùm plane inanis ſit.

Virgáque tua & baculum] שבטך ומשענתך *ſchibtecha oum ſchb intecha.* שבט videtur hîc eſſe pedum paſtorale, quo non utuntur paſtores, ut ei innitantur, ſed ut regant, feriant, aut terreant oves aberrantes; משענת *miſchheneth* verò ſcipio, quo innitantur, a שען quod in *Niphal* eſt *niti*. *Meibomius* interpretatur hoc modo: columnarum nubis & ignis inſtar, ſibi dominicæ oviculæ eſſe virgam Dei, regentem in diurnis vitæ negotiis & clavam defendentem in terribilibus belli periculis. Quæ ſunt prorſus, ut ſæpe loquitur de lectionibus receptis, frivola.

Ea ſunt quæ me conſolabuntur] המה ינחמני *hemmah janachamuni*, hoc eſt, ea demum, ea ipſa me conſolabuntur; protectio, nimirum, tua mihi animum addet & tranquillitatem creabit.

5. *Menſam coram me* &c.] תערך לפני שלחן נגד צררי *thaharoch lphanai ſchulhhan neged tſorerai*: invitis hoſtibus, aut inimicis, iiſque videntibus, copioſè mihi ſuppeditabis, unde me & exercitum meum alam; quâ re iis non exiguus creabitur dolor. Addit hîc *Meibomius* ועתה & *nunc*, ante תערך, ſine ratione. Nec melior eſt mutatio vocum נֶגֶד צֹרְרָי *coram hoſtibus meis*, in לְנָגִיד צֹרְרָי *ducis perſequutoris mei*; quæ ſunt eo audaciora, quo minùs neceſſaria & abſurdiora.

Oleo caput meum inunges] דשנת בשמן ראשי *diſſchantha baſſchemen roſchi*, pingue reddidiſti oleo caput meum. Hîc non eſt *oleum*, quo in Regem conſecratus fuerat, ſed oleum, quo convivis caput ungebatur, quale vocatur oleum lætitiæ. Pſ. LV, 8. Vide & Eccleſ. c. IX, 7, 8. Hamos VI 6. De Græcis & Romanis res eſt nota, ſed hîc Hebraïca inſtituta quærimus.

Hunc totum verſum mutavit *Meibomius*, pro ſolita audacia: כי משחת שמן קדשך ראשי *quia unxiſti oleo ſanctitatis tuæ caput meum.* Talia in ullo profano auctore nemo tentare auderet, cui quidem aliquis pudor eſſet. Ait quidem metrum & ſententiam hoc poſcere, negátque meliorem lectionem excogitatum iri. Sed nihil opus excogitari lectionem, ubi quæ habetur in Codicibus ſat recta eſt; nec commentitii metri rationem ullam habemus. Vult etiam verbum דשנת *impinguaſti* prorſus hîc barbarum eſſe capiti junctum; quia ſolum caput pingueſcere, ſeu pinguedine craſſeſcere, loquutio eſt in ſacris, profaniſque frivola; nec adfine eſt hoc verbo alteri משח ut ex locis, ubi ſcriptum reperitur, patet. Hæc Meibomiana pluſquàm *frivola* ſunt, nam דשן *diſſchen*, pingue fecit, quamvis exemplum non extaret in V. Teſtamento, facilè ſignificare potuit non tantùm ſucculentum & craſſum corpus reddidit, ſed etiam *pinguedine illevit*, vel *unxit*; quemadmodum in aliis Linguis ſimilia, hac de re, verba miſcentur. Sic apud Græcos Λιπαρὸς dicitur non tantum opimus, & ſaginâ diſtentus, ſed & unctus oleo pingui. Sic Homerus Odyſſ. ο, 331

Αἰεὶ δὲ λιπαροὶ κεφαλὰς καὶ καλὰ πρόσωπα.
Semper uncti capita & pulcros vultus.

Anacreon Ode XXIX.

Λιπαρὰς κόμας ποίησον.
Fac comas pingues; nempe, unguento.

Ubi vide *Joan. Barneſium*. Sic Galli *engraiſſer* æquè pro eo, quod eſt *obeſum reddere*, & pro eo quod eſt *inungere* dicunt. Sed nec deeſt exemplum in libris ſacris; nempe, Eſaiæ XXXIV, 6. *gladius Jehovæ impletus eſt ſanguine, pinguis factus eſt adipe*, הדשנה מחלב *hudduſchna mehheleb*, ubi abſurdè verterunt LXX Intt. ἐπαχύνθη, & Vulg. *incraſſatus eſt*, gladius enim non ſit craſſior adipe ſecto, ſed unctior. Gallicè, *s'engraiſſe*. λιπαρὸς γίνεται. Eodem ſenſu occurrit & verſu ſequente. Quibus prorſus evertitur temeraria *Meibomii* correctio, qui tamen quæ fuit hominis imprudentia, auſus eſt ſcribere, eâ prolatâ: *certus ſum noſtri temporis doctos viros, omnémque poſteritatem, huic indicio meo adquieturos.* Imò verò indignati ſunt

6. Omnino bonitas & benignitas *tua* me ſequentur, per omnes vitæ meæ dies; in Ædem Jehovæ, ad provectam ætatem, revertar.

Omnia eſſe Dei, excipiendámque ejus Arcam.

PSALM. XXIV. 1. DAVIDIS CARMEN. Jehovæ terra eſt, & quidquid eam implet, orbis & qui eum incolunt. 2. Is enim ſupra maria eam fundavit, & ſupra flumina potuit.

largieris quæ ſunt omnino neceſſaria, ſed etiam quæ ad delicias faciunt, ut oleum, quo ungar; aut vinum, quod bibam. 6. Benignitas tua ubique me comitabitur, per totam vitam, ut in Æde tua, ad canam uſque ſenectutem, mihi liceat tibi cultum religioſum exhibere.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN Davidis. Creatoris ſunt omnes terræ, & quidquid in iis eſt; totus terrarum orbis, omnéſque, quicumque ſint, ejus incolæ. 2. Ille enim, & quidem ſolus, effecit ut terra

& indignabuntur, quid enim certum eſſet in Scriptura, aut in ullo vetere Scriptore, ſi ſic in iis graſſari liceret?

Et calix meus exundabit] כוסי רויה *choſi revajah*, calix meus ebrius; hoc eſt, ita plenus eſt ut vinum exundet, ut ebrii qui copiam vini nimiam ferre non poſſunt. LXX Intt. τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον. Hieronymus: *calix meus inebrians*. Eodem ſenſu eſt verbum רוה *rivvah* Eſai. XXXIV, 5. *Inebriatus eſt* (רותה *rivvethah*) *gladius meus*; id eſt, diffluxit ſanguine, quod in ſequentibus verbis exponitur, *repletus eſt ſanguine*; & verſ. 7. *inebriabitur* (רותה *rivvetha*) *terra eorum ſanguine*; hoc eſt, exundabit. Vide Pſ. XXXVI, 9. LXVI, 12. & Jerem. XLVI, 10.

Meibomius verò hîc iterum turbas ciet, nam pag. 2. Specim. IV. edidit hîc תרוה *tharveh*, *inebriabis*, ſed p. 30. תרבה *tharbeh*, multiplicabis; adeò parum ſibi conſtabat in emendationibus, quas velut è tripode pronunciabat. Quin imò inter edendum, ſæpiùs mutatâ ſententiâ, aliquoties folia recudi curavit, quod & ſæpiùs feciſſet, ſi ſumtus ejuſmodi facere voluiſſet Typographus; unde ſatis liquet, quæ magna cum fiducia proferebat, incertiſſima, etiam apud animum ejus, fuiſſe. Audiamus tamen quàm confidenter, hac de re, loquatur. Ait ergo vocem רויה quæ hîc eſt & Pſ. LXVI, 12. tantùm extſtat, eſſe corruptam, nam Pſ. LXVI. eſſe ſcribendum לרוחה, *in latitudinem*; quod tamen quivis, haud paullò meliore jure, neget. Deinde, *frivolus hic ſenſus eſt*, inquit, *calix meus irriguus eſt*, aut *potu expletus*. Eſt verò egregius ſenſus, ut ex locis Eſaiæ & Jeremiæ adlatis manifeſtò liquet; nec quiſquam, præter hominem corrigendi libidine planè cæcum, reprehendat hoc loquendi genus: *calix meus exundabit*, quod vaſibus nimis plenis contingit. Præterea, ut putat, legi deberet רוה *ravah* à maſculino רוה *raveh*. Quis verò hominem docuit non fuiſſe etiam in uſu רוי *ravi*, unde fœminum רויה *revijah*, ut à נביא *propheta* fit נביאה *nebiah*? Nemo novit uſum Linguæ Hebraicæ, niſi quatenus continetur in V. T. nec vocem ullam nec in analogiam, nec in ſenſum peccantem ex eo eliminare jure poteſt.

6. *Omnino bonitas*] אך טוב *ach tob*. Legit hîc *Meibomius* טובה *tobah*, bonitas; nec intercedo, quia *bonitas* rectè conjungitur cum *benignitate*. Attamen טוב poteſt etiam ferri, cum ſignificet fructum bonitatis, חסד non benignitas tantum ut, ſed & benignitatis effectus. Pro טוב וחסד habent LXX. Intt. tantùm τὸ ἔλεός σου.

Per omnes vitæ meæ dies] כל ימי חיי *chol jeme chajai*. Scribit *Meibomius* חַיָּי, cùm חיים *chajim* cum affixo primæ perſonæ conſtanter efferatur חיי *chajai*. Ita ſe gerit, quaſi florente Hebraicâ Lingua, apud Hebræos veteres, vixiſſet, eáque ſciret de ea Lingua, quæ è V. Teſtamento colligi nequeunt.

In Ædem Jehovæ revertar] ושבתי בבית יהוה *veſchabthi bebeth Jehovah*. Legit idem: וישבתי לבטח בבית יי *& habitabo ſecurè in domo Domini*. LXX. habent etiam τὸ κατοικεῖν, & *Hieronymus habitabo*. Sed nihil vetat ſervari lectionem noſtram, ut velit David, cum extra Jeroſolimam eſſet, ſe reverſurum ad Ædem Jehovæ, ut illic vivat לארך ימים *ad longitudinem dierum*; hoc eſt, ad provectam ætatem. Alii, ut *Symmachus*, שבתי nomen eſſe putarunt; habet enim ille κατοίκησίς μου, ac benè legi poſſet שִׁבְתִּי, ut eſſet à שבת *ſchebeth* in infinitivo, qui eſt interdum, pro Linguæ Hebraicæ more, loco nominis. Vide 1 Reg. VIII, 30. Sed nihil eſt cur à ſolita lectione abeamus, nec ulla ratio eſt addendi לבטח cum *Meibomio*. Idem vult Davidem ſcripſiſſe באהל *beohel* in tabernaculo, quia ejus tempore Ædes Dei, ſeu Templum nondum erat. Sed quid vetat locum, qui Deo erat Templi loco, antequàm à Salomone ædificaretur Templum, *Ædem* vocari? Annon ſæpe אהל *ohel* tabernaculum ſumitur pro domo? Vide 2 Sam. XX, 1. Pſ. XLIX, 12.

COMMENTARIUS
In PSALM. XXIV.

1. *QUidquid eam implet*] מלואה *mloah*, plenitudo ejus.

Qui eum incolunt] ישבי בה *joſchebe bah*. Volunt בה induere naturam nominis, proptereáque antecedentem vocem eſſe in ſtatu conſtructo. Sed Analogiæ Linguæ hoc conſentaneum cùm non ſit, malim excidiſſe ם in priore voce, aut prætermiſſum à Librariis, quòd nemo non intelligeret ſuppleri oportere.

2. *Supra maria fundavit*] על ימים יסדה *hal jammim*

Digitized by Google

poſuit. 3. Quis adſcendit in montem Jehovæ? quis in loco ei ſacro conſiſtet? 4. Mundus manibus, purus animo; qui non inducit ad mendacium animum ſuum, nec juravit, ut falleret. 5. Accipiet benedictionem à Jehova, & innocentiæ *teſtificationem* à Deo *auctore* ſalutis ſuæ. 6. Hæc eſt ætas quærentium eum, quærentium faciem tuam, *ô Deus*, *in* Jacobo. Selah.

7. Adtollite portæ capita veſtra, adtollite vos, æternæ januæ; tum introibit Rex gloriæ. 8. Quis verò eſt iſte Rex gloriæ? Jehova fortis & potens, Jehova fortis

ra ſupra maria, & qualvis alias aquas emineret, ut terreſtria animalia in ea ſedes haberent. 3. Quis verò dignus eſt, qui adſcendat in Templum Creatoris, aut quis in eo conſiſtat? 4. Quiſquis nihil manu, nec animo deliquerit, quique à mendacio abſtinuerit, & qui jusjurandum non adhibuerit ad quemquem fallendum. 5. Ei benefaciet Creatur, teſtimonióque innocentiæ, quatenus humana natura patitur, eo honeſtabit ſalutis ejus auctor. 6. Tales autem ſunt, qui Deum religioſè colunt, inter Iſraelitas.

7. Vos verò, ô januæ æternæ Templi, patete, prorſus, ut Rex ille gloria ſuâ cinctus in illud ingrediatur. 8. Quisquis verò ſit, qui quærat, quis

jammim jeſadah, quia terra eſt mari editior. Alioqui ſi ſuperficies terræ inferior eſſet ſuperficie maris, ſeu centro propior, mare omnia tegeret. Vide Pſ. CIV, 7. & ſeq. Non opus eſt ergo ut vertamus על juxta, quod nonnulli faciunt. Sic & poſtea *ſupra Flumina*, quia niſi ripæ altiores eſſent ſuperficie aquæ fluviorum, omnia inundaret. Rectè *Auguſtinus* Quæſt. CXXXII. in Geneſin: *Hæc loquutio ſi intelligatur in Pſalmo, ubi ſcriptum eſt:* qui fundavit terram ſuper aquam; *non coguntur homines putare ſicut navem natare terram ſuper aquam* (quæ fuit ſententia Thaletis) *ſecundùm hanc enim loquutionem, rectè intelligitur quòd altior ſit terra quàm aqua; altiùs quippe ab aquis ſuſtollitur, ubi habitent terrena animalia.* Vide *Sixt. Amamam* ad locum, ubi alias ſententias profert & confutat. Si quis quærat quîd hæc duo commata ad ſequentia pertineant, crediderim hoc voluiſſe Davidem, Deum, cùm ſit totius Terræ dominus, potuiſſe quemvis in ea locum eligere, in quo ſe præſentem oſtenderet; qui erat nunc locus, in quo Arca fœderis futura mox fuit.

3. *Quis adſcendet in montem Jehovæ?*] Hîc *montem Jehovæ* vocat David *Sionem*, quem Jehovæ conſecrat ad excipiendam Arcam, & docet quis dignus ſit, qui in eo habitet. Qua in re, officium ipſe ſuum deſcribit, qui in eo monte Regiam collocarat. Videtur hîc Pſalmus compoſitus eo tempore, quo Arca in arcem Sionis eſt delata, ut habemus 1 Ephem. XV. & David adludere ad id quod contigerat, cùm priùs eam transferre in eum locum voluerat ex Ædibus Hobededomi, ſed fruſtra; propter peccatum Huzzæ, qui non ſatis reverenter ſe erga Dei arcam geſſerat. Hîc enim docet, non ſine ingenti periculo Arcam excipi poſſe, niſi à Viro integerrimo; qualem proinde ſe præſtare ſtatuerat.

In loco ei ſacro] *In loco ſanctitatis ejus.* Oſtendit David neminem poſſe veluti hoſpitio Deum excipere, & prope Arcam ſedes habere, qui non eſſet vir probus; niſi capitis periculum adire vellet; cùm Deus paſſurus non eſſet ſceleribus ullis pollui locum, in quo Arca poſita eſſet.

4. *Mundus manibus*] נקי כפים *naki cappajim*; Innocens manibus, hoc eſt, qui ab omnibus ſceleribus abſtineret, nam *manus* ſunt plerorumque peccatorum inſtrumenta, quorum purum oportebat eſſe eum, qui Deo proximus, ut ita loquar, habitaret.

Purus animo] בר לבב *bar lebab*, purus corde. *Cor* ſedes eſt adſectuum, in Scriptura, & fons bene aut ſecus factorum. Itaque hoc vult David, eum demum dignum fore, qui in Sione juxta Arcam habitet, cui non tantùm prava facta nulla ab hominibus poſſunt exprobrari, ſed cujus etiam animus pravorum adſectuum immunis Deo probaretur.

4. *Qui non induxit ad mendacium animum ſuum* &c.] לא נשא לשוא נפשו *lo naſcha laſſchav naphſcho*, non ſuſtulit ad mendacium animam ſuam. Cùm ambiguum ſit hoc loquendi genus, ex re ipſa de ejus ſignificatione conjectura capienda. Hîc nihil aliud ſe animo objicit, præter mentiendi conſuetudinem, præſertim ſi ſequentia verba attendantur. Itaque hoc ſervaro ſenſu, quàm proximè per Latinam Linguam licuit, ad dictionem Hebraicam acceſſimus. Sic Hoſeas Deum loquentem inducit de pravis Sacerdotibus, C. IV, 8. *peccatum populi mei comederunt, & ad illorum peccatum* ישאו נפשם *jiſſcheon naphſcham*, ſuſtulerunt animum ſuum; hoc eſt, cupierunt peccare populum, ut plura, pro peccato, ſacrificia offerre neceſſe haberet; vel induxerunt animum ſuum, ut populum peccare vellent. LXX. Intt. hic, ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ſine ſenſu. *Hieronymus* non multò meliùs: *quia non exaltavit fruſtra animam ſuam.* Oſtendimus לשוא perinde eſſe ac לשקר *laſſcheker*, ad mendacium, in Comm. ad Exod. XX, 7. Hîc ſequuti ſumus τὸ *Chetib*, nam τὸ *Keri* habet נפשי *animam meam*, ex quo nullus commodus ſenſus exſculpi poterat.

Ut falleret] למרמה *lmirmah*, in fraudem.

5. *Innocentiæ teſtificationem.*] צדקה *tſedakah*, innocentiam. Is *accipet innocentiam à Deo*, cujus innocentiæ Deus teſtimonium perhibet, quem innocentem pronunciat. LXX. Intt. ἐλεημοσύνην verterunt, ſed hîc non agitur *de miſericordia*, quamvis ſit veriſſimum omnes homines miſericordiâ Dei indigere, & aliquando *miſericordiam* ſignificet vox Hebræa.

6. *Quærentium eum*] Deum ex animo invocantium, eique proinde parentium.

O Deus, in Jacobo] Eſt tantùm יעקב, ſed hæc ſuppleri oportere res oſtendit. LXX. Intt. τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. *Hieronymus: faciem Jacob.* Supplendum ב, *in Jacob*, ſeu in poſteris Jacobi.

Selah]

fortis *in* bello. 9. Adtollite portæ capita veſtra, adtollite vos ô æternæ januæ; tum verò introibit Rex gloriæ 10. Quis tandem ille Rex gloriæ? Jehova, Deus exercituum, ille demum eſt Rex gloriæ. Selah.

David à Deo auxilium veniámque delictorum petit, & conſtantiam in obſervandis ejus præceptis, quæ ſummopere extollit, tum orat Deum, ut ſe ab hoſtibus liberet.

Psalm. XXV. 1. Davidis. Ad te, Jehova, animum meum erexi. 2. O Deus mi, tibi confidi; ne pudore adficiar, ne hoſtes mei mihi inſultent. 3. Etiam

quis ſit Rex ille, qui uſque adeò ab Iſraëlitis extollitur, ſciat Deum noſtrum, qui quæ non erant è nihilo eduxit, longè potentiſſimum eſſe, bellique eventuum arbitrum. 9. Tollite vero ſuperliminaria veſtra, ô Portæ Templi, ut in id intromittatur Rex ille longè maximus. 10. Quis tandem eſt maximus Rex? Creator Deus, qui præeſt exercitibus, ille demum eſt Rex maximus.

PARAPHRASIS.

1. Canticum Davidis. Ad te, ô Creator, animum meum erexi. 2. O Deus mi, in te fiduciam meam collocavi; ne, quæſo, ignominiâ, ab inimicis meis, adficiar, neve mihi illudant.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

7 *Adtollite portæ capita veſtra*] Eſt Poëtica ἀποστροφὴ ad portas arcis Sionis, quas veluti intelligentes jubet totas pandi, & ὑπέρθυρα adtollere, ut Arca à Sacerdotibus, humeris bajulata, per eas ſine ulla offenſione operculi, quo tegebatur, intromitti poſſet. Si ſciremus quomodo portæ Sionis factæ eſſent, clarius intelligeremus quæ ſint ea, quæ *capita portarum* vocantur. Poſſet fieri ut eſſent iis ὑπέρθυρα quædam, ita ſuſpenſa, ut ſi quid ſolito aperto oſtio altius eſſet intromittendum, poſſent adtolli, ne res oſtio altior offenderet ad ὑπέρθυρα. Ad ſimile quiddam videtur omnino reſpici. *Aquila* verterat ἄρατε πύλαι κεφαλὰς ὑμῶν, & *Hieronymus*: *levate portæ capita veſtra*. Nec ſanè aliter verti poterant שאו שערים ראשיכם *ſcheou ſchabarim raſchechem*. Attamen LXX. Intt. habent: ἄρατε τὰς πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, & *Symmachus* μετάβατε τὰς πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, quæ prava, ſine dubio, interpretatio, licèt eam Veteres ſequuti ſint & ἄρχοντας interpretati ſint *Angelos*.

Adtollite vos] הנשאו *hinnaſcheou*, adtollamini; ſed *Niphal* habet etiam ſignificationem reciprocam, non ſecus ac *Hithpaël*. LXX. & *Aquila* habent ἐπάρθητε, *Symmachus* ὑψώθητε. Poſtea etiam שאו *ſcheou*, eumdem obtinet ſignificatum.

Æternæ januæ] פתחי עולם *phithbhe holam*, januæ æternitatis; hoc eſt, ſemper duraturæ, quòd eſſent duro quodam lapide factæ. Qui hoc non animadverterunt, finxerunt agi de portis cœli, ubi Deus ſe peculiariter præſentem oſtendit; quas eò adſcendens ingreſſurus erat Chriſtus. Sed nunc omnes norunt עולם *holam*, ſignificare dumtaxat longum tempus, pro rei, de qua agitur, natura. Veteres Linguæ Hebraicæ imperitos fefellit vox Græca αἰώνιος, qua uſi ſunt Interpretes, & quâ propriè dictam æternitatem ſignificari perperam nonnulli Scriptores putarunt.

Rex Gloriæ] Hoc eſt, Rex cui ſumma gloria debetur. Ingreſſus autem *Dei gloriæ* nihil eſt præter ingreſſum Arcæ; non quòd Arca *Deus gloriæ* vocaretur, ſed quia cum Arca ingredi cenſebatur Deus, qui ei aderat. Quod animadvertendum in doctos quoſdam Interpretes, qui hinc probare conati ſunt de ingreſſu Arcæ hic ſermonem eſſe.

8. *Quis verò* &c.] Eſt elegans dialogiſmus, veluti inter eos qui portas Sionis ſervabant, & inter Sacerdotes ſibi portas aperiri poſtulantes; nec quidquam vetat interrogationem à Sacerdotum choro cantatam, reſponſionem verò ab altero.

Fortis & potens] עזוז וגבור *bezouz vegibbor*, robuſtus & fortis. Quæ verba propriè hominibus conveniunt, ſed tranſlata etiam de Deo dicuntur.

COMMENTARIUS
In Psalm. XXV.

1. *Davidis*] לדוד *ldavid*, nempe מזמור *carmen*.

Animum meum erexi] נפשי אשא *naphſchi aſſcha*, animam extuli. De auxilio tuo cogitavi, omiſsâ humanâ ope. Vide Lam. III, 41. Poſt hæc verba, putat *Meibomius*, excidiſſe primi diſtichi alterum verſum, jam à temporibus Eſdræ. Nec negandum alios verſus conſtare duobus colis, cum in hoc ſit unum dumtaxat. Præterea poſſet fieri ut eò pertineret אלהי, quod ſequitur, quódque ſecundum verſum inchoat, qui tamen debuit à littera ב inchoari; nam *alphabethicus* eſt hic Pſalmus, ut aliquot alia; ſeu verſus habet ſingulos inchoatos litterâ alphabeti, pro elementorum Hebraicorum ordine. Profert *Meibomius* exempla ſimilium lacunarum, de quibus tamen pauci ei adſentientur. Interim hîc non eſt abſurda ejus conjectura, nihil enim vetat, quin nonnulla interdum, longinquitate temporis, exciderint; quod hac de re videntur ſupplementa neceſſaria, quæ locis, ſenſu alioqui carentibus ſunt adnectenda.

2. *O Deus mi, tibi confidi*] אלהי בך בטחתי *elohai bcha batahhthi*. Debet inchoari hic verſus

3. Etiam omnes, qui *auxilium* tuum exſpectant, pudore ne ſuffundantur; ſed qui ſine
cauſa perfidè ſe gerunt. 4. Vias tuas, ô Jehova, fac ut ſciam, ſemitas tuas doce me.
5. Fac ut incedam in veritate tua, & me *eam* doce; tu enim, Deus, es *auctor* ſalutis
meæ, à te *auxilium* ſemper exſpectavi. 6. Memor eſto tuæ miſericordiæ, tuæque
benignitatis, ô Jehova, quia ſunt ab æterno. 7. Peccatorum adoleſcentiæ meæ & de-
lictorum meorum ne memineris; ſed pro tua benignitate, propter bonitatem tuam,
recordare mei, tu, ô Jehova.
8. Bonus & rectus eſt Jehova, ideóque peccatores in *vitæ* via erudit.
9. Mites

dant. 3. Ne pudore ſuffundantur qui ad auxilium tuum confugiunt, ſed ii ſoli, qui ſine ratione fidem violant. 4. Quam viam ſequi debeam, & quam vivendi viam inire me par ſit doceto. 5. Fac ut rectam rationem vivendi, prout par eſt, ineam, tu enim ſalutis meæ cauſa es, atque à te ſemper auxilium exſpectavi. 6. Miſericordiam & benignitatem tuam erga me ſemper exerceto, quandoquidem ſempiternæ ſunt. 7. Ne ſemper peccatorum, quæ in juventute admiſi ſemper memor eſto, ut pœnas eorum repetas; ſed tuâ ſummâ bonitate, te mei memorem eſſe oſtendito.

8. Bonitate & Clementiâ ſuâ oſtendit Creator ſe peccatores non negligere, quandoquidem eos quomodo ſe, in vita, gerere debeant docet. 9. Fa-

ſus littera ב. Ideóque *Meibomius* legit, tranſpoſitis vocibus, בך אלהי *in te*, *ô Deus mi* &c. Crediderim, ut jam dixi, voculam אלהי pertinere ad poſterius membrum ſuperioris verbis, cujus membri vox una, aut altera intercidit LXX. Intt. eodem ordine: ὁ Θεός μου ἐπὶ σοὶ πέποιθα. Sic quoque *Hieronymus*. Quo fit ut credam אלהי ultimam fuiſſe vocem coli, cujus una aut altera vox excidit, ut חענני *thabanenni*, vel תאזיני *thazini*. audies me, aut ſimile quiddam, ut האזינה תפלתי *haazinah thephillathi*, quod habemus Pſ. XVII, 1. *Meibomius* ergo hîc à tranſpoſitione abſtinere potuiſſet.

3. *Auxilium tuum exſpectant*] *Exſpectantes te*.

Sine cauſa, perfidè ſe gerunt] הבגדים ריקם *habbogedim rekam*. *Aquila*, *Theodotion*, *Symmachus*, & V. Editio habent ἀθετοῦντες, quæ eſt verbi בגד *bagad*, quod eſt *fidem fallere*, notiſſima poteſtas. LXX. Intt. nimis laxè ἀνομοῦντες, & *Hieronymus*: *qui iniqua gerunt*.

Sine cauſa] ריקם *rekam*, quod poſſit & *leviter*, aut *inani animo* verti. Sed videtur potiùs idem hîc ſignificare ac חנם *hhinnam*, ſine cauſa. *Meibomius*, ſine cauſa, mutat hanc vocem in ריקים *rekim*, vani. Vide Pſ. VII, 5. Fruſtra ſunt, qui volunt ריקם hic verti non poſſe *ſine cauſa* eo quòd nemo ſit perfidus, cum ratione. Fac enim hîc eſſe Pleonaſmum, quid tum? an nulli alii ſunt in Scriptura? Imò permultos habet Lingua Hebraica. Deinde poteſt quis *fidem fallere*, non ſine aliqua ratione; ut ſi ab eo, cui fidem dederat, malè habeatur, præter jus & fas; aut qui poſtea animadvertit, fide temerè datâ, ſi eam ſervet, ſcelera alia perpetranda, aut probanda, quod ſanctiſſimæ leges non patiuntur.

5. *Fac ut incedam in veritate tua*] Hoc eſt, ut me fideliter per omnia geram. *Veritas* enim *Dei* eſt ejus veracitas & fidelitas. Pſ. CLXIII, 1. Dan. IX, 13.

Et me eam doce] ולמדני *velammedeni*. Quia debet ſequens ſententia incipere à littera ו, nec ulla vox eâ inchoatur præter hanc, non tamen prior verſus ſatis plenus eſt, hic verò prolixior æquo, *Meibomius*, non ſine veriſimilitudine verba hoc ordine collocat: ה. Fac ut incedam in veritate tua, tu enim Deus es ſalutis meæ. ו. & me doce *eam*, à te auxilium ſemper exſpectavi. Sed poſt הדריכני, *incedam*, adjicit de ſuo אלהים *Deus*, & poſt verba *doce me*, è verſu יי למען טובך *lemahan toubecha Jehova*, propter bonitatem tuam, Domine; quæ æquo major eſt licentia. Fac enim eſſe hîc aliquid mendoſum, quis ejuſmodi emendationem præſtare ſuſtineat? At *Meibomius*, quaſi certiſſimam prædicat, & talia volebat maximo ære Orbi Chriſtiano vendere.

Deus es auctor ſalutis meæ] אלהי ישעי *Elohe jiſchhi*, Deus ſalutis meæ; hoc eſt, ô Deus, qui me ſervas & incolumem præſtas. Vide Pſ. XXIV, 5.

Semper exſpectavi] *Te exſpectavi, omni die*; hoc eſt, ſemper à tuo auxilio pependi, adfuturúmque id mihi ſperavi.

6. *Memor eſto tuæ miſericordiæ*] זכור רחמיך *zechor rahhamecha*. Addit *Meibomius* רב *rob*, poſt זכור *memento multitudinis miſerationum tuarum*. Ait eam carmen poſcere, quod non credo. Ceterum *memor eſto*, perinde eſt ac *exerce*, nam quod obliti ſumus, id in uſum non revocamus.

Quia ſunt ab æterno] כי מעלם המה *chi mebolam hemmah*. Non enim, ab hoc primùm tempore, piis Iſraëlitis benefacere cœperat, ſed ab aliquot ſæculis.

7. *Peccatorum* &c.] חטאות נעורי ופשעי *chattaoth nehourai ouphesſchabai*. Ultimam vocem delet *Meibomius*, quaſi gloſſema; ſed gloſſemata ſunt clariora iis, quibus explicandis adhibentur; quod hîc dici nequit.

Ne memineris] Poſt תזכור *memineris* addit idem אל *el* Deus, ob carmen & bono ſenſu, ut ait. Sed quî ſcit eam ſyllabam deeſſe, non aliam? ſenſus eſt, ne eos punias; nam delictis oblivioni mandatis nulla imponitur pœna. Eſt antecedens, pro conſequente.

Propter bonitatem tuam — Jehova] למען טובך — יהוה *lmahan toubecha, Jehova*. Hæc, ut monuimus, huic verſui detracta inſerit quinto *Meibomius*. Sed meliùs dixeris *recordare mei, tu Jehova*, quàm reſectâ ultimâ vocula: *recordare mei tu*.

8. *Bonus & rectus eſt Jehova*] טוב וישר יהוה *tob vejeſchar Jehovah*. Ante יי addit *Meibomius*, in

9. Mites ut in jure incedant faciet, & tenues viam ſuam edocet. 10. Omnes ſemitæ Jehovæ ſunt benignitas & fides, erga eos qui fœderis, teſtificationúmque ejus obſervantes ſunt. 11. Propter nomen tuum, ô Jehova, ignoſces iniquitati meæ, nam multa eſt 12. Quis eſt vir timens Jehovæ, & eum erudiet de via, *quam* eligat? 13. Animus ejus in bonis rebus permanebit, poſteritáſque terram poſſidebit. 14. Arcanum Jehovæ ejus metuentibus *patet*, & fœdus ejus, ut eis notum faciat.

15. Oculi

9. Facit ut homines mitis indolis juris obſervantes ſint, & tenues qui vita inſtituenda ſit edocet. 10. Ita ſe gerit Creator, ut liqueat providentiam ſuam ſemper cum bonitate & inconcuſſa fide eſſe conjunctam; erga eos qui ejus legum obſervantes ſunt. 11. Propter te ipſum, ô Creator, ignoſces delictis meis, quæ nimis multa ſunt. 12. Si quis te verâ ejus timens eſt, facilè intelliget quomodo inſtituenda ſit vita, ut Deo placeat. 13. Secundis fruetur, poſteróſque ſuos prædiorum ſuorum heredes, poſt ſe, relinquet. 14. Creator iis, qui eum timent, ea quæ ſunt aliis ignota patefacit, & fœdus ſuum ut iis innoteſcat operam dat.

13. Quo-

in contextu hujus Pſalmi p. 4. הוא *ille*, hoc eſt, *eſt*. Sed in ſeq. pagina addit voci יי *Deus meus*, & p. 32. in notis אלהי *elohai*. Cùm ederetur p. 4. nondum carminis ei in mentem venerat, ſed poſtea *magis* id *clareſcere*, ſi ea vox adderetur, cenſuit. Mirum eſt hominem ſic vacillantem auſum aliis ea obtrudere, quaſi explorata, de quibus ipſe dubitabat. Sic eùm docuerit alibi יה eſſe contractionem vocis יהוה, hîc integram ſcribens, in Hebraicis Latinis litteris expreſſis perpetuò legit *Jah*.

In vitæ via erudit] יורה בדרך *joreb bderecb*. Quod ſat perſpicuum & rectum eſt. At *Meibomius* pro יורה legit ידריך *jadricb*, interpretatúrque *dirigit*, & in verſione Græca ἐδίδαξε, & in Latina pag. ſequentis *inſtruet*, nec in notis ullam mutationis rationem reddit. חטאים בדרך vertit p. 5. ἀφαμαρτάνοντας ἐν πραγματείᾳ, *Latinè aberrantes in negotiis ſuis*. Melius hæc capias, de totius vitæ peccatis.

9. *Mites ut in jure incedant facit*] ידרך ענוים במשפט, *jadrecb hanavim bammiſchpatb*. Hic, pro his verbis, habet: יורה ענים במשפט *joreb hanijim bmiſchpbatb*, vertítque e regione: *inſtruet miſeros in judicio ſuo*, at in ſeq. pagina: ἀφηγήσεται ὁ κύριος τῶν πενήτων ἐν τῷ δικαστηρίῳ αὐτοῦ, *diriget Dominus miſeros in judicio ſuo*. Vult ו initiale ſequentis vocis וילמד *vilimmed*, retrahendum ad vocem משפט, cùm enim *Vau*, verbo conjunctum, ſit converſivum temporis, oporteret verti *& docuit*; ineptè prorſus, ut putat; requiritur enim futuri ſignificatio, ut in præcedente verbo. Atqui hîc non de futuro ſimpliciter agitur, ſed de præſente perpetuo, ſeu eo quod facere ſolet Deus. Præterea, *Vau* futuro præfixum non ſemper mutat id in præteritum, ut oſtendit in Concord. Particularum *Chr. Noldius*, p. 317. *Incedere* במשפט *in judicio*, vel jure (nam frequenter hæc miſcentur) eſt ex legibus divinis vivere, non ἐν δικαστηρίῳ, hoc eſt, *ad tribunal*. Legit hic *Meibomius* ענים *pauperes*, pro ענוים *mites*, quod eſt in ſequentibus, non malè, ne eadem vox repetatur. Sed voces illæ utrumque ſignificant, & miſcentur inter ſe. Ideò nos *tenues* poſtea vertimus.

10 *Semitæ Jehovæ*] ארחות יהוה *orhboth Jehovah*, pro his duabus vocibus habet *Meibomius*: ארחותיו *orhbothav*, p. 4. & vertit *viæ ejus*, at pag. ſeq. habet τρίβοι τοῦ Θεοῦ, & *Dei itinera*. In notis dicit ſe voci יהוה ſubſtituiſſe אל, *el* carminis causâ, nec ullo ſententiæ detrimento. Ergo eùm ederetur p. 4 nondum id carmen poſtulare noverat.

Benignitas & fides] חסד ואמת *bheſed veemeth*, de quibus vocibus vide not. ad Gen. XXIV. 27. Senſus eſt rationem vivendi, quæ grata ſit Deo, perpetuo conjunctam eſſe oportere cum bonitate & fide, erga proximum.

Erga eos] לנצרי *lnotſre*, hoc eſt, erga Iſraëlitas. Sed poteſt etiam verti *ſervantibus* &c. hoc eſt benignitatem & fidem virtutes eſſe eorum, qui fœderis divini obſervantes ſunt.

11. *Propter nomen tuum*] Propter te ipſum. *Ignoſces iniquitati meæ*] וסלחת *veſalahhthah*. & ignoſces. Ante hanc vocem *Meibomius* non abſurdè deeſſe verbum putat, quod ſupplet voce חנני *honneni*, miſerere mei, tum legit וסלחה *veſilhha*, & ignoſce. Ut minùs mutaretur, mallem ſupplere in priore membro verbum, in præterito, ut שמעת לי, vel ענית לי, *exaudiſti me*, aut ſimile quid.

12. *Quis eſt* &c.] Perinde eſt, ac ſi pro מי זה האיש *mi zeb haiſcb*, dixiſſet: אם יש איש *ſi ſit vir* &c. Vide Pſalm. XXXIV, 12. Prov. XXII, 29. XXIX, 18.

De via quam eliget] *In via eliget*; hoc eſt, & de vitæ inſtituto & de ſingulis actibus, non patietur eum dubitare de iis, quæ ad officium ſuum pertinent; aut aberrare, dum viam rectam quærit, in quavis re.

13. *Animus ejus in bonis rebus permanebit*] נפשו בטוב תלין *naphſcbo btoub thalin*, animus ejus in bona *pernoctabit*, aut *hoſpitabitur*. Hæc quidem eſt propria verbi ſignificatio, ſed & conſtantiùs permanendi poteſtas eſt ei ſubjecta, ut hîc; neque enim Pſaltis animus eſt viro probo promittere noctis unius felicitatem, ſed totius vitæ. Vide & Pſ. XCI, 1. Proverb. XIX, 23. Quod cùm non advertiſſet *M. Meibomius*, ſupplevit in hoc verſu, quod inutile, imò contrarium eſt ſenſui. Vult ſcribi בערב בטוב *baibereb betoub*, veſperi in bono hoſpitabitur, p. 4. Sed in notis p. 32. legit להבר *lehaber*, cujus rei rationem nullam reddit. Atqui ſi de *pernoctatione* ageretur, ſolum verbum לין ſatis eam ſignificabat, per ſe & ſine ulla adjectione; ac proinde non erat cur vir doctus uſque adeò ſibi ipſe plauderet, propter meram & apertam depravationem. Si voce veſperæ intelligebat *ſenectutem*, ut videtur innuere, exemplum ejus loquendi gene-

ris

15. Oculi mei ſemper ad Jehovam *ſunt converſi*, nam ille è rete pedes meos expedit. 16. Reſpice ad me & miſerere mei, cùm ſolus ego ſim & adflictus 17. Anguſtiæ animi mei ſeſe explicuerunt, è rebus arctis educito me. 18. Reſpice adflictionem meam, & moleſtiam quâ adficior, omnibúsque peccatis meis ignoſce. 19. Vide hoſtes meos, quia multi ſunt, & iniquo odio me proſequuntur. 20. Cuſtodi vitam meam, méque libera; ne pudore adficiar, quia in te ſpem meam collocavi. 21. Animus

15. Quotieſcumque in periculo verſor, ad auxilium ejus confugio; nam ne inſidiis malorum irretiar impedit. 16. Reſpice me, facque ut miſericordiam experiar, cùm deſertus ſim ab hominibus, atque adverſis rebus premar. 17. Animus meus jam cœpit ſe ex anguſtiis explicare, ſed tu penitus me expedito è rebus arctis. 18. Rationem habeto calamitatum mearum, & moleſtiarum quibus premor, ſimulque peccatis omnibus meis ignoſcito. 19. Adtende multitudinem hoſtium meorum, iniquumque odium, quo me proſequuntur. 20. Vitam meam periculo eripito; ne pudore adficiar, quia te mihi adjutorem futurum eſſe ſperabam. 21. Integritas morum meorum mihi auxilio,

tis proferri oportuit. Quis enim poteſt demortuæ, à multis ſæculis, Linguæ, nova loquendi genera fingere?

Poſteritáſque terram &c.] Hæc quoque oſtendunt non agi, in ſuperioribus verbis, de brevi felicitate, ſed de ea quæ ad poſteros etiam erat propaganda, quandoquidem erant Majorum ſuorum agros poſſeſſuri. Vide Levit. XXVI. 3. & ſeqq.

13. *Arcanum Jehovæ ejus metuentibus patet*] סוד יהוה ליראיו *ſod Jehovah lireau.* Satis liquet ſubaudiendum eſſe, aut excidiſſe verbum, quo ſignificat Pſaltes iis, qui Deum timent, patere arcanum Legis; hoc eſt, Deum Legem ceteris populis ignotam pateſeciſſe Judæis & quod celaret alios, quaſi arcanum, iis aperuiſſe eam Legem. Quare Thargum habet גליא *galia*, revelatum eſt, eúmque plerique recentiores Intt. meritò ſunt ſequuti. Hæc etiam ſententia fuit verſionis *Aquilæ*, qui habebat: ἀπόῤῥητον κυρίου τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, & *Symmachi*, ὁμιλία κυρίου τοῖς &c. & *Theodotionis*, quintæque Editionis: μυστήριον κυρίου τοῖς &c. Et *Hieronymi*: *ſecretum Domini timentibus eum.* Non adſequor cur LXX. Int. verterint: κραταίωμα κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν. *Meibomius* in ipſum textum inſercit יגלה *jiggaleh*, revelatur, quaſi excidiſſet.

Et fœdus ejus ut &c.] Inverſum eſſe ordinem putabat *Franciſcus Vatablus*, qui ſic concipi deberet: *ut notum faciat illis fœdus ſuum.* Sed nihil opus eſt, ordo enim ſic ſat commodè fluit, ſi dicamus revelatum eſſe fœdus, ut illis arcanum Dei notum faciat. Senſus eſt, Lege datâ, Deum id, quod gentibus aliis erat adhuc arcanum, Iſraëlitis pateſeciſſe. De *arcano*, pro voluntate Dei paucis nota, vide Proverb. III, 32. Job. XXIX, 4

Ut revelet iis] להודיעם *lehodiham.* Idem eſt ac להודיע להם *lehodiah lahem.* Sic LXX. Intt. τοῦ δηλῶσαι αὐτοῖς, & *Aquila* γνωρίσαι αὐτοῖς. Crediderim etiam ita *Symmachum* & *Theodotionem* vertiſſe, ut LXX. Intt. & vitiosè legi in eorum fragmentis δηλώσει. Sed hæc omnia ſprevit *Meibomius*, qui, pro voce corrupta, ut ait, להודיעם *legendum*, cenſuit: להורי עמו *lhhore hammo*, illuſtribus populi ſui, quæ mera eſt depravatio, ut, ex aurium Græcarum, vel Latinarum judicio, à quo abhorruerunt Orientales, leniùs flueret oratio. Deus fœdus ſuum non feriit, cum ſolis prioribus, aut, ut noſtro more loquar, leges tulit ſolis illuſtribus viris, ſed toti populo Hebræo; quo audiente, voluit eas publicè ſeptimo quoque anno legi, & quovis tempore à Sacerdotibus quibuſlibet explicari. Alioqui fruſtra latæ eſſent, ſi vulgò ignotæ fuiſſent.

15. *Oculi mei ſemper ad Jehovam*] Qui inter homines auxilium ab aliquo exſpectant, ſæpe eum reſpiciunt, ſi adſit; aut proſpiciunt, ſi fortè advenientem viſuri ſint. Itaque hîc vult David ſe ſemper auxilium divinum exſpectare. Vide Eſaiæ XXXI, 1.

A rete] Ab inſidiis. Sic paſſim.

Reſpice ad me] Ut exſpectantes Dei auxilium dicuntur eum *reſpicere:* ſic & viciſſim Deus dicitur *reſpicere* eos, quibus auxilium fert. Vide Gen. IV 4. & 1 Sam. i, 10. Sic quoque Latini loquuntur, nam *reſpicere amicum* tam eſt ſuperioris rationem habere, quàm inferioris. Exempla adferremus, ſi res eſſet obſcura. *Meibomius* hic voculam inſercit, nimirum. אלי *eli*, Deus mi; quaſi ſcripſiſſet David: פנה אלי אלי omiſsáque eſſet altera ſimilium vocum imperitiâ librarii, ne idem bis ſcriberet. Sed additione ejuſmodi nihil opus eſt.

17. *Seſe explicuerunt*] הרחיבו *hirhhibou.* Rectè ſubaudiunt viri docti מקומם *mkomam*, locum ſuum, vel נפשי *naphſchi*, animum meum, nam vox activa adcuſativum poſtulat. *Meibomius* hîc legit הרחב *harhhab*, dilata, & ו referendum ad ſequentem vocem putat. Levis eſt mutatio, & quæ rei adprimè convenit. Senſus eſt: *anguſtias cordis mei dilata & è rebus arctis educito me.*

18. *Reſpice adflictionem meam*] ראה עניי *reeh honji.* Hic verſus deberet incboari à littera ק, ut ſequens inchoatur à littera ר, & antecedens à littera צ. Non eſt credibile litteram ק eſſe prætermiſſam, ideóque *Meibomius* hîc ſcribit קצה *Katſeh*, fini; non malè, ſi exſtaret hujus loquendi generis exemplum. Poſſet etiam fingi imperativus Kal: קלל *Kolel*, adleva. aut ſubleva; ſed exemplum etiam deeſt. Quare res eſt omittenda, quæ nullo ingenio poteſt expediri.

Moleſtiam quâ adficior] עמלי *hamali*, moleſtiam meam.

19. *Quia multi ſunt*] כי רבו *chi rabbou*, quod poſſit etiam verti, *quia aucti ſunt.*

Iniquo odio me proſequuntur] שנאת חמס שנאוני *ſchinath hhamas ſchneouni*, odio injuriæ oderunt me.

21. *Ani-*

[21]. Animus integer & rectus me cuſtodiat, quia *auxilium* tuum exſpectavi. [22]. Libera, Deus, Iſraëlem ex omnibus ejus anguſtiis.

David Deo integritatem exponit, petitque ne cum improbis pereat.

PSALM. XXVI. [1]. DAVIDIS. Jus mihi dicito, Jehova; quia in integritate mea vixi, & in Jehova fiduciam meam collocavi, non titubabo. [2]. Explora me, Jehova, & tenta me, confla renes meos & cor meum; [3]. Nam benignitas tua *eſt* coram oculis meis, & dabo operam, ut in veritate tua incedam. [4]. Non conſedi cum viris mendacibus, neque cum diſſimulatoribus *domum* ingreſſus ſum. [5]. Cœtum maleficorum hominum odio habui, neque conſedi cum improbis. [6]. Abluam manus in innocentia, & altare tuum

lio, apud te, ſit, quia ſpem meam omnem in te collocavi. 21. Animi mei integri & recti rationem habeto, quandoquidem ſemper ex auxilio tuo pependi. 22. Expedito, ô Deus, Iſraëlitas, ex omnibus anguſtiis quibus premuntur.

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS preces. Jus mihi dicito, ô Creator, quia integer vitæ vixi, atque in te ſpes, opeſque meas omnes collocavi, nec in ea re titubabo. 2. Explora animum meum, ô Deus, & in cogitationes meas, etiam arcanas, inquirito. 3. Nam ſemper rationem habui benignitatis tuæ & operam dabo, ut ſecundùm veritatem tuam vivam. 4. Non ivi in conſeſſus hominum mendacium, neque cum diſſimulatoribus conventum habui. 5 Cœtum hominum maleficorum fugi, neque unà cum iis conſeſſum habui. 6. Innocentiam meam integram tuebor, atque templum tuum ad altare ingrediar. 6. Abluam in aqua manus, ut innocentiam meam palam teſtatam faciam,

21 *Animus integer & rectus*] תם וישר *thom vajjeſcher*, integritas & rectitudo. Addit *Meibomius* adfixa, habet enim תמי *thummi* & ישרי *vejoſchri*, qood vertit *innocentia mea & æquitas mea*. Addit ad calcem versûs יהוה אלהי *Jehovah elohai*, quia verſus ei brevior æquo videbatur, quamvis taceat.

22. *Libera, Deus, Iſraëlem*] Hic verſus eſt præter alphabethum. Sequenti membro præfigit *Meibomius* תוציאהו *botſiehou*, educito eum, ne deſit verbum. At nihil deeſt ſenſui.

COMMENTARIUS
In PSALM. XXVI.

1. JUs mibi dicito] *Judica me.* Provocabat Pſaltes, quisquis ſit, nam Davidis eſſe hoc carmen non conſtat, ad Deum, non ut peccati immunis; ſed quia adverſariis collatus innocenter vixerat, aut ſceleris cujuspiam, ad quod tacitè reſpicit purus erat. Virtutes pleræque hominum non ſunt Virtutes, niſi deterioribus conferantur. Ut *miſer eſt nemo, niſi comparatè*: ſic & bonus eſt tantùm comparatè.

In integritate mea vixi] בתמי הלכתי *bethummi halachthi*, in perfectione mea inceſſi.

Non titubabo] לא אמעד *lo emhad.* Solet hoc verbum de titubatione pedum, aut talorum adhiberi. Vide Pſ. XVI, 17. XXXVII, 31.

2. *Explora me, Jehova, tenta me* &c.] Ex fiducia innocentiæ ſuæ, in facto quopiam (fortè, ſi David ſit auctor hujus Pſalmi, quòd adcuſaretur ſtructatum Saüli inſidiarum) manarunt iteratæ preces, quibus Deum enixè orat, ut ſe exploret, & verba verbis ejuſdem poteſtatis veluti cumulat.

Confla renes meos &c.] De metaphora ex metallis ducta, vide ad Pſ. XII, 7. *Renes* autem, & *cor* ſunt intimæ cogitationes. Vellet ergo David, ſi auctor hujus Pſalmi eſſet, à Deo judicium de ſe ferri, non tantùm ex verbis & factis, ſed etiam ex occultiſſimis animi ſui cupiditatibus; quod maximæ innocentiæ eſt argumentum. Verùm hæc non pertinuiſſent ad totam Davidis vitam, ſed ad ſingulare quoddam crimen, cujus ab inimicis inſimulabatur, ut inſidiarum Saüli ſtructarum. Sed neceſſe non habemus hunc Pſalmum Davidi adjudicare.

3. *Nam benignitas tua* &c.] Beneficia à Deo accepta, quæque ab eo ſperantur, ſunt graviſſima ratio, cur homines innocentiam colant; ſine qua, ea conſequi non poſſunt. Eò reſpicit Pſaltes.

Dabo operam &c.] Bene ſic exprimitur vis reciproca conjugationis *Hithpaëhel*, והתהלכתי באמתך *hitthhallachthi beamitthecha*, in veritate tua inceſſi. Sed eſt præteritum pro futuro. *Veritas* autem ſunt leges divinæ, Pſ. XIX, 10. CXIX, 43, 142, 151. Ergo hoc vult Pſaltes ſe daturum operam ut vitam ſuam ad leges divinas exigat.

4. *Non conſedi* &c.] Vide Pſ. I, 1.

Diſſimulatoribus] נעלמים *nahalamim*, occultis; quo verbo indicantur homines, qui conſilia ſua diſſimulant; donec ea, datâ occaſione commodâ, ſubitò in detrimentum ac perniciem proximi, ſine periculo ſuo, exſequantur. LXX. Int. nimis laxè τῶν παρανομούντων, nec aptiùs *Hieronymus. cum ſuperbis.* Meliùs Chaldæus: מטמרין לאבאשא *ab occultantibus ſe, ut malè agant.*

6. *Abluam manus in innocentia*] Poſſum verè teſtificari me eſſe innocentem, ut qui palam ex animo manus abluunt, ut oſtendant ſe flagitii reos non eſſe. Vide Deut. XXI, 6. Job. IX, 30.

Hæc

tuum circumibo, ô Jehova; 7. ut audiam ſonitum laudis tuæ, & mirabilia omnia tua facta narrem. 8. Jehova, amo habitationem Ædis tuæ, & locum Tabernaculi gloriæ tuæ

9 Ne animam meam cum peccatoribus, & vitam meam cum hominibus ſanguinariis colligas; 10. in quorum manibus eſt *prava* molitio, & quorum dextera plena eſt muneribus. 11. Ego verò in integritate mea vixi, libera me, & miſerere mei. 12. Pes meus in recta via conſtitit, &, in cœtibus, Jehovæ benedixi.

Exponit David fiduciam ſuam in Deo, à quo auxilium petit, ac tandem hortatur alios, ut ſimiliter Deo confidant.

1. DAVIDIS. Jehova eſt lux mea & ſalus mea; à quo timebo? Jehova eſt munimentum vitæ meæ, quem extimeſcam? 2. Cùm pugnarent adverſùs me malefici, PSALM XXVII.

ciam, ô Creator, circa altare tuum; 7. ut audiam laudes tuas, utque mirabilia tua memorem. 8. Amo Ædem tuam, & Tabernaculum tuum, ubi gloriam tuam videre licuit.
9. Ne patiaris me cum homicidis vivere & mori; 10. qui nihil niſi pravas molitiones adgrediuntur, & quiſque ſe muneribus corrumpi patiuntur. 11. Me vero, qui integer ſum vitæ, ſceleriſque purus, ab ejuſmodi hominibus libera & fac ut miſericordiam tuam experiar. 12. Pes in recta via hactenus conſtitit, & in cœtibus religioſis Creatorem laudavi.

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS *Canticum.* Cùm Creator omnium animum meum prophetico lumine illuſtret, méque incolumem ſervet, à quo mihi timere poſſem? 2. Cùm pugnarent mecum mali homines, qui

Hæc ſunt ad ea referenda, quæ non poterant Davidi, niſi falſò, objici.

Altare tuum circumibo] Ingrediar Sacrarium & circa altare, circa quod Levitæ laudes Dei canunt in atrio, libenter canticis ſacris adero; quæ cantica à Davide primùm ſunt inſtituta, ut liquet ex 1. Ephemer. C. XXIII. Homines immundi, aut cæde funeſtati eò accedere non audebant.

8. *Habitationem*] Hæc referri omnino videntur ad tempora, quæ, poſt conditum à Salomone Templum, fluxerunt.

9. *Cum peccatoribus*] חטאים *hhattaim*, ſic interdum, ut hinc liquet, vocantur non homines qui peccata admittunt, quorum nemo eſt immunis, ſed ſcelerati; qualis non erat David, nec auctor hujus Pſalmi, quiſquis ſit, quamvis peccati minimè expers.

Viris ſanguinariis] *Viri ſanguinum.*

Colligas] *Colligere animam*, aut *vitam* idem eſt ac occidere. Vide ad Jud. XVIII, 25. Adde & 2. Par. XXXIV, 28.

10. *Prava molitio*] זמה *zimmah*, quod in utramque partem ſumitur. Cùm verò de pravis molitionibus ſermo ſit, addidimus *prava.*

Plena eſt muneribus] מלאה שחד *maleah ſchohhad*, plena eſt munere; quod, nempe, acceperunt, ne reos plecterent aut ut innocentes, & quorum cauſa, melior erat, malè mulctarent.

11. *In integritate mea vixi*] בתמי אלך *bthummi elech*, in integritate meâ ibo; hoc eſt, ivi.

12. *In recta via*] במישור *bmiſchor*, in rectitudine. Vide Pſ. XXVII, 11. Poſſit & de via plana intelligi, nam מישור eſt etiam *planities.* Sed prius malim.

COMMENTARIUS
In PSALM. XXVII.

1. *Jehova eſt lux mea*] *Lux* frequenter res ſecundas, ut caligo adverſas ſignificat; quod ad Jobum ſæpiùs notavimus. Deus dicitur *lux*, quòd *lucem* adferat, hoc eſt, ſecunda omnia faciat, liberétque ex adverſis. Vide Job. XVIII, 18. XXX, 26. Pſ. XLVII, 11. Sic & *Homerus* ſæpe loquutus. Quare *Euſtathius*: φῶς ἁπλῶς καὶ φῶς πολέμου τὴν νίκην παρ' Ὁμήρῳ, plus ſemel obſervavit, ut pag. DCXXI, 61. DCCXIII, 13. MLXVIII, 51. Ed. Rom. Eodem judice, καὶ φῶς ὁ αὐτὸς νίκην καὶ σωτηρίαν ἐπισημαίνει. MCXX, 32. MCXXVIII, 53. MLXXXIII, 42. Eum, ſi opus eſt, adito. Unum & alterum exemplum verborum *Homeri* ſubjiciam. Sic Iliad. Γ, 6. de Ajace Telamonio:

Τρώων ῥῆξε φάλαγγα, φόως δ' ἑτάροισιν ἔθηκεν.

Trojanorum rupit phalangem & lucem ſociis dedit.

Rurſus Iliad. Θ. Agamemnon apud eumdem ſic adloquitur:

Βάλλ' οὕτως, αἴ κέν τι φόως Δαναοῖσι γένηαι.

Sic jaculare, ſi fortè lux quæpiam Danais fias.

Munimentum vitæ meæ] מעוז חיי *mahoz hhajai*, vel arx in quam vitæ meæ conſulturus fugiam.

2. *Malefici* &c.] *Malefici ad edendam carnem*

leſici, qui mihi nocent, & malè volunt, ut carnem meam depaſcerentur; impegerunt omnes & conciderunt. 3. Si caſtra contra me ponantur, non trepidabit animus meus; ſi contra me oriatur bellum, eo ipſo fiduciam concipiam.

4. Unum hoc petii à Deo, idque *eum etiamnum* rogabo, ut habitem ad Ædem Jehovæ, omnibus vitæ meæ diebus, ut videam amœnitatem Jehovæ, eúmque in ejus templo viſam. 5. Nam abſcondet me in tabernaculo ſuo, die malo; abdet me in loco arcano tentorii ſui, in rupem me adtollet. 6. Caput meum nunc ſublimius fiet hoſtibus meis, qui circa me ſunt & mactabo in ejus tentorio victimas vociferationis; canam & carmen dicam Jehovæ. 7. Audi, Jehova, vocem meam; cùm *te* invocavero, miſerere mei & exaudi me. 8. A te mihi dicit animus meus: quærite faciem meam; *ego verò* faciem tuam quæram, Jehova.

9. Ne abſcondas vultum tuum mihi, nec in ira ſervum tuum, ſubmoveas, *ô qui* auxilium

qui mihi nocere conabantur, & malè volebant, ut carnem meam, ſi potuiſſent, paſcerentur; omnes impegerunt atque occidione occiſi ſunt. 3. Si contra me quis caſtrametetur, non tamen me terrebit. Si mihi bellum inferat, fiduciam majorem in me excitabit.

4. Unum hoc petii, ô Creator, idémque etiamnum petam, ut per totam vitam prope Tabernaculum ejus habitem, utque gratiſſimo illo ſpectaculo fruar, teque in Templum tuum inviſam. 5. Si quid enim calamitatis mihi contingeret, me in tabernaculum tuum admiſſum, eo aſylo me tueretur, ex Adyto me expellere nemo poſſet, & quaſi in rupem inacceſſam me abdidiſſem. 6. Nunc verò caput meum ſupra omnes hoſtes meos qui circum ſunt, adtolletur, & victimas ei offeram, ut gratias Deo agam, cum gratiarum actionibus, quæ magna voce, apud eum agentur. 7. Exaudi, ô Creator, vocem meam, quotieſcumque te invocabo, & miſerere mei. 8. Animus mihi ſuggerente te, mihi, ô Iſraelitæ, inquit, in Tentorio, in quo eſt Adytum, me convenite. Ego vos in loco te conveniam.

9. Ne favorem tuum mihi ſubtrahas, neque indigna-

nem meam; qui me ad anguſtias redigunt & hoſtes mei.

Ut carnem meum depaſcerentur] לאכל את בשרי *leechol eth bſchari.* Metaphoricum loquendi genus, quo perniciem adferre ſignificatur. Ea etiam uſi Græci. *Homerus* Iliad. Δ, 35. Jovem Junoni dicentem inducit:

Εἰ δὲ σύγ', εἰσελθοῦσα πύλας καὶ τείχεα μακρὰ,
Ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον, Πριάμοιό τε παῖδας,
Ἄλλους τε Τρῶας, τότε κεν χόλον ἐξακέσαιο.

Quòd ſi ingreſſa portas & muros altos, crudum voraveris Priamum, Priamique filios & alios Troas, tunc iram ſatiaveris. Sed & apud *Xenophontem* Hellenic. III. ὠμὰ ἐσθίειν & Anab. IV. ὠμοὺς καταφαγεῖν de hoſtibus habemus.

3. *Si contra me oriatur bellum*] אם תקום עלי מלחמה *im thakoum balai milhhama*, ſi ſurgat contra me bellum.

Eo ipſo fiduciam concipiam] Quòd me tum maximè à Deo adjutum iri confidam.

4. *Ut habitem ad Ædem Jehovæ*] Vel *in Æde Jehovæ* בבית יהוה *bebeth Jehovah*, ſi ædificia Ædi adjuncta intelligantur. Hæc optimè conveniunt Joaſo, in Æde Dei occultato & nutrito, invitâ Hathaliâ, tum regnum, eâ occiſâ, adepto, 2. Reg. XI.

Amœnitatem Jehovæ] בנעם יי *bnoham Jehovah.* Vide Pſ. XC, 17. ubi *favorem* Dei ſignificat. Hîc fortè amœnitas proſpectuum è Templo ſignificatur.

In ejus Templo viſam] לבקר בהיכלו *lebakker behechalo*, ad inquirendum in Templo ſuo; hoc eſt, ut eum inviſam, quò preces meas ad eum fundam. Vide 2. Reg. XVI, 15.

5. *Abſcondet me in tabernaculo ſuo*] Quod verè contigit Joazo, 2. Reg. XI, 3.

In rupem me adtollet] In locum naturâ munitum & editum, quale fuit Templum.

6. *Caput meum nunc ſublimius fiet* &c.] Contigiſſet hoc Joaſo, ſi ſemper ſequutus eſſet inſtituta Jehojadæ Sacerdotis, à quo ſervatus fuerat; ſed, eo mortuo, in Idololatriam prolapſus eſt. Vir pius & ſanctus, qui Joaſum loquentem hîc inducit, & fortaſſe Jehojadæ juſſu carmen hoc compoſuerat, ut à Joaſo diſceretur, útque in Templo caneretur, ei verba tribuit, qualia decebant Regem religioſum, & quæ exaudita fuiſſent; ſi Joaſus eum ſe ſemper præſtitiſſet, quem debebat. Hæc non carent ratione, ſi ſtatuamus Joaſum hîc loqui; ſi ad alium pertineant, per nos licet aliter exponatur.

Victimas vociferationis] זבחי תרועה *zibbhe throuhah.* Poſſit etiam *clangoris* verti, nam תרועה utrumque ſignificat. Intelliguntur ſacra Euchariſtica, quæ magnâ lætitiâ celebrabantur, quam comitabantur læti clamores & clangor interdum tubarum. Vide Num. X, 10.

Canam & carmen dicam] אשירה *aſchirah* videtur cantum ſignificare & אזמרה *azammerah* recitationem carminis, adhibitis inſtrumentis. Vide Pſ. LI, 8. CV, 2.

8. *A te mihi dicit animus meus*] לך אמר לבי *lchu amar libbi.* ל non ſignificat tantùm *terminum ad quem*, ut loqui ſolent, ſed & *terminum à quo*, ut oſtendit *Chr. Noldius* ſignif. II. hujus particulæ. Itaque vertendum cenſuimus, quaſi eſſet ממך *mimmecha*, à te; hoc eſt, tuo impulſu, tuo nomine.

Quærite faciem meam] Hoc eſt, in Templum meum venite. ad ſacra illic facienda, precéſque fundendas. Vide Pſ. XXIV, 6. CV, 4. Illic erat *facies Dei*, hoc eſt, præſentem ſe ad Arcam oſtendebat. Sic *quærere faciem* hominis cujuſpiam eſt eum inviſere. Vide 1. Reg. X, 24.

9. *Ne abſcondas vultum tuum*] Vide ad Pſ. XIII, 2.

Nec

lium meum fuiſti; ne deſeras me, nec relinquas, ô Deus *auctor* ſalutis meæ. 10. Si pater meus & mater mea me reliquerint, Jehova me excipiet. 11. Doce me, Jehova, viam tuam, & duc me in ſemitam rectam, propter inimicos meos. 12. Ne tradas me libidini inimicorum meorum; nam conſurrexerunt in me teſtes mendaces, & injuria verba in me habentes. 13. Niſi crederem me viſurum bonitatem Jehovæ, in terra viventium; *non ita confiderem.* 14. Exſpecta *auxilium* Jehovæ, conſtans eſto & confirmabit animum tuum; exſpecta, *inquam*, *auxilium* Jehovæ.

Orat

dignatus me cultorem tuum ſubmoveas, qui antehac auxilium unicum mihi fuiſti, ô Deus ſalutis meæ auctor. 10. Si pater & mater à me deficerent, Creator meus me exciperet. 11. Doceto me, ô Creator, qui vitam meam inſtituere poſſim, & duc me in viam rectam, propter inimicorum meorum inſidias. 12. Ne libidini effreni hoſtium meorum me tradas. Ne me permitte libidini hoſtium tuorum & meorum. Jam conſurrexerunt in me teſtes mendaces, & qui de me contumelioſè loquuntur. 13. Niſi crederem fore ut etiamnum experirer bonitatem tuam in terris, non cum tanta fiducia loquerer. 14. Quicumque rebus adverſis premeris, auxilium tamen à Creatore exſpecta. Conſtantem te præſta & animum tuum confirmabit, nec tibi auxilium ſuum negabit.

PARA-

Nec in ira ſervum tuum ſubmoveas] אל תט באף *al thet beaph*, ne declinare facias, in ira, ſervum tuum. Principes, qui ſe adeuntes admittere nolunt, jubent eos à ſatellitibus ſuis ſubmoveri, ne ſibi moleſti ſint. Vide Job. XXIV, 4. Eſai. XXIX, 21. Hinc ſumtâ tranſlatione Deus dicitur eos *ſubmovere*, vel *cogere decedere de via*, quos non exaudit. Perinde eſt ac iis *abſcondere faciem ſuam*, ſeu in conſpectum non admittere; quod fit iis, quorum preces nolunt Principes audire. Vide Hiſtoriam Eſtheræ.

10. *Si pater meus* &c.] Poſſis etiam vertere: *cùm* (כי) *parentes mei me reliquiſſent*, *Deus me excepit*. Expertus hoc erat Joaſus; qui, mortuo patre Achazjâ, quem Jehuus occiderat, & fortè matre, cujus nulla, in hac Hiſtoria, mentio; à Sorore & Sacerdotibus eſt in Templo, cùm ab Hathalia avia ad cædem quæreretur, ſervatus. Vide 2. Reg. c. XI. & 2. Ephem. c. XXII & XXIII.

Me excipies] יאספני *jeaſpheni*, collegit me; hoc eſt, Templo ſuo excepit me. Vide Joſ. XX, 4. Jud. XIX, 25. ubi verbum אסף eadem notione occurrit.

11. *Viam tuam*] Vivendi rationem, quæ tibi gratiſſima eſt.

Semitam rectam] אורח מישור *orahh miſchor*, ſemitam rectitudinis. Vide ad Pſ. XXVI, 12.

Propter inimicos meos] למען שררי *lmahan ſchorerai*, propter Hathaliam & ejus Satellites paratos ad opprimendum Joaſum; ſi ſciiſſent ubi lateret, aut ſi ii, qui ei ſavebant, quidpiam perperam & inconſultè eſſent moliti.

12. *Ne tradas me libidini*] אל תתני בנפש *al thittheni bnepheſch*. Sæpe נפש *nephehh voluntatem* ſignificat. Vide ad Geneſ. XXIII, 8. Cum verò hîc agatur de prava voluntate, *libidinem* vertimus. Chaldæus hîc bene habet. רעות *rehouth*, voluntatem.

Teſtes mendaces] *Teſtes mendacii*. Quales poterant eſſe, ſi de Joaſo ſermo eſt, mali homines qui negaſſent Joaſum eſſe Achazjæ Regis filium.

Et injuria verba in me habentes] ויפח חמס *vipheahh hhamas*, & ſpirantes injuriam. יפח hoc loco ſolo legitur, ſignificaréque videtur hominem qui injuria verba loquitur, cum *ſpiritu* enim verba emittuntur. Radix יפח exſtat tantùm in *Hithpaël* Jerem. IV, 31. Adfinis eſt verbis פוח *phouahh* & נפח *naphahh*, quæ *flare*, *ſpirare* ſignificant.

13. *Niſi crederem me viſurum bonitatem*] לולי האמנתי לראות בטוב, *louli heemanthi liroth btoub*. טוב *bonitas* ſunt hîc beneficia, ſeu bonitatis effectus, & *videre bonitatem*, ראה בטוב, perinde eſt ac frui beneficiis. Vide Pſ. IV, 7.

In terra viventium] Inter vivos, ut Pſ. CXLII, 6. & alibi. Poſſent dici ſepulcra *terra mortuorum*.

Non ita confiderem] Vel *nollem vivere*, vel *actum eſſet de me*, aut ſimile quid; nam hoc orationis membrum eſt prætermiſſum, quòd facilè poſſit à lectore ſuppleri. Vide Num. XXXI 42. & Indicem ad Libros Hiſtoricos, in voce *Ellipſis*.

14. *Exſpecta auxilium Jehovæ*] *Exſpecta ad Jehovam.* Simili propemodum loquendi genere utuntur Galli, cùm dicunt: *attendez vous à Dieu.*

Conſtans eſto] חזק *hhazak*, firmus, conſtans, fortis eſto.

Confirmabit] ויאמץ *vejaamets*. Poteſt referri ad *cor*, & verti: *confirmet ſe cor tuum*; vel ad Deum, qui hominibus in recto conſtantibus adeſt, & majorem animum immittit. Poſteriorem ſenſum ſequuti ſumus. Vide & Pſalm XXXI, 25. Sic ſanè ſolet Deus; ſi homines id faciant quod eſt in poteſtate ſua, numquam eos deſerit, & viribus etiam majoribus inſtruit, quàm in ſe ſenſerant. Si quis, ne in Deum delinquat, vitæ periculum adit; quia hoc putat ſui eſſe officii vitam amittere, potiùs quàm peccet; is à Deo conſtantiam accipit, quam habiturus non fuerat, niſi cœpiſſet conſtantem ſe præbere. Quod Martyribus olim, & avorum noſtrorum memoriâ, eximiâ ratione contigit.

Orat David Deum, ut ſe exaudiat, ne malorum inſtar ſe habeat, gratiáſque ei agit, & pro populo Hebræo preces fundit.

PSALM. XXVIII. 1. DAVIDIS. Te, Jehova, rupes mea, inclamo, ne erga me ſis tacitus; ne *dum* ſiles, deſcendentibus in foveam ſimilis fiam. 2. Audi ſonitum precum mearum, quando inclamo te, quando tollo manus meas adytum verſùs Sacrarii tui. 3. Ne me trahas, unà cum improbis, & cum hominibus, qui iniqua faciunt, qui de pace cum proximis ſuis loquuntur, & malum in animo occultant. 4. Redde illis, pro eorum factis, pro nequitia operum ſuorum, pro opere manuum ſuarum illis da, ſuam mercedem eis redde.

5. Quia non adtenderunt opera Dei, & facta manuum ejus; eos diruet, nec *poſtea* inſtaurabit. 6. Benedictus ſit Jehova, quia ſonitum precum mearum audiit. 7. Jehova eſt robur meum & clypeus meus, in eo confidit animus meus; *ab eo* adjutus ſum & animus meus exſultavit, ac meo cantico eum laudabo. 8. Jehova eſt robur meum, & locus munitus, quo ſaluti ſuæ conſulit Unctus ejus. 9. Serva, ô Deus, populum tuum, benedicito tuæ poſſeſſioni, paſce eum atque extolle in perpetuum.

Laus

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS Pſalmus. Cùm te, ô mi Creator, perfugium meum, invocem, ne videaris precibus meis aurem claudere; dum id quod abs te ſupplex peto, nec tamen impetro in ſepulcrum deſcendam. 2. Exaudi preces meas, cùm te invoco, & quando manus meas ad Adytum Sanctuarii tui extendo. 3. Ne me in ſepulcrum, detrudas, unà cum improbis, qui dum ſe placatos ſimulant proximis ſuis, iiſque blandiuntur, iis tamen malè volunt. 4. Redde ejuſmodi hominibus id quod meriti ſunt, pro factorum ſuorum nequitia.

5. Quia Dei facta non adtenderunt, pœnas de iis ſumet, nec in priſtinum ſtatum reſtituet 6. Laudetur vero Deus, qui preces meas exaudiet. 7. Creator mihi vires ſuppeditat, méque protegit, quamobrem fiduciam meam in eo collocavi, & confido ei, eaque eſt mihi loci muniti inſtar, in quem fugi ego, quem Iſraelitarum Regem unxit. 9. Servato vero, ô Deus, & populum tuum, benedicitoque iis, qui ſunt peculiari ratione tibi dicto audientes; paſce eos quaſi peculiares tuas oves, & ſemper res eorum augeto.

PARA-

COMMENTARIUS
In PSALM. XXVIII.

1. NE *erga me ſis tacitus*] Pro eo quod eſt *exaudire*, Hebræi dicunt ענה *hanah*, hoc eſt, propriè *reſpondere*. Viciſſim pro eo quod eſt *non exaudire* aiunt interdum *tacere*, ut hic, & 1. Sam. VII, 8 LXX. Intt. תחריש ממני *thahheraſch mimmenni* verterunt ἀποσιωπήσῃς ἐπ' ἐμοί, *Symmachus*, μὴ σιγήσῃς ἐξ ἐμοῦ. At *Aquila*, μὴ κωφεύσῃς, & Hieronymus *ne obſurdeſcas*. Utrúmque ſignificat, propter connexionem linguæ & aurium, quo fit ut *ſurdus* naturâ ſit etiam *mutus*. At propter ſequens verbum, quod eſt etiam *ſilere*, præſtat tacendi ſignificatum ſequi; membra enim orationis in hiſce libris, ſolent eſſe *ἰσοδύναμα*.

Ne dum adverſùs me ſiles] פן תחשה *phen thehheſcheh*; hoc eſt, ne dum ſiles, nam antea fuit אל *al*, quæ eſt deprecantis negatio; hic verò eſt פן *phen*, quæ eſt tantum caventis.

Similis fiam deſcendentibus in foveam] Hoc eſt, moriar. Vide Ezek. XXXII, 18, 25.

2. *Adytum verſùs Sacrarii tui*] אל דביר קדשך *el dbir kodſchecha*, ad adytum ſanctitatis tuæ Solebant enim Hebræi converſi ad adytum, in quo erat Arca, preces fundere; quia illic præſentem ſe Deus oſtendebat.

3. *Ne me trahas* &c.] אל תמשכני *al thiſchmechemi*. Significari videtur violenta tractio hominum ad ſupplicium, aut cadaverum ad barathrum, qualis deſcribitur Ezekelis XXXII, 20. *Inter cæſos gladio cadent; gladio tradita eſt, trahite eam* (משכו אותה moſchchou othah) *& omnes ejus copias.*

4. *Redde illis* &c.] Intelligendum, niſi ad ſaniorem mentem, caſtigatioréſque mores redierint. Alioqui melioribus factis mala imprecari, ne iis quidem temporibus, ſatis pium fuit.

5. *Quia non adtenderent* &c.] כי לא יבינו אל פעלות יי *chi lo jabinou el phebuloth Jehovah*. Verbum hoc in *Hiphil*, cum אל conjunctum hunc ſignificatum obtinet. Vide Pſalm XXXIII, 15.

Eos diruet] Eorum domos & urbes evertet, ipſóſque exitio tradet; niſi, nimirum, reſipiſcant.

Inſtaurabit] יבנם *jibnem*, ædificabit eos. Cùm Hebræi carerent compoſitis verbis, eorum loco ſimplicibus utebantur. Quod in hoc verbo frequentiſſimum eſt.

8. *Quo ſaluti ſuæ* &c.] *Salutes Uncti ſui eſt.*

9. *Eum*] *Eos.*

Extolle in perpetuum] Supra omnes hoſtes ſuos.

COM-

Laus vocis Dei, ſeu tonitrui.

1. CARMEN DAVIDIS. Tribuite Jehovæ, filii Deorum, tribuite Jehovæ gloriam & potentiam. 2. Tribuite Jehovæ, gloriam nominis ejus. Adorate Jehovam, in ſplendore ejus Sacrarii. 3. Super aquis *eſt* vox Jehovæ, Deus gloriæ tonat, Jehova ſuper aquis multis *tonitru excitat*. 4. Vox Jehovæ *conjuncta* cum potentia, vox Jehovæ *conjuncta* eſt cum gloria. 5. Vox Jehovæ confringit cedros, confringit Jehova cedros Libani. 6. Cogit eas ſubſilire, inſtar vituli, *in* Libano & *in* Sirjone inſtar catuli Orygis. 7. Vox Jehovæ findit, *inſtar* flammarum ignis. 8. Vox Jehovæ facit ut trepidet ſolitudo, facit Jehova ut trepidet ſolitudo Cadeſi. 9 Vox Jehovæ facit ut abortiant cervæ & denudat ſilvas; & Templo ejus quidquid ineſt dicit *ejus* gloriam præ- PSALM. XXIX.

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS Canticum. Laudate, Principum filii, gloriam & potentiam Creatoris. 2. Laudes ei debitas nequaquam diſſimulate, cumque ob ſplendorem Sacrarii ejus, celebrate, atque adorate. 3. Auditur ſupra nubes fragor tonitruum, quæ illic accenduntur. 4 Hæc ejus vox potentiam oſtendit, ſimulque gloriam ejus inter homines ſpargit. 5. Vox ejus frangit ipſas cedros, etiam in monte Libano. 6. Facit ut ſubſiliant Cedri inſtar vitulorum & in Sirjone inſtar catulorum Orygum. 7. Ea vox perſtringit inſtar flammarum ignis. 8. Facit ut ſolitudines ipſæ trepident, quod videre eſt, in eremo Cadeſi. 9. Tonitius ita terrent cervas ut obertum iis creent & ſilvas foliis nudant &

COMMENTARIUS
In PSALM. XXIX.

1. F*ilii Deorum*] בני אלים *bne elim*; hoc eſt, filii Principum. Vide Pſ. LXXXIX, 7. Exod. XV, 15. 2. Reg. XXIV, 15. Ezek. XVII, 13.

2. *Gloriam nominis ejus*] Gloriam, quæ ei debetur; nam *nomen Dei* & *Deus* idem ſunt.

In ſplendore ejus Sacrarii] בהדרת קדש *behadrath kodeſch*, in ſplendore ſanctitatis; hoc eſt, in ſplendido ejus Sacrario, ſeu Templo. Vide Pſ. XCVI, 9. 2 Par. XX, 21.

3. *Super aquis*] Hoc eſt, ſupra nubes, quæ vaporibus ex aqua evectis conſtant. Frequentiora audiuntur tonitrua, cœlo nubibus obſito, quàm ſereno; quod propterea Romanis erat prodigii loco.

Vox Jehovæ] Tonitru, ut Pſ. XVIII, 14. & alibi ſæpius. Semper homines ea, quæ nullâ arte humanâ fieri poſſunt, & procul à ſe ſunt remota ſolius Dei nutu fieri crediderunt.

4. *Conjuncta cum potentia*] בכח *baccboahh*, in viribus; quod poſſimus etiam interpretari de valido tonitru. Sic & poſtea בהדר *behadar*, in gloria, hoc eſt, quæ decet Deum gloriâ cinctum.

5. *Vox Jehovæ confringit cedros*] Cum tonitru conjungendum hic fulmen; nam non fragor cedros frangit; ſed flamma, quam fulmen vocamus.

6. *Cogit eas ſubſilire*] *Facit eas ſubſilire* (וירקידם *vajjarkidem*) unde intelligimus referri verbum ad Cedros, non ad montem ipſum. Cum fragore tonitrui aër concutitur, etiam arbores tremunt.

In Libano] לבנן *lbanon*; ſupplendum, nempe, ב *in*. Alioqui contructio non conſtat.

Et in Sirjone] ושרין *veſchirjon*, pro ובשרין *oubeſchirjon*, in Sirjone, quod nomen eſt partis Antilibani, quæ eſt ad ortum fontium Jordanis. Vide ad Deut. III, 9.

Catuli Orygis] בן ראמים *ben reemim*, filius Orygum, nominibus catulorum ſæpe nomen matrum in plurali additur, ut בן אתונות *filius aſinarum*, & ſimilia. De oryge vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 1. Lib. III c. 27. Mirè hæc verterunt LXX. Intt. *λεπτυνεῖ αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον, καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων.* Meliùs *Aquila*, *καὶ σκιρτώσει αὐτάς*; *Symmachus*, *καὶ ὀρχεῖσθαι ἐποίησεν αὐτάς*; V. Editio: *καὶ σκιρτοποιήσει αὐτάς.* Incommodè *Hieronymus*: *& diſperget eas, quaſi vitulus.* Poſtea omnes vocem Σαριὼν ſervarunt, quæ montis nomen notum.

8. *Solitudo Cadeſi*] מדבר קדש *midbar kadeſch.* Solitudo ad auſtrum agrorum Tribûs Judæ, & Idumææ. Vide Num. XIII, 1, XX, 13, XXXIII, 11. Hoc deſertum nominat Pſaltes, quaſi propius & notius; nec alia hinc excludit, quia ea non memorat. Verbum יחיל *jahhil*, quod vertimus *facit trepidare*, qui ſignificatus eſt ejus non rarus, verterunt LXX. *συσσείων*, *Aquila ὠδινοῦν*, *Symmachus τοκίζων*; & poſterior quidem ſignificatio interdum huic verbo ineſt. Sed nonnihil impropriè vertemus *concutere*, quamvis pro re, quæ hîc agitur, non ſit incommoda loquendi ratio; ut liquet ex *Horatio* Lib. I. Od. XXXIV, 13. ubi de tonitru:

Quo bruta tellus & vaga flumina,
Quo Styx & invisi horrida Tænari,
Sedes, Atlanteusque finis
Concutitur.

9. *Facit ut abortiant*] יחולל *jeholel*, partum maturat. Vide *Bochartum* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 17.

Denudat Silvas] יחשף יערות *jechesſchoph jeharoth.* Quod contingit quando fulmine percuſſæ arbores amittunt folia, aut cùm folia incenduntur, aut quando cortex arboribus detrahitur. Certè de ficu ab hoſtibus decorticata, eum adhibet Joel Cap. I, 7.

prædicat. 10. Jehova in diluvio ſedit, *idémque* Jehova Rex ſedebit in æternum. 11. Jehova robur populo ſuo dabit, Jehova benedicet populo ſuo, in pace.

Docet David exemplo ſuo laudari à piis Deum oportere, à quo ab omnibus malis liberantur, eique gratias agit.

PSALM. XXX. 1. CARMEN CANTICI, IN DEDICATIONE DOMUS DAVIDIS. 2. Extollam te, ô Jehova, quia me eruiſti, neque hoſtibus meis lætitiam conceſſiſti, propter me. 3. Jehova, Deus mi, te inclamavi & ſanaſti me. 4. Feciſti, Jehova, ut vita mea è ſepulcro adſcenderit; mihi vitam reſtituiſti, *méque revocaſti* è deſcendentibus in foveam.

5. Carmina dicite Jehovæ, vos ô benefici ejus, & laudate memoriam ſanctitatis ejus; 6. quia

& quidquid eſt in ejus Templo gloriam ejus auget. 10. In Diluvio præfuit undis, quas immiſit Terris, ſemperque aquis præſidebit. 11. Creator populi ſui vires augebit tempore belli, eique pariter favebit, ſi bellum ingruat.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN Davidis à Cantoribus cantatum eo die, quo Regiam ſuam dedicavit.

2. Extollam te, ó Creator omnium, quia me hactenus omnibus periculis eripuiſti, neque paſſus es hoſtes meos, ullam ob cladem meam, lætitiâ efferri. 3. O Creator omnium rerum, Deúſque mihi propitium te præbens, cùm res meæ malè haberent, te invocavi, réſque meas labantes in meliorem ſtatum tranſtuliſti. 4. Feciſti, ô mi Creator, ut periculo mortis eriperer, neque paſſus es me ſimilem ſortem experiri, ac qui ſepulcra inferuntur.

5. Laudes canite Creatoris, qui ex ejus legibus erga alios benefici eſtis, ſanctitatem ejus laudibus veſtris

Templo ejas quidquid ineſt dicit ejus gloriam] Voce היכלו *becalo* intelligimus non Jeroſolimitanum Templum, ſed Univerſitatem ipſam rerum; quæ multò auguſtius & magnificentius eſt Dei Templum, quàm Jeroſolimitanum, & præſertim ſpatia Terræ circumpoſita, quæ *cælum* vocantur. Vide Pſalm. XI, 4. XVIII, 7. Voces בהיכלו כלו *bebechalo chullo*, ita interpretamur, quaſi eſſet כל אשר בהיכלו *chol aſcher bebechalo*, quidquid eſt in Templo ejus; nam כלו *chullo* perinde eſt ac כל הוא *chol hoa*, omnis ille, hoc eſt, quiſquis, vel *qaidquid*. Vide Eſai. XV, 3. XVI, 7. & *Chr. Noldium* ad hanc particulam, num. XI. Rem eamdem exprimit aliis verbis Pſaltes. Pſ. XIX, 1.

10. *In dilavio ſedit*] למבול ישב *lammabboul jaſchab*. Hoc eſt, ut quidem videtur, ſedit quaſi judex, tempore Diluvii; cùm, demiſſis ingentibus pluviis, ſubmerſit genus humanum, unâ Noachi familiâ exceptâ. Meminit autem Diluvii Pſaltes, memoratis fulminis effectibus, quòd tantæ pluviæ ſine tonitru & fulmine non deciderint.

Rex ſedebit in æternum] In ſolio erit, è quo jus dicet hominibus. Vide Pſ. IX, 5, 8, 9.

COMMENTARIUS
In PSALM. XXX.

1. IN *dedicatione domûs Davidis.*] Cùm domum aut regiam ædificaſſet in monte Sione, atque in ea habitare inciperet. חנכת *bhannacha*, quod vertitur à Græcis ἐγκαινισμὸς. Latinè *dedicatio*, eſt primus uſus domûs, conjunctus cum hilaritate, ad quam amicos invitabant. Vide *Joan. Seldenum* de Synedriis Jud. Lib. III. c. 14. Acceſſit in Davidis domûs dedicatione Symphonia, quâ cantatum eſt hoc canticum, quod vocatur *carmen cantici* מזמור שיר *mizmor ſchir*, ut & alia quæ in hoc libro ſunt. Volunt eſſe canticum carmine expreſſum, quod non vocibus tantùm, ſed & adhibitis inſtrumentis caneretur. Sed quæcumque hac de re, ſimilibúſque, dicuntur meræ ſunt conjecturæ.

Ermiſti me] דליתני *dlithani*. Verbum hoc propriè eſt *haurire* ope ſitulæ, quæ vocatur דלי *deli*, quâ aqua è fonte, vel è puteo hauriebatur, ut Exod. II, 16, 19. Hinc tranſlatum eſt ad ſignificandam liberationem, quâ quiſpiam veluti è profunda aqua educitur. Hic David gratias agit Deo omnium liberationum, quibus maximis periculis ereptus ab eo fuerat.

Propter me] לי *li*, hoc eſt, propter me occiſum. Vide *Chr. Noldium*, ad hanc particulam ſign. XXVIII.

Sanaſti me] תרפאני *thirphaeni*. Cùm laborarent res meæ, in meliorem eas ſtatum tranſtuliſti. Vide Jerem. XIV, 19. XXX, 16.

4. *Feciſti ut vita mea è ſepulcro adſcenderit*] העלית מן שאל נפשי *bebelitha min ſcheol naphſchi*, feciſti adſcendere animam meam è ſepulcro. Cùm conclamatus haberer, quaſi mox ſepulcro inferendus, me à morte liberaſti.

5. *Vos ô beaefici ejus*] חסידיו *bhaſidau*, ſic paſſim pii vocantur, eò quòd חסד *bhſed* ſeu beneficentia, non ſit exigua pars Religionis erga Deum, nec ullâ re magis gaudeat.

Laudate memoriam &c.] Vel celebrate famam ſanctitatis, ſeu virtutum ejus.

6. Mo-

6. quia momentum eſt in ejus ira, vita verò in ejus favore; veſperi divertit *ad nos* fletus, mane verò læta vociferatio eſt. 7. Dixi, in mea felicitate, numquam nutabo. 8. O Jehova, favore tuo, feciſti ut ſtarem, in munito meo monte; ſed cùm vultum tuum occuluiſſes, territus ſum. 9. Te, ô Jehova, inclamavi, tibi ſupplicavi, *bis verbis:* 10. quodnam lucrum eſt, in ſanguine meo, cùm in foveam deſcendero? an laudabit te pulvis? an veritatem tuam nunciabit? 11. Audi Jehova, & miſerere mei; eſto, Jehova, adjutor mihi 12. Mutaſti mihi luctum meum in choream, ſolviſti ſaccum meum & me lætitiâ cinxiſti. 13. Propterea tibi carmen dicet gloria *mea*, nec tacebit; Jehova, Deus mi, te in æternum laudabo.

Petit

veſtris celebrate; 6. quandoquidem brevis eſt ejus indignatio, diuturna ejus beneficientia; ſique veſperi eſt quod doleamus, matutinis horis eſt quod gaudeamus. 7. Cùm ſecundis rebus uterer, ſperavi numquam futurum ut felicitas mea nutaret. 8. Factum eſt beneficio tuo, ô Creator, ut in monte Sione, quem incolo, ſine calamitate ulla, viverem. Sed cùm minùs propitius mihi viderere, non potui mihi non timere. 9. Tum vero, ô Creator, à te ſupplex veniam hiſce verbis petii: 10. Quæ utilitas ex cæde mea ad te redibit, poſtquam ſepulcro illatus fuero? an te laudabo in pulverem redactus, & veritatem a te revelatam promulgabo? 11. Audito preces meas, ô Creator, me miſericordiæ tuæ participem facito, & mihi auxilio tuo adeſſe dignare. 12. Tum luctum meum lætitia mutaſti. Non ampliùs ambulavi ſacco veſtitus, ſed lætitiam præ me tuli. 13. Ideò carmine celebrabo te, nec tacebo, ô Creator, qui Deus meus es, te in perpetuum celebrabo.

PARA-

6. *Momentum eſt in ejus ira*] רגע באפו *regah beappho.* Ira Dei eſt ejus juſtitia ultrix, cujus, pro ſumma ejus benignitate & miſericordia, breves ſunt in hac vita effectus. Quam ſententiam, claram & egregiam, mirum eſt à Veteribus Intt non fuiſſe animadverſam LXX. Intt. Ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, credo quia ſonus voculæ רגע *regah* non multùm abeſt à ſono vocis ὀργὴ, ſic enim interdum hi Interpretes ſonum ſono adfini reddiderunt, nullâ aut exiguâ ſignificatûs ratione habitâ. Vide *Lud Cappellum*, in Oper. Poſtumis p. 77. col. 2. 478. col 2 530. col. 2. *Aquila* ἀθροισμὸς, V. Edit. συνίλησα. Meliùs *Hieronymus*, fortè è *Symmacho: ad momentum.*

Vita verò in ejus favore] חיים ברצונו *hhajim birtſono. Vita* hîc ſumitur pro longiore ſpatio temporis, oppoſito ei quod *momentum* vocatur. Vult David diuturniores eſſe multò divinæ bonitatis effectus, quam ejus juſtitiæ ultricis. רצון *ratſon* favorem vulgò ſignificat. Εὐδοκίας bene verterat *Symmachus*, eſt enim εὐδοκία favor, benevolentia, ut verſ. 8. LXX. Intt. θέλημα, & *Hieronymus*, *voluntas*, incommodè.

Veſperi divertit ad nos fletus] בערב ילין בכי *behereb jalin bechi.* Quaſi *lacrimæ* ad pernoctandum ad nos divertant, ſed ante diem ortum abirent. לין eſt divertere ad aliquem, pernoctandi causâ. LXX. bene αὐλισθήσεται.

Læta vociferatio] רנה *rinnah*, quod ut & רננה *renanah*, clamorem lætum ſignificat.

7. *In mea felicitate*] בשלוי *beſchalvi*, in tranquillitate; hoc eſt, in rebus ſecundis. Fœmino genere ſolet eſſe hæc vox שלוה, & tranquillum rerum ſtatum ſignificat. Vide Pſalm. CXXII, 7. & Proverb. I, 30.

Numquam nutabo] בל אמוט לעלם *bal emmot leholam*, non nutabo in æternum; hoc eſt, numquam de ſtatu meo dejiciar.

8. *In munito meo monte*] להררי עז *lehareri hoz*, in monte meo forti. Intellexerim hæc de locis, per montana Judææ naturâ munitis, quibus ſe continuerat David, cùm ad necem à Saüle quæreretur.

Cùm vultum tuum occuluiſſet] Vide Pſ. XI, 1. XIII, 2.

10. *Quodnam lucrum eſt in ſanguine meo?*] Quid cæde meo lucrareris?

An laudabit te pulvis] Homo in pulverem ſolutus. De immortalitate animorum tum non cogitabant, aut certè nonniſi obſcurè. Alioqui Deum, qui ſpiritus eſt, immortales ſpiritus meliùs laudant, corporis vinculis liberati, quàm cùm iis etiamnum tenerentur. Nec ignorabant Hebræi Deum ab Angelis laudari, quos etiam ad eum extollendum hortatur Pſaltes Pſ. CIII, 20, 21. CXLVIII, 2.

Veritatem tuam] Fidem ac conſtantem benignitatem erga bonos.

12. *Solviſti ſaccum meum*] Qui lugebant ſacco erant cincti. Ideóque hîc ſumitur pro rebus adverſis.

13. *Gloria mea*] כבוד *chebod.* Videtur excidiſſe י in fine. Vide Pſ. XVI, 9. Scio Ellipſes ſuffixorum, non infrequenter occurrere, ſed hoc loco vix eſſe crediderim.

COM-

Petit David ut liberetur ab hoſtibus & calamitatibus ſuis. Deóque, quòd exauditus ſit, gratias agit.

PSALM. XXXI. 1. PRÆFECTO CARMEN DAVIDIS. 2. In te, Jehova, ſpem meam collocavi, ne in perpetuum pudore adficiar; propter juſtitiam tuam, eripe me. 3. Inclina ad me aurem tuam, celeriter liberato me; fias mihi rupes firma & domus munita, ad me ſervandum. 4. Tu enim petra mea, & munitio mea *es*, propter nomen tuum me ducis & *leniter* reducis. 5. Expedito me è rete, quod abdiderunt mihi, nam meum es propugnaculum. 6. In manum tuam depono ſpiritum meum, nam me liberaſti, ô Jehova Deus veritatis. 7. Odio habui obſervantes res vanas & fallaces, ego verò in Deo fiduciam meam poſui. 8. Exſultabo & lætabor in tua beneficentia; quia adflictionem meam reſpexiſti, & in anguſtiis animum meum cognoviſti. 9. In manus hoſtis me non tradidiſti, & ut pedes mei in latiore campo conſiſterent effeciſti. 10. Mi-

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS Carmen ad Præcentorem miſſum. 2. In te, ô Creator, fiduciam & ſpem meam collocavi, ne in perpetuum pudore ſuffunderer. Pro tua juſtitia, molitionibus inimicorum meorum me eripito. 3. Me exaudito, & quam primùm me ab iis liberato. Sis mihi rupis inſtar, in quam confugiam, aut domûs munitæ, in quam me abdere poſſim, ne in manus hoſtium incidam. 4. Tu enim debes mihi eſſe inſtar inacceſſæ petræ & munitionis non facilè expugnandæ, è qua, propter nomen tuum, quod invoco, me educis, & in quam me reducis. 5 Ex inſidiis, quas mihi ſtruunt hoſtes, me liberato, es enim protector meus. 6. Potentiæ ſuæ vitam meam permitto ex animo; nam, ô vere Deus, me non ſemel liberaſti. 7. Odio ſemper habui fictitiorum Deorum cultores, atque in te ſolo fiduciam meam collocavi. 8. Exſultabo & gaudebo, propter tua beneficia, cùm calamitatis meæ rationem habueris, nec neglexeris me in rebus anguſtis. 9. Me hoſti nequaquam

COMMENTARIUS
In PSALM. XXXI.

2. *PRopter juſtitiam tuam*] בצדקתך *beſikadſheha* Erat enim innocens David, aut pius alius Hebræus, qui auctor hujus Pſalmi fuerit; ſi cum inimicis & hoſtibus conferretur. *Symmachus* habuit hic ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ, nec negandum eam voci Hebraicæ ſubjectam interdum eſſe poteſtatem. Hoc verò in loco, à nativo ſignificatu nos abire nihil neceſſe eſt, juſti enim judicis eſt innocenti parcere.

3. *Domus munita* &c.] *Domus munitionum.*

4. *Propter nomen tuum* &c.] Propter te, & famam nominis tui; non quòd pertineat ad Deum quid de ipſo homines dicant; ſed quia intereſt ipſorum hominum, quorum Creator eſt & quibus bene vult, eum noſſe, & colere.

Ducis & reducis] תנחני ותנהלני *thancheni outhnaheleni.* Secundum verbum ſignificat leniter ducere, ut ducuntur pecudes fœtæ à paſtoribus. Vide Eſai. XL, 11. XLIX, 10. Addidimus ſignum iterationis RE, quia videtur David reſpicere ad expeditiones ſuas, in quas Deo duce, ibat & à quibus ejusdem præſidio tutò redibat domum; aut alius quivis, qui domo peregrè ibat & domum redibat.

5 *Expedito me è rete* &c.] Vicini omnes populi Judæis infenſi erant atque inimici, & proinde Regibus Hebræorum perpetuò inſidias ſtruebant, ad quas hîc reſpicere videtur.

6 *Depono ſpiritum meum*] אפקיד רוחי *aphkid rouhhi.* Hoc verbum in hac Conjugatione *deponere*, aut inſtar *depoſiti* ſervandum dare, ſignificat, ut 2. Par. XII, 10. Jerem. XXXVI, 20. Hoc ergo vult David, tam ſæpe auxilium Dei expertum ſe eſſe, ut libenter vitam ſuam Deo ſervandam permitteret, ſéque ejus Providentiâ ſatis ſupérque tutum putaret, quocumque in periculo verſaretur.

Deus veritatis] אל אמת *el emeth*, hoc eſt, tu Deus qui fidem tuis ſervas

7. *Obſervantes res vanas* &c.] השמרים הבלי שוא *haſſchomerim hable ſchav*, obſervantes inanitates mendacii; quibus verbis ſignificari videntur ritus ſuperſtitioſi Ethnicorum, ſeu in cultu Deorum, ſeu in captandis auguriis ſiti. Hæc enim ſunt reverâ הבלים *habalim*, inanitates, quo nomine ipſi commenticii Dii vocantur, & שוא *ſchav*, mendacium; cùm fallant eos, qui iis credunt.

8. *Reſpexiſti*] *Vidiſti* ראית *raitha.* Vide Exod. II, 25. III, 5. ubi verba *videre* & *noſſe* eodem ſenſu uſurpantur.

9. *Ut pes meus in latiore campo*] העמדת במרחב רגלי *behemadtha bmerhhab raglai*, feciſti ſtare in latitudine pedes meos. Metaphora ducta ab exercitu, qui in faucibus ab hoſtibus deprehenſus & circumventus, ſe tamen ex arctis illis locis expedit, atque in latiore campo explicatis cupiis, jam hoſti viciſſim metum infert. Quod ſæpiùs exercitibus Romanis contigiſſe docet Hiſtoria.

10. *In*

10. Miſerere mei, Jehova, nam in anguſtia verſor, & oculus meus, animus item &
venter, præ indignatione, contabuerunt; 11. quia abſumta eſt in dolore vita mea, &
anni mei in gemitu; labefactata eſt, in iniquitate, vis mea, & contabuerunt oſſa mea.
12. Opprobrio fui magis quàm quivis eorum, qui mihi adverſantur, & vicinis quidem
meis maximè; tum etiam terror eorum, qui me norant, *qui* cùm me foris viderunt à me
fugerunt. 13. Ex animo oblivioni mandatus ſum, quaſi *eſſem* mortuus; habitus fui,
inſtar vaſis quod periit. 14. Audivi multorum malos rumores; *erat* pavor circumquaque,
que, cùm unà conſilia contra me agitarent; nam auferre mihi vitam moliebantur.
15. Ego verò tibi confiſus ſum, ô Jehova, dixi: Deus meus es tu. 16. In manu tua
ſunt tempora mea, libera me è manu hoſtium meorum & me inſectantium. 17. Fac
ut vultus tuus ſervo tuo illuceat; ſerva me, benignitate tuâ. 18. Jehova, ne erubeſcam,
quia invocavi te; erubeſcant mali & ſileant ad ſepulcrum usque. 19. Obmuteſcant labia
mendacia, quæ contra innocentem, præ ſuperbia & contemtu, dura loquuntur.
20. Quàm magna eſt bonitas tua, quam repoſuiſti timentibus te! *Quàm magna quæ*
feciſti,

quam tradidiſti, éque rebus anguſtis, in lautiores tranſtuliſti. 10. Miſerere mei, ô Creator, in anguſtiis, in quibus nunc verſor, propter quas membra mea contabuerunt & animus ipſe in langorem incidit; 11. quia vita mea doloribus & gemitibus contabeſcit & oſſa areſcunt. 12. Majori opprobrio espoſitus fui, quàm adverſarii mei, & præſertim quidem vicini. Tum etiam meâ cauſâ territi ſunt, qui me norant, & cùm foris viderunt à me aufugerunt. 13. Verè oblivioni mandatus ſum, quaſi verè mortuus eſſem; non aliter ac vas, quod ruptum eſt, & cujus fragmenta abjecta ſunt. 14. Audivi multorum falſos, de me, rumores, eratque cur undequaque timerem, cùm conſilia contra me haberentur de me occidendo. 15. Ego verò auſilio tuo, ô Creator, fretus, dixi te Deum meum eſſe. 16. Ac reverâ dicebam tempora vitæ meæ à te pendere & te, ô Deus, ſervare poſſe me, & eripere hoſtibus, qui me inſectabantur. 17. Fac verò ut mihi ſervo tuo faveas, & benignitate tuâ me ſervet. 18. O Creator, ne patiaris me erubeſcere, quia fruſtra te invocavero. Pudeat contra malos, ad mortem usque. 19. Taceant homines mendaces, qui præ ſuperbia & bonorum contemtu, dura de innocente loquuntur.

20. Quanta eſt bonitas tua, quâ timentes te remuneras? Quanto feciſti, ſpectantibus hominibus, in gratiam eorum, qui promiſſis tuis credunt. 21. Ab-

10. *In anguſtia verſor.*] כי צר לי *chi tſar li* LXX. Intt. ὅτι θλίβομαι, & *Aquila*, ὅτι στενὸν ἐμοί, *eſt anguſtia mihi.*

Oculus meus—præ indignatione contabuerunt.] עששה בכעס עיני *haſcheſchah micchabas heni.* Vide Pſ. VI, 8. Re verâ, ſi quis diu nimiâ ægritudine animi adteratur, vultus ejus, reliquúmque corpus macie contabeſcunt, animúsque ſimul prorſus cadit. Sic Zetes & Calais Phineum adloquuntur, apud Valerium Flaccum Lib. IV, 469.

—— quàm te
Exedit labor & miſeris feſtina ſenectus!

12. *Magis quàm quivis eorum* &c.] מכל צררי *miccbol tſorerai*, magis quàm omnes adverſarii mei; hoc eſt, quàm quilibet inimicorum.

13. *Ex animo*] מלב *milleb*, è corde; hoc eſt, ex animo meorum prorſus excidi. Non tantùm de me non loquuntur, ſed ne cogitant quidem.

14. *Multorum malos rumores*] דבת רבים *dibbath rabbim*, malam famam (*de me*) multorum induſtriâ ſparſam.

Vitam] *Animam.*

15. *Deus meus es tu*] Deus mihi favens. Vide not. ad Gen. XVII, 10. Neque enim Pſaltes hoc vult tantùm ſe colere omnium Creatorem, ſed etiam ſe exſpectare ejus liberationem, quippe qui Deus eſſet Abrahami & ejus poſterorum; hoc eſt, iis ſingulari ratione faveret, præ ceteris omnibus terrarum populis.

16. *Tempora mea*] עתתי *hittothai*; hoc eſt, difficilia tempora, quibus finem impones, quandocumque libuerit. עתים *hittim* ſæpe tempora calamitoſa ſignificat; ut rectè obſervavit *Valent. Schindlerus*, in Lexico Pentaglotto.

17. *Fac ut vultus tuus ſervo tuo illuceat*] האירה פניך על עבדך *hairah phanecha hal habdecha*; hoc eſt, fac ut faventem te esperiar. Vide Pſ. XXXIV, 6. LXXX, 4. CXIX, 35. Confer etiam Proverb. XVI, 15.

18. *Quia invocavi te* &c.] Ne à me dicant Ethnici Deum invocatum, qui cultores ſuos exaudire non poteſt, méque rubore ſuffundant; cùm non erit, quod eis reſpondeam. Iis temporibus, de Dei Providentia, ex eventibus, judicabant. Aliter ſe res habet, apud Chriſtianos, qui alterius vitæ bona ſola in pretio habent, totique ab iis pendent. Contraria paſſus eſt olim Deus, ab Hebræis dici, propter obſcuritatem revelationis; quam, certis de rationibus clariorem, iis temporibus, eſſe noluerat; quas nota, in aliis, Divina Sapientia, graves fuiſſe facilè nobis perſuader.

19. *Labia mendacia*] *Labia mendacii.*

Dura] עתק *hathak* durum. Vide Pſ. VI, 8. LXXV, 6. XCIV, 9. & 1. Sam. II, 3. Alibi non exſtat. Veteres interpretes Græci, quorum fragmenta ſuperſunt, ἀνομίαν aut ἀδικίαν verterunt. *Hieronymus*; *vetus*, aut *antiquum*. Chaldæus: גדופין *giddouphin*, opprobria.

20. *Bonitas tua*] טובך *toubcha*, ſignificantur effectus bonitatis Divinæ, ſive beneficia & præmia bonis repoſita.

Repoſuiſti timentibus te] צפנת ליראיך *tſaphantha lejirecha*, occuluiſti timentibus te; hoc eſt, bona, quæ veluti recondita habes, ut iis pios dones. Vide Proverb. II, 7. XIII, 22.

Quàm magna, quæ] Ex præcedentibus verbis hæc repetiimus, perſpicuitatis cauſâ, quæ

ſunt

feciſti, coram filiis hominum, in gratiam eorum qui ſpem in te poſuerunt! 21. Abdis eos in occulto faciei tuæ, à ſuperbis factis virorum, occulis in tabernaculo, à contentione *malarum* linguarum. 22. Benedictus ſit Jehova, quoniam mirificè exercuit beneficentiam ſuam erga me, in urbe munita. 23. Dixeram ego, in trepidatione mea: exciſus ſum è conſpectu oculorum tuorum. Verè *tamen* audiviſti ſonitum precum mearum, cùm te inclamarem. 24. Amate Jehovam, vos omnes ejus benefici; ſervat ille fideles, & rependit abundè ſuperbè ſe gerentibus. 25. Quotquot Jehovæ *auxilium* exſpectatis, fortes eſtote & animum veſtrum firmabit.

Gra-

21. Abdis eos in Tabernaculo tuo, ne ab hominibus ſuperbis malè habeantur; ſimulque mendacibus linguis eripis. 22. Laudetur Creator, quoniam erga me ſe munificum præſtitit, in urbe Jeroſolima! 23. Dixeram, in metu, quo perturbabat, me brevi è medio ſublatum iri. At preces meas exaudiviſti, cùm ad te confugerem. 24. Amate ergo Creatorem veſtrum vos omnes, qui beneficentiam erga bonos exercetis; ſervat Deus eos qui conſtanter ei credunt, pœnaſque tepetit ab iis, qui ſuperbè ſe gerunt fidémque ei detrahunt. 25. Vos vero, quotquot Dei auxilium exſpectatis, fortes vos præſtate, & certo auxilio animos veſtros coofirmabit.

PARA-

ſunt neceſſariò ſupplenda. Poſſis etiam vertere, *& quæ* fuiſti &c.

21. *In occulto faciei tuæ*] בסתר פניך *bſether phanecha* Quos protegere volunt Regis adverſus furentem plebem, aut inimicorum vim & inſidias, eos iu penetralia Regiæ, in quibus verſantur, *faciémque* eorum *videre* licet, interdum abdunt. Ejusmodi latibulum aptè dici poſſit, ex Linguæ Hebraicæ indole, סתר פני המלך *ſether phne hammelech*, occultum faciei Regis Inde ergo tranſlatione ductâ, protectio Dei his verbis deſcribitur; ac ſanè iuterior pars Sacrarii, in qua erat altare, aſyli loco fuit, ut notum. Sed hîc uou receptus in aſylum propriè dictum, ſed tantùm divina protectio, tranſlatione inde deſumtâ, exprimitur.

A ſuperbè factis virorum] מרכסי איש *meruchſe iſch*. Eſt à ſingulari רֶכֶס quod non exſtat. Sed eſt רְכָסִים Eſaiæ XL, 4. quod opponitur locis planis, adeóque *loca aſpera* ſignificat, unde רכסים *rochſim* conjecerunt hîc eſſe *ſuperbias*, aot ſuperbè facta. Nullum hîc eſt auxilium ab antiquis verſionibus. LXX. Intt. habent ἀπὸ ταραχῆς, quaſi eſſet idem ac מרגזי *merogzi*, Hieronymus, *à duritia viri*. At loco Eſaiæ habent LXX. Intt. τραχεῖαι, & *Hieronymus*: *aſpera*. Chaldæi vertêre virilique גדודין *giddoudin*, globi latronuin. Dum aliunde major lux oriatur, retinebimus eum ſiguificatum, quem Recentiores uon malè huic loco convenire judicarunt. Nec malè *aſpera facta* aut *dicta* dicantur ſuperba.

Occulis eos in tabernaculo] Eſt eadem Metaphora, idémque ſenſus, ac in ſuperioribus. Hîc eſt בסכה *beſucchah*, quod frondeum tabernaculum propriè ſonat, quod alioqui ſolet dici באהל *beohel*, iu tentorio.

22. *Mirificè exercuit* &c] הפלא חסדו *hiphla hhasdo*, quod verti etiam poſſet *mirabilem reddidit benignitatem ſuam.*

In urbe munita] בעיר מצור *behir matſor*, in urbe munitionis. Jeroſolimæ, ot videtur, aut in alia urbe munita; neque enim probabile quidquam, de occaſione ſcriptionis hujus cantici, conjicere licet.

23. *In trepidatione mea*] בחפזי *behhophzi*, cùm trepidarem. LXX. & *Theodotion*: ἐν τῇ ἐκστάσει μου, & *Hieronymus*: in ſtupore meo; *Aquila* ἐν θαμβώσει μου: *Symmachus*, ἐν τῇ ἐκπλήξει μου. Adfine eſt verbo פחז *phahhaz*.

Exciſus ſum] Me è medio tollent.

Audiviſti] Me compotem feciſti eorum, quæ precabar.

24. *Abundè*] על יתר *al jether*, ad reliquum, hoc eſt, ſatis ſupérque, nam vix cum ſequentibus verbis conjungi hæc poſſunt.

Superbè ſe gerentibus] עשה גאוה *hoſche gaavah*, facienti ſuperbiam. Eſt actus, nam actus virtutum & vitiorum ſæpe eorum nominibus exprimunt Hebræi.

25. *Fortes eſtote* &c.] Vide ad Pſ. XXVII, 14.

COM-

Gratiæ Deo à Davide redduntur remiſſionis peccatorum, quâ homines beantur, & à Deo teguntur, ſi modò ei in poſterum obſequentes ſint; unde beneficentiam ejus experiuntur, qua de cauſa eſt cur gaudeant.

1. DAVIDIS CANTICUM ERUDIENS. Beatum eum, cui ſunt condonata delicta, & cujus peccata ſunt tecta! 2. Beatum hominem, cui Jehova iniquitatem non imputat, & in cujus animo nulla fraus eſt! 3. Quia tacebam, contabuerant oſſa mea, in rugitu *quem* per totum diem *emittebam.* 4. Nam noctu & interdiu gravior mihi incumbebat manus tua, & convertebatur humor meus in ſiccitates æſtatis. Selah. PSALM. XXXII.

5. Pec-

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS Canticum Didacticum. O beatum, cui Deus peccata condonavit, & cujus delicta veluti texit! 2. Felicem hominem, cujus iniquitatem meritis pœnis non adfecit, & cujus animo nulla fraus ineſt! 3. Cùm peccata mea diſſimularem, contabeſcebam, dum per totos dies gemerem; 4. nam noctu & interdu quavis die incumbebat manus tua, unde fiebat, ut in mæ tem, humore

COMMENTARIUS
In PSALM. XXXII.

1 C*Anticum erudiens*] משכיל *maſchchil*, erudiens. Hîc Pſalmus & alii duodecim ſic vocantur, ſed cur potiùs *erudientes*, quàm multi aliorum, vocentur fateor me neſcire; cùm non minùs religioſæ *eruditionis* ex aliis multis haurire poſſimus. Veteres, qui verterunt σύνεσιν, ἐπιστήμονα, συνετόν, *eruditum*, aut ſimilia, nihil nos juvant. Chaldæus habet שכלא טבא *erudito bona*

Beatum eum] אשרי *aſchre*, de qua voce diximus ad Pſ. I, 1.

Cui ſunt condonata delicta] נשוי פשע *neſoui pheſchah*, conſequutus veniam delicti. Vide ad Pſ. LXXXV, 3.

Cujus peccata ſunt tecta] כסוי חטאה *chſoui hhataah*, verbo tenus *tectus peccato*, ſeu cujus peccatorum majorem rationem non habet Deus, ut de iis pœnas repetat; quàm ſi ei *tecta*, hoc eſt, occulta eſſent. Vide Pſ. LXXXV, 3

2. *Iniquitatem non imputat*] לא יחשב יי לו עון *lo jahhſchob Jehovah lo havon.* Eſt omiſſum relativum אשר, quod cum לו vertendum *cui.* Metaphora eſt deſumta à rationibus accepti & expenſi, in quibus iis, à quibus accepimus quidpiam, acceptum imputamus, ſeu debere ei nos teſtamur. Sic Deus peccatoribus imputat חושב *hhoſcheb* delicta, quorum cauſâ eis pœnas, quaſi mercedem, debere ſe intelligit. Alioqnin ubi ignoſcit delictis, ea negatur peccatoribus imputare, ſeu pœnas iis propterea debere. Ideò Semeis, qui malè dixerat Davidi, ut pœnas ſibi debitas deprecaretur: *ne imputet* (יחשב jahhaſchob) *mihi Dominus meus iniquitatem*; hoc eſt, ne rependat mihi pœnas iniquitatis. Contrà rectè facta *imputantur*, eò quod præmia eis debentur. Vide ad Geneſ. XV, 6.

In cujus animo nulla fraus eſt] אין ברוחו רמיה *en brouhho remijah.* Qui neque homines, neque Deum, fictâ reſipiſcentiâ, fallere vult. Nam qui ſimulant, ſe ad meliorem mentem rediiſſe, cùm non redierint, veniam non impetrant admiſſorum, ſed pœnas ſibi debitas nihilò ſeciùs accipiunt; quia Deus novit corda, quamvis homines fallant.

Quia tacebam] כי החרשתי *chi hehheraſchthi.* Non ita tacebat Pſaltes, ut à querelis abſtineret; nam *toto die, ſe rugiiſſe* dicit, in ſequentibus; ſed peccatum ſuum ſilentio premebat, quod debuiſſet Deo fateri, ut veniam ejus impetraret; quod & poſtea fecit, ut docet verſus. Eleganter *Buchananus*:

Donec fovebam, ſub tacito ſinu,
Morbum, ſolutis languidus oſſibus,
Artus trahebam, luctificus dolor,
Queſtum ciebat, non patiens regi.

Contabuerant oſſa mea] בלו עצמי *balou hatſamai*, בלה eſt propriè *ſeneſcere*, metaphoricè, *vetuſtate corrumpi.* Latinè *contabeſcere* diximus, quia oſſa præ longo morbo exſiccantur, medullâ exhauſtâ. LXX. Intt. habent ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ut & *Symmachus.* At *Aquila* κατετρίβη, parum commodè. Vide Pſ. XXXI, 11.

In rugitu meo] In queſtibus, tranſlatione à Leonibus ductâ, qui vulnerati, aut ægri rugiunt. Vide Pſ. XXXVIII, 9. Alioqui *preces* ſignificat Pſ. XXII, 2.

4. *Gravior mihi incumbebat*] תכבד עלי *thichbad halai*, ingraveſcebat ſuper me. Contrà *adlevari* dicitur, cum remittuntur pœnæ 1. Sam. VI, 5.

Convertebatur humor meus] לשדי *lſchaddi.* Exſtat hæc vox Num. XI, 8. ubi vide notata. *Humorem* ſignificari oſtendit oppoſitio *ſiccitatis æſtivæ.* Homines ſani & vegeti corpus habent ſucco plenum, ſanguine & humore benigno, quo corpus alitur & vegetatur. Sic & apud Latinos, *corpus exſuccum, exſangue* & *aridum* dicitur hominum languentium, opponitúrque corpori *ſucco pleno*, hominum valentium. Quantopere æſtuarint hîc Intt. Græci veteres oſtendant eorum fragmenta.

In ſiccitates æſtatis] Hoc eſt, tam aridum eſt corpus meum, quàm æſtate aridi ſunt agri, in quos aqua cœleſtis non cadit, neque rivuli derivari poſſunt.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

5. *Pec-*

5. Peccatum meum tibi patefeci, nec iniquitatem meam occultavi. Dixi *enim* fatebor delicta mea Jehovæ, tu verò iniquitati peccati mei ignoviſti. Selah.

6. Propterea orabit te omnis beneficus, eo tempore, quo inveniris, nec exundatio multarum aquarum ad eum pertinget. 7. Tu mihi latibulum, tu ab anguſtia liberas me, lætis liberationis clamoribus circumdas me. Selah.

8. Faciam ut intelligas, téque docebo viam quâ incedas, conſulam de te oculum meum. 9. Ne ſitis inſtar equi, aut muli, quibus intelligere non eſt *datum*. Fræno & capiſtro os eorum conſtringendum, ne ad te accedant. 10. Multi ſunt dolores improbo, ſed benig-

humore exhauſto, inciderem; ut æſtivo calore, exſiccata humus. 5. Deinde flagitia mea tibi patefeci, nec quidquam diſſimulavi; nam mecum reputavi me rectiùs multò facturum, ſi delicta mea faterer apud te, ô Deus; tu verò peccata mihi ignoviſti.

6. Ideò omnis bonus vir te precibus ſuis adibit, eo tempore, quo exorabilem te eſſe judicabit; nec ſe majoribus calamitatibus objiciet, quibus quaſi torrentibus, ſubmergeretur, ſi taceret. 7. Tu, ô Deus, meum aſylum es, in quo deliteſco, atque unde lætas voces audio.

8. Faciam verò, ô Iſraëlitæ, ut intelligatis, quâ viâ incedendum ſit vobis, & id dabo conſilium quod experientiâ bonum comperi. 9. Ne imitemini eos qui pecudes ratione deſtitutas, quæ fræno & capiſtro ſunt coercendæ, ut equi & muli, ne vos mordeant. 10. Improbis multa ſunt mala ferenda, at

5. *Peccatum meum tibi patefeci*] Faſſus ſum ingenuè me peccaſſe, nec diſſimulavi delictum meum. Quid reſpiciat Pſaltes non liquet, cùm neque quis ſit, nec quâ occaſione Pſalmum hunc ſcripſerit liqueat. Interim eo utantur licet, quicumque ſimilia deliquerunt, nec juſtitiam divinam, ſine ingenua peccati confeſſione, placare poſſunt.

Dixi enim fatebor &c.] Apud animum meum dixi, quod & exſequutus ſum.

Fatebor delicta mea] אודה עלי פשעי *odeh balai phſchabai*, fatebor contra me peccata mea. LXX. Intt. & *Symmachus*: ἀγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου. De confeſſione peccati uſurpatur idem verbum Proverb. XXVIII, 13.

Tu verò iniquitati peccati mei ignoviſti] נשאת עוני חטאתי *naſchatha havoni hhatathi*. Quod poſſis etiam vertere: *ſuſtuliſti pœnam peccati mei*, nam עון *havon* pœnam etiam ſignificat, & נשא *naſchah* auferre. LXX. Intt. habent τὴν ἀνομίαν τῆς καρδίας μου, in Codicibus qui ſuperſunt, atque apud *Euſebium* & alios. Attamen Vulgata habet hîc *impietatem peccati mei*. Aquila ἀνομίαν ἁμαρτίας, *Symmachus* ἀσέβειαν ἁμαρτίας, & *Theodotion* ἁμαρτίαν τῆς ἀσεβείας. Ceterùm Deus ignoſcit non nudæ confeſſioni, ſine ullo effectu; ſed confeſſioni, quam ſequitur morum emendatio.

6. *Beneficus*] Hîc, ut paſſim, eſt ὅσιος, pius religioſus.

Eo tempore, quo inveniris] לעת מצא *lebeth mtſo*, tempore inveniendi. LXX. Intt. ἐν καιρῷ εὐθέτῳ, hoc eſt, opportuno. *Symmachus* verò καιρῷ εὑρεῖν, *Hieronymus*; *tempus inveniens*. Sic & Eſaiæ LV, 6. *quærite Jehovam* (בהמצאו *behimmatſeen*) *dum invenietur*; hoc eſt, ad id usque tempus, quo proces exauditurum ſe pollicitus eſt. Interdum enim Deus tempus certum definiebat, ultra quod preces exauditurus non eſſet; poſtquàm hominum pœnitentiam diu exſpectaſſet, nec tamen eam præſtitiſſent. Vide Pſ. XCV, 8. *& ſeqq.* Proverb. I, 28. Eſaiæ XIII, 22. Jerem. XI, 11. XIV, 12. Ezek. VIII, 18. Mich. III, 4. Zach. VII, 13. Apoc. X, 6. Quæ doctrina populis non nimis inculcari poteſt, quod tamen nimis ſæpe negligitur.

Nec exundatio multarum aquarum &c.] Calamitates intelligendæ, quæ ſub imagine multarum & profundarum aquarum deſcribi ſolent. Vide Pſ. XVIII, 7. LXIX, 1, 2.

7. *Latibulum*] Auxilium tuum fuit mihi inſtar latibuli, quo tectus furorem hoſtium evaſi.

Lætis liberationis clamoribus] רני פלט *ronne phallath*. Infinitivus פלט *liberare* eſt loco nominis, ut הבין *intelligere*, pro intellectu verſ. 9.

Conſulam de te oculum meum] איעצה עליך עיני *ihatſab balecha benai*. Hic *oculus* perinde eſt ac dux, cujus oculis credunt, qui viam ignorant. Vide ad Num. X, 1. Is autem dux, ſive *oculus* eſt Deus, qui Lege ſuâ Hebræos docuerat, quâ incedendum iis eſſet, ut illi placerent. *Symmachus* rectè verterat βουλεύσομαι περὶ σοῦ τῷ ὀφθαλμῷ μου. Minùs rectè LXX. Intt. ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου, & *Hieronymus*: *cogitabo de te oculo meo*. Adloquitur autem hîc Pſaltes populum. Hæc parum ſunt ab Interpretibus animadverſa, quia יעץ ſignificat vulgò, *conſilium capere*, aut *dare*; hîc verò eſt *conſilium petere*.

9. *Os ejus conſtringendum*] עדיו לבלום *bedje liblom*. Vocula עדי *badi* videtur etiam *os* ſignificare Pſ. CIII, 5. Verbum בלם *balam* hîc tantùm exſtat, ſed Thalmudicis uſitatum eſt hac ipſâ ſignificatione. Eſt tamen hîc mirus ordo vocum, qui poſſit ſuſpicionem movere à librariis peccatum quodpiam olim admiſſum, quod nemo nunc poſſit curare: *in fræno & capiſtro os ejus ad conſtringendum*, במתג ורסן עדיו לבלום.

Ne ad te accedat] בל קרוב אליך *bal krob elechu*, LXX. Intt. hæc verterunt: ἐν χαλινῷ καὶ κημῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαι τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σε. Fortè τοῦ μὴ ἐγγίζειν ſcripſerant, quamvis Vulgatus habeat: *qui non adproximant ad te*. Hieronymus: *ut non adpropinquet ad te*. Senſus videtur eſſe, *frenandos eſſe equos & mulos*, à ſeſſoribus, ne temerè in homines incurrant, eóſque mordeant, aut calcibus lædant. Seſſor enim, ope fræni, eos avertit quò vult. Similitudo autem hæc eò tendit, ut intelligant homines turpe iis eſſe, quòd inſtar effrenium equorum, aut mulorum, alii in alios incurrerent, nec poſſent à noxa, niſi gravi legum fræno, deterreri.

10. *Multi ſunt dolores improbo* &c.] Hæc ita viden-

benignitas eum, qui Jehovæ confidit, circumdabit. [11]. Lætamini in Jehova & exſultate juſti, ac lætas voces emittite omnes, quibus rectus animus eſt.

Excitantur pii ad canendas Dei laudes eique fidendum.

[1]. LÆTAS voces edite Jehovæ, ô juſti; rectos homines laus decet. [2]. Laudate Jehovam, adhibitis citharâ, nablio & decachordo, carmina ei dicite. [3]. Eâ arte ei canticum novum probè pulſate, cum feſto clamore; [4]. rectum eſt enim verbum Jehovæ, omnia opera ſunt plena fide. [5]. Amat juſtitiam & jus, beneficentiâ Jehovæ plena eſt terra. [6]. Verbo Jehovæ cœli ſunt facti, & ſpiritu oris ejus univerſus eorum exercitus. [7]. Colligit aquas maris, veluti *in* acervum, & in theſauros condit abyſſos. [8]. Ti- PSALM. XXXIII.

at divinam bonitatem experietur quisquis in Deo fiduciam poſuerit. 11. Gaudete, dum ei paretis, exſultate & gaudii veſtri ſigna edite, quicumque, recto animo eſtis præditi.

P A R A P H R A S I S.

1. LÆTIS laudibus apud Deum exſultate, ô boni viri! à quibus laudari eum decet. 2. Adhibitis inſtrumentis muſicis, laudes ejus canite, & carmina ei conſecrate. 3. Nova cantica ei cantate, & inſtrumenta probè pulſate. 4. Rectum eſt verbum Creatoris & quidquid facit ſummâ fide facit. 5. Amans eſt juſtitiæ & terras omnes beneficentiâ ſuâ implevit. 6. Solo Creatoris imperio Cœli ſunt creati & paucis verbis omnes eorum ſe eſſe è nihilo prodierunt. 7. Omnia maria in alveos,

videntur intelligenda, malum vitum improbitate ſuâ aliis invîſum fieri, & moleſtias ſibi ipſum, importunis moribus, creare; bonum contrà virum virtute ſuâ alios ſibi ita conciliare, ut erga eum beneficos ſe præbeant. Quod ſæpe quidem verum eſt, præſertim in Republica, non prorſus corrupta; ſed ſæpe etiam aliter habet, quia virtus improbis eſt invîſa, & odium apud potentes creat, quibus vita proba flagitiorum exprobratio eſt.

C O M M E N T A R I U S
In PSALM. XXXIII.

1. JEhovæ] ביהוה *badonai*, quod hîc debet eſſe idem ac ליהוה *ladonai*, quia ſermo eſt de lætis clamoribus, in honorem Dei, ſeu de ejus laudibus. Alioqui vertendum potiùs eſſet *propter Jehovam*. LXX. Intt. *ἀγαλλιᾶσθε ἐν τῷ Κυρίῳ*, *Aquila αἰνεῖτε*, *Symmachus εὐφημεῖτε*, Hieronymus: *laudate*.

Rectos homines laus decet.] *Decora*, aut *pulcra laus rectis*. Dedecet verò improbos laus Dei, dum omnia ejus præcepta contemnunt. Dum ita ſe gerunt, iis Deum, *οὐ' αἰνεῖν τοῖς κακοῖς θέμις*, ut *Ariſtotelis* verba uſurpem.

2. *Adhibitis citharâ* &c.] *In cithara, in nablio, decachordo.* Fermè nihil, præter nomina, horum inſtrumentorum Orientalium novimus.

3. *Probè pulſate*] היטיבו נגן *hetibou naggen*, bene facite pulſando; inſtrumenta, nempe, pulſatilia. Hebraiſmus eſt notus, quem bene expreſſerunt LXX. Intt. verbis, *καλῶς ψάλατε* & *Symmachus* his, *ἐπιμελῶς ψάλατε*.

4. *Rectum eſt enim verbum Jehovæ*] Cùm Hebræi careant, vocibus propriis, quibus *promittere* & *promiſſionem* ſignificent; *verbum* interdum vocant *promiſſionem*, & *dicere*, uſurpant pro eo quod eſt *promittere*; quod Lectori ex re ipſa colligendum permittunt. Itaque putem דבר יהוה *verbum Jehovæ* hîc eſſe promiſſa, in gratiam Iſraelitarum. Quod ſequentia verba ſuadent.

Omnia opera ſunt plena fide] *Omne opus ejus in fide*, באמונה *beemounah*, hoc fideliter præſtat quod promiſit.

5. *Beneficentia Jehovæ* &c.] Omnes creaturæ, quæ ſunt in terris, & quibus utuntur homines, ſunt Jehovæ beneficia & dona, ipſique adeò homines totos ſe ſe Deo debent; cùm non minùs ſit eorum creator quàm ceterorum omnium, beneficâque ejus providentiâ conſerventur & regantur. חסד, ut ſæpe obſervavimus, non tam *miſericordiam*, quàm *beneficentiam*, ſignificat.

6. *Verbo Jehovæ* &c.] Hîc *verbum* alio ſenſu ſumitur, pro Dei, nimirum, imperio, ſeu voluntate; qua de re multis egimus ad Gen. I, 3.

Spiritu oris ejus] Eſt circumloquutio *verbi*, quod nihil aliud eſt, præter ventum ore emiſſum.

Eorum exercitus] Hoc eſt, ſtellæ. Vide ad Gen. II, 1.

7. *Veluti in acervum*] כנד *channed*. LXX. Intt. verterunt *ὡσεὶ ἀσκὸν*, & *Symmachus*, *ὡς ἐν ἀσκῷ*, quaſi ſcriptum fuiſſet כנאד *channod*, nam נאד eſt *uter*, non abſurdè. Sed Exod. XV, 8. & Pſalm. LXXVIII, 13. dicuntur aquæ maris rubri ſtetiſſe כמו נד *chmo ned*, inſtar acervi, nam hoc nomine frugum acervus vocatur Eſai. XVII, 11. Hoc ergo vult Pſaltes mare littoribus non aliter contineri, quàm acervus frugum parietibus horrei. Quod & verbis ſequentibus ſignificatur.

In theſauros condit abyſſos] נתן באוצרות תהומות *nothen beatſaroth thehomoth*, ponens in theſauris, hoc eſt, apothecis, ſeu alveis, abyſſos, id eſt, maria etiam ampliſſima.

 8. *Ti-*

8. Timeat ſibi à Jehova tota terra, ejúſque pavore corripiantur omnes incolæ orbis; 9. nam dixit ille, & *res* fuit; juſſit & *res* ſe ſtitit. 10. Jehova irritum fecit conſilium gentium, ad nihilum redegit cogitationes populorum. 11. Conſilium *verò* Jehovæ permanet in æternum, & animi ejus cogitationes in omnes ætates. 12. Felicem gentem, cujus Jehova eſt Deus, & populum, quem elegit ſibi in poſſeſſionem!

13. E cœlo deſpexit Jehova, omnéſque hominum filios vidit 14. E ſede ſua omnes incolas terræ proſpexit. 15. Finxit pariter eorum animos, omniáque eorum opera adtendit. 16. Nullus Rex eſt, qui ſervetur numero copiarum; vir fortis non ſervatur multitudine exercitûs. 17. Eques ad ſalutem *contractus* fallit, neque turmarum ſuarum numero liberat. 18. Jehovæ oculus ad eos, à quibus timetur & qui benignitatem ejus *erga ſe* exſpectant, *converſus eſt*; 19. ut eorum vitam à morte eripiat, & vivos ſervet, in fame. 20. Animus noſter Jehovam præſtolatur, is auxilium noſtrum & clupeus noſter eſt; 21. nam in eo lætatur animus noſter, & in ſancto ejus nomine fiduciam repóſuimus. 22. Beneficentia tua, ô Jehova, nobis incumbat: quemadmodum, abs te exſpectavimus.

Dei

alveos, quaſi in acervos collegit atque ut in theſauros condidit. 8. Sibi metuat à Creatore totum genus humanum; 9. nam ſolo ejus imperio quæ non erant e nihilo prodierunt. 10. Creator, quoties voluit, quarumvis gentium conſilia irrita fecit. 11. At quæ ſtatuit apud ſe, id manet in æternum & quæ voluit immotum manet in omnes ætates. 12. O felicem gentem, quæ ſolum Creatorem, & populum, quem ſibi inter omnes ſelegit!

13. E cœlo deſpexit, totumque humanum genus oculis ſuis ſubjecit. 14. E ſublimi ſua ſede omnes omnium terrarum incolas proſpexit. 15. Creavit eorum animos, eorúmque actiones omnes adtendit. 16. Nullus eſt in terris Rex, qui magnitudine exercituum, invito Deo tutus ſit, nec dux copiarum numero; nec fortem & belligerandi peritum exercitus magnitudo incolumem præſtat. 17. Equites, ad incolumitatem Regis, ſelecti & conſcripti fallunt, quamvis magnus ſit turmarum numerus. 18. Creatoris vero cura ad eos ſpectat, qui eum timent, & qui in ejus benignitate fiduciam collocarunt; 19. ut incolumes ſervet, nec eos fame perire patiatur, quamvis frumenti non ſit magno copia 20. Nos vero auxilium Creatoris exſpectamus. Is demum nobis auxilium feret, noſque inſtar clypei tutabitur. 21. Ejus auxilium cauſa eſt cur lætemur, & ſecuri vivamus. 22. Sis, ô Creator noſter, beneficus erga nos; quemadmodum abs te exſpectavimus.

PARA-

8. *Timeat*] ייראו *jireou*, timeant; perinde ac ſi pluralis ſequeretur. Sed ארץ *arets* ſunt *omnes homines*, ideóque perſona verbi eſt maſculina, quia non refertus ad ארץ quod eſt fœmininum, quàm ad בני אדם *filius hominum*, qui eâ voce ſignificantur, aut יושבי *incolas*, quod ſupplevit Chaldæus, qui habet: יתבי ארעא *jotbe arha*, *incolæ terræ*. Eſt ergo hîc, non Enallage generis, ſed conſtructio κατὰ τὸ σημαινόμενον, ut Græci loquuntur, quæ rara non eſt.

9. *Dixit ille* &c.] Hæc exprimunt facilitatem & celeritatem creationis, ſolâ Dei voluntate factæ, qua de re ad Gen. I, 3. egimus.

10. *Irritum fecit conſilium*] Conſilia, quæ Gentes capiunt, in perniciem Hebræorum, irrita facit.

11. *In omnes ætates*] לדר ודר *ldor vador*, in ætatem & ætatem; hoc eſt, quidquid vult perennare, permanet in quodvis tempus. Ejuſmodi eſt cognitio ipſius Dei, cultúſque ejus, quæ à Moſis temporibus ad noſtra perduravit, & ad mundi usque finem alicubi inter homines erit, quamvis alicubi aut obſcuretur, aut intercidat.

14 *E ſede ſua*] ממכון שבתו *mimmechon ſchebtho*, ex habitatione ſedis ſuæ. Vide 1. Reg. VIII, 39, 43, 49. LXX. Intt. ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ: *Aquila*, ἀπὸ ἑδράσματος καθέδρας αὐτοῦ: *Symmachus*, ἀπὸ ἑδρίας κατοικίας αὐτοῦ. Reſpexerunt ad Etymologiam vocum, quod neceſſe non erat.

15. *Finxit pariter eorum animos*] יוצר יחד לבם *jotſer jahhad libbam*, fingens ſimul corda eorum. Cum agatur de Providentia, & Omniſcientia Dei, non de creatione; non abſurdè fortè quis ſuſpicetur legendum hîc נוצר *notſer*, Obſervans; nam נצר *natſar*, ſignificat etiam ſpeculari, obſervare ut videas quid fiat; onde נוצרים *notſerim* ſpeculatores è turribus quid in agris agatur obſervantes. Vide 2. Reg. XVII, 9. Jerem XXXI, 6. Sequens membrum hoc confirmare videtur.

17. *Eques ad ſalutem contractus fallit*] שקר הסוס לתשועה *ſcheker haſſous litſchouhah*, mendacium equus ad ſalutem; hoc eſt, equites ſive debilitate, ſive fraude, ſpem ejus, qui eos contraxit, fallunt, ubi ſalus, aut liberatio ejus agitur. Sæpiùs ita ſumi שקר notavimus. Vide Hoſ. IX, 2. Habak. III, 17.

Turmarum ſuarum numero] ברוב חילו *brob hhelo*, *multitudine exercitûs ſui.*

18. *Converſus eſt*] Vel intentus eſt; hoc eſt, eos ſervat & liberat. Vide Pſ. XXXIV, 16.

19. *Vitam*] *Animam.*

Vivos ſerves] לחיותם *lebhajjotham*, ad faciendum eos vivere. Vide Pſ. XXX, 4.

21. *In eo lætatur*] Hoc eſt, propter eum lætatur, ut paſſim.

In ſancto ejus nomine] *In nomine ſanctitatis ejus*; hoc eſt, in illo.

22. *Nobis incumbat*] *Sit ſuper nos.*

COM-

Dei providentiam laudat David, à qua maximis periculis ereptus fuerat, alióſque hortatur ut ejus timentes ſint, auxiliúmque ejus confidenter exſpectent.

1. DAVIDIS CARMEN, CUM CORAM ABIMELECHO VULTUM MUTAVIT, EXPULSUSQUE EST ET ABIIT. 2. Benedicam Jehovæ, omni PSALM. XXXIV.

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS Carmen ab eo ſcriptum poſtquàm, coram Achiſo Rege, vultum mutaſſet, expulſuſque abiiſſet.

2. Laudabo Creatorem; quovis tempore; ſemperque laudes ejus in ore meo erunt.

3. Prop-

COMMENTARIUS
In PSALM. XXXIV.

1. *Cùm coram Abimelecho vultum mutavit*] Qui hîc vocatur אבימלך *Abimelech*, ei nomen eſt *Achis* אכיש 1 Sam. XXI, 10. unde non abſurdè quis conjicere poſſit hîc olim ſcriptum fuiſſe אכיש המלך *Achis hammelech*, Achis rex; ut nomen paullò ignotius in notius mutatum fuerit. *Euſebius*, in Commentariis in Pſalmos, non ita pridem editis, & quorum fragmenta tantùm exſtabant in Catena Cordetiana, multis hoc de loco agit. Obſervat primùm eſſe, qui hanc ἐπιγραφὴν à nonnullis referri ad hiſtoriam, quam indicavimus; eò quòd dicatur *mutaſſe* David *vultum ſuum*, quod tamen parvi pendit. Putat majorem rationem habendam verborum *coram Abimelech*, refértque ea ad 1 Sam. XXI, 2. & ſeqq. ubi David narratur Achimelechum Sacerdotem adiiſſe, unde ad Regem Anchus (Ἀγχοῦς ſic enim à LXX. Intt. vocatur) aufugit.

Addit aliquem fortè dicturum, cùm in Hiſtoria de Achimelecho, non narretur David vultum mutaſſe, mendoſè hîc legi *Abimelech*, pro *Anchuo*, rem enim in Hiſtoria de Anchus Rege exſtare. Ad quam conjecturam, ἔργον, inquit, θρασὺ καὶ προπετὲς εἶναι ἡγοῦμαι τὸ ἀποφήνασθαι τολμᾶν τὴν θείαν γραφὴν ἡμαρτῆσθαι, καὶ τοσοῦτο ἀπελέγχειν σφάλμα, ὡς ἀντὶ ἀλλοφύλου ἀνδρὸς ἱερέα Θεοῦ παρεισθῆναι: *facinus audax & temerarium arbitror eſſe audere dicere peccatum eſſe in divina ſcriptura, & tale vitium præferre, ut, pro viro alienigena, ſacerdos Dei ponatur.* Sed ita loquitur *Euſebius*, quaſi oblitus eſſet quot menda è verſione LXX. Interpretum (de qua agitur) ſuſtuliſſet *Origenes*, idémque paullò poſt contra ſemet ipſe pronunciat. Ait Hebraïcam lectionem habere hoc loco Ἀχιμέλεχ, ſicut & reliquos Interpretes, qua in re videtur eſſe mendum librarii; nam non tantùm Codices noſtri Hebraïci, ſed & *Aquila*, *Symmachus* & Quinta Editio habebant, ut ait, *Abimelech*. Senſit quidem *Euſebius* ſibi lectionem 1 Sam. XXI. ubi eſt *Achimelech*, objectum iri. Itaque negat debere quemquam moveri mutatione litteræ; nam pro ea, quæ eſt inter litteram *Beth* & litteram *Chaph*, ſimilitudine, diverſè nomen editum fuiſſe; ſi quidem unam eamdémque fortè eſſe duorum elementorum figuram, breviſſimo apice diſtinguente. Fuit ergo admiſſum mendum aut hîc, aut in libro Samuelis, contra quàm volebat *Euſebius*. Errat etiam, in eo quod *Achimelech* putaverit ſcribi per אכימלך כ, cum ſcribetur per אחימלך ח.

Vultum mutavit] בשנותו את טעמו *bſchannotho eth tahamo*. Vide 1 Sam. XXI, 13. LXX. Intt. hîc, quemadmodum illic, ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, *Aquila* & V. Ed. τὸ γεῦμα, *Symmachus*, μετεμόρφωσε τὸ τρόπον τὸ ἑαυτοῦ. Hieronymus: *os ſuum*. טעם propriè *ſaporem* ſignificat Num. XI, 8. Job. V, 6. Jerem. XLVIII, 11. Deinde tranſlatum ad animum, quemadmodum, apud Latinos, *ſapere & ſapor*, & apud Gallos, *goûter*, *goût* & *bon goût*, ut 1 Sam. XXV, 33. Job. XII, 20. Pſ. CXIX, 66. Proverb. XI, 22. ubi *judicium & prudentiam* ſignificat. Mutatio verò quæ facta eſt in Davide, non prudentiæ mutatio fuit, tum enim maximè prudenter ſe geſſit; ſed tantùm vultûs & motuum corporis, quibus amens factus eſſe videbatur. Itaque vertimus *vultum*, ut LXX. Intt. non ex ſignificatione propria vocis, ſed ex re ipſâ, quandoquidem aliter res Latinè exprimi non poterat.

Euſebius vult reſpici ad id quod fecit David, apud Achimelechum Sacerdotem, nec rationem habet ejuſdem loquutionis quæ in Hiſtoria 1 Sam. XXI. & hîc occurrit; at hoc ſolum ſatis eſt ad eum confutandum, nam idem loquendi genus, idque ſingulare oſtendit eadem de re agi. Credidit quidem ſe poſſe oſtendere quomodo David, apud Sacerdotem *mutaverit guſtum ſuum*, ſi ſequamur *Aquilæ* verſionem; quod in ea ſitum eſſe vult, quòd *conſecratum cibum & ſacerdotales panes guſtaverit*. Sed nemo vocaverit hoc mutationem guſtûs. Quod ſi quis mallet ſequi *Symmachum*, mutavit David *morem ſuum*, quòd fefellerit Sacerdotem, dum fingeret ſe, juſſu Regis, certum in locum ire; quippe qui non ſolebat mentiri. At τρόπος apud *Symmachum* potiùs externam oris ſpeciem denotat, quàm mutationem conſuetudinis, in ſermone, quam nemo animadvertere poterat. Liquet hoc ex eo quod apud Achiſum contigit. Non feliciùs hæc aptat *Euſebius* verſioni LXX. Intt. quaſi ἀλλοίωσιν τοῦ προσώπου ſignificarint ſimulationem, quâ David finxit ſe à Rege aliquò mitti, cùm Regem fugeret; neque enim hoc convenit rei quæ, apud Achiſum, contigit; in qua fuit quidem ſimulatio, ſed quæ in

vultu

omni tempore; ſemper laus ejus in ore meo erit. 3. In Jehova gloriabitur animus meus, *rem* audient humiles & lætabuntur. 4. Magnopere laudate Jehovam mecum, atque unà nomen ejus extollamus. 5. Quæſivi Jehovam méque exaudivit, atque ex omnibus terroribus meis me eripuit. 6. Reſpexerunt eum *pii*, illuſtratique ſunt, nec facies eorum pudore fuit ſuffuſa. 7. Ille adflictus invocavit *eum*, Jehováque eum audivit, & ex omnibus anguſtiis ſervavit. 8. Caſtra metatur Angelus Jehovæ circa eum metuentes, ut eos liberet.

9. Guſtate & videte Jehovam bonum eſſe; beatum hominem, *qui* in eos ſpem repoſuerit! 10. Timete Jehovam, ſancti ejus, nam nihil deeſt ejus timentibus. 11. Catuli leonum egent & eſuriunt; at quærentibus Jehovam bonum nullum deerit. 12. Agite,

3. Propter cultum, quo Creatorem proſequutus ſum, gloriabor, réque auditâ, humiles lætabuntur mecum. 4. Laudate verò magnopere, laudate Creatorem mecum, unáque eum extollamus. 5. Precibus adii Creatorem, méque exaudivit, & me omnibus terroribus liberavit. 6. Ad eum reſpexerunt pii, lumine ejus ſunt etiam illuſtrati, nec eos ejus rei puduit. 7. David, in anguſtiis, in quibus verſabatur, eum ſemper invocavit, & Deus eum ex omnibus anguſtiis expedivit. 8. Caſtra circa eos, ut ſic loquar, ponunt Angeli, ut eos contra improbos tueantur, atque ab omnibus periculis liberent.

9. Experimini & videte quem ſit beneficus Creator. Obeatum, quisquis in eo fiduciam poſuit! 10. Timete Creatorem, qui ſanctè eum colitis; nihil deeſt iis, qui eum colunt. 11. Catuli leonum ſæpe neceſſariis egent atque eſuriunt; at qui ad Creatorem confugiunt nulla re neceſſaria indigent. 12. Agite ergo, filii, mihi credite & vos docebo, reveren-

vultu & motibus corporis ſita erat, ex quibus amentem eſſe Davidem judicarunt Philiſthæi. *Euſebium* tamen ſequutus eſt *Theodorus Heracleota*. Hæc paullò pluribus, ut liqueret Veteres, qui Hexapla *Origenis* habebant, præ imperitia Linguæ Hebraïcæ & Artis Criticæ, ſatis commodè uti iis neſciviſſe. Utinam opus illud ad nos perveniſſet, & quidem integrum!

Expulſúsque eſt & abiit] *Et expulit eum* (nempe, Achiſus) *& abiit*; nimirum, *David*. Hæc quoque liquidò oſtendunt non agi de Sacerdote, qui Davidem non expulit; ſed de Philiſtæorum Rege, qui hominem à ſe amoveri juſſit. Ergo non אחימלך *Achimelech*, ſed אכיש מלך *Achis melech*, hìc eſt intelligendus. Sunt quidem qui, cùm de re conſentiant nobiſcum, de voce *Abimelech* diſſentiunt, quam putant eſſe non nomen proprium, ſed dignitatis, ut Gen. XX, XXI, & XXVI. ubi duo Reges Gerarenrium vocantur *Abimelech*. Verùm potuerunt *pater* & *filius* eodem nomine vocari; nec, ſi concedas, apud Gerarenſes, hoc obtinuiſſe, ut *Abimelechi* vocarentur Reges, ideò ſequetur idem obtinuiſſe apud Gathenſes.

2. *Benedicam* &c.] אברכה. Pſalmus eſt alphabethicus.

3. *In Jehova gloriabitur*] Propter auxilium à Jehova acceptum gloriabor, non prudentiæ aut fortitudinis meæ cauſâ; quaſi iis liberationem meam, ex tanto periculo, debeam.

4. *Magnopere laudate*] גדלו *gaddelou*, quod verbum, ubi de hominibus ſermo eſt, *educare*, aut etiam *potentes reddere* ſignificat; ſed ubi de Deo agitur, eum extollere & magnitudinem ejus prædicare.

6. *Reſpexerunt*] הביטו אליו *hibbitou elau*. Aut ענוים manſueti, de quibus antea, aut *quivis reſpicientes*. Sæpe eodem modo nominativus ſubauditur. Vide Ind. in Pentateuchum, ad *Nominativi Ellipſin*. Quia verò qui auxilio indigent, ad eos oculos convertere ſolent, qui opem ferre poſſunt, ſi adſint; ideò *reſpicere Deum* perinde eſt ac ejus auxilium exſpectare & petere. Vide Eſaiæ XVII, 7, 8. XXII, 11. XXXI, 1. Pſ. CXXIII, 1, 2. Sic & Græci uſurparunt βλέπειν & ἐμβλέπειν, Latini verò *oculos in aliquem convertere*, *ſpectare*, *reſpicere*, *reſpectum habere ad*. Exempla nonnulla adtulit *Arnold. Bootius* Animadverſ. Sacr. Lib. I. c. III, 5. quibus plura addere facile eſſet.

Illuſtratique ſunt] נהרו *naharou*. LXX. Intt. φωτίσθητε. Sic ſumitur etiam hoc verbum, apud Eſaiam LX, 5. ex uſu Chaldaïcæ Linguæ, ubi hoc verbum eſt *ſplendere*. Quod ſequutus etiam eſt Chaldæus Int. Vide ad Pſ. XXXI, 17. *Hieronymus* tamen *confluite*, ex alia ſignificatione verbi; & quaſi eſſet Imperativus, ut & antea *reſpicite*, quaſi eſſet הַבִּיטוּ, non verò הִבִּיטוּ. Quemadmodum legerunt etiam LXX. Intt.

Nec facies &c.] ופניהם. Hic eſt litteræ Vau initium, ſi nihil deſit. Cùm omnes reliqui verſus duobus membris conſtent; hìc duo membra ſeu Hemiſtichia deeſſe diceret *Meibomius*, unum pertinens ad litteram ה, alterum ad litteram ו. Rem in medio relinquimus. Vide ad Pſ. XXV, 5.

7. *Me adflictus*] זה עני *zeh hani*. Poſſis etiam vertere: *hic adflictus*; ita ut David de ſe ἀνωνύμως loquatur.

8. *Caſtra metatur* &c.] Aut Angelus ſingularis, aut plures intelliguntur. Vide Gen. XXXII, 1, 2. 2 Reg. VI, 17.

9. *Guſtate & videte*] Experimini rem & intelligite eam ſic habere, ut dixi. Verbum טעם *taham*, guſtavit, ſic ſumitur Proverb. XXXI, 15.

Qui] Manifeſtò ſupplendum אשר *aſcher*, ut ſæpe aliàs.

10. *Nihil deeſt*] *Nulla eſt inopia*, aut *nullus defectus*.

11. *Catuli leonum*] Intelliguntur homines violenti & rapaces, qui non raró cum leonibus comparantur. Vide Pſ. XVII, 12. XXII, 2. XXXV, 17. &c.

Bonum nullum &c.] *Non deficientur omni bono.*

13. *Quis*

te, filii, auſcultate mihi, & vos timorem Jehovæ docebo. [13]. Quis vir eſt, qui vitâ delectatur, amánſque eſt dierum, ut bonum videat? [14]. Cohibe linguam tuam à malo & labia tua, ne doloſè loquantur. [15]. Divertitor à malo & fac bonum; quære pacem & eam ſequere. [16]. Oculi Jehovæ ſunt ad juſtos *converſi*, & aures ejus ad eorum clamorem. [17]. Facies Jehovæ *intenta eſt* in eos, qui malè faciunt, ut eorum memoriam è terra exſcindat. [18]. Clamarunt innocentes, Jehováque *eos* audivit & ab omnibus anguſtiis liberavit. [19]. Proximus eſt Jehova iis, quibus eſt animus fractus, eóſque quibus eſt ſpiritus contritus ſervat. [20]. Multis malis obnoxius eſt juſtus, ſed omnibus eum eripit Jehova. [21]. Cuſtodit omnia ejus oſſa, & ne unum quidem eorum frangitur. [22]. Noxio malitia mortem creat, atque innocentem odio habentes deſolabuntur. [23]. Liberat Jehova vitam ſervorum ſuorum, nec quiſquam eorum, qui ſpem in eo repoſuerint, deſolabitur.

David Dei auxilium contra inimicos ſuos invocat.

PSALM XXXV.

[1]. DAVIDIS CARMEN. Cauſam meam ſuſcipe, ô Jehova, in eos qui mecum litigant; pugna in eos, qui mecum pugnant. [2]. Adripe clupeum ac ſcutum, & ſurge ut mihi auxilium feras. [3]. Expedito haſtam & obviam *progreſſus* me inſectantibus

verentiam Creatorem. 13. Quisqnis vitâ delectatur, eámque in multos annos producere cupit, ut felicitate diu fruatur; 14. caveat ne pravos ſermones habeat, néve doloſa oratione utatur. 15. Recedat à rebus malis & bonis operam det; quærat pacem, eamque colat. 16. Creator oculos vertit faventes ad bonos, auréſque adtentas habet ad eorum querelas. 17. Verùm ſimul obſervat facta eorum, qui vitiis dediti ſunt, ut extinguat eorum memoriam in terra. 18. At ſi innocentes Deum precibus adeant, eos ab omnibus calamitatibus liberat 19. Non ſecedit ab iis quibus eſt animus eſt fractus, eosque ſervat quorum humilis eſt. 20. Multis quidem calamitatibus obnoxius eſt vir bonus, ſed Deus eum ab omnibus liberat. 21. Eſt ei quaſi clupeus, quo oſſa ejus ne frangantur ſervantur. 22. Homini nocenti nequitia tandem mortem creat, innocentem verò malè habentes, amicis carebunt.

PARAPHRASIS.

1. QUERELÆ Davidis de inimicis ſuis. Suſcipe, ô Creator, cauſam meam defendendam contra eos qui mihi litem intendunt; pugna cum iis, qui mecum pugnant. 2. Accipe ſcutum & me eo tege contra eos, qui me ferociter adgrediuntur. 3. Haſtâ, ut ſic loquar, adreptâ obviam ito

13. *Quis vir eſt* &c.] Quisquis es, qui vita delectaris, — cohibe linguam tuam &c. Vide ſimilem interrogationem Pſ. XXIV, 3.

Ut bonum videat] Ut vitæ bonis fruatur. Vide Pſalm IV, 7. XXVII, 13.

14. *Cohibe linguam tuam à malo*] *Serva* (נצר netſor) *linguam* &c. Cave ne cuiquam detrahas, quò illi noceas.

Ne doloſè loquantur] *A loquendo fraudem.*

16. *Ad juſtos converſi*] Aut intenti; hoc eſt, Deus eos ſtudioſiùs ſervat. Vide Pſalm XXXIII, 18.

17. *Facies Jehovæ* &c.] In bonos Deus *faciem convertere* dicitur favens & propitius; ſed ubi ſermo eſt de malis, eo loquendi genere ſignificantur pœnæ, quas de improbis ſumit. Vide Levit. XX, 3, 5, 6. Jerem. XII, 10. XLIV, 10.

Ut eorum memoriam è terra exſtinguat] Hoc eſt, eos, cum tota ſtirpe, è medio tollat, nulla ut eorum ſuperſit memoria, apud homines.

19. *Proximus eſt Jehova*] Paratus ad auxilium ferendum, quod propiores faciliùs exſequuntur, quàm remotiores. Contrà Deus *procul* eſſe dicitur ab iis, quos juvare non vult. Vide Pſ. XXII, 1. & quæ illic notata.

Quibus animus eſt fractus] Vide ad Pſ. LI, 19.

20. *Multis malis obnoxius eſt* &c.] *Multa mala juſti.*

21. *Cuſtodit omnia ejus oſſa* &c.] Hæc in Chriſto proprio ſenſu impleta ſunt, in aliis nonniſi metaphorico. Vide Joan. XIX, 33.

22. *Noxio malitia mortem creat*] *Mortem creabit nocenti malitia.* Quod ſæpe verum eſt, ubi nequitia ad extremum pervenit, ita ut ne ab hominibus quidem diutiùs ferri poſſit.

23. *Nec quiſquam eorum*] *Non deſolabuntur omnes qui* &c.

COMMENTARIUS
In PSALM. XXXV.

1. *Cauſam meam ſuſcipe* &c.] ריבה יהוה את יריבי *ribah Jehova eth jeribai*, litiga in litigantes contra me.

2. *Clupeum & ſcutum*] Eſt ἓν διὰ δυοῖν, nam מגן & צנה non videntur ſubtiliùs diſtinguenda.

Ut mihi auxilium feras] בעזרתי *bebezrathi*, in auxilio meo. Eſt pro לעזרתי *lebezrathi*, ad auxilium meum.

3. *Expedito haſtam*] והרק חנית *harek hhanith*, hoc eſt, educito è vagina, vel involucro, quo cuſpis

tibus *aditum* claudito; dicito animo meo: ſalus tua ſum. 4. Pudore adficiantur & erubeſcant, qui vitam meam *mihi eripere* conantur; retrorſum avertantur, & ignominiâ notentur, qui malum mihi moliuntur. 5. Fiant inſtar glumæ ad ventum, *eóſque* Angelus Jehovæ expellat. 6. Sit eorum vita caliginoſa ac lubrica & Angelus Jehovæ eos perſequatur. 7. Qui ſine cauſa texerunt mihi foveam, *in qua eſt* eorum rete; qui non provocati foderunt *mihi foſſam inſidiantes* vitæ meæ; 8. veniat in eos vaſtatio, nec *rem* ſciant; reti, quod abdiderunt, capiantur; in quod, dum vaſtabuntur, incidant. 9. Animus verò meus exſultabit in Jehova, & in ſalute ejus lætabitur. 10. Omnia oſſa mea dicent: Jehova quis ſimilis tui, qui eripis adflictum ei, qui eo fortior eſt, pauperémque & egenum ei qui eum ſpoliat?

11. Surgunt teſtes injuriâ, & quæ non novi interrogor. 12 Reddunt mihi malum pro bono, *&* orbitatem animo meo. 13. Ego cùm ægrotabant, pro veſte ſaccum *gerebam*,

ito iis, qui me inſectantur, atque aditum claudito. Animum meum confirma, facque ut intelligam auxilium tuum mihi ſalutiferum futurum. 4. Ignominia adficiantur mali homines, qui me occidere conantur, in fugam avertantur, atque infamiâ notentur, qui mihi nocere nituntur. 5. Fiant inſtar glumæ vento expoſitæ, Angelique Creatoris Miniſtri eos expellant. 6. Sit eorum vita in perpetuo periculo, & veluti per vias lubricas incedentes labantur. 6. Sit eorum vita periculis ancipitibus anxia, eóſque Angeli Dei è patria expellant. 7. Qui, ſine cauſa, foſſam texerunt, ut in eam caderem, in eorum retia, utque in iis facilè me occiderent; 8. in eos veniant clam latrones, qui eorum prædia vaſtent; eoſque in foveam, quam ipſi foderant, delapſos, detineant donec omnia diripuerint. 9. Ego vero interim exſultabo ultione Creatoris, lætaborque me liberatum eſſe. 10. Tum vero ex animo dicam: ô Creator, quis eſt tibi ſimilis, qui debilem potentiori eripis, & pauperem ei à quo ſpoliabatur?

11. In me ſubornati ſunt teſtes mendaces, ex quorum teſtimonio interrogor, de iis quæ ignoro. 12. Mihi reddunt malum pro bono, & me ad orbitatem redigunt. 13. Cum ægrotarent, pro ſolita veſte, ſacco indutus eram, & jejunabam, ſed fruſtra

cuſpis haſtæ tegebatur, ne ſerrugine corrumperetur. Hinc *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*, γόμωσον λόγχην.

Obviam progreſſus &c.] סגר לקראת רדפי *ſgor likrath rodephai*, claude in occurſum perſequentium me; hoc eſt, veluti clauſis ad me viis, eos ſiſtito, ne me adſequantur; quod ſolent facere exercitus, qui ſe è periculoſo loco ſubducunt, dum nonnulli à tergo relicti hoſtes morantur.

Dicito animo meo] Fac ut intelligam te ſervatorem meum eſſe.

4. *Qui vitam meam* &c.] *Qui quærunt animam meam.*

Qui malum mihi moliuntur] חשבי רעתי *bhoſchebe rabathi*, ex cogitatores mali mei.

5. *Fiant inſtar glumæ*] Vide ad Pſ. I. 4.

Angelus Jehovæ &c.] Vide Pſ. XXXIV, 8.

6. *Caliginoſa ac lubrica*] *Caligo & lubricitates.* Subſtantiva pro adjectivis. Ejuſmodi via eſt eorum, qui, per nebulam, uliginoſis locis iter faciunt. Vide Jerem. XXIII, 12. Talis fuit Hannibalis, cùm ex hibernis ad Flaminium Conſulem profectus eſſet, apud *Livium* Lib. XXII. 2.

7. *Texerunt mihi foveam*] *Vel occultarunt mihi*; quales foveæ majoribus feris capiendis fiunt, ſubjectis laqueis, quibus irretiantur ne ſaltu exire foſſa & ſe proripere poſſint. Vide ad Pſ. IX, 16.

Non provocati] Iterum חנם *bhinnam*, ſine cauſa. Sed repetitionem vitavimus.

8. *Veniat in eos* &c.] תבואהו *thboëhou*, hoc eſt, תבוא עליו *veniat in eum.* Sæpe ſuffixa præpoſitionem ſupplent. Plurali hìc ſingularia, propter antecedentia, vertimus.

In quod, dum vaſtabuntur, incidant] בשואה יפול בה *beſchoah jippbol bah*, in deſolatione cadat in illud: in rete, nempe, occultum, de quo antea.

9. *In Jehova*] Propter Deum, qui me ſervavit.

10. *Omnia mea oſſa*] Hoc eſt, toto animo, qui deſcribitur nomine oſſium, quæ ſunt interna. Vide Pſ. LI, 10. LIII, 6. &c.

11. *Et quæ non novi interrogor*] Eſt ישאלוני *interrogant me*; nempe, judices auditis teſtibus interrogant me, de iis quæ ignoro; vel de ſceleribus, quorum falſò me teſtes inſimularunt, aut quorum conſcium eſſe dixerunt. Mutavimus activum in paſſivum, vitandæ ambiguitatis cauſâ.

12. *Orbitatem animo meo*] שכול לנפשי *ſchechol lnaphſchi*; hoc eſt, *orbitatem*, vel malum maximum, qualis eſt orbitas, mihi rependunt. Vertunt ἀτεκνίαν LXX. Int. *Aquila* ἀτέκνωσιν, ut *Symmachus* ἀπεγνωσμένην κατὰ τῆς ψυχῆς μου, cujus tranſlationis rationem non adſequor.

13. *Cùm ægrotabant* &c.] Sunt qui hæc tralatitio ſenſu ſumant, de adverſis, cum quibus conflictabantur ii, de quibus Pſaltes agit; & ſequentia de dolore quo ipſe, ſortem eorum miſeratus, tenebatur. Sed cùm ne conjecturâ quidem adſequi poſſimus ad quos reſpiciat, nihil adtinet hariolari.

Pro veſte ſaccum] Talia interdum fiebant, ut ægrotantium ſanitas à Deo impetraretur, non ſecus ac in calamitate publica; cujus rei exemplum videmus, in ipſo Davide 2 Sam. XII, 15. & ſeqq.

Me jejunio macerabam] *Adfligebam in jejunio animam meam.*

Preces verò meæ in ſinum meum revertantur.] ותפלתי על חיקי תשוב *outhphillathi hal bheki thaſchoub*, hoc eſt, ad me oratio redeat, quandoquidem ſe ea indignos præſtant; Deus in me id beneficium conferat, quod illis precabar. Tranſlatio ab eo, ad quem id quo aliquem donare voluerat, rejicitur, & quaſi in ſinum ei conjicitur; unde colligere poteſt eum, quem donatum volue-

rebam, me jejunio macerabam; preces verò meæ in ſinum meum revertantur. [14] Quaſi amici, quaſi fratres mei *fuiſſent*; incedebam inſtar ejus, qui matrem luget, *&* atratus incurvabam me. [15] At in claudicatione mea lætati ſunt, coitiones fecerunt, coïverunt contra me claudi, nec ſciebam; proſciderunt *me*, nec deſierunt, [16] inter ſimulatores, ſubſannare fruſtum panis, *quod mihi eſt*, frendentes contra me dentibus ſuis. [17] O Domine, quamdiu *hæc* videbis? Reduc vitam meam à vaſtationibus eorum, atque à catulis leonum unicam meam. [18] Laudabo te in magno cœtu, in ingenti populo celebrabo

fruſtra eram. 14. Quaſi amici mihi eſſent & fratres, atratus eram, & incurvatus incedebam. 15. Contra cùm adverſis premerer, coïtiones fecerunt contra me illi claudicantes, inter amicitiam & odium, me inſcio, me proſcindebant, rei ignarum; nec deſinebant, 16. inter ſimulatores, ulndere exiguas facultates meas, & contra me frendere. 17. O Domine Deus, quamdiu hæc videbis & feres? Fac ut fugere poſſim incolumis eorum latrocinia, & dentes ferarum illarum, quæ vitam mihi eriperent. 18. Tum demum te in frequenti cœtu laudabo, & coram magno populo celebrabo. 19. Ne

voluerat, ſibi nequaquam amicum fuiſſe, ſic qui alii bene precatur & vota ſua ab eo ſperni videt; ea veluti in ſinum ſuum recipit, atque in ſemet ipſe convertit; nam Deus ei concedit, quod amico & benefico animo alii votis ejus indigno optarat. Non abſimile eſt quod dicitur Matth. X, 13. Apoſtolis: *ingredientes domum eam ſalutate, & ſi domus quidem digna eſt, pax veſtra* (hoc eſt, preces de ejus incolumitate à vobis, in ejus gratiam, ad Deum fuſæ) *in eam veniat; ſin verò ſit indigna, pax veſtra ad vos revertatur*; quod perinde eſt ac ſi dixiſſet Chriſtus: *pax veſtra in ſinum veſtrum revertatur*; hoc eſt, vobis ſic bene ſit, ut aliis bene eſſe precati eſtis. Sic Eſai. LV, 11. verbum Dei *ad eum vacuum*, aut *fruſtra redire* negatur, quod non eſt ſine effectu. Nec multum hinc abit loquutio *reddere in ſinum*, aut *remetiri in ſinum* alicujus id quod fecit, ad ſignificandum ſupplicium, quod de eo, pro meritis, ſumitur. Pſalm LXXIX, 12. Eſai. LXV, 7. Jerem. XXXII, 18.

14. *Quaſi amici* &c.] *Quaſi amicus, quaſi frater*, in ſingulari; ſed plurium antea meminit.

Atratus] קודר *koder*. Ut in luctu. Vide Pſ. XXXVIII, 7. XLII. 10. XLIII, 2.

15. *In claudicatione*] Cùm claudicatio ſit infirmitatis, aut etiam vulneris femorum, vel crurum effectus, metaphoricè hîc ſumitur pro calamitate quapiam, & debilitate virium, aut rebus adverſis. Vide Pſ XXXVIII, 18. Jerem. XX, 10. Sic & apud Latinos verbum *claudicare* frequenter occurrit, & apud Græcos *χωλεύειν*.

Coitiones fecerunt] נאספו *neeſaphou*, congregati ſunt, quod hîc bis repetitur. Coïtiones, nempe, intelligit hominum de eo perdendo deliberantium.

Claudi] נכים *nechim*. Claudus, apud Hebræos, dicitur נכה רגלים *nehe raglajim*, percuſſus pedibus. 2 Sam. IV, 4. IX, 3. Sic autem tralaticio ſignificatu vocat adverſarios ſuos Pſaltes; quòd homines *claudicationem* ei exprobrantes, hoc eſt, debilitatem & calamitatem, non eſſent ſe firmiores, quaſi *claudi claudum riſiſſent*, ut eſt in proverbio; cùm æquum non ſit ut *derideat loripedem*, niſi *rectus*. LXX. Intt. verterunt *μάστιγες*, quaſi legiſſent נכים *nechim*, percutientes, ut & *Symmachus*, qui habebat *πλήττοντες*, & *Hieronymus: percutientes*. Sed elegantior eſt multò hodierna lectio. Vide ad Pſ. XXXVIII, 18.

Proſciderunt me, nec deſierunt] קרעו ולא דמו *karabou velo dommou*. קרע *karah* propriè eſt *lacerare* veſtes, aut aliud quid; unde ſumtâ translatione, hîc *conviciis lacerare, proſcindere* ſignificat, ut res ipſa oſtendit; loquitur enim David de conviciis horum hominum, coitiones in ſe facientium. *Aquila* ἔρρηξαν, *Symmachus* διαῤῥήξαντες, LXX. Intt. διεσχίσθησαν, & *Hieronymus: ſcindentes*. דמו *dommou* ſive vertas *tacuerunt*, ſive *deſierunt* perinde eſt; qui enim *tacet* deſinit detrahere, & qui *deſinit* tacet. Hinc *Aquila* οὐκ ἐσιώπησαν, & *Symmachus* οὐκ ἠρέμουν. *Hieronymus: non tacentes* LXX. Intt. κατενύγησαν, *compuncti ſunt*, incommodè. Hæc autem cum ſequentibus conjungenda oſtendit ipſa conſtructio verborum; quamvis ſoleant commata ſenſum abſolvere.

16 *Inter ſimulatores ſubſannare fruſtum panis*] בחנפי לעגי מעוג *behhanphe labage mahog*, in ſimulatoribus. Videtur חנפי in ſtatu conſtructo eſſe pro חנפים in abſoluto, quia non poteſt cum ſequentibus conjungi. Significantur ſimulatores virtutis, quos *hypocritas*, ſive hiſtriones, poſtea vocarunt. *Symmachus* legit חֹנֶף & quaſi ſubſtantivum interpretatus eſt ἐν ὑποκρίσει, ut *Hieronymus, in ſimulatione*. LXX. Intt. ἐπείρασάν με, incommodè. מעוג eſt *placenta*, aut fruſtum panis 1 Reg. XVII, 12. לעג eſt *irriſio, ſanna*. Job. XXXIV, 7. Eſai. XXVIII, 11. vertimus infinitivo, quia commodius erat dicere: *non deſierunt ſubſannare*, quàm *ſubſannationes*, vel *à ſubſannationibus*. *Subſannabant* autem ſic homines *placentam* panis, quæ Pſaltæ ſupererat, hoc eſt, exiguam ſpem ſalutis, aut etiam victûs ſibi comparandi; cùm cetera in ejus *claudicatione*, hoc eſt, calamitate deeſſent. LXX. tamen Intt. ἐμυκτήρισάν με μυκτηρισμόν, quaſi legiſſent: לועגי לעג *logehe labog*, ſubſannatores ſubſannationis. *Symmachus* habebat ῥήματα πεπλασμένα, *Hieronymus, verborum fictorum*; ex conjectura, ut puto, cùm vim vocum non ſatis adſequerentur.

17. *Reduc vitam meam*] השיבה נפשי *haſchibah naphſchi*; hoc eſt, libera me, fac ut incolumis redeam. Poſſis etiam vertere: *recrea animum meum*; hoc eſt, fac ut ærumnæ illæ deſinant, ùtque reſpirare queam.

Unicam meam] יחידתי *jehhidathi*. Vide ad Pſ. XXII, 21.

lebrabo te. [19]. Ne lætentur de me, *qui* perperam *ſunt* inimici mei, ne odio me ſine cauſa habentes nictent oculis. [20]. Neque enim pacifica loquuntur, & contra quietos terræ *Iſraëlitidis* homines verba fraudulenta excogitant. [21]. Contra me latum os aperuerunt, dixerúntque: euge, euge! vidit oculus noſter.

[22]. Vidiſti, ô Jehova, ne taceas; Domine, ne à me te procul amoveas. [23]. Excitare, expergiſcere ad judicium, Deus mi & Domine, litis meæ cauſâ. [24]. De me judica, pro tua juſtitia, Jehova Deus mi, ne propter me lætentur adverſarii. [25]. Ne dicant, apud animum ſuum: euge *en* quod cupieramus; ne dicant: eum abſorpſimus. [26]. Pudore adficiantur pariter & erubeſcant, qui malo meo gaviſi ſunt; rubore & infamiâ induantur, qui ſe ſupra me extulerunt. [27]. Lætos clamores edent & gaudebunt, qui innocentiâ meâ delectati ſunt, dicent ſemper: magnis laudibus efferatur Jehova, qui incolumitate ſervi ſui delectatur. [28]. Lingua mea juſtitiam tuam celebrabit, & quotidie laudem tuam *extollet*.

A Da-

19. Ne lætentur ob calamitates meas, qui nullo meo merito me odio habent, & oculis inter ſe nictant, quando adſum; 20. neque enim agunt de amicitia mecum colenda, &, contra Iſraelitas, pacis & concordiæ amantes, fraudes parant. 21. Contra me vociferantur, & ſi quid mali mihi contingat, lætas voces emittunt; nec ſine gaudio exclamant, ſe calamitatem meam vidiſſe.

22. Rem ſe habere, quemadmodum dixi, comperiſti, ô Domine; ne eorum ſcelera diſſimula, neve mihi favere deſine. 23. Te compara, ô Deus & Domine mi, ad judicium de noſtra lite ferendum. 24. Pro tua juſtitia, de ea jus dicito, ne inimici mei gaudeant, propter calamitates meas. 25. Ne dicant, apud ſe, jam ſe vidiſſe mihi eas calamitates incumbere, quas mihi optaverant, & me à ſe abſorptum eſſe. 26. Rubore adficiantur, qui calamitatis meæ cauſâ læti ſunt; infamiâ confundantur quicumque ſupra me ſe extulerunt. 27. Qui verò gaudebunt innocentiâ meâ delectati ſunt, dicent ſemper ſummopere extollendum eſſe Creatorem, qui meâ incolumitate ſemper delectatur. 28. Semper celebrabo tuam juſtitiam & quotidie laudem tuam extollam.

PARA-

19. *De me*] לי *li*, hoc eſt, propter me. Vide Pſ. XXV, 2. & infrà verſ. 24.

Qui perperam ſunt inimici mei] אויבי שקר *ojebai ſcheker*, hoſtes mei falſò; qui, nempe, falſas rationes proferunt inimicitiarum, quas mecum exercent, vel nullam habent veram rationem mihi iraſcendi. Senſum hunc eſſe oſtendunt verba ſequentia. Bene LXX. Int. ἐχθραίνοντές μοι ματαίως. Minùs commodè *Hieronymus*: *inimici mei mendaces*.

Nictent oculis] יקרצו עין *jikretſou hajin*, nictent oculo. LXX. Int. διανεύοντες ὀφθαλμοῖς, *Hieronymus*: *conniventes oculo*. Vide Proverb. VI, 13. Nictatio oculorum ſignum eſt, quod id ſignificat, de quo antea convenit. Apud *Plautum* & *Terentium*, ſignum amantium eſt inter ſe. Vide *Plauti* Aſinariam Ac. IV. Sc. I, 39. Menæchmos Act. IV. S. II, 49. *Terentii* Eunuch. Ac. IV. Sc. V, 9. Hîc videtur ſignum irriſionis.

20. *Pacifica loquuntur*] *Pacem loquuntur*.

Contra quietos terræ Iſraëlitidis] על רגעי ארץ *hal righe erets*. Alibi vox רגע hoc ſenſu non legitur, ſed conſtanter *momentum* ſignificat. Exſtat tamen ארגיעה *argihah*, pro eo quod eſt *efficiam ut quieſcat*, & מרגוע *margoah*, requies Jerem. VI, 16. & מרגעה *margehah* idem, Eſai. XXVIII, 12. Significatus *quietis* optimè loco convenit. At ea vox veteribus Intt. qui Linguæ Hebraïcæ Lexica ſibi non confecerunt, crucem fixit. LXX. Intt. verterunt, ἐπ' ὀργῇ, *Aquila* ἐπὶ ἀθρόα γῆς. *Symmachus* περὶ συναρπαγῆς ἐν τῇ γῇ. Quinta Ed. ἐπὶ συντελείᾳ γῆς. *Hieronymus*: *in rapina terræ*. Chaldæus: על צדיקי ארעא דנייחין בעלמא ההוא, *contra juſtos terræ*, *qui quieſcunt in ſæculo illo*. *Terram* autem hîc eſſe terram ab Iſraëlitis cultam liquet, atque *Iſraëlitidem* addidimus, vitandæ ambiguitatis gratiâ.

21. *Latum os aperuerunt*] ירחיבו עלי פיהם *jarhhibou halai phihem*, dilatarunt contra me os ſuum. Non mutiverunt, nec clanculum malè precati ſunt, aut tacito gaudio calamitatem meam proſequuti ſunt; ſed clarâ voce, palam & apertè odium ſuum in me & lætitiam ſuam teſtati ſunt.

Euge, euge! vidit oculus noſter] האח האח *eahh, eahh*. Eſt interjectio gaudentium. Vide verſ. 25. & Pſalm XL, 16. LXX, 4. & ſimilia loca. Sequentia quoque verba ſunt hominum ἐπιχαιρεκακούντων, lætantiúmque, quòd Pſaltæ calamitatis oculati teſtes eſſent.

22. *Ne taceas*] אל תחרש *al thehheraſch*. Vide Pſ. XXVIII, 1. L, 3. LXX. Intt. μὴ παρασιωπήσῃς, *Symmachus* μὴ ἡσυχάσῃς. Sic דום *doum* & *ſilere* & *quieſcere* ſignificat.

23. *Excitare, expergiſcere*] העירה והקיצה *hahirah vehakitſah*, excita te ipſum; hoc eſt, id facito, quod amici ſolent, cùm clamoribus amicorum laborantium excitati ad ferendam iis opem ſurgunt.

24. *Propter me*] לי *li*, ut verſ. 19.

25. *En quod cupieramus*] נפשנו *naphſchenou*, anima noſtra. *Anima* נפש pro cupiditate ſæpe ſumitur. Vide Pſ. XXVII, 12.

Eum abſorpſimus] בלענוהו *billahenouhou*, planè perdidimus; ut quæ abſorbentur pereunt.

26. *De malo meo gaviſi ſunt*] שמחי רעתי *ſchmehhe rahathi*, læti mali mei, ἐπιχαιρέκακοι, ut Græci unâ voce rem exprimunt.

27. *Qui innocentiâ meâ delectati ſunt*] חפצי צדקי *hhaphetſe tſidki*, delectati juſtitiæ meæ. Eadem conſtructio ac in antecedente commate.

Magnis laudibus efferatur] יגדל *jigdal*, magnificetur.

Incolumitate] *Pace*.

28. *Celebrabit*] יהגה *jehegeh*, quod æquè ſermones oris, ac meditationes animi valet.

COM-

A Davide deſcribitur improbus, beneficentia Dei celebratur, ejúſque auxilium imploratur.

[1]. PRÆFECTO, SERVI JEHOVÆ DAVIDIS. [2]. Deſcriptio delicti improbi, PSALM. XXXVI.
in animo meo: nullus eſt timor Dei, præ oculis ejus; [3]. nam blanditur ſibi in oculis ſuis, cùm invenit iniquitatem ſuam, quam odio habeat. [4]. Verba oris ejus improbitas & dolus; deſinit intelligere, quî benefaciat. [5]. Improbè facta excogitat in lecto ſuo, conſiſtit in via non bona, nec malum reſpuit.

[6]. O Jehova, in cœlo tua beneficentia eſt, tua veritas usque ad nubes. [7]. Juſtitia tua, ſicut montes Dei, judicia tua abyſſus magna; homines & bruta ſervas, ô Jehova. [8]. Quàm

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS Carmen miſſum ad Præfectum. 2. Improbum ſic deſcribo in animo meo, ut judicem eum omni timore Dei eſſe deſtitutum; 3. nam eum ſibi ipſum placere, etiam cùm comperit improbitatem ſuam, quam deberet odio habere. 4. Nihil dicit, niſi quod ſit improbum & doloſum, nec ſcit quâ ratione debeat bene ſe gerere. 5. Cùm in lecto placidè dormire deberet, improba facta excogitat; pravam viam ſequitur, nec malè facta vitat.

6. O Creator, beneficentia tua in cœlo micat, & tua veracitas usque ad nubes extollitur. 7. Tua veracitas altiſſima montium juga ſuperat, & judicia tua ſunt inſtar profundæ abyſſi. Homines & bruta

COMMENTARIUS
In PSALM. XXXVI.

2. D*Eſcriptio delicti* &c.] נאם פשע לרשע *noum pheſchah laraſchah.* Vocula נאם, quæ plus centies exſtat in Scriptura, ſemper eſt in ſtatu conſtructo, ſequente genitivo perſonæ loquentis, ſignificátque orationem quamdam propheticam, aut moralem. Hoc verò loco, ubi jungitur cum genitivo perſonæ, quæ deſcribitur; vix aliter potuit verti, cùm præſertim ſequatur בקרב לבי *in medio corde meo.* Perinde eſt ergo ac ſi diceret Pſaltes: ſic apud animum meum vitia hominis nocentis & improbi deſcribo. Quò facit etiam propria ſignificatio vocis נאום *neoum*, de qua egimus ad Gen. XXII, 16. LXX. Intt. verterunt: *φησὶν ὁ παράνομος τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ. Symmachus, φησὶ περὶ ἀνομίας τοῦ ἀσεβοῦς ἔνδοθεν ἡ καρδία μου. Hieronymus: dixit ſcelus impii, in medio cordis ejus.* Atqui non loquitur hîc impius, neque vitium ejus, *κατὰ προσωποποιΐαν*, ſed David. Quare nec Hieronymiana, nec LXX. viralis verſio ſatis conſentit cum re ipſa. Nec *Symmachi* tranſlatio verbis convenit.

Nullus eſt timor &c.] Hoc initium eſt τοῦ נאום ubi David loquitur.

3. *Blanditur ſibi* &c.] החליק אליו בעיניו *hebhelik elau bebenau.* Vide de hoc verbo Pſ. V, 10. *In oculis*, ſuis eſt apud ſe; blanditur ipſe ſibi, vel ſibi ipſe favet.

Cùm inveniat &c.] למצא עונו לשנא *limtſo havono liſchono*, cùm inveniat inquitatem ſuam, ut odio habeat. Senſus ſuperiorum verborum eò nos rectâ ducit; nam qui ſibi blanditur, ita ut ſibi ipſe placeat, eò devenit ut cùm in ſe deſcendit, inventâ, ſeu deprehenſâ iniqnitate ſuâ, quam odio habeat, ac proinde emendet; ſibi tamen ipſe ignoſcat. Poſſet & additâ interrogationis notâ, verti: *an blanditur ſibi in oculis ſuis, ut inveniat iniquitatem ſuam, atque oderit?* Quæ interrogatio vim negationis obtinet. Frequentiſſimè interrogationis nota ה omittitur.

Priorem tamen interpretationem præferimus & ל in למצא vertimus *cùm*, quæ poteſtas ejus non eſt infreqnens. Vide *Chr. Noldium* in ſignif. XXXIV. hujus particulæ. Hic aut ſimilis ſenſus hîc videtur ineſſe, niſi verba & res torqueantur. Oi LXX. habent: *ὅτι ἐδόλωσεν ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ καὶ μισῆσαι.* Sed debuiſſent dicere *τοῦ μὴ εὑρεῖν*; nam in ea ſita eſt frans, ne inveniat vitia ſua. *Symmachus* verò verterat; *ὅτι ἐξολισθαίνει τὰ περὶ αὐτοῦ [illegible], τοῦ εὑρεθῆναι τὴν ἀδικίαν αὐτοῦ, εἰς τὸ μισηθῆναι αὐτήν.* Sed eſt coacta & obſcura paraphraſis. Omnia eſſent planiora, ſi legeremus ללא מצא *ne inveniat.* Hoc enim eſt *φιλαυτίας*, non invenire in ſe peccata vitiáque, quæ ſint odio digna. Sed nihil mutandum.

Intelligere qui benefaciat] להשכיל להיטב *lehaſchchil lehetib*, intelligere ad benefaciendum. Poteſt hoc intelligi de Beneficentia, aut etiam de quibusvis bonis operibus. Utrumque enim ſignificatur verbo היטיב *hetib.* Hæc autem uptimè conſentiunt cum antecedentium verborum ſententia.

5. *Improbè facta.*] און *aven*, quod tam eſt improbum factum, quàm improbitas; nomina enim Virtutum & Vitiorum, tam ſingulos actus quàm ipſos habitus, apud Hebræos, ſignificant, ut ſæpe diximus.

6. *In Cælo tua beneficentia* &c.] Quibus loquutionibus ſignificatur beneficentia Dei & conſtantiæ in benefaciendo magnitudo. Vide Pſ. LVII, 11. & Jerem. LI, 9. Maxima enim hominibus viderentur, quæ à terra ad cœlum, hoc eſt, ultra nubes extenderentur.

7. *Sicut montes Dei*] כהררי אל *chebarere el*, hoc eſt, montes altiſſimi. Nam vocis *Dei* additamentum idem valet, apud Hebræos, ac adjectivum θεῖος Græcè, quo utebantur Lacedæmenii præſertim, ad eximios quosque viros ſignificandus, ut docet *Plato* in Menone ſub finem.

[8]. Quàm pretioſa eſt juſtitia tua, ô Deus! Filii hominum in umbra alarum tuarum ſpem collocant. [9]. Perfunduntur pinguedine Ædis tuæ, & torrentem deliciarum tuarum bibendum eis præbes; [10]. nam apud te eſt fons *aquæ* vivæ, in lumine tuo videbimus lumen. [11]. Protrahe beneficentiam tuam ad eos, qui te norunt, & juſtitiam tuam ad eos, quibus animus eſt rectus. [12]. Ne veniat in me pes ſuperbus, nec manus noxiorum me vagari cogat. [13]. Illuc inciderunt, qui iniquitati operam dabant, pulſi ſunt, nec potuerunt ſurgere.

Con-

bruta ipſa conſervas, ô Creator. 8 Quanti eſt facienda eſt juſtitia tua, ô Deus! Homines boni omnem ſpem ſuam poſuere in protectione tua. 9. Perfunduntur bonis quæ, è cœleſti tua domo, ad eos demittuntur; unde torrentem beneficiorum tuorum in eos demittis: 10. nam apud te, ô Deus, eſt fons beneficiorum tuorum, qui numquam exareſcit; nec luce fruimur, niſi quia nos illuſtras 11. Extende beneficentiam tuam ad omnes, qui te norunt &, ut par eſt, colunt; juſtitiamque ii demum tuam experiantur, erga ſe, qui virtutis amantes ſunt. 12. Ne ſubjiciar pedibus hominum ſuperborum, neque manus maleficorum per ſolitudines vagari cogar. 13. In has calamitates inciderunt ii demum, qui iniqui in alios fuerunt; pulſi ſunt & omnibus dejecti numquam potuerunt in priſtinum ſtatum reſtitui.

PARA-

nem. Vide notata ad Geneſ. X, 9. Sic in hoc Libro *Cedri Dei* Pſ. LXXX, 11. & *Arbores Dei* Pſ. CIV, 16.

Judicia ſua abyſſus magna] תהום רבה *thehom rabbah*, hoc eſt, mare immenſum. Quod tamen, hoc in loco, non crediderim ſignificare imperſcrutabilia eſſe judicia divina, de ea enim re non agitur hîc, ſed contrà ea eſſe pleniſſima juſtitia; ut immenſus maris alveus plenus eſt aqua; neque umquam poſſe exhauriri; hoc eſt, deprehendi in iis quidquam, quod cum juſtitia pugnet.

Homines & bruta ſervas] אדם ובהמה תושיע *adam oubehemah thaſchiah*; hoc eſt, homines & bruta, in vitæ periculis, Providentiâ tuâ, ſervas. Vide not. ad 1 Tim. IV, 10. in addit ad Adnotationes *Henr. Hammondi*.

8 *In umbra alarum tuarum*] Metaphora petita ex avibus. Vide Deut. XXXII, 11. Pſ. XVII, 8. LIII, 2. &c.

9. *Perfunduntur pinguedine Ædis tuæ*] ירוין מדשן ביתך *jirvejoun middeſchen bethcha*. רוה *ravah*, propriè eſt copioſè irrigari, ut Pſ. LXV, 11. *Pinguedo* eſt quod optimum & delicatiſſimum habetur. Vide Gen. XXVII, 28. XLV, 18. & Pſalm LXXXI, 17. Intelliguntur hîc beneficia quævis, quæ à Deo conceſſa iis, qui ad Ædem Jeroſolimitanam eum ex animo invocabant.

Torrentem deliciarum tuarum] נחל עדניך *nahhal hadanecha*; hoc eſt, ingente copiâ bonorum eos donas.

10. *Fons aquæ vivæ*] מקור חיים *mekor hhajim*, fons vitæ; id eſt, fons perennis, ut qui vivos habent latices, ſeu qui numquam areſcunt. Quo loquendi genere ſignificatur inexhauſta Dei benignitas, quæ numquam tam multa dedit, ut longè plura & majora dare nequeat. Sic Jerem. II, 13. & XVII, 13. Deus dicitur *fons aquæ vivæ*, מקור מים חיים *mkor majim hhajim*. Itaque hîc ſupplevimus vocem *aquæ*.

In lumine tuo videbimus lumen] Hoc eſt, tuo favore res ſecundæ nobis erunt; nam *lumen vultûs Dei* ejus benevolentiam ſignificat. Vide Pſ. IV, 7. XXVII, 1. & *lumen* paſſim res ſecundas ſignificat, ut ſæpiùs ad Jobum obſervavimus, ut *caligo* res adverſas; de qua re vide etiam notata ad Gen. XV, 12.

11. *Protrahe*] משך *meſchoch*; hoc eſt, extende, & perge oſtendere. Vide Pſ. LXXXV, 6 CIX, 12

Juſtitiam tuam] וצדקתך *vetſidkathcha*. Si juſtitiam propriè dictam intelligas, erit hic protectio divina, quâ innocentes tuetur contra nocentes; ſin miſericordiam, vertit enim *Symmachus* hîc, ut alibi, ἐλεημοσύνην, ſignificabitur ereptio è miſeriis.

Quibus animus eſt rectus] *Rectis corde.*

12. *Pes ſuperbus*] רגל גאוה *regel gaavah*, pes ſuperbiæ; ſeu hominis ſuperbi.

Vagari me cogat] תנדני *thnideni*, ire in exſilium, aut per loca ſola, deſertis ſedibus meis. Vide Gen. IV, 12, 16.

13 *Nec potuerunt ſurgere*] Ut qui terræ graviter adflicti ſunt, ſibique membra læſerunt ſubito lapſu, vix poſſunt ſurgere: ſic mali qui pervicaciter nequitiæ adhærent, ita ſæpe evertuntur, ut numquam ad priſtinum ſtatum redire poſſint.

COM-

Confirmantur pii, ne improborum felicitate perturbentur, quòd utrorumque finis contrarius ſit; admonentúrque homines ut virtuti ſe dedant, & deſcribuntur pii.

1. DAVIDIS. Ne excandeſcas in maleficos, ne invideas iis, qui prava faciunt; PSALM.
2. nam inſtar fœni brevi exſcinduntur, & inſtar virentis herbulæ decidunt. XXX-
3. Confide Jehovæ & bene fac, habita terram, & paſcere veritate. 4. Oblecta te Je- VII.
hovâ, & tibi dabit quæ animus tuus petit. 5. Devolve in Jehovam viam tuam, eique
confide & faciet *quod cupis*. 6. Innocentiam tuam manifeſtam faciet, inſtar lucis, &
jus tuum, inſtar meridiei. 7. Quieſce propter Jehovam, eúmque præſtolare; ne ex-
candeſcas in eum qui ſecundis rebus utitur, neque in virum pravas molitiones exſequentem.

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS Carmen. Ne in maleficos nimiùm excandeſcas, neque malis hominibus res ſecundas invideas; 2. nam virentis fœni inſtar è medio tollentur, atque ut tenerum gramen ſecabuntur. 3. Confide Creatori, ac virtuti deditus eſto & ſecurus patrium ſolum coles, dum veracem te præſtabis. 4. Amato Creatorem, ejusque leges, téque donabit iis, quæ animo exoptas. 5. Quæ cupis in Deum devolvito, eique confide & faciet ut quod cupis conſequaris. 6. Dabit operam ut innocentia tua omnibus innoteſcat, & meridianæ lucis inſtar eluceat ac jura tua cuivis innoteſcant. 7. Dum Creatorem colis, tranquillo animo eſto, ejusque auxilium ſecurus exſpecta. Ne indigneris in eum qui vitio deditus

COMMENTARIUS
In PSALM. XXXVII.

1. NE *excandeſcas*] Pſalmus hic eſt Alphabeticus; ſed una littera ad duo commata pertinet.

2. *Inſtar fœni* &c.] Sic & aliis locis homines conferuntur cum fœno, ut Pſ. LXXII, 16. XC, 5. CII, 5, 12. CIII, 15. CXXIX, 6. Eſai. IV, 6. XL. 6, 7, 8. & alibi. Hîc verò mali præſertim fœno adſimilantur; quod eſt intelligendum, de iis quorum vitia intolerabilia facta ſunt; quos aut Deus ipſe immiſſis calamitatibus, morbis & morte è medio tollit, aut homines nequitiæ eorum pertæſi ad pœnas repoſcunt. Alioqui de iis, quorum vitia permiſta ſunt nonnullis virtutibus, quibus Societati utiles ſunt, nihil dici queat; quod de bonis, quibus non deſunt ſui nævi, verum etiam non ſit.

3. *Bene fac*] עשה טוב *haſche tob*, fac bonum Senſus eſt, ita Deo confide, ut nullo metu deterrearis quo minùs, ut virum probum decet, te geras. Nam, ſine ejusmodi fiducia, vix quisquam ſatis conſtanter bonus eſt, propter pericula quæ interdum rigidiorem paullò virtutem, inter malos, aut minùs bonos, ſequuntur.

Habita terram] Fortè ſubaudiendum לבטח *labbetahh*, ſecurè, quod frequentiſſimè cum verbis שכן & ישב *habitare* conjungitur, ut Concordantiæ, ſi opus eſt, docebunt. Præterea hi imperativi *habita* & *paſcere*, ſunt hîc inſtar futurorum; perinde enim eſt, ac ſi dixiſſet Pſaltes; confide Jehovæ & bene facito, ac tum demum, te non expulſum iri à patria ſperato; ac tum demum jure ſecurus in tuis ſedibus eris.

Paſcere veritate] רעה אמונה *reheh emounah*. LXX. Int. ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτοῖς Sed אמונה non ſignificat *divitias*. *Aquila* νέμου πίστιν, quod eſt obſcurum, quamvis *Hieronymus* habeat etiam *paſcere fide*. *Symmachus* ποιμαίνου διηνεκῶς, ſed nec ultimam vocem ſatis aptè expreſſit. Senſus videtur eſſe: *paſcere*, ſeu fruere *veritate* promiſſionum Dei, qui bonis promiſit ſecuram terræ poſſeſſionem. אמונה *veritatem* promiſſorum divinorum ſignificat Pſ. XXXIII, 4. LXXXIX, 50. Deut. XXXII, 4. רעה verò tralatitio ſenſu eſt, ſibi ſatisfacere, & animum ſuum alere, ut Proverb. XV, 14. ירעה *paſcitur ſtultitia* & Hoſ. XII, 2. רעה *paſcitur vento*; hoc eſt, animum ſuum alens, ſtultitiâ & rebus inanibus.

4. *Quæ animus tuus petit*] *Petitiones cordis tui.*

5. *Devolve in Jehovam viam tuam*] גל על יהוה דרכך *gol hal Jehovah darchecha*. De vitæ tuæ inſtituto ſecurus eſto, ſi modò Dei præcepta obſervaris, curabit enim ille ut omnia tibi proſperè cedant; omnem ejusmodi curam illi permittito. Vide Pſ. XXII, 9. LV, 23. Metaphora deſumta eſt ab onere, quod ab eo, qui ei ferendo par non eſt, in alium ei parem devolvitur. Ejusmodi eſt cura futuri, cui nemo mortalium par eſt, ſolique Deo immortali & omnipotenti permittenda eſt.

Quod cupis] Senſum hunc è verſu antecedente repetendum hîc cenſuimus.

6. *Manifeſtam faciet, inſtar lucis*] והוציא כאור *vehotſi chaor*, & faciet exire ut lucem. Ut lux ſolis poſt tenebras ſurgentis fulget, ſic manifeſta fiat tua innocentia, cùm magis innotueris.

Jus tuum] משפטך *miſchphatecha*, judicia tua. Quæ vox frequenter *jura* ſignificat.

7. *Quieſce propter Jehovam*] דום ליהוה *dom ladonai*, quieſce Jehovæ. Poſſit etiam verti: *adquieſce in Jehova*. Eadem conſtructio verbi hujus occurrit Pſ. LXII, 6. LXX. Int. ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ: *Aquila*, σιώπησον τῷ Κυρίῳ; *Sym-*

tem. [8]. Remitte indignationem, depone excandeſcentiam, ne iraſcere, etiam malis factis; [9]. nam malefici exſcindentur, & Jehovæ *opem* exſpectantes terram poſſidebunt.

[10]. Tantillum adhuc *exſpecta*, nec erit improbus, adtendes locum ejus, & nullus erit. [11]. Manſueti terram poſſidebunt & multâ pace oblectabuntur. [12]. Improbum innocenti mala molientem, & dentibus in eum frendentem, [13]. Jehova ridet, quia videt ejus diem adeſſe. [14]. Gladium ſtrinxerunt improbi, tetenderúntque arcum ſuum, ut humilem & egenum dejiciant, eóſque, quorum recta via eſt, mactent. [15]. Eorum gladius ipſorum cor ſubibit; & arcus confringentur. [16]. Pauxillum boni innocenti ſatius

deditus ſecundis rebus fruitur; nec viro, qui improbas molitiones exſequitur. 8. Rem tuam in eum depoſito, nec ei ampliùs excandeſcas, propter malè facta; 9. adveniet enim tempus, quo è medio tolletur; dum qui Dei auxilium præſtolabantur in patrio ſolo ſecuri erunt.

10. Nonnihil etiamnum exſpecta, & miraberis eum evanuiſſe; 11. dum homines manſueti agris ſuis tranquilli fruentur, & longa pace gaudebunt.

12 *&* 13. Improbum, dum innocenti nocere conatur, eumque minaci vultu intuetur, Deus ridet; quia novit mox adfuturum tempus, quo ille pœnas luet. 14. Artes malas atque arma iniqua, quibus humiles atque egenos, tum etiam optimos quoſque è medio tollant. 15. At improbi ſuis ipſorum armis peribunt, quibus uti non poterunt. 16. Homini innocenti exiguæ facultates plus proſunt, quam divitiæ quæ a multis improbis poſſidentur.

Symmachus, ἡσύχαζε. Hoc eſt, quietus eſto, rémque Dei arbitrio permittito.

Eúmque præſtolare] והתחולל לו *vehithbholel lo*. Exſpectandi ſignificatum ſine dubio obtinet Conjugatio Hiphil, ut Jud. III, 25. & 2 Reg. VI, 33. qui ſignificatus huc adprimè quadrat. LXX Intt. ἱκέτευσον αὐτόν, & *Symmachus* ἱκέτευε αὐτῷ. Meliùs *Aquila* ἀποκαραδόκει αὐτόν.

Qui ſecundis rebus utitur] במצליח דרכו *bmetliach darcho*, in ſecundantem viam ſuam. Vide Pſ. I, 3. Hîc intelligendum malum virum, qui calliditate ſuâ felicem eventum conſiliorum ſuorum ſortiatur.

8. *Etiam malis factis*] אך להרע *ach lehareah*, etiam ad malè faciendum, illi, nempe, vel aliis ejus imitatione. Hæc monita admodum neceſſaria erant Hebræis, qui poterant ad nequitiam adduci, eò quòd viderent interdum malis bene, bonis malè eſſe; contrà quàm lex minata erat, aut promiſerat. Atqui licebat Deo malorum ſupplicium differre, & pati bonos aliquamdiu malè haberi, ut eorum virtutem exploraret, augeret, atque aliis, exempli inſtar, proponeret. At vera ſolutio objectionis è felicitate hujus vitæ, quâ mali fruebantur, & bonorum miſeriis, erat fore & ulteram vitam, in qua Deus utróſque, pro ſuis factis, habiturus eſſet. Verùm eam rem nondum Hebræis revelare ei viſum erat.

10. *Nec erit improbus*] ואין רשע *veeu raſchah*, nec ullus improbus. Contingebat hoc interdum, præſertim iis quorum conſummata erat improbitas, ſed non ſemper.

Adtendes locum ejus] התבוננת על מקומו *hithbonantha hal mkomo*; hoc eſt, ſi oculos convertas ad locum ejus, videbis eum deſertum aut morte, aut fugâ. Eſt quidem ſæpiſſimè conjugationis *Hithpaël* vis reciproca; ſed Latinè loquenti non ſemper exprimi poteſt, niſi verteremus *fac ut adtendas*, & verſu 7. *fac ut præstoleris*. Redoleret hoc *Aquilæ* exprobratam κακοζηλίαν, ſi ubique obſervaretur. Sic nec Interpretes optimorum Scriptorum Græcorum moroſè expreſſerunt vim Conjugationis Mediæ, quæ paſſim etiam eſt reciproca.

11. *Manſueti terram poſſidebunt*] Sæpe, nimirum; quia propter flagitia non cogentur, ut ſæpe homines violenti, ſolum vertere. Hæc reſpicit Chriſtus Matth. V, 3.

Multâ pace oblectabuntur] *Delectabuntur de multitudine pacis.* Non ſemper tamen, præſertim in calamitatibus publicis, quæ oriebantur è bellis infeliciter ab Hebræorum Regibus geſtis; quarum miſeriarum non magis immunes erant boni, quàm mali; exempli causâ, cùm Aſſyriorum & Chaldæorum Reges decem Tribus & duas poſtea reliquas invaſerunt, atque in captivitatem abduxerunt; quibus malis pii atque impii ſunt pariter oppreſſi. Sed hîc agit Pſaltes de tranquillitate ſingularum familiarum, temporibus pacis; qua ſæpius fruebantur homines manſueti, & quietis amantes, quàm rerum novarum cupidi, aut rei graviorum ſcelerum, quàm ut à Magiſtratibus diſſimulari poſſent.

12. *Ejus diem adeſſe*] כי יבא יומו *chi jabo jomo*, venturum diem ejus, aut *veniſſe*, nam Futurum paſſim vim Præteriti obtinet, quod hîc potius viſum. *Dies alicujus* dicitur dies mortis, vel calamitatis, ut Job. XVIII, 20. & Habdiæ verſ. 12. Similes imagines habemus in *Charonte* vel *Contemplantibus Luciani*, qualis eſt hæc p. 171. Edit. Burdelotianæ p. 171. ubi Charon de neſcio quo: ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς ὑπό τινος τῶν φίλων, εἰς τὴν ὑστεραίαν, μάλιστα ἥξω ἔφη· καὶ μεταξὺ λέγοντος ἀπὸ τοῦ τέγους κέραμος ἐπιπεσὼν, οὐκ οἶδ᾽ ὅτου κινήσαντος, ἀπέκτεινεν αὐτόν. ἐγέλασα οὖν οὐκ ἐπιτελέσαντος τὴν ὑπόσχεσιν: *cùm ab amicorum quopiam ad cœnam, in poſterum diem, vocatus eſſet, omnino, inquit, veniam. At dum etiamnum loqueretur, è tecto delapſa tegula, neſcio quo movente, eum occidit. Riſi ergo promiſſum minimè præſtantem.* *Riſus* autem, apud Pſalten, eſt contemtus hominis inania molientis.

14. *Quorum recta eſt via*] ישרי דרך *jiſchre derech*, rectos viæ.

15. *Ipſorum cor ſubibit*] *Ingredietur in cor eorum*, hoc eſt, prava conſilia in ſuam ipſorum perniciem, ſic rem moderante Providentiâ Divinâ, convertent.

16. *Copiis*] מהמון *mehamon*; quæ vox plerumque multitudinem hominum & quidem tumultuantium ſignificat; ſed hîc ſumitur pro copiis, ſeu divitiis. LXX. Intt. ὑπὲρ πλοῦτον ἁμαρτωλῶν πολύν. *Hieronymus: quàm divitiæ impiorum*

tius eſt, copiâ multorum improborum: 17 nam brachia malorum confringentur, ſed Jehova innoxios ſuſtentat. 18. Novit Jehova dies integrorum hominum, eorúmque poſſeſſio in perpetuum ipſorum erit. 19. Non adficientur pudore, tempore difficili; & diebus famis, habebunt quo ſatientur; 20 nam improbi peribunt & inimici Jehovæ, ſicut pretioſi *holocauſtorum* agni, abſumentur & in fumum abibunt.

21. Mutuam *pecuniam* accipiet malus, nec reddet; ſed innocens gratificabitur & largietur; 22 quia ii, quibus benedixerit Deus, terram poſſidebunt, atque ii, quibus maledixerit, exſcindentur. 23. A Jehova greſſus viri *boni* firmantur, ejusque vitæ inſtituto delectatur. 24. Cùm ceciderit, non abjicietur; quia Jehova manum ejus ſuſtentat. 25. Puer fui atque etiam conſenui, ſed innoxium deſertum, aut poſteros ejus panem mendicantes non vidi. 26. Quotidie gratificatur & mutuum dat, poſterique ejus benedictioni ſunt. 27. Abſcede à malo & fac bonum, & habitabis ſemper *in prædio*

dentur. 17. Mali enim viribus deſtituentur, quas bonis Deus ſuppeditabit. 18. Deus æternus curam vitæ bonorum gerit, utque ſuas opes tuto poſſideant facit. 19. Temporibus periculoſis videbunt, non ſine pudore, cibi, in penuria ſuos; nec habebant, quo ſuſtentarent ſe, 20. nam homines nequam peribunt, & victimarum inſtar in fumum evaneſcent.

21. Malus eo redigetur, ut mutuam pecuniam accipiat, quam reddere non poterit; bonus verò liberaliter largiri egenis poterit; 22. eò quod ei Deus terram habendam, fruendam dabit; ii autem, quos diris devoverit, è medio tollentur. 23. Deus greſſus viri boni firmabit, ne labatur, ejúsque vitæ inſtituto favet. 24. Cùm in calamitatem inciderit, non propterea peribit, quia Deus eum nequaquam deſeret. 25. Puer fui, & labente vitâ ſenectutem adtigi; neque tamen virum bonum, à Divina Providentia deſertum, aut liberos ejus ad mendicitatem redactos vidi. 26. Vir pius quotidie egentes liberaliter juvat, aut mutuum dat iis, quo pecuniis reddendis pares fiant. 27. Vitia omnia refugito, & virtutibus omnis generis adhæreto; nec dubita fore ut ſemper, Deo juvante, in tuis

rum multæ. Atqui eſt רשעים רבים *improbi multi*, nec רבים convenit numero cum המון. Crederem eos legiſſe רב *rab*, ſi ſolerent canonum Grammaticorum obſervantiores eſſe.

17. *Brachia malorum confringentur*] Hoc eſt, auctoritas ac opes eripientur, ita ut nemini nocere poſſint.

Suſtentat.] סומך *ſomek*, fulciens, ut ſi quis lapſurum comprehendat, ne cadat. Vide Pſ. CXLV, 14. Sed metaphoricè de auxilio, quodcumque ſit, ſumitur, ut Ezek. XXX, 6. Vide infrà verſ. 24.

18. *Novit Jehova dies* &c.] Hoc eſt, Deus curat vitam bonorum, impeditque ne ab improbis, ante tempus, ſeu ante ſenectutem auferatur.

19. *Tempore difficili*] *Tempore malo.*

Habebunt quo ſatientur] *Satiabuntur.*

20. *Sicut pretioſi holocauſtorum agni*] כיקר כרים *cbikar charim*, ut pretium agnorum. Alii interpretantur *adipem*, ſed quia vox nuſquam eo ſignificatu legitur, maluimus intelligere agnos eximios ac proinde pretioſos. Vocem holocauſtorum ſupplevimus, propter vocem כלו *chalou* bis repetitam, quæ integram abſumtionem ſignificat; qualis fiebat in holocauſtis, quæ tota in fumum abibant. יקר כרים interpretati ſumus, quaſi eſſet כרי יקר *agni pretii*, quæ eſt uſitata loquendi ratio, καθ' ὑπαλλαγήν.

In fumum abibunt] בעשן כלו *bebaſchan chalou*, *in fumo abſumentur*, quod *abire in fumum* dicunt Latini. Pro בעשן legiſſe videntur LXX. Int. כעשן *chebaſchan*, quod probat *Joan. Piſcator* ad locum. Poſſis dicere, cum *M. Antonino*, Lib. VI, 4. ἐκθυμιαθήσεται, ubi *Thom. Gatakerum* vide.

21. *Nec reddet*] ולא ישלם *velo jeſchallem*, nec rependere poterit, adeoque creditori ipſe addicetur. Vide 2. Reg. IV, 1.

Gratificabitur & largietur] חונן ונותן *bhonen venotben*, gratificans & dans. Tantùm abeſt ut mutuam pecuniam accipiat, ut iis, qui ſolvendo non ſunt, gratis det. Quod ſignificat non tantùm ejuſmodi hominem ſine ære alieno futurum, ſed etiam ſuo abundaturum; quod non eſt ita capiendum, quaſi fuerit perpetuum, cùm ſemper plures boni pauperes fuerint, quàm divites. Sæpe tamen*, bonis Reip. rebus, optimi etiam divites fuere; quod deberet ſemper eſſe.

22. *Si quibus benedixerit Deus*] מבורכיו *mboracbau*, benedicti ejus; nempe, Dei. Sic & poſteà מקלליו *mkullalau*, maledicti ejus, pro למקללי *mkullale ladonai*, maledicti Jehovæ. Sæpè hæc vox ſupplenda.

23. *Greſſus viri boni firmantur.*] מצעדי גבר כוננו *mitsbade geber chonanou.* גבר propriè quidem vir fortis dicitur, ſed & pro quovis homine ſumitur. Vide Pſ. CXXVIII, 4. Addidimus *bonum*, quia de ſolo viro bono hæc dicuntur.

Vitæ inſtituto delectatur] דרכו יחפץ *darcbo jebbphots*, viam probabit.

24. *Non abjicietur*] לא יוטל *lo jouthal.* Hoc verbum abjectionem violentam ſignificat. Vide Jerem. XXII, 28. Senſus eſt: ſi quid ei adverſum contigerit, erunt tamen, qui eum adjuvent, non deſeretur; ut quæ abjiciuntur, puſilli, vel nullius uſûs.

25. *Innoxium deſertum* &c.] Verum hoc eſt ut plurimum de homine inſignis innocentiæ, & temporibus pacatis; nam in everſione Reipublicæ & calamitate communi, tam adfliguntur boni, quàm mali.

26. *Mutuum dat*] מלוה *malveh*, in Hiphil, nam in Kal לוה *loveh* eſt *mutuum accipiens* verſ. 20.

27. *Habitabit ſemper*] ושכן לעולם *uſchechon lebolam*, habita in perpetuum. Vide ad verſ. 3.

dio tuo; 28. nam Jehova jus amat, nec deſerit beneficos ſuos, verùm boni in perpetuum ſervantur; at eorum poſteritas exſcinditur. 29. Juſti poſſidebunt terram, eámque in perpetuum incolent.

30. Os innoxii proloquitur ſapientiam, & lingua ejus profert jus. 31. Lex Dei ejus in animo illius eſt, nec greſſus ejus nutant. 32. Inſidiatur noxius innoxio, cúmque interficere conatur. 33. *At* Jehova non relinquet inſontem in ejus manu, nec damnabit, cùm de eo judicium feret. 34. Exſpecta *auxilium* Jehovæ, viámque ejus ſerva; tum te ille extollet, ita ut terram tuam habites, dum improbos exſcindi videbis. 35. Vidi malum prævalidum & ſeſe inſtar virentis indigenæ arboris diffundentem; 36 at tranſii, en verò nullus erat; quæſivi eum, nec inveni. 37. Obſerva *hominem* integrum, vide rectum; & finis ejus erit incolumitas. 38. Delicti rei delebuntur pariter, & tandem improbi exſcindentur. 39. Salus innoxiis eſt à Jehova, qui eſt eorum pars in tempore, *quo in* anguſtiis *verſabuntur*. 40. Adjuvat eos Jehova, eruit, liberátque ab hominibus noxiis, & ſervat, qui ſpem ſuam in eo poſuerunt.

Da-

tuis prædiis habites, non in alienis; 28. Creator eſt amans virtutis, nec umquam deſerit eos, qui beneficentiam ipſius imitantur; ſed ſemper eos calamitatibus liberat, aut poſteritate carere patitur. 29. Semper boni Iſraelitidis terræ domini erunt & cultores.

30. Oris innocentis ſermones ſunt innocentes, atque juſtitiæ conſentanei 31. Lex ejus animo inſcripta eſt, nec in ejus obſervatione pedes ejus labuntur. 32. At mali innocentibus bonis nocere conantur. 33. Deus tamen innocentem in eorum manibus ac poteſtate relinquet, neque eum damnabit, cùm eos in jus vocabit. 34. Exſpecta ergo auxilium Creatoris, ejus legum obſervans eſto; ille verò te in meliorem ſortem transferet, ita ut patrium ſolum colas, dum malos patriâ pelli videbis. 35. Vidi homines improbos, qui multum poſſent, inſtar arboris in idoneo loco florentes & umbram circumquaque jacientes. 36. Poſtea verò cùm eum quærerem, nusquam erat. 37. Verùm ſi obſervaverit hominem integrum vitæ, & vitiis purum, eum videbit ad finem uſque incolumem. 38. At ſcelerum rei, tandem capitis pœnas dant; 39. dum Deus ſervabit innocuos, eóſque tuebitur, ad quem confugient. 40. Creator eſt eis auxilio, atque opem fert contra inimicos iis, qui in eo fiduciam ſuam poſuerint.

P A R A-

31. *Nec greſſus ejus nutant*] לא תמעד אשריו *lo thimbad aſſchuran*, non nutat greſſus (*in plurali*) ejus; hoc eſt, nullus ejus greſſuum nutat. Hinc אשרים ſunt idem ac מצעדים *mitsbadim*, verſu 23. hoc eſt greſſus, non tibiæ, ut volebat *Meibomius*.

32. *Inſidiatur noxius innoxio*] צופה רשע לצדיק *tſophhe raſchab laddſaddik*, ſpeculaus malus juſto; hoc eſt, ex inſidiis obſervat tempus, quo nocere poſſit. Vide Pſ. X, 8.

Interficere conatur] *Quærens ad occidendum eum.*

In ejus manu] In ejus poteſtate.

Cùm de eo judicium feret] *Cùm judicabitur*; nempe, inſons à Deo. Agitur de hujus vitæ judiciis, quibus mali hîc pœnas dant, & boni præmia referunt.

35. *Prævalidum*] עריץ *barits*. Terribilem & violentum ea vox ſignificat, ſed hîc virium ejus potiſſimùm ratio habetur, quibus terrorem excitat & vim aliis infert.

Se ſe, inſtar virentis indigenæ arboris, diffundentem] מתערה כאזרח רענן *mithbare cheezrahh rahanan*. Eſt propriè מתערה *denudans ſe*, ſed cùm agatur de arbore & quidem viridi, perinde eſt ac diffundens ramos, aut etiam fruticans. אזרח *ezrahh*, vertimus *indigenam arborem*, quia אזרח ſine dubio *indigenum* ſignificat, ut *Plinius* dixit *vinum indigenam*, pro vino non aliunde advecto. Ejuſmodi arbores quam maximè ramos diffundere, fruticare, & creſcere ſolent; cùm aliunde advectæ plerumque difficiliùs creſcant in alieno, quàm in nativo ſolo. Poſſit & fortè ſuſpicari quiſpiam intelligi arborem, ſine humana cura, ortam, quales *ſponte ortæ* dicuntur, de quibus ad Num. XXIV, 6. ejuſmodi enim arbores, ut obſervavimus, feliciùs creſcunt. LXX. Int. verterunt *ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου*, quaſi legiſſent: מתעלה כארזי לבנון *mithhalleh chſearta lbanon*, adtollentem ſe ut cedri Libani. *Hieronymus: fortiſſimum ſicut indigenam viventem.* Chaldæus habet אילן *ilan*, quercum.

36. *Tranſiit*] ויעבר *vaijababor*. Interdum hoc verbo interitus ſignificatur. Vide Job XXXIV, 20. Eſai. XXIX, 5.

37. *Incolumitas*] שלום *ſchalom*, pax; quod frequenter incolumitatem & res ſecundas ſignificat.

38. *Tandem*] אחרית *ahharith*, pars vitæ poſtrema.

David calamitates ſuas deſcribit, peccata fatetur, & damnat, Deique auxilium implorat.

PSALM. XXXVIII.

1. CARMEN DAVIDIS AD COMMEMORANDUM. 2. O Jehova, ne in ira tua caſtiges me, ne in excandeſcentia tua corripias me; 3. nam tuæ ſagittæ altè defixæ ſunt in me, atque in me deſcendit manus tua. 4. Nihil eſt integrum in carne mea, propter iram tuam; nulla pax eſt in oſſibus meis, ob peccatum meum. 5. Nam iniquorum meorum factorum pœnæ ſuperant caput meum, inſtar gravis oneris, graviores ſunt, quàm ut eas ferre queam. 6. Computruerunt & contabuerunt livores mei, propter ſtultitiam meam. 7. Valde contortus & incurvatus ſum, quotidie & ra-

P A R A P H R A S I S.

1. CARMEN DAVIDIS, quod eſt eorumdum in ſtatu ſimili, ei quo tum erat. 2. O creator, ne me caſtiges, cùm peccatis meis meritò indignaris; 3. nam pœnæ, quas de me repetis, ſunt ſagittarum tuarum inſtar in me defixarum, atque in me altè deſcenderunt. 4. Nihil eſt in me, quod minuat pœnas, quas mihi immiſiſti; me totum adfecerunt, ut vix eas ferre poſſim. 5. Incumbunt capiti meo ſupplicia, quæ de me ſumſiſti, méque gravia onera premunt, cui ferendo vix par ſum. 6. Computruerunt livores corporis mei, propter inſaniam meam, quâ leges tuas perfregi. 7. Contorto corpore inceſſi, &

C O M M E N T A R I U S
In PSALM. XXXVIII.

1. AD *commemorandum*] להזכיר *lebazebir.* Huic Pſalmo à LXX. ſolis ejus titulus præfixus eſt. Quid ſibi velit, cúrve huic Pſalmo & LXX. potiùs, quàm aliis, præfixus fuerit, juxta ſcio cum ignariſſimis. LXX. Intr. εἰς ἀνάμνησιν περὶ σαββάτου Sed quid hîc de Sabbatho? Chaldæus: דכרנא טבא על ישראל *memoria bona in Iſraëlem.* Hoc unum liquet Pſalten graviſſimo morbo laboraſſe, cùm hunc Pſalmum compoſuit, ſed qualis fuerit morbus, & quo tempore David eo laborarit ignotum.

3. *Tuæ ſagittæ*] Morbus à te in me immiſſus. Sic Orientales loquuntur de malis à Deo hominibus immiſſis. Vide Pſalm. VII, 13, 14. Ejuſmodi tranſlatum loquendi genus cùm propriè intellexiſſent antiquiſſimi Græcorum Poëtæ, *Soli & Lunæ*, à quibus oriri morbos putabant, ſagittas tribuerunt. Exemplum inſigne habemus Iliad. A. ab initio, ubi verſ. 45. & ſeqq. deſcribit Apollinem, ut peſtem immitteret, ſagittas in Græcorum caſtra jaculantem.

Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο,
Αὐτοῦ κινηθέντος· ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς.
Ἕζετ' ἔπειτ' ἀπάνευθε νεῶν, μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε

Sonuerunt itaque ſagittæ in humeris indignantis, cùm eas moveret. Ille verò ibat nocti ſimilis. Sedit deinde ſeorſim à navibus & ſagittam emiſit. Tum dicit eam ſagittam mulos pervaſiſſe & canes.

Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς,
Βάλλ'· αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

Sed poſtea in ipſos (Græcos) *ſagittam peſtiferam mittens, feriebat, & ſemper rogi mortuorum frequentes ardebant.* Ut verò Apollinem ſubiti exitii viris cauſam fuiſſe, ita & fœminis Dianam crediidiſſe Græcos, obſervavit *Euſtathius* ad Iliad. Z. p. DCXXXVI, 31. & ſeq. 14. in Edit. Romana.

Altè defixæ ſunt] *Deſcenderunt* נחתו *nibbathu.* Quod ſic potuiſſemus, non incommodè vertere; niſi mox fuiſſet repetendum. Nam ferrum *deſcendere* dicitur in ejus viſcera, qui confoditur. *Ovidius* Ep. Paridis ad Helenam:

Non mea ſunt ſummâ leviter diſtricta ſagittâ,
Pectore deſcendit vulnus ad oſſa meum.

Claudianus de Bello Getico.

Altiùs haud unquam toto deſcendimus anté
In jugulum Scythiæ.

In me deſcendit manus tua] Hoc altum vulnus manu tuâ mihi inflictum.

4. *Nil eſt integrum in carne mea*] *Nulla integritas in carne mea.* Vide & verſ. 8.

Nulla pax eſt in oſſibus meis] Nulla quies, propter dolores perpetuos.

5. *Iniquorum factorum meorum pœnæ*] עונתי *havonothai*, quæ hîc ſumuntur pro pœnis iniquitatum, ut in hoc loquendi genere, *portare peccatum.* Vide Levit. V, 17. X, 17. & paſſim.

Superant caput meum] עברו ראשי *haberou roſchi*, tranſierunt caput meum. Metaphora deſumta ex aqua capite altiore. Vide Pſ. LXXXVIII, 17. CXXIV, 4, 5.

Quàm ut eas ferre poſſim] ממני *mimmenni*, quàm ego. Intelligitur non tantum peccatum, ſed etiam ejus poena. Vide Gen. IV, 13.

6. *Computruerunt* &c.] Quæ erant livida, in corpore meo, in pus converſa ſunt fœtens & tabidum, id eſt, fluens. חבורותי *bhabourothai* ſunt *livores*, quales ſolent eſſe furunculorum, qui poſtea purulenti fiunt.

7. *Valde contortus & incurvatus ſum*] נעויתי שחותי עד מאד *nahavethi ſchabbothi bad meod*, contortus ſum & incurvatus ſum ad valde. Sic

ſumi-

ratus inceſſi; & 8 quia lumbi mei pleni ſunt ardore, nec quidquam integrum eſt in carne mea. 9. Vehementer debilitatus ſum atque adtritus; rugii, præ animi mei fremitu. 10. Domine, coram te eſt quidquid cupio & ſuſpiro, tibi nihil eſt occultum. 11. Cor meum valde palpitat, deſeruerunt me robur meum & lumen oculorum meorum, qui & ipſi mihi non adſunt.

12. Amantes & ſodales mei, propter plagam meam, conſtiterunt è regione mei, propinqui mei procul à me ſteterunt. 13. Laqueos verò tetenderunt, qui mihi vitam eripere conantur; quærentes mihi malum, prava *de me* dixerunt, & fraudes *mihi* quotidie meditati ſunt. 14. Ego verò, ſurdi inſtar & muti, qui non aperit os ſuum, audivi. 15. Fui inſtar ejus, qui non audiret, nec ore ſuo *eos* redarguere poſſet; 16. quia *opem* tuam exſpectabam, *&* tu, Domine Deus, me exaudies; 17. nam dixi: ne fortè lætentur propter me, & ſe ſupra me, pede meo titubante, magnificè extollant, 18. quòd paratus eſſem ad claudicandum, & dolor meus coram me perpetuò eſſet. 19. Iniquitatem enim meam nunciabam, & propter peccatum meum ſollicitus eram. 20. Inimici mei viventes confirmati ſunt, & qui me perperam oderant aucti. 21. Qui mihi reddunt malum, pro bono, adverſati mihi ſunt, pro eo quod debuiſſent bonum *mihi* quærere. 22. Ne me derelinquas, Creator Deus me, ne te procul à me amoveas. 23. Feſtina ad auxilium mihi *ferendum*, Domine *auctor* ſalutis meæ.

Da-

& quotidie veluti natus fui; 8. quia lumbi mei morbo, quo labores ardent, nec quidquam eſt in carne mea, quod non læſum ſit. 9. Uſque adeo debilis ſum atque exhauſtis viribus, ut in amarum planctum eruperim, ita ut rugitum imitari videretur. 10. Tibi, ô Domine, omnium rerum, quas cupio, quarum cauſâ gemo & ſuſpiro, conſcius probè es, nec earum inſcius es. 11. Cor in viſceribus meis vehementiùs ſolito palpitat, defecerunt me vires, & oculi mei ſunt veluti obtuſi, ut vix videam.

12. Amici & neceſſarii mei, propter calamitatem meam, non ſuſtinuerunt me amplecti propiùs ad me accedentes; ſed procul à me ſtantes. 13. Imo procul mihi inſidiari ſuſtinuerunt, ut me occiderent, calumniisque lacerarunt, & dolis quotidie adgreſſi ſunt. 14. Ego verò, quaſi ſurdus & mutus fuiſſem, nequaquam adtendi, quæ in me dicerent, nec quidquam iis oppoſui, præter ſilentium. 15. Tacui haud aliter, ac ſi ſurdus eſſem, nec eorum calumnias confutare adgreſſus ſum; 16. quia à te ſolo auxilium expectabam, atque etiamnum exſpecto. 17. Etenim apud me reputabam cavendum eſſe, ne lætandi & ſe ſupra me efferendi iis occaſionem præberem, & me aliquâ in re titubante, dolore meo ſupra me ſeſe efferrent; 18. eo quòd facile labi poſſem, & perpetuo dolore meo perturbari. 19. Nec diſſimulabam delicta mea eorumque causâ mihi timebam. 20. Inimici, etiamnum in vivis, in odio mei confirmati ſunt, & qui me ſine cauſa oderunt aucti ſunt. 21. Qui mihi malefacta pro benefactis reponebant, vehementius mihi adverſati ſunt; cùm debuiſſent mecum benefactis certare. 22. At ne me deſeras, ô Creator, Deus mi, néve te à me te amoveas. 23. Quàm primùm me adjuva, qui me auxilio tuo magnis periculis eripuiſti.

PARA-

ſumitur נעויתי Eſaiæ XXI, 3.

Atratus] Vide ad Pſ. XXXV, 14.

8. *Lumbi mei*] כסלי *chesſalai*. Quantopere hæc vox exercitos habuerit Interpretes, docebit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 45. ubi oſtendit partes eſſe adipoſas renibus proximas, ſeu lumbos.

Nec quidquam integrum eſt] Vide ad verſ. 4.

9. *Debilitatus ſum*] ונפוגותי *uphongothi*. Vide Gen. XLV, 26. Habak. I, 4.

Animi mei fremitu] מנהמת לבי *minnahamath libbi*. De fremitu maris ſumitur Eſa. V, 30. Verbum נהם *fremere* inſtar leonis ſignificat, ut & שאג. Vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 2. Significantur hîc gemitus dolore expreſſi.

10. *Coram te eſt quidquid cupio*] נגדך כל תאותי *negdecha chol thaavathi*, coram te eſt omnis mea cupiditas; hoc eſt, eam probè noſti, ut ſequentia oſtendunt.

11. *Valde palpitat*] סחרחר *ſebharbher*. Eſt idem ac *circumit*, ſed de palpitatione & quidem vehementi intelligendum; nam radicalium duplicatio intendit, ut ſolet, ſignificationem.

Qui & ipſi mihi non adſunt] גם הם אין אתי *gam hem en itthi*, etiam illi non mecum; hoc eſt, minuta eſt oculorum acies.

12. *Propter plagam meam conſtiterunt*] Quaſi peſtilente morbo laborarem, ad me propius accedere non audent.

13. *Qui mihi vitam eripere conantur*] *Quærentes animam meam.*

14. *Surdi inſtar & muti*] *Tamquam ſurdus non audiebam, & tamquam mutus non aperiebam os meum.*

15. *Nec ore ſuo redarguere poſſet*] *Nec in ore ejus redargutiones.*

17. *Pede meo titubante*] במוט רגלי *bmot ragli*, cùm nutaret pes meus; hoc eſt, dum cum rebus adverſis conflictarer. Vide Pſ. X, 16. & alibi ſæpe.

18. *Ad claudicandum*] לצלע *lſelah*, ad claudicationem, id eſt, cùm res meæ eſſent in incerto ſtatu. Vide ad Pſ. XXXV, 15.

20. *Qui me perperam aderant*] שנאי שקר *ſchoneai ſcheker*, oſores mei ob mendacium, hoc eſt, qui mihi conficta de cauſa malè volebant. Vide Pſ. XXXV, 19.

21. *Pro eo quod debuiſſent &c.*] תחת רדפי טוב *thahhath rodphi tob*, loco perſequendi mihi boni; hoc eſt, cùm debuiſſent commodorum meorum rationem habere.

COM.

David mala ſua, ſuum in iis ſilentium, brevitatémque & incertum vitæ finem deſcribit, ac peccatorum veniam petit.

1. PRÆFECTO JEDUTHUNIS, CARMEN DAVIDIS. 2. Dixi: obſervabo PSALM
meas vias, ne linguâ meâ peccem; coërcebo os meum freno, dum improbus XXXIX
adhuc coram me eſt. 3. Obmutui *in* ſilentio & tacui, ne rem bonam proferrem, cùm
dolor meus exaſperaretur. 4. Incaluit cor meum intra me, meditatione meâ accenſus
eſt in me ignis, & linguâ meâ loquutus ſum. 5. Fac, ô Jehova, ut finem meum,
& menſuram dierum meorum quænam ſit norim; *tum demum* ſciam, quanti ævi ego
ſim. 6. En palmorum *paucorum inſtar* conſtituiſti dies meos, & ævum meum veluti
ni-

P A R A P H R A S I S.

1. CARMEN DAVIDIS ad Præfectum Jeduthuni miſſum. 2. Apud me ſtatui me prudentiùs in poſterum gerere, ne quidquam dicam, quod merito vituperari poſſet; præſertim dum improbus adeſſet, qui verba mea perperam interpretari quiret. 3. Itaque obmutui, etiam ne quid boni proferrem, dum aſpero dolore exacerbarer. 4. At animus meus irritatus eſt cogitationibus meis, nec tacere ampliùs potui. 5. Fac verò, ô Creator, ut quam longa futura ſit vita mea intelligam, ut & parato, ut par eſt, animo moriar. 6. Probè novi me vitam, longo tempore, non producturum, eam-

C O M M E N T A R I U S
In PSALM. XXXIX.

1. P*Ræfecto Jeduthunis*] למנצח לידותון *lamnattſeabh ledouthoun.* Diſcere eſt ex 1. Ephem. XVI, 38. Jeduthunem fuiſſe Obededomi patrem, éque Cap. XXV, 1. poſteris ejus, ut & Hemanis & Aſaphi Muſicæ Sacræ curam mandatam. Igitur Præfectus Jeduthunis erit Præfectus Jeduthunidarum ſacros hymnos ad Arcam in monte Sione, deinde in Templo canentium. Alii *Jeduthun* fuiſſe genus hymni volunt, quod parum probabile.

2. *Coërcebo os meum freno*] אשמרה לפי מחסום *eſchmera lephi mahhſom*, ſervabo ori meo frenum; hoc eſt, habebo ſemper frenum in ore meo. LXX. Intt. ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακήν. *Symmachus* φυλάξω τὸ στόμα μου φιμῷ. מחסום *mahhſom* alibi non occurrit, ſed radix חסם *hhaſam* Deut. XXV, 4. eſt os jumenti obturare. Etiam Ezech. XXXIX, 11. eſt *obturare* nares, propter fœtorem.

Dum improbus adhuc coram me &c.] Ne ſermones meos referat, & malignè interpretetur, & famam meam maculet, inviſumque me aliis faciat. Quis autem hic eſſet *improbus*, ex nulla circumſtantia liquet.

3. *Tacui ne rem bonam proferrem*] החשיתי מטוב *hehheſchethi mittob*, tacui à bono. Sunt qui טוב *tob* rem jucundam, quæ lætitiæ indicium eſſet intelligant. Alii rem verè bonam; hoc eſt, religioſam & piam, ne margaritas porcis conjiceret. Uterque ſenſus probabilis eſt.

Cùm dolor meus exaſperaretur] וכאבי נעכר *oucheebi nebechar*, dolor meus turbabatur; hoc eſt, me tranquillum eſſe non patiebatur, ita ut dolore ipſo perturbarer.

5. *Fac ut finem meum &c.*] Non orat Deum Pſaltes, ut ſibi patefaciat, quot annos vitam producturus eſſet; ſed ut ſibi perpetuò in memoriam revocet, quàm brevis ævi homines ſint, ne ſuperbiæ indulgeat, aliáve faciat, quæ tam brevem vitam minimè deceant.

Quanti ævi ego ſim] מה חדל אני *meh hhadel ani.* LXX. Intt. ἵνα γνῶ τί ὑστερῶ ἐγώ. Hieronymus: *Sciam quid mihi deſit.* חדל hîc eſt *ævum* ſed deſinens à חדל *hhadal*, ceſſavit.

6. *Paucorum palmorum inſtar conſtituiſti*] טפחות נתתה ימי *tphahhoth nathattha jamai*, palmos dediſti dies meos. *Palmus* menſura eſt longitudinis corporis, non temporis, ſed talia ſæpe miſcentur. Sunt qui velint ſignificari menſuram, quæ vocetur זרת *zereth*, Græcè *ſpithama*, quæ eſt duodenûm digitorum, complectitúrque tres palmos quaternûm digitorum. Sed Pſaltes dixiſſet potiùs זרת, ſi hoc voluiſſet; quàm טפחות. Itaque maluimus vertare *paucos palmos*. LXX. Intt. in Cod. Romano: παλαιὰς ἔθου, in Alexandrino παλαστὰς, pro παλαιστὰς, hoc eſt, *ſpithamas*. *Symmachus* ὡς σπιθαμὰς ἔδωκας τὰς ἡμέρας μου. *Hieronymus* ſenſum expreſſit: *breves poſuiſti dies meos.* Hinc *Suidas*: Σπιθαμὴ, τοῦ βίου τὸ ἐλάχιστον.

Aevum meum] חלדי *hheldi.* Vide Pſ. XVII, 14. LXX. Intt. ὑπόστασίς μου, hoc eſt, *exſiſtentia mea*, non *ſubſtantia*, ut habet *Vulgatus*; nam חלד ad durationem pertinet, non ad ſubſtantiam. *Aquila*: ἡ κατάδυσίς μου ὡς οὐκ* ἔστιν ἐναντίον σου. *Symmachus*: ἡ βίωσίς μου ὡς οὐδὲν ἄντικρύς σου.

Omnis inanitas cunctorum hominum fixa eſt] כל הבל כל אדם נצב *chol hebel chol adam nittſab.* Omnis *inanitas* omnium hominum eſt eorum vita, qua de re ſcriptus eſt liber Eccleſiaſtæ à Salomone. Ea autem *inanitas fixa eſt*, hoc eſt, clauſa intra paucorum annorum circuitum, qui brevi elabuntur. Referimus, nempe, *Joan. Schmidis* judicium ſequuti, נצב ad הבל, & inanitatem fixam, certam, conſtitutam vertimus, non quaſi dies mortis ſit decreto quodam immutabili à Deo præſtitutus, ita ut, nec anteverti, nec differri poſſit; ſed quia ultra ſolitam humanæ vitæ longitudinem nemo vivit. Vide Pſ. XL, 6. & dicta ad Job XIV, 5. Alii נצב referunt ad אדם *hominem*, incommodè; quid eſt enim *omnis vanitas omnis homo conſtitutus*,

nihil coram te eſt. Profectò omnis inanitas cunctorum hominum fixa eſt. Selah.
7. Certè *veluti* in tenebris quiſque incedit; certè *propter* inania tumultuantur *homines*; colligunt *ſegetes*, nec norunt quis eas recondet. 8. Nunc verò quid exſpectaſti, Domine, *cùm* exſpectatio mea à te pendeat?

9. Ab omnibus delictis meis libera me, nec inſani probris me expone. 10. Obmutui, os meum non aperui, quia tu feceras. 11. Amove à me plagam tuam, propter percuſſionem manûs tuæ defeci. 12. Quemcumque caſtigationibus, propter iniquitatem,

eamque apud te longam habitum non iri; cùm omnibus breve vitæ tempus adtributum ſit. 7. In ejus rei tamen ignorantia vivimus, nam propter res inanes tumultuamur; ſegetes agrorum noſtrorum colligimus, nec tamen quis eas reconditurus ſit ſcimus. 8. Quid verò, ô Deus, moraris, quandoquidem à nemine, præter te, auxilium expecto.

9. Omnibus delictis meis ignoſce, ne probris malorum malè habear. 10. Cùm probè ſcirem calamitates meas à te uno pendere, & manere, à querelis abſtinui. 11. Ne me diutiùs morbo malè habeas, nam propter iteratos juſtitiæ tuæ ictus propemodum deficio. 12. Quotieſcumque quempiam, propter ſingularia delicta, pœnâ adſeciſti, ut contabeſ-

tutus, aut *conſiſtens*, ut loquuntur quidam interpretes, qui lapides concoquere poſſunt. LXX. Intt. τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. *Aquila*: πᾶς ἄνθρωπος ἑστηλωμένος. *Symmachus*: μόνον γὰρ ἀτμὸς πᾶς ἄνθρωπος ἑστώς. Obſcurè & durè. Nec meliùs *Hieronymus*: *Omnis enim vanitas omnis homo ſtans.* Hic ſermo eſt de vita humana, quæ vocatur חבל *hebel*, inanitas, ut Eccleſ. VII, 16. ubi Concionatrix: *omnia*, inquit, *vidi diebus inanitatis meæ* הבלי *hebli*, hoc eſt vitæ meæ, quæ eſt inanitas, & C. IX, 9. *omnibus inanis vitæ tuæ* (ימי חיי הבלך) *diebus*. Ac ſanè Pſaltes, quiſquis ille ſit, eodem reſpicere videtur; aut Salomo hunc locum præ oculis habuiſſe, ut etiam ſequentia oſtendunt.

7. *Veluti in tenebris quiſque incedit*] בצלם יתהלך איש *beſelem jithallech iſch.* Solet verti *in imagine*, ut LXX. verterunt ἐν εἰκόνι, ſed nullus hic imagini locus, ubi ſermo eſt de ignorantia futuri. Ideóque multò meliùs *in tenebris* vertas, quæ eſt ſignificatio vocis in Æthiopica Lingua, ut diximus ad Job. X, 21. Idem eſt ſenſus Eccleſ. II, 18, 21.

Propter inania tumultuantur] הבל יהמיון *hebel jehemajoun*, vel *inaniter*, quaſi eſſet בהבל *behebel.* Labores hominum, ſæpe multùm habent *tumultûs*, cùm multi ſunt ad aliquid perficiendum adhibendi. *Hoc quoque eſt inanitas*, ut cum Concionatrice loquar.

Colligunt &c.] *Colligit & neſcit.* Poteſt enim fieri, ut qui ſegetes in manipulos collegerunt & colligarunt, ſubitò moriantur, nec eas ipſi in horrea recondant; nec quiſquam ſcire queat, annon ſibi ſic continget. Senſus eſt, qui in Eccleſiaſte, homines comparare divitias, dum ignorant in quorum manus, poſt ſuam mortem, perventuræ ſint. Optimè hic, ut alibi paſſim, *Georg. Buchananus*:

Tumultuamur temerè, congerimus bona
Incognitis heredibus.

8. *Cùm exſpectatio mea à te pendeat.*] תוחלתי לך היא *thohhalthi lehu hi*, exſpectatio mea tibi illa, vel eſt.

9. *Ab omnibus delictis meis libera me*] Hoc eſt, pœnas delictorum mihi remitte, ut ſequentia oſtendunt.

Nec inſani probris me expone] חרפת נבל אל תשימני *hherphath nabal al theſchimeni*, ne patiaris me opprobrio eſſe, apud inſanos. Voce נבל videtur intelligere *impium*, & Religionis ſpretorem, ut Pſ. XIV, 1. LXX. Intt. ὄνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με, omiſſâ perperam negatione. *Aquila*: ὄνειδος ἀποῤῥέοντι μὴ θῇς με. *Symmachus*. ἐπονείδιστον ἄφρονι μὴ τάξῃς με. *Hieronymus*: *opprobrium ſtulto ne dederis me.*

10. *Tu feceras*] Morbo, aut clade quadam ἐνυλάτῳ Pſalten adfecerat Deus.

11. *Percuſſionem manus tuæ*] מתגרת ידך *mitthigrath jadecha.* Nomen hoc nuſquam alibi legitur, ſed deducitur à גרה *garah*, quod eſt contendere jurgiis, aut etiam armis. Adjunctio voculæ ידך *manus tuæ* oſtendit *percuſſionem*, vel *plagam*, quæ jurgia ac bellum ſequitur, eſſe intelligendam.

12. *Quemcumque*] איש *iſch*, virum, hoc eſt, quemvis, quaſi eſſet איש איש *iſch iſch*, repetitâ voce.

Quaſi tinea feciſti, ut deſiderabile, quod in eo erat, contabeſceret] ותמס כעש חמודו *vatthemas chabaſch hhamoudo*, & liquefeciſti, ut tinea, deſiderium ejus. חמוד *hhamoud*, deſideratum, concupitum eſt quod formâ ſuâ concupiſci poterat. עש *tinea* eſt à עשש *inveteravit*, quia tineæ veſtes corrodentes atterunt. Vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. IV. c. 25. Itaque Deus confertur *tineæ*, quia infenſus peccatoribus facit, ut tota eorum pulchritudo contabeſcat, ut tinea veſtem corrumpit. Sic Hoſ. VI, 12. ita loquitur Deus: *Ephraimo ero quaſi tinea, & domui Judæ inſtar putredinis.* Optimè *Buchananus*:

Te perſequente ſcelera pœnis, illico
Vigor, decórque deſluit,
TINEIS *pereſæ more veſtis. O homo,*
Caduca res & futilis!

Similis imago obverſabatur *Ovidio*, cùm ſic curis confectum ſemet ipſe deſcriberet Ep. ex Ponto Lib. I, Ep. I, 67.

Nil igitur mirum, ſi mens mihi tabida facta
De nive manantis more liqueſcit aquæ.
Eſtur ut occultâ vitiata teredine navis,
Æquorei ſcopulos ut cavat unda ſalis,
Roditur ut ſcabrâ poſitum rubigine ferrum;
Conditus ut TINEÆ *carpitur ore liber:*
Sic mea perpetuos curarum pectora morſus,
Fine quibus nullo conficiantur, habent.

13.

tem, corripuiſti, quaſi tinea feciſti ut deſiderabile, quod in eo erat, contabeſceret. Certè omnis homo inanitas eſt. Selah. [13]. Audi preces meas, Jehova, & clamorem meum àuribus admitte, ne ad lacrimas meas taceas; ego enim ſum apud te peregrinus, &, quemadmodum omnes majores mei, inquilinus. [14]. A me averte *iratos* oculos, & recreabor antequàm abeam & nullus ſim.

David ſpem certam exauditionis & liberationis oſtendit, à ſe prædicatam divinam juſtitiam ait, & Dei opem contra hoſtes implorat.

1. PRÆFECTO, CARMEN DAVIDIS. [2]. Exſpectavi *opem* Jehovæ, inclinavitque ad me *aurem*, & clamorem meum audivit. [3]. Eduxit me è fovea devaſtationis, èque tenace luto, & ſtatuit pedes meos, firmatis greſſibus meis, in rupe. PSALM. XL.

tabeſceret feciſti, ſicut tinea veſtem ſenſim rodit, utque quidquid erat in eo valetudinis & virium evanuerit. Profectò omnis homo cum mera inanitate comparari poteſt. 13. O mi Deus, exaudi me, ô Creator, & clamorem meum in aures tuas admitte, neque lacrimas ſperne, dum precibus meis auditis non moveris; dum ſum, apud te peregrini inſtar aut inquilini, quemadmodum omnes Majores fuerunt, antequam in populum tuum nos admitteres. 14 Ne me iratis oculis adſpicias, & recreabor antequàm moriar.

P A R A P H R A S I S.

1. DAVIDIS canticum ad Cantorum Præfectum miſſum. 2. Cùm exſpectarem Dei auxilium, in calamitate mea, eúmque invocarem, tandem me exauditum adjuvit. 3. Eram ei ſimilis, qui in ſolitudine incidiſſet in foveam lutulentam, nec ſe inde expedire poſſet, ab homine miſericorde adjutus

13. *Ne ad lacrimas meas taceas*] Hoc eſt, reſponde (ענה *haneh*) ſeu exaudi. Deus *tacere* videtur, cum fruſtra imploratur; contrà verò cùm effectum dat id, quod petitur, reſpondere. Factum enim ipſum eſt ei reſponſionis loco. Vide Pſ. XXIX, 1. XXXV, 22.

Sum apud te peregrinus] גר אנכי עמך *ger anochi bimmach.* Nempe, Deus erat Dominus terræ ei ſacræ; hoc eſt, Iſraelitidis; Hebræi verò in ea *peregrinorum* & *inquilinorum* loco, qui non ſuum, ſed alienum ſolum incolebant. Idem quidem dixeris de ceteris populis, ſed ceteri rem non intelligebant, quam Hebræi profitebantur; qui, nonniſi ſingulari auxilio divino, agros, quos colebant, ſciebant ſe eſſe conſequutos. Sic Levit. XXV, 23. *Terra*, inquit Deus, *mancipio non vendetur, quia mea eſt, vóſque peregrini & inquilini, apud me*, כי גרים ותושבים אתם עמדי *chi gerim vathoſchebim atthem bimmadi.* Vide Pſ. LXXXV, 2. Eſai. VIII, 8. Joël I, 6. IV, 2. & alibi.

14. *A me averte iratos oculos*] השע ממני *haſchah mimmenni*, quaſi eſſet integrum loquendi genus השעה עינך ממני *adſpicere oculos tuos fac à me*, hoc eſt, averte oculos. Vide Job. VII, 19. XIV, 6. Eſai. XXII, 4. ubi eſt idem verbum, ſed in *Kal*, hîc in *Hiphil*, ubi proinde ſubaudiendus accuſativus. Addidimus, perſpicuitatis causâ, *iratos*, quia Deus paſſim eos *adſpicere*, aut *reſpicere* dicitur, quibus favet.

Recreabor] אבליגה *abligah*, ſub auditur נפשי *napſchi*, animum meum, hoc eſt, me. Sed Latinè loquenti commodius erat paſſivo uti.

C O M M E N T A R I U S
In PSALM. XL.

2. *EXſpectavi opem Jehovæ*] *Exſpectando exſpectavi Jehovam.*

Inclinavitque ad me] Nempe, aurem, ut Pſ. XVII, 6. XXXI, 3. nam יט eſt apocope pro יטה *jatteh*, in fut. *Hiphil.*

3. *E fovea devaſtationis*] מבור שאון *mibbor ſchaon* LXX. Int. ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας. *Hieronymus: è lacu ſonitûs.* Verbum tam eſt שאה *ſchaah* eſt *vaſtari deſolari*, quàm *tumultu, ari & reſonare.* Vide Eſai. VI, 11. שואה *ſchoah* etiam eſt *vaſtitas* Job. XXX, 3. XXXVIII, 27. Pſ. LXIII, 10. Ideò hîc שאון *devaſtationem* vertimus, præſertim cùm non ſit multus ſonitus in fovea, præſertim lutoſâ, ut habent verba ſequentia. *Devaſtationem* autem vocat *foveam* Pſaltes, quia qui eſt cinctus copiis latronum, aut victoris exercitûs omnia agentis ac ferentis, poteſt optimè dici in foveam cecidiſſe, atque hærere in luto.

Eque tenace luto] מטיט היון *mittit haijaven*, è cœno luti. Duo ſubſtantiva idem ſignificantia Emphaſin quamdam faciunt, ut oſtendit *Sal. Glaſſius* Gram. Lib. III. Tr. I. canone 32. Sic & Latini *hærere in luto* dixerunt eos, qui ſe extricare impedito negotio non poterant. Vide *Plautum* Perſæ Act. IV. Sc. III, 66. Poſſit hîc reſpici ad hominem per paludoſa loca hortos fugientem, aut qui dum incautiùs fugit per avia loca, in foſſam lutulentam incidit.

Statuit pedes meos &c.] *Effecit, ut ſtarent ſupra rupem pedes mei, firmans gradus meos.* In luto, præſertim profundiore, locorum paludoſorum lapſant gradus, nec firmi ſunt, antequàm ad firmius ſolum, quale eſt petricoſum, pervenerint fugientes.

4. In-

pe. 4. Indidit ori meo canticum novum, *in* laudem Dei noſtri; multi viderunt & reveriti ſunt, ſpémque in Jehova poſuerunt. 5. Felicem virum, qui Jehovam fiduciam ſuam conſtituit, nec ad ſuperbos, declinantéſque ad mendacium reſpexit! 6. Tot ſunt mirabilia, ô Jehova Deus mi, facta tua, & conſilia tua erga nos, ut recenſeri, apud te, nequeant. Prædicabo *tamen* ea & proloquar, *quamvis* majora ſint, quàm ut narrem. 7. Sacrificio

jutus, tenace luto ſe expediſſet, atque in rupe firma ſederet. 4. Quæ ejus miſericordiam laudibus & cantico novo extollentem multi viderunt, Deumque venerati in eo ſpem, opémque in eo collocarunt. 5. O felicem eum, qui in Creatore ſuas ſpes, opéſque ſuas collocavit, nec rationem ullam ſuperborum & mendacium habuit! 6. Tot ſunt miracula tua, ô Creator & Deus mi, ut enumerari apud te nequeant. Attamen ea commemorabo, apud te, & prædicabo apud te: quamvis enumerari non poſſint. 7. Victimis, & donariis, ſine pietate, nequaquam delectaris, ſed me tibi ſervire, in perpetuum,

4. *Indidit ori meo*] *Dedit in ore meo*; hoc eſt, mihi cauſam præbuit novo cantico ei gratiam agendi.

5. *Nec ad ſuperbos reſpexit*] לא פנה אל רהבים *lo phanah & rehabim*, non reſpexit ad ſuperbias, *vel* ſuperbos; hoc eſt, confugit ad homines, qui copiis iis ſuperbiunt.

Declinantes ad mendacium] שטי כזב *ſute chaz ib*, declinantes mendacii; hoc eſt, ad eos, qui ſpem reponunt in rebus fallacibus, quales ſunt humanæ opes.

6. *Tot ſunt mirabilia* &c.] *Multa feciſti, tu, Jehova Deus mi, mirabilia tua & cogitationes tuas erga nos, nemo ordinet apud te*, אין ערך אליך *en baroch elecha*, hoc eſt, ordine recenſere poſſit. *Symmachus* verterat: *οὐκ ἔστιν ἐκθέσθαι ἐπί σοι*, & Hieronymus: *non invenio ordinem coram te.*

Prædicabo tamen &c.] Supplementa vocabulorum *tamen* & *quamvis* neceſſaria eſſe, res ipſa oſtendit.

7. *Sacrificio & munere non es delectatus*] זבח ומנחה לא חפצת *zebahh ouminhhah lo hhaphaſtha* מנחה, *minhhah* eſt oblatio farris, cum victima ſemper conjuncta, de qua vide Levit. II, 1. & ſeqq. VII. 9. & ſeqq. & Num. XV, 1. & ſeqq. Negat autem Pſaltes, Deum delectari ſacrificiis & oblationibus farreis; non quòd Deus nollet Iſraëlitas, eo tempore, ſibi ſacra facere, priſco ritu; ſed quòd ſacrificia omnia ingrata ei eſſent, niſi accederet religioſus animus, & vita externæ pietati conſentanea. Vide Pſalm. LI, 18. Hoſ. VI, 6.

Aures perforaſti mihi] אזנים כרית לי *oznajim charitha li*: *Aquila ὠτία δὲ ἔσκαψάς μοι. Symmachus ὠτία δὲ κατεσκεύασάς μοι. Theodotion*, V. & VI. Editiones *ὠτία δὲ κατηρτίσω μοι. Hieronymus: aures fodiſti mihi.* Unde liquet ſequutos eos Intt. lectionem Hebraïci Codicis, quæ ſine dubio ſenſum loco aptum ſuppeditat; cùm enim mos eſſet ſervis, qui ſe in perpetuam ſervitutem addicebant, aurem perfodi, ut liquet Exod. XXI, 6. XV, 17. ſignificat Pſaltes, Deum non tam obſequio Iſraëlitarum in offerendis victimis delectatum, quàm perpetuâ legum ſuarum obſervatione. At LXX. Intt. habent hic *σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι*, unde nonnulli collegerunt legiſſe eos pro אזנים *oznajim* עצם *betſem*, corpus. Sed ſenſus vix ullus eſt in verbis: *pertudiſti mihi corpus.* Quam cauſam, præter conſenſum aliorum Græcorum Intt. eſſe puto, cur quidam Codices habeant pro *σῶμα*, *ὠτία* apud LXX. Intt. Hinc in Catenæ Corderianæ Paraphraſi, aut breviore explicatione, ad hæc verba *ὦτα δὲ κατηρτίσω μοι* legimus: *ἀλλ᾽ ὑπακοήν μοι ἀπῄτησας μόνον, ὦτα γὰρ τὴν ὑπακοὴν λέγει*: *Sed ſolam obedientiam à me exegiſti, per aures enim intelligit obedientiam.* Similia habet in Commentario *Theodorus* Heracleota.

Attamen ſcriptor ad Hebræos ita hunc locum citat Cap. X, 5. ut *σῶμα* legiſſe eum adpareat, niſi, ut quidam volunt, ita mutaverit, ut locum hunc rei ſuæ aptaret. Anonymus in *Theodori* Commentario, niſi pro *Ἄλλος alius* legamus illic *ἄλλως aliter*, ita ut adnotationis auctor ſit idem ille *Theodorus*: *Τὰ δὲ ὠτία κατηρτίσω μοι, Παῦλος εἰς σῶμα* (non *σώματα*, ut legitur in Cod. Corderiano) *λαβὼν εἴρηκεν, οὐκ ἀγνοῶν τὸ Ἑβραϊκὸν, ἀλλὰ εἰς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν τούτῳ χρησάμενος*: *illud autem*, aures perfeciſti mihi, *Paulus ad corpus referens dixit, non ignorans Hebraicum, ſed ad proprium ſcopum hoc uſus.* Verùm ſatis conſtat Epiſtolæ ad Hebræos auctorem nec Paulum fuiſſe, nec Linguæ Hebraïcæ peritum; quod & nos oſtendimus in Hiſtoria Eccleſiaſtica ad ann. LXIX. Sæculi I. *Grotius*, in Epiſtolam ad Hebræos oſtendit ſe, crediſiſſe ejus Scriptorem pro *ὠτία* poſuiſſe *σῶμα*, deinde ad id exemplum, in Codd. Verſionis LXX. Intt. mutationem factam eſſe, quales & alibi obſervavit. Fecit autem hoc, ut putat vir ſummus, ut ſenſum myſticum magis exprimeret; non enim in Chriſto auricula portæ, ſed corpus totum cruci aptatum eſt, in obedientiæ teſtimonium, & auricula illa, in Lege, pars erat, ſimúlque ſignum totius corporis, quod hero addicebatur. Non nego quidem interdum ex Novi Teſtamenti citationibus mutatum exemplar LXX. Intt. ut Pſ. XIII, 3. (ex diviſione Græcorum) addita ſunt, & quidem perperam, in Codicibus nonnullis multa ex Pauli citatione verba. Sed Apollo, aut quicumque alius fuit Epiſt. ad Hebræos ſcriptor, non videtur tam inſignem mutationem feciſſe, in loco hujus Pſalmi, ea tantùm de cauſa, quòd meliùs exprimeret ſenſum myſticum; Helleniſtæ enim Judæi hanc eſſe depravationem meram queſti eſſent, eáque ratione quævis poſſe in V. T. inveniri. At cùm legeretur in verſione Græca, ab iis teri ſolita, vox *σῶμα*, tum citaſſe videtur prout erat, atque inde, pro more Helleniſtarum, eſt argumentatus. Quin & verba, prout habent in Codicibus Hebraïcis, Chriſto minùs rectè aptari poſſunt, quàm ſi relinquamus *σῶμα*; cùm enim Deus ſacrificia Legis, ſine interna animi religione & ſanctis moribus, aſpernaretur, rectè induci poteſt Chriſtus dicens ſe Patri ſanctitatem

crificio & munere non es delectatus, aures perforaſti mihi, nec holocauſtum, aut ſa-
crificium pro peccato petiiſti. 8. Tum dixi: en veni, *prout* in volumine ſcriptum eſt
de me. 9. Delectatus ſum parendo voluntati tuæ, & lex tua in mediis viſceribus meis
eſt. 10. Nunciavi juſtitiam *tuam*, in multo cœtu, nec labia mea *ea de re* cohibebo: tu
noſti, Jehova. 11. Non occului in animo meo veritatem tuam, ſed liberationem tuam
proloquutus ſum; non reticui beneficentiam & veracitatem tuam, in magno cœtu.
12. Tu verò, Jehova, ne cohibe erga me miſericordiam tuam; beneficentia & fi-
des tua perpetuò cuſtodiant me. 13. Circumdederunt enim me *tot* mala, nullus ut
eorum ſit numerus. Adſequutæ ſunt me iniquitatum mearum pœnæ, nec poſſum vi-
dere.

petuum, voluiſti. 8. Tum verò dixi me adeſſe, ut tibi parērem, nam ſcriptum eſſe in volumine Legis, de me: 9. ad exſequendam voluntatem tuam paratus ſum, Lex tua in viſceribus meis eſt. 10. Juſtas tuas leges, in frequente Iſraelitarum cœtu, nunciavi. 11. Juſtam tuam voluntatem non celavi in animo meo. Veritatem non celavi in animo meo. Veritatem, & Salutem tuam apertè proloquutus, ſum; nec cùm eſſem in medio cœtu celavi tuam miſericordiam, ſed veritatem tuam in medio cœtu proloquutus ſum, pluribus audientibus. 12. Tu vero, ô rerum omnium Creator, ne me miſericordiæ expertem eſſe patere, ſed me, pro beneficentia tua inexhauſta atque inconcuſſa fide, ſemper incolumem ſervato. 13. Me cingunt tot mala, nullus ut ſit iis numerus. Me adſequutæ ſunt pœnæ mihi debitæ, vixque poſſum oculis meis uti. Superant capillorum meorum numerum, nec ani-

tatem obtuliſſe, In oblatione corporis, quod nullo peccato commaculatum fuerat. Maluit tamen Apollos vocem σῶμα adhibere, quia argumentabatur in homines, qui eam tranſlationem admittebant. De Davide, quî poſſit res intelligi, nemo non videt.

Nec holocauſtum &c.] Vide ad commatis prima verba & Pſ. LI, 18, 19. Petebat quidem Deus ſacrificia, ſed præſertim morum emendationem. Poſſet tamen hîc ſermo eſſe de delicto tam gravi, ut nullum ei ſacrificium, expiationis causâ, Deus impoſuiſſet; quale eſt delictum de quo Pſ. XXI.

8. *Prout in volumine ſcriptum eſt de me*] במגלת ספר כתוב עלי *bimgillath ſepher chathoub halai*. *Aquila* ἐν εἰλήματι τοῦ βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. *Symmachus* ἐν τῷ τεύχει τοῦ ὁρισμοῦ σου. *Hieronymus*: *in volumine libri*. Satis habuimus *in volumine ſcriptum eſt*, quia nulla eſt in his verbis ambiguitas, nec *volumen libri* ſolent dicere Latini. LXX. Intt. ἐν κεφαλίδι βιβλίου, non quòd ignorarent מגלת *megillah* eſſe volumen, ſed quia è bacillo, cui circumvoluta erat voluminum pergamena, hinc inde eminebant κεφαλίδες, ſeu *capitella*, unde Helleniſtæ volumina tota κεφαλίδας vocabant; quomodo ſæpe vertunt vocem Hebraïcam, quæ hîc eſt, ut Kircherianæ Concordantiæ, ſi opus eſt, docebunt. Sic & ἐξοχὰς πύργων *eminentias turrium* veteres vocebant κεφαλίδας, ut ait *Euſtathius* Ed. Rom. pag. DCCCCIII, 5. Ceterùm totum volumen non eſt ſimile capiti, ſed tantùm illæ ἐξοχαὶ de quibus diximus, quales cernuntur etiamnum hodie, in Synagogarum Judaïcarum voluminibus, unde καταχρηστικῶς totum volumen dictum eſt κεφαλίς.

Si Davidis, & quidem Regis, ſit hic Pſalmus, commodè intelligi poteſt lex, in qua Deut. Cap. XVII, 14. & ſeqq. officia Regis leguntur, & de ſe ipſe loquitur David. Aptari & hæc poſſunt Chriſto, qui reverâ in mundum venit, ut parēret voluntati Dei Joan. XVIII, 37. nec paullò meliùs patuit, quàm David. Ejus officium partim etiam deſcribitur Deut. XVIII, 15. & ſeqq. quatenus nihil niſi verè à Deo acceptum promulgaturus eſſet, quaſi divinam revelationem.

9. *Delectatus ſum parendo* &c.] Hæc in Davidem, ſine exceptione, non quadrant, non levia enim admiſit ſcelera; ſed per omnia conveniunt Chriſto, qui peccati omnis expers fuit.

In mediis viſceribus meis] Hoc eſt, in intima mei parte, nimirum, animo. Sic & Jobi XXXVIII, 36. & alibi מעים *mehim*, viſcera animum ſignificant. Hoc vult Pſaltes, Leges divinas non *in ore* tantùm ſibi eſſe, ut ſimulatoribus Religionis, ſed altè in animum deſcendiſſe. Verum multò pleniùs hæc in Chriſto impleta ſunt, ut & omnia quæ ſequuntur verſ. 10, & 11.

11. *In animo meo*] *In medio cordis mei.*

13. *Nullus ut eorum ſit numerus*] *Uſque ad nullum numerum.*

Adſequutæ ſunt me] Hæc nonniſi coactè de Chriſto dici queant, nec totus Pſalmus ad illum propterea, ut multi faciunt, vi detorquendus eſt. *Adſequi* autem mala eum dicuntur, qui ea patitur; quia ultio divina quaſi ſontes ſequens intelligitur, atque eos tandem adſequens. Eadem loquutio Deut. XXVIII, 15, & 45. *Plato* Lib. V. de Republica: τιμωρία δ' ἀδικίας ἀκόλουθος πάσης, ἣς ὅτε τυχὼν καὶ μὴ τυγχάνων ἄθλιος· ὁ μὲν οὐκ ἰατρευόμενος· ὁ δ' ἵνα ἕτεροι πολλοὶ σώζονται ἀπολλύμενος: *pœna injuſtitiam omnem ſequitur, quam pœnam qui luit, & qui non luit miſer eſt; ille quidem, quia non curatur, alter verò, quia, ut multi alii ſerventur, interit.* *Horatius* III. Od. II, 31.

Rarò antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

Ad quem locum vide *Dionyſ. Lambinum.*

Iniquitatum mearum pœnæ] עונתי *havonothai*, iniquitates meæ. Sæpe ſignificat pœnas iniquitatis. Vide Gen. XIX, 15. Levit. XXV, 9.

Nec poſſum videre] Præ miſeria cæcus factus ſum. Vide 1. Sam. III, 2. IV, 14. 1. Reg. XIV, 4.

dere. Superant capillos capitis mei, & animus me reliquit. [14]. Velis, Jehova, liberare me, feſtina ad auxilium meum, Jehova. [15]. Pudore & ignominiâ perfundantur ſimul, qui vitam mihi eripere conantur. Vertantur retrorſum, & pudefiant, qui malo meo delectantur. [16]. Devaſtabuntur, *&* loco mercedis erit eis pudor, qui dicunt mihi: Euge, Euge. [17]. *Contrà* gaudebunt & lætabuntur in te, quicumque te quærunt; dicent qui amant ſalutem à te acceptam: in perpetuum magnopere laudetur Jehova. [18]. Ad me vero quod adtinet adflictum & egenum, Dominus cogitabit de auxilio mihi ferendo; tu qui liberator meus es, Deus mi, ne morêris.

Laudat eos David, qui pauperem non ſpernunt, qui Deo curæ eſt, crudelitatem inimicorum deſcribit, Deique pacem orat.

PSALM XLI. [1]. PRÆFECTO, CARMEN DAVIDIS. [2]. Felicem qui rationem habet tenuis! Jehova eum, die malâ, liberabit. [3]. Jehova cuſtodiet eum, vitam ei conſervabit, beatum reddet *eum* in terra *Iſraëlitide*, neque libidini hoſtium tradet. [4]. Jehova
ſuſ-

animus ullus mihi ſupereſt. 14. Libera me, ô mi Creator, & mihi quam primùm auxilio eſto. 15. Ignominiâ adficiantur quicumque vitæ meæ inſidiantur. Cogantur fugam capeſſere, & pudeat eos, qui calamitate meâ delectantur. 16. Pro mercede erit iis infamia, qui mihi illudunt. 17. Gaudio contià, propter te, exſultabunt quicumque te colent, & qui ſalutem à te acceptam magni facient; magnopere laudetur Creator. 18. Ad me verò quod adtinet, qui ſum triſtis atque egenus; viderit Deus quomodo me ſit adjuturus. Tu à quo liberationem exſpecto, ô Deus, ne diutiùs rem differas.

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS CARMEN ad Præcentorum Præfectum miſſum. 2. Felix cenſendus, qui erga pauperes beneficus eſt; Deus enim eum à rebus adverſis liberabit. 3. Creator erit ei cuſtodis inſtar, vitâmque ei ſervabit, & eum in Iſraëlis terra incolumem, invitis hoſtibus, præſtabit, atque eum libidini eorum eripiet. 4. Creator eum ægrotantem, lectóque jacentem incolumem præſtabit, & pro morbis, quibus laborabit, ſanitatem ei, reſtituet, in Iſraëlitarum agris. Quamobrem decumbens in
lecto

14. *Velis*] רצה *rtſe*, quod verbum bonam voluntatem ſignificat, unde רצון *ratſon*, favor. Eſt ergo perinde ac ſi diceret: ita mihi faventem te reperiam, ut me liberes.

15. *Qui vitam mihi eripere conantur*] *Quærentes animam meam* לספותה *liſphotha*, ut eam abſumant.

16. *Loco mercedis erit eis pudor*] על עקב בשתם *hal hekeb boſchtham*, ad mercedem pudor eorum. Vide apud *Chr. Noldium* ſignif. particulæ על XXIII.

Euge, Euge] האח האח *heahh heahh*; interjectio malis Pſaltæ gaudentium. Vide Pſ. XXXV, 22.

17. *In te*] Propter te, quòd tibi ſint cari.

Te quærunt] מבקשיך *mbakkeſchau*; hoc eſt, qui te invocant & ad auxilium tuum confugiunt.

Salutem à te acceptam] *Salutem*, aut *liberationem tuam*.

18. *Ad me quod adtinet*] ואני עני *veani hani*. Quòd veluti abſolutè dicitur. Vide apud *Chr. Noldium* particulæ *ambiguæ* ſignif. LV. & infrà Pſ. XLI, 13.

Cogitabit de auxilio mihi ferendo.] יחשב לי *jahhaſchob li bezrathi*, cogitabit mihi auxilium meum.

COMMENTARIUS
In PSALM. XLI.

1. Q*Ui rationem habet tenuis*] משכיל אל דל *maſchil el dal*, intelligens ad tenuem; hoc eſt, qui ſe ſapienter erga tenuem gerit, vel qui adtendit pauperem. Vide Prov. XVI, 20. & Nehem. VIII, 13.

3. *Vitam ei conſervabit*] יחיהו *jehhjihou*, faciet eum vivere.

Beatum reddet eum] יְאֻשַּׁר *fiet beatus*. Vertimus, Latinæ Linguæ cauſâ, quaſi eſſet יְאַשֵּׁר *beatum faciet.*

Libidini hoſtium tradet] תתנהו בנפש איביו *thittheneheu bnepheſch ojebau*, ne tradas eum in animam hoſtium, *aut* inimicorum ejus. Primum verbum vertimus, quaſi eſſet tertia perſona, quod Latinè loquentis oratio meliùs cohæreret. בנפש eſt pro לנפש *lnepheſch*, animæ; hoc eſt, libidini hoſtis malè eum habituri. Vide Pſ. XXVII, 12.

4. *In lecto, in quo languebit*] *In lecto languoris.*

Omnem ejus decubitum &c.] כל משכבו הפכת בחליו *chol miſchchabo haphachtha behholjo*; hoc eſt, decubitum ægroti mutaſti, ut poſtea meliùs ſe habere ſenſerit, útque placidè dormiverit in lecto, in quo antea jactabatur. משכב non tantùm *lectum* ſignificat, ſed etiam decubitum. Vide Num. XXXI, 18, 35. Jud. XI, 12. &c.

5.

ſuſtentabit eum in lecto, in quo languebit. Omnem ejus decubitum in infirmitate ejus vettiſti, ô Deus. 5. Ego dixi: Jehova, miſerere mei, ſana me, quia in te deliqui.

6. Inimici mei maledixerunt mihi, & quando, *inquiebant*, morietur & nomen ejus peribit? 7. Si *quis* veniret, ut *me* viſeret, falſa loquebatur, animus ejus colligebat ſibi iniquitatem; ut cùm foras egreſſus eſſet, *eam* proloqueretur. 8. Simul contra me muſſitabant omnes qui me odio habebant, mihi malum moliebantur. 9. Verbum, *inquiebant*, hominis nequam in eum effundatur; &, qui decubuit, ne ampliùs ſurgat. 10. Etiam vir cum quo pacem colebam, & cui fidebam, qui pane meo veſcebatur, in me calcem ſuſtulit.

11. At tu, Jehova, miſerere mei, fac ut ſurgam, & ei *paria* reddam.

12. Hac

lecto eum invocabit atque ab eo incolumitatem & ſanitatem impetrabit. 5. Ego igitur miſericordiam ejus precibus imploravi, quamvis non diffitear a me offenſum, & quidem mea ipſius culpâ. 6. Inimici mei, diris precibus me proſequuti, quando, inquiebant, morietur David, & nominis ejus memoria exſtinguetur? 7. Si quis me ægrum viſeret, me falſis blanditiis adhibitis adloquebatur, & in eo peccabat, quod pejor fieret; nec eo ſecius mihi detraheret, cùm domo meâ egreſſus eſſet. 8. Una cum illo mihi detrahebant inimici mei, & mali quiddam contra me moliebantur. 9. Agnoſcamus oportet, inquiebant, eſſe hominem nequam, optandumque, eum numquam ex morbo (quo laborabam) convaleſcere. 10. Etiam ii, cum quibus nullas inimicitias exercueram, & quibus fidebam, homines quos alebam, in me cum eo conſpirabant. 11. At tu, ô Creator, da ut ei par pari reddere poſſim. 10. Quod ſi mihi largiaris, ea re intelligam me tibi non diſplicere; præſertim ſi audiverim inimicum meum non audere verbis meis obloqui, nec calamitatibus meis palam gaudere.

11. Ad me verò quod adtinet mei miſertus fac ut

5. *Sana me*] *Sana animam meam.* Hinc liquet Pſalten tum ægrotaſſe; ſive David ille fuerit, ſive alius.

6. *Maledixerunt mihi*] אמרו רע לי *jomerou rab li*; hoc eſt, malè precabantur mihi, ut ſequentia oſtendunt. Alioqui poſſet quis ſuſpicari, hîc רע *rab* eſſe pro ברע *berab*, & vertendum: *inimici mei dixerunt, cùm mihi malè eſſet, quando morietur?* &c. Vide Exod. V, 19. Pſ. X, 6. Sin minùs, neceſſe erit ſupplere, *inquiebant*, ut fecimus.

Nomen ejus peribit] Pnſteritas ejus tota exſtinguetur, eáque exſtinctâ, nominis ejus nulla erit memoria.

7. *Animus ejus*] *Cor ejus.* Quod alii conjungunt cum *loquebatur*, alii cum *colligebat*. Prætulimus poſterius, quia coram ægro Pſalte inimici non ex animo loquebantur, ſed labiis tantum benevolentiam ei teſtabantur.

Colligebat ſibi iniquitatem] יקבץ און לו *jikbats aven lo.* Ex iis quæ audit apud me dici, quæque videt fieri, conatur colligere neſcio quod ſcelus è me admiſſum, quod mox in publicum efferret, quaſi exploratum.

9. *Verbum hominis nequam in eum effundatur*] דבר בליעל יצוק בו *dbar blijabal jatſukk bo.* Quorum verborum quæ ſit ſententia non eſt facile dictu. LXX. Intt. λόγον παράνομον κατέθεντο κατ' ἐμοῦ, quaſi legiſſent בי *bi*, non בו *bo*. Sermonem verò iniquum videntur intellexiſſe verba ſequentia: *& qui decubuit* &c. *Symmachus:* λόγος παράνομος ἐκκέχυτο ἔνδον αὐτῶν, quaſi legiſſet בם *bam*. *Hieronymus: verbum Diaboli infundebant ſibi*, quod quid ſit non adſequor. Pleri que Recentiorum, intelligunt *rem malam*, quam *adhærere* Pſaltæ ejus inimici dictitabant, unde natus eſſet morbus. Primùm obſcurum eſt loquendi genus דבר בליעל *dbar belijabal*, verbum, *aut* res hominis nequam. His verbis intelligi queat quod homo nequam dicere ſolet, vel imprecatur, idque ſequentibus contineri, *& qui* &c. Vel quod in hominem nequam dicitur, cui mors ægrotanti optatur, ne nocere ſibi & aliis pergat, ſi ſanitatem ſuam recuperet. Vocula יצוק *jatſouk* non minùs ambigua eſt. Poteſt eſſe futurum *Kal*, verbi in conjugatione *Hiphil* uſitatioris, in qua eſt *arctare*, *facere ut quidpiam alii rei adhæreat*; unde vertunt hîc *adhæret*, aut *adhærebit ei*. Poteſt etiam eſſe participium *Pahul* à יצק *jatſak*, liquefecit. Sic vertimus, non quòd certum putaremus, ſed quia nihil melius occurrebat, hoc ſenſu: ei contingat quod de hominibus nequam dici ſolet; hoc eſt, quod ſolent homines pravis hominibus imprecari.

10. *Cum quo pacem colebam*] איש שלומי *iſch ſchlomi*, vir pacis meæ. Citatur hic locus Ioan. XIII, 18. cum ſollemni formula, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ; ſed hoc loquendi genere non ſemper ſignificari ejuſmodi verba eſſe vaticinia, verùm id contigiſſe quod ſimile erat rei, de qua primùm prolata fuerant, oſtendimus ad Manh. IV, 14. in additamentis ad *Hammondum*. Itaque hinc non eſt continuò colligendum Chriſti typum hac in re fuiſſe Pſalten, aut hæc verba, totúmve Pſalmum ad Chriſtum pertinere.

In me calcem ſuſtulit] הגדיל עלי עקב *bigdil balai bakeb.* LXX. Intt. ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν, Vulg. *magnificavit ſuper me ſupplantationem.* *Aquila:* κατεμεγαλύνθη μου πτέρνα, incommodè; deteriùs etiam *Symmachus:* κατεμεγαλύνθη μου ἀκολουθῶν. & *Hieronymus: levavit contra me plantam*, ſed עקב *calx* eſt, non planta. Optimè habet Joannes Evang. XIII, 18. ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. Reſpicitur enim ad calcitrationem, ſeu λακτισμὸν jumenti, quod calcibus ferit. Verbum הגדיל, ſequente præpoſitiune על eſt ſe *extollere ſupra* alios Pſ. XXXV, 26. XXXVIII, 17.

11. *Paria reddam*] Redolent hæc ea tempora, quibus ulciſci injurias licere vulgò putabant. Longè hæc remota ſunt ab indole Chriſti, qui crucifixoribus oravit à Deo veniam; nec in cœlum evectus tam crucifixionem ultus eſt, quàm Judæorum contumaciam in pravis moribus; quâ ſibi pœnas contraxerunt, quas ſolâ re-

12. Hac re intelligam me tibi placere; ſi inimicus meus contra me lætus voces non tollat. 13. Me verò quod adtinet, in integritate mea me ſuſtentaſti & coram te in perpetuum ut conſiſterem fecisti. 14. Benedictus ſit Jehova Deus Iſraelis, ab æterno, in æternum! Amen, Amen.

Vir pius cultu publico Dei Iſraëlis excluſus conqueritur, ſed ad Deum converſus, ab ejus miſericordia, reſtitutum ſe iri ſperat.

PSALM XLII. 1. PRÆFECTO, CARMEN ERUDIENS FILIORUM CORACHI. 2. Quemadmodum ad decurſus aquarum anhelat cervus: ſic & animus meus anhelat ad

ut paria ei rependam, qui contra me ita ſe geſſit. 12. Hinc demum intelligam tibi non diſplicere, ſi inimicus meus, lætis vocibus inſurgere non auſit. 13. Me hactenus ceteroquin integritate mea frui voluiſti, utque ea fruerer effeciſti. 14. Omnes vero Deo Iſraelitarum in æternum benedicant. Amen.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN erudiens poſterorum Corachi, ad Sacræ Muſicæ Præfectum. 2. UT cervus, poſt longum curſum, ſiti laborat, ad decurſus aquarum a montibus anhelat, nec quieſcit, donec aquam

reſipiſcentià vitare potuiſſent, qua de re eos non ſemel monuit. Alibi etiam ſunt quæ oſtendunt à viris iis, pro temporis modulo, dicta, quæ Chriſtianis omnibus ſunt vetita.

12. *Hac re intelligam me tibi placere*] בזאת ידעתי כי חפצת בי *bzoth jadahthi chi bhaphatſtha bi*, in hoc novi te delectari me. Sed de re futura agitur.

Si] כי *chi*. Vide ad Pſalm. II, 12.

13. *Me quod adtinet*] ואני *veani*. Vide ad Pſ. XL, 18.

14. *Coram te*] In terra tua, atque ad Templum tuum; quorum locorum incolæ cenſebantur eſſe לפני יהוה *coram Jehova*, & *videre ejus faciem* quia Deus iis, ſingulari ratione, aderat. Vide Exod. XXIII, 5. & Pſ. XVII, 15.

14. *Benedictus* &c.] Hæc *δοξολογία* eſt ejus qui collegit Pſalmos, & in libros fortè diviſit, niſi ſic jam diviſos invenerit; ſive Eſdras ille fuerit, ſive alius. Qua de re diximus, in Diſſertatione de Libro Pſalmorum.

COMMENTARIUS
In PSALM. XLII.

1. F*iliorum Corachi*] לבני קרח *libne Korach*. Inſcriptio hæc ambigua eſt, cùm לבני *libne* verti queat *filiorum* & *filiis*. Si priùs admittatur, Pſalmus hîc erit à Corachita pio, aut à pluribus ejus familiæ ſcriptus; ſi poſterius ſignificabit *ἐπιγραφῆς* auctor miſſum hunc Pſalmum, ut & alios, ad familiam Corachitarum, ut in Templo ab iis caneretur. Ac ſanè Corachitas, hoc eſt, Corachi poſteros, inter ceteros Levitas, miniſterium ſacrum in Templo obiiſſe docemur 1. Par. VI. 33. IX, 19. XXVI, 1. & 2. Par. XX, 19. ubi Korachitæ ſurrexiſſe dicuntur ad Deum laudandum. Nec tamen quidquam vetat quo minùs fuerit aliquis, aut etiam plures in ea familia à Deo Pſalmodiæ dono ornati, qui aliquot Pſalmos in uſum publicum conſcripſerint. Cui ſententiæ favet, quòd, ſi ad Korachitas miſſus eſſet hic Pſalmus, ut ab iis canerentur, ſcriptum potiùs eſſet *Præfecto filiorum Korachi*, *carmen erudiens*, ita ut ad eorum Præfectum miſſus intelligeretur, ut ejus exemplaria ſingulis cantoribus divideret; quam Inſcriptionem videmus eſſe Pſ. XLIV. & quinque proximè ſequentium. Pſalm. LXXXIV. inſcribitur; *Præfecto citharæ Gathenſis*, *filiorum Korachi*, *Carmen*; LXXXV, *Præfecto filiorum Korachi Carmen*; LXXXVII. *Filiis Korachi Carmen*; LXXXVIII, *Filiis Korachi Præfecto* &c. Quibus tamen, ſi quis malit idem ſignificari, non intercedo; hîc enim in tenebris palpamur; nec quidquam certi invenire licet, aut quaſi exploratum adfirmare.

2. *Ad decurſus aquarum anhelat cervus*] כאיל תערג על אפיקי מים *cheajal thaarog hal aphike majim*. Verterunt LXX. Intt. *ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ὁ ἔλαφος*; *Aquila ὡς αὐλὼν πεπρασιωμένος*, *ut vallis*, aut *campus areolis inſtructus eſt*, quem, nonnihil mutatis verbis, ſequuta eſt VI. Editio: *Symmachus*, *ὡς ἐπιδει ἔλαφος*. Hieronymus, *ſicut areola præparata*. Quærendum an ערג ſignificet *cupere*, an *ſitire*, an *feſtinare*; deinde quid ſit איל *ajal*.

Res ipſa oſtendit agi de vehementi aquæ deſiderio, aut ſiti, idémque liquet ex Joël. I, 20, ubi Propheta de brutis quibusvis: *etiam majora bruta ſilveſtria* תערג אליך *ad te clamant* aut *anhelant*, *quia exoruerunt decurſus aquarum*. Alibi vox non exſtat: Poſſet fortè verti *rudere*, propter locum Joëlis, ſed ibi quoque cupiditas aquæ, ad ſedandam ſitim, ſignificari poteſt; quæ *anhelitu* ſignificatur, æquè ac *ruditu*. Quare cùm *anhelare* ſit & cupientium & ſitientium hoc verbum, poſt alios Recentiores plures, hîc potiùs elegimus, & quàm proximè acceſſimus ad

ad te, ô Deus. 3. Sitit animus meus Deum; ad Deum vivum quando veniam & conſpiciar *ante* faciem Dei? 4. Fuerunt mihi lacrimæ meæ, inſtar panis, interdiu & noctu, cùm mihi quotidie diceretur: ubi eſt nunc Deus tuus? 5. Recordabor horum, & effundam in me animum meum, nam tranſibo ad Tabernaculum, & me conferam ad

aquam invenerit: ſic, ô Deus, animus meus ad te anhelat. 3. Cupiditate ardeo me ſiſtendi tibi in Sacrario tuo, ut illic te adorem, coram omnibus. 4. Hactenus, dum apud Philiſthæos morabar, lacrimis meis veluti alebar, interdiu & noctu, cùm Idololatræ me rogarent ubi eſſet tunc temporis Deus ille, Deus, quem adeò jactabam? 5. Tum verò apud me dixi, me non mandaturum oblivioni ejusmodi

ad LXX. Intt. ſimúlque ad naturam cervorum, qui anhèlo curſu ad aquas ſitibundi feruntur, quod multis oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. III. c. 17.

Aquila qui איל *el* legit & *αὐλῶνα* vertit, voce *πεπρασιάσθαι* uſus eſt, quia vocula ערוגה *barougah*, quæ eſt litteris ſaltem huic verbo adfinis, *πρασιὰν*, vel *aream* horti ſignificat; unde procudit, ut ſolet, verbum *πρασιάζειν* præſente notâ, ſed cujus ſenſus eſt loco ineptus. Verum quidem eſt איל *el* interdum eſſe *campum*, *planitiem* ut Gen. XIV, 6. ſicut & אילון *elon*; ſed hîc multò rationi convenientius eſt *cervum* vertere. Cur *Symmachus* תערג vertenit *feſtinat* non intelligo, niſi quòd conjecturâ eò deductus ſit, quæ tamen cum loco Joëlis adlato ſtare non poteſt. Sed incommodiſſima eſt omnium verſio *Hieronymi*, ex Hebræo, qui *Aquilam* partim quidem ſequutus eſt; at Hebraicorum verborum rationem nullam habuit, vertit enim quaſi eſſet כערוגה ערוכה cheharough harouchа, *quaſi areola præparata ad irrigationes aquarum*, omiſſâ planè voculâ איל, quam alii omnes Intt. legerant. Præterea על אפיקי מים vertit *ad rigationes aquarum*; ſed אפיק *aphik* eſt potiùs *alveus*, aut certè *decurſus* aquæ, quod locus Joëlis maniſeſtò oſtendit.

Anhelat ad te] תערג אליך *thabarog eleha*, quod vertit *Hieronymus: præparato eſt ad te*, quaſi legiſſet, aut putaſſet legendum תערוך *thabaroch*. Meliùs multò LXX. Intt. *οὕτως ἐπιποθεῖ σε*. Vehementer adpetebat vir pius, à quo hic Pſalmus ſcriptus, Jeroſolimam redire, ut in Templo Deum coleret; nec meliùs deſcribi potuit id deſiderium, quam *ſiti*, quâ nihil acrius eſt, ſi paullò major ſit. Vide & Pſ. LXIII, 1. Hamoſ. VIII, 11. Exempla hujus loquendi generis congeſſit *Thomas Gatakerus*, de ſtylo N. T. c. XX.

3. *Ad Deum vivum*] Verſabatur Pſaltes inter Ethnicos, qui *Deos mortuos* colebant; hoc eſt, Reges olim fato functos. Unde Pſ. CVI, 28. ſacra, quæ iis fiebant, dicuntur *ſacrificia mortuorum*.

Conſpicias ante faciem Dei] Hoc eſt, me ſiſtam ad Dei ſacrarium, ubi *facies Dei* eſſe dicebatur, ut ſæpe diximus. Vide Exod. XXIII, 17. XXXIV, 24. Eſt verò hîc Hebraicè: אראה פני אלהים *ereh pòne elohim*. Ubi poſt verbum ſubaudiendum את vel אל, *ante* vel *ad* ut Exod. XXIII, 15. XXXIV, 20. quæ particulæ alibi exprimuntur, ut Exod. XXIII, 17. Pſ. LXXXIV, 8. Alioquin ex litteris legere poſſemus אֶרְאֶה in Kal, *videbo faciem*. Sed aliter viſum Maſorethis. Ex hac autem interrogatione, vel exclamatione potiùs liquet in Pſaltæ poteſtate non fuiſſe redire, cùm vellet, Jeroſolimam quamvis etiamnum ſtantem; unde conjicere liceat ſcriptum fuiſſe Pſalmum, inter primam & tertiam Captivitatem Judæorum, Nabuchodonozoris juſſu, abductorum.

4. *Fuerunt mihi lacrimæ meæ, inſtar panis*] Quippe qui, cùm paſtum caperet, panem lacrimis ſuis madefaceret. Vide Pſ. LXXX, 6.

Cùm mihi quotidie diceretur] Babyloniis exprobrantibus cladem Hebræis, Deúmque irridentibus, quaſi cultores ſuos ſibi eripere non potuiſſet. Vide ſimiles blaſphemias 2. Reg. XVIII, 33. XIX, 12.

Ubi nunc eſt Deus tuus?] Inſultantis hæc ſunt, eóque ſpectant ut negetur Deus Hebræorum tantus fuiſſe, quantum eum deſcribebant; cùm cultores ſuos in captivitatem abduci pateretur. Vide Pſ. LXXIX, 10. CXV, 2. Eſ. XXXVI, 19. Jerem. II, 6, 8. & alia loca. Dura hæc erant Hebræis, & propemodum intoleranda; quamquam facilè poterant Babyloniis reponere, Deum ſibi opem non tuliſſe; non Babyloniorum potentiæ cauſâ, ſed propter ſua in ipſum delicta. Attamen crediderim paullatim hiſce calamitatibus adductos Hebræos fuiſſe, ut de altera vita cogitarent; quæ recepta & nota omnibus apud eos, ſub Seleucidis, fuit ſententia, ſi Sadducæos excipias.

5. *Recordabor horum*] Nempe, ut ea coram Deo commemorem, auxiliúmque ejus erga nos, & ultionem impiorum ſermonum petam; ut fecit Hezekias 2. Reg. XIX, 14. & ſeqq.

Effundam in me animum meum] אשפכה עלי נפשי *eſchphecha halai naphſchi*; hoc eſt, triſtitiam omnem meam (coram Deo) effundam, ſeu conteſtabor, opémque ejus implorabo; quod loquendi genus exſtat Job. XXX, 16. videtúrque idem hîc eſſe ac *effundere coram Deo cor* ſuum, quomodo loquitur Pſaltes Pſ. LXII, 9. & Hanna 1. Sam. I, 15. & Jeremias Lam. II, 19. Alioquin exiguâ mutatione legi poſſet hîc עליו *halau*, ad eum, hoc eſt, ad Deum, apud Deum, vel coram Deo.

Nam tranſibo ad tabernaculum] כי אעבר בסך *chi ehabor ebeſſach*. Particula *αἰτιολογικὴ* favet omnino ſententiæ adlatæ. Significat verò Pſaltes fore ut aliquando tamen ſibi liceret in Templum redire, quamvis tunc temporis Judæâ amotus eſſet. סך *ſach* vertimus Tabernaculum, quaſi idem eſſet ac סכה *ſucchah*, aut סוך *ſouch*, quæ propriè tabernaculum frondeum ſignificant. Hinc LXX. Intt. *ἐν τόπῳ σκηνῆς*, *Aquila ἐν συσκίῳ*, *in umbroſum*, *Hieronymúsque* eum ſequutus *ad umbraculum*, & Symmachus *εἰς τὴν σκηνήν*. Rectè putarunt ב *in* poſſe hîc ſumi pro אל *el*, adeò ut motum ad locum ſignificet; quod non eſt rarum. Vide *Chr. Noldium* ad ſig. III, XXXIV, & XXXV. Ipſum Dei tentorium apertè סך

ad Ædem Dei, cum voce læta & laudem *Dei reſonante*, *unà cum* multitudine feſtum celebrante.

6. Quid dejicis te, anime mi, & tumultuaris in me? Exſpecta *opem* Dei, nam adhuc

modi verba; ſed ea effuſurum, apud Deum in ejus Tabernaculos; fore enim ut feſto, dies celebrarem, cum populo Hebræo.

6. Cur verò ita animum abjicio, & tumultuantibus intra animum cogitationibus perturbor? Auxilium Dei potiùs eſt mihi exſpectandum, propter quod

ſoch aut סך vocatur Pſalm. LXXVI, 3. & Jerem. II, 6. Hic *Kamets* ſupponitur τῷ ס, quod fortè haud multò aliter pronunciabatur ac *Cholem*. Quod ſi minus placeret, poſſet per Cholem ſcribi; ne vox monadica ſit, quæ ad nullam radicem, adfinis ſignificatûs, referri queat, cùm ad סכך *ſochech* à Veteribus ſit relata, & pro Tabernaculo, ac proinde Templo ſumta ſit, quibus ſequentia manifeſtè favent. Nec ab iis omnino diſſentiunt recentiores Rabbini, ut Arabes nonnulli, *Aben. Ezra* & *Salomo Jarchi*, quamvis hic quoque *numerum* interpretetur. Qui poſteriorem hanc ſignificationem ſequuti ſunt, docere debuiſſent quî סך *ſach*, quod eſt aut à סוך ſouch, *unxit*, aut à סכך ſachach, *texit* ſignificare poſſit *numeroſum*, aut *turbam*, ut vertunt. Eſt quidem qui dicat *turbâ terram tegi*, ut à poſteriore verbo deduci queat, ſed abſurdâ originatione. Hîc ergo præſtitiſſet Veteres ſequi.

Et me conferam ad Aedem Dei] אדדם עד בית אלהים *eddaddem had beth elohim*. Primam vocem verterunt LXX. Intt. θαυμαστῆς, quòd legerint, ut putant viri docti, אדרת *addereth*, magnificentiæ. Sed *Aquila* προβιβάζων αὐτοὺς, *curans ut ante me progrediantur*, quam ſententiam Judæi etiam Arabes amplexi ſunt. *Henr. Hammondus*, ad hunc locum, *Abu-Walidi* auctoritate utitur, ad eum interpretandum, & poſtquàm dixit eum סך *ſach*, putaſſe eſſe *multitudinem*, aut *coetum*, addit, ex ejus ſententia, ſic eſſe intelligendum locum: *cùm tranſibam cum multitudine, quam ante me agebam ad Ædem Dei*; vult enim, ut ait, hunc eſſe ſignificatum verbi דדה *dadah*, ut perinde ſit ac *propellere ante ſe*, ut nutrix ſolet infantem; quo ſenſu etiam in Miſchna occurrit. Sic & R. *Tanchum* vertit, *curabam ut incederent*. Quod etiam Judæum Interpretem Arabem in notula confirmare obſervat. *Hammondo* adſentitur *Edmund. Caſtellus*, quem ſolum Recentiorum vim vocis adſequutum eſſe putat. Calculum ei quoque noſtrum adjiceremus, ſi perſuaſum nobis eſſet סך *cœtum*, aut *multitudinem* ſignificare. *Symmachus* habebat hîc διαβασταχθήσομαι, *bajulabor*, quaſi vellet Pſaltes ſe lecticâ eò delatum iri. Non intelligo cur ita verterit, niſi σκηνὴ vocarit carpentum tectum, aut lecticam; quam in Oriente uſitatam non videmus. *Hieronymus*, *tacebo*, quaſi huic voci & verbo דום *doum*, Silere, eſſet eadem ſignificatio. Quæcumque verò propria ſit vocis poteſtas, res ipſa oſtendit hîc tranſlationem ſignificari, cùm ſequatur *ad Ædem Dei*. Eodem ſignificatu occurrere putant אדדה *eddaddeh* Eſai. XXXVIII, 15. quod non negarim, quamquam locus eſt obſcurior. Alibi vox non exſtat. Volunt eſſe primam perſonam futuri *Hithpaël*, à דדה, pro אתדדה *ethdaddeh*; nec meliorem vocis formationem comminiſci poſſimus. Addunt אדדם dici, pro אתדדה עמהם *ethdaddeh bimmahem*; quod ſequerer etiam, ſi vocem, in ſuperioribus invenirem, ad quam referatur pronomen adfixum. Verti ergo quaſi hîc legeretur, ut apud Eſaiam, donec meliùs quidpiam inveniatur, & vim conjugationis reciprocæ retinui.

Cum voce læta & laudem Dei reſonante] בקול רנה ותודה *bkol rinnah vethodah*, in voce lætæ adclamationis & laudis; nempe, Dei.

Unà cum multitudine feſtum celebrante] המון חוגג *hamon hhogeg*. Subauditur, עם *him*, cum aut ב *in*, vel abſolutè hæc ſumuntur. Hæc autem ſibi pollicebatur fore pius Hebræus, qui hæc ſcribebat; nec quidquam vetat voti compotem factum, ante ultimam, quæ ſub Sedekia contigit, captivitatem, Templique & Urbis everſionem.

6. *Quid dejicis te anime mi* &c.] מה תשתוחחי נפשי *mah thiſchthobhahhi naſphſci*. Inter hæc & ſuperiora, quibus Pſaltes confidentur ſibi res ſecundiores pollicetur, intelligendum eſt breve ſilentium interfuiſſe; quo vir pius, præſenti ſtatu rerum perpenſo, cœpit dubitare annon plus ſperaret, quàm licebat. A qua dubitatione ſemet ipſe, his verbis, revocat. Viri docti ſimilia apud *Homerum* jam dudum notarunt. Sic Ulyſſes Iliad. Λ. deliberans an Trojanis tergum verteret, quod pudendum erat, an verò ſe circumveniri ſolum, quod deterius fuit, pateretur, ſe ipſe revocat, his verbis, verſu 407.

Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός;

Sed quid mihi mens hæc ratiocinatur animus? Idem verſus repetitur, eodem ſenſu, Iliad. Χ, 122. Semet ipſe idem Ulyſſes compellat, his verbis Odyſſ. Υ, 17.

Στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ,
Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

Percuſſo verò pectore, cor hoc verbo adloquutus eſt: fer ſanè cor, & deterius aliquando es paſſum. Sic & *Pindarus* Od. Olym. I, 7.

Εἰ δ' ἄεθλα γαρύεν
Ἔλδεαι, φίλον ἦτορ.

Si certamina canere cupis, mi anime. Cæterùm anima dicitur משתוחחה *ſe dejiciens*, ſeu *incurvans*, quæ metu incipit labefactari. *Aquila* κατακύπτου, *Symmachus* κατακάμπτεσθαι, *Hieronymus*, *incurvari* vertêre. Sic & *Perſius curvas in terras animas* dixit, pro abjectis Sat. II, 61.

O curvæ in terras animæ & cœleſtium inanes!

Tumultuaris in me] ותהמי עלי *vatthemi halai.* LXX.

huc eum laudabo, liberatio *enim* eſt à facie ejus 7. O Deus mi, in me animus meus ſe dejicit, propterea recordabor tui, è terra *quæ eſt ad* Jordanem & montes altos, éque mi-

quod eum laudabo: is enim eſt, qui me liberaturus eſt. 7. O mi Deus, animum propemodum deſpondeo, nec tamen propterea tui obliviſcar; erit enim tempus, quo beneficiorum tuorum ſim memor, in terris, quæ ſunt ad Jordanem & Libanum montem, ad ortum, atque ad alios mi-

LXX. Intt. *συνταράσσεις με*, *Symmachus θορυβῇ κατ' ἐμοῦ.* Sed המה potiùs eſt *tumultuari*, quod etiam *ἐμφατικώτερον.* Vide Pſ. XXXIX, 7. de vitæ humanæ tumultu. Sic *Horatius* 2. Carm. Od. XVI. 10.

Non enim gazæ neque conſularis
Submovet lictor miſeros tumultus
Mentis, *& curas laqueata circum*
Tecta volantes.

Exſpecta opem Dei] הוחלי לאלהים *hobbili lelohim*, exſpecta Deo. Hoc eſt auxilium à Deo mittendum expectare, quod Latinè loquenti exprimi oportuit, ut intelligeretur Pſaltes. Quod & alibi fecimus.

Adhuc eum laudabo] Erit cur eum laudem, ob libertatem reſtitutam.

Liberatio à facie ejus] ישועות פניו *jeſchouboth phanau*, liberationes faciei ejus. Subaudiendum מ ante פניו, ut ſit pro מפניו *mipphanau*, aut מלפניו *millephanau*; hoc eſt, ab eo de quo ſermo eſt. Vide 1. Ephem. XXIX, 12. & *Chriſt. Noldium* ad ſignif. I particulæ מלפנים. Sic & Chaldæi dicunt מן קדמי *min Kodumai*, è conſpectu meo, pro à me. Vide Dan. II, 15. LXX. tamen Interpretes verterunt *σωτήριον τ͂ προσώπου μου*, niſi ſit mendum pro *αὐ̃*. *Aquila & Symmachus σωτηρίας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*, *Hieronymus: ſalutaria vultûs ejus.*

7. *E terra quæ eſt ad Jordanem*] מארץ ירדן *meerets jardea.* Significare videtur tractum terrarum ad ortum Jordanis, ſeptentrionem verſùs, & in quo captivi in Babyloniam abducendi conſiſtere fortè juſſi ſunt. Illac enim iter eſt ad Euphratem, è Judæa Babylonem tendentibus, ut Arabicæ ſolitudines vitentur, & trajiciatur fluvius ad Thapſacum. Ibi videtur hoc carmen effuſum.

Et montes altos] וחרמונים *vebbermonim* חרמן *bhermon* mons eſt excelſus apud Arabas, itáque vocatur Antilibanus. Vide Deut. III, 9. Sed cum hîc plurali numero hæc vox habeatur, opponantúrque mox humiliores montes, altiſſimos quoſque montes ad ortum ſuperioris Jordanis intelligimus.

Eque minoribus montibus] מהר מצער *mebar mitsbar*, è monte parvitatis; hoc eſt, è minoribus collibus eorum tractuum, quos nomine adpellare nunc non poſſumus.

8. *Abyſſus abyſſum vocat* &c] תהום אל תהום קורא לקול צנוריך *thebom el thebom kore lkol tſinnoure.ba.* Satis conſtat voce תהום ingentem copiam aquæ, qualis eſt in mari, aut in profundioribus lacubus, & magnis aquis, tralatitio ſenſu, calamitates ſignari. Vide Pſ. XVIII, 17 XXXII, 6. Sed non ita liquet quid hîc ſibi velit צנור, quæ vox *tubus* aut *canalis* verti ſolet hîc & 2. Sam. V, 8. nec alibi legitur. LXX. Intt. *τῶν καταῤῥακτῶν σου.* *Symmachus. τ͂ κρουνῶν σου.* Sunt qui pluviam innui volunt, ſed neſcio an pluvia, quæ guttatim cadit, aut urceatim, quod fit interdum, cùm aqua per apertos catarrhactas, aut tubos fluente commodè conferri queat. Non minùs aptè, imò verò aptiùs, intelligamus meatus ſubterraneos, per quos aquæ perennes è montibus fluunt; nec ſine ſtrepitu è fontibus erumpunt, cùm in montibus pluit, aut nives liqueſiunt, quod ſub finem veris fieri ſolet; adeò ut ſtagna, lacus, fontes, rivi, fluvii undequaque aquas effundant, quaſi inter ſe tubis ſubterraneis conjuncti eſſent. Confert ergo Pſaltes calamitates quarum aliis aliæ ſuccedebant, ei quod contingit viatori, ſecundùm radices montium iter facienti, eo tempore, quod dixi; ſuperato uno rivo, aut lacu, incidit in alium non minùs profundum; & undequaque exundante aquâ, veluti obſidetur, nec novit quò ſe conferat, ut impetum tot aquarum fugiat.

Omnes undæ tuæ &c.] כל משבריך וגליך *chol miſchbarecha vegallecha*; omnes calamitates & miſeriæ. Adde locis memoratis Pſ. LXIX, 2. Eleganter, præ ceteris veteribus Intt. hunc locum vertit *Symmachus*, cujus hæc ſunt verba: *ἄβυσσος ἀβύσσῳ ἀπαντᾷ διὰ ἦχον τ͂ κρουνῶν σου. πᾶσαι αἱ καταιγίδες σου καὶ τὰ κύματά σου ἐπάνω μου παρῆλθον.* Crediderim hanc comparationem obverſatam animo Pſaltæ, quòd ſimile quid expertus eſſet; dum ſecundum radices Antilibani, tempore verno, iter faceret ortum verſùs. *Comparationem* autem hunc locum vocari, non apertam quidem & directam, in qua ſeorſim fit *πρότασις*, deinde ſequatur *ἀπόδοσις*; ſed obſcuriorem, in qua utraque miſta ſit, nec poſſit diſtingui, niſi adhibitâ Paraphraſi, quemadmodum fecimus. Tales ſunt innumeræ in ſcriptis τ͂ *παροιμιογράφων*, ſeu *τῶν* משלים Hebræorum, & in Poëtis etiam Græcis & Latinis, quorum ſtylus eâ miſturâ grandior fit. Legatur vel initium 1. Odæ Olymp. *Pindari*, atque in ea multiplex comparatio, ſed involuta & intricata, invenietur. Eſt etiam locus *Æſchyli*, in Supplicibus, verſ. 477. & ſeqq. qui cum hoc Pſaltæ collatus eſt à viris doctis, nec tamen comparationem habere animadvertas; quam facilè intelligent Lectores moniti, ubi locum legerint, qui ita habet:

Καὶ πολλαχῇ γε δυσπάλαιστα πράγματα.
Κακῶν δὲ πλῆθος ποταμὸς ὡς ἐπέρχεται.
Ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον
Τόδ' ἐσβέβηκα, κ' οὐδαμοῦ λιμὴν κακῶν.

Et multipliciter moleſtiæ ſunt, quæ ſuperari nequeunt; malorum autem multitudo, ut flumen, ingruit, damnique mare ſine fundo, nec facilè tranſeundum hoc intravit, nec portus eſt malorum. Dicunt autem *abyſſus abyſſum vocare*, quia qui ex una calamitate, quam evaſerat, mox in aliam incidebat, quaſi vocatam a priore, ut eum mergeret, quem ipſa abſorbere non pote-

minoribus montibus. [8]. Abyſſus abyſſum vocat, ad ſonitum tuborum tuorum ; omnes undæ tuæ, & fluctus tui ſupra me tranſierunt.

[9]. Interdiu jubebit Jehova beneficentiam ſuam *in me profundi*, & noctu canticum ejus apud me erit, & oratio ad Deum *conſervatorem* vitæ meæ. [10]. Dicam Deo rupi meæ ; cur mei oblitus es ? cur atratus inceſſi, cùm ab inimico meo opprimerer ? [11]. Cùm

minures muntes. 8. Calamitas calamitatem poſt ſe trahit, & fluctus, à te, ô mi Deus, veluti effuſi ſunt in me, dum ſupra caput meum tranſierunt. 9. Interdiu curabit Deus me beneficentiam ſuam experiri, eique gratiam, ſequente nocte, agam. 10. Poſtquàm dixero Deo, qui mihi inacceſſæ rupis inſtar fuit, cur vero me deſeruiſti ? Cur atratus, quaſi lugens, proceſſi ; cum me opprimeret meus

tuerat. Similis imago obverſabatur *Euripidi*, cum hæc ſcriberet, in Supplicibus, verſ. 614

Φόβῳ γὰρ τῷ πάρος διώλοντο.
Δίκα δίκαν ἐκάλεσε καὶ φόνος
φόνον.

Metu enim priſtino peris. Vindicta vindictam vocavit & cædes cædem ; quia aliis aliæ ſucceſſerant. Vide, ſi liber. locum.

9 *Interdiu jubebit Jehova* &c.] יומם יצוה יהוה חסדו *jomam ietſavveh Jehovah hhaſdo*. interdiu jubebit Jehova benignitatem ſuam. Supplendum eſt לי *li*, quod ſi addideris, ſubaudiendum præterea verbum, quale in Verſione noſtra expreſſimus. Similem orationis ſtructuram vide Levit. XXV, 21. & Deut. XXVIII, 8. Adi dicta ad locum Levitici.

Noctu canticum ejus] שירה *ſchirah*, canticum ejus, cum adfixo fœminino, quod refertur ad חסד *hheſed*, beneficentia; hoc eſt, quo pro beneficiis à Deo in me collatis celebretur. Oppoſitio autem τ' *interdiu* & *noctu* adhibetur, ad oſtendendum laudes Dei quàm proximè benefacta ejus ſequuturas.

Ad Deum conſervatorem vitæ meæ] לאל חיי *leel hhajai*, ad Deum vitæ meæ; nempe, auctorem & conſervatorem. Sic Pſ. XXIV, 5. & alibi *Deus ſalutis*, eodem modo dicitur, pluribus locis.

10. *Dicam.*] אמרה *omerah*, quod volunt eſſe primam futuri Kal, addito paragogico, pro אמר

Cur mei oblitus eſt] Me non adjuviſti. Obſervant viri docti hanc quæſtionem eſſe lamentantis ſortem ſuam, non Deum incuſantis, quaſi cauſa nulla ei fuiſſet Iſraëlitas malè habendi; qui ſibi conſcii erant ſat gravium peccatorum, ut ſe juſtiſſimas luere pœnas facilè intelligere poſſent. Tales querelæ occurunt alibi ſæpiùs, ut Pſ. X, 1. XXII, 2. Job. XIII, 24. Non diffiteor hanc querelam, in ore Chriſti, fuiſſe tantùm ſignum dolorum & angoris ; optimè enim norat cur Deus ipſum crucifigi paſſus eſſet, & tantos dolores in cruce pendentem ferre voluiſſet ; nec eâ querelâ aliud ſignificabatur, præter magnitudinem cruciatuum, quam ſciri intererat humani generis, ut pluribus docent Theologi, & nos etiam in Hiſtoria Eccleſiaſtica adtigimus, ad Ann. Ch. XXIX. §. 68. Sed ad Hebræos & Jobum quod adtinet, aliud quiddam in eorum ejuſmodi querelis latere ſoſpicor; nimirum ipſos neſciviſſe cur Deus pateretur bonos, unà cum malis, iiſdem calamitatibus involvi, & ſæpe etiam gravioribus; quæ fuit querela perpetua Jobi. Hac accedebat etiam, quòd ſi quidquid Hebræorum in Palæſtina ſuperfuerat, poſt abductas Decem Tribus in captivitatem, conferretur cum Babyloniis, qui gloriâ rum & opibus florebant ; non intelligebant Hebræi cur ſibi Babylonii uſque adeò præferrentur, cùm deteriores multò Hebræis eſſent. Sic & ſinguli ratiocinabantur, cùm malum quempiam virum, aut aliquot improbos, ſeu apud gentem ſuam, ſeu apud alias, florentes omni copiarum genere videbant ; quamquam probè ſciebant boni, ut certè putabant, ejuſmodi homines indigniores eſſe, qui à Deo hujus vitæ bonis cumularentur, quàm ſe. Ideò hîc Pſaltes *cur Deus ipſius oblitus eſſet quærit* At Deus bonos ſæpe cum adverſis conflictari patitur, ut meliores faciat, néve felicitate vitæ nimiâ corrumpantur ; atque ut aliis virtutis non dubiæ, & conſtantiæ in virtute, etiam miſera, exemplum efficacius oſtendat, quò pertinent magnæ Jobo immiſſæ miſeriæ Ærumnas verò breves hujus vitæ cumulatè, alterius felicitate æternâ, penſat. Hæ, aliæque notiores Deo, quàm nobis, ſunt rationes cur bonis interdum auxilium non ferat. Ad malos quod adtinet, florere eos ſubinde bonis caducis patitur Deus, ut ejuſmodi benignitate eos ad ſaniorem mentem reducat ; útque tempus eis concedat animo reputandi quàm ſint ingrati erga eum, qui tam benignè támque patienter erga indignos ſe gerit ; quod ſi numquam reputant, ſæpe ſero, ſed gravi ſupplicio oſtendit ſe nequaquam faviſſe malefactis ; quamvis ea aliquamtiſper diſſimularet ; aut, ſi pœnas in terris non dent, en graviores pòſt pœnas luant. Sed ante captivitatem, præmia & ſupplicia alterius vitæ non ita nota Hebræis erant, ut bonorum querelas poſſent omnino compeſcere. Quæ omnia poterant locis Novi Teſtamenti confirmari, ſed ſunt omnibus nota, aut è notis libris peti queunt. Interim rem ipſam paucis hîc tradere viſum eſt, ut grammaticas obſervationes Theologicis interdum diſtingueremus ; cùm præſertim querelæ bonorum, ſub miſeriis propemodum fatiſcentium, frequentes ſint in Pſalmis, atque etiamnum, apud Chriſtianos imprudentiores, audiantur.

Cur atratus inceſſi] למה קדר אלך *lammah koder elech*. Vide Pſ. XXXV, 14. Non quærit propriè Pſaltes, cur atratus inceſſerit, ſed cur Deus paſſus ſit ea incidere tempora, quibus atratos procedere Hebræos oportuerit; dum Babylonii, impiis dictis Deo illudentes, florebant quos, propter ejuſmodi delicta, pœnas luentes atratos eſſe magis, ut putabat Pſaltes, decuerat.

11. *Cùm*

11. Cùm cædes eſſet in oſſibus meis, probro me vexabant hoſtes mei, quando mihi quotidie dicebant: ubi eſt Deus tuus? 12. Cur te dejicis, anime mi, & in me tumultuaris? Exſpecta *opem* Dei, adhuc enim eum laudabo, liberationes faciei meæ, & Deum meum.

Homo religioſus à Deo liberationem ab hoſtibus ſuis petit, reditúmque ad cultum Dei publicum, & animum ſuum ad ſpem bonam excitat. PSALM XLIII.

1. DE me judicium fer, ô Deus, & cauſam meam ſuſcipe, contra gentem minimè benignam. Homini doloſo & iniquo me eripe; 2. nam tu Deus es arcis meæ. Cur me procul expuliſti? cur atratus incedo, propter hoſtis oppreſſionem? 3. Mitte *ad me* lucem tuam, & veritatem tuam; eæ duces meæ erunt, intromit-

meus inimicus Saulus? 11. Cùm à me mors timeretur, præterea etiam ab inimicis meis vexarer crudelibus dicteriis, dum mihi quotidie exprobrarent, me a Deo deſertum, cùm mihi nullum auxilium ferret. 12. At mihi ipſe puſillanimitatem exprobrabam, cùm à me ipſe quærerem, quæ mihi eſſet tanta timendi cauſa, & perturbationis ratio? Eſſe etiamnum, cur Dei auxilium exſpectarem, & ſpem liberationis ab eo exſpectandæ. Quapropter Deum, ob liberationem ab eo impetratam, laudabo.

P A R A P H R A S I S.

1. O Deus de me judicium fer & ſuſcipe mei defenſionem, ſi bona fuerit mea cauſa, contra gentem iniquam. Homini doloſo atque iniquo me eripe; 2. Es enim ſolus Deus, ad quem, quaſi ad arcem tutam, confugere poſſim. Cur vero me procul à te expuliſti? cur atratus incedo; ideo tantùm quia me inimicus Saulus, opprimit? 3. Animum meum luce tuâ illuſtra & veri-

11. *Cùm cædes eſſet in oſſibus meis*] ברצח בעצמותי *birtſabh bebatsmothai*, in cæde in oſſibus meis. Cùm occiderentur ii, qui ſunt *caro & oſſa mea*, hoc eſt, conſanguinei & propinqui mei Nam *cædes* non pervenerat ad oſſa propriè dicta Pſaltæ noſtri. Vide Gen. XXIX, 14. Jud. IX, 2. 2. Sam. V. 1.

Mihi quotidie dicebant] Vide ad verſ. 4.

12. *Cur te dejicis* &c.] Vide ad verſ. 6.

Liberationes faciei meæ & Deum meum] ישועות פני ואלהי *jeſchonhoth phanai velohai*. Fortè legendum ישועות פני לאלהי *jſchonhoth phene lelohai*, liberationes à facie Dei mei, eodem ſenſu ac verſ. 6. ita ut hîc repetatur, additâ voce verſ. 7. Sed nihil mutare voluimus.

C O M M E N T A R I U S
In PSALM. XLIII.

1. DE *me judicium fer*] שפטני *ſchophteni*, me judica; hoc eſt, me, pro innocentia mea (cum Babyloniorum factis comparata) abſolve. *Judicium ſontis* perinde eſt ac ejus damnatio & ſupplicium de eo ſumtum, cùm de Judice juſto & omniſcio ſermo eſt, ut hîc. Contrà *judicium inſontis* eſt ejus abſolutio & liberatio. Ceterùm videtur hîc Pſalmus ab eodem ſcriptus, ac prior, ideóque verba nonnulla è priore repeti.

Cauſam meam ſuſcipe] ריבה ריבי *ribah ribi*, litiga litem meam. Vertit unâ voce *Symmachus* ὑπερδίκησον, hoc eſt, cauſam pro me defende. Vide Pſ. XXXVI, 1.

Contra gentem minimè benignam] מגוי לא חסיד *miggoi lo bhaſid*. Uſus eſt Pſaltes præpoſitione מן *ab*, quia à Chaldæorum gente res Hebræis ſublatæ extorquendæ fuerunt. Sed Latinè aliter loqui vix potuimus.

Ab homine doloſo & iniquo] מאיש מרמה ועולה *meiſch mirmah vebavelah*, à viro fraudis & iniquitatis. A Nabuchodonoſoro, vel à copiarum ejus præfecto.

2. *Deus arcis meæ*] מעוזי *mahuzzi*. *Symmachus* σωτηρίας μου, *Hieronymus*: *fortitudo mea.* LXX. Int. κραταίωμά μου, quod melius, ſi modò κραταίωμα de arce, vel loco munito intelligi queat. Nam מעז *mahoz* propriè eſt *munimentum*. Vide Jud. VI, 26. Pſ. XXVII., 1. XXVIII, 1. *Deus munimentum*, aut *munimenti* perinde eſt; ſignificatur enim Deus, cujus tutela munimenti, & quidem inexpugnabilis, loco eſt.

2. *Cur me procul* &c.] Vide ad verſ. 10. Pſ. XLII.

Cur atratus &c.] Vide ad verſ. 10. ejuſdem Pſalmi.

3. *Lucem tuam & veritatem tuam*] De *luce* pro rebus ſecundioribus, vide Pſ. XXVI, 1. XXXVI, 10. & infrà verſ. 4. *Veritas* eſt fides in promiſſis, ut paſſim; promiſerat autem Deus, ſe poſteritatis Abrahami Deum fore. Quod præſtitit, per plura ſæcula; ſed ingratis Judæorum animis, ſummâ eorum pertinaciâ alienatus, tandem omiſit.

Sacrum tuum montem &c.] *Montem Sanctitatis tuæ.*

tromittent me in ſacrum tuum montem, & in Tabernacula tua. 4. Veniam ad altare Dei, ad Deum lætitiæ & exſultationis meæ; ac te laudabo, adhibitâ citharâ, ô Deus, *qui* Deus meus *es*.

5. Cur te dejicis, anime mi? cur tumultuaris in me? Exſpecta opem Dei, quia eum adhuc laudabo, liberationes facici meæ & Deum meum.

Deo revocat in memoriam Iſraëlita beneficia, quibus olim populum Hebræum adſecerat, ſuam in Deo fiduciam oſtendit, quamvis calamitatibus preſſus, & à Deo veluti deſertus, auxiliúmque ejus petit.

PSALM. XLIV. 1. PRÆFECTO, CARMEN ERUDIENS FILIORUM CORACHI. 2. O Deus, auribus noſtris audivimus Patres noſtri narraverunt nobis opus, *quod* feciſti eorum diebus, temporibus antiquis. 3. Tu manu tuâ expuliſti gentes, *quarum loco* eos plantaſti; malè habuiſti populos & *Majores* noſtros in eos immiſiſti; 4. neque enim gladio ſuo poſſeſſionem terræ adierunt, nec brachium eorum eos ſervavit, ſed dexte-

veritatem doce; eæ verò erunt vitæ meæ duces, quæ me in ſacrum tuum montem intromittent, ubi eſt Tabernaculum tuum 4. Tum accedam ad tuum Altare, ô Deus, qui mihi lætitiam atque exſultationem creas, ac laudes tuas canam, adhibitâ Citharâ, ô Deus, qui ſingulari ratione mihi faves. 5. Cur verò animus meus ſe ſe dejiceret, variisque timoribus agitaretur? Auxilium à Deo exſpecta, eum enim adhuc laudabo; nam eſt liberator meus & ſe Deum meum præſtabit.

PARAPHRASIS.

1. CORACHIDARUM CARMEN erudiens. 2. O Deus, audivimus quod Majores noſtri narrarunt; quæ in eorum gratiam, ab eorum temporibus feceris, à multis annis. 3. Tu potentiâ tua expuliſti Gentes, in quarum agros ipſos novos colonos deduxiſti; veteribus malè habitis atque

4. *Lætitiæ & exſultationis meæ*] שמחת גילי *ſchimchath gili*, lætitiæ exſultationis. Sed cùm Latinè vix hæc verba conſtrui unâ queant, ideò addidi &, ut *Hieronymus*, in verſione ex Hebræo. Ceterùm *Deus lætitiæ*, eſt Deus, qui lætitiam creat. Neſcio quid ſequuti LXX. Int. verterint εὐφραίνοντα τὴν νεότητά μου, nam גיל nusquam juventutem ſignificat. Fortè veriti ſunt dicere εὐφροσύνην εὐθυμίας, quod aures Græcæ non ferunt, etiamſi ita poſtea vertit *Symmachus*. Sed גיל plus ſignificat quàm שמחה, vertique potuiſſet εὐφροσύνη ἀγαλλιάσεως, & ſubſtantiva etiam Synonyma ſic conſtruuntur ἐμφάνεσι χάραν. Vide Pſ. XVI, 5. & XVI, 3. quod obſervatum *Sal. Glaſſio* Grammat. Lib. III. Tr. I. can. 32.

Adhibitâ citharâ] *In cithara.*

Qui Deus meus es] אלהי *elohai*; hoc eſt, qui te Deum mihi faventem præſtiteris. Vide ad Gen. XVII, 8.

5. *Cur te dejicis* &c.] Vide ad Pſ. XLII, 6.

Liberationes faciei meæ &c.] Vide dicta ad verſ. 5. ejuſdem Pſalmi.

COMMENTARIUS
In PSALM. XLIV.

1. FILIORUM *Corachi.*] Vide ad Pſ. XLII, 1.

2. *Auribus noſtris audivimus* &c.] A parentibus, & avis, qui à ſuis audiverant, donec ad rerum geſtarum tempora pervenias.

Eorum diebus] Qui primi rem liberis ſuis narrarunt.

3 *Tu manu tuâ*] אתה ידך *atthah jadecha*, pro בידך *bejadecha*, in manu tua, vel per manum tuam.

Majores noſtros in eos immiſiſti] ותשלחם *vattheſchallechem*. Hic pronomen ſuffixum tam poteſt referri ad populos ejectos è ſedibus ſuis, quàm ad Iſraëlitas, qui in eorum locum in Chananæam miſſi erant. De Iſraëlitis intelleximus non aliter ac verbum ותטעם *vattitta-hem*, quo deſinit antecedens membrum, cui hoc ex adverſo reſpondet. Sequentia etiam verba nobis favere videntur.

4. *Gladio ſuo*] Quod arma eorum irrita fuiſſent, niſi præter ordinem à Deo adjuta.

Lux faciei tuæ] Favor tuus, ut paſſim. Vide ad verſ. 3.

Quia viſum tibi eſt iis benefacere] כי רציתם *chi rtſitham*; quod verti etiam queat, *qui eis faviſti*, nam רצון frequentiſſimè *favorem* ſonat.

5. *Jube Jacobo liberationem obtingere*] צוה ישועות יעקב *tſavve jſchuhoth jahakob*, jube ſalutes Jacobi. Vide ad Pſ. XLII, 9.

6. *Cornu feriemus*] ננגח *nenaggechh*, hoc eſt, vincemus; metaphorâ à tauris ductâ, in quibus ii victores ſunt, qui æmulos vehementiùs & frequentiùs cornu ferire poſſunt.

Illi inter ſe ſe magnâ vi prælia miſcent,
Cornuáque obnixi infigunt, & ſanguine largo
Colla, armóſque lavant.

Quæ ſunt verba *Virgilii* Æneid. XII, 720. Æneam & Turnum pugnantes cum tauris conferen-

dextera tua, brachium tuum & lux faciei tuæ, quia viſum tibi eſt iis *benefacere*. 5. Tu ipſe Rex meus es, ô Deus, jube Jacobo liberationem *obtingere*.

6. Per te hoſtes noſtros cornu feriemus; in nomine tuo eos, qui in nos inſurgunt, conculcabimus. 7. Neque enim arcui meo confido, nec gladius meus me ſervabit; 8. nam tu effeciſti, ut hoſtibus noſtris liberaremur, & pudore adfeciſti eos qui, nos oderunt. 9. Deum laudabimus quotidie, & nomen tuum in perpetuum extollemus. Selah.

10. At nos abegiſti, nos ignominioſè habuiſti, nec egrederis cum exercitibus noſtris. 11. Nos in fugam convertiſti, coram hoſtibus noſtris, & qui nos odio habent, ſibi *noſtra* diripuerunt. 12. Tradidiſti nos inſtar pecudum, quæ comeduntur, & per gentes ſparſiſti nos 13. Vendidiſti populum tuum, nullo pretio, neque auxiſti pecuniam, quâ emti ſint. 14. Expoſuiſti nos opprobrio vicinorum noſtrorum, ſubſannationi, & deriſioni eorum, qui circa nos ſunt. 15. Feciſti, ut proverbium eſſemus, apud gentes; utque motu capitis *ſperneremur*, apud populos. 16. Quotidie ignominia mea eſt coram me, & vultûs pudor texit me, 17. propter vocem probro & contumeliis adficientis, hoſtémque & ultionem *de nobis* ſumentem.

18. On-

que expulſis; quibus Majores noſtros ſuccendere voluiſti. 4. Hi enim nequaquam eorum agros vi & armis ſuis invaſerunt, ſed potentia tua, & ſingulari tuo erga victores favore, quo viſum tibi eſt eos proſequi. 5. Tu ipſe Rex meus es, quamvis alius in Iſraële Rex ſalutetur; quo jubente, Iſraëlis propago libera erit.

6. Tuo auxilio freti hoſtes noſtros veluti cornu ferire, invocato auxilio tuo, & eos, qui in nos arma capient, conculcare poterimus; 7. neque enim fiduciam poſui in arcu, aut ſalutem à gladio meo exſpectavi. 8. Tu ſolus effeciſti, ut hoſtibus infenſiſſimis liberaremur, eosque pudore adfeciſti, quicunque nos oderunt. 9. Te quotidie laudabimus, nomenque tuum in æternum extollemus.

10. At tu nos *deinde* veluti à te abegiſti, atque ignominia adfeciſti, nec exercitibus noſtris adfuiſti. 11. Imò vero nos in fugam, coram hoſtibus, convertiſti, & qui internecino odio nos oderant, noſtra diripuerunt. 12. Nos iis malè habendos tradidiſti, inſtar pecudum, quæ comeduntur, & quaque verſùm disjeciſti. 13. Populum vili pretio vendi paſſus es, neque, in miſeranda auctione Iſraëlitarum, effeciſti, ut inciderent in manus hominum, qui multo pluris eos facerent, quam pecudes. 14. Objeciſti nos ludibrio vicinorum, & irriſioni populorum, qui circa nos ſedes habent. 15. Dediſti operam, ut nomen Judæorum, aut Iſraëlitarum probroſum haberetur, adeo ut ſtatim ac ſervus venalis diceretur Iſraëlita, aut Judæus contemtui haberetur. 16. Quotidie mihi obverſatur

ferentis. Hinc cornua ferrea ſibi Pſeudopropheta aptavit, quæ ſymbolum eſſent victoriæ, quam, licet falsò, prædicabat Achabo. 1. Reg. XXII, 11.

In nomine tuo] Nomine tuo invocato. Vide Pſ. CXVIII, 10, 11, 12.

9. *Selah*] Vid. ad Pſ. III, 3.

10. *At nos abegiſti*] Vel *expuliſti*. Ad tempora Nebuchodonoſoris hæc pertinere videntur, quibus Hebræi maximis & extremis cladibus adfecti ſunt.

Cum exercitibus noſtris] *In exercitibus noſtris*, quibus adeſſe ſolebas.

12. *Per gentes ſparſiſti nos*] Decem Tribus in captivitatem abductæ erant, & pars aliqua duarum reliquarum.

13. *Nullo pretio*] בלאהון *blo hon*, quod divitias ſignificat; hîc verò luculentum pretium: LXX. Intt. ἄνευ τιμῆς rectè, incommodè verò *Symmachus* οὐχ ὑπάρξεως. Significat Pſaltes Babyloniis magno non conſtitiſſe victorias de Judæis relatas.

Neque auxiſti pecuniam, quâ emti ſunt] ולא רבית במחיריהם *velo ribbitha bimhhirehem*, neque multiplicaſti in pretio eorum. Quando quidpiam venditur à mercatore, pretium ejus auget, quoad ejus fieri poteſt. Eò reſpicit Pſaltes, atque hoc tantùm vult, Deum paſſum eſſe Hebræos à Babyloniis nullo pænè negotio vinci & ſubigi. Nec ſunt ejus verba nimium urgenda, quæ alioquin exprobrationes eſſent minus religioſæ; quaſi non decuiſſet Deum paſſum eſſe, populum ſuum tam facilè in Babyloniorum ditionem redigi. Sic ſolebant Ethnici Diis ſuis calamitates ſuas exprobrare, non verò Hebræi. Notum præterea eſt, Deum longè antea prædixiſſe; fore ut Judæi, impietate atque improbitate ſuâ, ſe eò adigerent, ut ingratam gentem desereret; niſi animum & mores mutarent, quod nequaquam fecerunt. Nec proinde mirum, Deum minas ſuas exſequutioni mandaſſe.

14. *Qui circa nos ſunt*] לסביבותינו *lisbibothenou*, circuitibus noſtris; hoc eſt, iis qui circa nos ſunt, vicinis populis.

15. *Ut proverbium eſſemus*] משל *maſchal*, quæ vox, ut notum eſt, *ſimilitudinem* ſignificat, deinde ad proverbium deſignandum tranſlata eſt, ut diximus ad 2. Reg. IV, 32. Hoc verò vult Pſaltes, tam miſeros & contemtos eſſe Judæos, ut nomen eorum in proverbium abierit, ad ſignificandum hominem contemtum, & miſerum. Sic *Syrus perditus* Deut. XXVI, 1. dicitur contumelioſè homo pauper; *Amorrhæus* verò homo impius Ezek. XVI, 45. Similiter in aliis Linguis permulta nomina propria in proverbium abierunt, ut *Crœſus* pro divite, *Irus* pro paupere, *Cres* pro mendace, κρητίζειν, pro mentiri, *Græculus* pro homine inepto & parvi pretii, *Sardus venalis* pro homine nihili, & ſimilia multa; quæ vel ex Indice Adagiorum *Eraſmi* colligi poſſunt.

Utque motu capitis ſperneremur.] מנוד ראש

18. Omnia hæc nobis contigerunt, nec *tamen* tui obliti ſumus, neque fœdus tuum feſellimus. 19. Animus noſter non eſt *à te* averſus, neque pes noſter à ſemita tua divertit; 20. quamvis contriveris nos in loco draconum, & umbrâ mortiferâ nos cooperueris. 21. Si obliti eſſemus nominis Dei noſtri, ſi ad Deum alienum palmas noſtras extendiſſemus; 22. annon hoc Deus inveſtigaret, quandoquidem animi arcana novit? 23. Propter te quotidie occidimur, & inſtar pecudum, quæ mactantur, habemur.

24. Expergiſcere, cur dormis, Domine, excitare, ne refugias *nos* in perpetuum. 25. Cur vultum tuum abſconderes & noſtræ adflictionis, oppreſſioniſque oblivisſcereris?

tur ea ignominia, quæ nos pudore ſuffundit; 17. propter convicia quibus laceramur, ut ultio de nobis ſumatur.

18. Hiſce calamitatibus oppreſſi licet, tamen tui obliti non ſumus, neque fœdus, quod nobis tecum erat, irritum eſſe volumus. 19. Animus noſter à te non eſt alienus factus, neque viam nobis a te monſtratam reliquimus, 20. quamvis nos inter ſerpentes verſari oportuerit, & in umbra ſpeluncarum noxia jacere. 21. Si Dei noſtri obliti eſſemus, ſi aliena Numina coluiſſemus; 22. annon Deus pœnas de nobis ſumſerit, qui omnia vel arcana ſcelera novit? 23. Quotidie propter cultum, quo te proſequimur, ſpretis commenticiis Diis, inſtar pecudum mactamur.

24. Ne videaris, ô Deus, dormire. Dum cultores tui tam male habentur, ne prorſus curam noſtri abjeciſſe credaris. 25. Cur nos aſpernari videris,

menod roſcb, nutatio capitis, quod ſignum contemtûs. Vide Pſ. XXII, 8.

18. *Nec tamen tui obliti ſumus*] Verum hoc erat de piis Judæis, in Babyloniam abductis; ſed ante captivitatem, plus ſemel Dei obliti fuerant plerique, quare irrevocabili decreto eos captivitate mulctaverat. Vide 2. Reg. XX, 16. & ſeqq. XXII, 16. & ſeqq. 2. Ephem. XXXVI, 13. & ſeqq. Sed innumeri mali fuere, in ipſa captivitate, ut conſtat è Propheta Ezekiele, éque Daniele Cap. IX.

19. *Non eſt retrorſum* &c.] Vide not. ad Eſai. I, 4.

20. *In loco draconum*] בִּמְקוֹם תַּנִּים *bimkom thannim*. LXX. Intt. ἐν τόπῳ κακώσεως ex conjectura, ut puto. Meliùs *Aquila*, ἐν τόπῳ ἀοικήτῳ quia dracones, hoc eſt majores ſerpentes, nonniſi in locis deſertis habitare ſolebant. Credibile eſt Judæos à Babyloniis ſedes accepiſſe, in deſerto quopiam Meſopotamiæ auſtralis loco, in quo plures erant ſerpentes, & miſeri exſules mala multa paſſi ſunt. Quò reſpicere videtur Pſaltes.

Et mortiferâ umbrâ nos cooperueris.] *Texiſti ſupra nos in umbra mortis.* בְּצַלְמָוֶת *betſalmaveth*; quod verti etiam queat *in tenebris*, ut diximus ad Job. X, 21. Ut *lux* res ſecundas: ſic *tenebræ* adverſas paſſim ſignificant.

21. *Palmas noſtras extendiſſemus*] Hoc eſt, opem ejus imploraſſemus.

22. *Hoc inveſtigaſſet*] יַחֲקָר־זֹאת *jabbakor zoth*; hoc eſt, inveniſſet, deprehendiſſet. Eſt, ut paſſim alias, antecedens pro conſequente. Pſaltes Deum teſtem vocat Religionis non fucatæ, quam pii Judæi profitebantur in captivitate; ceteroqui gentem ſuam non abſolvit, nec poterat. Vide Dan. IX, 5.

23. *Quotidie occidimur*] A Babyloniis, qui miſeram gentem crudeliter habebant.

24. *Expergiſcere*] Hoc eſt, fac quod amici expergefacti clamoribus amicorum ſolent, nos ſine mora adjuva. Vide Pſ. VII, 7.

Ne refugias nos] Aut *expellas nos.* Vide Pſ. XLII, 2. Qui à ſe expellit quempiam, eum refugit.

25. *Cur vultum tuum abſconderes*] Cur nos in conſpectum tuum, quaſi ingratos & inviſos, ut Principes ſolent, non admitteres?

Oblivisſcereris] Non aliter nos haberes, quàm ſi noſtri oblitus eſſes?

26. *Animus noſter*] *Anima noſtra*, quod poſſimus etiam interpretari *nos ipſos.* Sed hæc eſt tralaticia deſcriptio ſummæ abjectionis, & maximi mœroris; qualis eſt eorum, qui proni in terram concidunt. Vide Pſ. CXIX, 25.

27. *Surge, ut nobis auxilium feras*] קוּמָה עֶזְרָתָה לָּנוּ *koumah bezrathah lanou*, pro לְעֶזְרָתָה *lebezrathah*, ad auxilium omnino nobis ferendum, nam עֶזְרָתָה plus eſt quàm עֶזְרָה, ut יְשׁוּעָתָה plus quàm יְשׁוּעָה.

COMMENTARIUS
In Psalm. XLV.

1. *Soſannis*] עַל שֹׁשַׁנִּים *bal ſcheſchannim*, id eſt, præfecto inſtrumentis muſicis, quæ vocabantur *Soſannæ*, hoc eſt, lilia, & quæ qualia fuerint, ignoramus. LXX. Intt. ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, quaſi eſſet שֶׁשֹּׁנִים, ex שֶׁ *qui* & שֹׁנִים *ſchonim* mutantes, à שָׁנָה *mutavit.* Sed quid hoc ſibi vult? *Aquila*, ἐπὶ τοῖς κρίνοις, *liliis.* *Symmachus* ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν, *pro floribus.* *Theodotion*: ᾠδὴ τοῖς ἠγαπημένοις, *ode amatis.* *Chaldæus*: *iis qui ſedent in Synedrio Moſis*, quaſi eſſet שֶׁשֹּׁנִים *ſcheſchonim*, nam שֹׁנִים ſunt Deuterotæ, ſive auctores *Miſchnæ*, Doctores Thalmudici, ut viri docti interpretantur. Quæ protulimus, ut liqueret rem iis notiorem non fuiſſe, quem nobis.

Canticum amoris] שִׁיר יְדִידֹת *ſchir jedidoth.* LXX. Intt. ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ, quaſi legiſſent יְדִיד *jedid.* Aquila ᾆσμα προσφιλίας, quaſi legendum eſſet יְדִדוּת, quæ vox *amorem* ſignificat, Jerem. XII, 7. *Symmachus* & *Theodotion*

riſ? [26]. Nam in pulverem dejectus eſt animus noſter, & venter terræ adhæſit. [27]. Surge ut nobis auxilium feras, & propter benignitatem tuam nos libera.

Unctio & Epithalamium Salomonis, & Meſſiæ.

[1]. PRAEFECTO SOSANNIS FILIORUM CORACHI, CANTICUM AMORIS ERUDIENS. [2]. Eructabit animus meus verbum bonum; dum dicam opera mea Regi, lingua mea erit inſtar ſtyli Scribæ eruditi. [3]. Pulcherrimus es hominum, PSALM XLV.

deris, calamitatumque noſtrarum immemor eſſe. 26. Dudum velut humi jacemus & corpore & animo, ut nihil humilius eſſe poſſe videatur. 27. Age verò & nobis auxilio eſto, atque à tot malis, pro tua bonitate, nos liberato.

P A R A P H R A S I S.

1. PRAEFECTO inſtrumentis Muſicis, quæ Lilia vocantur, inter Korachitas. Canticum de Amoribus Chriſti & Eccleſiæ.

2. Nunc ex animo nuncium bonum proferam, dum Regi lingua mea dicet quod meditatus ſum, haud aliter ac vir eruditus, qui chartæ commendat quod meditatus eſt.

3. Formoſiſſimus es hominum, in labiis tuis veluit

tion εἰς τὸν ἀγαπητὸν, relectis, ut LXX. Intt. duobus poſtremis litteris. *Hieronymus*: *canticum amantiſſimi*. Chaldæus: תשבחתא ואודאתא thetchbahhta veodaatha, *hymnus & laus*. *Amicitiæ* ſequuti ſumus, ſive ſit legendum יְדִידוּת, ſive יְדִידוֹת *amores* ſignificarit, eſt enim Epithalamii genus. Sunt hic quæ Salomoni, etiam grammatico ſenſu, conveniunt: ſunt & alia, quæ in eum non ſatis aptè quadrant; ſed de Meſſia ſenſu magis proprio & excellentiore dici queant. Quapropter ab antiquis temporibus, verba quædam ſunt hinc prolata, quaſi ad Chriſtum pertinentia, verſus, nimirum, in Epiſtola ad Hebræos c. I, 8, 9. Chaldæus quoque Interpres apertè verſ. 3. de Meſſia agi agnovit, in cujus ſententiam plures etiam è recentioribus Rabbinis conceſſerunt. Quibus de cauſis, ut fecimus in aliis ejusmodi vaticiniis, de Salomone & Chriſto hæc interpretati ſumus, diſtinctis tamen iis, quæ de alterutro aptiùs dici poſſunt.

Erudiens] משכיל *maſchil*, quod canticum antecedit, ſed commodius Latinè loquenti ſequi videbatur.

2. *Eructabit animus meus*] רחש לבי *rahhaſch libbi*, eructavit cor meum. Verbum רחש, apud Chaldæos frequentius uſitatum, eſt *emittere*, dicitúrque de aqua emittente piſces in ea productos, Gen. I. tum etiam *feſtinare* Pſ. LV. apud Chaldæos Interpretes. *Symmachus* verterat ἐκίνησε λόγῳ ἀγαθῷ. Alius ἐξήρευξε, LXX. Intt. ἐξηρεύξατο, quod, propter rem ipſam, ſequuti ſumus. Futuro vertimus, quia pollicetur Pſaltes ſe dicturum quod ſequitur.

Verbum bonum] דבר טוב *dabar tob*, ſequentia verba. Poſſumus & vertere *rem bonam*. Intelligitur vaticinium de Meſſia ſenſu ſublimiore, grammatico verò laudes Salomonis, felicitásque ejus regni prædicantur. Qui interpretati ſunt λόγον ἀγαθὸν de Ratione divina, ſeu Verbo, Deúmque Patrem hic loqui volunt, extra oleas vagantur; nec probantur *Baſilio*, qui Prophetam loqui obſervat, in Catena Corderiana.

Dum dicam opera mea Regi] אמר אני מעשי למלך *omer ani mahaſchai lmelech*. *Aquila* & *Symmachus* ποιήματα verterunt, quod agi putarint de hoc poëmatio, in honorem Salomonis recitato, aut cantato, eo audiente; non malè.

Scribæ eruditi] ספר מהיר *ſopher mahir*; Veteres quidem Græci verterunt ταχυγράφου, aut ταχέως, quod vocem deduxerint à מהר *mahar*, feſtinavit. Sed non agitur de ταχυγραφίας, quam non tantùm æquat, ſed ſuperat lingua celerior. ταχύγραφος poſſet jactanter dicere, ſe poſſe æquare Linguam; non Lingua calamum, aut manum ſcribentis. Hic potiùs ſermo eſt de eruditione, & vox, quæ hîc adhebitur, *eruditum* ex uſu linguarum Syriacæ & Æthiopicæ ſignificat, qua de re diximus ad Eſdr. VII, 6. Sed rem ab aliis jam præceptam poſtea animadvertimus; quam tamen iis non debemus, & rationibus novis confirmavimus.

3. *Pulcherrimus es hominum*] יפיפית מבני אדם *jophjiphetha mibbene Adam*: Putant Grammatici verbum hoc eſſe in *Puhal*, & propter duplicatas radicales intenſiorem eſſe ejus ſignificatum, quaſi hoc vellet Pſaltes: *longè formoſiſſimus*, *inter omnes homines*. Non intercedo, quia formoſum fuiſſe Salomonem, non deformis patris & formoſæ præſertim matris filium non eſt abſimile vero. At Veteres Græci Intt. diviſim legerunt יפי יפית *jophi japhitha*. LXX. ὡραῖος κάλλει, *Aquila*, κάλλει ἐκαλλιώθης, *Symmachus* κάλλει καλὸς εἶ, V. Verſio κάλλει ὡραΐσθης, *Hieronymus Decore pulcrior*. Chaldæus hæc aptat Meſſiæ, habet enim: *pulcritudo tua, ô Rex Meſſia, præſtantior eſt* pulcritudine *filiorum hominum*. Vix tamen ab imagine formæ virtus deſcribitur in Scriptura; & laus eſt frigida dicere Chriſtum eſſe longè ſanctiorem aliis hominibus, qui ſolus ſanctus fuit, & omnis peccati expers, cùm ceteri omnes peccato ſint infecti. Ad formam verò corporis quod attinet, quamvis eò inclinat animus, ut credam vultui ejus majeſtatem quamdam fuiſſe prorſus ſingularem; attamen auſterum vitæ genus, quod ſequebatur, vultum ejus infuſcare, & ſuccum, à quo pulcritudo non minùs oritur, quàm à ductibus faciei, exhaurire debuiſſe videtur. Sed extat ea de re liber elegans *Franciſci Vavaſſoris*, qui adeatur. Itaque

minum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis; propterea quod benedixit tibi Deus in perpetuum. 4. Accinge gladium tuum ad femur, qui formâ & decore excellis. 5. In decore tuo feliciter equitato, propter veritatem, manſuetudinem ac juſtitiam, & terribilia te docebit dextra tua. 6. Sagittæ tuæ acutæ *ſunt* populi, qui tibi ſubſunt, incident in

luti ſingularis reſidet gratia, quia Deus in æternum beneſacit. 4. Accinge te gladio, tu qui forma præcellis inter omnes homines. 5. Sic ornatus, quod felix, fauſtumque ſit, per vias ſacræ Urbis equitato, cum excellas veritate; manſuetudine, & juſtitiâ, quæ geres terrifica erunt. 6. Sa-

que malim hæc verba ad ſolum Salomonem referre.

Diffuſa eſt gratia in labiis tuis] הוצק חן בשפתותיך *houtsak hhen beſchiphthotecha.* De ſermone eſt eloquentiæ Salomonis, quæ, pro ſapientia ei conceſſa, non potuit non eſſe eximia. At in Chriſto, in quo theſauri fuerunt omnis ſapientiæ, multò major fuit, ideóque omnibus, ab ipſa ejus pueritia, admirationi erat. Vide Luc. II, 40. 47. 52. Quin & postea miſſos, ad ſe comprehendendum, ſolâ ſapientiâ, deterruit, Joan. VII, 46. Chaldæus habet hîc: *datus eſt ſpiritus Prophetiæ in labiis tuis.*

Propterea quod benedixit &c.] על כן ברכה *bal chen beracecha.* Solet quidem על כן verti *propterea*, *ideò*, ita ut quæ anteceſſerunt ſint cauſæ eorum, quæ ſequuntur. Sed pulcritudo & eloquentia Salomonis, dona item in Chriſtum collata, non fuerunt cauſæ benedictionis Dei, ſed potiùs effectus. Ideòque vertimus *propterea quòd*, aut *quia*, ex ſententia plurium eruditorum Intt. & *Chr. Noldii* in Concordantia Particularum, ad ſignif. V. hujus particulæ.

4. *Accinge gladium tuum ad femur*] Hæc ad Salomonem pertinent, ſpectântque ejus inaugurationem, ut ſequentia oſtendunt. Sunt πάρεργα propheticæ hujus tabulæ, quæ ſub nonnullis Salomonis lineamentis, non omnibus, Regem Meſſiam pingebat. Ideóque non ſunt ſingula torquenda ad Chriſtum, ſeu allegoricis figmentis adhibitis ei violenter aptanda.

Qui formâ & decore excellis] גבור הודך והדרך *gibbor hodecha vahadarecha*, potens formâ tuâ & decore tuo. Poſtremam vocem verterunt LXX. Intt. quia legerunt, ut nonnulli putant הדרך *tende*, nempe, arcum. Sed hîc ei rei locus non erat.

5 *In decore tuo feliciter equitato*] והדרך צלח רכב *vahadarecha tſelahh rebab.* Vertimus quaſi eſſet ובהדרך *oubahadarecha*, & frequentiſſimè ſupplenda eſt particula ב *in*. צלח eſt *proſperè age*, ſed quia ſequitur verbum adverbii vicem obtinet, ut ſolet in verbis ita conjunctis fieri. Vide 1. Sam. II, 3. ubi תרבו תדברו *tharbou thedabberou*, multiplicate loquimini, eſt multum, aut multis verbis loquimini רכב *equitato*, ſignificat ritum inaugurationis, quæ qui regnum inibat jumento paterno vehebatur, ut liquet ex 1. Reg I. 33. Eſther. VI, 8. ubi vide notata. Hinc LXX. Intt. βασίλευε, & Chaldæus כן תעלע למרכב על כוסי מלכותא *ſic proſperè pervenies ad currum ſupra equos regni* Referunt hæc quoque ad Meſſiam regnum ineuntem, qui in cœlum nube, quaſi curru paterno, ſubvectus eſt.

Propter veritatem &c.] על דבר אמת *bal debar emeth*, hoc eſt, propter veritatem, nam על דבר eſt *propter*, ut Geo. XII, 17. XX, 11, 18. & ſæpe alibi. Sic LXX. Intt. ἕνεκεν, & *Hieronymus*, in Epiſt. ad Principiam: *propter veritatem*, quamvis ſit in Ed. Verſionis ex Hebræo, *propter verbum veritatis.* Re verâ עלדבר conjunctim ſignificat tantùm *propter*, nec ſunt hæ voculæ ſeparandæ. Cùm hoc non ſatis adtendiſſet *Sanctes Pagninus*, vir ceteroqui doctus, vertit: *equita ſuper verbum veritatis & manſuetudinis & juſtitiæ*; quaſi verbum veritatis, manſuetudo & juſtitia tres equi currûs eſſent. Qualem trigam neſcio an Orientalium aures ferrent, certè nullum ejusmodi loquendi generis exemplum in Scriptura comparet. Multos tamen è Recentioribus poſt ſe traxit *Pagninus*, quorum verba non proferam. *Theod. Beza*, inter alios, eum ſequutus eſt, & hac paraphraſi ſenſum ejus expreſſit, oratione ſolutâ: *Prodi proſperrimè geſturus omnia, triumphali curru invectus, Verbo quidem, cui auriga, illum regente, quem Veritas, Manſuetudo & Juſtitia trahant*; ubi ſeparat *Verbum* à *Veritate*, ut ne ſit currus ſine auriga, ſed invito Pſalte. In Poëtica verò Metaphraſi ſic habet:

Te curru aurato Verum, Juſtúmque ſedentem
Ecce vehunt, trahit alma tuas Clementia bigas;

ubi *Clementia*, quaſi ſingularis equus, deſcribitur, qui antecedat duos alios, alioqui debuiſſet dicere *trigas.* Quàm hæc ſint parum probabilia, dicere nihil adtinet. *Georgius Buchananus* imagine ejusmodi offenſus, tres illas Virtutes, quaſi totidem aurigas elegantiùs deſcribit, quod poſſet admitti, ſi trium aliorum equorum mentio fieret, quales eſſent Potentia, Divitiæ, Ira; quam trigam tres Virtutes optimè intelligerentur. *Buchanani* verba ſunt:

Fræna tibi currûs Verum moderetur & Æquum
Et quæ præcipitem Clementia temperet iram.

Alter Poëta Scotus, *Arturus Jonſtonus*, nec equos, nec aurigas hîc ferre potuit; ſed tres Virtutes, quaſi currum, ſatellitum inſtar, cingentes, deſcripſit his verbis:

Macte novis titulis, niveos Clementia currus
Cingat & auratas Fáſque, Fidéſque rotas.

Quæ adferre volui, ut liqueret pravâ verſione etiam doctiſſimos viros à recta via transverſos abduci.

Si Veritas, Manſuetudo & Juſtitia Salomonis idoneum & dignum eum reddiderant, qui Hebræorum Rex fieret; eædem Virtutes longe majo-

in cor hoſtium Regis. 7. Solium tuum, ô Deus, æternum & perpetuum eſt; ſceptrum æquitatis eſt ſceptrum regiæ tuæ dignitatis. 8. Amaſti juſtitiam, & odio habuiſti improbitatem; propterea inunxit te, ô Deus, Deus tuus, oleo hilaritatis, præ ſodalibus

6. Sagittarum loco tibi erunt populi, qui tibi credunt, & qui hoſtes tuos tibi ſubjicient, dum eos ad fidem habendam tuis dictis adducent. 7. Regnum tuum, ô Deus, æternum erit, & regnandi ratio æquiſſima. 8. Cordi tibi fuerit juſtitia, odio vero proſequutus eris improbitatem. Ideò, ô Deus, Deus tuus, oleo inunget te, quod ſummum gaudium exit, oleo aliorum regnum, creabit

majores, nec ullo, vel minimo, Vitio deformatæ effecerunt, ut Meſſias conſequeretur *nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus eſt Jeſus-Chriſtus, in gloriam Dei Patris.* Philip. II, 9. & ſeqq.

Manſuetudinem ac juſtitiam] וענוה צדק *vebanvah tſedek*, ſupplevi ו *&*, cum LXX. Int. & Chaldæo. *Hieronymus*, in Verſione ex Hebræo, habet *manſuetudinem juſtitiæ*, quaſi eſſet ענות *banvath* in ſtatu conſtructo, quod loquendi genus ignotum parit. Alii tamen duriùs volunt hîc עֲנָה eſſe Imperativum Kal cum *He* paragogico, ut רַאֲוָה Ezech. XXVIII, 17. ut ſit ſenſus *exaudi juſtitiam* Sed non capio, cur ad formam inuſitatam & fortè mendoſam confugere neceſſe ſit, potiùs quàm agnoſcas excidiſſe ו; aut, ſi ita libeat, hîc eſſe Ellipſin, vel etiam conjunctionem ו, quæ hîc eſt ante penultimum Nomen, pertinere ad ultimum, cujus rei plura exempla adtulit *Chriſt. Noldius*, in notis ad Signif. I. Miror etiam virum doctiſſimum *Mart. Geierum*, qui eſt in ea ſententia, objicere formam ענוה eſſe inſolitam & quæ nullibi, niſi hoc in loco, exſtet, cùm aliàs legatur עֲנָוָה Proverb. XV, 33. XVIII, 12. XXII, 4. Soph. II; 13. cùm nuſquam legatur ענוה, certè in emendatis Editionibus, vox Concordantiis & Lexicis ignota, ſed ubique ענוה. Verùm ἀπροσεξίαν hanc ceteris egregii viri meritis facilè condonamus; neque hæc dicimus exprobrandi cauſâ, ſed ne ejus auctoritas ſtudioſos Linguæ Hebraicæ fallat.

Et terribilia te docebit dextra tua] ותורך נוראות ימינך *vethorecba noraoth jeminecba.* Satis conſtat תורך eſſe futurum *Hiphil* tertiæ perſonæ fœmininæ à ירה, In qua conjugatione ſignificat *docere*, unde LXX. Int. ὁδηγήσει, *Aquila* φωτιεῖ, *Symmachus* ὑποδείξει, *Hieronymus*, *deducat* verterunt. Reliqua ſunt etiam clariora. Sed quæritur, quid ſibi velit, *docebit te terribilia dextra tua.* Mihi verò placet, quod plериſque placere video; nimirum, intellecturum Salomonem ex eventu eorum, quæ adgreſſurus eſſet, quantum ſui terrorem finitimis populis injeciſſet fama, quam ab initio regni ſibi peperit, & quæ pacem perpetuam, eo regnante, Iſraëlitis præſtitit, exceptis molitionibus, quæ habentur 1. Reg. XI., 14. & ſeqq. Sed Salomone ſene contigerunt. At multò excellentius & ſublimiùs hæc in regno Meſſiæ impleta ſunt; cùm miraculis ſuis homines ſacro quodam horrore perfuderit, atque iræ divinæ metu innumeros, eoſque ad caſtigatiores mores adduxerit.

6. *Sagittæ tuæ acutæ ſunt populi*] Singulos milites, quaſi ſagittas, habuit Salomon, paratos rectà petere hoſtes; quamvis iis vix uſus ſit, propter pacem. Singuli veri Chriſtiani ſunt, in manu Meſſiæ, quaſi ſagittæ ad percellendos Evangelii inimicos paratæ. Quod de Prædicatoribus Evangelii intellexit *Baſilius*, quem vide in Catena Corderiana.

Incident in cor hoſtium Regis] Occident, ſi opus ſit, hoſtes, inſtar ſagittarum, quæ in eorum corda incidiſſent. At Chriſtianorum tela, hoc eſt, doctrina, animum audientium ita adfecit, ut mortui vitiis Chriſto in poſterum viverent. Nihil hîc opus eſt hyperbato, quod hîc Veteres quæſiverunt, quaſi ordo eſſet: *ſagittæ tuæ acutæ in cor hoſtium regis, populi ſub te cadent.* In qua ſententia erat *Euſebius*, ut liquet ex ejus Commentario ad hunc locum. Sic & alii Veteres, quos ad hunc locum citavit *Lud. Ferrandus.*

7. *Solium tuum, ô Deus &c.*] Si interpretemur hæc de Salomone, ſignificabitur diutiſſimè poſteros ejus regnaturos; ſed hæc frigida ſunt, ſi comparentur cum ſententia, quam locus fundit de Chriſto intellectus; de quo, ex tota ſignificationis vocum amplitudine, explicari poteſt. Quamvis אלהים dicantur ab Hebræis Judices & Magiſtratus, qui loco Dei ſunt, in jure dicendo; ſenſus, quo Meſſias dicitur *Deus*, planè alius eſt, cùm ſic vocatus ſit, quia *in eo omnis plenitudo Deitatis habitat*, quod de nullo alio dictum eſt, neque dicetur.

Aeternus ac perpetuus eſt] עולם ועד *bolam vabed.* Malim hîc ſupplere ל, more ſolito, ut ſit *in æternum & perpetuum*, quàm conſtruere cum כסא *chiſſe*, quaſi diceretur *ſolium tuum, ô Deus, eſt ſolium æternitatis & perpetuitatis.* Sic aute נצח, quod idem eſt, Lamed omittitur, Amos I, 11. LXX. Int. εἰς αἰῶνα τοῦ αἰῶνος & *Aquila* εἰς αἰῶνα καὶ ἔτι.

Sceptrum æquitatis] שבט מישר *ſchebeth miſchor*, ſceptrum rectitudinis; hoc eſt, auctoritate tuâ regiâ omnia in regno, prout rectum & æquum eſt, adminiſtrantur.

Regiæ dignitatis] מלכותך *malchoutbcba*, quod maluimus hîc vertere *regiæ dignitatis*, quàm *regni*, propter vocis ambiguitatem. Hæc quoque multò veriora & ſublimiora ſunt, in Meſſiæ, quàm in Salomonis regno.

8. *Amaſti juſtitiam*] Cùm hoc non ſit omnino falſum in Salomone, quem David ſine dubio prætulit fratribus etiam natu majoribus, ut ſibi ſuccederet; multò verius eſt in Chriſto, cujus ſanctitas ſine ulla labe fuit.

Propterea] על כן *bal chen*, quod vertimus hîc *propterea*, LXX. Int. διὰ τοῦτο & *Aquila* ἀντὶ τούτου, quia res ipſa hoc ſuadebat. Obedientiæ enim Chriſti prœmium fuit regnum in omnia, ut docemur Philipp. II, 8. & ſeqq.

O Deus, Deus tuus] אלהים אלהיך *elohim elohecba* De Salomone hæc ſi intelligantur, dicitur ille *Deus*, ſenſu infinitis vicibus dilutiore,

dalibus tuis. 9. Myrrhâ, aloë & caſſiâ, omnia veſtimenta tua ex armariis eburneis
prolata te exhilarabunt. 10. Filiæ Regum *ſunt* inter res tuas pretioſas, adſtat conjux
tua ad dexteram tuam, auro Ophiræ *ornata*.
11 Audi filia, vide, inclina aurem tuam, obliviſcere populi tui, & domûs pater-
næ. 12. Cupidus eſt Rex formæ tuæ, & quia dominus tuus eſt, eum adora. 13. Fi-
lia Tyri, homines divites, munere tibi oblato, te colent. 14. Tota intus ornata eſt
filia

bit iis, qui ei parebunt. 9. Omnes tuæ veſtes ex eburneis armariis depromtæ, aromatum fumo imbuentur; qualia ſunt myrrha, aloë & caſia, odoratum tuum recreent. 10. Filiæ etiam Regum, ô Rex, erunt uxores tuæ ancillæ, inter quas eminebit conjux tua; quæ ad dextram tuam collocabitur, auro Ophiræ ornata.

11. Tu verò, Sponſa Regis, aurem tuam mihi

re, quàm *Deus ejus*, hoc eſt, creator omnium, cum quo nihil conferri poteſt. Itaque mirum non eſt, quin illi, *Deo καταχρηστικῶς* dicto, ſit ſuus propriè dictus *Deus*. Quin & Jeſu-Chriſto eſt etiam ſuus Deus, prout ipſe teſtatur Joan. XX., 17. eſt enim homo, qui ad quamcumque dignitatem evectus ſit; tamen, ratione humanitatis, Deum ſuum habet, quo ſenſu hîc eſt, apud Scriptorem Epiſtolæ ad Hebræos, intelligendus locus, ut & Chriſti verba, *adſcendo — ad Deum meum & Deum veſtrum*. Alioqui *Deitas, quæ in eo corporaliter habitat*, eſt ipſe ſummus Deus, qui Deum non habet, ſed Deorum eſt omnium Deus. Nec obſtat hoc quominùs Chriſtus homo, propterea, *Deus* quoque vocetur; *ſi enim Scriptura illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolvi; quem Pater ſanctificavit*, ait Chriſtus, Judæos adloquens, *vos dicitis quia blaſphemas, quia dixi, filius Dei ſum*. Joan. X, 35. 36.

Inunxit te — oleo hilaritatis] Notum eſt Veteres in hilaritate ſollemniori, aut convivio ſplendidiore, aut *καλλωπισμοῦ ἕνεκα* ſolitos eſſe unguentis, ſeu oleis odoratis uti. Vide Pſ. XXIII, 5. Ruth. III, 3. 2. Sam. XII, 20. XIV, 2. CIV, 15. Ideò ejuſmodi oleum dictum eſt שמן ששון *ſchemen ſchaſchon*, oleum hilaritatis. Cùm verò Res non augurararetur, ſine oleo, publicáque hilaritate, ſi palam ungeretur, ut Salomon 1. Reg. I, 34. ideò etiam ejuſmodi oleum ſic vocatum videtur. Scio eſſe qui ששון *Suſinum* interpretentur, atque oleum è liliis eſſe putent, ſed mihi non perſuaſerunt, cùm contrarium liqueat ex Eſ. LXI, 3. ubi alii ejuſmodi uſus opponitur luctui. Nihil hîc non clarum eſt, ſi de Salomone intelligantur; nec de Meſſia res obſcurior, qui Spiritu Sancto unctus eſt, ut munere ſuo defungi poſſet. Vid. Eſai. LXI, 1. Act. X, 38. Hoc tamen hîc non tam ſpectatur, quàm collata in in eum regia poteſtas, cujus plenam poſſeſſionem in cœlum adſcendens adivit.

Præ Sodalibus tuis] מחבריך *mehhaberecha*. LXX. Intt. interpretantur *μετόχους Aquila & Symmachus ἑταίρους*. Sunt propriè homines aut fœdere, aut amicitiâ, aut alio vinculo conjuncti. Salomonis *ſodales* ſunt alii Davidis filii, Chriſti homines ejuſdem naturæ participes.

9. *Myrrhâ, aloë, caſiâ.*] Deſcribuntur unguenta, quibus veſtes Salomonis unctæ erant, & ſubaudiendum ב *in*. Myrrha adhibita fuerat in unguento, quo Tabernaculum, ejúſque utenſilia erant uncta, Exod. XXX, 22. ubi vide notata. Ac ſanè unguentum ex myrrha gratum & pretioſum fuit, ut liquet ex Eſth. II, 14. Proverb. VII, 27. éque Cantici Canticorum pluribus locis, ut C. I, 13. III, 6. V, 1, 5. Multa hac de re collegit *Fort. Scacchus* Myrothecii l. c. 51, & 52. aliíſque locis, quem, ſi tanti eſt, adeant Lectores.

Aloë אהלות *ahalouth*, vertitur à LXX. Intt. *σταχτὴ*, ut & ab Hieronymo, in verſione ex Hebræo. Sed *Myrrha* & *ſtacte* ſunt idem, hîc verò diſtinguuntur, מר *mor* & אהלות *ahalouth*, Cant IV, 14. ubi iidem habent *σμύρνα ἀλώθ*. Duobus hiſce locis fœminini generis eſt hæc planta; ſed eſt maſculini Proverb. VII, 17. ubi jungitur etiam cum Myrrha, ubi אהלים verterunt LXX. Intt. *οἶκον*, quaſi legendum eſſet אֹהָלִים *tentoria*, perperam. Extat adhuc genere maſculino. Num. XXIV, 6. Sed an ſit illic eadem planta dubito.

Claud. Salmaſius multis egit de Aloë, in Exercit. Plinian. in *Solinum*, p. 742. & ſeq. Ed. Ultraject. quem adire poterunt ii, quorum rem penitiùs noſſe intererit. Hoc tantùm ad nos ſpectat, duplicem eſſe Aloën; una eſt planta, cujus ſuccus ſpiſſatus eſt amariſſimus, & purgandi vim habet; ſed huc non pertinet, ubi de aromatibus ſermo eſt: altera eſt arbor aromatica, cujus ligni in thymiamatibus conficiendis frequens fuit uſus, & apud *Aëtium* Lib. XVI. in compoſitione muſcati, ad quod conficiendum vult adhiberi *ἀλόης οὐγγίαν ά, καλάμου Ἰνδικοῦ οὐγγίας ς'* &c. Idem, in aliis locis, quorum aliquot profert *Salmaſius*, loquitur de Aloë, quaſi de planta aromatica. Sic & *Suidas* diſerat *Ἀλόη, εἶδος μυρεψικόν*, *ſpecies unguentaria*, quod malè verſum *medicamenti genus*. Verùm ineptus aliquis addidit *Pauli Æginetæ* locum, qui pertinet non ad aromaticum *Aloën*, ſed ad *καθαρτικήν*. Locus enim ille abeſt à Cod. Pariſienſi, ut adnotavit *Lud. Kuſterus*, qui tamen errorem ex ambiguitate nominis natum, non diſcuſſit, quamvis multis eam demonſtraret *Salmaſius*. Etiamnum lignum Aloës eſt in magno pretio & uſu ad ſuffiendum, apud Orientales, de quo egit *Joan. Bapt. Tabernerius*, in Indiæ Deſcriptione & Tunquini regni, & poſteriores quidem Cap. IV. *Egi*, inquit, *in Indicis meis relationibus de natura hujus Ligni, & oſtendi eſſe cujus pondo mille ſcutatis ematur, ſi modo bonum & pinguedine plenum ſit. Eſt etiam quod tribus tantum ſcutatis venditur, ſed caret pinguedine, nec uſui eſſe poteſt, niſi ad conficienda armariola, aut grana, quæ è collo pen-*

filia Regis, & veſtis ejus eſt auro conſtricta. 15. Phrygionicis veſtibus indutæ poſt eam adducuntur ad Regem virgines amicæ ejus, quæ ad te, *ô Regina*, intromiſſæ ſunt.

hi præbe; obliviſcere popularium tuorum & patris tui. 12. Amore tui Rex captus eſt, ô Puella; at tu eum, quia eſt Dominus tuus, comiter ſaluta. 13. Tyria puella, omnes paullò ditiores, ve-

pendeant. Omnes Mohammedani, ſed præſertim Turcæ & Arabes, qui barbam alunt, id lignum magni faciunt; & cùm ſe mutuò inviſunt, continuò profertur acerra, cui igne inſtructæ fruſtulum ejus ligni injicitur; unde fumus & odor gratus prodit; quo ſuffiunt barbam, ſublatis manibus & prolatis hiſce verbis, elhemed illah, *gratia Deo. Cùm pingue eſt lignum, injicitur igni magnitudine tantùm piſi, & nonnihil madefactum plus fumi emittit, quàm fruſta ſicciores ligni multum æquantia. Itaque id lignum, cùm inſitatæ eſt bonitatis, pretio caret. Anno* MDCXLII. *quo Luſitani Ducem Brigantinum Regem ſalutarunt, Goenſes certa de cauſa in Japoniam vela dederunt; nec inter munera, quibus Japoniæ Regem donare ſtatuerant, ullum fuit pretioſius, quàm ſignum ejus ligni, ſex pedes altum, & duos peripheriæ habens. Emtum fuerat circiter quinquaginta millibus Librarum Turonenſium Gallicæ pecuniæ. Id vidi, in Perſide, apud Monachos Auguſtinianos, qui ex Japonia retulerant, cùm Regi offerre non potuiſſent. Voluerant etiam offerre Regi Perſarum, ſed lignum corruptum fuerat, aquâ marinâ, cùm referretur, nec niſi tetrum odorem emittebat.* Nec mirum videri queat Ἀλόην dictam, ex אלהה *alohah* in ſingulari, unde אלהות *alahoth* in plurali. Sic à קציעה *ketſihah*, factum eſt *Caſia*, & à קנמון *Kinnamon* Cinnamomum. Nomina, cum rebus, ab Orientalibus ad Græcos pervenerunt, ut rectè *Salmaſius*. Nemo jam mirabitur Aloë ſuffita fuiſſe Salomonis veſtimenta; quod meritò mirabantur, qui nullam niſi καθαρτικὸν Aloën norant.

Et caſiâ] Idem *Salmaſius* ejuſdem Operis pag. 918. & ſeqq. multis de *Caſia* egit; cujus etiam duplex fuit genus, alterum καθαρτικὸν, quod ſiliqua eſt & vulgò nunc *Caſia fiſtula* dicitur; alterum aromaticum, quod eodem quoque nomine adpellatur, & interdum ξυλοκασία. Hanc deſcribit *Dioſcorides*, quaſi ἀρωματίζουσαν: Lib. I. c. 12. Arbuſtum eſt, cujus cortex tantùm uſui eſt, & in fiſtulæ aut tibiæ formam convolutus venditur; aut quod etiam ſolidum, unà cum ligno ſervabatur. Sed *Salmaſium* vide, ubi è *Galeno* oſtendit, corticem fuiſſe *vehementis odoris & ſaporis*, ἰσχυρὸν κατ' ὀσμήν τε καὶ γεῦσιν. Vulgò *Canellam* interpretantur, quæ eſt *Caſia*, non *Cinnamomum*, quo nunc caremus.

Ex armariis eburnis] מן היכלי שן *min hechale ſchen*. Satis conſtat שן, quod propriè *dentem* ſignificat, eſſe *ebur*, quod eſt dens elephantis. Sed vox היכל *hechal* quid hic ſibi velit non ita notum eſt, quamvis alibi frequenter *templum*, aut *regium* ſignificat. Atqui res ipſa oſtendebat agi hîc de loco minore, quàm eſt *palatium*, quo loco veſtes ſervantur, & quidem ejuſmodi, ut ebore ornatus eſſet; quamobrem neceſſe erat veſtiarium intelligi, aut armarium, in quo veſtes, præſertim pretioſiores, ſervarentur, & in quo odoribus ſuffirentur, aut aliqua ex parte ungerentur. Potuit fieri, ut ejuſmodi armaria extrinſecus ita formata & ornata fuerint, ut *palatia* quædam minora referrent, ideóque היכלים *hechalim* vocarentur. LXX. verterunt ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, *Aquila*, ἀπὸ ναῶν ὀδόντος, *Symmachus*, ἀπὸ ναῶν ἐλεφαντίνων. Erat vox Græca, quæ omnino videtur ab Hebraica derivata, huc faciens, nempe, χηλοὶ quâ ſignificantur armaria, aut ciſtæ, quibus ſervabantur veſtes. Ea utitur *Homerus* Odyſſ. Φ, 51. ubi de loco in quo Ulyſſis ſervabantur veſtes; & è quo arcum petebat Penelope:

> Ἡ δ' ἄρ' ἐφ' ὑψηλῆς σανίδος βῆ, ἔνθα δὲ χηλοὶ
> Ἕστασαν, ἐν δ' ἄρα τῇσι θυώδεα εἵματα κεῖτο.

Hæc itaque in altam tabulam ivit, in qua capſæ ſtabant, inque his odoriferæ veſtes repoſitæ erant. Hunc ſolum locum adduxi, cùm pluribus aliis vox exſtet; quia huic Pſaltis propemodum ſimilis eſt. *Euſthatius* quidem vult eſſe vocem Laconicam, eámque deducit à χῶ, *habeo*; ſed ſunt hæ conjecturæ incertæ. Multò malim χηλοὶ deducere ab היכלים *hechalim*, quod idem prorſus hîc ſignificat.

Te exhilarabunt] שמחוך *ſchimmechoucha*, quod eſt præteritum, pro futuro. Qui odoribus gaudent, ut vulgò Orientales, veſtibus odoratis exhilarabantur, & feſtis diebus induebantur.

10. *Inter res tuas pretioſas*] ביקרותיך *bikerorotheeha*. Uxores, nempe, Salomonis, quæ Regum erant filiæ, numerat inter κειμήλια; quia in Gynæceo veluti repoſitæ erant. Alii יקרות *jekaroth* aiunt ipſas uxores dici, in quarum numero filiæ regum erant. Prius malim.

Conjux tua] שגל *ſchegal*, quod à שגל *vitiare mulierem*. Suſpicor recens nuptam ſignificari, hac voce; certè de recens nupta agit Pſaltes. Exſtat adhuc Nehem. II, 6. de uxore Artaxerxis, déque uxoribus Belſaſaris Dan. V, 2, 3, 23. Nihil obſtat quin recèns nuptæ intelligantur, etiam iis locis.

Ad dextram] Videtur in recens nupta hoc factum, ritu quodam ſollemni; ſive ad dextram minùs honorificus eſſet locus, ſive ad ſiniſtram; qua de re vide ſuſpiciones *Joan. Druſii* Quæſ. per Epiſt. CXVII.

Auro Ophiræ ornata] *In auro Ophir*, בכתם אופיר *bechethem Ophir*. LXX. Int. ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ, qui ſine dubio eſt ſenſus. *Aquila*: ἐν βάμματι Ὠφείρ; ut & V. & VI. Editiones; quamvis quî כתם *tinctura* verti queat, non intelligamus; nec mentio ulla fiat *tincturæ*, ſed tantùm *auri Ophir*. *Symmachus* ἐν χρυσῷ πρώτῳ, quod non adſequimur.

Quia dominus tuus eſt, eum adora] כי הוא אדניך והשתחוי לו *chi hou adonajich vehiſchthahhuvi lo*, quod eſt perinde ac ſi duo poſteriora verba priora eſſent: והשתחוי לו כי הוא אדניך *at eum adora, quia dominus tuus eſt*; quaſi diceret; quamvis ſit formæ tuæ cupidus, nihilo ſeciùs hono-

Digitized by Google

ſunt. [16]. Ducuntur cum hilaritate & exſultatione, & ingrediuntur regiam. [17]. Loco patrum tuorum erunt tibi, *ô Rex*, filii tui, quos principes, per univerſam *tuam* terram, conſtitues. [18]. Faciam ut nomen tuum memoretur, per omnes ætates, & propterea populi te in perpetuum laudabunt.

Piarum

venient ad te, ut muneribus ad te adlatis, gratiam apud te ſibi quærant. 14. Intus atque extrinſecus, ornata eſt filia Regis (nempe, Ægyptiorum) *Cætera quæ ſequuntur minutatim explicari nihil opus eſt.*

PARA-

honorem ei exhibe, inflexo corpore, ut domino tuo. Quibus verbis, Reginam monet Pſaltes, ne Regis erga ſe amore abuti umquam velit; quaſi amor viro auctoritatem ſuam minueret. Quod videmus Vaſthi, Perſarum Reginæ, malè ceſſiſſe, Eſther I, 12. & ſeqq. Simul obliquè monebatur ipſe Salomo, ne præ amore, mancipium uxoris fieret, eiſque in rebus illicitis obſequeretur; quod tamen fecit, ideóque pœnas luit, I. Reg. XI, 1. & ſeqq. Hæc ad Chriſtum minimè pertinent. Sed in Vulg. verſione addita eſt vox *Deus*, poſt *Dominus*, contra auctoritatem Hebraïcorum & Græcorum Codicum, ut ad Chriſtum referri viderentur.

13. *Filia Tyri*] בת צור *bath tſor*. Loquendi genus frequens, quo ſignificatur ager & imperium urbis, cum eorum incolis. Sic *filia Sionis* eſt Jeroſolima Lam. I, 6, II, 1. & frequenter alibi; *filia Sidonis*, pro Sidone Jerem. XXIII, 12. *filia Babelis* Pſ. CXXXVII, 8. pro Babylone. LXX. Intt. hîc habent Θυγατέρες Τύρου, quaſi de puellis Tyriis ſermo eſſet. Meliùs *Aquila*, *Theodotion* & V. Editio Θυγάτηρ Τύρου, aut enim verbotenus vertendum hoc idioma linguæ Hebraïcæ, ſat notum, frequenti Scripturæ uſu; aut planè neglecto, dicendum eſſet, *Tyrus*, aut *Tyrii*. At *Symmachus* θυγάτηρ κραταιά, alius neſcio quis θυγάτηρ κρατίστη, & *Hieronymus* in verſione ex Hebræo, *ô Filia fortiſſimi*. Incommodè, nam צור *tſour* eſt rupes, petra, interdum & locus munitus, ſed de homine forti non dicitur.

Homines divites munere oblato te colent] *In dono faciem tuam precabuntur divites populi*, במנחה פניך יחלו עשירי עם *bemiubbah phanajich jechallou haſchire ham*. חלה in *Kal*, eſt *debilem eſſe*, *ægrotare*, in *Pihel* verò conjunctum cum nomine פנים *phanim*, facies, eſt favorem ſibi quærere, gratiam ambire; quod viri docti dici volunt, quia eâ ratione frons mollior fiat, nec negare quod petitur ſuſtineat. Verúmne ſit hoc non ſatis ſcio; ſed hîc ſignificat *muneribus colere*. LXX. Intt. habent τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύσουσι, *Theodotion* τιμήσουσι. Hieronymus: *faciem tuam deprecabuntur*, hoc eſt, te vehementer orabunt, ut velis iis propitia eſſe. *Divites populi* vertimus *homines divites*. Cùm potentior multò eſſet Salomon Rege Tyri, Tyrius ejus amicitiam diligenter coluit; & mercatores locupletes, qui negotiabantur in agris Iſraelis, atque in Ægypto, uxori ejus, Pharaonis filiæ, ut favorem viri ejus & patris ſibi conciliaret, nihil mirum eſt munera miſiſſe. Sic & ſub ipſo imperio Romano, cum iratus eſſet Herodes Agrippa Tyriis & Sydoniis, neſcio qua de cauſa, *unanimes venerunt ad eum &, perſuaſo Blaſto, qui erat ſuper cubiculum Regis, poſtularunt pacem, eò quòd alerentur regiones eorum ab illo*, Act. XII, 20.

14. *Tota intus ornata eſt filia Regis*] כל כבודה בת מלך פנימה *chol chbudah bath melech phnimah*. LXX. Intt. πᾶσα ἡ δόξα (quaſi legiſſent כְּבוּדָה) θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν, ut habet Cod. Alexandrinus non Ἐσεβὼν, ut Romanus. *Hieronymus: omnis gloria filiæ Regis intrinſecus.* Ex lectione noſtra, non poſſumus aliter interpretari, quàm fecimus. Videtur hîc ſignificari induſium lineum, quale Ægyptii gerebant, & ſtola interior, cui ſuperimpoſita fuit alia, de qua in ſequentibus verbis. Nota ſunt quæ de Eccleſia Chriſti ſponſa myſtica dicuntur, nempe, pulcritudinem ejus totam internam eſſe. Hoc eſt, in animi vera ſanctitate ſitam, non in externa ſpecie. Doctrina, ſine dubio, vera eſt; ſed an hîc quæri poſſit, mihi non omnino conſtat. Filia Pharaonis poteſt eſſe, ſi ita videatur, adumbratio Eccleſiæ Gentium, quæ multò major fuit, quàm Judæorum, Chriſtóque etiam carior; quòd ſalutem ſuam totam ex Evangelio, non ex obſervatione Legum Moſaïcarum, pendere putaverint. Sed non poſſunt ſingulæ circumſtantiæ, quarum permultæ ſunt tantùm πάρεργα, ſeu ornamenta ad ipſam adumbrantem picturam pertinentia, minutatim aptari rei, quæ pingitur, & quæ, remotior licèt, potiſſimum ſpectatur. Conjecturæ, quæ interdum venditantur, quaſi ſenſus Scripturæ, incertiſſimæ ſunt; nec poſſunt, ſine periculo, miſceri cum rebus exploratis, præſertim cùm è contortis interpretationibus naſcuntur.

Veſtis ejus eſt auro conſtricta] משבצות זהב לבושה *misbetſoth zahab lbouſcheh*. LXX. Intt. ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη, πεποικιλμένη, quod vertit Vulgatus, *in fimbriis aureis circumamicta varietatibus*. Hieronymus, *faſciis aureis eſt veſtita*. Alius ex Græcis, διὰ συσφιγκτήρων χρυσῶν, *per fibulas aureas*; nempe, veſtis eſt conſtricta. Quam ſignificationem confirmavimus ad Exod. XXVIII, 4. Subaudiendum hîc ב, ante poſtremam vocem לבושה, ut verbotenus ſit *fibulæ auri in ejus veſte*.

15. *Phrygionicis veſtibus indutæ*] לרקמות *lirkamoth*. Oſtendimus ad Exod. XXVI, 1. רוקם *rokem*, eſſe Phrygionem, qui acu pingeret. Ideò לרקמות interpretati hîc ſumus, quaſi eſſet לבושות ברקמות *lbouſchoth birkamoth* Phrygionicis veſtibus indutæ. ל & ב ſæpe miſcentur, ut oſtendit *Chriſtian. Noldius* ad ſignif. XVIII. particulæ ל.

Poſt eam adducuntur] *Adducitur* (תובל, *thoubal*, pro תובלנה *thoubalnah*, ut ſeq. verſu; hoc eſt, unaquæque adducitur) *Regi virgines*, *poſt eam*, *amicæ ejus* (Reginæ) *introductæ ad te*, ô Regina. Intelliguntur puellæ ingenuæ, ho-

Piorum perpetua à Deo conſervatio, unde potentia Dei intelligitur.

1. PRÆFECTO, CANTICUM CORACHIDARUM, AD HALAMOTH. PSALM. XLVI.
2. Deus nobis eſt perfugium & fortitudo, ac paratiſſimum in anguſtis rebus auxilium. 3. Propterea non timeremus, ſi *locum* mutaret terra, neque ſi montes in mediis

PARAPHRASIS.

1. PRæfecto Cantorum Templi, Hymnus à Corachidis, ad Muſicæ ſacræ Præfectum miſſus. 2. Deus nobis præbet perfugium & certum; in rebus incertis, auxilium. 3. Quare non eſſet quod

honoris, & miniſteriorum cauſâ, Reginæ adſutoræ.

16. *Regium*] *Palatium Regis.*

17. *Loco patrum tuorum* &c.] תחת אבותיך יהיו בניך *thabbath abothecha ihjou banecha.* Hîc ſunt adfixa maſculini generis, quæ oſtendunt orationem ad Regem converti, certè è punctis hodiernis. Interpretantur, ſi de Salomonis filiis intelligatur, fore eos ſimiles Majorum ejus, hoc eſt, pios, & veri Dei cultui addictos, quod fortè contigit; nam nonnili ſenex Salomon idololatricos cultus in regnum recepit. De Chriſti verò diſcipulis intellecta hæc, ſignificant, ex ſententia virorum doctorum, Gentiles, qui in locum Judæorum, cultu veri Dei adſcito, & fide Evangelii ſuſceptâ, ſucceſſerunt. Verùm ſi adfixa eſſent fœminini generis, quod punctis mutatis fieri poteſt; hic Reginæ in relictorum parentum ſolatium numeroſa ſoboles prædiceretur, & quidem imperatura, aut ſub Rege negotia regni adminiſtratura, ex grammatico ſenſu: myſtico verò Eccleſiæ promitteretur, Chriſtianos tandem rerum potituros. Quod feliciter ſic expreſſit *Buchananus:*

Neu deſiderio nimiùm tangare tuorum,
Virgo, tibi dulcem patriſque & matris amorem
Leniet adnaſcens ſobolis generoſa propago,
Quos regere imperio terras, totúmque per orbem
Adſpicies populos ſceptro frenare ſuperbos.

Per univerſum tuum terram] בכל הארץ *bechol baarets*; addidi *tuam*, nam ſæpe terra ab Hæbræis occupata vocatur *terra* ſimpliciter. Vide dicta ad Gen. XLI. 56 & ad Ruth I. 1. Sic res intelligenda, ſi de Salomonis filiis intelligatur; quin etiam de Chriſtianis ſi hæc capias, pars non ſpernenda terrarum orbis deſignabitur, non totus.

18. *Per omnes ætates*] *In omni ætate & ætate.* Hæc quidem Salomoni contigerunt, qui etiamnum, quaſi magnus Rex & ſapiens, celebratur; ſed multò pleniùs Chriſto.

COMMENTARIUS

In PSALM. XLVI.

1. *AD Halamoth.*] LXX. Intt. *ὑπὲρ τῶν κρυφίων*, *Aquila ὑπὲρ τῶν νεανιοτήτων*, *Symmachus ὑπὲρ τῶν αἰωνίων* Adluſere ad ſignificationes varias vocis עלם ex quibus deduci poteſt. Sed nomen eſt inſtrumenti muſici, de quo 1. Par. XV, 20. Quale verò fuerit nemo hodie dicere queat.

2. *Paratiſſimum in anguſtis rebus auxilium*] *Auxilium in anguſtiis inventum valde.*

3. *Si locum mutaret terra*] בהמיר ארץ *behamir arets*; ſubaudiendum מקומה *mekomah*, locum ſuum, propter antecedens verbum activum. Multò rectiùs hæc de ſe pii Hebræi dicere poterant, quàm Sapiens ille, de quo *Horatius* Lib. III. Ode III.

Juſtum & tenacem propoſiti virum
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolidâ, neque Auſter
Dux inquieti turbidus Hadriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

Neque ſi montes in mediis maribus &c.] *Et cùm moverentur montes in medio marium.* בלב ימים *bleb jamim, in corde marium.* Quo loquendi genere non eſt intelligendum neceſſariò maris centrum, ſi ita loqui poſſimus de Oceani, aut Maris interni figura, ſed & quævis pars maris etiam à littore non remota; cùm Tyrus, in inſula littori vicina ſita, dicatur eſſe *in corde maris*, Ezekielis Cap. XXVII. 4. Sæpiſſimè Poëtæ & Oratores deſcribunt montes mari oppoſitos, quaſi prorſus immotos, quod fluctibus à tot annis illiſis moveri non potuerint. *Virgilius* Æn. Lib. VII. 586.

Ille, velut pelagi rupes immota, reſiſtit;
Ut pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quæ ſeſe multis circumlatrantibus undis
Mole tenet; ſcopuli nequidquam & ſpumea circum
Saxa fremunt, laterique illiſa refunditur alga.

Sic & Æneid. X. 693.

Ille velut rupes, vaſtum quæ prodit in æquor,
Obvia ventorum furiis, expoſtáque ponto,
Vim cunctam atque minas perfert cælique, mariſque,
Ipſa immota manet.

Ad quem poſteriorem locum ſimilia loca congeſſit *Joan. Lud. de la Cerda.* Vult ergo hîc Pſaltes, ſi ea, quæ omnium maximè immota habentur, moveri incipiant, non eſſe cur ii,

mediis maribus nutarent, 4. *ſi* ſonarent & turbarentur eorum aquæ, ſi contremiſcerent montes, propter eorum tumorem. Selah. 5. *Erit* fluvius, cujus rivi exhilarabunt Urbem Dei, ſacram habitationem Altiſſimi. 6. Deus in ea eſt, non movebitur; adjuvabit eam Deus, cùm mane *eam* reſpiciet. 7. Tumultuatæ ſunt gentes, regna commota ſunt; vocem ſuam emiſit, *&* liquefacta eſt terra.

8. Jehova, *Deus* exercituum, nobiſcum eſt; Deus Jacobi editus eſt nobis locus. Selah. 9. Ite, videte opera Jehovæ, qui vaſtitates in terra fecit. 10. Faciet ut bella ceſſent, ad extremam uſque terram, arcum franget, & concidet haſtam, currus igne comburet. 11. Ceſſate, *ait Jehova*, & intelligite me eſſe Deum, *qui* extollar in gentibus

quod timeremus, ſi Terra in alium Mundi locum transferretur, aut ſi montes in ipſo mari nutarent, propter inuſitatam procellam; 4. neque ſi omnes maris aquæ inſolitum ſonitum ederent, extraordinario ſuo tumore. 5. Erit aqua, quæ in urbem Jeroſolimam perducta eam exhilarabit, per ſubterraneos meatus. 6. Deus ei adeſt, neque incolæ ex illa, nunc quidem, aliò abducentur; tutabitur eam Deus, eamque matutino tempore, ut Paterfamilias inviſet, ſi forte quidpiam per noctem lapſum aut perruptum fuerit, quod ſit ſarciendum. 7. Aliquando magno tumultu conſpirarunt plures gentes atque urbes contra eam urbem, at Deus auxilium ei tulit, quo territi ſunt ejus hoſtes.

8. Creator Deus, qui exercitibus præeſt, pro nobis pugnat. Eſt nobis inſtar editi loci. 9. Videte quæ fecerit in terris, & vaſtitates quas in ea

qui in Deo omnium rerum creatore fiduciam poſuerunt, propterea ſibi timeant; cùm ſit eorum, quæ creavit, Dominus.

4. *Eorum aquæ*] Eſt *ejus aquæ*. מימיו *meman*, ſed quia anteceſſit ימים *maria*, plurativo uſi ſumus.

Propter eorum tumorem] בגאותו *bgaavatho*. Deberet hic quoque eſſe בגאותם *propter tumorem eorum*, nempe, marium. Sed ſic ſolent Hebræi ſubinde mutare numeros. Hîc autem גאוה *gaavah*, aut *altitudo*, aut *ſuperbia*, ſignificat tumorem maris, gravi procellâ æſtuantis.

5. *Erit fluvius*] נהר פלגיו *nahar phlagau*, fluvius rivi ejus; hoc eſt, erit fluvius cujus rivi, &c. Nullus erat fluvius propriè dictus, qualis Jordanes, ſed cùm נהר ſignificet *fluere*, derivatum poteſt eſſe *fluentum* quodvis, etiam fons. Talis erat fons Siloë, aut *Schiloahh* שלוח, cujus aquæ in piſcinam ſuperiorem & inferiorem, veluti in duos rivos, qui dicuntur פלגים *phlagim*, diviſæ erant, & præterea aliunde derivatæ aquæ; ita ut aquæ ſatis eſſet, in urbe, quamvis obſideretur. Vide 2. Reg. XX. 20. 2. Ephem. XXXII. 30. *Ariſteas* p. XI. Ed. Hodianæ, ubi deſcribitur aqua copioſa, quæ Templo ſuppetebat: ὕδατος δὲ ἀνέκλειπτός ἐστι σύστασις, ὡς ἂν καὶ πηγῆς ἔσωθεν πολυῤῥύτου φυσικῶς ἐπιῤῥεούσης· ἔτι δὲ θαυμασίων καὶ ἀδιηγήτων ὑποδοχείων ὑπαρχόντων ὑπὸ γῆν, καθὼς ἀπέφαινε, πέντε σταδίων κυκλόθεν τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν καταβολῆς: *aquæ verò eſt corrivatio, quæ numquam deficit; fonte quippe introrſum copioſo naturâ influente, & præterea mirabilibus, & qui deſcribi nequeant, aquæ ductibus terræ ſubjectis, ut dixi, per quinque ſtadia circumquaque à templi ædificio.* Addit: καὶ ἑκάστου τούτων σύριγγας ἀναριθμήτους καθ' ἕκαστον μέρος ἑαυτὰ συναπτόντων τῶν ῥευμάτων· καὶ πάντα ταῦτα μεμολιβδῶσθαι κατ' ἐδάφους καὶ τοῦ τοίχου· ἐπὶ δὲ τούτων κεχύσθαι πολύ τι πλῆθος κονίας, ὅπως ἐνεργῶς γεγονότων ἁπάντων. εἶναι δὲ πυκνὰ τὰ στόματα πρὸς τὴν βάσιν, ἀοράτως ἔχοντα τοῖς πᾶσι, πλὴν αὐτοῖς οἷς ἐστι λειτουργία: *& unoquoque horum innumeros tubos* (habente) *ad ſingulas partes ſemet ipſa conjungentibus fluentis. Omnia etiam hæc plumbo obducta in imo & lateribus* (ſciendum.) *Præterea ſuper hiſce aggeſtam multam terram, donec omnia ad effectum perducta eſſent. Eſſe etiam frequentia oſtia ad baſin, quæ non ab omnibus cernantur, ſed iis tantum, qui miniſterio ei præſunt.* Poſtea docet quî ſubterranea aquarum receptacula eſſe intellexerit: προήγαγον γὰρ πλεῖον σταδίων τεσσάρων ἐκ τῆς πόλεως, καὶ πρός τινα τόπον ἐκέλευσέ τις κατακύψαντα συνακοῦσαι τοῦ γινομένου ψόφου τῆς ἀπαντήσεως τῶν ὑδάτων· ὅθεν συνεφανὴς μοι γεγονέναι τὸ μέγεθος τῶν ἀγγείων, καθὼς δεδήλωται: *abduxerunt me ad quatuor ſtadia ex urbe, & ad quemdam locum juſſit me quiſpiam adclinatum auſcultare ſonum, quem confluentes aquæ edebant. Hinc ergo apertè intellexi magnitudinem vaſorum, quemadmodum dictum eſt.* Hæc, plura licèt, exſcribenda cenſui, ut faciliùs intelligeretur quid velit Pſaltes, cùm ait *fore fluvium, qui urbem Dei exhilararet.*

Sacra habitatio altiſſimi] קדש משכני עליון *kdoſch miſchchene heljon*, ſancta habitationum altiſſimi.

6. *Non movebitur*] בל תמוט *bal thimmoth*. Aut, motu terræ non ſubvertetur; aut, ſi de incolis ejus res intelligatur, aliò non transferetur; ſi, nempe, incolæ conſtanter Deo pareant.

Cùm mane eam reſpiciet] לפנות בקר *liphnoth boker*, reſpiciendo mane. Quod poſſit etiam verti: *inſtante matutino tempore.* Vide Jud. XIX. 26. Exod. XIV. 27. Sed res eodem redit, ſeu Deus dicatur *reſpicere* urbem *matutino tempore*, ſeu *adjuvare* cùm inſtat matutinum tempus; hoc eſt, ſingulis diebus; ut paterfamilias, qui quotidie mane ſurgens circumſpicit, an damni quidpiam ceperint facultates ſuæ, per noctem.

7. *Tumultuatæ ſunt gentes* &c.] Hoc eſt, quotieſcumque vicinæ gentes magno tumultu exercitus in eam adduxerunt, & regna ſedibus his veluti evulſa, conjunctis copiis, eam delere adgreſſa ſunt. Quæ verba oſtendunt ſcriptum hunc quidem Pſalmum fuiſſe ante captivitatem, ſed tamen poſtquàm Jeroſolima eſſet ab hoſtibus obſeſſa.

Vocem ſuam emiſit] נתן בקולו *nathan bkolo*, dedit in voce ſua. Vide ſimilem conſtructionem Pſ. LXVIII. 34. Notum eſt; tonitru *vocem Dei* dici, vel è Pſalm. XXIX. Quod poſſit

tibus & ſublimis fiam in terra. 11. Jehova, Deus exercituum, nobiſcum eſt, Deus Jacobi editus eſt nobis locus. Selah.

Exhortatio ad populos omnes, & præſertim ad Iſraëlitas, ut Deum laudent.

1. PRÆFECTO, CARMEN CORACHIDARUM. 2. Omnes populi, palmis plaudite, & voce hilari, Dei cauſâ, vociferamini. 3. Nam, Jehova altiſſimus eſt PSALM. XLVII.

ea creavit. 10. At idem faciet ut deſinant bella, ad extremam uſque terram, arcus franget, haſtas ſecabit, & currus comburet. 11. Dicet pugnas eſſe omittendas, ſe enim, inter gentes ſublatum iri, atque in terris ſublimem fore. 12. Creator, qui bellis præeſt, pro nobis facit, eſtque inſtar editi loci, ad quem confugiemus.

P A R A P H R A S I S.

1. CORACHIDARUM carmen ad Præfectum miſſum. 2. Omnes populi plaudite ac hilari voce Deum extollite. 3. Nam ſummun Numen terrorem omnibus, quoties vult, injicit, cùm ſit totius

poſſit etiam hîc intelligi, vetum eſt enim à Deo tempeſtate immiſſâ & editis tonitribus, liberatos interdum Iſraelitas, ut Sam. VII, 19. Pſ. XVII, 18. Sed fortè metaphoricum eſt hoc loquendi genus, eóque ſignificatur Deus facilè Hebræorum hoſtes amoturum, ut vir fortis; vel ſolâ voce terrentur homines timidi. Vide Eſaiæ XXIX. 6.

Liquefacta eſt terra] תמוג ארץ *thamong arets.* *Liquefieri* dicuntur hoſtes terrore conſternati, ut Eſai. LXIV, 7. vel terra Hamos IX, 13. Metaphora petita eſt à cera, vel glacie, vel nive, quæ calore liqueſiunt & diſſolvuntur. Vide Pſ. XXII, 15. LVIII, LXVIII, 3.

8. *Editus eſt nobis locus*] משגב לנו *miſchgab lanou.* Hoc eſt, locus naturâ munitus, quales ſunt colles, aut rupes editæ. Vide Pſ. IX, 20. XVIII, 3.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

9. *Vaſtitates in terra fecit*] שם שמות בארץ *ſcham ſchammoth baarets*, poſuit vaſtitatea in terra; nimirum, hoſtica.

10. *Ad extremam uſque terram*] עד קצה *had ktſeh*, ad extremitatem; nempe, terræ Iſraëlitidis, cui toti pacem ſæpiùs præſtitit, ut regnante Salomone, quamvis vicini populi Hebræis nequaquam amici eſſent.

Arcum franget &c.] Sunt hæ deſcriptiones pacis, quâ intemeratâ manente, neque arcu, neque haſtâ, neque curru opus eſt.

Currus igne comburet] עגלות *hagaloth*, vertimus *currus*, quia hîc ſermo eſt de adparatu bellico, quem pax inutilem factura erat. Alioqui *plauſtra* ruſtica ſignificat; ſed hîc perinde eſt ac רכב *recheb*, ſeu currus, quo in bello uti ſolebant. Vide ad Joſ. XVII, 16. LXX. Intt. incommodè verterunt hîc θυρεοὺς *ſcuta*, alius ἁμάξας *plauſtra.* Rectiùs alius, cujus nomen non editur, fortè *Aquila*, ἅρματα, hoc eſt, currus bellici.

11. *Ceſſate*] הרפו *harphou.* Subaudiendus hîc accuſativus, ut מלחמות *milhhamoth*, prælia, vel bella. Poſſit etiam ſuppleri ידיכם *jadechem*, manus veſtras, quæ vox conjungitur cum hoc verbo 2. Sam. XXIV, 16. ubi Angelus vetatur plures Iſraëlitas occidere. Adloquitur Deus hoſtes populi Hebræi. Supplevimus, *ait Jehova*, perſpicuitatis cauſâ.

Extollar —— *ſublimis fiam*] hoc eſt, me verum Deum eſſe liquebit, gentéſque omnes me laudibus extollent. Prædictio eſt vocationis Gentium ad veri Dei cognitionem.

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. XLVII.

2. O*Mnes populi* &c.] Hiſce quidem continentur Tribus Iſraëlis, ſed & latiùs res eſt capienda de Gentilium vocatione, quæ ſub Evangelio facta eſt; cui rei meliùs etiam verba conveniunt, quàm ſolis Hebræis, imò & quamvis Proſelytos omnes, quos ad Judaiſmum adduxerunt, eis adjunxeris.

Voci hilari, Dei cauſâ &c.] הריעו לאלהים בקול רנה *harihou lelohim bkol rinnah*, vociferamini Deo voce hilaritatis, nam רנה *rinnah*, hilarem vocem paſſim ſonat. LXX. Intt. ἀγαλλιάσεως *exſultationis*, Hieronymus *laudis.* Alius Græcus, cujus nomen ignoratur, ἐν φωνῇ εὐφημίας, *alius* εὐφημήσατε. Sed voci רנה ſignificationem hilaritatis adjunctam eſſe ex permultis locis conſtat.

Hunc Pſalmum pro arbitrio invertit *M. Meibomius* ſpeciminis IV. p. 36. & *ſeqq.* Pro, *omnes populi palmis plaudite, & voce hilari, Dei cauſâ, vociferamini*, habet ordine mutato: *jubilate Deo populi, plaudite manibus, voce laudis ſæpe repetitâ.* Reſecat hîc præterea כל *chol*, *omnes*, cujus rei rationem non reddit. Senſus nobis hîc eſt egregius, nec ordinis mutandi occaſionem præbere potuit. Metricam verò ejus commenticiam flocci non facimus.

3. *Jehova altiſſimus eſt terribilis*] יהוה עליון נורא *Jehovah heljon nora*; hoc eſt, Deus Hebræorum, qui *Jehova* dicitur & *excelſus*, idem terrori eſt improbis. Non puto equidem עליון *heljon* nomen proprium fuiſſe Dei, ſed eſt tamen Epitheton, quo Hebræi Deum ſuum,

eſt terribilis, magnus eſt Rex totius terræ. 4. Subjiciet cæſos nobis populos, & gentes pedibus noſtris ſupponet. 5. Elegit nobis poſſeſſionem noſtram, cum ſublimitate Jacobi, quem amavit. Selah.

6. Adſcendit Deus, cum clangore, *&* Jehova cum ſonitu tubæ. 7. Carmina Deo canite. 8. Quia Rex eſt totius terræ Deus, canite erudiens carmen. 9. Regnat Deus in gentes, ſacro ſuo ſolio inſidet. 10. Principes populorum convenerunt, populus Dei Abrahami; nam Dei ſunt clipei terræ, & valde ſublimis factus eſt.

Laus

totius generis humani dominus. 4. Subjiciet nobis victas gentes, & populos nobis calcandos dabit. Elegit nobis agros noſtros, & ſic Jacobi poſteros evexit. 6. Adſcendit Dominus in cœlum, cum ſonitu Tubæ & clamore. 7. Carmina in ejus honorem canite, Regis noſtri laudes iterum, iterumque celebrate. 8. Eſt enim totius terræ Dominus, clarâ voce celebrandus. 9. Rex eſt Deus omnium Gentium, easque ex ſacro ſuo ſolio cœleſti regit. 10. Proceres terræ convenerunt, una cum ceteris Abrahami poſteris, ad eum colendum; nam Dei eſt inſtar clipei ſuos tegere, à quibus colitur; qua ratione ſublimem ſe præſtitit.

PA-

quaſi longè Diis omnibus ſublimiorem, ab aliis ſecernebant. Vide Gen. XIV., 19, 22.

Meibomius legit hîc נורא *venore*, & vertit: *Dominus excelſus eſt & terribilis.* Sed propter rationes adlatas, nihil eſt cur quidquam hic mutemus.

Rex totius terræ &c.] *Supra totam terram*; re verâ, tametſi ab omnibus populis regnum ejus non agnoſcebatur; ſoli enim Hebræi rem norant.

Meibomius hîc ante מלך *melech*, addit ו, quæ tamen conjunctio ſæpe ſubauditur, nec mendoſa ſunt habenda loca omnia, in quibus ſuppleri debet. Vide exempla apud *Chr. Noldium*.

4. *Subjiciet cæſos nobis populos*] ידבר עמים תחתינו *jedabber hammim tachtheinu.* LXX. Int. & *Symmachus* verterunt ὑπέταξε ex re ipſâ. Chaldæus יקטל *occidet*. Vide ad Pſ. XVIII, 48. Hæc ſi de Hebræis intelligas de paucis populis, non uſquequaque ſubjectis, interpreteris neceſſe eſt, quod frigidum; ſed ſublimiùs multò impletum eſt, & θεοπρεπεστέρως in Gentibus, quæ Evangelio colla ſubjecerunt. Dare populos Hebræis ſemper malè habendos, dum duro imperio eos premerent, Dei non erat, nec factum eſt; ſed digniſſimum fuit Deo populos Chriſtianæ Religionis jugo ſubjicere; quo admiſſo, æquè liberi & felices fuerunt, ac ii, à quibus nunciatum Evangelium acceperunt. Qua de re paucis egimus in Prolegom. Hiſt. Eccleſ. Sect. III. C. III, 17. & 18.

Pro *ſubjiciet cæſos* eſt in Heb. Codice ידבר *jedabber*, quod perdendi *ſignificatum* habet in conjungatione Pihel 2. Ephem. XXII, 10. & in Hiphil Pſ. XVIII, 48. ut illic notavimus. *Meibomius* verò habet hîc inauditam vocem ירפר *jirpar*, quam vertit *deturpando rumpet.* Sed רפר inuſitatum eſt in Bibliis, apud Syros verò & Arabes, quibus eſt notum, alia ſignificat, quæ huc nihil faciunt. Vix mihi perſuadeo virum eruditum ejusmodi mutationem, ex animi ſententia, protuliſſe; imperitis fucum facere voluit, qui mirarentur eruditionem hominis Linguæ, poſt duo millia annorum eóque amplius, intermortuæ voces omnibus Codd. ignotas reſtituentis. Sed ſtolidos ejusmodi paucos videmus.

5. *Elegit nobis poſſeſſionem noſtram*] יבחר לנו את נחלתנו *jibhhar lanou eth nahhalathenou.* Sic legerunt *Aquila*, qui habet κληρονομίαν ἡμῶν, & *Symmachus*, in cujus fragmentis legimus, κληρουχίαν ἡμῶν. At LXX. Int. habent ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Sed multò aptius hæc intelligas de terra Chananæa, quam elegerat Deus, ut Hebræis incolendam daret, propter voculam לנו *lanou*. Sed *Meibomius* legit לנוה *lnaveh*, in habitationem, ſine ulla ratione.

Cum ſublimitate] את גאון יעקב *eth geon Jahakob.* LXX. Int. τὴν καλλονὴν, *Aquila*, τὸ ὑπερῆφανες, *Symmachus*, τὴν ἐνδοξασμὸν, V. Editio τὸ καύχημα, *Hieronymus gloriam.* Intellexiſſe videntur fuiſſe cur gloriarentur Hebræi, ob agros ſibi à Deo datos. Chaldæus habet ית בית מקדשא *domum ſanctuarii*, quâ gloriari etiam potuere. Maluimus tamen *cum* vetere, eadem propemodum ſententiâ; ita ut intelligamus eam rem minimè factam, ſine decore & gloria Iſraëlitarum; aut ſine iis, quibus poſſent gloriari, quales erant urbes, quas ceperant. Sic Hamos VI, 8. eodem nomine vocat urbes, aut ſublimiora ædificia Iſraëlitarum: *abominor ergo ſublimitatem* (את גאון) *Jacovi, altas ejus ædes odio habeo, tradámque urbem, & ea quibus referta eſt.* Fortè etiam ſingulari ratione ſignificetur Jeroſolima, quâ maximè gloriabantur Hebræi.

Selah] Vult eam vocem *Meibomius* ter repeti, in hoc Pſalmo, ut cantor intelligeret tetro canendo repetenda eſſe verba. Sunt mera commenta. Vide ad Pſ. III, 3.

6. *Adſcendit Deus cum clangore* &c] Ingreſſus eſt Deus Iſraëlitidem terram, cum clangore tubarum & buccinarum, quæ Jerichunte audiri cœperunt, & quibus auditis, ejus urbis mœnia conciderunt. Vide Joſ. VI, 4. 5. & ſeqq.

8. *Erudiens carmen*] משכיל *maſchchil.* Legit Meibomius משכילי העם *prudentes in populo*, ſine ratione

9. *Regnat*] Aut *regnavit* מלך *malach*, ut & poſtea *ſedit* ישב *jaſchab.* Regem ſe oſtendit, cùm Iſraclitas Chananæâ donavit.

Sacro ſuo ſolio] *Solio ſanctitatis ſuæ.*

10. *Principes populorum*] נדיבי עמים *ndibe hammim.* Poſſunt intelligi principes Tribuum, ut Num. XXI, 19. נדב *nadab* eſt liberalis, munificus fuit; quales ſunt, aut par eſt eſſe principes. *Meibomius* tamen ſomniat hîc legendum נגידי *ngide*, duces.

Populus Dei] In noſtris Codd. eſt עם *ham*, populus, & ſic legêre *Symmachus* & *Hieronymus*, commodiſſimo ſenſu. At LXX. Int & *Theodotion* legerunt עם *him*, cum, minus aptè.

Clipeè

Laus Dei & Sionis, atque ad eum extollendum adhortatio.

1. CARMEN CANENDUM FILIORUM CORACHI. 2. Magnus Jehova & ſummopere laudatus, in urbe Dei noſtri & monte ei ſacro. 3. Pulcher tractu, PSALM XLVIII.

P A R A P H R A S I S.

1. CHORACHIDARUM Carmen miſſum ad Præfectum Præcentorum ſacrorum, ut canatur. 2. Magnus eſt Creator, & ſummis laudibus elatus, in urbe ei ſacra; & præſertim in monte ei dicato. 3. Eſt amoenus ille tractus, in quo ſitus eſt, & totius Judææ elegantiſſimus. Mons

Clipei terræ] מגני ארץ *maginne arets.* Sic vocari videntur, qui terram Hebræorum forti tudine ſuâ tuebantur. Deus ipſe paſſim *clipeus* eorum dicitur, quos defendit, Pſ. VII, 11, XVIII, 3. XXVIII, 7. & ſæpe alibi. Dicuntur autem fortes viri *Dei* eſſe, quòd eum colerent, & ab eo viciſſim tegerentur. Alia etiam molitur *Meibomius*, quæ non adtingo.

C O M M E N T A R I U S
In PSALM. XLVIII.

1. C*Armen canendum*] שיר מזמור *ſchir mizmor*, canticum carminis.

Filiis Corachi] לבני קרח *libne Korahh*, quod verti etiam poſſet *filiorum Chorachi*, ita ut Pſalmus à Corachita quopiam ſcriptus eſſe ſignificetur. Certè à Davide ſcriptum non eſſe oſtendere videtur verſ. 5.

2. *In urbe Dei noſtri*] בעיר אלהינו *bebir elohenou.* Secundâ voce, ſcripſit *Meibomius* Spec. IV. p. 6. ירושלם *jerouſchalem.* Cujus mutationis duas rationes adfert; prior eſt quòd alter cantor ſubdere debuiſſet בעירו *bebiro*, quod carmen non compleviſſet. Sed quis *Meibomium* docuit geminos cantores, ad hunc Pſalmum canendum, adhibitos? Certè non res ipſa. Deinde tam bene verſus completur voce, quam legimus in Codd. noſtris, quæ ejusdem eſt menſuræ, quàm *Jeruſalem*, ſi pedibus conſtarent verſus Hebræorum, quod non puto. Poſterior ratio mutationis eſt, quod inepta ſit oratio: *Dominus magnus eſt, in urbe Domini*, pro in urbe ſuâ; ut ſi quis dicat: *Chriſtus adoratur in templo Dei noſtri*; ac ſi præter Chriſtum alius Deus eſſet, in cujus Templo Chriſtus quoque adoraretur. Sed verè dixit Pſaltes, *Jehovam valde laudari in urbe Dei Hebræorum*, hoc eſt, ſua; quia re verà alibi, ſeu apud Idololatras, ut par eſt, non laudabatur. Si legeris *Jeruſalem*, eodem res redit; Jehovam, nempe, laudari Jeroſolimæ; hoc eſt, in urbe ſua.

3. *Pulcher tractu in quo ſitus eſt*] יפה נוף *jepheh noph.* De voce priore conſentiunt Intt. de poſteriore certant. LXX. Intt. εὐρίζων, *radices emittens.* V. Ed. εὐκλάδῳ, alia εὐρίζῳ. *Aquila* καλῷ βλαστήματι, quod ſequitur *Hieronymus*, nam habet, *ſpecioſo germine. Symmachus* ἀπ' ἀρχῆς ἀθωμερμῶν. Quæ voci נוף *noph*, qui reſpondeant nemo dixerit. Rabbini hîc etiam æſtuant. *Aben Ezra & Kimchius* exponunt *tractum*, ac ſanè נפה *naphah* tractum ſignificat Joſ. XI, 2. XII, 23. XVII, 11. Chaldæus, שפיר היך חתנא *pulcher ut ſponſus*, quaſi נוף eſſet idem ac νύμφιος *ſponſus*. Rabbini nonnulli *nymphum*, propter nonnullam vocum ſimilitudinem. Alii *ramum* vertunt, ut Græcorum aliquot. Interea dum meliora excogitentur, adhibuimus hîc ſignificationem vocis נפה *naphah.*

At *Meibomius* his verbis præfigit ex antecedente verſu הר קדשו *mons Sanctitatis ejus*, emendátque hîc יפה בהיכלו *jepheh behechelo*, & vertit: *mons ſanctitatis ejus pulcher eſt magnifico templo ſuo.* Quam emendationem, Metricâ Hebræorum, ut ait, nixam fermè revelationis inſtar factæ ſibi venditat, corruptúmque locum vult per duo millia annorum, nec ab ullo intellectum, p. 38. Specim. IV. Nos Metricam Hebræorum, quam tantopere jactat, merum eſſe ejus commentum putamus, ut ſæpiùs diximus; nec, ſi nota fuiſſet, propterea quisquam auderet verbum comminiſci hîc reponendum, usque adeò à voce נוף remotum, præter hominem, qui nihil non auſus eſt.

Rationem etiam vocis נוף hîc ſcriptæ hanc reddit, à ſe fictam; „ originem, nempe, e„ jus ad captivitatem Babylonicam referendam; „ Chaldæorum enim metu quodam, quædam „ Sacerdotum inſtinctu, in ſacris Scriptis mu„ tata eſſe, quæ in exſilio quotidie recitare, ſine „ animi dolore, Hebræi non poſſent. Atqui non licet, propter locum obſcurum, fabulas comminiſci; quæ ſi vera eſſent, quis ſuſtineret dicere nota ſibi eſſe loca, Chaldæorum metu, aut Sacerdotum inſtinctu mutata, eáque in priſtinum ſtatum reſtituere? Inſanas ejusmodi molitiones eſſe nemo non videt, nec quisquam in hodierna lingua ſimile quidquam facere auderet, nedum ut in lingua ante tot ſæcula intermortua fiat.

„ Quî enim, *inquit*, mentionem hîc face„ rent urbis ſuæ, quæ deſtructa eſſet? Quî „ Templi, quod dirutum, lugerent? Sed in toto Pſalmo Jeroſolima, quaſi etiamnum ſtans deſcribitur, nec quidquam vetabat, quominus Hebræi in Chaldæa, de cladibus ſuis, in precibus privatis ad Deum Linguâ ſuâ conceptis, mentionem facerent, ſine ulla in Chaldæos con-

Digitized by Google

tu, *in quo ſitus eſt*, *&* gaudium terræ univerſæ. Mons Sion *ad* latera Aquilonis, *in* urbe magni Regis. [4]. Deus in altis ædibus ejus notus eſt, ut ſit perfugium. [5]. Nam en Reges convenerunt & tranſierunt ſimul. [6]. *Ut* ipſi viderunt, ſic mirati ſunt, & territi feſtinanter abierunt. [7]. Tremor eos adripuit, ibi *fuit iis* dolor, quaſi parturientis. [8]. Vento valido Tharſis naves frangis.

[9]. Quem-

Mons Sion in ea ad Septentrionem ſitus, in urbe magni Regis. 4. Deus ſe præſentem in ea oſtendit, inter alta ædificia, quæ jus ei Aſyli pepERERE. 5. Reges qui convenerant, quaſi eam invadere vellent, ne in eam quidem intrare auſi ſunt. 6. Poſtquàm extrinſecus eam contemplati eſſent, & mirati, non ſine terrore divinitus injecto, abire feſtinarunt. 7. Tremuere, eâ proſpectâ,

contumelia. „ Hinc tamen factum eſt, *ut* „ *ait*, ut Hebræi quibusdam locis alia verba „ ſubſtituerent, alia loca notis quibusdam ſi„ gnarent, quæ vocabulum deeſſe admonerent. Hæc verò, ut & ſuperiora, vigilantis ſomnia ſunt. „ Diſticho primo, pro *Jeruſalem*, com„ modè ſubſtituerunt *Dei noſtri*. Imò ſtultè mutaſſent, cùm verba *urbs Dei noſtri*, non minùs offenderent Chaldæos, aut Hebræis dolorem creare poſſent, quàm vox *Jeruſalem*, cujus ſunt aperta circumloquutio. „ At, *in*„ *quit*, cùm pro היכלו æquivalens non inveni„ retur, notis tribus נוף id deſiderari docue„ runt. Quaſi verò pro בהיכלו non potuerint dicere בביתו *bebetho*, domus ejus. At ſyllaba, inquies, defuiſſet. Defuerit, nam ex ſententia *Meibomii*, nihil intererat ſic vitiari verſum, quo vox integra delebatur. „ נוף autem, *in*„ *quit*, velut Hebræi verbi נוף *noupb* deriva„ tum, nihil hic commodè ſignificat; *clima*„ *tis* enim ſignificatio figmentum *Kimchii* eſt „ Commentario in hunc Pſalmum. At non eſt commentum vocem affinem נפה *naphah*, tractum eſſe, nec ſunt omnes veterum Radicum Hebræarum ſignificatus nunc nobis noti; verùm tota ratiocinatio *Meibomii* eſt ſomnium merum, cujus nullum eſt argumentum è re ipſa, aut è linguis vicinis deductum; „ ſigni„ ficant autem notæ iſtæ hoc loco נתוץ ופרוץ „ *nathouts oupharouts*, dirutum (templum) *&* „ *perruptum*. Non ſolùm enim hoſtis com„ buſſit Templum, (quod mutis integris faci„ liùs reædificari potuiſſet) ſed etiam diruit „ muros & rupit columnas, vaſáque Templi „ majora; quæ ſumma deſtructio eſt, cujus „ recordari non poterant, ſine maximo animi „ dolore; ac propterea urbis & Templi magni„ fici mentionem expungere voluerunt. Verùm hæc clarè memorantur in Pſalmo noſtro, non minùs ac in Meibomiano, & quaſi ſtantia deſcribuntur, & quidem perennatura dicuntur; unde colligere eſt, Pſalmum ſat diu ante Captivitatem ſcriptum, non in Chaldæa

Gaudium terræ univerſæ] Ad Templum hoc quoque refero, in quo cum ſummo gaudio ſacra Euchariſtica per totum annum fiebant, & feſtæ etiam Panegyres celebrabantur, ſtatis temporibus, cum ſummâ populi Hebræi hilaritate. Sed Jeroſolima etiam dicitur *gaudium totius terræ* Thren. II, 15.

Ad latera Aquilonis] ירכתי צפון *jarchete tſaphon*. LXX. Intt. τὰ πλευρὰ τοῦ Βοῤῥᾶ. Alius Interpres Græcus, qui videtur eſſe *Aquila*, οἱ μηροὶ τοῦ Βοῤῥᾶ, quaſi *diceres femora Boreæ*, quia ירך *jerech* femur ſignificat. Hæc fuit κακοζηλία *Aquilæ*, *Hieronymo* notata. Sed notum eſt voce ירכתים *jarechethajim* latera ſignificari. Reverâ montem Sionem ad Septentrionem Urbis fuiſſe docet *Joſephus*, quem non ſatis intellexerunt, qui aliter rem ceperunt, ut mihi quidem videtur; quod & oſtendit *Joannes Lightfootius*, Chorographiæ Matthæo præmiſſæ Cap. XXII, & XXIII. Vide tamen virum eruditum *Had. Relandum* ſecus ſentientem *Palæſtinæ illuſtratæ*, ad vocem *Jeruſalem* p. 846. & ſeqq. Supplevimus ב ante ירכתי *jarchete*, quia incommodè diceretur mons *latera aquilonis*.

In urbe magni Regis] Eſt hîc quoque קרית *urbs*, pro בקרית *in urbe*, niſi quis malit vertere: *ad latera ſeptentrionalia urbis magni Regis*. *Magnus Rex* eſt Deus, ut verſ. 2. 9. Vide Mal. I, 14. Zachar. VIII, 3. *Meibomius* vocem רב, quam *magnum* vertimus, conjungit cum אלהים quod ſequitur, vertitque perabſurdè: *multitudo Deorum*, quod interpretari non dignatur. Negat verò רב *rab*, *magnum* dici, quippe quod multum ſignificat. Sed רבים *rabbim* dicuntur etiam *proceres*, non multi, præſertim apud Chaldæos & Arabes. Sic apud Syrum Interpretem Jeroſolima dicitur *urbs* דמלכא רבא *dmalcha rabba*, magni Regis, ubi Chriſtus ad hunc locum reſpicere videtur.

4. *In altis ædibus ejus*] בארמנותיה *bearmenotheah*, quâ voce altiora ædificia ſignificantur, qualia erant Jeroſolimæ. Vide Jerem. IX, 21. XVII, 27. Ham. II, 5. LXX. Intt. βάρεσι, *Symmachus* βασιλείοις *verterat*.

Notus eſt] Hoc eſt, protectionis ſuæ nota ſpecimina edidit. Vide & Pſ LXXVI, 2. *Meibomius*, pro נודע *notus eſt*, legit נודעה nota eſt, refertque ad קריה *urbs*, quod neceſſe non eſt, cum Deus ipſe paſſim dicatur perfugium.

5. *Reges*] Ut Sennacherib 2. Reg. XVIII, 13. Retſin & Pekachus Eſai VII, 1.

Convenerunt.] Sive plures Reges, ſive ſinguli unà cum copiis.

Et tranſierunt ſimul] Hoc eſt, conſpectâ, aut fruſtra tentatâ Jeroſolimâ, abierunt.

6. *Ut ipſi viderunt, ſic mirati ſunt*] המה ראו כן תמהו *hemmah raou chen thamahou*, illi viderunt, ſic mirati ſunt. Supplevimus כאשר *ut*, propter ſequens כן *chen*, *ſic*. Senſus eſt cum ipſi Reges vidiſſent munimenta & ædificia Jeroſolimæ, urbis munitiones & ædes mirati, nec oppugnare, nec diutiùs obſidere conati ſunt. Similis loquutio Græca & Latina, ὡς ἴδον ὡς ἐμάνην, *ut vidi, ut perii*. Verbum תמהו ex ſono fortè, ſed non falsò, verterunt LXX. Intr. ἐθαύμασαν, nec fortè tamen malè *Aquila* ἐθάμβησαν, & *Symmachus* ἐξεπλάγησαν, *adtoniti ſunt*, *obſtupuerunt*. Pro המה *hemmah* habet *Meibo-*

9. Quemadmodum audivimus, ſic vidimus in urbe Jehovæ, *Dei* exercituum, in urbe Dei noſtri; Deus eam in perpetuum firmabit. Selah. 10. Conſideravimus, ô Deus, in medio tuo Templo, benignitatem tuam. 11. Ut nomen tuum, ſic & laus tua ad extremam terram *pervenit*; juſtitia plena eſt dextra tua. 12. Mons Sion lætabitur,

ſpecti, evenerunt, non aliter ac puerpera ante partum ſubitos dolores patitur. 8. Deus eorum conſilia irrita fecit, ut ventus naves Tharſiſenſes, validas licèt, rumpit.

9 Quod a Majoribus noſtris audiveramus, id vidimus, in Urbe Dei Creatoris, qui & exercitibus præeſt, eámque incolumem, ac intactam præſtitit, & in perpetuum præſtabit. 10. In medio Templo, experti ſumus tuam bonitatem. 11. Ut fama tua ad ultimas terras pervenit: ſic juſtitiæ es obſervantiſſimus, & æquitatis. 12. Mons Sion, ejusque accolæ ſemper propterea lætabuntur.

Meibomius המהללה *bammehullalab*, celeberrimam; audacter & durè.

Et territi feſtinanter abierunt] נבהלו נחפזו *nibbalou nechphazou*, turbati ſunt, trepidarunt, aut feſtinarunt. Idem vult legi חפזו *bhaphazou*, quaſi ei conſtaret, verbum hoc in Niphal ſic non uſurpari. At vide 1. Sam. 27. & Pſalm. CIV. 7.

7. *Dolor quaſi parturientis*] Sic ſubitus dolor, cum timore conjunctus, ſolet in Scriptura deſcribi. Vide Eſai. XIII, 8. XXI, 3, XXVII, 17, &c.

8. *Vento valido Tharſiſenſes naves frangis*] ברוח קדים תשבר אניות תרשיש *bruabh kadim theſchabber oniyoth Tharſchiſch*. LXX. Intt. ἐν πνεύματι βιαίῳ συντρίψεις πλοῖα Θαρσεῖς. *Aquila*: ἐν πνεύματι καύσωνος συντρίβεις νῆας Θαρσεῖς, & *Hieronymus*: *in vento urente confringes naves Tharſis*. *Symmachus*: δι' ἀνέμου βιαίου κατεάξεις ναῦς Θαρσεῖς Oſtendimus in Diſſert. de Maris Idumæi Trajectione. §. IV. quamvis קדים quemvis propriè ventum ab ortu flantem ſignificet, uſu tamen quemvis vehementiorem ventum dici, & interdum quidem urentem, ad Gen. XLI, 6. Videntur autem hæc παροιμιωδῶς dici, ut ſit ſenſus quamvis *magnam potentiam à Deo, quaſi flatu, diſſipari ſolere*, eadem facilitate, quâ ventus vehementior naves Tharſin euntes, firmas licèt & peritis nautis inſtructas, frangebat. Tharſis Indica intelligenda hîc videtur, ut 1. Reg. X, 21. Proverbium ergo ſolum comparationis integræ vim obtinet, quod in plerisque linguis fieri etiam ſolet; cùm facto cuipiam adagio, ſive parœmia aptatur. Legentes autem, vel audientes, qui norunt ſententiam adagionis tenili occultæ comparationis ἀπόδοσιν ſupplent. Fruſtra ergo eſt *Meibomius*, qui ſuſpicatur unum aut alterum Diſtichon præceſſiſſe, quò referebantur hæc verba, eáque ſic reſtituenda: *Euro vento frangis eos ſicut naves* (תשבר אותם כאניות) *Tharſis*: quod poſt abitum eorum, de quibus ſermo eſt, vehemens Eurus flaverit; quæ ſunt mera commenta, quibus fortè ne ipſe quidem credebat; ſed fucum facere volebat, ut ingenti pecuniâ Orbem Chriſtianum emungeret.

9. *Quemadmodum audivimus* &c.] Reſpicit Pſaltes ad id, quod à Majoribus ſuis acceptum, re ipſâ confirmatum & impletum viderat; nempe, fore ut Deus Jeroſolimam & Templum tuaretur, contra omnes hoſtium impetus; eâ, nimirum, Lege, ſi Hebræi Legum divinarum obſervantes eſſent; quibus neglectis, Deus tandem Jeroſolimam capi, ſolo æquari, & Jeroſolimitanos in captivitatem à Babyloniis abduci paſſus eſt. Verùm nondum hæc contigerant, cum hic Pſalmus ſcriptus eſt.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3. In hoc commate vult *Meibomius* duo diſticha coaluiſſe, quæ ſic diſtinguit & emendat:

Sicut audivimus, ita vidimus,
In urbe Dei noſtri.
Deus firmabit eam uſque in ſæculum,
Dominus exercituum.

Sed hæc eſt inverſio verborum durior, & audacior, quàm ut admitti queat. Nec Metrice Meibomiana, quæ merum figmentum eſt, ullius apud nos ponderis eſſe poteſt.

10. *Conſideravimus, ô Deus* &c.] דמינו אלהים *dimminou elohim*. LXX. Intt. ὑπελάβομεν ὁ Θεός. *Symmachus* εἰκάσαμεν ὁ Θεός. *Hieronymus*: *æſtimavimus, Deus*. Verbum דמה eſt, in *Kal*, *ſimilis fuit*; in *Pihel* verò *comparare*, aut etiam *imaginari*, *cogitare*, *conſiderare*, quia omnis cogitatio conjuncta eſt cum imagine rei, quam mente concipimus, quæ *idea*, hoc eſt, *ſpecies*, à Philoſophis vocari ſolet. Vide Num. XXXIII, 56. Jud. XX, 5. Eſai. XIV, 24, 25.

Benignitatem tuam] חסדך *bhasdecha*. Huic voci præfigit *Meibomius* רב *rob*, multitudinem, ſine ratione. In Templo, in quo preces orantium exauditurum ſe promiſerat Deus, beneficentiam ejus intelligebant Hebræi; qui reputabant, quàm facilè Deus in eos beneficia conferret, ſi modò eum precarentur, quo nihil facilius.

11. *Ad extremam terram*] *Ad fines terræ*, ad vicinos omnes populos, qui Iſraelitidi terræ finitimi erant, quippe qui meliùs norant nomen Dei Iſraëlis יהוה *jehova*; & quantæ laudes ei ab Iſraëlitis debebantur, facilè intelligebant ex eladibus ſuis, Iſraelitarúmque victoriis; quæ remotioribus aut non ſatis notæ, aut penitus ignotæ erant.

Juſtitia plena eſt dextra tua.] צדק מלאה ימינך *tſedek meleab jemincha*. Poſt צדק addit *Meibomius* וחסד *vabheſed*, & beneficentia. Res eſt vera, ſed addere, ſine neceſſitate, verbis Scripturæ non licet. Ait idem, vocem ימינך abſtruſam ſignificationem habere, quam explicaturus erat, ad alium locum difficillimum. Sed certo certius eſt, eâ voce actiones Dei ſignificari, velléque Pſaltem omnes eas juſtas eſſe. Vide Pſ. XX, 7. Pſ. XVIII, 36. XLIV, 4.

12. *Mons Sion lætabitur*] ישמח *jiſchmabh*. Vult *Meibomius* hîc legendum שמח *lætare*, aut שומח *lætatur*, quia ſic ei libitum eſt. Montia illius

tur, & filiæ Judæ, ob tua judicia, exſultabunt. [13]. Circuite Sionem, in orbem eum luſtrate, numerate turres ejus. [14]. Adtendite ejus murum, diſtinctim videte altas ejus domos, ut poſteræ ætati narretis. [15]. Hic enim *eſt* Deus, Deus noſter in perpetuum, dux noſter erit, ad mortem *uſque*.

Exitus

tur. 13. Circuite læti eum montem, turrésque ejus regias numerate, altitudine & firmitate mirabiles. 14. Probè adtendite ejus mœnia, & ſigillatim ejus ædificia præter modum ſolitum ſublimia, ut, ſi contigerit urbem ab hoſtibus ſolo æquari, prior ejus magnificentia ad poſterorum cognitionem tranſeat; 15. nam hæc eſt Dei ſedes in perpetuum, qui Dux erit ſingulis ad mortem uſque.

1. Co-

illius nomine intelligitur tota Jeroſolima, ſeu omnes ejus incolæ.

Filiæ Judæ] Aut mulieres è Tribu Judæ, aut urbes, quæ Jeroſolimæ & metropolis regni *filiæ* erant. Addit *Meibomius* כל *omnes filiæ Judæ*, quod neceſſarium non eſt.

13. *In orbem eum luſtrate*] והקיפוה *vehakkiphouba*, ut omnia ejus munimenta probè videatis. Hoc ſenſu adhibetur hoc verbum, Joſ. VI, 3. 11. ubi de Iſraelitis Jerichuntem circumeuntibus. LXX. Intt. περιλάβετε, alius, (*Aquilam* puto) περιέλθετε, *circuite*, ut *Hieronymus*. *Symmachus* incommodè περιτειχίσατε, nam neque verbum hoc ſignificat, & res ipſa reclamat, ſiquidem turres ejus quaſi ſtantes deſcribuntur. Reſpicit Pſaltes ad munitiones, quibus David, Salomon, aliique Reges Sionem cinxerant, de quibus ita *Joſephus* de B. J. Lib. VI. c. 13. in Græcis, vel è diviſione Oxonienſi Lib. V. c. 4. n. 2. ubi, memoratis tribus muris, quibus partes Jeroſolimæ cinctæ erant: τῶν δὲ τριῶν τειχῶν τὸ μὲν ἀρχαῖον, διά τε τὰς φάραγγας καὶ τὸν ὑπὲρ τούτων λόφον, ἐφ' ὃ κατεσκεύαστο, δυσάλωτον ἦν. πρὸς δὲ τῷ πλεονεκτήματι τόπου καὶ καρτερῶς ἐδέδομητο, Δαβίδου τε καὶ Σαλομῶνος, ἔτι δὲ τῶν μεταξὺ τούτων βασιλέων φιλοτιμηθέντων περὶ τὸ ἔργον: *trium murorum antiquiſſimus, difficulter capi poterat, cùm propter valles, tum etiam propter collem, iis imminentem, cui inædificatus erat. Præter altitudinem loci, murus firmo opere ædificatus erat, Davide, Salomone, &, qui poſt eos fuerunt, Regibus inter ſe in eo opere certantibus*; dum firmiorem, nempe, munitionem Sionis reddere conantur.

Numerate turres ejus] Propter magnum turrium numerum, pro amplitudine loci, hæc dicuntur: *Joſephus* eodem loco, deſcriptis duobus reliquis muris, quorum tertium latius patens, habebat nonaginta turres, ſecundum quatuordecim, τὸ δὲ ἀρχαῖον, inquit, εἰς ἑξήκοντα μεμέριστο, *antiquus verò in ſexaginta erat diviſus*.

14. *Adtendite ejus murum*] שיתו לבכם לחילה *ſchithou libbechem lehhelah*, cor ponite ad ejus murum. Vocem חילה verterunt LXX. Intt. τῇ δυνάμει αὐτῆς, *Aquila* εὐπορίαν, ſed meliùs *Symmachus* εἰς τὸν περίβολον, intelligitur enim murus, quo Sion ſeptus erat. Sic quoque *Hieronymus*: *in mœnibus ejus*. At *Meibomius* חיל vult eſſe *præſidium*; nec negari poteſt eâ voce interdum copias ſignificari, ſed hîc de munitionibus Sionis ſermo eſt, non de militari præſidio. Idem ſignificat Pſ. CXXII, 7. & 2. Sam. XX, 16. ubi perperam præſidiarios quærit vir doctus, infeliciſſimus idémque confidentiſſimus, in ſuis conjecturis.

Diſtinctim videte] פסגו *phaſſegou*, quod alibi in Scriptura nuſquam exſtat, ubi nec ulla vox adfinis, præter פסגה *phiſgah*, quæ collem ſignificat. LXX. Intt. verterunt καταδιέλεσθε, *Hieronymus*, *ſeparate*, è Chaldaica Lingua, in qua hoc verbum ſignificat *dividere*. Cùm verò agatur hîc de contemplatione ædium, rectè viri docti verterunt, *diſtinctim conſiderate*, aut ſimili ſenſu; quod probat etiam *Edm. Caſtellus*, in Lexico Polyglotto. Fortè quoque id voluit *Symmachus* voce διαμερίσατε.

Ut poſteræ ætati narretis] Si fortè contigiſſet, ob peccata Hebræorum, hæc omnia ſolo æquari, quod re verâ evenit.

15. *Hic enim eſt Deus*] זה אלהינו *zeh elohenou*. Scribit *Meibomius* פה *pheh*, hîc; ſed nihil opus eſt, nam זה interdum id ipſum ſignificat. Vide ad 2. Par. XXII, 1. Idem pro אלהים habet יהוה non abſurdè, propter ſequentia.

Dux noſter erit] *Nos ducet.*

Ad mortem uſque] עלמות *halmouth*, ad mori. *Hieronymus*: *in mortem*, unde colligere eſt, ſic vertiſſe aut *Aquilam*, aut *Symmachum*, alterutrum enim fermè ſequitur. LXX. Intt. εἰς αἰῶνας, quaſi eſſet לעולמים *leholamim*. Alii unâ voce legerunt עלמות *halmouth*, & *juventutem* verterunt, quaſi eſſet ſupplendum ב, *in juventute*. Sic Chaldæus, qui habet ביומי טליותנא *in diebus juventutis*. Vide & ad Pſ. IX, 1. Sed juventus potiùs עלומים *haloumim* dicitur. Non eſt prætermittenda conjectura *Meibomii*, qui vult hæc verba pertinere ad Pſalm. ſequentem, cujus ſint titulus, ſic vertendus: *Præfecto*, *ſuper*, aut *de morte filiis Korachi*, quia Pſ. XLIX. de morte agit. Quæ conjectura non eſt abſurda, quamvis eo modo argumentum Pſalmorum notari non ſoleat. Vult Pſ. IX, 1. על מות לבן vertendum ſimiliter *de morte Nabalis*. Sed nihil illic de Nabale.

3. *Fili*

Digitized by Google

Exitus eorum qui divitiis confidunt.

1. PRÆFECTO, CARMEN CORACHIDARUM. 2. Audite hoc, omnes in- PSALM.
colæ orbis, aurem præbete; 3. cùm filii hominum plebeiorum, tum homi- XLIX.
num illuſtrium, divites ſimul & pauperes. 4. Os meum ſapientia dicta proloquetur, & meditatio animi mei prudentia verba *pariet*. Aurem meam ad figuratum ſermonem inclinavi; aperiam ad citharam ænigma meum. 6. Quid timerem in die mali, *quando* iniquitas inſidiatorum meorum me circumdederit? 7. Qui fidunt facultatibus ſuis & copiâ divitiarum gloriantur, 8. *eorum* nemo fratrem ſuum redimere queat, aut dare Deo redemtionis ejus pretium; 9. pretioſior enim eſt vitæ ejus redemtio, nec in perpetuum valet; 10. adeò ut vivat in æternum, nec foveam videat. 11. Vi-

PARAPHRASIS.

1. CORACHIDARUM carmen. 2. Omnes populi, qui incolite orbem, aurem mihi præbete; 3. ſive ſitis homines plebeii, ſive illuſtres; divites, non ſecus ac pauperes. 4. Ex ore meo ſapientia dicta prodibunt, & meditatio mea prudentia verba pariet. 5. Audivi figurata verba, & ænigma meum ad citharam canam. 6. Quare tempore difficili, cùm inſidiatores me circumdederunt? 7. Qui divitiis ſuis fidunt & gloriantur, non ſuſtinent fratres ſuos redimere, 8. & pretium redemtorum Deo ſolvere; 9. pretioſior eſt redemtio, quàm ut in honorem Dei, id numerare ſuſtineat, nec hominis vita in perpetum durat; 10. ut mortem fugiat, nec umquam ſepulcro clauda-

COMMENTARIUS
In PSALM. XLIX.

3. *Filii hominum plebeiorum*] בני אדם *bne adam*, quod oppoſitum iis, qui vocantur בני איש *bne iſch*, plebeios ſignificat, ut alterum homines illuſtriores. Vide & Prov. VIII, 4. LXX. Int. *οἵ τε γηγενεῖς καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.* *Symmachus*, *ὅτι ἀνθρωπότης καὶ πάντες οἱ υἱοὶ τοῦ ἑκάστου ἀνδρὸς*, incommodè

4. *Sapientia dicta*] חכמות *bhochmoth*; ſapientias. Volunt Interpretes pluralem numerum ſignificare omnis generis, aut multiplicem ſapientiam, eámque ſummam, ut Pſ. XLII, 6, 12. *Salutes* dicitur plena liberatio, & Pſalm. XLV, 6. *lætitiæ*, ſumma hilaritas. Malui vertere *ſapientiam*, aut *ſapienter dicta*, nam ſæpe pluralia ſignificant facta ſingularia, quæ pertinent ad Virtutes, quorum ſunt nomina, ſic צדקות *tſedakoth*, juſtitiæ, ſunt juſta facta, & גבורות *ghouroth*, potentiæ, vel fortitudines, ſunt potenter vel fortiter geſta. Utrumque ſæpiùs in Pſalmis eo ſenſu occurrunt, & alibi. Vide priùs Pſ. XI, 7. CL, 6. Eſai XXXIII, 16. XLV, 24. &c. poſterius Pſ. XX, 7. CVI, 2. Job. XLI, 4. Eſai, LXIII, 16. &c. Attamen in Proverbiis ſæpiùs חכמות occurrit pro ſumma ſapientia, ut C. I, 20. IX, 1. XXIV, 7. Verùm hîc agit Pſaltes, de ſapientibus dictis.

Prudentia verba] תבונות *thbounoth*, prudentias; hoc eſt, prudenter dicta. Vide Job. XXXII, 11. Sic & Pſ. LXXVIII, 12. תבונות כפיו *prudentiæ manuum* ejus, ſunt prudenter ab eo (Davide, nimirum) geſta.

Pariet] Perſpicuitatis causâ, verbum animo ſupplendum addidi.

5. *Aurem meam* &c] Hoc eſt, auditor fui, τῶν משלים, ſapientium virorum, qui figuratâ oratione docebant, ſimiliáque proferam.

Aperiam ad citharam ænigma meum] אפתח חידתי; hoc eſt, carmine, ad citharam canendo, exponam. חידה quidem *ænigma*, vel obſcuram orationem, quâ res alioqui nota involvitur, ſignificat; ut Jud. XIV, 12. & 1. Reg. X, 2. ubi vide notata; verùm nomen hoc etiam pertinet ad quævis acutè dicta, quæ poſſunt דברים חדים *dbarim bhaddim* dici, qualia ſunt, quæ hîc habentur: & quæ tamen per omnia perſpicua non ſunt.

6. *Inſidiatorum meorum*] עקבי *hakebai*. Eſt participium, aut nomen, ut vocant, *participiale*. Verbum עקב eſt *ſupplantavit*, & arte aliam fefellit, ac dejecit. Vide Gen. XXVII, 16. Ejuſmodi ſunt *inſidiatores*.

Me circumdederit] Animo ſupplendum: ego qui in Deo, non in divitiis fiduciam collocavi. Cujuſmodi homines timere ſibi non debent; ſed divites, qui divitiis freti, hac una re nituntur, quales in ſequentibus Pſaltes deſcribit.

8. *Eorum nemo* &c] *Fratrem non redimendo redimet vir*; hoc eſt, cùm Deus ſtatuerit quempiam interire oportere, nemo poteſt, quantavis pecuniâ, mortem ejus differre.

Aut dare Deo redemtionis pretium] Non *dabit Deo redemtionem ejus*; ſive ſacrificiis multarum victimarum, ſive ſumtibus opiparis. Ædem ejus inſtaurans, donariiſque exornans, quibus mortem inſtantem excipiam, amoveat & in aliud tempus differat.

9. *Pretioſior enim eſt vitæ ejus redemtio*] *Et pretioſa eſt redemtio animæ eorum*; hoc eſt, nimii eſt pretii, apud Deum, quàm ut ullâ pecuniâ poſſit ab eo redimi, ne eam auferat.

Nec in perpetuum valet] וחדל לעולם *vebhadal leholam*, & ceſſat, vel deficit in æternum; non poteſt impedire quominùs quiſque aliquando pereat.

10. *Adeò ut vivat in æternum*] ויחי עוד לנצח, *vajebhi hod lenetſabh*, & vivat adhuc in perpetuum.

Nec videat foveam] Quamvis mortuus nemo

videat

11. Videt enim *quivis* ſapientes mori; pariter*que* ſtultum & inſipientem perire & fa-
cultates ſuas aliis relinquere; 12. quæ ſunt intra ſuas domos, in perpetuum, & ta-
bernacula ſua ætatibus ſequentibus; quamvis nominibus ſuis agros *ſuos* adpellarint.
13. Nullus homo in honore permanet, ſed haud aliter ac jumenta abſcinditur. 14 Hæc
eorum via eſt, *pro* fiducia, quæ illis ineſt, & *quam* eorum poſteri, ore ſuo adpro-
bant. Selah. 15. Inſtar minorum pecudum in ſepulcro ponentur, mors depaſcet eos,
dominabuntur iis recti, matutino tempore, & figura eorum, ut abſumatur, ſepul-
crum

datur. 11. Videt enim quisque ſapientem, juſtum & ſtultum interire, atque opes ſuas aliis relinquere, 12. quas in ædibus ſuis habeant ſequentibus ætatibus, quamvis prædiis ſuis nomina ſua impoſuerint. 13. Nullus hominum poſt mortem exiſtimationem ſuam ſervat, ſed inſtar pecudum exiſtimationem ſuam amittit. 14. Hæc eorum ſors eſt, pro fiducia, quæ iis ineſt, quam nec eorum poſteri improbant. 15. Inſtar viliorum beſtiarum ſepulcro inferuntur, in quo putreſcunt eorum cadavera, non ſecus ac beſtiæ minores. Mors eos depaſcitur, matutino tempore. Forma eorum in ſepulcro perit, quod iis eſt inſtar domûs. 16. Verùm Deus me eripiet periculo mortis,

videat foveam, in quam demittitur, tamen Hebræi *videre foveam* dixerunt, pro eo quod eſt mori, ut hîc & Pſ. XVI, 10. quia interdum *videre* perinde eſt, apud eos, ac experiri. Sic *famem videre*, Jerem. V, 12. *mortem videre*, Pſ. LXXXIX, 49. *ſomnum videre* Eccleſ. VIII, 16. quæ tamen viſûs non ſunt objecta.

11. *Videt enim quivis ſapientes mori*] *Videbit ſapientes moriuntur.* Supplendum כי *chi*, כי חכמים ימותו *quod ſapientes moriuntur.* Supplevimus etiam איש *quilibet*, ante יראה *videbit.*

12. *Quæ ſunt intra ſuas domos*] קרבם בתימו *kirbam bathemo*, intimum ſuum domuum ſuarum.

Ætatibus ſequentibus] לדר ודר, *ldor vador*, ætati & ætati; hoc eſt, poſteris. Res eſt nota.

Quamvis nominibus ſuis &c.] *Vocaverunt in nominibus ſuis ſuper terras*, קראו בשמותם עלי אדמות, *kareou biſchmotham balo aamotò*; hoc eſt, agros, qui eorum nomine ab aliis diſtinguebantur. Vide Num. XXXII, 38. 2. Sam. XVIII, 18.

13. *Nullus homo in honore permanet*] ואדם ביקר בל ילין *veadem bikar bal julin*, & homo in honore non pernoctabit; id eſt, non manebit, vel non manet. Indicare videtur Pſaltes ipſa illa nomina, quæ homines locupletes agris ſuis impoſuerant, in perpetuam ſui memoriam, interire; ſive à ſequentibus agrorum dominis, ſive longinquitate temporis mutentur.

Haud aliter ac pecudes exſcinditur] *Similis factus jumentis exſcinditur.*

14. *Hæc eorum via eſt* &c.] Ita ſe gerunt, dum coacervandis divitiis toti incumbunt, noménque ſuum agris impoſitum æternum fore ſperant; ut ſtultos eſſe ex re ipſa adpareat.

Pro fiducia, quæ illis ineſt] כסל למו *chesſel lamo*, fiducia iis, vel etiam *ſtultitia*, nam vox כסל utrumque ſignificat, quòd fiducia nimia in rebus caducis mera ſtultitia ſit. LXX. Intt. verterunt σκάνδαλον, malè. *Aquila* ἀνοησίαν, *Symmachus* ἄνοιαν, melius. *Hieronymus inſipientiam.*

Eorum poſteri ore ſuo adprobant] ואחריהם בפיהם ירצו *veabbarehem bephihem jirtſou.* Subaudiendum אשר, *qui* poſt eos erunt, nam אחרים alibi nulla adfixa habet. Videtur eſſe à præpoſitione אחרי *acharè*, poſt. רצה *ratſah*, eſt *probare*, *gratum habere*. LXX. Intt. verterunt: καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εὐλογήσουσι, eodem, ut puto, ſenſu; Sed *Symmachus* clariùs, οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς λόγον αὐτῶν εὐδοκήσουσι. Alius θελήσουσι. At *Hieronymus*: *& poſt eos juxta os eorum current*, quaſi ירצו eſſet à רוץ *routs*, currere. Potuiſſemus etiam vertere: *verba eorum probabunt*, quia רצה conſtruitur frequenter cum ב. Sed cùm non minùs, à Latinè loquentibus, conſtruatur cum accuſativo, ita vertimus ut verbum referatur ad דרכם quod anteceſſit.

15. *Inſtar minorum pecudum*] כצאן *chatſon.* Antea verſ. 13. כבהמות *inſtar jumentorum*, hoc eſt, majorum pecudum; hîc minoribus etiam confert Pſaltes.

In ſepulchro ponentur] לשאול שתו *liſchol ſchatthou.* LXX. Intt. ἐν ᾅδῃ ἔθεντο. *Symmachus*: ᾅδου ἔταξαν ἑαυτούς. *Hieronymus*: *in inferno poſiti ſunt.* Cur non *in foſſa*, cùm aliud intelligi non poſſit?

Dominabuntur iis recti] Hoc eſt, bona eorum poſſidebunt, neque enim mortuis aliter dominari licet.

Matutino tempore] Poſt eorum mortem, quia matutinis horis judicia habebantur, quibus juſti recuperare poterant ſibi ab improbis ablata. Vide Jerem. XXI, 12. Qui de die ultimi Judicii hæc interpretantur, primùm conjecturam proferunt, cui nullum eſt in verbis præſidium; deinde rem hiſce temporibus non ita notam ſtatuunt à Pſalte hîc ſubinnui, ita ut à vulgo lectorum intelligi non poſſet. Atqui ſi hæc nota erant, non potuerunt nimis perſpicuè dici, nec frequenter nimis inculcari; cùm videamus felicitatem malorum, in hac vita, & contrà bonorum miſerias, ænigma quoddam fuiſſe, cujus ſolutio nota non erat.

Et figura eorum ut abſumatur &c.] וצורם לבלות שאול מזבל לו *vetſouram lballoth ſcheol mizbul lo.* & figura eorum, ut veteraſcat, ſepulcrum habitatio illi. Hoc eſt τὸ *Keri*, nam τὸ *Chethib* habet צירם *tſiram*, quod huc nihil facit; cùm *dolorem*, *cardinem* & *legatum* ſignificet vox ציר *tſir.* Alibi quidem צור pro *figura*, aut *forma* non legitur, ſed tantùm fœmininum צורה Ezek. XLIII, 11. at nihil nos vetat credere maſculino etiam genere vocem, eodem ſenſu uſurpatam; niſi alterutrum locum ex altero emendari velimus, quod in voce ἅπαξ λεγομένῃ nemo auſit. Intelligitur autem forma corporis, quæ in ſepulcro perit. Vertimus
לבלות

crum erit eis habitatio. 16. Sed Deus liberabit animam meam è ſepulcri manu, cùm me ceperit. Selah.

17. Ne timueris, quòd ditatus aliquis fuerit, quia aucta erit gloria domûs ejus; 18. nam cùm morietur, nihil auferet ex omnibus, nec ſequetur eum ejus gloria. 19. Quando te in vita ſua beatum prædicarit & laudabunt te, *ô dives*, quid tibi benefecerit? 20. Ingredietur ad ætatem Majorum tuorum, *qui* nec umquam videbunt lucem. 21. Homo, *qui eſt* in pretio, nec ſapit, ſimilis eſt jumentis, quæ exſcinduntur.

Deus

tis, cùm ſepulcrum videbitur mihi manum injicere.

17. Ne metuas tibi ab iis, qui divites facti ſunt, quia eorum domus aucti fuerint honores; 18. neque enim cùm morientur quidquam eorum, quæ habuerint, ſecum auferent, nec iisdem honoribus fruentur. 19. Quamvis ſe, dum viverent divites, beatos ſe prædicabant, & laudabantur ab aliis, non ſunt tamen poſt mortem aliis feliciores. 20. Similis erit majoribus ſuis, nec beatior erit iis, aut ad lucem redibit. 21. Homo, qui magno in pretio fuerat, dum viveret, poſt mortem non pluris fit, quàm jumenta, quæ occiduntur.

PA-

לבלות *leballoth*, ad veteraſcendum, *ut abſumatur*, quia vox paſſim de iis uſurpatur, quæ vetuſtate nimiâ adteruntur, & tandem evaneſcunt. LXX. Intt. ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται ἐν τῷ ᾅδῃ. *Aquila*: χαρακτὴρ (f. χαρακτῆρα) αὐτῶν κατατρίψαι ᾅδην. *Symmachus*: τὸ κρατερὸν αὐτῶν παλαιώσει ᾅδης. Vocem צור interpretati ſunt LXX. & *Symmachus* ex ſolita ſignificatione, quâ rupem ſonat, quæ & *auxilio* eſt & *arcis* inſtar ad eam confugientibus. *Aquila* voce χαρακτὴρ oſtendit, ſe vocem à יצר *formavit*, vel à צור idem interdum ſignificante, deduxiſſe; ſed incommodâ voce uſus eſt, enim χαρακτὴρ formam tantùm impreſſam, vel inſcriptam ſignificet.

Sepulcrum] שאול, ut antea, quod *foſſam* tantum hîc ſonat, in qua *forma* corporis diſſolvitur, corpore primùm putrefacto, deinde etiam in pulverem redacto.

16. *Liberabit animam meam è ſepulcri manu.*] Hoc eſt, me morti eripiet, vetabit ne hoſtium meorum manu, aut morbo correptus immaturâ morte cadam. Vide ad Pſ. XVI, 10.

Cùm me ceperit] כי יקחני *chi jikkahheni*; hoc eſt, præſentiſſimo mortis periculo eripiet. Deſcribit, poëticâ fictione, ſepulcrum, quaſi manu injectâ, ipſum trahens, Deum verò manui ſepulcri eripientem. Hujuſmodi Imago adduxit *Euripidem* ut fingeret, Herculem, quò Alceſtin liberaret Mortem,

Τύμβον παρ' αὐτὸν ἐκ λόχου μάρψας χεροῖν,

ad ipſum ſepulcrum ex inſidiis adripuiſſe manibus, & Alceſtin abduxiſſe. Alceſt. 1142.

17. *Ne timueris*] Hominem, nempe, improbum, cùm magnas divitias ſibi compararit.

Gloria] Aut *opulentia*, nam כבוד *chabod* etiam opes ſignificat. Vide ad Gen. XXXI. 1.

Se in vita ſua beatum prædicarit] כי נפשו בחייו יברך *chi naphſcho bhhajau jebarech*, cùm animæ ſuæ, in vita ſua, benedixerit; hoc eſt cùm ſe ברוך *barouch*, beatum, in vita ſua, prædicarit, aut certè crediderit. LXX. Intt. ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ζωῇ αὐτοῦ εὐλογηθήσεται. Quaſi legiſſent, aut legendum cenſuiſſent תברך *thibbarech*, nam נפש eſt fœminini generis, niſi grammaticas regulas, ut alibi ſæpe, violarint. Attamen quaſi ex *Aquila*, adcuratiùs talia obſervante, hæc adferuntur: ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εὐλογητὸς, quæ conſentiunt cum verbis LXX. Intt. ex *Symmacho* verò, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ ζῇν αὐτὸν εὐλογήσει, λέγων ἐν ἑαυτῷ, quæ lectioni noſtræ congrua ſunt. Sic & *Hieronymus*: *animæ tuæ in vita benedicet.*

Et laudabunt te, ô dives] ויודך *vejodoucha*, mutatur perſona, κατ' ἀποστροφὴν, quales non raræ ſunt in Scriptura. Addidi, *ô dives*, perſpicuitatis, & emolliendæ tam ſubitæ mutationis causâ. *Symmachus* etiam ſupplevit, *dicens in ſe ipſo.*

20. *Ingreditur*] תבוא *tabo*, quod eſt fœminini generis, referendúmque ad נפש, quod anteceſſit.

Ad ætatem majorum ſuorum] עד דור אבותיו *had dor abothau*. אבותיו habet adfixum maſculini generis, quia refertur ad hominem; ſi modò hæc ſint ſana, vereor enim, ut ἀνωμαλίαν ad librarios ſæpe referenda ſit. Senſus eſt: homo dives ingreditur in ſepulcrum, quod ingreſſa eſt antecedens ætas Majorum ipſius, quos deſcribitur quaſi inviſens.

Qui nec umquam videbunt lucem] עד נצח לא יראו אור *had netſahh lo jirou or*. Supplevimus initio אשר *aſcher*. Sic loquebantur, antequàm revelata eſſet mortuorum reſurrectio; idque etiam verum erat, hoc ſenſu, numquam ejuſmodi homines redituros in hanc mortalem vitam, ut cum ceteris mortalibus verſentur.

20. *Qui eſt in pretio*] אדם ביקר *adam bikar* homo in honore, vel, in pretio; hoc eſt, quem magnifaciunt homines. Vide verſ. 13.

Nec ſapit] ולא יבין *velo jabin*, nec intelliget; hoc eſt, non ſapit. Sic paſſim מבין *mebin* ſignificat *intelligentem*, ſeu *ſapientem virum*. Subauditur לבו *libbo*, vel נפשו *napſcho*, quaſi intelligere faciens animum ſuum.

Similis eſt jumentis &c.] Vide verſ. 13. eadem enim verba hîc ſunt, exceptis vocibus ולא יבין *nec ſapit*, quibus mutatur aliquo modo ſenſus; hoc enim velle videtur Pſaltes, hominem potentem, eumdémque inſipientem utiliorem non eſſe humanæ ſocietati, quàm brutum, quod interit inſtar ejus.

Digitized by Google

Deus inducitur convocatos ſanctos docens cultum ſuum non in ſacrificiis eſſe ſitum, ſed in laudibus & in vera virtute.

PSALM. L. 1. CARMEN ASAPHI. Deus Deorum Creator loquutus eſt, & terram, ab ortu Solis ad occaſum, convocavit. E Sione, conſummatâ pulcritudine Deus effulgebit. 3. Veniet Deus noſter, nec ſilebit, ignis ante eum abſumens, & circa eum

PARAPHRASIS.

1. ASAPHI Carmen. Creator, qui verè dici poteſt Deus Deorum, ſeu qui debet ab omnibus aliis, qui Dii dicuntur, coli, omnes homines ab ortu ſolis ad occaſum convocavit.

2. E monte Sione, ſummo ſplendore amictus ſplendebit. 3. Aderit Deus noſter, nec diutiùs tacebit, eúmque præibit flamma omnia abſumens.

4. Cœlorum incolas Angelos ad ſe vocabit, ſimilitérque homines cultores terræ, ut populo ſuo jus dicat.

5. Convocate mihi, inquit, eos, qui beneficentiam erga alios exercent, quique ſacris factis, fœ-

COMMENTARIUS

In PSALM. L.

1. *CArmen Aſaphi*] מזמור לאסף *mizmor leaſaph.* Sic inſcripti ſunt quoque Pſalmi undecim à LXXIII. ad LXXXIII. Aſaphus Levita fuit, è Gerſonis familia, 1. Ephem. VI, 39. quem David muſicæ ſacræ præfecit ad Arcam Dei, ut ibidem habemus verſ. 31. Præfectus fuit iis, qui variis inſtrumentis muſicis utebantur, unà cum filiis, ibid. XVI, 5. XXV, 1. Nehem. XII, 46. Idem disertè dicitur החוזה *habbozeh*, videns, ſeu Propheta, 2. Par. XXIX, 30. Alii volunt hunc Pſalmum eſſe Davidis, datúmque Aſapho לאסף, ut ab eo caneretur; quod ut verum eſſe poſſit, tamen quaſi verum affirmari nequit.

Deus Deorum] Hoc eſt, ſummus Deus, ut שיר השירים *ſchir haſſchirim*, ſeu canticum ſummâ arte ſcriptum atque eximium, aliáque ejuſmodi. Vide ad Deut. X, 17.

Terram ab ortu Solis &c.] Terram Iſraëlitidem; neque enim Deus omnes omnium terrarum homines eo tempore convocavit; ſed Iſraëlitas à regionibus trans Jordanem, ad ortum ſolis ſitis, & incolentes agros ad mare occiduum, ſeu mediterraneum; nec tamen excluduntur finitimi populi, utrimque; ab occaſu Philiſthæi & Phœnices, ab ortu Moabitæ, Hammonitæ, & plura Arabum genera.

2. *E Sione*] Ubi tunc erat Arca.

Summa pulcritudine] מכלל יפי *michlal jophi*, perfectione pulcritudinis. Subaudiendum ב *in perfectione* &c. hoc eſt, pulcerrimo ſplendore cinctus. Idem eſt ac מכלול *michlol*, Ezek. XXIII, 12. XXXVIII. 4. כליל יפי *chlil jophi*, perfectus pulcritudine, notum eſt loquendi genus ex Threnis C. II, 15. Ezek. XXVII, 3. XXVIII, 12.

3. *Veniet Deus noſter* &c.] Ad auxilium, nempe, Hebræis ferendum. Adventus ejus ſub imagine procellæ deſcribitur hîc, ut Pſ. XVIII. quem vide.

Vehemens tempeſtas erit] נשערה מאד *niſebbarah meod*, procella valde ſæviet.

7. *Vocabit cœlos* &c.] Angelos.

Et terram] Homines. Supplevimus *ex inferiore parte* מתחת *mitthahhath*, ut ex adverſo reſponderet מעל *mehal*, è ſuperiore. Vide Deut IV, 26. XXXI, 28. Teſtes vocabit Angelos & homines.

Ut populo ſuo jus dicat] Ut eum, recto judicio, ab hoſtibus liberet; nam hîc *judicare populum*, eſt damnare ejus hoſtes, ut ſequentia oſtendunt.

5. *Congregate, inquit*] Addidi, *inquit*, more Latino, quod ſæpe Hebræi, ex re ipſa, ubi præſertim Deum inducunt loquentem, ſupplendum omittunt. Vide Deut. XI, 14. Pſ. II, 3.6. XLI, 6.9. LXXXI, 7.

Beneficos meos] חסידי *hhaſidai*, qui aliis, ex legibus meis, benefaciunt.

Qui fœdus meum &c.] *Ferientes fœdus meum ad ſacrificium.*

Deus ipſe judex eſt] Vel *judicat*, ut de reis pœnas ſumat, dum innocentibus benefaciet.

7. *Aurem præbe*] Quaſi eſſet האזינה *haazinah*, more Hebræo idem aliis verbis, in ſequente colo, repetendi; quod & facilioris conſtructionis cauſâ, addendum erat. Vide Pſ. V, 1.

Conteſtabor contra te] אעידה בך *ahidah bach.* Conteſtari hîc eſt palam teſtari, ac dicere, ſive caſtigandi, ſive admonendi cauſâ. Vide Exod. XIX, 21. 23. Nehem. IX, 29, 30, 34, XIII, 21.

Deus, Deus, inquam, tuus] Non tantùm Deus, hoc eſt, dominus univerſitatis rerum, ſed Deus, qui tibi faveo, ſingularem in modum. Vide not. ad Gen. XVII, 3.

8. *Te non caſtigabo* &c.] Eſt tamen caſtigatio obliqua, quâ queritur Deus, victimarum oblationem, ſed cum prava animi adfectione conjunctam, propemodum unam eſſe partem Religionis, quam conſtanter obirent Judæi. Non exprobrat enim ſacrificia ſibi ab iis offerri, cùm rem ipſe juſſiſſet; ſed ita offerri, quaſi iis indigeret, & quaſi bonos mores ab offerentibus non exigeret, publica illa Religionis profeſſione contentus. Utrumque vitium, in ſequentibus, ſat clarè deſcribitur.

Quæ

Digitized by Google

eum vehemens tempeſt- erit. 4. Vocabit cœlos ex alto, & terram *ex inferiore parte*,
ut populo ſuo jus dicat.
5. Congregate, *inquit*, mihi beneficos meos, qui fœdus meum, adhibito ſacrificio,
ferierunt. 6. (Nunciabunt cœli juſtitiam ejus, nam Deus ipſe judex eſt. Selah.)
7. Audi, popule mi, & loquar; *aurem præbe*, Iſrael, & conteſtabor contra te; Deus,
Deus, *inquam*, tuus ego ſum. 8. Te non caſtigabo, ob victimas & holocauſta tua,
quæ perpetuò coram me *ſunt*. 9. Non accipiam è domo tua juvencum, neque è cau-
lis tuis hircos. 10. Mea enim eſt omnis fera ſilvæ & jumenta, *quæ* in mille montibus.
11. Novi omnium montium volatilia, & agrorum animalia apud me ſunt. 12. Si eſuri-
rem,

fœdus meum inierunt. (6. nunciabant cœli ejus juſtitiam, nam ipſe jus dicebat) 7. Audi, mi popule, & proloquar: aurem præbe, ô Iſrael, & contra te teſtimonium dicam. Deus, Deus, inquam, ego tuus ſum. 8. Non tibi exprobrabo, quod victimas mihi non obtuleris, cùm perpetuo ſint coram me, in Templo meo, coram me; ſed negabo me acceptum habere adductum ad altare domo tuâ juvencum, nec è caulis tuis hircum. 10. Iis nequaquam indigeo. 10. Meæ ſunt omnes ſilvarum feræ, & jumenta quæ in mille montibus errant. 11. Notæ ſunt mihi omnes ſilvarum aves, & pecudes agreſtes mihi paratæ ſunt. 12. Si eſurirem, nihil eſſet cur ad te confugerem, cùm terrarum orbis & quidquid in eo eſt mea ſint. 13. Egone carnem taurorum comederem atque hir-

Quæ perpetuò coram me ſunt] Sacro matutino & veſpertino, adolebantur ſumtu publico quotidie duo agni, præter victimas, quæ à privatis offerebantur. De quotidianis ſacris, vide Exod. XXIX, 38. & ſeq. de ceteris, Leviticum ab initio conſule. Tanti faciebant ſacrificium illud quotidianum Judæi, ut ne mortis quidem metu, cum Pompeius Templum obſideret, à ſacris faciendis abſtinerent Sacerdotes. *Joſephus* Belli Jud. Lib. I. c. 5. in Græcis: Ὁ Πομπήϊος τά τε ἄλλα τὴν καρτερίαν τῶν Ἰουδαίων ἀπεθαύμασε, καὶ μάλιστα τὸ μηδὲν παραλῦσαι τῆς θρησκείας ἐν μέσοις τοῖς βέλεσιν ἀνειλημμένους: *Pompeius Judæorum tolerantiam cùm in aliis, tum in hoc potiſſimùm admiratus eſt; quod Religionis nihil intermitterent, dum inter media tela occiderentur.* Ὥσπερ γὰρ εἰρήνης βαθείας κατεχούσης τὴν πόλιν αἵ τε θυσίαι καθ' ἡμέραν, καὶ οἱ ἐναγισμοὶ καὶ πᾶσα θεραπεία κατὰ τἀκριβὲς ἐξετελεῖτο τῷ Θεῷ, καὶ οὐδὲ κατ' αὐτὴν τὴν ἅλωσιν, περὶ τῷ βωμῷ φονευόμενοι τῶν καθ' ἡμέραν νομίμων εἰς τὴν θρησκείαν ἀπέστησαν: *quaſi in alta pace civitas ageret, ſacrificia quotidiana, & expiationes & totus cultus adcuratè perficiebantur Deo; neque cùm Templum caperetur, & circa altare trucidarentur, iis quæ quotidie ex legibus, circa cultum fieri debent, abſtinuerunt.* Quantò ſatius fuiſſet à peccatis, quæ jam tum inter Sacerdotes, eóſque fratres de regno certantes, & miſeram gentem lacerantes, furialibus odiis abſtinere! *Joſephus* ipſe poſtea, in multò graviore obſidione, graviter invectus eſt in eos, qui Templum tenebant; quia Joannes, qui Templum tuebatur, contra Romanos, paſſus erat ἐνδελεχισμὸν, ſeu perenne ſacrificium, intermitti, quòd deeſſent homines, qui id curarent, nempe, Sacerdotes. Vide Lib. VII. c. 8. in Græcis. Sic nec temporibus Pſaltæ noſtri, officium hoc Religionis externum negligebant, neque propterea à Prophetis caſtigabantur; ſed quia animo Virtutis ſtudioſo non offerebantur victimæ.

Quæ perpetuò coram me ſunt] Ita ut mihi veluti tædio ſint.

9. *Non accipiam* &c.] Hoc eſt, ſi delectarer brutorum carnibus & ſanguine, taliáque expeterem, non indigerem propterea tuis pecudibus, eáſque à te mihi offerri poſtularem; quia mea ſunt innumera animalia ſilveſtria, quibus uti poſſem. Quod ſequentia docent. Ethnici putabant Deos Sacrificiorum nidore aliquo modo veſci, quod *Porphyrius* de malis tantùm Dæmonibus verum eſſe cenſet, de Abſtin. Lib. II. c. 42. Οὗτοι οἱ χαίροντες λοιβῇ τε κνίσῃ τε, δι' ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν πιαίνεται. ζῇ γὰρ τοῦτο ἀτμοῖς καὶ ἀναθυμιάσεσι, καὶ ποικίλως διὰ τῶν ποικίλων, καὶ δυναμοῦται ταῖς ἐκ τῶν αἱμάτων καὶ σαρκῶν κνίσαις: *hi ſunt qui libaminibus & ſacificiorum nidore gaudent, ex quibus illorum pars aërea* (ſic enim intelligendum τὸ πνευματικὸν) *pingueſcit. Vivit enim illa vaporibus & ſuffimentis, & variè quidem pro eorum varietate; ſanguine, ſcilicet, & carnium nidoribus corroborata.* Vide Librum *Luciani* de Sacrificiis, ubi falsè hæc ridet.

11. *Novi omnia* &c.] Scio ubi volucres ſint ac nidos habeant, adeóque capere, ſi velim, poſſim. Quare tuis turturibus, columbis & paſſeribus nequaquam egeo.

Agrorum animalia] וזיז שדי *veziz ſchadai*. Videtur זוז *zouz*, quod Rabbinis uſitatum, & *moveri* ſignificat, olim etiam apud priſcos Hebræos in uſu fuiſſe, quamvis in Scriptura non exſtet; unde זיז *ziz*, animal perpetuo motu agitatum. Sunt etiamnum apud Arabes, voces ejuſdem toni & ſignificatûs, ut obſervavit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. III. C. 29. LXX. Intt. ὡραιότης ἀγροῦ, credo quia זיז, apud Chaldæos, *ſplendorem* ſignificat. *Aquila*, παντοδαπὰ χώρας, & *Hieronymus univerſitas agri*, cujus verſionis rationem non adſequor.

Apud me ſunt] עמדי *bimmadi*; nempe, quaſi paradiſo incluſa, qualia ſepta Reges Orientis, & præſertim Perſarum, habuerunt, in quibus omnis generis feras ſervabant. Vide ad Cant. IV, 13.

12. *Si eſurirem, non dicerem tibi*] Si indigerem brutorum carne, quâ alerer, à te non peterem. Vide ad verſ. 9. & ad Exod. XX, 24 ubi oſtendimus, apud Ethnicos fuiſſe ſacrificia, quaſi convivia Deorum. Videntur fuiſſe rudes quidam homines, & fortè vicinorum Ethnicorum placitis infecti, qui neſcio quid ſimile ſomniabant; ut ex hac exprobratione, éque verſu 14. colligere poſſe videmur.

14.

rem, non dicerem tibi, quia orbis, & quæ eum implent, mea ſunt. [13]. An carnem taurorum comederem, aut hircorum ſanguinem biberem? [14]. Deo laudem mactato & Altiſſimo vota tua reddito. [15]. Invoca me in die anguſtiæ, liberabóque te, & me coles.

[16]. Improbo verò dixit Deus: quid tibi *proderit* narraſſe inſtituta mea, & fœdus meum in ore habere: [17]. dum odiſti caſtigationem, & verba mea à tergo projeciſti? [18]. Si videris furem, cum eo eſſe te juvat, & cum adulteris pars tua eſt. [19]. Ore mala

hircorum liberam. 14. Vos verò pro victimis Deo laudes offerte, & vota veſtra ei reddite. 15. In rebus anguſtis ad me precibus veſtris confugite; tum vos liberabo & mihi gratias habebitis.

16. Sed improbos ſic compellandos a Deo ſcitote: quid vobis proderit narrare aliis mea inſtituta, deque fœdere, quod cum poſteritate Jacobi ferrit, loqui; 17. dum odio habetis caſtigationem, & verba mea nihili facitis. 18. Si videritis furem, libenter ad eum itis, & cum mœchis verſamini. 19.

14. *Mactato Deo laudem*] תודה *thodah* quidem & נדר *neder* victimas Dei laudandi causâ vel ut vota ſolvantur mactatas ſignificant; verùm hîc, ubi Deus oſtendit ſe ſacrificii ipſius nullam rationem habere, niſi adſit & animus religioſus. תודה *laus* verti debet, ut paſſim, & נדר intelligendum non de victima vota, ſed de animo hominis grato erga Deum, quia beneficio, quod ab eo petierat, accepto voti reus factus eſt. Hinc LXX. Intt. θῦσον Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, & *Aquila*, θῦσον τῷ Θεῷ εὐχαριστίαν, quæ ad animum offerentis referenda ſunt, non ad victimam. Deus quidem non vetabat victimas Lege ſancitas ſibi offerri, ſed ſignificabat, non victimas ipſas, ſed mactantium animum, ſi pius ſit, ſibi placere. Hoſtiarum enim mactatio erat ritus externus, eò adhibitus ut animi adfectio cærimoniâ oculos percellente teſtatior fieret. Vide Hoſ. VI, 6. XIV, 3. Erant hæc primordia doctrinæ Evangelicæ, quâ ipſa tandem ſacrificia, ruditati populi Hebræi olim conceſſa, prorſus antiquata ſunt.

15. *Invocate me* &c.] Quando in anguſtiis verſaberis, auxilium meum invocato; eo animo, quo par eſt preces ad me fundi; propter quem animum te, non propter promiſſas victimas, liberabo.

Liberabóque te &c.] Etiam ſine ſacrificiis, aut certè, non propter mactatas victimas. Sed propter animi adfectionem, quâ eas obtuleris. Pro *& me coles*, eſt תכבדני *thechabbedeni* mihi honorem tribues, quod idem eſt.

16. *Improbo* &c.] Nunc ad malos convertitur Pſaltes, qui ſæpe de legibus divinis loquuntur, non ex animo, ſed ut famam Religionis ſibi comparent, à cujus vero cultu, hoc eſt, ſanctitate morum, quàm longiſſimè abſunt.

17. *Dum odiſti* &c] ואתה *& tu*, quod vertimus *dum te*, te ipsâ poſtulante.

Caſtigationem] Quæ profertur à viris religioſis, cùm graviter peccas.

A tergo] אחריך *abharecha*, poſt te. A tergo abjiciuntur quæ ſpernuntur, ac negliguntur. Sic Deus ipſe dicitur *projicere peccata à tergo*, quibus ignoſcit, Eſaï. XXXVIII, 17.

18. *Cum eo eſſe te juvat*] תרץ עמו *thirets himmo*. Eſt à רצה *ratſeh*, per Apocopen, pro ירצה *jirtſah*. Verbum hoc conſtruitur interdum cum עם *him*, eodem ſenſu. *Hieronymus: conſentis*, in verſione ex Hebræo. At LXX. Intt. συνέτρεχες, quaſi eſſet à רוץ *routs*, currere, incommodè, quamvis multi ſint eos ſequuti.

Pars tua eſt] חלקך *hhelkecha*; hoc eſt flagitiorum ejus es particeps.

19. *Ore mala verba emittis*] פיך שלחת ברעה *phica ſchalahhtha brahah*, os tuum mittis in malum. Perinde eſt ac מפיך שלחת רעה *ex ore tuo emittis malum*. Sic Latinè loquenti vertendum fuit. LXX. Intt. τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν. *Hieronymus: os tuum miſiſti in malitiam*, quod Latinè ferri nequit.

Dolum nectis] תצמיד מרמה *thatſmid mirmah*, copulat fraudem. Multis enim dolis fraus ſæpe conſtat. LXX. Intt. περιέπλεκε δολιότητα, rectè, *Hieronymus: concinnabit dolum* minùs commodè, nam verbum צמד *tſamad*, eſt conjunctus fuit, non concinnatus. Sic & Latini *nectere dolos* dicunt, metaphorâ à laqueis ductâ.

20. *Sedens* &c.] *Sediſti in fratrem tuum* (&) *loquutus es*. Vide ad Pſ. I, 1.

21. *Et tacui*] והחרשתי *vehhheraſchthi*, *tacui*; hoc eſt, non ſignificavi, pœnâ immiſſâ, mihi rem improbari. Vide verſ. 3.

Quare me putaſti] Supplevi *quare*, quaſi eſſet על כן *hal chen*, quamohrem; quod animo ſupplendum. De verbo דמית *dimitha*, putaſti, Vide Pſ. XLVIII, 10.

Eſſe tui ſimilem] היות אהיה כמוך *hejoth ehjeh chamocha*. Subaudiendum hîc כי אני *chi ani*, quòd ego futurus eſſem, *aut* eſſem, inſtar tui. Nempe, à me non improbari malè facta tua, eò quod pœnas de te, tuique ſimilibus non repeterem. Sic poſtea Valentiniani, Marcionitæ, Manichæi, alii Providentiam Divinam carpſerunt, quòd tot mala fieri pateretur, in hac vita. Senſus eſt perſpicuus. LXX. Intt. ὑπέλαβες ἀνομίαν ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος, quaſi pro הוה *havah*, quod improbitatem ſignificat, & poſtea ſuppleviſſent כי ὅτι. *Aquila*, *Theodotion* & VII. Ed. ὑπέλαβες ἐσόμενος ἔσομαι ὅμοιός σοι. *Symmachus*, ἐνόμισας ἔσεσθαί με ὡς σοί. Sed Futuri nulla in Hebraicis ſignificatio, éſtque Hebraiſmus notus *faciendo facere*, *eſſendo*, ſi ita loqui liceret, *eſſe*, pro eo quod eſt *facere* & *eſſe*.

Verùm te caſtigabo] אוכיחך *ochihhacha*. Supplenda iterum hîc particula כי אם *chi im*, ſed, aut ſimilis. Poſſit & verti *te* ſceleſtum tuorum ar-

mala *verba* emittis, & lingua tua dolum nectit. 20. Sedens in fratrem tuum loqueris, in filium matris tuæ probrum jacis. 21. Hæc feciſti, & tacui, *quare* me putaſti eſſe tui ſimilem; *verùm* te caſtigabo in oculis tuis & *tibi* adverſabor. 22. Hoc nunc intelligite, vos qui Dei obliti eſtis, ne rapiam *vos*, nec ſit quiſquam, qui liberet. 23. Mactans laudem colit me, & qui viam *ſuam rectè* diſponit, is faxo ut videat ſalutem Dei.

Preces

19. Pravos ſermones habetis, & mendaciis alios fallitis. 20. Sedentes cum veſtri ſimilibus proximo veſtro detrahitis, & fratribus probra jacitis. 21. Cùm ita vos gereretis & tacerem, vobis ſimilem eſſe putabatis; ſed vos caſtigabo & palam malis veſtris ſermonibus adverſabor. 22. Nunc hoc ſcitote vos, qui Dei obliti eſtis, ne vos corripiam, nec quiſquam vos pœnæ eripiat. 23. Qui me debitis laudibus extollit, mihi cultum debitum exhibet; & quiſquis totam ſuam vitam ad leges meas exigit, is, ut ſalutis à me fiat particeps, operam dabo.

PARA-

arguam; hoc eſt, reum eſſe oſtendam. Hoc fit, nimirum, retectis flagitiis & meritâ pœnâ adfectis; nam quæ occulta fuerant, adeóque impunita abierant, ſingulari ſæpe Providentiâ divinâ, in lucem protrahuntur, & ſupplicium dant, quamvis ſeriùs. Vide Lib. *Plutarchi* de iis qui ſerò à Numine puniuntur.

In oculis tuis tibi adverſabor] ואערכה לעיניך *veebercha lebenecha.* ערך *barach* inter alia, eſt inſtruere exercitum, ſive ad prælium committendum, ſive ad oppugnandam urbem. Hic de oppugnatione hominis ſumitur, & quidem, ob additionem vocum *in oculis tuis*, aperta. Deus ergo ait ſe eum, cujus delicta diſſimulaverat aliquamdiu, apertè tandem & palam adgreſſurum. Vide Job. VI, 4. XXXIII, 5. Hoc voluiſſe videntur LXX. Intt. voce *παρασήσω*.

22. *Qui Dei obliti eſtis*] שכחי אלוה *ſchochebhe eloha*, qui ita vos geritis, quaſi Dei, legúmque ejus prorſus obliti eſſetis.

Ne rapiam vos] פן אטרף *phen etroph.* Verbum hoc propriè vim ferarum prædam rapientium ſignificat; hîc, tralaticio ſenſu, ſumitur de morte, aut pœna alia ſubita, divinitus immiſſa. Alibi de hominum violentia uſurpatur, ut Pſalm. VII, 3. XXII, 14. Job. XVI, 9.

23. *Mactans laudem*] זבח תודה *zobeahh thodah.* Quamvis ſit hoc nomen etiam victimarum, quæ ad Deum laudandum mactantur; hîc potiſſimùm ad laudem, ex animo prolatam, ſive cum mactatione victimæ conjuncta, ſive ſola ſit, reſpicitur; nam ex ejuſmodi tantùm laude, potentiam & bonitatem divinam extollente, ſacrificium Deo ſit acceptum.

Qui viam ſuam rectè diſponit] שם דרך *ſcham derech*, ponens viam. Quia ſemper ש pingui ſono exprimimus, more Veterum, inter שׂם & שׁם nullum diſcrimen agnoſcimus; atque hîc quoque variant Codices, quorum alii *Sin*, alii *Schin* habent. LXX. Intt. adverbium שם *ſcham* eſſe putarunt, cùm verterint *καὶ ἐκεῖ ὁδὸς*. Notum eſt *via* paſſim vitæ inſtitutum ſignificari, quia verò ſermo eſt de via recta, addimus perſpicuitatis causâ, *rectè*; qua in re *Symmachum* ſecuti ſumus, qui verterat: *τῷ ἐυλαυλῶς ὁδεύοντι.* Verbum verò שם hoc in loco aliud nihil ſignificare videtur, niſi *diſponere* vitam, prout decet; aut etiam, ſi ita videatur *proponere* ſibi viam rectam. Vide Pſ. CXIX, 59.

Faxo ut videat ſalutem Dei] *Faciam eum videre in ſalute Dei*; hoc eſt, faxo ut liberationem Dei, cùm in anguſtiis verſatus fuerit, videat. Vide Pſ. XCI, 16. XCVIII, 3.

Preces Davidis peccatum fatentis, Dei miſericordiam implorantis, caſtigatiorem vitam, quam ejus auxilio acturus eſſet, pollicentis, & pacem ejus Populo Hebræo orantis.

PSALM. LI. 1. PRÆFECTO, CARMEN DAVIDIS, 2. CUM NATHAN PROPHETA AD EUM VENISSET, POSTQUAM CUM BATHSEBA CONGRESSUS FUIS.

PARAPHRASIS.

1. 2. CARMEN Davidis ad Canturum Præfectum, cùm Nathan Propheta ad eum veniſſet, ut cædis & adulterii argueret.

3. Miſerere mei, ô Deus, pro tua ſumma bonitate & miſericordia, & peccata mea dele. 4. Purga me peccandi habitu, & pœnas ei meritò debitas

COMMENTARIUS
In PSALM. LI.

2. *Cùm Nathan* &c.] 2. Sam. XII, 1. & *ſeqq.*

Cum Bathſeba congreſſus fuiſſet] *Cùm veniſſet*, aut *ingreſſus eſſet ad Bathſebam.*

3. *Delicta mea dele*] Cum *peccata* vocentur *debita.* Matth XII, 6. ex conſuetudine Chaldæorum & Syrorum, de qua vide Dan I, 10. & Chaldæum Int. ad verſ. 4 hujus Pſalmi; cúmque debita, quæ remittuntur, è rationum libro deleri ſoleant; ideò peccata, quibus ignoſcitur, *deleri* dicuntur.

4. *Sæpiùs me ablue*] הרבה כבסני *barbeb chabbeſeni*, ut eſt in Chethib, *multiplicando ablue me*; huc eſt, diligenter, aut prorſus ablue me, quia quæ prorſus pura eſſe cupimus plus ſemel abluimus. Vult David ſibi peccatum planè remitti. Alii malunt ſignificari peccati habitum, ſaltem inchoatum, ut Jerem. IV, 14 ubi tamen de habitu confirmato delendo agit Propheta.

5. *Novi enim delicta mea*] Non enim ignoro me graviſſimè peccaſſe, ac proinde me ſæpiùs ut abluar opus habere.

Coram me ſemper eſt] Hoc eſt, perpetuò animo meo obverſatur, méque ſine fine terret, ne graves de me pœnas, quas commeritus ſum, repetas.

6. *Tibi ſoli peccavi*] לבדך חטאתי *lbaddecho hhatbathi.* Peccaverat quidem David in Uriam, quem occidi curaverat; in Bathſebam, quam blanditiis pellexerat, & fortè auctoritate compulerat, ut ſecum concumberet; atque & in totum populum Hebræum, qui crudele & libidinoſum factum aut damnabat, aut, quod longè deterrimum fuiſſet, ſequi poterat. Attamen ſe *ſoli Deo peccaſſe* ait, quòd ſolus Deus à Rege pœnas repetere poterat; neque enim Deus juſſerat privatos, aut populum, aut magiſtratus pœnas de Rege exigere; cujus majeſtas longè ſuprà omnes eminebat, & potentiâ quorumvis opes ſuperabat. Hoc peccato, gravi licèt, in privatos peccaverat, non in ipſam regni formam, quam everſam cuperet; qua ſola fortè de cauſa, potuiſſet populus Hebræus ſibi proſpicere, & Regem alium eligere, non propter injurias privatis illatas; quæ ferendæ ſunt potiùs, quàm Respublica in periculum adducatur. De re universè ſpectata, vide *Hug. Grotium* de J. B. & P. Lib. I, c. IV. ubi tamen etiam de Hebræorum Regibus nonnulla.

Ita ut juſtus ſis, in eo quod dicis &c.] Reſpicit ad minas Nathanis 2. Sam. XII, 11, 14.

Mundus ſis] Iniqui nihil admittas, omnis enim iniquitas *immunditia* eſt, ut ex ſuperioribus verbis liquet.

7. *Formatus ſum in iniquitate*] בעון חוללתי *bebavon hholalthi.* Eſt à חול *parturire*, quod in *Pyhel* eſt formari, quod Embryoni convenit. Vide Job. XV, 7. Proverb. VIII, 24. 25. Non videtur hîc David de parentum ſuorum peccatis loqui, quamvis ſine dubio peccatores eſſent; quia nihil hoc ad rem facit, cùm tota oratio eò ſpectet, ut ſe peccatorem fateatur, humilique confeſſione veniam à Deo impetret. Loquitur ergo de ſe, ſed eam reſpicit ætatem, quâ delinquere potuit, non cùm primùm formaretur in utero matris, quo tempore peccare nequibat; omne enim peccatum cùm ſit violatio legis Divinæ, notam eam neceſſariò ſtatuit; aut certè noſci potuiſſe à delinquente, nec niſi ejus culpâ ignotum; poſtulétque ut is rationis compos ſit, hoc eſt, norit quid agat, ab eóque etiam abſtineat, ſi velit; ſine quibus rebus, nemo reus haberi queat. Ergo quamvis David loquatur de ſe, cùm delinquere cœpit, quaſi Embryo etiamnum fuiſſet; res ita intelligenda eſt, ut à teneris annis ſe peccatorem fuiſſe fateatur, divinámque juſtitiam provocaſſe, quod nihil abſurdi complectitur. Atque hoc loquendi genus alibi etiam, ubi de virtute ſermo eſt, non aliter ac ubi de vitio, in Scriptura occurrit. Sic Jobus de ſe Cap. XXXI, 18. *Ab infantia mea crevit* (pupillus) *mecum, quaſi cum patre, & ab utero matris meæ, viduæ dux fui*, ad quem locum vide notata. Pſalm. XXV, 10. *Me fiducia tui impleſti, cùm ubera matris meæ ſugerem*, quod de lactente propriè dicto intelligi non poteſt. Confer Pſ. LXXI, 5, 6. Sic quoque Sirachides C. I, 16. ἀρχὴ σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον, καὶ μετὰ πιστῶν ἐν μήτρᾳ συνεκτίσθη αὐτοῖς, hoc eſt, *à pueritia iis inſitus eſt jam Dei amor*; non in utero materno, in quo non magis idonei ſunt foetus virtuti, quàm vitio. De malis verò Pſ. LVIII, 4. *improbi ab utero alieni ſunt* (à juſtitia) *mendaces errant à matrice*; hoc eſt, à teneris annis; nam de peccato originis, bonis & malis communi, hæc intelligi nequeunt. Sic & Eſa. XLVIII, 8. *delinquens ab utero vocatus es*; quod dicitur tantum de malis, quorum permulti ſunt à pueritia aliis nequiores,

Digitized by Google

FUISSET. 3. Miſerere mei Deus, pro tua benignitate; &, pro magnitudine miſericordiæ tuæ, delicta mea dele. 4. Sæpiùs me ablue ab iniquitate mea, & à peccato purga; 5. novi enim delicta mea, & peccatum meum coram me ſemper *eſt*. 6. Tibi ſoli peccavi, & quod malum eſt in oculis tuis feci; ita ut juſtus ſis in eo, quod dicis, & mundus quando judicas. 7. En formatus ſum in iniquitate & in peccato fovit me mater mea. 8. Veritate in renibus delectaris, & in abdito ſapientiam notam mihi feciſti.

tas remitte; 5. probè enim novi delicta mea, & peccati poſtremi vivida eſt memoria. 6. In te potiſſimùm peccavi, dum id quod non probas perpetravi, adeóque quod dicis juſtum eſt, & verè de me judicas. 7. A teneris unguiculis, mater mea me peccantem fovit. 8. Delectaris veracitares, non in utero materno. Vide & ad Pſ. LVIII, 4.

Hæc, quæ rectâ Ratione & uſu Scripturæ nituntur, numquam aliter intellecta fuiſſent; ſi ſemper Chriſtiani ratiocinandi & interpretandi artibus æquè polluiſſent. Sed temporibus, quibus hæ artes parum notæ, aut neglectæ erant, præ declamitandi & argutandi facultate; nota ſunt dogmata ſanæ Rationi planè contraria, nec magis Scripturæ conſentanea; ad quæ Scriptorum Sacrorum verba ab imperitis poſtea detorta ſunt. Et tamen nobis ea ſæcula, quaſi norma veritatis, hodie proponuntur, eorúmque commenta; inſtar Religionis Chriſtianæ, defenduntur! At debuiſſent meminiſſe, etiam Ethnicos, qui de peccato originis ne ſomniarunt quidem, ſic interdum eſſe loquutos. Sic *Cicero* Tuſcul. Diſp. Lib. III. c. 1. *Si tales nos natura genuiſſet, ut eam ipſam intueri & perſpicere, eadémque optimâ duce, curſum vitæ conficere poſſemus; haud erat ſanè quòd quiſquam Rationem, ac Doctrinam requireret. Nunc parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter, malis moribus, opinionibúſque depravati, ſic reſtinguimus, ut nuſquam Naturæ lumen adpareat. Sunt enim ingeniis noſtris ſemina innata virtutum; quæ ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam Natura perduceret. Nunc autem* SIMUL ATQUE EDITI *in lucem & ſuſcepti ſumus in omni* CONTINUO *pravitate, & in ſumma opinionum perverſitate verſamur, ut* PAENE CUM LACTE NUTRICIS *errorem ſuxiſſe videamur.* Sic & Scriptor de Cauſis corruptæ eloquentiæ c. XXIX.. *Jam verò propria & peculiaria hujus urbis vitia* PAENE IN UTERO MATRIS CONCIPI *mihi videntur, hiſtrionalis favor, & gladiatorum, equorúmque ſtudia.* Hinc intelligere licet pravos habitus, eóſque longâ die, atque à pueritia uſque inveteratos, his & ſimilibus verbis deſcribi. Sic & Latinè *à cunis, à cunabulis, à teneris unguiculis*, perinde ſunt ac à pueritia. Apud *Plautum* Act. II. Sc. 4, verſ. 47. & 48. *Sapit à cunabulis*; hoc eſt, à pueritia, in qua calliditatis indicia ſeſe exſerere incipiunt.

Hinc plures Veterum ita loquuti ſunt, ut ſatis liqueat, eos nec de peccato matris Davidis, nec de inſita Davidi labe cogitaſſe. Sic *Euſebius*, poſtquàm ad Evam uſque adſcendit: ὁ δὲ Σύμμαχος, inquit, εἰς ἀδικίαν ὠδινήθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκύησέ με ἡ μήτηρ μου. ὠδινήθην γὰρ καὶ ἐκυήθην φησὶν, ἵνα παρέλθω εἰς ἀδικίαν, καὶ ἵνα ἐν ἁμαρτίαις γενόμενος ἐλεγχθῶ κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν. οὐκ ἐν ἀνομίαις, φησὶ, τῆς ἐμῆς συνελήφθην μητρὸς, οὐδὲ ταῖς ἑαυτῆς ἀνομίαις ἐκίσσησέ με, ἀλλ' ἐγὼ εἰς ἀδικίαν ἐγεννήθην, θνητὴν περιβαλλόμενος σάρκα, καὶ ταῦτά φησι, ἐπείπερ τὴν ἀλήθειαν ἐγνώρισας: *Symmachus verò*: in injuſtitiam editus ſum & in peccatis peperit me mater mea; *dicit enim* editus ſum & partu emiſſus, *ut tranſirem in injuſtitiam, átque in peccatis natus, ſecundùm hanc cogitandi rationem, arguar. Non in iniquitatibus matris meæ conceptus ſum, neque ſuis iniquitatibus me peperit, ſed ego in iniquitatem natus ſum mortali indutus carne. Theodorus* Heracleota ad hunc locum: ἄνωθεν, φησὶ, ἡ φύσις καὶ ἐκ προγόνων τῇ ἁμαρτίᾳ ὑπέπεσε, διὰ τῆς παραβάσεως καὶ τῶν προπατόρων κρατήσασα, ὁδόν τινα ἑαυτῇ καὶ τρίβον ἐν τῷ γένει εἰργάσατο: *ab initio, inquit, natura & uſque à primis parentibus peccato ſuccubuit (&) per tranſgreſſionem primorum parentum invaleſcens* (peccatum) *viam quamdam & ſemitam in genere humano ſibi fecit.* Quibus dictis ita pergit: τοῦτο δὲ οὐχ ὅτι φυσικὴ ἡ τῆς ἁμαρτίας ἐνέργεια (ἀτιμώρητος γὰρ ἦν) ἀλλ' ὅτι τὸ εὐόλισθον αὐτῇ συγκεκλήρωται (νικᾷ γὰρ ὅμως γνώμη καὶ πόνος) ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη κρατεῖται διὰ τὸ αὐτεξούσιον: *atque hoc quidem non quod naturalis ſit peccati efficacia (non poſſet enim pœnas dare) ſed quia naturæ ſors eſt ut ſit lapſui obnoxia (vincit tamen ratio & labor) neque neceſſitas imperat propter liberum arbitrium.* Similia dixerat *Chryſoſtomus* in hunc Pſalmum, Ed. Etonianæ Tom. I. p. 709. Quæ ſunt remotiſſima ab iis dogmatibus, quæ in Africa poſtea ſunt procuſa, & per Occidentem ſparſa, quaſi doctrina Apoſtolica, cùm non eſſet.

In peccato fovit me mater mea] בחטא יחמתני *bhhet jehhemathni*, in peccato calefecit me. Intelliguntur hæc propriè de calore uteri materni; tralaticio ſenſu, de tempore pueritiæ, quo jam incipimus peccare, dum adſectibus indulgemus, & vitia noſtra à parentibus foventur. LXX. Int. ἐκίσσησε, *Symmachus* ἐκύησε, quod eſt *concepit*. Sed verbum יחם *jahham*, eſt quidem *incaleſcere*, déque pecudibus dicitur, quæ incaleſcunt certo tempore, & marem concupiſcunt; qua de re hîc non agitur, ſed de calore uteri quo fœtus fovetur, antea enim de conceptu loquutus eſt David.

8. *Veritate in renibus delectaris*] אמת חפצת בטחות *emeth hhaphatſtha battuhhoth. Veritas* ſignificat, hoc in loco, ut & alibi, ubi de totius vitæ inſtituto ſermo eſt, Virtutem non fucatam, & ab omni diſſimulatione Vitii, aut ſimulatione Probitatis ſejunctam. Vide 1. Sam. XII, 24. 1. Reg. II, 4. III, 6. Proverb. XII, 22. Eam in rem ſummopere peccarat David, qui videri noluerat eſſe auctor cædis Uriæ, & Bathſebam ducere uxorem, ut quam-

 vis

ciſti. ⁹. Purgabis me hyſſopo, & mundus ero; ablue me, & nive candidior ero, ¹⁰. Facies ut læta & jucunda audiam, atque oſſa mea, *quæ* contrivisti, exſultabunt.

¹¹. Abde faciem meam à peccatis meis; & omnes iniquitates meas dele. ¹². Cor mundum crea mihi, ô Deus, & rectum ſpiritum renova in me. ¹³. Ne me *procul* à facie tua projicias, neu ſpiritum tuæ ſanctitatis mihi eripias. ¹⁴. Redde mihi gaudium Salutis tuæ, & ſpiritu alacri ſuſtenta me. ¹⁵. *Tum* docebo delinquentes vias tuas & pecca-

eitate in intimis medullis, idque in abdito patefeciſti mihi. 9. Quaſi hyſſopo me purgabis, atque ita ablutis me, ut nive candidior ſim. 10. Facies ut læta tantùm & jucunda audiam, ut que crura, quæ antea conteri videbantur, præ lætitia, ſubſiliant.

11. Ne peccata mea, ut de iis pœnas repetas, in memoriam revoces, ſed ea dele. Adfectus mundos in me creato, & ſpiritum rectum in me renovato. 13. Ne a proſpectu Sacrarii tui me amoveas, nec mihi ſpiritum, quo ſanctitatem in nobis creas, mihi detrahe 14. Redde mihi priſtinam lætitiam. 14. Reſtitue mihi gaudium, quo me perſuderas, & priſtinam hilaritatem, qua me ſuſten-

vis aliam viduam ducere potuiſſet, & ſcelus ſuum omni ratione tegere conatus fuerat. טחות *renes* vertunt, quod à טוח *tonahh*, tectorio inducere, quòd ſint tectæ partes corporis, hîc verò & Job XXXVIII, 36. ſumitur pro animo, ut כליות *renes* aliis in locis, Pſ. XVI, 7. XXVI, 2 & alibi. LXX. Intt. τὰ ἄδηλα, omiſſo ב, perperam, referuntque ad ſequentia. Sic & *Hieronymus: abſconditum & arcanum ſapientiæ*. Meliùs Chaldæus בכולין *beboulјan*, in renibus, quam Recentiores Intt. ſequuti ſunt. Probitas Davidis, in negotio Uriæ & Bathſebæ, in ore tantùm & ſimulatione externa fuerat; ſed vera virtus in intimis animi receſſibus manet.

In abdito ſapientiam] בסתום חכמה *biſthoum bhochmah*. סתום *ſathoum*, proprie *clauſum* ſignificat, hîc verò pro occulto, vel abdito ſumitur, quia clauſa nobis latent, ut Ezek. XXXVIII, 7. Videtur hîc ſignificari occultus adflatus Dei, quo Davidi ſapientiam, hoc eſt, religionem & virtutem, clarius quàm aliis patefecit, & per quem vaticinatus eſt in Pſalmis, atque in numerum Prophetarum relatus eſt.

9. *Purgabis me hyſſopo*] תחטאני באזוב *thehhetteeni beezob*. Hyſſopo utebantur in purgatione leproſi, Levit. XIV, 4. 6. &c. ad quam cærimoniam adludit David, non quaſi eo ritu purgandus eſſet; neque enim adulteri & homicidæ, aut ullo alio piaculo mundabantur; ſed ut ſignificet, ut leproſi purgabantur hyſſopo: ſic ſe Dei miſericordiâ mundatum iri, hoc eſt, veniam peccatorum impetraturum.

Nive candidior ero] Vide Eſai. I, 18. Hoc eſt, prorſus purgatus ero ſceleribus, quaſi ea non admiſiſſem; quod cùm ad maculam delictorum animo hærentem, tum ad eorum pœnam referri poteſt.

10. *Quæ contriviſti*] דכית *dicchitha*. Subaudiendum אשר *quæ*. Reſpicit ad caſtigationem Nathanis Prophetæ, pœnáſque ab eo denunciatas; quibus *fracta* ſibi *oſſa* ait. Subito, nimirum, mœrore & metu ita concutiuntur oſſa, ut propemodum fracta videantur. Vide Pſ. XXX, 17. XXXIII, 19. XXXV, 10. XXXVIII, 4. Sic & Latini adfectum, quo penitùs commoventur homines, deſcribunt. *Virgilius* Æneid. II, 120.

Obſtupuere animi, gelidúſque per ima cucurrit
Oſſa tremor.

11. *Abde faciem tuam*] Non magis ea videto, quàm ii, quorum obnupta eſt facies, res ſibi obverſantes vident; hoc eſt, iis ignoſcito. Simili metaphorâ Deus dicitur *abdere faciem ſuam* iis, quorum rationem nullam habet: Pſ. XIII, 2. XXVII, 9. XXX, 8. & alibi ſæpius.

Dele] Vide ad verſ. 3.

12. *Cor mundum crea mihi*] לב טהור ברא לי *leb taoor bra li*. *Cor mundum* eſt hîc, non animus, ſed adfectio animi vitiis pura, & præſertim libidinis immunis. Hæc enim fons & origo fuerat totius ſceleris. Orat ergo Deum; ut ſibi eam det animi adfectionem, quâ in poſterum caſtam vitam agat. Utitur autem voce ברא *crea*; quia, ut hoc fieret, magna mutatio, ac veluti *nova creatio* erat facienda. Sic in N. T. 2. Cor. V, 17. *nova creatura* dicitur homo ad Chriſti fidem adductus, propter ingentem mutationem, quam fieri neceſſe fuit, ut homo Judæus, vel Ethnicus Chriſtianus, per omnia, fieret.

Rectum ſpiritum renova in me] רוח נכון חדש בקרבי *rouahh nachon hhaddeſch bkirbi*. Conſtat voce רוח *rouahh*, ſæpe in Scriptura animi adfectionem ſignificari, ut *ſpiritus ſapientiæ*, pro peritia artium, Exod. XXVIII, 3. *ſpiritus zelotypiæ*, pro zelotypia, vel adfectu zelotypiæ, Num. V, 14. *Spiritus titubationis*, Eſai. XIX, 14. *Spiritus ſanctitatis* infrà verſ. 13. Qualia loquendi genera in N. T. frequentiora ſunt. נכון *nachon*, verti queat *firmus*, *paratus*, & *rectus*. Poſtremum ſequuti ſumus, quaſi rei, quæ hîc agitur, convenientiſſimum, quamvis è Chaldaiſmo deductum. Paſſus enim erat David *ſpiritum rectum* in ſe exſtingui, dum adulterium & cædem moliretur atque exſequeretur.

13. *Ne me procul à facie tua projicias*] Ut Reges miniſtros, qui malè ſe gerunt, procul à ſe amandant, ſive in carcerem, ſive in exſilium: Deus dicitur *projicere procul à facie ſua* Reges, qui ſceleribus ſuis, juſtitiam ejus offendunt, Jerobohamus 1. Reg. XIV, 9. dicitur contrà *Deum poſt tergum ſuum abjeciſſe*.

Neu ſpiritum ſanctitatis tuæ mihi eripias] Quamvis *ſpiritus ſanctitatis* ſit ſpiritus, hoc eſt, adfectio mentis ſtudioſæ ſanctitatis; malim ſic vocari hîc ſpiritum propheticum, quo tamen etiam ſancti fiunt Prophetæ; quia Deus homines ſtudioſos ſanctitatis, qualis nunc erat David, eo ſtudio numquam ſpoliat; ad quod è contra-

Digitized by Google

peccatores ad te redibunt. [16]. Libera me à cædis crimine, ô Deus, Deus *auctor* ſalutis meæ; & laudabit lingua mea miſericordiam tuam. [17]. Aperies, ô Domine, labia mea, & os meum laudem tuam nunciabit; [18]. quia ſacrificio non delectaris; alioquin holocauſtum darem, ſed acceptum non haberes. [19]. Sacrificium Dei eſt ſpiritus fractus, nec cor fractum & contritum deſpicis, ô Deus. [20]. In favore tuo, benefacito Sioni & muros Jeroſolimæ ædificato. [21]. Tunc delectaberis ſacrificiis juſtitiæ,

ſuſtentabas. 15. Tunc verò ad rectam viam revocabo aberrantes, qui ad legum tuarum obſervationem redibunt. 17. Ignoſce mihi cædem, ô Deus, qui es ſalutis meæ auctor, & cujus miſericordiam laudavi. 17. Tum verò os meum aperies, quu laudes tuas celebrabo; 18. neque enim ſacrificiis, in ſe ſpectatis, delectaris. Alioquin holocauſta tibi offerrem, ſed ea tibi accepta non eſſent. 19. Sacrificia, quæ Deo placent, ſita ſunt in ſpiritu humili & dulente, ob admiſſa peccata. 20. Faveto verò Sioni, & muros Jeroſolimæ inſtaurato. 21. Tum victimis omnis generis, à juſtis hominibus oblatis, gaudebis.

* PA-

contrario homines ſemper vocat, dum iis pœnitentiæ tempus concedit; ſed Prophetas, non ita ſe gerentes prout docuerat, adflatu prophetico ſpoliabat. Spiritum propheticum intellexit etiam Chaldæus Interpres, & multi è recentioribus.

14. *Gaudium ſalutis tuæ*] Gaudium, quod imminentibus malis liberatus à te ſentire ſolitus ſum; adeóque ipſam liberationem à pœnis, quas ei Nathan denunciaverat.

Spiritu alacri ſuſtenta me] רוח נדיבה תסמכני *rouabh ndibab toiſmechani*. Cùm רוח ſit fœminini generis certè plerumque, נדיבה adjectivum eſſe putavimus, cum eo conſtruendum. נדיב *nadib* autem eſt, qui ſponte & alacriter quidpiam facit, ut Exod. XXXV, 5. ideóque *alacrem*, hoc eſt, ἐθέλυμον, vertimus; qualis non poterat eſſe David ſummo pudore, timore & mœrore perfuſus, propter minas ſibi à Deo, per Nathanem, intentatas, & fœditatem etiam peccati, quod admiſerat. LXX. Intt. ἡγεμονικῷ verterunt, quod ἡγεμόνες, ſeu principes dicantur נדבים *ndibim*. Sed prius magis placet, quòd non tam ſit ſermo de Regis, quàm de boni viri officio, quo alacriter debet defungi.

15. *Docebo delinquentes*] Nempe, exemplo meo, & cùm videbunt me, pœnitentiâ meâ, veniam à te eſſe conſequutum, ad te etiam pœnitentiâ ſuâ redibunt. Vide Pſ. CXXX, 4.

16. *Libera me à cædis crimine*] *Libera me à ſanguinibus*, מדמים *middamim*; hoc eſt, à pœna cædis.

Miſericordiam tuam] צדקתך *tſidkathecha*, quod propriè quidem eſt *juſtitia*, ſed *æquitatem* etiam ſignificat, unde ſenſim in ſignificatum *miſericordiæ*, quæ cum *æquitate* conjunctiſſima eſt, deflexit. Hinc *Symmachus* vertit hîc ἐλεημοσύνην, quod pluribus locis fecerunt etiam LXX. Intt. Vide Matth. I, 19. & quæ *Hug. Grotius*, *Henr. Hammondus* & nos ad eum locum diximus.

17. *Aperies, ô Domine, labia mea*] Suppeditabis mihi, veniâ conceſſâ, cauſam cur gratias tibi agam; cùm nunc, pro metu & mœrore, ſileam.

Laudem tuam] Laudes miſericordiæ tuæ, quam, impetratâ veniâ, celebrato.

18. *Sacrificio non delectaris*] Vide ad Pſ. L, 14. Hîc præterea addendum nec cædi à ſciente & prudente factæ, nec adulterio ullum piaculum à Deo in Lege præſcriptum; ſed pœnam capitis ſancitam.

Alioquin holocauſtum darem] ואתנה עולה *vettenab bolab*. Τὸ ו vertimus *alioquin*, pro vocis ambiguitate, ita poſtulante ſenſu. Hoc vult David, oblaturum fuiſſe ſe holocauſta pro ſe, ſi Deus homicidio & adulterio ejusmodi piacula impoſuiſſet. Sed hinc liquet veteres Hebræos non dubitaſſe quin Deus iis condonaturus eſſet delictis, ſi eorum rei reſipiſcerent, quæ nullo piaculo expiatum iri promiſerat; propter promiſſa, quibus pœnitentiam agenti Populo Hebræo, veniam pollicitus erat, Deut. Cap. XXX. nec rarò apud Prophetas. Vide Ezek. XVIII, 25, 22, 23.

19. *Sacrificio Dei*] Quum, nempe, expiantur apud Deum miſericordem, delicta, quibus nullam piacularem victimam impoſuerat Deus, ſed mortem interminatus erat; qualia erant à Davide admiſſa.

Spiritus fractus] רוח נשברה *rouakh niſchbarab*. *Spiritus* hîc idem ſignificat ac apud Latinos, quibus ſæpe ſuperbiam ea vox ſonat. Quin & *frangere ſpiritum*, aut *ſpiritus* dicunt pro eo quod eſt animum ſuperbum ad modeſtiam, adeóque humilitatem adducere. Qui ſignificatus eſt hujus Hebræorum loquendi generis, *ſpiritus* enim *fractus*, apud Davidem, eſt animus; qui cùm antea ſuperbus eſſet, ad humilitatem deductus eſt. Vide Pſ. XXXIV, 19. CXLVII, 3.

Nec cor fractum & contritum] לב נשבר ונדכה אלהים לא תבזה *leb niſchbar venidcheb elohim lo thibzeb*, cor fractum & contritum, ô Deus, non aſpernaberis. *Cor fractum* idem eſt ac *ſpiritus fractus*. Acceſſio tamen vocis & *contritus* majorem Emphaſin loquendi huic generi addit; quia plus eſt *contari*, quàm *frangi*. *Fractio* שבר *ſcheber*, tralatitio ſenſu gravem cladem, aut calamitatem frequenter ſignificat. Vide Jerem. LI, 54. Ezek. XXXII, 9. aliaque ſimilia loca plura. Deinde etiam tranſlata eſt loquutio ad ſignificandam adfectionem animi, quæ ſolet eſſe iis, quorum vires ſunt fractæ & contritæ, hoc eſt, humilitatem & abjectionem animi; qui ſenſus eſt hujus loci & aliorum. Vide Pſ. XXXIV, 19. Eſai. LVII, 15.

20. *Muros Jeroſolimæ ædificato*] Fortè tunc temporis David Jeroſolimam, caput regni, muniebat, operíque ſuo Deum propitius ut ſit orat.

21. *Sacrificiis juſtitiæ*] Vide ad Pſ. IV, 6.

Victi-

tiæ, holocauſtisque & *victimis, quæ* totæ *abſumuntur*; tunc altari tuo juvenci imponentur.

David Dei auxilium implorat contra Doëgum Idumæum, cujus ſuperbiam & pœnas, quas daturus erat, deſcribit; dum liberationem ipſe à Deo exſpectat.

PSALM. LII. 1. PRÆFECTO AD MACHALATH; *CARMEN* ERUDIENS DAVIDIS, 2. CUM VENIT DOEGUS IDUMAEUS, ET DAVIDEM ACHIMELECHI DOMUM VENISSE NUNCIAVIT SAULI. 3. Quid gloriaris de nequitia

PARAPHRASIS.

1. CARMAN DAVIDIS *ad Præcentorem miſſum*, cùm Doegus Idumæus nunciavit Sauli Regi, 2. Davidem ſe vidiſſe domi Achimelechi. 3. QUID jactas nequitiam tuam, ô vir potens, cùm quotidie Dei benignitatem experiar? 4. Scelera apud animum tuum meditaris, & linguâ tuâ, quaſi novaculâ, noces, quâ alienam exiſtimationem lædis. 5. Præfers malè facta bene factis, & lin-

Victimis quæ totæ abſumuntur] וכליל *vechalil.* כליל propriè *totum* ſignificat, ut quævis Lexica docebunt; ſed & ſumitur pro Victima cujusdam generis, ideò ſic dicta; quia tota abſumebatur, Levit. VI, 22, 23. At quomodo כליל ſecernatur à עולה ſeu *holocauſto*, quod totum etiam abſumebatur, non ſatis intelligimus; quamvis nos non fugiat quid *Valent. Schindlerus* aliique de horum diſcrimine commenti ſint. Fortè nullum fuit in re ipſa diſcrimen, & כליל *chalil* hîc additur τῇ עולה *holah*, quaſi ejusdem poteſtatis vox, ut non rarò ſolent Synonyma conjungi, ut res aliquomodo augeatur; cujus rei exempla vide in Indice in Pentateuchum, ad vocem *Synonyma.* LXX. Intt. & *Symmachus* verterunt ἀναφορὰν καὶ ὁλοκαυτώματα, & *Hieronymus*, *oblationes & holocauſta.* Sed עולה non eſt quævis *oblatio*, verùm *holocauſtum.*

Tunc altari tuo &c] אז יעלו על מזבחך פרים *az jahelou hal mizbabbacha pharim*, tunc adſcendent ſuper altare tuum juvenci. Tum multæ tibi offerentur victimæ, quas non aſpernaberis, quia eo, quo decet, animo tibi offerentur. Si ſacra fierent, eum in finem ut victimarum oblatione veniæ ſcelerum nullâ hoſtiâ, ex Lege, expiandorum impetraretur; tum verò Deus omnes victimas, quantocumque eſſent numero, averſaretur. Sed cùm ſacra fiunt, veniâ impetratâ propter veram μετάνοιαν, ſeu animi mutationem, & morum emendationem; ut culpa agnoſcatur, quod fit victimis pro peccato oblatis, aut ut gratiæ Divinæ Miſericordiæ palam agantur; tum verò Deo, propter animum offerentium, acceptæ ſunt. Si totus hic Pſalmus adtentè legatur, in hisce verbis, ea quæ diximus latere facilè quivis intelliget.

COMMENTARIUS

In PSALM. XLIX.

1. *Cùm venit Doëgus* &c.] Vide 1. Sam. XXI, 7. XXII, 9.

Idumæus] הָאֲדֹמִי pro הָאֲדוֹמִי *Adomæus* pro *Idumæo*, eſſe queat; unde ſunt qui colligant fuiſſe hominem ex urbe *Adama*, quæ erat Nephthalitarum, ut liquet ex Joſ. XIX, 36. Sed tum dicendum fuiſſet הָאֲדָמִי, maluimus ſequi prolationem LXX. Intt. qui habet τὸν Ἰδουμαῖον, ut & *Hieronymus*, *Idumæus*, & Chaldæum, apud quem legimus אדומאה *edomaah.* nec tamen in hac lectione conſtantes fuere LXX. Intt. Vide ad locum Samuelis.

Abimelechi] אחימלך *Aquila*, Ἀχιμέλεχ, *Symmachus* & *Theodotion* Ἀχιμέλεχ. Perperam LXX. Intt. Ἀβιμέλεχ. Vide ſimilem errorem Pſ. XXXIV, 1.

3. *Quotidie mihi favet*] Duas poſteriores voces, perſpicuitatis causâ, addidimus; cùm ſimile quiddam neceſſariò ſit ſubaudiendum. כל היום *chol haijom* verterunt *Aquila* & *Symmachus* καθ᾽ ὅλην ἡμέραν; rectè, minùs commodè LXX. Intt. ὅλην τὴν ἡμέραν. Vult enim David, non per unum diem, ſed perpetuò ſibi Deum adeſſe.

4. *Fraudem ſtruit*] עשה רמיה *hoſcheh rmijah.* עשה referendum ad תער *novacula*, quæ vox eſt maſculini generis, cùm לשון *lingua* ſit fœminini. Ideò LXX. Intt. hîc conjunxerunt לשון cum antecedentibus ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου, ſed quomodo lingua λογίζεσθαι dici queat non intelligo, ideóque *Theodotion* verterat ἐλάλησε, ſed non eſt hæc ſignificatio vocis תחשב *thahhſchob*, excogitavit. At quî novacula, inquies, dici poteſt *ſtruere dolos*? Reſpondent viri docti novaculam errantem jugulum petere; aut, ſi vel leviter tangatur, acie ſuâ graviſſimè vulnerare. Durior fortè comparatio videbitur, ſed frequentes ſunt ejusmodi comparationes, apud Orientales.

5. *Præfers res malas bonis*] אהבת רע מטוב *ahabtha reh mittob*, amas malum, præ bono.

Menda

tia tua, *ô vir* potens? Dei benignitas quotidie *mihi favet*. 4. Res pravas *animo* agi-
tas, lingua verò tua *eſt* inſtar acutæ novaculæ, *quæ* fraudem ſtruit. 5. Præfers res malas
bonis, & *mavis* mendacia proferre, quàm res juſtas. Selah. 6. Amas omnia verba,
quibus *homines* deglutis, ô lingua doloſa.
7. Etiam te Deus deſtruet, conteret in perpetuum, à tabernaculo tuo amovebit, atque
è terra viventium evellet. Selah. 8. Videbunt *hoc* juſti, timebunt, ac propter eum
ridebunt. 9. En vir ille, *inquient*, non conſtituit Deum, *veluti* munimentum ſuum,
ſed confidit magnitudini divitiarum ſuarum, & in improbitate ſua obfirmatus eſt.
10. At ego, inſtar oleæ virentis, in Æde Dei, *ero*; *quia* benignitati Dei in perpetuum
confidi. 11. Laudabo te in æternum, *ô Deus*, quia *hoc* feceris, & exſpectabo opem
nominis tui, quòd apud beneficos tuos bonum ſit.

Querelæ

lingua tua mavult mendacia proferre, quàm quæ juſta ſunt. 6. Delectaris, ô doloſa lingua, omnibus us, quibus alus nocere potes.

7. Sed Deus viciſſim te perdet, atque in perpetuum malè habebit; à Tabernaculo ſuo longè amovebit, & viventium ſocietate morte excludet. 8. Videbunt hoc boni, & Deum timebunt, ſed propterea ridebunt Doëgum. 9. Ecce, inquient, hominem, qui numquam in Deo ſpem ſuam poſuit, ſed tantùm in magnitudine divitiarum, atque in improbitate ſua! 10. Ad me verò quod attinet, ero in Æde Dei, inſtar virentis Oleæ; quia benignitate ejus ſemper fretus fui. 11. Laudabo te in perpetuum, ô mi Deus, quia te ſic geſſiſti, atque auxilium tuum exſpectabo, quòd te cultoribus fidis beneficium præſtiteris.

P A-

Mendacia proferre, quàm res juſtas] *Mendacium, quàm loqui juſtitiam*; nempe, *amas*. Sic prælationem exprimunt Hebræi.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

6. *Quibus homines deglutis*] בלע *balah*, deglutitionis. *Symmachus* εἰς τὸ καταπιεῖν, Hieronymus, *ad devorandum*. LXX. Intt. καταποντισμοῦ. *Deglutire* eſt prorſus perdere, ut fera quæ *deglutit* prædam, vel mare quod *abſorbet*, quæ in id jaciuntur. Vide Job. X, 8. Pſ. LV, 10.

7. *Amovebit*] יסחך *jiſſahhacha*. Exſtat verbum נסח *naſahh* Deut. XXVIII, 63. ubi de *amotione* ſermo eſt, & Proverb. XV, 25. ubi agitur de *domo*; nec quidquam vetat ibi etiam verti *amovebit*, ſi de hominibus, vel familia intelligatur. Vide & Hezræ VI, 11. Verbum certè apud Chaldæos, eſt *transferre*, & additio מאהל *meohel*, è tabernaculo, indicat amotionem hîc ſpectari. LXX. Intt. ἐκτίλαι σε καὶ μεταναστεύσαι σε, *Symmachus* ἀποξύσει, Hieronymus, *emigrabit te*.

8. *Timebunt ac —— ridebunt*] Timebunt Deum, ob pœnas de malo homine ſumtas, ſuperbiámque ridebunt, quâ ſibi à Deo nihil timendum perſuaſerat.

9. *Inquient*] Hoc ſupplevimus, quia hæc ſunt verba bonorum, ſtolidam fiduciam hominis improbi irridentium. Sæpe omittitur id verbum, in ejuſmodi orationibus narrationi inſectis, κατὰ μίμησιν. Vide Pſ. II, 3, 6. LII, 9. LIX, 8.

10. *Inſtar oleæ virentis*] Non quaſi eſſent oleæ in Æde Dei, conſtat enim nullas illic arbores fuiſſe; ſed quia ſperabat David, ſe *inſtar oleæ virentis* futurum, hoc eſt, rebus ſecundis fruiturum, & frequenter verſaturum in loco publicè Dei cultui conſecrato; quem quòd adiiſſet, fuerat à Doëgo, apud Saülem, accuſatus.

Quia] Subaudiendum, ſine dubio, כי *chi*, nam David Religionem ſuam, fiduciámque in Deo opponit improbitati Doëgi; atque ſore propterea, ut omnium rerum copiâ floreret. כי omiſſum ſæpe oſtendit *Chr. Noldius* Conc. Particularum num. 32.

11. *Exſpectabo opem nominis tui*] ואקוה שמך *vaahhavveh ſchimcha*, exſpectabo nomen tuum, ſic *exſpectare Deum* ſæpe eſt auxilium Dei præſtolari, quod Latinè loquenti exprimendum fuit. Poſſis etiam interpretari *exſpectare nomen Dei*, exſpectare effectum precum, quibus Deus nomine ſuo invocatus eſt.

Quod apud beneficos tuos bonum ſit] כי טוב נגד חסידיך *chi tob neged hhaſidecha*, quia bonum coram beneficis tuis; hoc eſt, piis omnibus gratum, auribúſque eorum acceptum. חסידים *hhaſidim* ſunt propriè *benefici*, ſed & pii quivis intelliguntur, qui ſunt omnes benigni & benefici, quoad certè licet.

C O M.

Querelæ de hominum depravatione, quibus adduntur pœnæ de iis ſumendæ, & votum de reditu à captivitate.

PSALM LIII. 1. PRÆFECTO FISTULIS, *CARMEN* ERUDIENS DAVIDICUM. 2. Inſanus, apud animum ſuum, dicit: nullus eſt Deus. Corruperunt *ſe* & abominandam reddiderunt iniquitatem, nullus eſt qui bene ſe gerat. 3. Deus è cœlo deſpexit filios hominum, ut videret an eſſet ſapiens, qui Deum quæreret. 4. Omnes pariter deſciverant, & putidi facti fuerant; nec quisquam ſe bene gerebat, ne unus quidem. 5. Annon norunt *quid agant* quicumque iniquitati dediti ſunt, *&* qui comedunt populum meum, *ut alii* pane veſcuntur? Deum non invocant. 6. Illic timore corripientur, *ubi* non fuerit cauſa timendi, Deus diſſipaverit eorum oſſa. Qui te obſederint, *eos* pudore adficies, quia Deus eos aſpernatus fuerit. 7. Utinam ut è Sione *adveniat* ſalus Iſraëli! Cùm reducet Jehova captivitatem populi ſui, exſultabit Jacobus, lætabitur Iſraël.

Preces

PARAPHRASIS.

1. DAVIDICUM carmen, miſſum ad Præfectum Fiſtulis, idque ad erudiendos eos, qui in id incidunt. 2. Inſani homines, apud animum ſuum, reputant nullum eſſe Deum, ac omnibus vitiis ſe commacularunt, ut ne unus quidem ſit inter eos, qui ſe bene gerat. 3. At Deus è cœlo deſpiciens homines, ut videret, num qui eſſent ſapientes, qui ipſum colerent, 4. comperit omnes populos pariter deſciviſſe, & ne unum quidem eſſe, cui religio cordi eſſet, & impietatis peſte non infectus foret. 5. Annon ſatis intelligunt quid agant ii, qui vitiis ſunt addicti, & qui devorant populares meos, quemadmodum alii panem? Ejusmodi homines Deum non invocant. 6. Illi verò quando credent nihil eſſe quod timeant, maximo terrore opprimentur; quia Deus vires eorum fregerit. Sed, ô Iſraël, poſtea eos pudore adficies cur te obſederint, quia eos Deus aſpernatus fuerit. 7. Utinam verò Jeroſolimâ adveniant copiæ, quæ liberent Iſraelem! Tum verò Deus ab exſilio Iſraelitas captivos apud Babylonios reducet, cum ſummo Tribûs Judæ, atque aliarum gaudio.

PA-

COMMENTARIUS
In PSALM. LIII.

1. P*Ræfecto fiſtulis*] על מחלת *hal mahhalath.* Hæc vox abeſt à Pſ. XIV. qui idem eſt ac hic, ſed è codice minùs emendato deſcriptus, ut dudum monuimus *Artis Criticæ* P. III. S. 1. c. XVI, 12. & ſeqq. Nomen מחלת *mahhaloth* ejusdem ſignificatûs eſſe putavimus ac חליל *hhalil*, fiſtula, quaſi ſit efferenda vox *mehhilloth*, ut נגינות *nginoth*, & נחלות *nhhilloth*, quæ etiam ἐμπνευστὰ inſtrumenta eſſe cenſuimus, Pſ. V, 1. interea dum meliùs quiddam invenietur. Vide ad Pſ. V, 1. Ceterùm cùm hunc Pſalmum ad XIV. Pſ. jam interpretati ſimus, quæ illic dicta ſunt non repetemus. Sed lectionum tantùm varietates inter ſe conferemus.

2. *Abominandam reddiderunt iniquitatem*] התעיבו עול *hithhibau havel*, pro quo eſt Pſ. XIV, 2. עלילה *halilah*, hoc eſt, actionem, quæ voces confuſæ inter ſe ſunt, cùm ob ſoni adfinitatem, tum ob ſimilitudinem ſententiæ. Eligat Lector utram malit.

3. *Deus*] Eſt Pſ. XIV, 3. *Jehova*, ut in N. T. paſſim miſcentur θεὸς & κύριος, quia idem ſignificant.

4. *Deſciverant*] Eſt hîc סג *ſag*, pro סר *ſar*, quod eſt Pſ. XIV. 3.

5. *Deum*] Pſ. XIV, 4. eſt iterum *Jehova*, pro Deo.

6. *Ubi non fuerit cauſa timendi*] לא היה פחד *la hajah phehhad*, non fuit, aut non fuerit timor; hoc eſt, ratio timendi. Hæc omiſſa videntur Pſ. XIV, 4. propter repetitionem voculæ פחד, in antecedentibus verbis, quæ frequentiſſima ratio eſt omiſſionum in veteribus libris. Vide *Artis noſtræ Criticæ* P. III. Sect. 1. C. V. ubi exempla quædam omiſſionum ſimilium in Scriptura tradidimus.

Quia Deus diſſipaverit eorum oſſa] Pro verbis פזר עצמות *phizzer hatſamoth*, diſſiparit oſſa eſt Pſ. XIV, 5. בדור צדיק עצת *bdor tſaddik hetſath*, in generatione juſta conſilium.

Qui te obſederint, eos pudore adficies] *Obſeſſores tuos pudore adficies*, חנך הבישתה *hhonach hebiſchothah.* Pſ. XIV, 6. עצת עני תבישו *hetſath hani thabiſchou*, conſilium humilis pudore adfecerunt.

Quia Deus eos aſpernatus fuerit] כי אלהים מאסם *chi elohim meaſam*: quia Deus eos aſpernatus fuerit. At Pſ. XIV, 6. כי יהוה מחסהו *chi jehovah mahhſehou*, *quia Jehova ſpes ejus.* Eſt inter hæc verba adfinitas ſonorum, aut ductuum, aut ſignificatûs nonnulla. Itaque videntur in antiquiore Codice partim deleta fuiſſe, onde deſcriptus eſt Pſ. XIV. ſed in alio non detrito emendatiùs lecta, unde fluxerunt in Pſ. LIII. *Obſeſſor*, cujus hîc fit mentio, eſt Chaldæus exercitus, qui Babylone venerat, & de quo Deus pœnas exegit, cladibus, quas Chaldæi à Cyro Perſarum Rege paſſi ſunt; quarum Hiſtoria apud *Herodotum* & *Xenophontem*, in Cyri Inſtitutione.

Deus eos aſpernatus fuerit] Aſpernatus eſt

Deus

Digitized by Google

Preces Davidis ad Deum, cùm Ziphæi Saüli indicaſſent ubi lateret, ſperantis ſe exauditum iri, & gratum animum promittentis.

1. PRÆFECTO PULSATILIUM INSTRUMENTORUM, *CARMEN* ERUDIENS DAVIDIS; ². CUM VENISSENT ZIPHÆI, ET DIXISSENT SAULI, ANNON DAVID SE APUD NOS ABDIDIT? ³. O Deus, in nomine tuo ſerva me, & potentiâ tuâ cauſam meam ſuſcipito. ⁴. O Deus, audi preces meas, *atque* aurem præbe dictis oris mei; ⁵. nam alieni in me inſurrexerunt, & violenti conati ſunt mihi vitam eripere, nec Deum coram ſe conſtituerunt. Selah. PSALM. LIV.

⁶. En Deus mihi auxilium fert, Dominus eſt inter eos, qui me ſuſtentant. ⁷. Malum reddet inimicis meis; pro tua veracitate, *ô Deus*, eos exſcinde. ⁸. Sponte ſacra tibi faciam, laudabo nomen tuum, Jehova, quia bonum eſt. ⁹. Etenim me ex omni anguſtia eripuiſti, atque adverſarios meos *ſine metu* vidit oculus meus.

David

PARAPHRASIS.

1. CARMEN erudiens Davidis, cum pulſatilium inſtrumentorum ſonitu conjungendum, 2. à Davide factum, eo tempore, quo Ziphæi monuerant Saulem apud ipſos latitare Davidem.

3. O Deus, propter nomen tuum, quia dicor cultor Creatoris, cauſam meam in te ſuſcipe. 4. Audi meas preces, & aurem præbe verbis meis; 5. nam alieni in me conſpirarunt, & alieni contra me arma ceperunt, & vi conati me occidere, nec cogitarunt de Deo.

6. Atqui Dominus mihi auxiliatur, favétque iis, qui me defendunt. Inimicis meis rependet malum, pro veracibus ſuis promiſſis, quæ exſequatur eum oro. 8. Spontanea, ô Deus, ſacra tibi faciam, & nomen tuum laudabo, quia ita poſtulat Religio: 9. nam tu omnibus anguſtiis, in quas conjectus fui, me eripuiſti, nec fuit cur adverſarios meos pertimeſcerem,

PA-

Deus Babylonios, quando eorum regno finem impoſuit, rerum ſummâ ad Cyrum translatâ. Adi quæ *Jac. Uſſerius* è Veteribus ea de re collegit in Annalibus, ſub finem Imperii Babylonici. Erat autem quod puderet Babylonios, quódque eorum ſuperbiam offenderet; cùm viderunt à Cyro Judæos, olim in captivitatem à Nabuchodonoſore abductos, iterum in patriam redeundi facultatem accipere.

COMMENTARIUS
In PSALM. LIV.

1. P*Ulſatilium inſtrumentorum*] בנגינות *binginoth*. Vide ad Pſ. IV, 1.

2. *Cùm veniſſent Ziphæi*] Vide 1. Sam. XXIII, 19. XXVI, 1. *Euſebius* de locis Hebraïcis: Ζεὶφ, ὄρος αὐχμῶδες τῆς Ζεὶφ, ἐν ᾧ ἐκάθητο Δαβὶδ, ᾧ παράκειται Χερμαλὰ, ἥτις ἑρμηνεύεται ὁ Κάρμηλος, ἵνα καλυμφθῇ εἰς ἔτι νῦν κώμη Ἰουδαίων, ἔνθα Ναβὰλ ὁ Καρμήλιος: interprete Hieronymo: *Ziph, mons ſqualidus, vel caligans, ſive nebuloſus, juxta Ziph, in quo ſedit David, prope Chermelam, quæ in Scripturis S. Carmelus adpellatur, vicus hodie Judæorum, unde fuit Nabal Carmelius.* Fuit ad ortum Chebronis, Aſphaltiten lacum verſùs.

3. *In nomine tuo*] בשמך *bſchimcha*; hoc eſt, ut videtur, nomine tuo invocato. Vide Pſalm. CXVIII, 10, 11, 12.

Cauſam meam ſuſcipito] תדינני *thedineni*; hoc eſt, ex vi Conjugationis Hiphil, *facies ut judicer*; quod eſt patroni, qui jus clienti dici à judicibus impetrat, & cauſâ ejus fideliter actâ, ut ſecundùm ſe judicium ferant, efficit. Alioquin interdum ulciſci ſignificat, ubi de Deo ſermo eſt, ut Deut. XXXII, 36. Pſ. CXXXV, 14. Cui ſignificatui & hîc locus eſſe queat, propter *potentiæ* mentionem.

5. *Alieni*] Ziphæi, ut videtur, qui non erant Judæi, certè omnes; quia in finibus auſtralibus Judæ erant, ortum verſùs, ubi Judæis alienigenæ facilè miſcebantur. Vide ad verſ. 2.

Conati ſunt mihi vitam eripere] *Quæſiverunt animam meam.* Loquendi genus notum.

Nec Deum coram ſe conſtituerunt] לא שמו אלהים לנגדם *lo ſchamou elohim lnegdam*, non poſuerunt Deum ante ſe. Vide Pſalm. XVI, 8.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

6. *Qui me ſuſtentant*] *Qui ſuſtentant animam meam.*

7. *Pro tua veracitate*] באמתך *baamittheca*, in veritate tua, quia promiſiſti te malos è medio ſublaturum. Subaudiendum tamen, niſi reſipiſcant; poſitâ enim reſipiſcentiâ, iis malè precari neſas, apud omnes bonos, ſemper fuit.

8. *Sponte*] בנדבה *bindabah*, verbo tenus ἐν ἑκουσιασμῷ, ut verterat *Aquila.* Non erat enim hoc votum, cùm genus & numerus victimarum non edatur.

9. *Atque in*] Supplevi *ſine metu*: neque enim David vult tantùm conſpectum iri à ſe adverſarios, ſed & ſine timore. Similis elliptica loquutio Pſ. LIX, 11. CXVIII, 7.

David, in arctis rebus, Deum contra inimicos ſuos, & amicum fraudulentum invocat, exauditúmque ſe iri ſperat, ſimiliáque bonis quibusvis ſperanda oſtendit.

PSALM. LV. 1. PRÆFECTO PULSATILIBUS INSTRUMENTIS, *CANTICUM* ERUDIENS. 2. Ad aures admitte orationem meam, ô Deus, neque à precibus meis te abde. 3. Adtende & exaudi me; pergo enim, in ſermone meo, & perſtrepo. 4. Propter vociferationem inimici mei, propter anguſtiam, *quam mihi creat* improbus, quia

PARAPHRASIS.

1. PULSATILIUM Inſtrumentorum Præfecto miſſum Canticum erudiens. 2. Ad aures, ô Deus, admitte preces meas, neque eas audire dedignare. 3. Adtende verba mea, neque aures tuas ab iis avertito; pergo enim, clarâ voce, te invocare. 4. Propter malignas inimici vociferationes, & anguſtias, in quas me conjecit alius vir improbus, & quæ minantur, 5. animus meus eſt anxius, & lethiferos terrores vix tolerat. 6. Timor, & tremor me invaſerunt, & totus cohorrui.

COMMENTARIUS
In PSALM. LV.

1. P*Ulſatilibus*] בנגינות *binginoth.* Vide ad Pſ. LIV, 1.

2. *A precibus meis te abde*] Reges in conſpectum ſuum non admittunt eos, quorum preces audire nolunt. Vide 2. Sam. XIV, 24. Perinde eſt ergo ac priùs membrum, pro Hebræorum more.

3. *Adtende*] הקשיבה *hakſchibah*, ſupplendus accuſativus, ut in verbo Latino; nempe *animam.* Vide Pſ. V, 3. XVII, 1.

Pergo] אריד *arid.* Quî à רוד *roud*, dominari, deducatur hoc verbum ſatis non intelligimus; nec ullum eſt exemplum, ex quo conſtet רוד *dominari* eſſe, in conjugatione *Hiphil*, *vociferari, plangere, ejulare*, aut aliud quid, quod huic loco aptum ſit. Singularem ergo, cum recentioribus nonnullis, radici רוד *roud* ſignificatum tribuimus, *conſtantem eſſe, pergere, perſeverare*, qualis præterito Kal רד *rad* adſignandus videtur Hoſ. XII, 1. Juda adhuc רד rad, *cum Deo, & cum ſanctis eſt fidelis.* Sic ergo vertimus, donec melius quid ſuccurrat. LXX. Intt. ἐλυπήθην, *Symmachus* κατηνέχθην *depreſſus ſum*, quaſi eſſet à ירד *jarad* deſcendit. Sic & *Hieronymus: humiliatus ſum.* Quod rectum eſſet, ſi legeretur אריד *orid*, & ſubaudiretur accuſativus. Suſpicabar legendum אמריר *amrir*, amarus fio, exacerbor, ut intelligamus integram phraſin eſſe אמריר נפשי *amaram reddo animam meam.* Sed nihil muto.

In ſermone meo] בשיחי *bſchibhi.* Quod de querelis etiam ſumitur, ut Job IX, 27. X, 1. XXIII, 2.

Perſtrepo] אהימה *ahimah.* LXX. ἐταράχθην, & *Hieronymus*, *conturbatus.* *Symmachus* συνεχύθην. Sed verbum הום *ſtrepitum* ſignificat, & in conjugatione Hiphil Mich. II, 12. uſurpatur de ſtrepitu urbium, magnâ multitudine refertarum. Veteres Interpretes verbum hoc conjungunt cum ſequentibus. Sed ſequuti ſumus, more noſtro, diſtinctionem Hebræorum, & verſ. 4. cum 5 nexuimus. Utrumvis ſequamur, periodus ſequens eſt ſolito longior.

4. *Propter vociferationem &c.*] Clamores inſignis quidem inimici, contra ſe, audiverat Pſaltes, atque in ſummam propterea triſtitiam inciderat. Quod quid eſſet è brevicula Davidis vitæ hiſtoria, quæ apud Samuëlem exſtat, intelligere non poſſumus; ſi modò hic Pſalmus ſit Davidis.

Anguſtiam, quam &c.] *Anguſtiam improbi*, עקת רשע *hakath raſchah.* Non eſt anguſtia, in qua verſaretur improbus, de qua David, ſed quam ille creabat Davidi. Hæc, nimirum, eſt in omnibus linguis ambiguitas genitivi, de qua pluribus egimus, *Artis Criticæ* Parte II. Sect. I. C. XII, 12.

Mihi injuriam moliuntur.] ימיטו עלי און *jamitou halai aven*, movere faciunt in me *injuriam*, aut *mærorem*, nam און *aven* utrumque ſignificat. Duplex hinc oritur ſententia, quarum alterutram elegerunt interpretes. Alii putant hoc velle Davidem, aut Pſalten; quisquis ille ſit; nimirum, inimicos ſuos operam dediſſe, ut auctor iniquitatis cujuspiam, aut injuriæ videretur. Sic LXX. Intt. qui verterunt ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν quaſi legiſſent, pro ימיטו *jamitou*, יטו *jattou*, à נטה *natah* declinare fecerunt. Sequutus eſt eos *Hieronymus*, qui habet: *projecerunt ſuper me iniquitatem.* Sic quoque *Symmachus*: ἐπέγραψαν, vel ἐπέῤῥιψαν κατ' ἐμοῦ ἀνίβουν. Alii verò putant, agi de injuria ipſi Davidi facta, quod ſequuti ſumus, quia verbum ימיטו *jamitou* hoc ſuadere videbatur. Quemadmodum enim lapidem devolvimus in eum, quem eo oppreſſum volumus: ſic injuriam ei imponimus, cui nocere cupimus. Altera tamen ſententia minimè abſurda eſt.

Iracundè adverſantur] באף ישטמוני *beaph iiſtemouni*, in ira adverſantur mihi; hoc eſt, apertè, ut irati homines, mihi nocere conantur.

5. *Cor meum cruciatum eſt*] לבי יחיל *libbi jahhil.* חול *hhoul*, in *Kal* & in *Hiphil*, ſignificat propriè dolores partûs; tum ad alios quosvis acutos dolores eſt translatum.

Lethiferi terrores &c.] *Terrores mortis inciderunt in me.*

6. *Timor &c.*] Hæc videntur non malè quadrare in Davidem, dum erraret per montana Judææ,

quia mihi injuriam moliuntur atque iracundè adverſantur; [5]. cor meum cruciatum eſt, intra me, & lethiferi terrores mihi incubuerunt. [6]. Timor & tremor in me venerunt, & operuit me horror. [7]. Tum verò dixi: utinam mihi pennæ eſſent, inſtar columbæ! evolarem & *alibi* commorarer. [8]. En amoverem me & vagarer, manerem in deſerto. Selah. [9]. Accelerarem evaſionem meam, à procelloſo vento. [10]. Abſorbe, Domine, *eos*, divide linguam eorum; nam vidi in urbe nihil eſſe præter injuriam & rixam. [11]. Interdiu & noctu circumeunt eam, ad ejus muros, *dum* iniquitas & moleſtia intra eam ſunt. [12]. Scelera in ea *graſſantur*, nec fraus ac dolus ex ejus platea recedunt.

13.

rui. 7. Tum verò exclamavi: utinam mihi eſſent alæ, quales ſunt Columbarum, pro gravitate corporis mei; continuò avolarem, atque alibi commorarer! 8. E veſtigio in alium locum migrarem, & per ſolitudines vagarer. 9. Quàm primùm fugerem hunc procelloſum ventum. 10. Domine, abſorbe inimicos meos, & diſcordiam inter eos excita; nam in urbe, in qua moratus ſum, nihil, præter injurias & rixas, inter oppidanos vidi. 11. Interdiu & noctu excubiæ aguntur, circa urbis mœnia, ut obviam inſidiis eatur; ſed in media urbe iniquitas & moleſtia habitant. 12. Intra eam fraus, dolus, & ſcelera quævis graſſantur, nec umquam fraudes & doli ejus plateis abſunt.

13. In ea non inimicus mihi probra ingeſſit, quod facilè tuliſſem; non odium mei palam profeſſus me is contemſit, quem facilè fugiſſem.

14.

Judæ, nec metu inſidiarum uſquam diutiùs conſiſtere auderet. Sunt qui velint hæc ab eo ſcripta, cùm fugeret Abſalomum.

7. *Utinam mihi pennæ eſſent*] *Quisnam dabis mihi pennam.* Cum hiſce non malè contulerunt viri docti verba Octaviæ, inter *Senecæ* Tragœdias, verſ. 915. *& ſeqq.*

— Quæ lacrimis noſtris queſtus
Reddet aëdon? cujus pennas
Utinam miſeræ mihi fata darent!
Fugerem luctus ablata meos,
Pennâ volucri, procul & coetus
Hominum triſtes, cædémque feram.
Sola in vacuo nemore, & tenui
Ramo pendens, querulo poſſem
Gutture mœſtum fundere murmur.

Evolarem] Cinctus erat David, aut quivis alius vir ſanctus, qui hunc Pſalmum ſcripſit, copiis inimicorum, ita ut nonniſi pennis periculum fugere poſſe fermè videretur.

Alibi commorarer] ואשכנה *veeſchebonah*, à שכן *ſchachan*, habitare. Addidimus *alibi*, ita poſtulante ſententiâ.

8. *Amoverem me & vagarer*] ארחיק נדד *arhhik nded.* Procul me amoverem vagando; ut nempe, faciunt aves, quæ vago volatu procul feruntur; ſi נדד eſſet *Pyhal* à נוד ſtatuemus. Vide Pſ. XI, 1. Eſ. X, 10. Si verò ſit infinitivus Kal verbi נדד *nadad*, vertendum erit *fugiendo.* Sed & ejusmodi verborum poteſtates ſæpe miſcentur.

In deſerto] In ſolitudine quapiam, in quam inimici mei me ſequi non poſſent.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

9. *A procelloſo vento*] מרוח סעה מסער *merouahh ſohah, miſſahar*, à vento *tranſeunte*, à tempeſtate. Radix סעה, uti nec hoc ejus derivatum, alibi nuſquam exſtat. Conferri poſſit cum Syriaco סעא quod in Pahel, eſt *tranſtulit*, ut ſignificetur ventus ſubitus & vehemens, qui diu ſtare non ſolet. Contrà, ſi nonnullis Intt. credimus, שער מתחולל *ſahar mitthholel*, eſt tempeſtas permanens Jerem. XXIII, 9. Res tamen nondum mihi ſatis liquet. Mirum eſt addi hîc מסער *miſſahar*, cùm res ſatis expreſſa ſit antecedentibus verbis. Poſſet eſſe gloſſema. Sed ſatis conſtat procelloſum ventum ſignificari, ideóque ſic vertimus. *Aquila* habebat: ἀπὸ πνεύματος λαιλαπώδους ἀπὸ λαίλαπος, quod ſequutus eſt *Theodotion*, licèt ingrata ſit repetitio. *Symmachus:* ἀπὸ πνεύματος ἐπαιρομένου λαίλαπος. Hieronymus: *à ſpiritu tempeſtatis & turbinis.* LXX. verò Intt. ἀπὸ ὀλιγοψυχίας καὶ καταιγίδος. Sed unde oſtendere potuiſſent סעה eſſe ὀλιγοψυχίαν non video. Recentiores Hebræi & Chriſtiani alii à נסע *profectus eſt* deducunt, quamvis inſolens ſit primæ radicalis detractio; alii conferunt cum צעה *tſahah*, quod eſt *feſtinanter gradi.* ס & צ ſunt quidem litteræ ejusdem organi, ſed non ſæpe miſcentur. Procelloſus autem ventus hîc, per translationem, dicitur impetus inimicorum.

10. *Abſorbe*] בלע *ballah*, degluti. Vide ad Pſ. LII, 6. LXX. & *Symmachus* καταπόντισον, *Hieronymus*, *præcipita*; nempe, in mare.

Divide linguam eorum] Hoc eſt, injice iis diſcordiam, ne communi conſenſu plus valeant, ad me perdendum. Vide de hoc loquendi genere notata ad Gen. XI, 7.

In urbe] Si hic Pſalmus ſit à Davide, in deſertis locis vagante, & Saülem fugiente, ſignabitur urbs, in qua habitabat ut plurimum Saül; nimirum, Giba. Vide 1. Sam. XI, 4. Sed ſi ab alia ſit manu, fortè Jeroſolima.

11. *Interdiu & noctu* &c.] Videtur hoc velle Pſaltes, fuiſſe quidem in ea urbe, de qua ſermo eſt, milites, qui muros ejus interdiu & noctu ſervarent, & circa eos excubias agerent, ne ab hoſtibus ſubitò invadi poſſet; ſed cuſtodias, excubiáſque nequaquam impediiſſe, ne omnis generis vitia intra ejus muros eſſent, & ſe ſe frequentibus flagitiis & ſceleribus proderent. Innuit autem Pſaltes, non debuiſſe Regem, aut Urbis Præfectum, quicumque eſſet, ab externis tantùm hoſtibus urbem tutam præſtare, ſed etiam à ſceleribus internis.

Circumeunt eam] יסובבוה *jeſobebounah*; nempe, milites, quibus ejus cuſtodia mandata erat. Alii verò putant dici hæc de vitiis & ſceleribus, quæ per totam urbem vagarentur. Sed de præſidio muros introrſum circumeunte agi, oſtendunt voces על חומתיה *hal hhomotheah*, ad mu-

13. Neque enim inimicus me probroſè habuit, quem tuliſſem; non odium mei profeſſus, ſupra me ſe extulit, à quo ego me abdidiſſem. 14. Sed tu homo, prout putabam, dux meus & mihi notus; 15. quicum arcana ſuaviter communicabam, & in Æde Dei ſimul, in turba, ambulabam.

16. Mors eos decipiat, deſcendant vivi in ſepulcrum, quia vitia ſunt in habitatione eorum, *&* in ipſis. 17. Ego Deum invocabo & Jehova liberabit me. 18. Veſperi, mane

14. Sed tu homo mihi notus, & quem ducem mihi delegeram, 15. quicum omnia arcana communicabam, atque in Æde Dei ſimul, in turba, ambulabam.

16. Moriantur ejuſmodi homines, quando mortem minimè exſpectabunt, & veluti vivi deſcendant in ſepulcrum, quia vitia in eorum ædibus habitant, atque in ipſis degunt. 17. Ego verò Deum precibus adibo, atque liberationem ab eo impetrabo. 18. Veſpertino, matutino ac meridiano tempore, magnâ voce, eum invocabo; Deus vero me exaudiet. 19. Liberabit me, pace

ros ejus, quibus opponitur poſtea בקרבה *bkirbah*, intra eam, vel in media urbe, ubi erant vitia, & ſcelera admittebantur.

13. *Inimicus*] Quis hic deſignetur minimè conſtat, & ne conjecturâ quidem ſuſpicari quidquam poſſumus; cùm neque quis ſcripſerit hunc Pſalmum, neque quando ſcriptus fuerit ullâ circumſtantiâ liqueat. Qui Achitophelem putant nullo ſat firmo fundamento nituntur.

Non odium mei profeſſus] משנאי *mſchonei*. Liquet intelligi hominem, qui inimicum Pſaltæ ſe profiteretur, quem fugiſſet; quod facere non potuerat, quia ab eo, qui adhuc amicus fuerat, nec malum animum umquam aperuerat, malè habitus erat.

Supra me ſe extulit] עלי הגדיל *halai bigdil*. LXX. ἐμεγαλοῤῥημόνησεν, quaſi ſupplendum eſſet פה *pheh*, os. *Symmachus*, ἐμεγάλυνε πτερνισμὸν, quaſi ſubaudiendum eſſet עקב *hekeb*, calcaneum. Neutrum malè.

14. *Prout putabam*] כערכי *chehharchi*, pro æſtimatione mea. LXX. habent, ἰσόψυχε, hoc eſt, quem tantumdem faciebam, ac me ipſum; *Symmachus*, ὁμοιότροπός μοι, ſimilibus moribus; *Hieronymus: unanimis meus.* Sed ערך *pretium*, ſeu *æſtimationem* ſignificat, vúltque Pſaltes hominem, ex ſua æſtimatione, tanti factum à ſe eſſe, ſeu habitum, ac ducem & notæ fidei hominem.

Dux meus] אלופי *allouphi*. LXX. ἡγεμών μου, *Dux meus*, ut habet *Hieronymus*; hoc eſt, dux & auctor conſiliorum meorum. Alii doctorem, quia radix aliquando *docere* ſignificat. Non malè. *Symmachus*, συνήθης, non ſatis commodè.

Mihi notus] מידעי *mejuddahi*; hoc eſt, mihi notæ fidei, cujus amicitiam expertus eram.

15. *Quicum arcana ſuaviter communicabam*] אשר יחדו נמתיק סוד *aſcher jahhdau namthik ſod*, qui unà dulce faciebamus arcanum; hoc eſt, quibus ſuave erat alterum cum altero arcanum communicare. LXX. Intt. ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανας ἐδέσματα. Sed סוד *ſod*, non eſt *cibus*, verùm *arcanum*. *Aquila* ad verbum οἳ ἅμα ἐγλυκάναμεν ἀπόῤῥητον. *Symmachus*, οἵτινες ἐκοινολογούμεθα γλυκεῖαν ὁμιλίαν, at quævis ὁμιλία non eſt *arcanum*. Meliùs *Hieronymus*: *qui ſimul habuimus dulce ſecretum.* Nihil dulcius eſt, quàm habere quicum arcana communices, ſine ullo metu ne revelentur.

In Æde Dei] Sic dici poteſt Tentorium, aut Arca, & atria circa ea ſita; ſed aptiùs ſic vocetur Templum à Salomone conditum.

16. *Mors eos decipiat*] ישימות עלימו *jaſſchimaveth halemo.* Ita habet Chethib, ſed in Keri monemur dividendam vocem in duas *jaſchi maveth.* Quod licèt ſequuti fuerimus, non diſſimulabimus, ſi punctaremus ישימות naſci hinc vocem analogicam, ut oſtendimus ad Job. X, 21. ex aliis vocibus. Eam verò ſi libuiſſet punctorum inventoribus his punctis inſtruere, referremus ad radicem ישם *jaſcham*, atque ex ea *deſolationem* aut *vaſtationem* interpretaremur, quæ vocis poteſtas huic loco non malè conveniret. Sed veteres Interpretes ſejunctim legerunt. LXX. ἐλθέτω θάνατος ἐπ' αὐτούς, ut & *Hieronymus*, *veniat mors ſuper eos.* *Aquila*: ἐπάξει θάνατον ἐπ' αὐτούς. *Symmachus*, αἰφνιδίως θάνατος ἐπέλθοι αὐτοῖς. Sed quî ישי *jaſchi* ſignificare queat, *veniet*, aut *inducet*, non video. Si ſejunctim ſit legendum, commodiſſimè derivetur à נשא *naſcha*, quod in Hiphil eſt *fefellit*, ita ut ישי ſit pro ישיא *jaſchi*, ut pleniùs ſcribitur 2. Par. XXXII, 15. & alibi. Mors autem eos *decipit*, quos improviſa opprimit; & qui, cùm poſſent ſibi longiorem vitam polliceri, nec quidquam timerent, ſubito caſu opprimuntur; qualis ſors ſequentibus verbis deſcribitur.

Deſcendant vivi in ſepulcrum] ירדו שאול חיים *jeredou ſcheol hhajim.* Dicitur hoc de Coracho, Dathane & Abiramo, qui ſunt, cùm ſimile nihil exſpectarent, hiatu terræ abſorpti, Num. XVI, 33. Idem dici potuit de Sodomitis, aliiſque vicinis; qui, ſubverſo ſolo, hiatibus ſubterraneis ſunt excepti; ut & multi alii, de quibus diximus in Diſſert. de Subverſione Sodomorum, Geneſi ſubjecta.

Vitia ſunt] רעות *raboth*, cujus ſingulare רעה eſt *malitia*, *nequitia*, *vitium* gravius, quæ ſignificatio huc facit. LXX. & *Symmachus* πονηρία, *Aquila* πονηρίαι, & *Hieronymus*, *nequitiæ.*

In habitatione eorum] במגורם *bmgouram.* Vide Job. XVIII, 19. Pſ. CXIX, 54. LXX. Intt. ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν. *Aquila* & *Symmachus* συνεδρίῳ verterunt, *Hieronymus*, *congregationem.* Non intelliguntur quidem habitationes, ſeorſim ab iis, qui eas incolebant, ſed propria ſignificatio ſervanda, quæ eſt à גור *gour*, quod non tantùm *peregrinari*, ſed *commorari*, *habitare*, ſignificat.

Et in ipſis] בקרבם *bkirbam*, in medio eorum, quod non tantùm de multitudine dicitur,

mane & meridie loquar & tumultuabor, exaudiétque vocem meam. 19. Liberabit me, pace *confectâ*, à bello, *quod* mihi *indicitur*, quia cum multis, *qui* ſunt mecum, *id geretur.* 20. Audiet me Deus, adfliget eos, & ſedebit *judex*, *ut* olim. Selah. Quibus non ſunt veſtes, quas mutent, *ii* non timent Deum. 21. Manus injecerunt in eos, qui pacem cum iis colebant, & fœdus à ſe factum fregerunt. 22. Lævius habent os butyro, & animum ad prælium *paratum*. Molliora ſunt eorum verba oleo, ſúntque ipſi inſtar ſtrictorum *gladiorum*. 23. Projice in Jehovam onus tuum, & ille te ſuſtentabit,

pace confectâ à bello, quod mihi indicitur; quia cum multis, qui in partibus meis ſunt, geretur. 20. Exaudiet me quidem Deus, at eos adfliget, & ſedebit judex ut antea. Qui carent veſtibus, quas mutent, ii non timent Deum; qui non patitur homines religioſos in tantam paupertatem delabi. 21. Ejuſmodi homines ſunt, qui adgreſſi ſunt eos, quibuſcum pacem colebant, & qui amicitiam contraxerant cum iis. 22. Sunt ore blandi, ſed animo ad exercendas inimicitias parati. 23. At tu exſpecta à Deo levamentum oneris, quo premebaris, & qui te omnino levabit,

tur, ſed & de uno viro, ita ut בקרבו ſit perinde ac בלבו *blibbo*, in corde ejus; hoc eſt, in animo, ut Zach. XII, 1. Quin & interdum conjunguntur, ut Pſ. XXXVI, 2. Ideò addidimus *&*, ac vertimus *in ipſis*.

18. *Veſperi, mane & meridie*] Pii homines ter Deum intra diem orabant. בערב *bebereb*, quod eſt initium diei, ſeu νυχθήμερον, cujus nox fuit prima pars, apud Hebræos; בבקר *babboker*, matutino tempore, cùm ſurrexerant; & בצהרים *batſoborajim*, in meridie. Eò reſpicit Daniel II, 10, 11. ubi ter intra diem oraſſe dicitur. Hæc non ſatis intellexerat *Joan. Druſius*, qui de iis egit Epiſt. Quæſt. LXXII. ubi fruſtra miratur ordinem, quo veſpera prima memoratur.

Loquar & tumultuabor] Hoc eſt, magna voce Deum invocabo: Eſt Hebraicè, אשיחה ואהמה *aſchibba vebemeh*, de quibus vocibus vide ad verſ. 3.

19. *Pace confectâ*] בשלום *in pace.*

Cum multis, qui ſunt mecum, id geretur.] ברבים היו עמדי *brabbim hajou bimmadi*, in plures (*qui*) ſunt mecum. Si hæc de Davide intelligerentur, deberent referri ad hiſtoriam, quæ exſtat I. Sam. XXIV, 27. & ſeqq. ubi Saül pacem cum Davide facere videtur; qui tamen iterum Davidem, cum armatis, inſectatus eſt, ut videre licet Cap. XXVI.

20. *Sedebit judex*] ישב *joſcheb*, ſedens. Addidimus *judex*, perſpicuitatis causâ; alioqui *ſedere* perinde eſt ac judicis munere fungi, qui ſedet in ſella, dum litigantes cauſam ſtantes agunt. Vide dicta ad Pſ. XXIX, 10. Sic ſæpe *ſedere*, apud Latinos, ſumitur. Vide *Phædrum* Lib. I. Fab. X, 6. & ad eum Intt. & Indices.

Quibus non ſunt veſtes, quas mutent] אשר אין חליפות למו *aſcher en bbaliphoth lamo*, qui non mutationes illis. חליפות ſic frequenter ſumitur, ut Gen. XLV, 22. Jud. XIV, 12. 19. 2. Reg. V, 5, 22, 23. Plerumque re verâ contingit, ut viliſſima plebecula, qualis veſtes non habet, quas mutet, præ ignorantia, pravâque educatione, parum ſit religioſa. Itaque non eſt cur rejiciamus hunc ſenſum, tantùm quia quomodo rei, quæ agitur, conveniat neſcimus; res enim ipſa nobis eſt ignota, nedum ut circumſtantias ſcire poſſimus. Poſſet fieri, ut Saül Davidem perſequuturus miſeram plebem ſecum duxerit, quòd non fideret lautioris fortunæ hominibus; vel quòd locorum, per quæ vagabatur David, eſſent pauperes deſerti incolæ peritiores. Sed nihil adfirmo. Qui חליפות de *reſipiſcentia* interpretantur, nullum ſimile exemplum proferunt; uti nec ii, qui *mutationes* putant eſſe conſilii revocationes, atque ad Deum hæc durè referunt.

Is non timent Deum.] *Et non timent Deum*, hoc eſt, ne Deum quidem timent. Fortaſſe Ziphæi intelliguntur, quorum multi erant Ethnici, & pauperes, quippe deſertum incolentes; quales populi eam Arabiæ partem incolentes, quæ ad meridiem fuit Tribûs Judæ.

21. *Qui pacem cum iis colebant*] בשלומיו *biſchlomau*, in pacificos ſuos. Plurali uti ſumus, nam eſt *miſit manus* ——— *polluit fœdus ſuum*. Numeri perpetuò ab Hebræis miſcentur. Sic faciunt etiamnum hodie *Beduini*, ſeu Arabes deſertorum incolæ.

22. *Lævius habent os butyro*] Verba eorum nihil aſperi habent; nam tralaticius hîc *lævor oris* opponitur aſperitati verborum. Eſt hîc חלקו *bbalekou*. Alioquin utuntur verbo Hiphil, החליק *bebbelik*, ut Pſ. V, 10. Proverb. XXVIII. 23. & alibi ſæpiùs.

Et animum ad prælium paratum] וקרב לבו *oukrab libbo*, & prælium cor ejus.

Molliora ſunt eorum verba oleo] רכו *racchou*.

Inſtar ſtrictorum gladiorum] פתחות *phthibboth*; quaſi eſſet חרבות פתוחות *bborboth phthouchoth*, gladii vaginâ educti. Vide Pſ. XXXVII, 14. LXX. hîc βολίδες, *jacula*, ut *Hieronymus*, *Aquila*, λόγχαι, *Symmachus*, ἀκατημένοι. Omnes impropriè. Supplevimus *inſtar*, quia ſubauditur hîc כ, ut alibi paſſim.

23. *Projice in Jehovam*] השלך על יי *haſchlech hal Jehova*. Senſus idem Pſ. XXIII, 9. XXXVII, 5. Sed adhibetur verbum גלל *galal*, devolvit. Vide & Pſ. X, 14

Onus tuum] יהבך *jehabcha*, quod LXX. Intt. vertunt μέριμναν, *anxietatem*, quod ſenſum veriſſimum parit. Rabbini *pondus*, vel *ſarcinam*, ex re ipſa, nam nullo alio loco hoc ſenſu vox occurrit, & verbum יהב *jahab* eſt *dare*. Suſpicabamur hanc vocem idem interdum valuiſſe, ac יאב, quod à verbo יאב *jaab*, cupivit, Pſ. XCIX, 131. ut velit Pſaltes, ſi quis quidpiam cupiat; quod, nempe, liceat cupere, & eâ cupiditate, quæ tota pendet à Providentia Divina; id eum Deo permittere debere, ut det quod ipſi videtur, & eo modo, ac tempore, quibus ei libitum fuerit. Verbum

tabit, nec patietur in perpetuum innocentem vagari. 24. Tu verò, Deus, facies, ut in profundam foſſam deſcendant. Sanguinarii & doloſi homines dimidiam partem dierum ſuorum non explebunt; ego verò tibi, Jehova, confidam.

David Deum orat, ſe liberet, malitiam inimicorum deſcribit, ut & fiduciam ſuam in Deo, à quo, dum adverſarii pœnas daturi eſſent, liberatum ſe iri, gratiásque ei acturum confidit.

PSALM. LVI. 1. PRÆFECTO AD JONATH-ELEM, IN REMOTIS, AUREUM CARMEN DAVIDIS, CUM GATHI EUM COMPREHENDISSENT PHILISTHÆI.

bit, nec patietur ſemper vagari, patriâ expulſum, hominem innocentem. 24. Tu verò, ô Creator, facies, ut in foſſam profundam deſcendant, uſque illic pereant ſic, te volente, homines effundendo ſanguini adſueti, in magnas calamitates præcipites cadent, nec dimidiam vitæ menſuram implebunt; ego verò tibi ſoli confidam.

PARAPHRASIS.

1. PRÆFECTO &c. *Nemo hæc παραφραστικῶς exprimere rectè poſſit, ideóque tacere, quam inanibus conjecturis aërem verberare ſatius eſt.*

2. *Miſericordiam tuam imploraturus, quæſo te, ut me*

יאב eſt, apud Syros, eâ poteſtate uſitatum, ut & plura ejus derivata.

Suſtentabit] יכלכלך *jechalchelecha.* *Aquila, Symmachus* & V. Ed. ἀγωνιεῖ σε. LXX. διαθρέψει. Prioris interpretationis rationem non intelligo, ſed כלכל *chalchel* eſt *alere*, 2. Sam. XIX; 33. At non rarò ſignificat *ſuſtinere.*

Nec patietur, in perpetuum, innocentem vagari] לא יתן לעלם מוט לצדיק *lo jitthen leholam mot letſaddik*, non dabit in perpetuum moveri innocenti; hoc eſt non patietur ſemper, ſine ullis certis ſedibus, vagari. Vide Pſ. X, 6.

24. *In profundam foſſam*] לבאר שחת *lbeer ſchabbath*, in puteum foſſæ. Repetitione Synonymorum intendi ſignificationem cenſuimus; nam *puteus* & *foſſa* ſunt idem. Sic Dan. IV, 27. *vi potentiæ meæ, & in honorem gloriæ meæ,* perinde eſt ac, ſummâ meâ potentiâ, & in maximam meam gloriam. Alii *puteum corruptionis*, vel *exitii* vertunt, quod nec malum; nam שחת *ſchabbath* foſſam, aut foveam, aut ſepulcrum plerumque ſignificat.

Sanguinarii & doloſi homines] *Homines ſanguinum & fraudis.*

Dimidiam partem ſuorum dierum &c.] לא יחצו ימיהם *lo jehhetſou jemehem*, non habebunt dimidiam partem dierum ſuorum; hoc eſt, quos alioquin explevissent; quia circumveniuntur, atque occiduntur, ab iis, quorum amicos, aut conſanguineos circumvenerunt ipſi, atque interfecerunt; vel etiam à Judicibus, quibus ea cura demandata eſt. Non fit quidem hoc ſemper. Sed ſatis eſt aliquando fieri, & præſertim quidem cùm homines ſcelerum rei nullum modum, dum adfectibus indulgent, ſervarunt; ut ſic Pſaltes loqui poſſit.

COMMENTARIUS

In PSALM. LVI.

1. AD *Jonath-elem in remotis*] על יונת אלם רחקים *hal jonath elem rehhokim.* LXX. Intt. ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τοῦ ἀπὸ ἁγίων μεμακρυμμένου, quæ quomodo Hebræis conveniant neminem puto ſcire. *Aquila* ὑπὲρ περιστερᾶς ἀλάλου μακρυσμῶν τῷ Δαβίδ, ubi quid ſit *columba muta*, aut *remotiones* nemo intellexerit. *Symmachus*, ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς, ὑπὲρ τοῦ φύλου ἀπωσμένου, quibus in verbis, quid ſibi velint quatuor poſteriores voces, & qui conſentiant cum Hebræis juxta cum ignariſſimis ſcimus. V. Editio, ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς τῆς μογιλάλου, κεχωρισμένον, quæ non ſunt clariora, aut aptiora verbis Hebraïcis. *Hieronymus*, *pro columba muta eo quod procul abierit* &c. quæ ſimilibus incommodis laborant. Nihil ſatius eſt candidâ ignorantiæ profeſſione, quâ fatemur nos neſcire, quid ſibi tria hæc verba velint, ſimul juncta, quamvis ea ſeorſim intelligamus. Fortè fuit initium carminis cujuſdam.

Aureum carmen] מכתם *michtham.* LXX. Intt. εἰς στηλογραφίαν *Aquila*, ταπεινοῦ τελείου, quaſi ſeorſim legiſſet תם מך *mach tham. Symmachus* ſimiliter τοῦ ταπεινόφρονος τοῦ ἀμώμου. *Hieronymus*, *humilis ac ſimplex.*

Cum Gathi eum adprehendiſſent] Et duxiſſent ad Achiſum, 1. Sam. XXI, 10. 14.

2. *Abſorbet me homo*] שאפני *ſchaaphani*; hoc eſt, ut videtur, exiguas meas copias minutis, ſed perpetuis præliis aut inſidiis carpit, ita ut me ægrè tuear.

3. *E ſuperiore loco*] מרום *mârom*, pro ממרום *mimmarom*, ex alto. E montibus incurrebant in copias Davidis, & nonnullos occidebant. Qua de cauſâ, coactus videtur iterum ad Achiſum confugere, ut habemus 1. Sam. XXVII.

5. *Laudo verbum ejus*] Promiſſiones. Vide ad verſ. 11.

Caro] Homines. Vide Pſalm. LXXVIII, 39.

6. *Propter mea verba &c.*] דברי יעצבו *dbarai jehattſebou*, verba mea dolore adficiunt. Quod nonnulli interpretantur, *torquent mea verba*, ſed ſine exemplo. Maluimus, cum aliis, ſupplere

THÆI. [2]. Miſerere mei, Deus, quia abſorbet me homo, & quotidie pugnando me opprimet: [3]. Quotidie abſorbuerunt me hoſtes mei, quia multi ſunt, qui pugnant mecum, è ſuperioribus locis. [4]. Interdiu *ſi* timeam, tibi confidam. [5]. In Deo laudo verbum ejus. In Deo fiduciam collocavi, nec timebo quid mihi caro faciat. [6]. Quotidie *propter* verba mea dolore *me* adficiunt, omnes eorum cogitationes de me *ſunt*, ut mihi noceant. [7]. Conveniunt, occultant ſe ipſi, veſtigia mea obſervant, quippe qui vitæ meæ inſidiantur. [8]. Ob iniquitatem *eorum* eripe *me* eis; in ira populi, ô Deus, fac ut deſcendant *in ſepulcrum.* [9]. Migrationes meas tu numeraſti, pone lacrimas meas, in utre tuo, annon *ſum* in calculo tuo?

[10]. Tunc

me liberes ab homine, qui quotidie me videtur abſorpturus & prælio profligaturus. 3. Quotidie hoſtes militum meorum numerum minuunt, qui à ſuperioribus locis me adgrediuntur. 4. Interdiu atque palam ſi me adgrederentur, poſſem ſperare me fretum tuo auxilio victorem abiturum. 5. Dei ſummopere laudo promiſſa, quibus confido, ita ut non timeam, quod mihi homines facere poſſint. 6. Quotidie, propter nonnulla mea verba, nocere mihi conantur, at eò tendunt omnes eorum molitiones. 7. Conveniunt clam, & veſtigia mea obſervant, ut ex inſidiis circumventum me occidant. 8. Eorum iniquitati eripe me, indignante iis populo; fac, ô Deus, ut deſcendant in ſepulcrum. 9. Migrationes meæ quàm frequentes fuerint noſti, ne obliviſcaris lacrimarum mearum frequentiam; annon ſum in numero tuorum? 10. Tum verò inimici mei in fugam vertentur, quia

plere *propter*, & poſtea *me*, quia verbo deeſt accuſativus. LXX. Intt. *τοὺς λόγους μου ἐβδελύσσοντο*, ſed עצב *batſab* nuſquam exſecrari ſignificat. *Symmachus*, *λόγους περὶ ἐμοῦ ἐφρόντιζον*, at neque hæc Hebraïcis verbis conveniunt. *Hieronymus: ſermonibus me adfligebant*, quaſi ſcriptum eſſet בדברים *bidbarim*. Sic ſe verbis obſcuris expedire ſolent, ut exiguam rationem conſtructionis habeant. Mihi nihil videtur aptius, quàm ſi intelligamus verba nonnulla, à Davide prolata, ei objecta atque exprobrata; qualia fortè fuerunt verba quibus ſignificarat, nec falsò, fore ut poſt Saülem regnaret; quæ maximam invidiam ei, apud Regem, creare poterant.

Ut mihi noceant] *In malum*, לרע *larah*; nihil aliud moliebatur Saül, niſi ut Davidem perderet, aulicique ejus, ut fit, ſimilia, ut Regi placerent, animo agitabant.

7. *Conveniunt*] יגורו *jagouru.* Hoc ſignificatu occurrit verbum גור, quod aliàs eſt *commorari*, Pſ. LIX, 4. Eſai. LIV, 15. & ſic quoque vertit Chaldæus. LXX. Intt. *παροικήσουσι*, ex Chaldæa & Arabica linguis, quæ derivatis ab hac radice *παροικῶ*, ſive *vicini* ſignificationem tribuunt. *Symmachus: συνήγοντο.*

Quippe qui vitæ meæ inſidiantur] כאשר קוו נפשי *chaaſer kivvou naphſchi*, ſicut exſpectant animam meam; hoc eſt, quippe qui occaſionem me occidendi exſpectantes. Vide Pſ. CXIX, 95.

8. *Ob iniquitatem eorum eripe me eis*] על און פלט למו *hal aven phallet lamo*, propter iniquitatem eripe eis. Pronomina ſupplevimus, quæ neceſſariò ſubaudienda ſunt; niſi locus ſit mendoſus, quaſi ſcriptum fuiſſet אונם פלטי *onam phalleti*. De nulla enim *iniquitate* agi hîc poteſt, niſi de iniquitate inimicorum Pſaltæ; neque quemquam *iis eripi* petit, præter ſe. LXX. Intt. *ὑπὲρ τοῦ μηθενὸς σώσεις αὐτούς*, quæ carent ſenſu. Nec meliùs *Aquila*, *ἐπὶ ἀνωφελὲς διάσωσον αὐτούς*. *Symmachus* rectiùs, *διὰ τὴν ἀδικίαν ῥῦσαι ἀπ' αὐτῶν*. Abſurdè *Hieronymus*, *quia nullus ſalvus in eis*, quaſi legiſſet כי פלט אין למו *chi phalath en lamo*, nemo fugit eis. Fateor פלט *phallet*, conſtrui ſolere cum מן *min*, ut Latinè *liberare ab aliquo*. Sed nihil obſtat quin למו eodem ſenſu interpretemur, vertendo: *eripe illis*, & ל ſæpe τοῦ מן locum obtinet, ut ait *Chr. Noldius* in I. ſignif.

In ira Populi, ô Deus, fac ut deſcendant in ſepulcrum] באף עמים הורד אלהים *beaph hammim bored elohim*, in ira populorum fac deſcendere, ô Deus. Supplevi שאולה *ſcheolah*; in ſepulcrum; ut hoc imprecetur David inimicis ſuis, ut populus iratus, ob malè facta, eos è medio tollat. Sic 1. Sam. II, 6. de Deo: *facis deſcendere* (מוריד) *in ſepulcrum & facit adſcendere.* Vide Pſ. LV, 24. Ezek. XXVI, 20. XXXI, 16. Intelligenda hæc ſunt, hac adhibitâ conditione, ſi pertinaciter in improbitate perſeverent. Sunt qui vertant *populos*, quaſi David hoc imprecetur populis, ſed minùs commodè; agit enim de adverſariis ſuis. Sic LXX. Intt. *ἐν ὀργῇ λαοὺς κατάξεις*, *Theodotion*: *ἐν ὀργῇ λαοὺς καταβαλεῖς*, & *Hieronymus*: *in furore populos detrahes, ô Deus*, quaſi eſſet תורד *thored.* Verùm *Aquila* habet *καταβίβασον*, & *Symmachus κατάγαγε.*

9. *Migrationes meas*] נדי *nodi*, migrare, vel *vagari meum*; quo verbo deſcribit David errores ſuos, per loca deſerta, & fugam in agros Philiſthæorum, ut vitaret inſidias Saülis, qui nullo certo loco conquieſcere eum patiebatur. Ait eos errores Deo *numeratos*, hoc eſt, probè animadverſos, & notos. Hunc locum mirum in modum verterunt Veteres, quamvis minimè obſcurum. LXX. Intt. *τὴν ζωήν μου ἐξήγγειλά σοι*, quaſi, pro נדי ספרתה *nodi ſapbartha*, legiſſent חיי ספרתי לך *bhajai ſapharthi lcha.* *Symmachus: τὸ ἔνδον μου ἐξηρίθμησας*, quaſi legendum putaſſet סודי *ſodi*, arcanum meum, hoc eſt, *intimas cogitationes*, ut colligere eſt ex *Hieronymo*, qui habet: *ſecretiora mea numeraſti.* Sed rectum eſt נדי *nodi*, quod eſt aut nomen verum, aut infinitivus loco nominis, ut ſolent Hebræi.

Pone lacrimas meas in utre tuo] שימה דמעתי בנארך *ſchimah dimbathi bnodcha.* Hoc eſt, rationem habeto lacrimarum mearum; quia qui lacrimas exciperet, ſervarétque in utre, earum memor eſſet. Eſt figuratum genus loquendi ei ſimilis, quo Deus *in libro* facta hominum ſcribere dicitur. Vide ad Exod. XXXII, 32.

Ver-

10. Tunc vertentur hoſtes mei retrorſum, die, quo te invocabo; hoc novi, quia Deus mihi *favet*. 11. In Deo laudabo verbum, in Jehova verbum laudabo. 12. Deo confido, nec timebo, quid mihi facturus ſit homo. 13. Votorum tibi factorum reus ſum, ô Deus; laudes tibi reddam. 14. Morti enim vitam meam eripuiſti; nonne pedes meos ab offenſione *ſervaſti*, ut coram Deo, in luce viventium, incederem?

David Deum orat, ut ſe à Saüle ſequente liberet.

Psalm. LVII. 1. PRÆFECTO, NE DELEAS, AUREUM CARMEN DAVIDIS, CUM FUGERET SAULEM IN SPELUNCAM. 2. Miſerere mei, ô Deus, miſerere

quia Deus mihi favebit. 11. Verbo Dei ejúsque promiſſis confidam. 12. Dei auxilio freto timendum non eſt, quod mihi facere poſſent homines. 13. Cum ſim reus votorum, ô Deus, te laudibus proſequar. 13. Me enim mortis periculo eripuiſti, & ne caderem impediſti. Impediſti ne caderem, vitamque mihi ſervaſti, ut te colere pergerem.

PARAPHRASIS.

1. AUREUM Carmen Davidis, cùm in ſpeluncam Saulem fugeret. 2. Miſerere mei, ô Deus, miſerere mei, quia à te ſolo ſpes, opéſque meas pendere volui, atque in calamitatibus meis

Verterunt LXX. ἐνώπιόν σου, quod *Symmachus* & *Hieronymus* ſequuti ſunt, quaſi eſſet idem ac לנגדך *lnegdecha* coram te.

Annon ſum in calculo tuo?] הלא בספרתך *halo bſiphrathecha.* Vide ad librum Exodi XXXII, 32. antea laudatum, & Mal. III, 16. ספרה *ſiphrah*, in hoc ſolo loco occurrit, cúmque ſit à ספר *numeravit*, calculus optimè vertitur, vúltque David ſe eſſe in eorum numero, quibus favet Deus. LXX. Intt. habent ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου, *Symmachus*: μὴ οὐχὶ ὅταν ἐξαριθμῇς, *Hieronymus*: *in narratione tua.* Incommodè. Hinc Italicum, Hiſpanicum, & Gallicum *ciffra* & *chiffre* pro calculo. Vide *Ægid. Menagium*, in Gallicæ Linguæ Originibus.

10. *Deus mihi favet*] אלהים לי *elohim li.* Loquendi genus, quo Dei favor ſignificatur. Vide Pſ. CXVIII, 6. CXXIV, 1. 2. Eodem pertinet quod habent LXX. Intt. ὅτι Θεός μου, & *Hieronymus*: *quia Deus meus es*: hoc eſt, faves mihi, Deus.

11. *In Deo laudabo verbum* &c.] באלהים אהלל דבר *belohim ahallel dabar.* LXX. Intt. verbo tenus verterunt; *Aquila* ἐν τῷ Θεῷ καυχήσομαι ῥῆμα ἐν τῷ Θεῷ ὑμνήσω λόγον; *Symmachus*: τὸν Θεὸν ὑμνολογήσω, διὰ Θεοῦ ὑμνοποιήσομαι λόγον. Sed eadem verba eodem modo vertenda fuerunt, ut fecit *Hieronymus*, qui habet: *in Deo laudabitur verbum, in Deo prædicabo ſermonem.* Verùm hîc דבר non puto eſſe ſimpliciter verbum, ſed *promiſſum*; nam Hebræi carent propriis vocibus, quibus *promittere* & *promiſſio* exprimantur, ideóque utuntur vocibus *dicere*, & *verbum*, eam in rem. De promiſſis autem hîc ſermonem eſſe putamus, quia Davidis fiducia *promiſſis* divinis nitebatur, & propter *promiſſa* laudatur Deus, quia promiſſis ſuis ſtat, neque umquam fidem fallit.

12. *Deo confido*] Vide verſ. 5.

13. *Votorum tibi factorum reus ſum*] עלי אלהים נדריך *halai elohim nedarecha*, ſuper me, ô Deus, vota tua. *Super aliquo* id eſſe dicitur ab Hebræis, quod præſtare neceſſe habet. Vide notata ad Gen. XVI, 5. & Jud. XIX, 20. 1. Ephem. IX, 27. & 2. L. II, 4. Hezr. X, 4. *Vota tua* vocantur hîc vota tibi nuncupata.

Laudes tibi reddam] Palam te laudabo, tibique gratias agam, & victimas votivas perſolvam.

14. *Morti vitam meam eripuiſti*] *Eripuiſti animam meam à morte.*

Ab offenſione] מדחי *middehhi*, ab impulſione; hoc eſt, ne offendens, ita impelleretur, ut lapſum mihi crearet. Vide Pſ. XXXV, 6. XXXVI, 13. & CXVIII, 13.

Ut coram Deo incederem] Hoc eſt, religioſè viverem. Vide ad Gen. V, 22.

In luce viventium] Inter homines vivos, qui luce Solis fruuntur. Vide Pſ. XXXVI, 10.

COMMENTARIUS
In Psalm. LVII.

1. N*E deleas.*] אל תשחת *al thaſchheth*, ne perdas. Fortè fuit carminis noti initium.

In ſpeluncam] Vide 1. Sam. XXII, 1. XXIV, 4. & ſeqq.

2. *In te ſpem meam collocavi*] בך חסיה נפשי *bcha hhaſajah naphſchi*, in te ſperavit anima mea; hoc eſt, ego ſperavi fore ut me adjuvares.

Ad umbram alarum] Metaphora ducta à pullis, qui ſub umbra alarum parentum latent, dum teneri ſunt, nec dum ardorem ſolis, & inclementiam aëris ferre queunt. Vide Pſalm. XVII, 8.

3. *Qui rem perficit mihi*] גומר עלי *gomer halai*, abſolvens ſuper me. Verbum hoc, quod in Pſalmis tantùm exſtat, apud Syros & Chaldæos frequens, *conſummare*, *abſolvere* ſignificat. Itaque hîc erit: qui, quod ab eo peto, effectum dat. Vide Pſ. CXXXVIII, 8.

4. *Mis-*

re mei, quia in te ſpem meam collocavi, & ad umbram alarum tuarum confugi, donec tranſierint ærumnæ. 3. Invocavi Deum altiſſimum, Deum, qui *rem* mihi perficit. 4. Mittet è cœlo, & ſervabit me, adficiet probro me abſorbentem Selah. Deus benignitatem ſuam & veritatem mittet. 5. In mediis leonibus *ſum*, cubo *inter* exardeſcentes filios hominum, quorum dentes ſunt *inſtar* haſtæ & ſagittæ, linguáque *inſtar* acuti gladii. 6. Extollaris, ô Deus, ſupra cœlos, gloria tua *ſit* ſupra omnem terram. 7. Rete pararant greſſibus meis, incurvatus ſum; foderant ante me foveam, ſed in eam ipſi inciderunt. Selah.

8. Paratus eſt animus meus, ô Deus, paratus eſt animus meus, cantabo, & carmen *tibi*

meis ad protectionem tuam confugi, donec hæ calamitates meæ deſinerent. 3. Precibus meis adivi eum, qui longè eſt ſupra eos omnes, qui Dii vocantur; isque rem confectam dedit. 4. Si opus ſit, mittet Angelos è cœlo, qui me ſervent, & probro afficiant eum, qui me perdere conatur. Deus, pro benignitate & veracitate ſua, rem conficiet. 5. Inter leones ſum, quales ſunt homines, cum quibus mihi res eſt; qui calumniis famam meam lacerant. Eorum maledicta conferri queant cum haſtis, ſagittis, aut acutis gladiis. 6. Fac, ô Deus, ut gloria tua in cœlis, & terra ſpargatur. 7. Inſidiatores mihi retia paraverant, &, ut me iis extricarem, ad terram inclinavi corpus. Foveam mihi objecerant, ut in eam caderem, ſed ipſi in eam ceciderunt.

8. Paratus eſt animus meus, ad laudes tuas canendas, canam & carmen in honorem tuum recitabo.

4. *Mittet è cœlo*] Nempe, manum ſuam, vel Angelos, qui ſunt veluti manus Dei, quibus, quod vult, perficit. Subauditur, ut dixi, manus, ut Pſ. XVIII, 17. quod alioqui paſſim exprimitur.

Me abſorbentem] שאפי *ſcheophi*. Vide ad Pſ. LVI, 2.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

Benignitatem ſuam & veritatem mittet] Hoc eſt, beneficentiam, pro fide mihi data, erga me exercebit. Hic adtributa Dei ponuntur pro eorum effectibus, quos Deus è cœlo veluti demittit, cùm, ut eos ſentiamus, facit.

5. *In medis leonibus cubo*] *Anima mea in medio leonum. Leones* paſſim homines violentos ſignant. לבאים *lbaim* ſunt propriè leænæ, ut docuit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. I. Sed ratio ſecùs hic haberi non videtur.

Cubo inter exardeſcentes &c.] אשכבה להטים *eſchcheba lohatim*, hoc eſt, בלהטים *blohatim*, inter ardentes. Vide ſimilem Ellipſin, poſt hoc verbum, Ezek. XXXII, 1. quem confer cum præcedentibus verſibus. *Ardentes* autem refertur ad nocendi cupiditatem, quâ flagrant mali homines. Sic & דלקים *dolekim*, dicuntur ardentes inſectatores. Veteres Interpretes aliter verterunt, conjunxerúntque vocabula. LXX. Intt. ἐῤῥύσατο (ſupplent hoc verbum) τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων· ἐκοιμήθην τεταραγμένος. Parum commodè *Aquila*, ἐν μέσῳ λεαινῶν κοιμηθήσομαι λάβρων. *Symmachus*: ἐν μέσῳ λεόντων τιθασσῶν ἐκοιμήθην, aut, ut alii referunt: μεταξὺ λεόντων ἐκοιμήθην φλεγόντων. *Hieronymus*: *Anima mea in medio leonum dormivit ferocientium.*

Filios hominum, quorum &c.] *Filios hominis, dentes eorum haſtæ & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* Intelligit ſe verſari inter homines, qui ei apud Saülem, detrahebant; ut eum magis ac magis incenderent. Ceterùm non ſunt hîc ſejungendi *dentes*, à *lingua*, quaſi diverſo modo nocuiſſent Davidi, ſingularisque eſſet ſimilitudo hinc inter *dentes* & inter *haſtas* & *ſagittas*, illinc inter *linguam* & *gladium acutum*. Hoc tantùm vult David, eos homines ſui detractionibus, quæ verbis fiunt, non aliter nocuiſſe, quàm ſi armati haſtis, ſagittis & gladiis, cum ſuis copiis concurriſſent.

6. *Extollere, ô Deus, ſupra cœlos*] Non agit David hîc de re ipſa, ſed de patefactione potentiæ Dei in cœlo & in terris: dum ſuæ innocentiæ, contra improbos, defenſionem ſuſcipit. Eleganter rem expreſſit Georg. Buchananus:

O Deus auguſtum celſo caput exſere cœlo,
Oſtende terris gloriæ jubar tuæ.

7. *Incurvatus ſum*] כפף נפשי *chaphaph naphſchi*, incurvata eſt anima mea. Cùm נפש *animus*, ſit fœminini generis, non ſecus ac רשת, *rete*, quod anteceſſit; cúmque nullus alius ſit nominativus, ad quem referatur verbum כפף; neceſſe eſt hîc legi כפפה *chaphepha*, aut Enallagen generis hîc admitti, ut Gen. XLVI, 25. Vertimus autem hîc verbum hoc paſſivè, ſic poſtulante lectionis noſtræ ſenſu. LXX. Intt. κατέκαμψαν; quaſi legiſſent כפפו *chaphephou*, ut res referatur ad homines Davidi infenſos. *Hieronymus*, *ad incurvandam animam meam*, quaſi legiſſet, aut legendum putaſſet לכף *lechoph*. Non moneo, *anima mea* perinde eſſe, ac *ego*. Res nimis nota eſt, ſed Interpretes, dum Hebraïſmum ſequuntur κατὰ πόδα, fallunt lectores ejus imperitos. *Incurvatur*, qui pedes ſuos reti captos ſentit, quia, quò magis evadere nititur, eò magis ad terram trahitur & incurvatur.

Foderant ante me foveam &c.] Dicitur de homine, qui incidit in periculum, quod alii paraverat. Proverbium eſt non inſrequens. Vide Pſ. VII, 16.

8. *Paratus eſt animus meus*] נכון לבי *nachon libbi*, paratum cor. הכין לב *hechin leb* eſt *animum adpellere*, atque in rem, quæ agitur, defigere. Si addatur יהוה, ſignificabit *in Jehovam eſſe animum defigendum*. Vide notata ad I. Sam. VII, 3. Itaque נכון לב hîc eſt animus intentus & paratus ad laudandum Deum, ut ſequentia oſtendunt: Ἑτοίμην καρδίαν interpretati ſunt LXX. Intt. ἑδραίαν *Symmachus*. Ceterùm hæc verba & ſequentia, ad finem Pſalmi, exſtant etiam perpaucis mutatis initio Pſalmi CVIII.

Paratus eſt animus meus] Hæc non repetuntur

tibi dicam. 9. Expergiſcere gloria mea, expergiſcere nablium & *tu* cithara; diluculo excito *vos*. 10. Inter populos te, Domine, laudabo; carmina tibi, inter gentes, dicam; 11. Quia ad cœlos usque ſublata eſt benignitas tua, & ad ætherem veritas tua. 12. Extollere ſupra cœlos, Deus; ſupra omnem terram *ſit* gloria tua.

Impia

tabo. 9. Excitemini, inſtrumenta muſica, quibus glorior; excitemini nablium & cithara, diluculo vos pulſare cupio. 10. Inter populos, te, Domine, laudibus extollam. 9. Expergimini, ô Muſica Inſtrumenta, quæ mihi gloriæ eſtis, nablium & cithara, diluculo excito vos. 10. Apud populos vicinos, te ſtatui laudare carminibus meis; 11. cùm, quæ ad cœlum usque extollatur, digna ſit tua benignitas, & veracitas tua, quæ celebretur ad ætherem usque. 12. Extollete ſupra cœlos, & ſupra omnes terras.

PARA-

tur Pſ. CVIII, 2. habent tamen ſingularem ἔμφασιν.

Dicam] Additur Pſ. CVIII, 3. אף כבודי *aph cbbodi*, etiam gloria mea.

9. *Expergiſcere, gloria mea*] עורה כבודי *bourah cbbodi*. Intelligitur aut *animus*, ut Geneſ XLIX, 6 aut *lingua*, vel inſtrumentum muſicum. Vide ad Pſ. XVI, 9.

Diluculo excito vos] אעירה שחר *abirah ſchabbar*, excitabo diluculo; hoc eſt ab ipſo diluculo, volo, vobis adhibitis, laudes Dei canere.

10. *Inter populos* — *inter gentes*] Quamvis intelligi hæc queant de Tribubus Iſraëlis, nihil vetat, nos etiam ea interpretari de aliis populis, inter quos David Saülem fugiens vagabatur; qui nimirum erant in Terræ Sanctæ finibus, aut ab iis non remoti

11. *Ad cœlos uſque*] עד שמים *bad ſchamajim*, pro quo eſt Pſ. CVIII, 5. מעל שמים *mehal ſchamajim*, ſupra cœlos. quod eſt ἐμφατικώτερον, quamvis res ipſa ſit eadem, ita ut velit Pſaltes, gloriam Dei non minus extolli ab Angelis, in cœlo, quàm ab hominibus in terra. Oſtendere voluit Deum Iſraëlis non eſſe inferius quoddam Numen, qualia in terris fingebantur ab Ethnicis. ἐπιχθόνια aut καταχθόνια vocabantur, ſed ſummum Deum; cujus majeſtas etiam in cœlo, non in ſola Iſraëlitarum terra, colebatur

Ad ætherem] עד שחקים *bad ſchebbakim*. Sic ſubtiliſſimæ nubes, & æther vocari ſolent. Significat Pſaltes, Deum Iſraëlis non in cœlis modò, aut in terris, ſed etiam in æthere, ubi Heroum animos verſari putabant Ethnici, imperium obtinere. Diviſionem Deorum, *immortales*, quales erant ἐπουράνιοι, *æthereos*, & *terreſtres*, habet auctor Pythagoreus verſuum aureorum; quam Magiſtri opinionem ab Oriente adlatam ſi dicamus, nihil mirum erit, cùm Pythagoram Orientalibus magnam ſapientiæ ſuæ partem debuiſſe in confeſſo ſit. Sic habent verſus:

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκειται,
Τίμα, καὶ σέβου Ὅρκον· ἔπειθ᾽ Ἥρωας ἀγαυούς·
Τοὺς δὲ καταχθονίους σέβε Δαίμονας, ἔννομα ῥέζων.

Immortales quidem primùm Deos, ut lege diſpoſiti ſunt, honora, & cole Juſjurandum; deinde Heroas illuſtres. Cole etiam Dæmonas terreſtres, legitima ſacra faciens. Videtur enim Pythagoreus Deos in tres ordines, pro diviſione Univerſi dividere, quamvis ceteroqui Pythagorei Dæmonas Heroibus præferrent; quod Pater meus *Steph Clericus* ὁ μακαρίτης, pluribus probavit in notis MSS. ad hos verſus, quas poſſem proferre, ſi pateretur hic locus; ubi Pſalmos illuſtramus, non doctrinam Pythagoricam

12. *Extollere ſupra cœlos* &c.] Vide ad verſ. 6.

COMMENTARIUS
In Psalm. LVIII.

1. N*E deleas*] Vide ad Pſ. LVII, 1.

2. *Verène in ſilentio jus proloquimini*] האמנם אלם צדק תדברון *haümnam elem tſedek thedabberoun*. Magnam hic obſcuritatem creat vox אלם *elem*, quæ occurrit tantùm hîc & Pſ LVI, 1. ubi quid ſignificet difficile eſt dictu. Radix אלם *alam*, in *Niphal*, ſignificat *obmutuit*, unde vox אלם *illem*, mutus; ſed in *Pihel* eſt *manipulos colligere*, vel *ligare*, unde אלמה *alummah*, manipulus. Ideò alii putant *congregationem*, aut *concilium*, ſignificari; quod à Davide dicatur, per translationem, *manipulus*, unde vertunt, *ô manipule*. Verùm neque conſtat אלם *elem*, eſſe *manipulum*, neque *congregationem* eâ voce metaphoricè ſignificari, neque de *concilio* hîc agi. Itaque maluimus vertere *in ſilentio*, quaſi ſupplendum eſſet ב *in*, ut velit David homines, de quibus loquitur, dum ſilerent, cùm viderent multa contra jus & fas fieri, regnante Saüle, nequaquam juſti amantes haberi poſſe. Interrogatio enim vim obtinet negationis. LXX. Intt. verterunt ἆρα, *utique*, ut habet *Hieronymus* in verſione ex Hebræo T. & Chaldæus בקושטא *bkouſcbetba*, in veritate, quaſi eſſet אֻלָם legendum, quod eſt perinde ac אולם. Verùm אמנם, quod anteceſſit, id ipſum ſignificat. דבר צדק *dabber tſedek*, loqui juſtitiam, eſt id, quo juſtum eſt, minimè diſſimulare; quod non faciebant Saülis aulici.

Ex æquitate judicatis] מישרים תשפטו *meſcharim thiſpbetou*, rectitudines judicatis; hoc eſt, ex æquo & bono judicium fertis.

3. *In animo iniqua molimini*] בלב עולות תפעלון *bleb bolotb thiphaloun*, in corde iniquitates facitis.

In terra] Nempe, Iſraëlitide.

Adpenditis] תפלסון *thephalleſoun*, ponderatis,

unde

Impia facta malorum deſcribuntur, contra eos imploratur Deus, iisque triſtia, & bonis læta prædicuntur.

PSALM. LVIII.

1. PRÆFECTO, NE DELEAS, AUREUM CARMEN DAVIDIS. 2. Veréne,
in ſilentio jus proloquimini, an ex æquitate judicatis filii hominum? 3. Etiam-
num in animo iniqua molimini; in terra injuriam manuum veſtrarum adpenditis?
4. Improbi ab utero alieni ſunt à *juſtitia*, mendaces errant à matrice. 5. Venenum il-
lis eſt ſimile veneno ſerpentium, ſunt inſtar aſpidis ſurdæ, quæ aurem ſuam obturat,
6. & quæ vocem *carmina* demurmurantium & periti veneficiorum non audit.
7. O Deus, contere iis dentes in ore, & molares catulorum *leonum* confringe, ô
Jehova. 8. Colliqueſcant inſtar aquæ, *quæ* in ſemet ipſam defluit; calcent *arcum e-
miſſu*.

PARAPHRASIS.

1. PRÆCENTORI Aureum Canticum Davidis, nequaquam abjiciendum. 2. An poſſitis dici, ſine tumultu jus dicere? an æquum jus omnibus dicitis? 3. Imò verò etiamnum taciti iniqua judicia meditamini, atque in Iſraelitica terra injurias, pro judiciis, pronunciatis. 4. Improbi, à prima juventute, ſunt à juſtitia alieni & mendaces à teneris mendacio addicti. 5. Ea vitia iis inſunt, quemadmodum inſunt venena ſerpentibus, ſunt ſimiles aſpidibus, quæ ſurdæ dicuntur, quod aut naturâ, aut arte; quippe quæ aures, ut aiunt, obturant ſuas, ne vocem carmina murmurantium & veneficorum audiant.
7. O Deus, impedito, ne mihi noceant, cùm non ſint feris meliores, quæ morſu nocent.
8. Diſſipentur inſtar aquæ effuſæ, niſi lateribus vaſis

unde פלס *pheles* eſt trutina. Proverb. XVI, 11. Eſ. XL, 12. Juſtitiæ eſt pondere & menſurâ præmia largiri, déque gravitate præſertim delictorum, quaſi librâ adhibitâ, judicium ferre. Hinc Salomo Proverb. V, 21. *Sunt in conſpectu Jehovæ*, inquit, *viæ hominis & omnes orbitas ejus expendit*, מפלס *mphalles*. David ergo dicit homines iniquos, cùm expendere deberent omnia, veluti ad trutinam, & innocentes abſolvere, pro abſolutione eis *adpendere*, ſeu reddere injuriam.

4. *Ab utero alieni ſunt*] זרו מרחם *zarou merabbem*; nempe, à juſtitia. *Ab utero* & *à matrice* ſunt ita intelligenda, ut hominum improborum mores à pueritia uſque malos fuiſſe velit Pſaltes; non in ipſo matrum utero, & ante omnem rationis uſum. Vide not. ad Pſ. LI, 7. Non poteſt hîc agi de nativa corruptione totius humani generis, cùm res hæc ſolis improbis exprobretur. Itaque vult hoc Pſaltes, inimicos ſuos à puero malos fuiſſe. *Theodoretus* de præſcientia contortè interpretatur; quod habet etiam *Theodorus Heracleota*, ſed addit rectius εἴτε ὑπερβολικῶς.

5. *Inſtar aſpidis ſurdæ* &c.] כמו פתן חרש *chmo phethen bhereſch*. Longo capite, quod eſt 6. Libri III. partis I. Hierozoïci locum hunc interpretatus eſt *Sam. Bochartus*, ubi multis oſtendit, incantationibus coërceri creditas ſerpentes, ſed quaſdam habitas ſurdas, quod incantationibus non adficerentur, & inter alias aſpides; non quòd reverâ ſurdæ eſſent. Sed de ejuſmodi incantationibus non facilè crediderim Scriptoribus, qui vulgarem famam, non exploratam veritatem, paſſim ſequuti ſunt. Ad eamdem famam ſeſe Pſalten etiam adtemperaſſe exiſtimem, non quòd veram crederet; neque enim, docendi causâ hoc profert; ſed ut ex opinione vulgi comparationem peteret, quæ in ſe ſpectata vera eſt; neque enim mali homines magis adficiuntur admonitionibus, quàm putabantur ſerpentes quædam carminibus moveri.

Quæ aurem ſuam obturat] Simili loquendi genere, ut obſervavit vir magnus, ad teſtimonium modò citatus, dicitur homo durus & immiſericors erga pauperes, *aurem obturare à clamore pauperis*, Proverb. XXI, 13. hoc eſt, nolle rationem ejus habere, non aliter, ac ſi, ne audiret, aures obturaſſet. Sic & vir probus, *aures obturat, ne audiat cædes*, Eſai. XXXIII, 15. hoc eſt, non magis adſentitur conſiliis malorum de tollendis innocentibus è medio, quàm ſi aures obturatas haberet. Sic & Jerem. Threh. III, 56. Deum orat, *ne abſcondat aures*, pro eo, quod eſt, ut rationem ſuarum precum habeat. Vide & Pſ. XXXVIII, 14. XXXIX, 13. 1. Sam. X, 27. Sic & Latini loquuti ſunt. *Propertius* Lib. II El. XIII, 48. de Jove:

— *ſurdâ negligit aure preces.*

Lib. III. El. XXIII, 20.

Exciderint ſurdo tot mea vota Jovi.

Quibus ſimilia plura exempla addi poſſent.

6. *Carmina demurmurantium*] מלחשים *mlabhaſchim*, quod verbum in *Hithpahel* eſt *muſſitare* 2. Sam. XII, 19. & Pſ. XLI, 8. Incantationes demurmurabantur. Hinc *Symmachus* ψιθυριζόντων.

Periti veneficiorum] חובר חברים מחכם *bhober bhabarim mhhuccham*. Vid. Deut. XVIII, 11. & illic notata.

7. *Contere iis dentes*] הרס *hharas*, eſt propriè *deſtruito*, quod de ædificiis dicitur. Hic videtur *fractionem* dentium ſignificare, aut evulſionem.

Confringe] נתוץ *nthots*, quod eſt etiam *deſtrue*. Sed hic idem ſignificat, ac verbum prius. Vide Pſ. III, 8.

8. *Colliqueſcant*] ימאסו *jimmaaſou*. Non eſt à מאס *maas* ſprevit, ſed à מסס *maſas*, liquefactus, diſſolutus eſt, pro ימססו *jimmaſeſou*, ut

Job.

miſſuri ſagittas ſuas, *ſed ſint eæ* quaſi ſciſſæ fuiſſent. 9. Inſtar limacis contabeſcentis *quisque eorum* abeat, & *inſtar* abortivi fœtûs mulieris, ne ſolem videant. 10. Antequam ſentiant ollæ veſtræ rhamnum, tam virentem, quàm *ſiccatum* calore, auferet eos, *Deus*

vaſis coërceatur; calcent arcum quaſi emiſſuri ſagittas, ſed quæ caderent irritæ, quia ſciſſæ fuiſſent. 9. Quisque eorum pereat inſtar limacis contabeſcentis, ob carnium molliciem, aut inſtar fœtus mulieris abortivi, ne ſolis luce fruantur. 10. Antequam poſſit olla ſentire calorem rhamni, tam

Job. VII, 5. ימאס *jimmaes*, pro ימסס *jimmaſes*. LXX. Int. ἐξουδενωθήσονται, *Symmachus* aptiùs διαλυθήσονται, & *Hieronymus*, *diſſolventur*. Vide Pſ. XXII, 15. & 2. Sam. XIV, 14. Maluimus tamen propriam ſignificationem ſervare, quia aqua, in glaciem concreta, cùm liqueſit, diſſolvitur, & evaneſcit.

Quæ in ſemet ipſam deſluat] יתהלכו למו *jithhallechou lamo*, eunt ſibi. Volunt viri docti למו πλεονάζειν, nec diffiteor לך ſæpe verbo huic conjunctum abundare. Malim tamen agi hìc de aqua primùm frigore concreta, ſed quæ calore liquefacta in ſemet ipſa redit, nec ampliùs à cetera aqua ſecernitur. LXX. Intt. habent tantum διαπορευόμενοι, & *Hieronymus*, *quæ deſluuat*, *Symmachus* περιερχόμενοι ἑαυτῷ, hoc eſt, *ieas ad ſe ipſam*.

Calcent arcum emiſſuri ſagittas ſuas] ידרך חציו *jidroch hhitſau*. Hìc mutatur numerus pluralis, in ſingularem, agit enim David de inimicis ſuis, quotquot erant. דרך propriè dicitur de arcu, quorum alterum cornu ſiniſtro pede calcabatur, dum alterum dextrâ adducebatur, ut nervus ei intenſus adligaretur. Hinc factum ut דרך frequenter intenſionem arcûs ſignificaret; deinde, ut contractiori loquendi genere, conſtrueretur cum ſagittis, quamvis non calcarentur. Itaque דרך חציו *darah hhitſau* perinde eſt, ac דרך קשת לשלח את חצים *calcavit arcum ad mittendas ſagittas*. Vide Pſalm. LXIV, 4. Ellipiica ejusmodi loquendi genera multa habent Hebræi, quæ non ſunt ad vivum reſecanda.

Sed ſiat eæ, quaſi ſciſſæ fuiſſent] כמו יתמוללו *chmo jithmolalu*, quaſi circumcidiſſent; nempe, cuſpidem, aut extremam partem abſcidiſſent, ne læderent ea, quæ ferirent; quod non ad ſagittas, quæ ſe præſcindendas præbuiſſent, ſed ad homines referri malim, quaſi eſſet יתמוללם *jithmolelem*, *præſcidiſſent eas*, quamvis paſſivè verterim, Latinæ Linguæ causâ. Optat ergo David, ut nemini inimici ſui nocere armis ſuis poſſent, nec magis eos vulnerarent, quàm ſi præſciſſis ſagittis uterentur.

9. *Inſtar limacis contabeſcentis abeat.*] כשבלול תמס יהליך *cheſchabbeloal themes jahaloch*, ut limax liquefactionis eat. Semel tantùm, hoc loco, occurrit vox שבלול *ſchabbeloul*, quam Thalmudici & Hebræi recentiores *limacem* interpretantur. Copiosè hoc de inſecto egit *Sam Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. IV. c. 30. ubi ſententiam Rabbinorum confirmat. Vocem deducit à שביל ſchbil, *ſemita*, quia limax ſemitam ſignat ſucco, quem corpore emittit; vel ex duabus voculis compoſitam cenſet יושב בלול *joſcheb bloul*; habitans in cochlea. Poſſet etiam deduci ex ש *qui*, & בלול *baloul*, confuſum, quia *confunditur* cum *limo*, ex quo nomen traxit. Sed incertis Etymologiis niti non placet, ubi res ipſa non obſcura eſt. Additur vox תמס *themes*, liquefactio, quod liqueſit etiam & contabeſcit in limum.

Veteres tamen Interpretes aliter verterunt. LXX. habent: ὡσεὶ κηρὸς ὁ τακεὶς ἀνταναιρεθήσονται. Sed *cera* דונג *donag* dicitur, quâ voce Pſaltes utitur, ubi tabeſcentem rem deſcribit, Pſ. XXII, 15. LXVIII, 3. XCVIII, 5. *Aquila*: ὁμοίως γῆς ἐντέρῳ τακεὶς πορεύεται. Sed *vermis* in Scriptura dicitur רמה *rimmah*, aut תולעה *tholahah*. Poſſet tamen fieri, ut vocibus ἔντερον γῆς etiam *limacem*, vermi non abſimilem, vocarit *Aquila*. *Symmachus*: ὥσπερ χορίον διαλυθὲν διαφωνεῖ, ſed præter obſcuritatem vocis διαφωνεῖ, quæ huc non convenit. χορίον, quod propriè eſt involucrum fœtûs, nusquam vocatur שבלול *ſchabbeloul*; ſi verò *ſecundinam* intellexit *Symmachus*, dicitur ea שליה *ſchilah*. Hæc objicit *Bochartus* Interpretibus antiquis.

Inſtar abortivi] נפל *nephel*; repetendum כ, aut כמו *chmo*, ut ex antecedentibus. Optat David, ne Inimici ſui magis ſolem videant, hoc eſt, vivant, quàm abortivi fœtus.

10. *Antequàm ſentiant ollæ veſtræ rhamnum*] בטרם יבינו סירתיכם אטד *bterem jabinou ſirothechem atad*. הבין *hebin*, propriè eſt *intellexit*, *animadvertit*, *ſenſit*; quorum poſtremo uſi ſumus, quia *ſentire* dicitur interdum de rebus ſenſu deſtitutis, pro eo, quod eſt *effectum experiri*. Hìc autem eſt enallage generis, nam verbum hoc maſculinum eſt, סירות verò, quod ſequitur, fœmininum; de qua figura vide *Joan. Buxtorfium* Theſ. Gram. Lib. II. c. 10. & *Salom. Glaſſium* Philol. Sacræ Lib. III. Tr. 3. Canon. LV. סירות ſunt *ollæ*, nam quando *ſpinæ* ſignificantur, maſculino ferè genere dicuntur סירים *ſirim*, ut Eſa. XXXIV, 13. Nah. I, 10. אטד eſt *rhamnus*, frutex ſpinis ſcatens, qui urebatur ollis ſuppoſitus, ut liquet ex Eccleſ. VII, 6. Senſus ergo eſt, antequàm incaleſcant ollæ, ſpinâ ardente ſubjectâ; hoc eſt brevi tempore. LXX. Int. aliter verterunt, πρὸ τοῦ συνιέναι τὰς ἀκάνθας ὑμῶν ῥάμνον; quod clariùs expreſſit *Symmachus*, his verbis: πρὶν ἢ αὐξηθῆναι αἱ ἄκανθαι ὑμῶν, ὡς γενέσθαι ῥάμνον, quod ſequutus *Hieronymus*, qui habet: *antequàm creſcant ſpinæ veſtræ in rhamnum*. Quæ duriora viſa ſunt, & minùs emphatica, nam longiore multò opus eſt tempore, ut tenuis ſpina fiat frutex, quàm ut olla, ligno ardente ſubjecto, calorem ſentiat.

Tam virentem, quam ſiccatam calore] כמו חי כמו חרון *chmo hhai chmo hharon*, ut vivum, ut ardor. *Vivus rhamnus* eſt virens & modò è frutice ſectus, ita ut terræ impactus, folia & ramos emitteret. Si nihil hìc ſit longâ die depravatum, חרון *hharon*, eſt pro יבוש בחרון *jabuaſch*

Deus turbine. 11. Lætabitur innocens, cùm videbit ultionem, pedéſ*que* ſuos in ſanguine rei lavabit. 12. Tum dicent homines; verè juſto *innocentiæ ſuæ* fructum *aliquem* eſſe, & verè Deum in terra jus dicere.

1. *Da-*

tam virentis, quàm ſicci, Deus eos veluti turbine auferat 11. Gaudebit vero quivis innocens, cum divinam ultionem viderit, & pedes ſuos ſanguine mortui tinxerit. 12. Tum verò agnoſcent, viro verè juſto innocentiæ ſuæ præmium eſſe, atque à Deo jus in terris dici.

P A-

bouſcb bchharon, ſiccatum æſtu. Attamen חרון de *æſtu iræ* dicitur, non de calore aeris. Ne quid diſſimulem, crediderim, exiguâ unius litterulæ mutatione, legi oportere חרוב *bharumb*, quod eſt *ſiccatum*, à nuta radice חרב *bharab*, ſiccatus eſt. Repetitio vocis כמו hìc adhibetur, ut repetitio ſolius כ, ad ſignificandum *tam — quàm*. Vide Levit. XXIV, 16. Deut. I, 17. & alia exempla apud *Chr. Noldium* ſign. XX.

Auferet eos Deus turbine] ישערנו *jiſchherennou*. Potuiſſet etiam ſcribi hoc verbum, per ס, ut alibi. In Pihel ſignificat *turbine rapere*, unde *Aquila* hic habebat λαιλαπίσει. Vide Job. XXVII, 21. Zach VII, 14. Subaudimus *Deus*, quæ vocula ſæpiùs ſupplenda, ut cùm ad Jobum, tum ad Pſalmos ſæpiùs obſervavimus. Poſtremam vocem hujus commatis, & proximè ſuperiores, ſic verterunt LXX. Intt. ὡσεὶ ζῶντας, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ καταπίεται ὑμᾶς, quæ carent ſenſu. *Symmachus:* ἔτι ζῶντας ὡς ἐν ὀργῇ λαίλαψ ἀρεῖ. *Hieronymus: quaſi viventes, quaſi in ira, tempeſtas rapiat eos.* Poſſem addere Recentiorum verſiones haud meliores, ſed ſola lectio, & collatio cum noſtra ſatis eas arguent.

11. *Innocens*] צדיק *tſaddik*, juſtus non in omnibus, ſed certè graviorum peccatorum immunis, quorum rei erant ii, de quibus Pſaltes Tales *juſti* vulgò vocabantur, quod paſſim fit in Pſalmis Lætari dicitur vir bonus propter aliorum mala, quod unâ voce ἐπιχαιρεκακεῖν exprimunt Græci, non quaſi gaudeat inveniri qui pœnas luant, aut odio ſuo indulgeat, quod ipſi Ethnici damnarunt; ſed quia lætatur Deum oſtendere quàm ſibi placeat probitas, & quàm diſpliceat flagitioſa & ſcelerata vita; ut ab ea homines ſibi in poſterum caveant, bonique in Virtute confirmentur. *Ariſtoteles* Ethic. ad Nicomachum Lib. II. c 6. ἔνια γὰρ εὐθὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος, οἷον ἐπιχαιρεκακία, ἀναισχυντία καὶ τὰ ἑξῆς: *ſunt enim quædam, quorum nominibus vitium eſt implicatum, ut malevolentia lætans alieno malo, impudentia &c.* *Juvenalis* Sat. XIII, 183. & ſeqq. caſtigatis levi de cauſa pœnas repoſcentibus:

Chryſippus non dicet idem, nec mite Thaletis
Ingenium, dulcique ſenex vicinus Hymetto,
Qui partem acceptæ ſæva inter vincla cicutæ
Accuſatori nollet dare.

Pedéſque ſuos in ſanguine rei lavabit] Proverbialis eſt formula, quæ ad vivum reſecanda non eſt; res enim eſſet non ignoſcendæ immanitatis. Gaudent boni Divinam Juſtitiam in ſcelera manifeſtam fieri; ſed iis dolet, homines tam gravia ſupplicia Deo extorſiſſe. פעמים *phahamim* verterunt veteres omnes Interpretes Græci πόδας, exceptis LXX. Intt. qui habent χεῖρας. Qui per loca ſanguine malorum perfuſa incedunt, à cæde nihil ſibi timent; non eſt proverbialis formulæ vis ulterius trahenda.

12. *Fructum*] פרי *phri*; hoc eſt, utilitatem aliquam *innocentiæ*, quam vocem ſupplendam cenſuimus. Gaudent boni, ſe, Innocentiæ ſuæ causâ, calamitatis immunes eſſe, ceterique rem animadvertunt, melioréſque fiunt.

Deum in terra jus dicere] יש אלהים שפטים בארץ, *jeſch elohim ſchophetim baarets*, hoc eſt, eſſe juſtam Providentiam, quæ ſupplicium de facinoroſis in terris ſumat. Voci *Elohim* adduntur Epitheta nunc ſingularis numeri, nunc pluralis, ut hìc, prout rei, aut numeri major ratio habetur: Stratonicus, apud *Athenæum*, Lib. VIII. δοκῶ τινὰ καταπεσούσης ἀπολεσάσης ἕνα τῶν πονηρῶν, ἄνδρες, ἔφη, δοκῶ, εἰσὶ Θεοί: *trabe collapſâ, quæ occiderat malum hominem, viri, inquit, ſunt, ut puto, Dii.* Cetera non addo, quia nihil ad rem. Notum eſt initium Lib. I. *Claudiani* in Rufinum, quod opportuniore loco proferemus, ad Pſalm. LXXIII. Plura habet, hanc in rem, *Theodoretus* de Providentia.

COM-

David inimicorum ſuorum nequitiam & inſidias deſcribit, Juſtitiam divinam implorat, quam ſe, ubi liberatus fuerit, laudaturum pollicetur.

PSALM. LIX. 1. PRÆFECTO, NE DELEAS, AUREUM CANTICUM DAVIDIS, CUM MISISSET SAUL, QUI DOMUM EJUS SERVARENT, UT EUM PERIMERET. 2. Eripe me inimicis meis, Deus mi; ab iis, qui ſe concitant contra me, ſublatum libera. 3. Eripe me iis, qui iniquitati dediti ſunt, ab hominibus ſanguinariis ſerva. 4. Nam en inſidiantur vitæ meæ, coëunt contra me viri fortes, *quamvis* nullum

PARAPHRASIS.

1. PRÆFECTO *Cantorum, qui vetatur hoc Canticum aureum, ex numero Davideorum delere, cùm ab eo ſcriptum ſit, quando Saul juſſerat à militibus domum ejus ſervari, ut eum occiderent, ſi fugere vellet.*

2. Fac, ô Deus, ut poſſim evadere è manibus inimicorum meorum, qui alios alii concitant contra me; iis ereptum libera. 3. Eripe me hominibus iniquis, qui cæde meâ gauderent. 4. Nam vitæ meæ inſidias ſtruunt viri ſtrenui, quamobrem obſident domum meam; quamvis nullâ injuriâ eos provocaverim, ô Creator. 5. Sine ulla culpa mea concurrerunt ad meam cædem, quam perpetrare parati ſunt. In occurſum meum, re cognitâ, venito. 6. Tu, qui es noſter Creator, idémque exercituum & Iſraëlitarum Deus, omnes gentes

COMMENTARIUS

In PSALM. LIX.

1. Cùm *miſiſſet Saül* &c.] Vide 1. Sam. XIX, 11 *& ſeqq.*

2. *Ab iis, qui ſe concitant contra me*] מתקוממי *mimmithkomemai*; hoc eſt, מתקוממים עלי ſeſe concitantibus contra me; hæc eſt enim propria ſignificatio conjugationis *Hithpaël*, quamvis à Latinè vertentibus commodè ſemper exprimi nequeat. Inimici Davidis, nullâ ejus injuriâ provocati, ſed merâ invidiâ permoti, ejus perniciem quærebant; adeóque ſemet ipſi in eum exacerbabant, cùm pravis cogitationibus, tum mutuis incitationibus.

Sublatum libera] תשגבני *theſchaggeboni*, ad tolles me. Significat enim hoc verbum *altum eſſe* in Kal, & in Pihel, *altum reddere*, ac proinde veloti in arcem inacceſſam ſublatum ſervare. Vidè Pſ. XX, 2. LXIX, 30. &c.

4. *Vitæ meæ*] *Animæ meæ*

Coëunt contra me &c.] יגורו *jagouron*. Vide ad Pſ. LVI, 7.

Quamvis nullum ſit &c.] לא פשעי ולא חטאתי *lo phiſchhi velo hhatathi*, non delictum meum, neque peccatum. Latinè loquenti ſupplendum fuit *quamvis & in eos*.

5. *Se ſe parant*] Eſt hîc יכוננו *jicchonanon*, pro יתכוננו *jithchonanon*, mendo potiùs, ut puto, librariorum, quàm ullâ anomaliâ.

Expergiſcere in occurſum] Expergiſcere, nempe, ut venias, in occurſum meum. Quod facimus iis, quos ſcimus in periculo verſari; ne ab hoſtibus, vias obſidentibus, excipiantur. Quamvis in voce *expergiſcere* ſit ἀνθρωποπάθεια, ut Pſ VII, 7. XLIV, 24. tamen etiam eò reſpiei putem, quòd res noctu geſta ſit.

6. *Tu es Jehova* &c.] Vox *Jehova* eum ſignificat, *qui facit ut ſint*, quæ promiſit; *Deus exercituum*, is à quo pendet victoria; *Deus Iſraëlis*, qui Iſraëlitis, & præſertim quidem piis ſingulari ratione favet. Vide not. ad Exod. VI, 3. Gen. XVII, 8.

Deus exercituum] אלהים צבאות *elohim tſebaoth*, pro אלהי *elohe*, ut 2. Sam. V, 10. 1. Reg. XIX, 10, 14. & alibi. Itaque crediderim in hoc ſimilibúſque locis, peccatum à Librariis, qui perperam crediderint צבאות *tſbaoth* eſſe nomen Dei. Vide Pſ. LXXX, 5.

Ut viſas omnes gentes] לפקד *liphkod*, quod verbum, pro re, quæ agitur, nunc pœnas, nunc præmia ſignificat. Hîc verò agontur pœnæ, de malis ubique ſumendæ. Vide ad Geneſin XXI, 1.

Qui iniquitati operam dant] בוגדי און *bogede aven*. Plerumque dicunt Hebræi פעלי און *phoale aven*. Hîc videtur adhibitum, præter morem, verbum בגד, quia præter *iniquitatem*, erat *perfidia* à Satellitibus Saülis erga Davidem admiſſa; quòd cùm amicos ſe ei profiterentur, nihilo ſeciùs, apud Saülem, calumniis ſuis nocerent.

Ne ullius — miſerearis] *Ne miſerearis omnium* &c. hoc eſt, nullius. Intelligendi ſunt ii, qui pertinaciter vitiis adhærebant, & quorum reſipiſcentiæ ſpes nulla erat. Alioqui ne reſipiſcentes quidem *non miſerari* non potuit Deus, pro æterna ſua bonitate, erga mutabiles creaturas.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

7. *Revertentur ad veſperam*] Re, nimirum infectâ; nam capere Davidem cùm voluiſſent, fruſta fuerunt, ut docet Hiſtoria.

Tumultuabuntur inſtar canum] *Inſtar canis.* Intelliguntur, ut videtur, canes venatici, qui magno numero ad venationem emittuntur: ut ſatellites Davidis, ad eum quærendum, emiſſi fuerant.

Circumibunt urbem] Sicubi fortè Davidem latentem, vel intra, vel extra mœnia inveniant.

8. *En ore ſuo eructant*] יביעון בפיהם *jabbihon bphihem*, eructant in ore ſuo. LXX. Int.

[illegible]

lum ſit *in eos* delictum meum, neque peccatum, ô Jehova. 5. Sine culpa mea con-
currunt, & ſe ſe parant; expergiſcere in occurſum meum, & *rem* vide. 6. Tu es
Jehova, Deus exercituum, Deus Iſraëlis; expergiſcere, ut viſas omnes gentes; ne
ullius eorum, qui iniquitati operam dant, miſcrearis. Selah.
7. Revertentur ad veſperam, tumultuabuntur inſtar canum, & circumibunt urbem.
8. En ore ſuo eructant, gladii ſunt in labiis eorum; quis enim, *inquiunt*, audiet.
9 At tu, Jehova, eos ridebis, & omnes gentes ſubſannabis. 10. Robur eorum tibi
reſervabo, quia Deus eſt locus meus editus. 11. Dei mei benignitas me antevertet,
útque hoſtes meos *ſine timore* videam faciet. 12. Ne *tamen continuò* eos occidas, ne obli-
viſcatur populus meus; ſed fac, ut vagi ſint, potentiâ tuâ, & dejice eos, ô Domine,
qui clipeus noſter *es*; 13. *propter* peccatum oris & verbum labiorum eorum; & capian-
tur,

gentes inſpicias, nec ulli, quæ cædi dedita ſit, ignoſce.

7. Veſperi revertantur, & circa domum meam veluti latrabunt, atque urbem ipſam circumibunt, ne fortè evadam. 8. Loquuntur tantùm de morte mea, quamvis nullâ eos injuriâ provocarim, 9. at tu, ô Creator, eorum & aliorum omnium populorum cœpta, quæ improbas, irrita reddes. 10. Copias eorum vincendas tibi ſoli relinquam, cùm mihi editæ arcis loco ſis. 11. Beneficia Dei me antevertent, útque, ſine ullo metu, videam hoſtes, efficiet. 12. Ne tamen eos deleto, ne populus oblivioni rem mandet. Fac potiùs, ut exſules ſint potentia tuâ, eosque munitis locis dejice, ô Domine, qui nobis clipei loco es; 13. propter ſuperbas eorum jactationes, & abſurda dicta. Ca-

ἀποφθέγξονται, & *Hieronymus*: *loquuntur*. De verbis reverâ ſermo eſt; & ſubaudiendum דברים *dbarim*, verba, quæ ore emittunt, ut ſcaturigo aquas eructat. *Symmachus* rectè *ἀναβλύζουσιν ſcaturiunt*. Vide Pſ. XCIV, 4.

Gladii ſunt &c.] Hoc eſt, verba, gladiorum inſtar, ſeu quæ nocent, ut gladii. Vide Pſ. LVII, 5.

Quis enim, inquiunt, audiet] Addidimus *inquiunt*, quod ab Hebræis, in hujusmodi *μιμήσεων* omitti ſolet. Vide Pſ. LII, 9. Hæc interrogatio eſt inſtar negationis. Calumniæ autem hæ non palam, ſed clam, ſolo audiente Saüle, proferebantur, ita ut à Davide, amicisve ejus confutari non poſſent.

9. *Eos ridebis* &c.] Quippe qui omnia audis, Vide Pſ. II. 4.

10. *Robur eorum*] *Ejus*, עזו, *huzzo*, expreſſimus, quod plures eſſent inimici Davidis.

Tibi reſervabo] אליך אשמרה *elecha eſchmora*, ad te ſervabo; nimirum, a te frangendum; hoc eſt, exſpecto, ut à te ipſo copiæ illæ fundantur, & concidantur. Sic ſumitur שמור לך, *ſchamour lcha* 1. Sam. IX, 24. *tibi reſervatum*. LXX. Int. τὸ κράτος μου πρὸς σὲ φυλάξω, & Hieronymus: *fortitudinem meam ad te ſervabo*. Sic & Chaldæus עושני *houſchni*, robur meum. Quæ lectio, ſi vera ſit, vertendum erit: *ô robur meum, te obſervabo*; hoc eſt, exſpectabo à te liberationem meam.

Locus meus editus] משגבי *miſchgabi*; inſtar loci editi & muniti, in quem perfugiam, ut ne ab hoſtibus meis opprimar.

11. *Dei mei benignitas me* &c.] אלהי חסדו *elohe hhaſdo*. Sic ſcribitur; ſed legendum monent Maſſorethæ חסדי *hhasdi*, benignitas mea. LXX. Int. ὁ Θεός μου, τὸ ἔλεος αὐτοῦ προφθάσει με. Protulerunt אלהי *elohai*, & legerunt חסדו. *Hieronymus*, quaſi legiſſet אלהים, *Deus miſericordia mea præveniet*. Sequuti hîc ſumus LXX. Int. & partim etiam τὸ כתיב. *Deus meus, benignitas ejus*, eſt Hebraiſmus, pro eo, quod eſt *benignitas Dei mei*. Sic Pſ. XVIII, 31. *Deus, perfecta eſt via ejus*; hoc eſt, Dei perfecta eſt via, & Pſ. CIV, 7. *Ciconia, abietes ſunt domus ejus*, pro *Ciconiæ domus ſunt abietes*, & ſimilia. Vide *Sal. Glaſſium*, Phil. Sacræ Lib. III. Tr. I. Can. 27. ubi affatim exemplorum. Sed vult nomen abſolutè ſumi, rejicitque noſtram hanc interpretandi rationem, at perperam. Vide *Joan. Buxtorfii* Theſ. Grammat. Lib. II. c. 8 pag. 410.

Me antevertet] Antequàm eum orem, me liberabit.

In hoſtibus meis hoc videam] Supplevi *hoc*, ita ut David velit, ſe id ipſum, quod antea dixit, viſurum; eos, nempe, irritos & ſubſannatos à Deo; hoc eſt, ſpe inani Davidem ipſum perdendi deluſos. Vide ad Pſalm. LIV, 9.

12. *Ne tamen continuò*] Vide ad verſ. 14.

Ne obliviſcatur populus meus] Ut eorum exemplum diutiùs oculis hominum obverſetur, unde intelligant aliter eſſe vitam inſtituendam, quam illi fecerant.

Fac, ut vagi ſint] הניעמו *hanihemo*; hoc eſt, ut domo ſuâ ejecti, incertis ſedibus vagentur. Vide Gen. XII, 14.

Dejice eos] הורידמו *horidemo*, fac eos deſcendere; nimirum, è felici ſtatu in inferiorem & miſeriorem ſortem. Vide Eſa. LXIII, 6. Jerem. XLIX, 16.

Qui clipeus noſter es] מגננו *maginnenou*, quod non malè ὑπερασπιστὴν LXX. Int. & *Symmachus* verterunt

13. *Propter peccatum oris* &c.] In his & ſequentibus, reſpicere videtur David ad calumniam, quâ inſenſum ipſi reddiderant Saülem; qualis hæc eſſe potuit, Davidem ſtatuiſſe Saülem & liberos è medio tollere, quàm primùm poſſet, ut ejus loco regnaret; cui calumniæ magnam veritatis ſpeciem addebat, quod Davidem inunxiſſet Samuël Propheta, quaſi poſt Saülem regnaturum.

Ob jusjurandum &c.] מאלה ומכחש יספרו *mealah oumiccahhaſch jeſappherou*. Subauditur אשר *aſcher*, ut paſſim, & מ ſignificat *propter*, de quo vide *Chr. Noldium* ad ſignif. XXIX. Videntur hi homines, jurejurando addito, confir-

tur, in ſuperbia ſua, atque ob jusjurandum, ac mendacium, quod narraverunt. [14]. Abſume *tandem* eos, in ira, abſume, ita ut nulli ſint, & ſciant Deum dominari, apud Jacobum, ad fines usque terræ. Selah.

[15]. Revertentur ſub veſperam, tumultuabuntur inſtar canum, & urbem circumibunt. [16]. Illi vagabuntur, paſtûs cauſâ; *&* ni ſatientur, murmurabunt. [17]. Ego verò decantabo potentiam tuam & lætis clamoribus prædicabo mane benignitatem tuam, quia mihi fuiſti locus editus, & perfugium, die, quo in anguſtia verſatus ſum. [18]. O Fortitudo mea, te carmine celebrabo, quia Deus eſt editus meus locus, & Deus benignus erga me.

Canti-

Capiantur tantùm, ut ſuperbiæ ſuæ, & falſi jurisjurandi, pœn[illegible] [illegible] 14 Hos tandem deleto, pro juſtitia tua, u[illegible] [illegible] ſciant, Deum dominari Iſraëlitis; nec tam[illegible] eorum finibus claudi, ſed etiam per o[illegible] [illegible] jus dicere.

15. Rev[illegible] ſub veſperam, homines, in quos incident, adlatrabunt, & oppidum, eo modo circumibunt. 16. At ne fame pereant, cogantur potius mendicare, vagando per urbem, & murmurabunt, niſi ſatientur. 17. Ego verò potentiam tuam, meis hymnis, celebrabo, & matutinis horis; quia fuiſti mihi inſtar loci editi, in quem tuto confugere poſſem, difficilibus temporibus. 18. O Deus, cui debeo quicquid in me fortitudinis eſt, carminibus meis te celebrabo; quia fuiſti mihi inſtar editi & tuti loci, in quem profugere poſſem, ac ſumma benignitate erga me uſus es.

PA-

firmaſſe Saüli calumniam de Davide, de qua diximus, quámque ita narrabant, quaſi rem ex ipſius Davidis ore exceptam.

14. *Abſume tandem.*] כלה *challeb.* Addidimus *tandem*, ut conſtaret connexio hujus verſûs cum 12. In quo Deum orat David, ne *continuè* occideret calumniatores, ſed ut potiùs aliquamdiu vagarentur, quò exemplum eorum ad plures perveniret; quo peracto, radicitus eos tolli cupiebat, quod hoc verſu dicitur. A nobis Chriſtianis intelligenda hîc conditio, *niſi reſipiſcant*; ſed erat illorum temporum inimicis perniciem imprecari, nullâ reſipiſcentiæ mentione injectâ. Tanto major eſt manſuetudo Evangelica, eâ, quæ ſub Lege nota erat! De voce כלה ſine accuſativo, vide Pſ. LXXIV, 11.

Et ſciant] Poteſt hoc referri & ad pereuntes, qui exitio vicini à Deo pœnas de ſe repetitas intelligunt; vel ad alios homines, qui ex reorum pernicie Deum eſſe rerum omnium Dominum colligunt.

Dominari apud Jacobum] Pœnis enim, de violatoribus legum ſuarum ſumtis, oſtendebat, ſe eſſe Regem Iſraëlis, imò & totius terræ.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

15. *Revertentur* &c] Vide verſ. 7.

16. *Paſtûs cauſâ*] לאכול *lechol*, ad comedendum; nempe, inſtar canum. Qui homines à Saüle alebantur, ut quibusvis miniſteriis obeundis præſtò eſſent.

Murmurabunt] וילינו *vajialinou*, quod eſt quidem in *Kal* pernoctare, ſed in *Niphal* & in *Hiphil*, ut hîc, fremere, murmurare. Hinc LXX. Intt. καὶ γογγύσουσι, *& murmurabunt*, ut habet *Hieronymus*, rectiùs quàm *Symmachus*, ἵνα μὴ χορτασθῶσιν αὐλισθῶσι. Cùm hi homines conferantur cum canibus, intelligendum eſt ut canes, niſi paſtum accipiant, latrant, aut ululant: ſic ſatellites Saülis paratos fuiſſe in eum fremere, niſi ſtipendium accepiſſent.

17. *Prædicabo mane*] Nempe, ab inſidiis nocturnis liberatus.

Die, quo in anguſtia] ביום צר לי *bjom tſar li*, die *quo* anguſtia mihi.

18. *O fortitudo mea*] עזי *huzzi*, qui fortitudinem mihi, in adverſis, ſuppeditas; vel cujus potentia eſt mihi fortitudinis loco.

Deus benignus erga me] אלהי חסדי *elohe hhasdi*, Deus benignitatis meæ; hoc eſt, benignitatis erga me. Poſſimus etiam vertere: Deus, qui benignitatis meæ auctor es, vel etiam fautor. LXX. Intr. ὁ Θεός μου, ὁ ἔλεός μου. *Hieronymus: miſericordia mea.* Chaldæus: אלהא טובי *Deus bonitas mea.* Quaſi legiſſent אלהים non אלהי Verùm hoc ſenſum non mutat. Sic alibi David Deum *ſalutem ſuam* vocat Pſ. XXVII, 1.

COMMENTARIUS
In Psalm. LX.

1. AD *Suſan-Heduth*] על שושן עדות *hal ſchouſchan hedouth*, ad lilium teſtimonii; quod an ſit nomen Inſtrumenti Muſici, anve ſit initium Cantici, ſcire me juxta cum ignariſſimis fateor, & ne conjicere quidem quidquam, in re usque adeò obſcura, ſuſtineo.

Ad docendum] ללמד *lelammed*; fortè ut id milites, qui victores fuerant, memoriter diſcerent. Vide 2. Sam. I, 18.

2. *Cum bellum gereret*] בהצותו *bebatſotho* Eſt à נצה quod in *Niphal* eſt *contendere*, ut etiam in *Hiphil*. Vide Num. XXVI, 9. Hîc verò *bellum gerere* ſignificat, ut intelligere eſt ex ipſa Hiſtoria, quæ habetur 2. Sam. VIII, 3. & ſeqq. X, 6. & ſeqq. 1. Ephem. VIII, 2. & ſeqq.

Meſopotamia] ארם נהרים *aram naharajim.* Vide not. ad Gen. X. 22.

Syria Tſoba] ארם צובה *aram tſobah.* Vide ibid.

Reverſusque eſſet Joabus] *Rediit Joab & percuſſit Edom*; hoc eſt, ſecundam victoriam de Idumæis retulit, aut reverſus ab Euphrate eos cecîdit, in valle Salis, quæ eſt in Idumæa. Vide 1. Ephem. XXV, 11.

3. *Nos*

Digitized by Google

Canticum, quo Deus, etſi interdum Iſraëlem deſerere videtur, liberator tamen ejus eſſe oſtenditur.

1. PRÆFECTO, AD SUSAN HEDUTH, CANTICUM AUREUM DAVI- PSALM. LX.
DIS, AD DOCENDUM; 2. CUM BELLUM GERERET CUM MESOPO-
TAMIA ET SYRIA TSOBA, REVERSUSQUE ESSET JOABUS, ET IDU-
MÆORUM, IN VALLE SALIS DUODECIM VIRORUM MILLIA OCCIDIS-
SET. 3. O Deus, nos amoviſti, & perrupiſti; indignatus es, at nos recreabis.
4. Tremefeciſti terram, eam diffregiſti; ſanabis verò quæ fracta in ea ſunt, quia nu-
tavit. 5. Feciſti ut populus tuus dura videret, bibendum nobis dediſti vinum trepi-
dationis.
6. Dediſti tui timentibus vexillum, quod adtollerent, propter veritatem. Selah.
7. Ut ii liberentur, quos amas, *eos* ſerva dextrâ tuâ, & nos exaudi. 8. Deus loquu-
tus

PARAPHRASIS.

1. 2. V*Ide Commentarium.*

3. *Nos amoviſti* &c.] O Deus, paſſus eras nos à vicinis ab ipſorum finibus amoveri, & perrumpi noſtros fines, dum nobis indignareris; at nobiſcum in gratiam redibis. 4. Terruiſti terram Judæam, eámque lacerari paſſus es. 5. Dura tempora nos experiri voluiſti, & calicem ebibendum dediſti, qui omnibus metum injecit.

6. Poſtea dediſti iis, qui te timebunt, vexillum, ad quod omnes tui timentes, armati concurrerent, ut veram Religionem ſub illo tuerentur. 7. Ut ii liberentur, quos amas, & quos vicini populi captivos abduxerunt, eos potentiâ tuâ libera, prout precibus noſtris à te petimus. 8. In Sacrario ſuo hoc Oraculum edidit Deus: lætabor, dividam Sechemum, & vallem Succhotarum metiar

3. *Nos amoviſti*] זנחתנו *zonabhthanou*; hoc eſt, nos rejeciſti, repudiaſti; opponitur enim τῷ רצות *retſoth*, *gratum habere*. Vide Pſalm. XLIV, 4, 10. LXXVII, 8. LXXXIX, 39. Sed propriè eſt *amovere*, unde in tralatitium illum ſignificatum tranſiit. Hinc in *Hiphil* eſt *jubere*, aut *curare* quidpiam *amoveri*, 2. Ephem. XXIX, 19.

Perrupiſti] פרצתנו *pharatsthanou*, perrupiſti nos. Intelliguntur clades acceptæ à vicinis populis, tempore Saülis, & paullò antea. Hoc verbum propriè ſignificat vi murum, aut clauſtrum quodvis aperire. Gallicè dixeris, *faire brêche*. Vide Nehem. IV, 3. Pſ. LXXX, 13. LXXXIV, 41. Inde פרץ *pherets*, cladem ſignificat exercitûs Jud. XXI, 15. & verbum ipſum disjicere exercitum, 2. Sam. V, 20. Par. XIV, 11.

At nos recreabis] תשובב לנו *theſchobeb lanou*, *facies redire nobis*; nempe, ſpiritum, animum. Vide Pſ. XXIII, 3.

4. *Tremefeciſti terram*] הרעשתה ארץ *hirhaſchthah erets*. Non videtur ſignificari terræ motus propriè dictus; ſed tumultus & clades belli, quibus Iſraëlitis maximus pavor injectus fuerat. Sic & figuratè ſumitur hoc loquendi genus Pſ. XVIII, 8.

Diffregiſti] פצמתה *phtſamthah*. Verbum hoc, quod hoc tantùm loco occurrit, perinde eſt ac *diffringere*, ut liquet ex ſeqq. ejúſque apud Chaldæos, uſu. Itaque idem eo ſignificabitur, ac verbo פרצתה *pharatsthah*, verſ. 3.

Sanabis] רפאה *repha*, ſana, qui Imperativus obtinet hîc, ut ſæpe alibi, vim Futuri.

5. *Dura*] קשה *Kaſchah*, durum; hoc eſt, calamitates, quales ſunt belli clades. Vide 2. Sam. II, 17.

Vinum trepidationis] יין תרעלה *jajin tharhelah*. LXX. Intt. οἶνον κατανύξεως. *Aquila*, eodem ſenſu, καρώσεως, unde *Hieronymus*: *vino ſapiente*. *Symmachus*, σάλυ *agitationis*. Verbum הרעלו *horhalou*, videtur ſignificare agitatæ ſunt, aut vibratæ, Nahum. II, 4 quæ eſt ſignificatio verbi, apud Chaldæos. Inde תרעלה *agitationem*, aut *tremorem* interpretantur, hîc & Jerem. LI, 17, 22. ubi hæc vox exſtat.

6. *Vexillum quod adtollerent, propter veritatem*] נס להתנוסס מפני קשט *nes lehithnoſſet mipphene koſchet*. *Vexillum* ſignum eſt, ad quod milites concurrunt, & circa quod maneant oportet, ne inter ſe confundantur cohortes. Itaque hoc videtur velle David, Deum ordinem in exercitu Hebræorum ſervaſſe, unde ſequuta eſt victoria. התנוסס eſt à נסס *naſas* quo ſublatio vexilli ſignificatur. מפני קשט *mipphene koſchet*, vertimus *propter veritatem*, quæ eſt aut veracitas Dei, aut veritas Religionis, quam tuebantur Hebræi. At LXX. Intt. σημείωσιν τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου. Derivarunt התנוסס *hithnoſes* à נוס *fugere*, & pro קשט legerunt קשת *arcus*, aut idem eſſe putarunt, quia radix Chaldaica eſt *jaculari*, & קשוט *kſchouth*, arcus. Sic & *Hieronymus*: *ut fugerent à facie arcûs*. Aquila: τοῦ σημειῶσθαι ἀπὸ προσώπου βεβαιότητος, obſcurè. *Symmachus*, ut LXX. Intt. εἰς τὸ ἀποφυγεῖν ἀπὸ προσώπου τοξεύματος. At vexilla non dantur *ad fugiendum*, ſed potius, ut ſervetur ordo, aciéſque ſic firmior fiat.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

7. *Nos exaudi*] ענגו *hanenou*. Sic *Chethib*, quod, cur mutetur in ענני *haneni*, *exaudi me*, nulla ratio eſt. LXX. tamen Intt. ἐπάκουσόν μου, & *Hieronymus*: *exaudi me*.

8. *In ſacrario ſuo*] בקדשו *bkodſcho*, in ſanctitate ſua. Hoc eſt במקדשו *bmikdeſcho*, nempe, ore Pontificis Maximi ad Aram, ſacris veſtibus induti & ſtantis; qui victoriam Davidi pollicitus erat.

Dividam Sechemum] שכם *Schechem*. Nomen eſt urbis ſatis notæ in montanis Ephraïmi; ubi poſtea fuere Samaritæ, & juxta quam

tus eſt in Sacrario ſuo, lætabor, dividam Sechemum, & vallem Succhotharum metiar. 9. Mea *erit* Galahaditis, meus Manaſſes & Ephraïmus robur capitis mei, *ac* Juda legiſlator meus. 10. Moabus *erit* pelvis, *in* qua me abluam, in Edomum jaciam calceum meum; mei causâ, ô Philiſthæa *terra*, clangito. 11. Quis me ducet in urbem munitam? quis meus erit dux, ad Idumæam uſque? 12. Annon, tu Deus, amoveras nos, nec egrediebaris, ô Deus, cum exercitibus noſtris? 13. Concede nobis auxilium, *quo liberemur* ab hoſte; nam fallax eſt hominis liberatio. 14. In Deo nos fortiter geremus, & ipſe hoſtes noſtros conculcabit.

Popu-

tiar, & dividam meis cultoribus. 9. Mea etiam erit Galahaditis terra, mei itidem Manaſſes & Ephraimus, qui ſunt potiſſimum robur, ac Juda, qui eſt Legiſlator meus. 10. Moabus erit quaſi pelvis, quâ me abluam, in Edomum jaciam calceum meum; ô Philiſtæa terra, clangito, bonoris mei causâ. 11. Quis verò me ducet in urbes munitas? quis erit mihi dux in Idumæam? 12. Annon te Deus amoveras, nec egrediebaris, cum exercitibus noſtris? 13. Concede nobis auxilium, quo liberes nos ab hoſte, nam liberationem hominum fallacem eſſe putamus. Deo verò nos juvante, nos fortiter geremus, cùm ipſe hoſtes noſtros ſit conculcaturus.

P A-

condita Neapolis. Vide *Euſebium* & *Hieronymum*, in locis Hebraicis, & ad eos *Jac. Bonfrerium*. Sic omnes, quos novi, Interpretes, quamvis difficile ſit intellectu, quî hîc David Sichima ſua futura & à ſe diviſum iri dicat, ſi agat de urbe Ephraimi, de qua diximus; cùm jam Rex eſſet totius Iſraelis, quando bellum cum Syris geſſit, qui nihil ad occaſum Jordanis occupaſſe videntur. At ut dicam, quod ſentio, hîc שכם credo eſſe tractum trans Jordanem, ad ortum, non procul valle Succhotharum, quæ loca, à Syris occupata, iterum Iſraëli vindicavit David. Sic שכם adpellativè ſumitur Gen. XLVIII, 22. ut liquet ex additione voculæ אחד *ebhad*, quamvis reſpiciat Jacobus ad urbem, quæ ita vocabatur. Cùm autem vallem Succhotharum & tractum vicinum à Syris occupata diximus, ideò diximus, quòd multi populi ad ortum Jordanis bellum Davidi intulerint; in quo Syri Tſobenſes, non admodum remoti, facilè potuerunt ea loca invadere, unde à Davide ſunt denuo ejecti. Hæc autem, quæ hîc dicuntur, *dividam* &c. non tam dicuntur nomine Davidis, quàm nomine totius populi, & potiſſimùm Tribûs Gaditicæ, quæ tractum illum inhabitabat. Attamen nomen *Sechemi*, quaſi proprium expreſſimus, propter conſenſum Intr. & quia potuit fieri, ut tempore Davidis illic eſſet oppidum ejus nominis.

Vallem Succhotharum] Vallis fuit ad urbem סכות *Succhoth*, quæ urbs fuit ad ortum Jordanis, paullò infra lacum Geneſariticum, ad torrentem Jabboch, de qua Gen. XLIII, 17. Pertinuit poſtea is locus ad Tribum Gaditicam, ut liquet ex Joſuæ c. XIII, 27. De Succhothentibus, ob negatum ſibi commeatum, grave ſupplicium ſumſit Gedeon, Jud. VIII, 4, 13. Ejus mentio etiam occurrit 1. Reg. VII, 46.

Metiar] Nempe, dividendi causâ.

9. *Mea erit Galahaditis*] לי גלעד *li Gilhad*. Quod dici videtur eò quòd Galahaditidem recuperarit David, occupatam à vicinis Syris, quos vicit.

Meus Manaſſes] ולי מנשה *veli Menashheh*. Dimidiam, nempe, Manaſſæ tribum, cujus agri ad ortum Jordanis, iiſdem ereptam priſcis colonis reſtituit.

Ephraimus robur capitis mei] Non quod recuperarit Ephraïmitarum agros; ſed quòd eos, amotis hoſtibus, qui iis imminebant, tutiores fecerit; unde factum, ut eorum copiis exercitum auxerit.

Juda legiſlator meus] יהודה מחוקקי *Jehoudah mehhokeki*. Quòd è Tribu Judæ fuerit David, qui fuit *legiſlator* Iſraëlis; non ut Leges mutaret, ſed ut alias ad confirmationem Moſaïcarum, ubi opus eſſet, ferret. Hinc LXX. Intt. Ἰούδας βασιλεύς μου. *Aquila* ἀκριβαστής μου, obſcurè, ut & *Theodotion*, qui habebat ἀκριβαζόμενος. *Symmachus* meliùs, ὁ προστάκτης μου. Mirum eſt, eos ceſpitaſſe in ſignificatu vocis notiſſimæ.

10. *Erit pelvis, in qua me abluam*] סיר רחצי *ſir rahhtſi*, olla ablutionis meæ. Proverbium, quo ſignificatur, ut ejuſmodi pelvem, in qua manus, pedéſve abluebantur; ſic quoque ſe viliſſimis uſibus & miniſteriis eos adhibiturum. Eos ſanè victos peſſimè habuit, ut docemur 2. Sam. VIII, 2. *Herodotus* de Amaſi, ut Ægyprios à contemtu, quo ipſum proſequebantur, ad majorem ſui reverentiam adduceret, hæc narrat Lib. II, c. 172. μετὰ σοφίῃ αὐτοὺς ὁ Ἄμασις, οὐκ ἀγνωμοσύνῃ, προσηγάγετο. ἦν οἱ ἄλλα τε ἀγαθὰ μυρία, ἐν δὲ καὶ ποδανιπτὴρ χρύσεος, ἐν τῷ αὐτός τε ὁ Ἄμασις καὶ οἱ δαιτυμόνες οἱ πάντες τοὺς πόδας ἑκάστοτε ἐναπενιζέατο. τοῦτον κατ᾽ ὧν κόψας ἄγαλμα δαίμονος ἐξ αὐτοῦ ἐποιήσατο καὶ ἵδρυσε τῆς πόλεως ὅπου ἦν ἐπιτηδειότατον. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι φοιτέοντες πρὸς τὤγαλμα ἐσέβοντο μεγάλως. μαθὼν δὲ Ἄμασις τὸ ἐκ τῶν ἀστῶν ποιεύμενον, συγκαλέσας Αἰγυπτίους, ἐξέφηνε, φὰς ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος τὤγαλμα γεγονέναι, ἐς τὸν πρότερον μὲν Αἰγυπτίους ἐνεμεῖν τε καὶ ἐνουρέειν καὶ πόδας ἐναπονίζεσθαι, τότε δὲ μεγάλως σέβεσθαι. ἤδη ὦν ἔφη λέγων ὁμοίως αὐτὸς τῷ ποδανιπτῆρι πεπρηγέναι, εἰ γὰρ πρότερον εἶναι δημότης, ἀλλ᾽ ἐν τῷ παρεόντι εἶναι αὐτῶν βασιλεύς, καὶ τιμᾶν τε καὶ προμηθέεσθαι ἑωυτοῦ ἐκέλευεν: *eos verò poſtea Amaſis ſibi ſollertiâ, non aſperitate, adjunxit. Erant illi cùm alia ſexcenta bona, tum etiam pelvis aurea, in qua & ipſe Amaſis, & omnes ejus convivæ, ſemper pedes abluebant. Hanc ille confregit, ex eâque ſtatuam Dei fecit, & in opportuniſſimo urbis loco collocavit. Ægyptii verò, ſimulacrum adeuntes, magnopere venerari; quod Amaſis fieri à civibus edoctus, Ægyptiis convocatis, oſtendit factum ſimulacrum ex ea pelvi, in quam priùs Ægyptii ſolebant vomere, meiere & pedes abluere, quod tunc magnopere colebant. Itaque ſe ajebat perinde atque pelvim habuiſſe, quamvis enim antea fuiſſet plebeius,*

Populus pro ſe, & Rege, Deum orat.

1. PRÆFECTO PULSATILI INSTRUMENTO, *CARMEN* DAVIDIS. 2. Audi, ô Deus, clamorem meum, adtentus precibus meis eſto. 3. Ab extrema PSALM.
terra te invocavi, cùm mihi deficeret animus; in rupem, *quæ* altior eſt, quàm ut à me LXI.
con-

PARAPHRASIS.

1. CARMEN DAVIDIS, cum pulſatilibus Inſtrumentis canendum. 2. Adtende, ô Deus, carmen meum, atque precibus meis aurem præbeto. 3. Ab extrema terra Judæa te preci-
bus

betus, tunc tamen eſſe illorum Regem, & juſſit ſibi honorem & reverentiam exhiberi. Hinc diſcimus contemtiſſima fuiſſe vaſa, aurea licèt, in quibus ſe abluere ſolebant.

In Edomum jaciam calceum meum] על־אדום אשליך נעלי *hal Edom aſchlich nahali.* Eſt etiam hæc proverbialis formula, quâ ſignificatur ſummus contemtus, quia nonniſi ad viliores ſervos projiciebantur calcei purgandi; unde Joannes Baptiſta, ut ſe longè inferiorem Chriſto oſtenderet, negabat ſe eſſe dignum, *qui calceos ejus gereret*, ut habet Matthæus III, 11. aut *qui ſolveret vinculum calceorum*, ut Lucas III, 16. quod eodem recidit. Vide *Hug. Grotium* ad Matthæum. Sunt viri doctiſſimi, qui hîc reſpici putant ad legem de leviri jure, quæ exſtat Deut. XXV, 9. ubi glos leviro ſuo eam ducere nolenti, calceum detrahere jubetur. Verùm hæc nihil ad rem, non enim dicitur levir calceum in glorem jacere, ut mulieris poſſeſſionem ſibi vindicaret; prout oporteret dici, ut res huc trahi poſſet. Rectè ergo *Theod. Beza* hunc locum his verbis expreſſit, in Paraphraſi, ſolutâ oratione: *Alienigenæ verò, quantumvis feroces, ſerviles operas mihi præſtabunt. Moabitæ pelvim abluendis pedibus meis ſubjicient, Idumæos jubebo exutos mihi calceos, & in ipſorum caput projectos adtollere*; & in numeris adſtricta:

——— tu lavanti
Pelvem ſubjicito mihi, Moabe,
Præbe tu mihi calceos, Idume.

Clangito] התרועע *hithrohehi.* Erat hoc extremæ ſervitutis indicium, victos ipſos victoris ſui causâ, quem malè oderant, lætos *clangores edere*; cùm libentiùs multò hi malè precaturi fuiſſent.

11. *In urbem munitam*] Aut Rabbam Moabitarum, aut Boſram Idumæorum Metropolin.

12. *Amoveras nos*] Vide ad verſ. 3.

Nec egrediebaris cum exercitibus noſtris?] Temporibus, nempe, Saülis poſtremis, ut ad verſ. 3. diximus. Deus autem egredi cenſebatur, cum exercitibus Hebræorum, non tantùm quando Arca erat in Caſtris, ſed etiam, & quidem potiſſimùm, cùm bellum feliciter gerebant.

13. *Auxilium, quo liberemur ab hoſte*] עזרת מצר *hezrath mittſar*, auxilium ab hoſte, vel ab anguſtia. עזרת eſt in ſtatu conſtructo, pro עזרה *hezrah*, Librarii, ut opinor, vitio. Magnum erat periculum; cùm hinc Euphrates bellum moveret, illinc Idumæa, & fines populi Hebræi vaſtarent.

13. *Fallax eſt hominis liberatio*] שוא תשועת אדם *ſchav theſchouhath adam*, mendacium ſalus hominis; hoc eſt, liberatio ab homine promiſſa fallax eſt, non tantum, quòd fidem datam fallat; ſed etiam, quòd ſæpiſſimè præſtare nequeat, quod promittit, licèt cupiat.

14. *In Deo nos fortiter geremus*] באלהים נעשה חיל *belohim nahaſcheh hhajil*, in Deo faciemus fortitudinem; hoc eſt, Deo juvante.

COMMENTARIUS
In PSALM. LXI.

1. P*Ulſatili inſtrumento*] נגינת *nginath*; ſatiùs fuiſſet efferre *nginoth*, ut deeſſet ו, quàm anomaliam hîc fingere. Vide Pſ. IV, 1. *M. Meibomius* emendat נגינות *nginoth.* p. 8. Spec. IV.

2. *Clamorem meum*] רנתי *rinnathi.* Plerumque רנה *rinnah*, lætam vociferationem eſſe alibi diximus, ſed hîc ſignificat querelas & preces animi anxii. *Meibomius* vertit: *continuam precationem meam*, neſcio cur.

Adtentus precibus meis eſto] הקשיבה תפלתי *hakſchibah thephillathi. Meibomius* interponit hiſce particulam אל־, ſine neceſſitate, præter vocem יהוה, non magis neceſſariam; nam metrica, quam jactabat, erat σοφὸν φάρμακον, idoneum, ut putabat, ad pecuniâ emungendos homines, qui eo callidiores erant.

3. *Ab extrema terra*] מקצה הארץ *mikketſe haarets.* Poteſt intelligi extrema Iſraëlitis terra, ſi hic Pſalmus ſit Davidis, loquentis eorum nomine, qui ejus Sectam ſequebantur, dum in Judæ meridianis finibus, cùm Saülus eum perſequebatur, vagatus eſt.

Te invocavi] אליך אקרא *elecha ekra.* Pro quibus legit *Meibomius:* אקראך *ekraecha*, quâ ſcripturâ, inquit, carmen reſtituitur. Quod nemo ei credidit.

Cùm mihi deficeret animus] בעטף לבי *bahataph libbi.* Vide Pſ. CII, 11. Lam. II, 11, 19. Vertit *Meibomius*: *cùm palpitaret cor meum.*

Altior eſt quàm ut à me adſcendatur] ירום ממני *jaroum mimmenni.* Subaudiendum אשר *quæ. Altior erat quàm ego*, perinde eſt, ac altior erat,

conſcendatur, me duces; 4. nam fuiſti mihi perfugium & turris munita; contra hoſtem. 5. Conveniam in tentorium tuum, *quod erit per omnia* ſæcula; ſpem collocabo, in abdito alarum tuarum. Selah.

6. Quia, tu Deus, audiſti vota mea, & dediſti prædium nominis tui timentium; 7. dies diebus Regis adjicies, anni ejus erunt inſtar unius, alteriúſque ætatis. 8. Habitabit *in* perpetuum, in conſpectu Dei, fac ut benignitas & fides eum conſervent. 9. Sic carmina dicam nomini tuo in perpetuum, ut quotidie tibi reddam vota.

Con-

bus adivi, cùm mihi deeſſet animus; 4. tu verò in rupem præaltam, quam ut à me adiri cacumen ejus poſſet, me ſubvehere dignaberis. Nam fuiſti mihi antehac certum perfugium & inſtar turris munitæ contra hoſtem. 5. Conveniam te in Tentorium tuum, quod per ſæcula ſtabit. Denique ſpem meam poſui in abdito tuæ ſedis, ubi ſub alis tuis, me abſcondam, favore tuo fretus.

6. Cum tu, ô Deus, audiveris vota mea, cúmque mihi dederis prædium; quo donas tui metuentes, 7. dies meos, per unam & alteram ætatem, vitam meam produces. 8. Per totam vitam habitabo in conſpectu tui Tabernaculi. Fac ut benignitas & fides me incolumem ſervent, te iis favente. 9. Sic per totam vitam meam carmina canam quotidiana, in honorem tui, & ſingulis diebus hæc vota tibi perſolvam.

PA-

rat, quàm ut eam poſſim adſcendere; nimirum, niſi me adjuves, ſufficctis viribus, & dexteritate neceſſariis.

At *Meibomius*, pro ירום ממני, ſcribit תרוממני *thrommemeni.* Sed nihil opus erat, cùm paſſim אשר *aſcher* ſubaudiatur, & ſenſus ſit perſpicuus. Idem תנחני *thannhhem*, me duces, ab hoc commate ſeparat, & conſtruit cum ſequentibus verbis, eò quòd metrum reſtituatur, quod ne ipſe quidem fortè credebat. Nititur tamen in poſtremis hiſce verbis LXX. Intt. qui habent: ἐν πέτρᾳ ὕψωσάς με, ὡδήγησάς με ὅτι ἐγενήθης, καὶ τὰ ἑξῆς. Jungit eis Vulg. Interpretem, qui Græca ſequutus eſt, ac perinde nullo numero habendus.

4. *Turris munita contra hoſtem*] *Turris firmitatis à conſpectu hoſtis.*

5. *Conveniam in tentorium tuum*] אגורה באהלך *agourah beohhelcha.* De hoc ſignificatu verbi גור *gour* vide ad Pſ. LVI, 7. Me conferam ad Tentorium tuum, te illic culturus cum aliis. *Meibomius*: *tanquam peregrinus habitabo*, contra mentem Pſaltæ, qui ſemper illic habitare optabat & ſperabat.

Quod erit per omnia ſæcula] עלמים *holamim*, ſæculorum; hoc eſt, in longum tempus, aut quod in perpetuum duraturas has cultûs divini ſedes putarent. Vide 1. Reg. VIII, 13. 2. Par. VI, 2. *Meibomius* pro עלמים legit לעלם *leholam*, per ævum. Verùm nihil vetat, אהל עלמים *ohel holamim*, tentorium æternum, dici, ut oſtendimus. Metrum & aliam rationem, quam aliàs dicturus erat, obtendit. Sed neutro movemur.

In abdito alarum tuarum] בסתר כנפיך *bſether chdphecha*, in latibulo alarum tuarum; hoc eſt, latens ſub alis tuis, ſeu ſub tua tutela. Loquendi genus à pullis avium deſumtum, qui ſub alis parentum latent.

6. *Dediſti prædium nominis tui timentium*] נתת ירשת יראי שמך *nathattha jeruſchath jire ſchmecha*; hoc eſt, donaſti me prædio, vel agro, quo donare ſoles eos, qui te timent. *Meibomius* pro ירשת legit בקשת *bukkaſchath*, de qua voce alibi ſe acturum pollicebatur.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

7. *Dies diebus* &c.] Hæc oſtendunt, nomine eorum, qui Davidem, perſequente Saüle, ſequuti erant, longámque vitam Regi ſuo optant & præſagiunt, Pſalmum hunc ſcriptum eſſe.

Inſtar unius alteriúſve ætatis] כמו דור ודור *chmo dor vador*, ut ætatis & ætatis, quæ verba longum tempus ſignificant. Regnavit David quadraginta annis: 1. Reg. II, 11. quibus, ſi addamus triginta minimum annos, quos natus erat, cum regnare cœpit, *duarum* minimùm *ætatum*, hoc eſt, bis XXXV quinque annorum, quæ fuit γενεᾶς duratio, explevit.

Pro שנותיו *anni ejus*, emendat *Meibomius* שנותיך *ſchnotheha*, rémque ad Deum refert, cujus anni ſint *ſicut generatio & generatio*; quam in rem quatuor rationes adfert, non magni ponderis. Prima eſt, quod præcedens verbum תוסיף hîc repeti nequeat, dicendum enim fuiſſe: תוסיף שנים על שנותיו *addes annos annis ejus.* Quod nequaquam neceſſe eſt, quia ſubauditur תהיינה *thijenah*, erunt. Secundâ quidem ratione, hoc negat *Meibomius*, ſed nullo addito argumento; cum tamen conſtet, verbum ſubſtantivum paſſim eſſe intelligendum, ut omnes norunt, qui Libros Sacros Hebraicè legerunt. Tertia Meibomiana ratio eſt, quòd dixiſſet Pſaltes שנותיו לדור שני *annos ejus ad ſecundam ætatem.* Sed nihil opus eſt, quia דור ודור *ætas & ætas* poſſunt optimè intelligi, de una & altera ætate, quibus etiam tertia non excluditur. Quarta ratio eſt, quòd vocula כמו *ut*, cum nomine שנותיו, & de homine, ſi expendere diligenter velimus, frivola videantur. Quæ ratio planè eſt frivola, quidni enim poſſit optari Regi vita inſtar unius alteriúſve ætatis?

Sic verò rem Deo aptat *Meibomius*: " Tua, „ Domine, dona magna ſunt, etiam magni „ anni tui; ſingulæ enim generationes homi- „ num (quadraginta duorum annorum curri- „ culo finitæ) tibi unius anni inſtar ſunt. „ Longos tu fac Regi annos. Varias quidem fuiſſe Veterum ſententias, de ſpatio *ætatis* novimus, ſed neminem, qui quadraginta duorum annorum conſtituerit, legimus. Nos *Herodoti* ſententiam ſequuti ſumus, qui centum annis tres ætates confici putavit. Deinde frigidum eſt dicere, XLII. annos Deo eſſe inſtar unius anni; *apud quem*, ut loquitur Moſes, Pſ. XC.

mille

Confirmat ſe David ad patientiam in adverſis, liberationem ſibi pollicetur à Deo, fiduciámque in eo ponendam docet.

1. PRÆFECTO, JEDUTHUNI, CARMEN DAVIDIS. ². In Deo tantùm adquieſce, Anime mi; ab eo *enim* ſalus mea. ³. Ille tantùm eſt rupes mea, liberatio mea, locus meus PSALM. LXII.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN Davidis miſſum ad Jeduthunem. 2. O anime mi, in Deo ſolo adquieſce, ei enim incolumitatem tuam debes. 3. Merito eum vocare poſſis rupem tuam, liberatorem tuum, locum tuum editum, cui vis inferri non poteſt. Te mihi favente, non eſt cur multùm nutem.

4. Quouſque pergetis uni viro inſidias ſtruere? Omnes, ſi pergatis ita vos gerere, occidemini, & ca-

mille anni ſunt inſtar heſterni diei, poſtquàm tranſiit, aut vigiliæ nocturnæ. Hoc eſt, propemodum nihil, quales ſunt dies heſterna, aut præterita vigilia nocturna, quæ, ubi effluxerê, pro nihilo fermè habentur.

8. *Habitabis in perpetuum*] ישב עלם *jeſcheb holam*, pro לעלם *leholam*, ut legi vult *Meibomius*; quæ vox, longi temporis, pro re de qua ſermo eſt, poteſtatem ſubjectam habet, ut notum eſt.

In conſpectu Dei] Jeroſolimæ, ubi Arca fuit, dein etiam Templum.

Fac, ut benignitas & fides eum conſervent] אמת וחסד מן ינצרהו *emeth vehheſed man jintſerouhou*, veritatem & beniguitatem para, (*quæ*) eum ſervabunt. מן *man* volunt eſſe Imperativum *Pihel*, à מנה *manah*, præparavit, conſtituit, ut גל *gal*, à גלה *gillah*, צו *tſau* à צוה *tſivvah*, חס *has*, ab הסה *hiſſah*. LXX. Intt. ἔλεος καὶ ἀλήθειαν αὐτοῦ τίς ἐκζητήσει αὐτῶν, ubi τίς verterunt ex Chaldaïca ſignificatione voculæ מן *man*, ſed cui nullus hîc locus eſt. *Aquila*, *Symmachus* & *Hieronymus* prorſus omiſerunt, quòd non adſequerentur, quid ſibi hîc vellet. Sed VI. Editio ἀπὸ σοῦ, quaſi fuiſſet ממך *mimmecha*, à te. Senſus eſt, fac ut beneficus & verax ſit, quibus virtutibus incolumes ſunt Reges. Vide Prov. XX, 28.

Propter voculam מן *man*, hunc Pſalmum, quaſi emendationum ſuarum ſpecimen, edi *Meibomius* curavit. Vult notas duas eſſe, è margine, in ſermonem ipſum, ut ait translatas, מ״ן, id eſt מָלֵא נון *pleuum Nun*; quo monemur plenè ſcribendum eſſe ſequens verbum ינצרו *jintſorou*, à primitivo נצר, non autem יצרו *jittſorou*, omiſſo τῷ נ, & compenſato, ut ſolet, per Dageſch fortè. Sed ſi liberet, è ſingulis litteris voces furmare, mallem interpretari מְחוֹה נון *dele Nun*, quæ muni-

tio rectior eſſet; nam ex analogia delendum eſt נ, quod nec comparet, in hac ipſa ſententia, Prov. XX, 28. *Beneficentia & fides ſervabunt* (יִצְּרוּ jittſerou) *Regem.* Si eadem nota olim addita fuiſſet Deut. XXXIII, 9. ubi etiam legitur ינצרו *jintſorou*, ſignificaretur etiam delendum Nun. Sed putat eam tranſlatam ante aliud verbum, quod non puto. Præſtat מן *man* interpretari prout licet, quam talia fingere; cùm, ſi quid ſit hîc à Librariis peccatum, id verò emendare nunc non poſſimus, antiquioribus Codicibus deſtituti; nec licet conjecturæ indulgere, niſi ſit leviſſima mutatio, & quam loci ſententia omnino extorqueat; quod ipſum etiam parciſſimè eſt faciendum. Viro docto videtur מַן pro מַנֵּה eſſe manifeſtus ſoloeciſmus. Hebræa quippe Lingua, ut ait, & ejus carmen apocopen finalis ה ignorat, nec ſibi objici patitur *Meibomius* voculam חַס, quam ubique חַסֵּה ſcribendam vult. Quinimo Librariorum licentiâ τὸ ה fine vocum, verborum præſertim, omiſſum eſſe certiſſimæ, ut vult, Hebrææ Metrices leges eum docuerant. At quod tot loca ſint mutanda, id ipſum oſtendit, non eſſe peccatum Librariorum; qui tam ſæpe idem mendum non admiſiſſent, per omnes Scripturæ libros, etiam non metricos. Leges Meibomianæ Metricæ ad Utopiam relegandæ.

9. *Sic*] Hoc eſt, quod cùm ita futurum ſit.

Ut quotidie reddam tibi vota] לשלמי *leſchallemi*, quod verti etiam queat, *cùm reddam. Vota* videntur fuiſſe laudes divinæ, quas quotidie ſe decantaturos promiſeraut, ſi Regem & ſe incolumes ſervaret Deus, cujus voti rei facti ſunt.

COMMENTARIUS
In PSALM. LXII.

1. *AD Jeduthunem*] על ידותון *hal Jedouthoun.* Volunt על *hal* eſſe pro אל *el*, quod Jeduthunis poſteri eſſent Cantores ſacri, & ad eos hîc Pſalmus mitteretur. Sed nihil opus eſt; poteſt enim ſignificari *præfectus poſteris Jeduthunis*, qui Hemani Cantori conjungitur, 1. Ephem. XVII, 41. & cujus poſteri dicuntur Janitores Templi facti, ibid. 42. & variis inſtrumentis muſicis uſi, ibid. C. XXVI, 1, 3, 6. LXX. Intt. ὑπὲρ Ἰδιθοὺν, *Aquila*, ἐπὶ τοῦ Ἰδιθοὺν, *Symmachus*, διὰ Ἰδιθοὺν, *Hieronymus* ſimiliter, *per Idithun.* Mirum eſt, illos in tantilla re ſic hæſitaſſe, cùm על conjungatur cum verbo נצח *natſeahh*, quod eſt præeſſe, 1. Ephem. XXIII, 4 ſitque ea conſtructio frequens in ejuſmodi rebus, ut oſtendit *Chr. Noldius* ad ſignif. I. particulæ על.

2. *Adquieſce, anime mi*] דומיה נפשי *dommijah naphſchi, ſilentium aut quies anima mea*; hoc eſt perinde, ac ſi dixiſſet חוי לך דומיה נפשי *thehi*

meus editus; non multùm nutabo. 4. Quouſque inſidiabimini *uni* viro? Omnes occidemini, & tamquam paries inclinatus & maceria impulſa *cadetis*. 5. Attamen è dignitate ſua ut *eum* dejiciant, conſilia agitant, delectantur mendacio, & ore ſuo benedicunt, dum intus malè precantur. 6. Tu verò, ô Anime mi, in Deo conquieſce, nam ab eo *pendet* exſpectatio mea. 7. Ille tantùm eſt rupes mea, liberatio mea, locus meus editus, non nutabo. 8. In Deo eſt ſalus mea, gloria mea, rupes munitionis meæ.

9. Ei confidite, populares *mei*, omni tempore, ante faciem ejus cor veſtrum effundite, *nam* Deus eſt nobis perfugium. 10. Inanitas tantùm ſunt filii hominum plebeiorum, mendacium filii virorum illuſtrium; *ſi* in ſtatera *ponantur* ſimul, inanitate leviores erunt. 11. Ne fidite defraudationi & rapinæ, ne inani ſpe paſcamini, divitiæ ſi creve-

cadetis inſtar muri inclinati, aut maceriæ impulſæ. 5. Nihilo ſecius, ut eum ſuâ dignitate dejiciant, omnis generis artes adhibent, delectantur mendaciis, atque ore precati, in animo diris eum devovent. 6. At ego apud animum meum ſtatuo, ſatius eſſe, me fiduciam meam in Deo collocare, a quo ſolo pendet ſpes mea. 7. Ille ſolus eſt rupes mea, in quam confugere poſſum, ut liberer ab inimicis meis, utque ſim tutus ab eorum inſidiis. 8. Deus eſt ſalutis meæ auctor, cauſa gloriationis meæ & tutum munimentum contra vim & inſidias.

9. In eo, ô populares mei, quocumque tempore, fiduciam veſtram ponite; nam Deus ſolus eſt certum perfugium. 10. Ad hoc minus quod adtinet, nullum niſi inane auxilium exſpectari poteſt, in hominibus plebeiis; & mendacia ſunt illuſtriorum virorum promiſſa. Si in ſtatera adpendun-

thebi lach dommijah naphſchi, ſit tibi quies, ô anima mea. Vide vocem דומיה Pſ. XXII, 3. XXXIX. 3. pro *ſilentio*. Sed aliud hîc poſtulatur & דום לאלהים *domm lelohim*, eſt *quieſce propter Deum*, vel adquieſce in auxilio Dei, verſ. 6. LXX. Int. τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου. Hieronymus: *apud Deum ſilebit anima mea*. Vide & Pſ. LXIV, 2.

4. *Inſidiabimini*] תהותתו *thehotbethou*. Hoc tantùm loco exſtat hoc verbum, nec eſt ullum ejus derivatum in Scriptura. Sequuti ſumus conjecturam *Ed. Caſtelli*, cujus rationes legi poterunt in Lexico Polyglotto; quæ confirmatur à nobis, auctoritate *Aquilæ*, qui habet ἕως τίνος ἐπιβουλεύσετε, & *Hieronymi*, qui vertit: *uſque quo inſidiamini*. Quod voluerunt fortè etiam LXX. Int. qui habent ἕως πότε ἐπιτίθεσθε, nam ἐπιτίθεσθαι ſignificat interdum *inſidiari*. *Symmachus* verterat ματαιοπονεῖτε, qua de ratione ignoro. Sed הות *houth*, & in *Pohel* הותת *hotheth*; idem, ut conjicit *Caſtellus*, ſignificare poteſt, ex Syriſmo & Arabiſmo, ac verbum Hebraicum העמיק *hebemik*, quod eſt *profunde & inſidioſe conſilia agitavit*.

Uni viro] על איש *hal iſch*, nempe, אחד *ebhad*, unum. David videtur intelligi.

Omnes occidemini] תרצחו כלכם *thratſebhou chullechem*, occidemini vos omnes. Si verbum eſſet in Kal, oporteret legere *thirtſebhou*, ſed ſignificaret *occidetis*; ſi eſſet in Pihel, efferri deberet *theratſebon*, & activè etiam verti. Res poſtulat hîc ſignificationem paſſivam, idcóque legi debere videtur, quaſi eſſet in *Puhal therutſebhou* תְּרֻצְּחוּ, hoc eſt, *curabitur ut interficiamini*, dabitur opera, ut morte pœnas luatis.

Cadetis] Supplevimus hoc, ita poſtulante comparatione cum *pariete inclinata*, & *maceria impulſa*.

5. *Attamen è dignitate ſua ut eum dejiciant*, &c.] אך משאתו יעצו להדיח *ach miſcheetho juhatſou lehaddiahh*, attamen è dignitate ejus, conſilium habent, ut expellant. Voce שאת ſignificari dignitatem oſtendimus ad Gen. IV, 7. XLIX, 3. Rectè hîc LXX. τὴν τιμήν μου, hoc eſt, *honorem meum*, non *pretium*, ut habet Vulgatus. *Hieronymus*: *partem ejus*, quia נשא *naſcha*, unde שאת deducitur, eſt interdum *auſtulit*. Si recta eſt lectio, LXX. Int. oporteret legi שאתי *ſchethi*, dignitas mea, quod certè loco meliùs convenire videtur; nam Pſaltes de ſe, non tertiâ, ſed primâ perſonâ loquitur. Supplendum etiam poſt הדיח adfixum primæ, vel tertiæ perſonæ.

6. *In Deo conquieſce*] לאלהים דומי *lelohim dommi*. Vide ad verſ. 2. & Pſ. XXXVII, 7.

8. *In Deo eſt*] על אלהים *hal elohim*, ſuper Deo; hoc eſt, Deus in ſe recepit meam liberationem, &c. Vide ad Heſdr. X, 4. & *Chriſt. Noldium*, ad ſignif. particulæ XXXIV.

9. *Populares mei*] עם *ham*, *popule*; hoc eſt, Iſraelitæ, populares mei.

Cor veſtrum effundite] Hoc eſt, animi veſtri deſideria ei aperite. Vide 1. Sam. I, 15. Lam. II, 19.

10. *Filii hominum plebeiorum*] בני אדם *bne adam*, qui ſunt plebeii, oppoſiti τοῖς בני איש *bne iſch*, qui ſequuntur. Vide Pſalm. IX, 3. XLIX, 3.

Mendacium] כזב *chazab*. Idem eſt ac הבל *hebel*, quod anteceſſit, *mendacium* enim mera eſt *inanitas*; in nihilum recidentibus hominum promiſſionibus, ſive quòd eas præſtare nequeant, ſive quòd nolint.

Si in ſtatera ponantur &c.] במאזנים לעלות המה מהבל יחד *bmoznajim lahaloth hammu mehebel jahhad*, in binis lancibus ad adſcendendum ipſi, plus quàm inanitas, ſimul, hoc eſt, ſimul poſiti, in libra, inanitate ipſâ leviores deprehenduntur, ſeu minùs potentes ipſâ inanitate. Qua in comparatione nonnulla eſt Hyperbole, quâ efficaciùs exprimitur humanæ naturæ debilitas.

11. *Defraudationi & rapinæ*] בעשק ובגזל *behoſchek oubgazel*, priùs defraudationem, ſeu [illegible] ſignificat, quæ dolo malo fit; poſterius rapinam, in qua vis aperta adhibetur. Sæpe conjunguntur, ut Levit. XIX, 13. Eccl. V, 7. VII, 7.

Ne

verint, animum ne adjicite. [12]. Semel dixit Deus, imò bis audivi; Dei eſſe potentiam. [13]. Tua eſt etiam, ô Domine, beneficentia, nam unicuique, pro ejus factis, rependis.

David Dei auxilium petit, fiduciam ſuam in eo collocat, & meliora tempora ſperat.

1. CARMEN DAVIDIS, CUM ESSET IN DESERTO JUDÆ. [2]. O Deus, tu es Deus meus, à diluculo quæram te, animus meus te ſitivit, adpetiit te caro mea, in terra ſicca, & defeſſa *eſt*, *quòd ſit* ſine aqua. [3]. In Sacrario *tuo* ſic ſpectavi PSALM. LXIII.

duntur utrique ſimul, ipſâ levitate leviores deprehendentur. 11. Ne ergo fiduciam veſtram ponite in eorum fraudibus & rapinis, ne fallace ſpe vos paſcatis; imò ſi augeantur divitiæ veſtræ, cavete animum eis adjiciatis. 12. Semel atque iterum dixit Deus; penes ſe eſſe potentiam. 13. At tibi, Domine, *inquam*, etiam eſt beneficentia; nam unicuique reddes ſecundùm opera ſua.

P A R A P H R A S I S.

1. DAVIDIS Carmen, quod effudit, dum in ſolitudinibus Tribûs Judæ erraret. 2. O Deus, verè es Deus mihi propitius; quem à diluculo invocabo; nam mens mea indiget tuo auxilio, ut te

Ne inani ſpe paſcamini] אל־תהבלו *bal thebabelou*, ne inanes fiatis. *Aquila*: μὴ ματαιοῦσθε, hoc eſt, ne μάτην ſperaveritis. *Symmachus* μὴ γίνεσθε ἀτμὶς, incommodè. Vide 2. Reg. XVII, 15. & Jer. II, 5.

Animam ne adjicite] אל־תשיתו לב *al thaſchithou leb*, ne cor ponite; hoc eſt, ne ita veſtrus animos adficiant, ut iis fidatis. Vide Deut. XXXII, 46. Pſ. XLVIII, 14.

12. *Semel dixit Deus, imò bis* &c.] Hoc eſt, ſæpiùs revelavit nobis Deus, ſe ſolum eſſe potentem. Vide Job. XXXIX, verſ. ult.

13. *Tua eſt beneficentia*] לך חסד *lecha bheſed*; hoc eſt, tu ſolus potes benefacere, & reverâ benefacis unicuique, pro ſingulorum factis. Quod ut fiat ab hominibus multùm abeſt.

C O M M E N T A R I U S
In PSALM. LXIII.

1. IN *deſerto Judæ*] In meridianis finibus Judæ, ubi plures erant ſolitudines.

2. *A diluculo quæram te*] Hoc eſt, liberatus à nocturno metu, tibi gratias agam, & orabo ut me, per diem, ſimiliter tuearis; nam *quærere Deum*, eſt eum orare. Sed hîc eſt אשחרך *aſchabbarcha*, hoc eſt, mane te quæram. Vide Proverb. I, 28. VII, 15. VIII, 17.

Te ſitivit.] Vehementer cupiit tuum Sacrarium adire.

Adpetiit te] כמהּ *chamah*. Quod verbum hîc tantùm legitur. Crediderim ex Syriſmo petitum, in quo כם eſt *avarus*, *cupidus pecuniæ fuit*, ita tamen ut hîc licitam cupiditatem, ſed vehementem, qualis eſt avarorum, ſignificet. *Caro* autem addita *animæ* ſignificat totum hominem, qui animo & corpore concupiſcit, magnâ enim cupiditate adficitur etiam corpus. *Ed. Caſtellus* vult eſſe *arefacta eſt*, *languit*, qui effectus reverâ eſt vehementis cupiditatis, nec malè cum loci circumſtantiis conſentit. LXX. verterunt ποσαπλῶς, *Theodotion* ποσαχῶς, *quàm multipliciter*, aut *quoties*. Videntur legiſſe כמה *chammeh*, aut *chammah*, hoc eſt, *quoties*, aut *quamdiu*. *Aquila* verò ἐκτάθη σοι ἡ σάρξ μου, ubi mendum eſſe puto, pro ἐπιποθεῖ σοι. *Symmachus*, ἱμείρεται σοι ἡ σάρξ μου, & *Hieronymus*, *deſideravit te*, *caro mea*. Chaldæus רגג לך בסרי *ragig lach biſri*, *deſiderat te caro mea*.

Et defeſſa eſt] ועיף *vebajeph*. Deberet eſſe עיפה *hajepha* in fœminino, ſi referatur ad ארץ, quod anteceſſit, eſtque fœminini generis. Sed proferuntur exempla miræ Enallages, cùm in una conſtructione voci duplex genus addatur, ut 1. Reg. XIX, 11. ubi legimus רוח גדולה וחזק *rouabh gdole vebbazak*, quaſi diceres, *ventus magna & validus*. Vide & 1. Sam. XV, 9. ubi vox juncta cum participio fœminino conſtruitur cum verbo maſculino. Sæpe dixi mihi ſuſpectas eſſe ejusmodi Enallagas, ſed non video cur עיף non referatur ad בשרי *caro mea*, quæ vox eſt, apud Hebræos, maſculini generis; nam accentuum cur majorem rationem habeamus, quàm veteres Interpretes, non intelligo. Itaque cum viris doctis עיף retuli ad בשרי, quæ dicitur hic *feſſa*, *quòd ſit ſine aqua*, nihil enim magis fatigat viatores, per arida loca iter facientes, quàm ſitis; aut feſſa dicitur terra ſoli expoſita & arida, κατὰ προσωποποιΐαν, quia ardor & ſiccitas homines fatigant. Vid. Prov. XXV, 25.

3. *In ſacrario tuo*] בקדש *bakkodeſch* pro במקדש *bemikdaſch*, ut alibi ſæpe.

Sic ſpectavi te ut potentiam] Ordo verborum Hebræorum ſic habet: *ita in ſacrario ſpectavi te, ut videndam potentiam*; ubi conjungenda videntur כן *chen*, ſic, & לראות *lіroth*, *ad videndum*. Vix alius commodus ſenſus hinc exſculpi poſſe videtur. Pro eo quod vertimus *ſpectavi te*, eſt Hebraïcè חזיתיך *bbazitbicha*, quod verbum de viſis Propheticis uſurpari ſolet, unde חזון *bhazon*, *viſio* prophetica. Sed neſcio an hîc de Prophetico viſo agatur. Satis eſſe videtur, ſi dicamus, Pſalten, Tabernaculum, aut Arcam ſpectantem meditatum eſſe, eâ occaſione,

vi te, ut potentiam & gloriam tuam viderem; [4]. nam vitâ melior eſt benignitas tua, & labia mea te celebrabunt. [5]. Sic in vita mea tibi benedicam, in nomine tuo tollam palmas meas. [6]. Adpetentia mea veluti adipe & pinguedine ſatiata eſt, cùm labiis læ-tarum vociferationum *te* laudavit os meum, [7]. *&* cùm memini tui, in lecto meo, *atque* in vigiliis meis de te meditatus ſum; [8]. quia auxilio fuiſti mihi, & in umbra alarum tuarum lætas voces miſi. [9]. Adhæſit animus meus tibi, *&* me dexterâ tuâ ſuſtentaſti.

[10]. Illi quidem vitæ meæ perniciem moliti ſunt, *ſed* interiora terræ ſubibunt. [11] Gladio eos diſjicient, & pars vulpium erunt. [12]. Rex lætabitur in Deo, & gloriabitur quisquis per eum jurat, quia obſtructum fuerit os mendacium dicentium.

Deum

te colam, prout par eſt, & corpus meum alimentis, præſertim in tractu ſiticuloſo. 3. Jeroſolimæ cùm eſſem, ita Sacrarium tuum habui, quaſi in eo viderem potentiæ & gloriæ tuæ clara ſpecimina; 4. nam melior eſt vita tua benignitas, quâ oſtendis, te illi loco, ſingulari ratione adeſſe; quam ob rem non deſinam te celebrare. 5. Sic, dum vivam, te laudabo, & palmas ad te tendebo, dum te celebrabo. 6. Ut adpetentiæ corporis ſatisfit pingui carne animalium, quæ comeduntur; ſic animo meo ſatisfit, cùm laudes tuas ore meo celebravi; 7. imo etiam, cùm vigil in lecto beneficia tua erga me in memoriam meam revocavi; 8. quia ſemper mihi auxilio fuiſti, & ſub tua protectione lætas voces emiſi. 9. Adhæſi ſemper tuo unius cultui, quamobrem me potentia tua ſuſtentaſti.

10. Inimici mei, quorum omitto nomina, mihi perniciem moliebantur; ſed in ſepulcrum deſcenderunt ante me. 11. Hoſtes eos vincent, eorumque carnes feras paſcent. Rex vero Judæ & Iſraelis lætabitur, ob beneficia a Deo accepta, quod & facient ii, qui per nomen ejus jurant; quia mendacibus, qui alios Deos colunt, os clauſum fuerit.

PA-

ne, de potentia divina, quæ in Arabicis ſolitudinibus, ubi facta fuerant, emicuerat; ut quòd Tabernaculum nube impleretur, indéque exaudiretur vox Dei Moſen adloquentis & alia ſimilia, quæ Moſes narrat.

4. *Vitâ melior eſt benignitas tua* &c.] Hoc eſt, longè optima, quia vitâ, in hiſce terris, melius nihil norunt homines; præſtátque vita carere, quàm Dei benignitatem non experiri, ſine qua vita vitalis non eſſet.

5. *Sic in vita mea* &c.] כן *chen* hîc videtur perinde ac *itaque*. *Chriſt. Noldius tunc* vertit ad ſignificationem XI. hujus particulæ, non ſatis commodè, ut mihi quidem videtur.

In nomine tuo &c.] Hoc eſt, prolato nomine tuo te orabo, nam ad cœlum tendere palmas perinde eſt ac Deum orare, quia is eſt orantium geſtus. Vide Pſalm. XXVIII, 2. LXVIII, 32. CXII, 2. Sic ſæpe *in nomine tuo*, aut *Dei* ſumitur, ut Pſ. CXVIII, 10, 11, 12.

6. *Veluti adipe* &c.] Hoc eſt, animus meus jucundiſſimè ſuaviſſimis meditationibus alebatur: quemadmodum corpus eſu carnis pinguis recreatur.

Cum labiis lætarum vociferationum &c.] ושפתי רננות *veſchiphthe renanoth*, & labiis vociferationum. Primùm hîc ו videtur ſignificare *cùm*, pro ambiguitate particulæ, quæ ceterarum fermè omnium vim obtinet, ut docebit *Noldius*. Deinde *labia vociferationum*, ſunt labia vociferantia, more Hebraico, quo paſſim alterum ſubſtantivum vim adjectivi ſupplet. *Symmachus* διὰ χειλῶν εὐφήμων, & *Hieronymus*: *labiis laudantibus*.

7. *Et cum memini tui* &c.] *Vau* ſupplevimus, quia non idem hîc dicitur, ac in ſuperioribus verbis אם *im*, verò vertimus *cùm*, non *ſi*, quia dubitationi non eſt locus. Vide XVIII. ſignificatum particulæ, apud *Chr. Noldium*; quamvis, neque hîc, neque alibi omnia ejus exempla præſtare nolim. Hinc *Symmachus*, omiſsâ particulâ, habebat ἀναμιμνησκόμενα.

9. *Adhæſit animus meus tibi*] *adhæſit anima mea poſt te*; hoc eſt, te ſemper ſequutus ſum.

10. *Vitæ meæ perniciem moliti ſunt*] לשואה יבקשו נפשי *leſchoah, jebakkeſchou naphſchi*. *Quærere animam* alicujus eſt paſſim quærere rationem è medio quempiam tollendi. שואה *ſchoah* quidem propriè *vaſtationem* ſignificat; ſed vaſtatio agrorum non fit, ſine cæde incolarum, in quos milites graſſantes incidunt.

Inferiora terræ] תחתיות הארץ *thahhthijoth baarets*, infima terræ; hoc eſt, ſepulcrum. Vide Ezek. XXVI, 20. XXXII, 18

10. *Gladio eos disjicient*] יגירהו על ידי חרב *girouhou hal jede hhereb*, diffluere faciunt eum ad manus gladii; hoc eſt, gladio. Vide Jerem. XVIII, 21. Ezek. XXXV, 5. Supplendus autem nominativus, ut paſſim alibi, pro re, de qua ſermo eſt; ut apud Latinos. Singularem numerum in pluralem vertimus, quia anteceſſit & ſequitur is numerus.

Par vulpium] Carnivorarum ferarum, inter quas vulpes. Vide *Sam. Bocharti* Hierozoici, P. I. Lib. III. c. 13

12. *Rex lætabitur in Deo*] Non crediderim, hæc ſcripta à Davide, nomine ſuorum, eo tempore, quo vagabatur in ſolitudinibus Judæ, ut fert Pſalmi inſcriptio; neque enim nomen regium adſumere ſibi fas eſſe putavit, vivo Saüle. Poſtea ergo hæc addita oportet.

Quisquis per eum jurat.] Hoc eſt, colit; nemo enim, niſi per Deum, quem colit, jurare ſolet. Vid Eſai. XIX, 18. ubi dicuntur, *quinque fore in Ægypto urbes, quæ per Jehovam jurarent*. Vide & ad Deut. VI, 13.

Os mendacium dicentium] Qui calumniati erant Davidem.

COM-

Digitized by Google

Deum orat David, ut ſe liberet à dolis inimicorum, quorum fraudulentum ingenium, & pœnas deſcribit.

1. PRÆFECTO, CARMEN DAVIDIS. [2]. Audi, Deus, vocem meam in meditatione mea, & ſerva vitam meam à metu inimici. [3]. Abde me ab arcanis molitionibus maleficorum, & à conſpiratione eorum, qui iniquitati dediti ſunt; [4]. qui acuerunt linguam ſuam inſtar gladii, & qui amara verba, quæ ſunt eorum ſagittæ, tetenderunt; [5]. ad hominem integrum, è latibulis impetendum, *ita ut* ſubitò in eum jaculentur, neque *ſibi* metuant. [6]. Conſtituerunt apud ſe rem malam, integumentum imponunt ad occultandos laqueos, & dicunt: quis eos videbit? [7]. Inveſtigant de- PSALM. LXIV.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN DAVIDIS ad Præcentorem miſſum. 2. Audi Deus, quæ peto abs te, in precibus meis, & vitam meam tutare, ne eam nequitiâ inimici amittam. 3. Eripe me arcanis molitionibus maleficorum & conſpirationi malorum hominum. 4. Linguas ſuas acuerunt, quaſi gladios, quibus innocentium famam lædunt, & amara verba, quaſi ſagittas, in eos jaciunt; 5. ita ut homines integræ vitæ clam lædant, ut nihil metuendum habeant. 6. Machinantur res malas, ſed ita eas occultant, ut difficile ſit intellectu, unde tela illa miſſa fuerint, vel laquei venerint; audéntque ſibi polliceri neminem retecturum, unde mali ſit origo. 7. Inveſtigant, ſi quid alii deli-

COMMENTARIUS
In PSALM. LXIV.

2. IN *meditatione mea*] בשיחי *lſchibbi*. Vel in oratione. Vide Pſ. LV, 3.

3. *Abde me ab arcanis molitionibus*] תסתירני מסוד *thaſthireni miſſod*, abdes me ab arcano; hoc eſt, mihi aſylum concede, in quo tutus ſim, contra arcana molimina inimicorum meorum. LXX. Intt. ἐσκέπασάς με ἀπὸ συστροφῆς, quia arcani cœtus. *Symmachus*, κρύψεις με ἀπὸ συσκέψεων κακούργων, quod eodem redit, ut & Hieronymianum: *abſconde me à conſilio malignorum.*

A conſpiratione] מרגשת *merigſchath*. LXX. Intt. ἀπὸ πλήθους, non eſt tamen propriè multitudo, ſed conventus conſpirantium. Vide Pſ. II, 1. Dan. VI, 7, 12. Habet *Symmachus* ἀπὸ κωμάστων, ac ſanè רגשה *tumultum*, apud Thalmudicos, ſignificat.

4. *Amara verba* &c.] דרכו חצם דבר מר *darechou hhittſam dabar mar*, calcarunt ſagittam ſuam verbum amarum. *Calcari* propriè dicitur arcus, ut tendatur; impropriè ſagittæ, ut jam diximus ad Pſ. LXVIII, 8. LXX. Intt. ἐπλήρωσαν τὸ τόξον αὐτῶν λόγῳ πικρῷ. Non ſatis intellexerunt hoc loquendi genus.

5. *Ad hominem integrum* &c.] Ut latrones inſidiabantur viatoribus, è locis occultis, unde emiſſis ſagittis eos vulnerabant; ſic calumniatores clam, linguâ falſiloquâ, famam bonorum lædunt.

Neque ſibi metuant] Quia unde calumnia prodierit non conſtat: uti nec à tergo ſagittâ è dumis impetiti ſcire poſſunt, unde emiſſa fuerit.

6. *Conſtituerunt*] יחזקו *jebhazzekou*, confirmarunt; hoc eſt, firmum conſilium ceperunt, quod non mutabunt. Nam hoc verbum pertinaciam in nequitia, æquè ac conſtantiam in virtute, ſignificat.

Integumentum ponunt] יספרו *jeſappherou*. LXX. Intt. διηγήσαντο τοῦ κρύψαι παγίδας; quod verbotenus ſequutus eſt Hieronymus: *narraverunt, ut abſconderent laqueos*. *Symmachus* εἰσηγήσαντο κρύψαι παγίδας. Sed quàm ſint contraria inter ſe, *occultare laqueos*, quos nemo videre queat, vel occultas, & quæ teſciri nequeant, inſidias ſtruere; idque *narrare*, nemo non videt. Igitur ſic vertimus, quaſi legeretur יספנו *jeſapphenou*, nam ספן *ſaphan*, eſt *tegere*, convenitque cum צפן *tſaphan*, hoc eſt, *occultare*. Qui laqueos, in foveis, tendebant, ceſpite, aut terrâ virgultis levibus impoſitâ, inſidias occultabant, ne, ſi conſpicuæ eſſent, vitarentur. Quod non meliùs exprimi potuit, quàm his verbis: יספנו לטמון מוקשים *texerunt ad occultandos* (in terra, unde מטמון *matmon*, theſaurus defoſſus) *laqueos*. Utrumque hoc verbum conjunxit Moſes, Deut. XXXIII, 19. ubi memorat ספני טמוני חול *ſaphoune temoune hhol*, occultos theſaurorum arenæ, ubi vide notata. Adi & quæ diximus ad Pſalm. IX, 15:

7. *Inveſtigant delicta*] יחפשו עולת *jahhphe-ſchou holoth*. Verbum חפש *hhaphaſch* eſſe idem ac *adcuratè inveſtigavit* ſatis conſtat. Sed quînam hîc dicantur *inveſtigaturi delicta* obſcurum eſt. Poteſt ſubaudiri nominativus, ex re ipſa colligendus; nimirum, חפשים hhopheſchim, *inquirentes*, quicunque tandem ſint, quibus ea cura mandetur, aut qui eam ſponte ſuſcipiant; nec rara eſt ejus nominativi Ellipſis, de qua vide ad Pſ. LXIII, 11. & loca adlata in Indice Pentateuchi, ad *Nominativi Ellipſin*. Adde & *Sal Glaſſium* Gram. Sacr. Lib. III. canon. 23. Poſſit ergo hîc eſſe ſenſus: quamvis improbi quàm occultiſſimè nocere aliis conarentur, ne ſcelerum ſuorum cognitio ad quemquam perveniret, pœnáſque propterea luerent; attamen Providentiâ Divinâ factum iri, ut aliis innoteſcerent, & ſubito exitio mali perirent, qui ſe tutos, ad id tempus, putaverant. Poſſent etiam referri hæc ad ipſos malos, qui aliorum delicta, ſi quæ ſint, inveſtigant, ut eos accu-

delicta, adcuratam *eorum* perveſtigationem abſolvunt, etiam *in* cujúsque intimis *receſſibus* & in altis animis.

8. Sagittam in eos immittet Deus, *&* ſubitò vulnera iis imponentur. 9. Contra ſe ipſi facient, ut linguâ ſuâ offendant, vitabúntque eorum congreſſum, quicumque eos videbunt. 10. Timebunt verò omnes homines, prædicabunt opus Dei, & factum ejus animadvertent. 11. Lætabitur juſtus in Jehova, ſpem in eo collocabit, & gloriabuntur omnes animi recti homines.

Lau-

liquerint, atque arcanas eorum cogitationes inveſtigant, quamvis diſſimulent, atque abditas res retineant.

8. At Deus ſagittas in eos immittet, & repentina vulnera faciet. 9. Imprudentes contra ſe ipſi loquentur, & fugient congreſſum eorum, quicumque eos videbunt. 10. Metuent verò omnes, laudabunt facta Dei, eáque animadvertent. 11. Lætabuntur vero boni, ob ea, quæ facit Deus, ſpemque ſuam in eo collocabunt, & omnes recti homines gloriabuntur.

PA-

accuſent. Sunt & qui velint hîc agi de artibus occultis, quæ à malis, acri meditatione, quæruntur; ſed verba huic interpretationi non favent. Malim ergo in prima adquieſcere, donec meliora innoteſcant.

Adcuratam eorum perveſtigationem abſolvunt] תמנו חפש מחפש *thamenon hhepheſch mehhuppbaſch*, perfecerunt inveſtigationem inveſtigatam. תמנו *thamenon* eſt pro תממנו *thammonon*, à תמם, ut Num. XVII, 13. Sed hic tranſitivè ſumitur. Vide *Joan. Buxtorfium* in Theſ. Gramm. Lib. I. c. 24. in notis ad præteritum verbi כבב. Participium verbo additum Emphaſin auget, ut ſolet repetitio ejusmodi.

Etiam in cujusvis receſſibus] וקרב איש ולב עמק *vekerob iſch veleb hamok*, & intimum viri, aut cujusque, & cor profundum. Vertimus *etiam in*, quaſi eſſet ובקרב *oubkereb*, perſpicuitatis gratiâ, ſenſu non mutato. LXX. Intt. προσελεύσεται ἄνθρωπος καὶ καρδία βαθεῖα, quæ ſenſu propemodum carent, quaſi legiſſent non וְקֶרֶב, ſed קָרַב. *adpropinquavit*. *Aquila* rectiùs: ἔγκατον ἀνδρὸς καὶ καρδίαν βαθεῖαν. *Symmachus*, ἐξ ἐγκάτων ἕκαστος καὶ καρδίας βαθείας. *Hieronymus*: *& cogitatione ſingulorum & corde profundo.* Quin leniùs & convenientiùs totius loci ſententiæ noſtra fluant, non dubitabunt Lectores. Si intelligantur Quæſitores ſcelerum à Deo excitati, ut mihi quidem videtur, & adjuti iis, ex quibus poſſunt occultæ cogitationes patefieri, qualia multa ſunt, ſententia erit: Quæſitores prava malorum conſilia intellecturos, & in lucem protracturos; quod fit aliquando caſibus inopinatis, aut verbis temerè prolatis, ex quibus arcana animi, quæ antea latuerant, cognoſcere licet. Exemplum celebre ejus rei eſt Ibycus, de quo *Nemeſius* de Natura Hominis, Scriptor eruditus & ſapiens, Cap. XLII. ubi de Providentia: εἰ μὲν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἡ παρεπομένη τιμωρία, μᾶλλον δὲ καὶ ἡ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτῶν ἀποκάλυψις, ὅταν, μηδενὸς ὄντος τοῦ διελέγξαι δυναμένου, κατά τινας περιστάσεις ἐμφανίζηται, δεικνύουσι πρόνοιαν εἶναι. Γέμουσι δὲ τῶν τοιούτων ἱστοριῶν αἵ τε τῶν Ἑβραίων καὶ τὰ παρ' Ἕλλησι γράμματα· τοιοῦτον γὰρ ἐρρέθη ἐν τῇ γραφῇ τὸ κατὰ Σωσάνναν πάθος, ἐν δὲ τοῖς παρ' Ἕλλησι τὸ κατὰ Ἴβυκον τὸν ποιητήν. Φονευόμενος γὰρ οὗτος ὑπό τινων, καὶ μηδένα μήτε σύμμαχον, μήτε μάρτυρα τῆς ἐπιβουλῆς ἔχων, θεωρήσας γεράνους, ὑμεῖς ἔφησεν, ὦ γέρανοι τιμωρηταί μοι τὸν φόνον. τῆς δὲ πόλεως ζητούσης τοὺς φονεύσαντας καὶ μὴ δυναμένης εὑρεῖν, ἐπιτελουμένου θεάτρου καὶ τοῦ δήμου καθεζομένου, γέρανοι διίπτανται· θεασάμενοι δὲ οἱ φονεῖς ἐγέλασαν, καὶ ἰδοὺ, εἶπον, αἱ τιμωροὶ τοῦ Ἰβύκου· τῶν πλησίον καθεζομένων τις ἀκούσας ἀπήγγειλε ταῖς ἀρχαῖς· καὶ συλληφθέντες ὡμολόγησαν τὸν φόνον. *Quin etiam pœna, quæ delicta ſequitur, imò delictorum ipſorum detectio, cùm nemo ſit, qui eu poſſit coarguere, quibusdam circumſtantiis innoteſcunt, eſſe Providentiam oſtendit. Plenæ ſunt ejusmodi Hiſtoriis & Hebræorum Scripturæ, & Græcorum litteræ. Talis enim caſus, qui Suſannæ contigit, dicitur Scripturæ, & apud Græcos, qui Ibyco Poëtæ. Hic enim cùm trucidaretur à quibusdam, neque ullum defenſorem haberet, neque teſtem inſidiarum, contemplatus grues, vos, inquit, grues ultrices eſtote cædis meæ. Urbe verò quærente cædis actores, neque valente invenire, cùm theatrum celebraretur & ſederet populus, prætervolarunt grues: quibus conſpectis, riſerunt ſontes, atque en, inquiebant, ultrices Ibyci. E proximè verò ſedentibus quidam hæc audita detulit ad magiſtratus, comprehenſique rei cædem faſſi ſunt.* Rem plures alii narrarunt, ut *Suidas*, in Ibycus, Antipater in Anthol. Epigramm. Lib. III. c. 25. & alii. Sic & Beſſus quidam, è Pannonia, cujus meminit *Plutarchus* Lib. de iis, qui ſerò à Numine puniuntur, ἀποκτείνας τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ πολὺν χρόνον ἐλάνθανεν, ὕστερον δὲ πρὸς ξένους ἐπὶ δεῖπνον ἐλθὼν, χελιδόνων τινὰ νεοσσιὰν τῇ λόγχῃ νύξας κατέβαλε καὶ τοὺς νεοττοὺς διέφθειρε· λεγόντων δὲ (οἷον εἰκὸς) τῶν παρόντων, ἄνθρωπε, τί παθὼν ἔργον οὕτως ἀλλόκοτον ἔπραξας; οὐ γὰρ, ἔφη, μοῦ πάλαι καταμαρτυροῦσιν αὗται ψευδῶς καὶ καταβοῶσιν, ὡς ἀπεκτονότος τὸν πατέρα; θαυμάσαντες δὲ οἱ παρόντες ἐμήνυσαν τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῦ πράγματος ἐξελεγχθέντος ἔτισεν ὁ Βῆσσος τὴν δίκην: *interfecto patre ſuo, longo tempore res latuerat, poſtea verò cùm ad hoſpites quosdam, cœnaturus cum iis veniſſet, hirundinum quemdam nidum lanceâ perfoſſum dejecit, & pullos occidit. Cùm verò præſentes, ut par erat, dicerent: heus tu, cur tu rem ejusmodi tam abſonam feciſti? non, inquit, auditis haſce dudum contra me falſum teſtimonium dicere, & clamare quaſi patrem interfeciſſem. Mirati præſentes verba ſignificarunt Regi, & re comprobatâ Beſſus pœnas dedit.* Duo hæc exempla adtuli, quibus alia multa addi poſſe non dubito, ut hinc liqueret, quomodo homines, non ſine Providentiæ Divinæ nutu, res arcanas, & in animo latentes, in lucem interdum protrahant.

8. *Sagittam in eos immittet Deus*] ויורם אלהים חץ *vaijorem Elohim hhets*, & jaculabitur eos Deus ſagittâ. Subaudiendum enim ב

ante

Laudantur miſericordia & beneficentia Dei in homines, præſertim in fæcundandis, tempeſtivâ pluviâ, agris.

1. PRÆFECTO, CARMEN DAVIDIS, QUOD EST CANTICUM. ². In te adquieſcere, téque laudate par eſt, ô Deus, in Sione; & tibi vota reddentur. IN PSALM. LXV.

PARAPHRASIS.

1. PRÆFECTO Cantorum miſſum Canticum. 2. Te fretos nos eſſe par eſt, & laudes tuas celebrate, in monte Sione, ibidémque vota noſtra perſolvere. 3. O Deus, qui audis preces, te in-

ante חץ, niſi malis interpretati, quaſi ſcriptum eſſet ירה עליהם חץ *jaciat in eos ſagittam.* Sic ſæpe adfixa reſolvuntur, ut docent Grammatici. *Sagittæ* Dei mala dicuntur, quæ malis ejus Providentiâ contingunt, quorum nonnulla reverâ æquè ſubitò ac emiſſæ ſagittæ in eos incidunt. Vide Pſ. XXI, 13. XXXVIII, 3. Job. VI, 4.

Et ſubitò vulnera iis imponentur] פתאם היו מכותם *phitom hajou macchotham.* Subitò fuerunt eorum plagæ; hoc eſt, ſubitò, deprehenſis eorum occultis ſceleribus, perierunt. Initio hujus verſûs וירם legerunt LXX. Int. *jaroum*, ut ſit futurum verbi רום *roum*, altus fuit, non verbi ירה, *jaculatus eſt*; verterunt enim ὑψωθήσεται ὁ Θεὸς, & poſtea βέλος νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν, quaſi פתאם eſſet idem ac פְּתָאִים *pthaim*, ſimplices, parvuli. Sed hæc carent ſenſu. *Aquila* καὶ ῥοιζήσει αὐτοὺς ὁ Θεὸς, quaſi vellet Pſaltes, malos à Deo *jactum iri*, ῥοιζηδὸν, cum ſtridore quodam. Sequebatur βέλη παράχρημα ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν, quorum obſcura, aut nulla ſententia eſt. *Symmachus*, ἀκοντιεῖ αὐτοὺς ὁ Θεὸς βέλος ἀφνίδιον, quaſi Deus malos jaceret, inſtar ſubiti teli, qui vix cuiquam placere queant. *Hieronymus: ſagittabit eos Deus jaculo repentino.* Sed ſatius eſt, פתאם ad ſequentia referre.

9. *Contra ſe ipſi facient ut linguâ ſuâ offendant*] יכשילהו עלימו לשונם *jachſchilouhou halemo lſchonam*, facient impingere eam contra ſe linguam ſuam; ut ſit Pleonaſmus Pronominis demonſtrativi, verbo יכשילו adfixi. Quod alii verbotenus etiam vertunt: *lingua eorum faciet ut ille impingat contra ipſos*, ubi ſit ſingulare הוא pro היו *hou*, loco adfixi pluralis, & verbum יכשילו plurale, quia de multorum Linguis ſermo eſt. Sed nimia hîc eſt numerorum miſtura. Præſtat intelligere hæc de animo fallace, & mendacia mendaciis tegente, quâ re tandem fit, ut in verbis offendant, contra ſuam ipſorum utilitatem; præſertim, ſi in jus vocati, à peritis judicibus interrogentur. כשל in *Kal*, ut notum eſt, pedem offendere lapidi, aut cuipiam alii rei ſignificat. In Hiphil verò הכשיל *hiſchil*, eſt facere ut pes offendat. Hîc, ubi de Lingua agitur, vult Pſaltes, homines mendaces, nimiâ mentiendi libidine, tandem eò devenire, ut dicant quod ipſis noxium eſt. LXX Intt. καὶ ἐξουθένησαν αὐτὸν αἱ γλῶσσαι αὐτῶν, ſed oportuiſſet verti ſaltem αὐτοὺς, ad vitandum Græcè loquentibus ſolœciſmum *Aquila:* καὶ σκανδαλίσουσιν αὐτὸν ἐπ' αὐτοὺς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν, ubi oportuiſſet τὴν γλῶσσαν αὐτῶν. Meliùs *Symmachus:* καὶ πταίσουσι καθ' ἑαυτῶν ταῖς γλώσσαις αὐτῶν, quod vertit Hieronymus: *corruent in ſe ipſos linguis ſuis*, non ſatis propriè. Sic *titubare* Latini dicunt, non tantùm pedibus, quæ propria vocis eſt poteſtas, ſed etiam linguâ.

Vitabúntque eorum congreſſum] יתנדדו *jithnodedou*; hoc eſt, *dabunt operam ut fugiant*, quaſi eſſet יתנוססו *jithnoſeſou*, nam נוד *noud* eſt quidem propriè *vagari*, ſed qui fugiunt aliquem ſæpe huc illuc vagantur, ne in eum incidant. Ideò miſcentur eorum verborum ſignificata. Vide Pſ. XI, 1.

11. *Animi recti homines*] *Recti corde*, ישרי לב *jiſchre leb.*

COMMENTARIUS

In PSALM. LXV.

1. CArmen *Davidis, quod eſt canticum*] מזמור לדוד שיר *mizmor David ſchir.* An eſſent *carmina*, quæ non eſſent *Cantica*, aut *Cantica*, quæ non eſſent *Carmina*, ignorare me fateor, nec proinde definire poſſe, cur hæc nomina aliquando conjunctim, aliquando ſeparatim legantur. Vide Pſ. XXX, 1. XLVIII, 1. LXVI, 1. & duos ſeqq. Libentiùs audiverim aliorum conjecturas veriſimiles, ſi quæ ſunt, quàm ſuſpiciones non ſatis firmas protulerim. *M. Meibomius* hunc quoque Pſalmum edidit, Specim. IV. p. 11. pro more ſuo emendatum quidem, ut putabat, depravatum verò, intolerandâ audaciâ, ut aliis videbitur. Titulo etiam, de ſuo, hoc argumentum addidit, Hebraïcè, Græcè, Latinè & Grammaticè: *cùm poſt longam in vere ſiccitatem, imbrem Deus cum tonitru & levi terræ motu demitteret, Sacerdotibus tum in Dei templo orantibus*: quorum nonnulla ſunt in ipſo Pſalmo.

2. *In te adquieſcere*] לך דמיה *leeba doumijah.* De voce דומיה diximus ad Pſ. LXII, 2. nec videmus cur à ſententia hîc recedamus. LXX. tamen hîc σοὶ πρέπει ὕμνος. Hieronymus: *tibi ſilet laus*, quod abſurdum, cùm in Sione numquam ſiluerit, aut *ſilere* certè debuerit, laus Dei, dum Templum ſtetit. *Meibomius* (qui tamen interpretationum, emendationúmque ſuarum in hoc Pſalmo rationem nullam reddi-

tur. [3]. Qui audis preces, ad te omnis caro veniet. [4]. Verba iniquitatum *mearum* majora erant, quàm ut à me ferrentur, ſed tu delictis noſtris propitiatus es. [5]. Felicem quem elegiſti, & *tibi* admoviſti! Habitabit in atriis tuis, & ſatiabimur bonis Ædis tuæ, *&* Sacrarii Templi tui. [6]. Terrificis factis, pro juſtitia *tua*, nos exaudiſti, ô Deus, auctor ſalutis noſtræ; fiducia omnium finium terræ, maris *&* remotiorum *populo-*

invocantium, ad te omnes homines allicies. 4. Iniquitatum mearum vox nimia erat, quàm ut eas diutiùs ferrem; ſed delictis noſtris, pro tua miſericordia, placatus es. 5. Felicem eum, quem aliis prætuliſti, & tibi admovere voluiſti! Frequens conſpicietur, in tuis atriis, noſque ſatiabimur ſolatio, quod invenire licet, in tuo Sacrario. 6. Terribilibus factis, pro juſtitia tua, nos exaudiſti auxilium tuum invocantes, ô Deus, ſalutis noſtræ auctor, qui deberes eſſe fiducia omnium populorum, qui inſulas co-

reddidit) habet: *tibi conveniens eſt laus*, ex LXX. Int. Sed à nullo verbo deduci poteſt hæc vox דמיה *doumijah*, niſi à דום, quod nihil affine ſignificat, aut à verbo דמה, quod conſtanter eſt *ſimilis fuit*, & unde etiam deduxit *Meibomius*, qui punctat דְּמִיָּה quaſi eſſet pro דֹּמִיָּה, quod eſt participium *Pahel* conjugationis *Kal*. Probari prius oportuiſſet דמה ſignificare *decus*, aut *conveniens fuit*. Poſt לך addit *Meibomius* יהוה *Jehovah*, ut verſum expleat.

Téque laudare par eſt, ô Deus in Sione] תהלה אלהים בציון *thehillah Elohim bTſijon*, laus, ô Deus, in Sione. Repetendum לך *lcha*, tibi laus in Sione; hoc eſt, ad te pertinet. Similis conſtructio eſt Pſ. XXII, 29. & XXIV, 1.

Vota reddentur] *Votum reddetur.* Addit *Meibomius* בירושלם *Jeroſolimæ*, ſine neceſſitate. Conjungit cum hiſce *audiens preces*.

3. *Omnis caro veniet*] כל בשר יבאו *chol baſchar jabou*. Legit *Meibomius*, pro בשר *caro*, בצרה *batſarah*, in anguſtia, ſine ratione, niſi fortè confictæ ab ipſo Metricæ.

4. *Verba iniquitatum mearum*] דברי עונות *dibre havenoth*, hoc eſt, iniquitates, quaſi Græcè diceres πράγματα ἀνομιῶν; nam, ut notum, דבר *dabar*, tam *rem*, quàm *verbum* ſignificat. LXX. Int. λόγοι ἀνόμων, fortè ἀνομιῶν, ut habent *Aquila*, & *Symmachus*, *verba iniquitatum*, ut *Hieronymus*. Non tantùm de verbis, ſed & de rebus hæc videntur intelligenda. *Meibomius* legit: בדברי עונות *bedibre havonoth*, propter iniquitates, ſine cauſa.

Majora erant quàm à me ferrentur] גברו ממני *gaberou mimmeni*, majora erunt, quàm ego. Notus Hebraiſmus, qui pleniùs exprimitur Gen. IV, 15. Perperam idem mutat גברו *gaberou*, in כבדו in *chabedou*, nam quamvis poſterius loquendi genus ſit Hebraicum, non ſequitur prius non eſſe.

Delictis noſtris propitiatus es] פשעינו אתה תכפרם *phſchahenou atthah thechpherem*, delicta noſtra tu ea expiaſti.

5. *Felicem quem elegiſti*] Nempe, populum. *Meibomius* pro אשרי habet *aſchrenou*, אשרינו, *beatus nos*.

Tibi admoviſti] תקרב *thekareb*, hoc eſt, quem ad te propius accedere, ut interioris admiſſionis, voluiſti. De populo hæc dicuntur, qui in atrium Iſraëlis admittebatur, dum alii in atrio Gentium conſiſterent. Alioqui de Levitis, qui intimæ erant admiſſionis dicitur. Vide Exod. XL, 32. Levit. XXI, 17. & alibi.

Habitabit in atriis ſuis.] ישכן חצריך *jiſchchon bhatſarecha*; hoc eſt, frequens erit in tuis atriis. *Meibomius* habet לשכן *liſchchon*, ad habitandum.

Satiabimur bonis] Non tantùm victimis, quarum pars Deo oblata erat, ſed etiam beneficiis, quæ Deum illic orantes impetrabant. Pro בטוב ביתך קדש היכלך *btoub bethecha kdoſch bechalecha*, habet idem טוב בביתך בקדש *bono in domo tua, in ſancto Templi tui*, quaſi in Codd. noſtris quidquam hîc reprehendi poſſet.

6. *Terrificis factis, pro juſtitia tua*] נוראות בצדק *noraoth btſedek*, terribilibus in juſtitia; hoc eſt, miraculis, in noſtri gratiam factis, útque pœnas, pro juſtitia tua, de impiis ſumeres, quibus territi ſunt populi vicini.

Fiducia omnium finium terræ] Hæc, ſenſu exiliore, dicebantur de finibus terræ Sanctæ, non ita latè patentis, quæ aptiùs convenient Gentilibus Deum verum olim ubique culturis. Habenda ergo ſunt hæc vaticinium de vocatione Gentium. Vide Eſai. LXVI, 19.

Maris & remotiorum locorum] וים רחקים *vejam rehhokim*, & maris remoti. Supplevimus *ſ*, quia hæc duo verba conſtrui unà nequeunt. רחקים poſtulat intelligi עמים *populi*, aut ſimile quid. Sed voculæ וים *vejam*, legit *Meibomius* ואיים *veijim*, & inſularum, ex Eſai. LXVI, 19. non abſurdè, quamvis tam facilè poſſemus legere וימים *vejammim*, & marium, quâ voce inſulæ, earúmque incolæ continentur.

7. *Vi tuâ*] בכחו *bchohho*, *in vi ejus*. Sic mutant paſſim Hebræi perſonas, quod Latinè fieri nequit. Non ſunt talia in ipſo textu mutanda, ut auribus noſtris magis placeant, quæ ſunt Hebræis barbaræ, ut nobis ipſi ſunt. Itaque nihil neceſſe fuit ſcribi בכחך *bchohhecha*, in vi tua, ut fecit *Meibomius*, qui paſſim verba ad aurium Latinarum conſuetudinem emollivit.

8. *Compeſcis fremitum marium*] משביח *maſchbiahh*. Legit *Meibomius* משביח *maſchbiith*, faciens ceſſare; ſine dubio, quod שבח *laudare* ſignificat. Verùm ſi hîc locus ſic emendandus ſit, pariter erunt emendanda Pſ. LXXXIX, 10. & Proverb. XXIX, 11. ubi hoc verbum eodem ſenſu occurrit. Fateor non magnam eſſe mutationem, ſenſúmque eumdem ex hac emendatione naſci. Sed quis audebit dicere, ſibi notas eſſe ſignificationes omnes Thematum Hebræorum, quæ tam variæ ſunt? LXX. Int. verterunt hîc συνταράσσων, *Aquila* καταπαύων. *Theodotion* & V. Editio καταπραΰνων, quæ oſtendunt eos eodem modo legiſſe, ac nos; alioqui vertiſſent αἰνῶν, aut ἐπαινῶν.

Soni-

pulorum. [7]. Vi tuâ & cinctus potentiâ montes firmas. [8]. Compeſcis fremitum marium, ſonitúmque fluctuum eorum, & tumultuantem turbam gentium. [9]. Timebunt incolæ finium *terræ* ſigna tua, faciéſque, ut ortus auroræ & occaſus lætas voces mittant. [10]. Inviſis terram, & eam rigas, multúmque ditas. Rivus Dei aquâ plenus eſt,

colunt, & remotiores terras. 7. Potentiâ tuâ facis, ut montes, in locis ubi ſiti, immoti maneant, etiam in medio mari. 8. Compeſcis fremitum fluctuum maris, & tumultum gentium, qui inſulas ejus incolunt. 9. Timebunt, qui extremas incolunt ejus oras tua miracula, & ortus & occaſus lætas mittent voces, propter beneficia à te accepta. 10. Ita curas terram, ut pluviis tuis riges, & omnis generis fructibus dites. Jordanes aqua abundat, & vicinos agros tritico abundantes facit;

Sonitúmque fluctuum eorum] שאון גליהם *ſcheon gallehem*. Delevit hæc *Meibomius*, ut opinor, quòd gloſſema viderentur eſſe antecedentium vocum שאון ימים *ſcheon jammim*. Sed interpretatione hæc opus non habent, præſertim minimè clariore. Itaque ſunt relinquenda, quaſi repetitio Hebraïca, quæ in antiquis Verſionibus etiam legitur.

Tumultuantem turbam gentium] המון לאמים *hamon leümmim*. Fremitus Gentium ſæpe cum maris ſonitu confertur, ut Eſai. VIII, 7 XVII, 12. &c. Pro המון legerunt, ut videtur, LXX. Intt. יהמון *jehemoun*, habent enim ταραχθήσονται *tumultuabuntur*, atque hinc novum comma incipiunt; non ſanè abſurdè. Sed *Aquila*, ὄχλον φυλῶν, & *Hieronymus*: *multitudinem gentium*, ut noſtri Codices.

9. *Timent incolæ finium terræ ſigna tua*] וייראו ישבי קצות מאותתיך *vejireou joſchebe ktſavoth meothotheeha*. *Meibomius* hæc ita emendat & diſponit:

ייראו מאותתיך אלהים
כל ישבי קצות:

Timebunt à ſignis tuis, Deus, omnes qui habitant in finibus, ut duos verſiculos more ſuo conflaret. Sed quis hoc facere auderet in Poëta recentiorum Linguarum, quarum metra multò meliùs novimus, quàm *Meibomius* Hebraica, quamvis ei aliquomodo nota eſſe concederemus?

Faciéſque ut ortus auroræ & occaſus lætas voces mittant] מוצאי בקר וערב תרנין *motſae boker vahereb tharnin*, exitus matutini temporis & veſperam facis lætos clamores mittere. *Ortum auroræ* vertimus *exitus matutini temporis*, intelligimúſque populos, ad ortum Judææ ſitos, cujus latitudo erat ab ortu ad occaſum; quia antè Pſaltes de *finibus terræ* meminit. Sunt autem hæc humiliore & arctiore ſenſu Judææ terræ fines, ſublimiore & ampliore terrarum orbis. מוצא *motſa*, dicitur ortus Solis Pſ. XIX, 7. & auroræ Hoſ. IV. 4. Sed non eſt referendum ad ערב *hereb*, veſperam; Sol enim veſperi dicitur non *exire*, ſed *abire* בוא *bo*, apud Hebræos, & מבוא *mbo*, ejus occaſus. Sic LXX. Intt. ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις. *Symmachus*, τὰς ἀνατολὰς τοῦ ὄρθρου καὶ τὴν ἑσπέραν ὑμνολογούσας ποιήσεις, *Aquila*, αἰνέσεις. Hieronymus, *egreſſus matutini & veſperi laudantes facies*. Sententia eſt, ut dixi, beneficentiâ tuâ facies, ut ab ortu ad occaſum lauderis; quod pleniſſimo ſenſu eſt impletum, cùm Chriſtianiſmus, per totum orbem terrarum, ab ortu ad occaſum, ſparſus eſt, Deúſque, rerum omnium Creator, ubique laudatus.

Cùm ſit hic ſenſus egregius, & cum ſuperioribus optimè conſentiat, *M. Meibomius* non dubitavit tamen locum interpolare, in hunc modum: יוצאים בבקר וערב תרנין אלהים, *exeuntes mane & veſperi* (ad hauriendam aquam) *excitabis, ô Deus, ad frequentes laudes*; quaſi hîc tantùm ageretur de iis, qui poſt ſiccitatem, quâ exaruerant fontes, aquâ poſt pluviam inventâ, Deum laudabant.

10. *Inviſis terram*] Hoc eſt, non eam negligis, ut faciunt qui quod habent non inviſunt. Vide Deut XI, 12.

Et eam rigas] ותשקקה *vatthe ſchokekeah*. In Hiphil eſt *copioſum liquorem præbere*, ut Joël II, 24. IV, 13. nec quidquam vetat in Pohel eſſe *facere ut redundet*. Nimirum, שוק idem ſignificabit ac adfine verbum שקה *ſchakah*; in *Kal*, *bibit*, in *Hiphil*, *bibendum dedit*. Sic כור & כרה ſunt *fodere*, רוץ & רצה *currere*, בוז & בזה *ſpernere* &c. Non erat ergo cur *Meibomius* ſcriberet תשקה *thaſchkeah*. LXX. Intt. habent ἐμέθυσας αὐτήν. *Symmachus* ποτίσεις αὐτήν. Hieronymus: *irriga eam*.

Multúmque ditas] רבת תעשרנה *rabbath thaſchereunah*. *Meibomius* hîc duo mutavit. Primùm pro רבת *rabbath*, quamvis priùs ſæpe *multùm* ſignificat, ut Pſ. CXX, 6. CXXIII, 4. CXXIX, 1, 2. & רבה *rabbah* Pſalm. LXXXIX, 8. Tot loca, propter levem conjecturam hominis, qui Hebraicæ Linguæ cognitionem ex ſolo Vet. Teſtamento haurire potuerat, non ſunt mutanda; quæ ſi ſana habeantur, nihil eſt, quod hîc emendes. Deinde legit in *Hiphil*, תעשירנה *thahaſchirennah*, quod poſſit ferri, quia, cùm levis ſit mutatio, עשר in *Kal* paſſivè ſumitur pro eo, quod eſt *divitem eſſe*, vel *fieri*. Sed quis præſtabit in Lingua, tot anomaliis laborante, primam Conjugationem tranſitivè, æquè ac intranſitivè non interdum ſumtam, cùm ſint multa ejuſmodi verborum exempla. LXX. Intt. & *Symmachus* πλουτεῖν interpretati ſunt.

Rivus Dei aqua plenus eſt] פלג אלהים מלא מים *pheleg elohim male majim*. Nihil hîc eſt, in ſingulis verbis, obſcurum; hoc unum quæritur, quis ſit *rivus Dei*, de quo Pſaltes. Sunt qui velint, *fluvium Dei* dici Jordanem, quaſi magnum fluvium, quia vox *Dei* addita intendit ſignificationem. Sed nuſquam ita vocatur Jordanes, & vox פלג *pheleg* alveum arte factum, non fluvium, ſeu נהר *nahar* ſignificat. Alii ergo, inter quos *Franciſcus Vatablus*, ad Pſalterium editum à *R. Stephano*, Lutetiæ, anno MDLVI, malunt rem ſic intelligere, ut à Pſalte opponatur *rivus Dei* aliis rivis naturalibus, átque adludatur ad Deut. XI, 10, 11.

ubi

eſt, firmas eorum frumentum, nam ſic *terram* conſtituiſti. [11]. Sulcos ejus irriga, glebas ejus demitte, tenuibus pluviis eam dilue, & germinibus ejus benedicito. [12]. Coronas

facit, ſic enim voluiſti. 11. Sulcos ejus irriguos facito, glebas tenuibus pluviis dilue, & ſegetes earum auge. 12. Sic annum copioſo frumento ditas, & nubes demittunt, te volente, tenues pluvias, quæ terram fœcundant. 13. Quapropter paſcua deſertus pluviis madefacta majorem copiam

ubi ſic Moſes: *terra, quam poſſidendam à te ingrederis, non eſt, ut Ægyptia terra, è qua egreſſus es, & in quam ſemen tuum conjiciebas, irrigabáſque tuo pede, ut hortum olerum. Terra, ad quam poſſidendam tranſis, eſt terra montium & vallium, ubi aquam bibes pluviæ cæleſtis.* Hinc colligunt à Davide rivos, qui naſcuntur è pluviis, opponi naturalibus rivis, quaſi diceret: Judæa quidem non abundat fluviis naturalibus, quemadmodum aliæ regiones; ſed ſunt *fluvii Dei*, qui per eam tranſeunt, & ſolum fœcundant. Illi autem ſunt, ut putabat *Vatablus*, fluvii Dei, qui procreantur ex pluvia. Verùm præterquàm quod פלג, ut diximus, non eſt fluvius, ſed rivus arte cavatus; omnes fluvii, ut nunc notum eſt, ex pluvia, nivibus & vaporibus montium naſcuntur, etiam *Nilus*, quem augeri cùm in Æthiopia maximi imbres cadunt, & altiſſimorum montium nives tabeſcunt, nunc ſatis conſtat. In eo tantum differunt Judæa & Ægyptus, quod in Judæam pluviæ ἀμέσως cadunt, neque, niſi circa Jordanem, quà per magnum Campum defluit, ſolum fœcundetur exundatione fluvii, & quòd plures ſunt nativi rivi & fontes per Judæam, qui non ſunt in Ægypto inferiore; unde fit, ut Ægyptii Nili aquam in puteos, aut ciſternas derivatam bibant, aut ex Nilo ipſo hauſtam: cùm Judæi è fontibus & rivis biberent, ſolíque fœcunditatem aquæ pluviæ ἀμέσως in agros decidenti acceptam referrent. Alii voce פלג pluviam intelligunt, ſed aqua, quæ guttatim cadit, per totam Judæam, non poteſt *rivus* vocari, certè nullum exſtat exemplum ejus poteſtatis vocis פלג, in Libris Sacris. Quid ergo erit *rivus Dei*, hoc in loco? Dicam quid conjiciam, donec meliora audiverim. *Rivus Dei* eſt aqua in aquæ ductum collecta, quæ in Templum magnâ copiâ ferebatur, per meatus ſubterraneos, de quibus pluribus diximus ad Pſalm. XLVI, 5. Is autem *rivus*, quamvis numquam prorſus exareſceret, tamen *plenior* fluebat poſt pluviam, de qua hîc ſermo eſt. LXX. Intt. habent: ὁ ποταμὸς Θεῦ. *Aquila*, Διαιρέσεις Θεῦ πλήρεις ὑδάτων. *Symmachus*, ὀχετοῖς Θεῦ μεστοῖς ὑδάτων. Duo poſteriores poſſint reſpexiſſe ad aquæductus, quos dixi, qui פלגים *phlagim*, rivi, dicuntur Pſ. XLVI, 5.

M. Meibomius, eâ fiduciâ, quâ parem neminem habuit, hæc verba tranſtulit poſt verba verſûs 6. *incolæ omnium finium*, & ſic interpolavit:

פלג אלהים מלאות מים
תכין דגנם:

quæ vertit: *ciſternam Deorum impleviſſe aquâ, firmabis frumentum eorum.* Sed quid abſurdius illâ *ciſternâ Deorum*? Explicat in columna Tetraplorum ſuorum, ubi eſt verſio Latina liberior: *Deorum magnum receptaculum.* At פלג nec *ciſterna* eſt, nec *receptaculum*, ſed pars aquæ in alveum manu excavatum derivata.

Firmas eorum frumentum] Nimirum, pluviâ tempeſtivâ, quæ primo vere cadebat, culmi firmabantur & creſcebant; qui alioqui nimiâ ſiccitate exareſcebant, antequàm adoleviſſent. Vide ad Deut. XI, 14. Sed quid hæc, inquies, faciunt ad *rivum Dei*, quo nullæ, aut paucæ ſegetes rigabantur? Fateor ſanè hæc non eſſe cum ſuperioribus aliter connexa, quàm quia eadem pluvia, quæ aquæ ductum Jeroſolimitanum impleverat, omnes Judææ agros rigarat. Nec eſt ſtylus Sacrorum Scriptorum ad elegantiam Græcam & Romanam refingendus. Innumera ſunt alia ejuſmodi, in libris Hagiographis & Propheticis.

Nam ſic terram conſtituiſti] Eſt tantùm תכינה *tocchineh*, conſtituiſti eam; ſed quia vox *terra* remotior eſt, loco pronominis ipſum nomen, ad quod refertur, repetimus. Sententia eſt, ita Deum conſtituiſſe terram Iſraelitidem, ut copioſis pluviis certis temporibus indigeret; quod docet Moſes, Deuteronomii loco adlato.

11. *Sulcos ejus irriga*] תלמיה רוה *thelameha ravveh*, ſulcos ejus inebria, vel imple. *Meibomius* addidit, de ſuo, his verbis, vocem ירעפון *jirhaphun*, quam vertit *ut largiter fluant.* Sed רעף *rahaph*, eſt potius ſtillare, quàm largiter fluere, & ſtillare quidem è ſuperiore loco, quod non convenit ſulcis. Quævis Lexica hæc docebunt, & exemplis confirmabunt. Sed fac eſſe vocem huic loco aptam, quis tamen ex ingenio lacunam (ſi quæ eſſet) auſit ſupplere? Nulline alii voci locus hîc fuit? Nemo ſanus dixerit. Ceterùm תלמים *thlamim* vertimus *ſulcos*, hoc eſt, depreſſiores tractus arati, ut docet *Feſtus*, in ea voce; quia ſequens vox גדודים *gdudim* glebas ſignificat, ſúntque voces Arabicæ, ubi eædem radicales litteræ occurrunt, ac in תלם, quæ *labem terræ* valent. Hinc LXX. Intt. αὔλακας verterunt, *Hieronymus* ſulcos. *Varro* de R. R. loco citato, ubi de aratione: *ſulcant foſſas, quò pluvia aqua delabatur.*

Glebas demitte] נחת גדודיה *nahhath gdudeah.* Quæ *deſcendunt* ea magis eminent, ac proinde ſignificantur partes eminentiores agri, quas Latini *porcas* propriè vocabant. Ac ſanè radix גדד *gadad* ſignificat *congregatus fuit*, unde גדוד *latronum* etiam *globum*, ſeu latrones, qui coierunt, ſonat; & glebæ, quas aratrum non ſcindit, in exiguos tumulos, juxta ſulcorum latera coacervantur. LXX. Intt. πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς, & *Hieronymus*: *multiplica fruges ejus*, quæ Hebraicis minimè conveniunt.

Tenuibus pluviis eam dilue] ברביבים תמוגגנה *birbibim themogegennah.* De priore voce vide notata

ronas annum bonis tuis & orbitæ tuæ *cœleſtes* pinguedinem ſtillant. 13. Stillant paſcua deſerti, & colles exſultatione cinguntur. 14. Veſtiverunt ſe paſcua minutis pecudibus, & valles texerunt ſe frumento; *quæ omnia* lætos clamores edunt & *Deum* canunt.

Lau-

piam fœni proterunt. 14. Ea loca ſunt tecta minutis pecudibus, ut valles ſunt majorem frumenti meſſem ſuppeditant. Hæc omnia fœcundata videntur clamores lætos emittere, & Deum laudare.

PA-

notata ad Deut. XXXII, 1. LXX. Int. σταγόνας; *Symmachus*, ψεκάδας; Syrus, δρόσος. Tenues pluviæ, ſi paullò diuturniores ſunt, terram meliùs diluunt, quàm imbres violenti. Poſterior vox alibi *liquefacere* eſt, hîc *diluere*, quia liquefactioni locus non eſt.

Germinibus ejus] צמחה *tſimhhah*, germini ejus. Voci huic *Meibomius* præfixit כל *omni*, propter brevitatem verſûs: quaſi ſciret, quid deeſſet, ſi modo quid deſit.

12. *Coronas annum bonis tuis*] עטרת שנת טובתך *hiſſartha ſchnath tobathecha*, coronaſti annum bonitatis tuæ. Diſplicuit hoc *Meibomio*, qui ſcripſit השנה *haſchanah*, hunc annum. Nihil mutandum cenſuimus, cùm *annus bonitatis tuæ*, perinde ſit ac *annus bonus tuus*, quamvis Latinè loquentes eadem verborum ſtructura uſi non ſimus. *Coronare* hîc eſt *ornare*, ut Pſ. VIII, 6.

Orbitæ tuæ cœleſtes ſtillant pinguedinem] מעגליך ירעפון דשן *mahgalecha jirhaphoun daſchen*. Rem ita intelleximus, quaſi Deus deſcriberetur curru per nubes vectus, per quas, dum tranſit, tempeſtivas & ſerenas pluvias demittat; quæ, veluti ex currus ejus orbitis defluunt, unde fructus omnes terræ augentur; quod vocatur hîc *pinguedo*, quia veluti impinguatur humus, opportunis imbribus. De Deo per nubes vecto, vide Pſ. XVIII, 11. & ſeqq. CIV, 3. Eſaï. XIX, 1. Nah. I, 3. Addidimus *cœleſtes*, perſpicuitatis causâ. *Meibomius* delevit hinc ירעפו *jirhaphou*, quod antea, ubi nihil opus erat, addidit, quia in proximè ſequentibus verbis repetitur. Sed quis eum docuit, refugiſſe Hebræos ejusmodi repetitiones, quas ne Græci quidem & Latini ſemper vitant? Deinde, quàm pingue eſt hoc loquendi genus, quod fingit: *coronabis orbitas tuas pinguedine?*

13. *Stillant paſcua*] ירעפו נאות *jirhaphou neoth*. De voce נאות diximus ad Pſ. XXIII, 2. ubi oſtendimus paſcua intelligenda; quæ, tempeſtivâ pluviâ madida, magnam herbæ copiam emittunt. LXX. Int. habent πιανθήσονται τὰ ὄρη τῆς ἐρήμου. *Symmachus*, γνοφωθήσονται τὰ ὡραῖα τῆς ἐρήμου. Alius, cujus nomen non editur, ὁμιχλωθήσονται αἱ νομαὶ τῆς ἐρήμου. *Hieronymus*, *pingueſcent paſcua deſerti*. Sed certò conſtat רעף & ערף æquè eſſe *ſtillare*, & de rore ac pluvia dici. Videtur tamen *Symmachus*, & alter Interpres Anonymus legiſſe hîc יערפו *jaharaphou*, aut credidiſſe יערפו idem eſſe, itáque eſſe legendum. Fruſtrà.

Deſerti] מדבר *midbar*. Deſerta illa loca ſunt quidem referta aridis & ſalſuginoſis campis, qui pecudibus alendis idonei non ſunt. Sed ubi ſunt colles, ac proinde valles, umbra ipſa collium, & humor ex iis defluens, in valles, herbam alunt, quam oves & capræ depaſcunt. Hinc mentio fit ovium in deſerto paſcentium, ut I. Sam. XVII, 28. *Meibomius* hîc, ut alibi, ſcribit מרבר, quaſi Codices antiquiores omnibus haberet, in quibus novam hanc vocem inveniſſet.

Colles exſultatione cinguntur] Hoc eſt, paſtores ovium & caprarum circa colles deſerti exſultant, propter graminis copiam. Sic malim rem capere, quàm dicere colles exſultaſſe; neque enim commodè hæc imago exprimitur verbis, quibus utitur Pſaltes, *exſultatione cingi*, quæ optimè conveniunt paſtorum cantibus & choreis, circa eos colles. *Meibomius*, pro imperio, hinc גיל *gil*, quod *exſultationem* ſonat, ejecit; quamvis habeant LXX. Int. ἀγαλλίασιν οἱ βουνοὶ περιζώσονται, & *Hieronymus*, *exſultatione colles cingentur*.

14. *Veſtiverunt ſe paſcua minutis pecudibus*] לבשו כרים הצאן *labeſchou charim hattſon*. Oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 43. כרים *charim* non tantùm *agnos*, ſed etiam *paſcua* dici, quod probat hoc loco, & Eſaï. XXX, 23. *Paſcet pecus tuum, die illo, paſcuum* (כר char) *latum*. LXX. Int. verterunt illic νόμον πίονα, καὶ εὐρύχωρον, hîc habent: ἐνεδύσαντο κριοὶ τῶν προβάτων. *Hieronymus*, *veſtientur agnis greges*. Quarum loquutionum nec exemplum, nec ratio proferri poteſt. Sed paſcua dicuntur *veſtiri minutis pecudibus*, quando iis ſunt tecta. Quâ Metaphorâ valde eleganti, ut ait idem vir ſummus, Cap. 46. ejusdem libri, ſignificat Pſaltes ita obtegi terræ ſuperficiem, ac ſi lanigerum pecus illi eſſet pro indumento. Quod probat ingenti multitudine fuiſſe ejusmodi pecus, quod iis in locis alebatur, ut poſſet dici terra eo *veſtiri*. Sic & Latini terram *veſtiri* vitibus, ſegetibus, ſilvis, floribus, gramine &c. dixerunt. *M. Meibomius* hîc faſtidivit lectionem noſtram, & ſcripſit: ילבשו הרים הצאן *induentur montes ovibus*, quaſi כרים non eſſet vox Hebraïca, aut paſcua non ſignificaret. *Bochartus* putabat כר *char* eſſe contractum ex ככר *chicchar*, campus, planities, ubi paſcentur oves, potiùs quàm in montibus. Sic ex בבת *babath*, factum בת *bath*, pupilla oculi, exiſtimat; quod non eſt prorſus certum.

Valles texerunt ſe frumento] יעטפו בר *jebatephou bar*. Verbum עטף hîc eſt *texerunt ſe*, indutæ ſunt, è ſignificatione Syriaca vocis. Vide & Pſ. LXXIII, 6. Hanc tamen vocem delevit *Meibomius*, quaſi inutilem, aut fortè verſum corrumpentem.

Quæ omnia lætos clamores edunt &c.] Addidi *quæ omnia*, quia deerat nominativus, ex ſuperioribus colligendus; nempe, *paſcua*, *colles & valles*, de quibus antea. Poëtico more hæc deſcribit Pſaltes, quaſi *lætos clamores edentia*, quod tempeſtivâ pluviâ eſſent fœcundata. Proſopopœia eſt, qualis & aliis locis occurrit, ut Pſ. XCV, 11, 12. XCVIII, 8. Eſaiæ

IV,

Laudes Dei, propter beneficia à Deo accepta.

PSALM. LXVI. 1. PRÆFECTO, CANTICUM QUOD EST CARMEN. Deo clangito, univerſa terra. 2. Carmine celebrate gloriam nominis ejus, in honorem *ejus*, laudem ei tribuite. 3. Dicite Deo; quàm terrifica ſunt facta tua! propter magnitudinem tuæ potentiæ, inimici tui tibi mentientur. 4. Tota terra te adorabit, & carmina tibi canet, canet nomen tuum. Selah.

5. Ite

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM ad Præfectum Muſicæ ſacræ miſſum. Deo clanget tota Terra. 2. Carminibus celebrate gloriam nominis ejus, in honorem ejus eum laudate. Dicite Deo; quàm es timendus in operibus tuis, propter magnitudinem tuæ potentiæ? Inimici tui, qui tibi detrahunt, non audebunt facere, præ metu, ſe malè de te loquutos. 4. Totius terræ incolæ te adorabunt, & carmina tibi canent,

IV, 12. Sic & Poëtæ Latini frequenter. *Virgilius* Ecl. V. 28.

—— *Montéſque feri, ſilvæque loquuntur.*
& 62.
Ipſi lætitiâ voces ad ſidera jactant
Intonſi montes, ipſæ jam carmina rupes,
Ipſa ſonant arbuſta &c.

Vide ad Pſ. LXIX, 35.

Deum canunt] ישירו *jaſchiron*; nempe, Deum, quod verrendo, perſpicuitatis cauſâ, ſupplevimus. Hanc elegantiſſimam Proſopopæiam corrupit *Meibomius*, qui poſtquàm totum hunc Pſalmum in Diſticha, pro arbitrio, diviſit, cùm non inveniret verſiculum, quem jungeret cum poſtremis verbis, Diſtichon ſic concepit, ut alterum verſum, de ſuo adſueret:

יתרועו אף ישירו
כל יראי יהוה:

quæ vertit: *ad jubilum ſe invicem excitabunt, & canent omnes, qui timent Dominum*: Quod adſumentum audaciam hominis oſtendit.

COMMENTARIUS
In PSALM. LXVI.

1. C*Anticum quod eſt carmen*] Titulus ſuperioris Pſalmi: *carmen quod eſt canticum.*

2. *Clangito*] הריעו *barihou*, clangite, quia incolas Terræ adloquitur.

3. *Carmine celebrate gloriam nominis ejus*] זמרו כבוד שמו *zammeron chebod ſchemo*, pſallite gloriam nominis ejus. Sive interpreteris hæc, ut fecimus, ſive *nomen glorioſum*, ita ut priùs Subſtantivum vice Adjectivi ſit, perinde eſt. Hortatur Pſaltes ad carmina canenda, quibus laudes Dei celebrentur, nam *Dei nomen* & *Deus* paſſim ſunt ἰσοδύναμα.

In honorem ejus laudem ei tribuite] שימו כבוד תהלתו *ſchimou chabod thehillatho*, ponite gloriam laudem ejus; hoc eſt, laudem ei tribuite, quæ ſit illi honorifica. Conſtruerem voces, hoc modo: שימו תהלתו כבוד *ponite laudem ejus gloriam*, ſeu facite, ut laudes veſtræ illi ſint honori. LXX. Int. δότε δόξαν τῇ αἰνέσει αὐτοῦ. *Aquila*, δότε δόξαν αἰνέσει αὐτοῦ. *Symmachus*, τάξατε εἰς τὸν ὕμνον αὐτοῦ. Quæ ſunt omnia duriora.

Quàm terrifica ſunt facta tua!] מה נורא מעשך *mah nora mahaſchecha*, quàm terribilis operibus tuis. Subaudiendum ב *in*, ante מעשך.

Inimici tui tibi mentientur] Adulabuntur, ut ſolent ii, qui timent ſibi à potentioribus, à quibus ſunt vi ſubacti. Non ſunt hæc ita capienda, quaſi Deus mendacio, vel adulatione gauderet; abſit! Hoc ſolùm vult Pſaltes, tantùm abeſſe, ut inimici Dei Iſraëlis auſuri eſſent laudibus ejus detrahere, & apertè ei debitas negare, ut, præ metu Hebræorum, de eo adulantium in modum loquuturi eſſent. Poſſit & ad ſuperſtitionem reſpici nonnullorum vicinorum Hebræis, qui Deum Iſraëlis non timebant, aut potiùs non reverebantur, ut beneficam Naturam, ſed potiùs maleficam; cujus iram vitare conabantur, cultu ſuperſtitioſo, quamvis eum nequaquam amarent. *Plutarchus* de ſuperſtitioſis, Lib. de ſuperſtitione, p. 167. φοβοῦνται τοὺς Θεοὺς, καὶ καταφεύγουσιν ἐπὶ τοὺς Θεοὺς, κολακεύουσι καὶ λοιδοροῦσι: *horrent Deos, & ad eos confugiunt; adulantur iis, & conviciantur.* Ideò *inimici* Dei ejuſmodi homines meritò dicuntur, nec tantùm quærendi inter Gentiles; ſed etiam inter pravos Judæos, qui non præ amore, & quòd Deo parere eos juvaret, ſed ſolo metu ei ſacra faciebant; quaſi externis tantùm ritibus, ſine animo erga Deum bene adfecto, potuiſſent ſibi favorem ejus conciliare. Idem p. 170. μισεῖ δὲ Θεοὺς καὶ φοβούμενος ἐχθρός ἐστι· κἂν δέδιῃ καὶ προσκυνῇ, καὶ θύῃ, καὶ κάθηται πρὸς ἱεροῖς οὐ θαυμαστός ἐστι· καὶ γὰρ τοὺς τυράννους ἀσπάζονται, θεραπεύουσι, χρυσοῦς ἀνιστᾶσιν, ἀλλὰ μισοῦσι σιγῇ, κάρα θύοντες: *odio habens & timens Deos inimicus* (eorum) *eſt, Quamvis timeat* (eos) *& adoret, & ſacra faciat & adſideat templis, nihil mirum eſt; etenim tyranni ſalutantur, coluntur, aureis ſtatuis honorantur, at clam odio habentur; etiam ab iis, qui* (illis) *quàm maximè ſacra faciunt. Maximus* Tyrius, *Orat.* IV: Εἰ δι-

ειὶ

5. Ite & videte facta Dei, terribilis eſt operibus ſuis, erga filios hominum. 6. Convertit mare in ſiccam *humum*, pede fluvium trajecerunt, ubi in eo lætati ſumus. 7. Potentiâ ſuâ, in perpetuum dominatur, oculi ejus inſpiciunt gentes, & rebelles, ne ſe ſe extollant. Selah.

8. Benedicite, populi, Deo noſtro, & facite, ut laudis ejus ſonitus audiatur. 9. Animæ noſtræ vitam dedit, nec paſſus eſt pedem noſtrum nutare. 10. Nam nos probaſti, ô Deus; & conflaſti, ut conflatur argentum. 11. Induxiſti nos in rete, oppreſſionem lumbis noſtris impoſuiſti. 12. Feciſti, ut homo capiti noſtro inequitaret, ingreſſi ſumus in ignem & in aquam, & nos eduxiſti in *terram* irriguam.

13. In-

canent, & nomen tuum celebrabunt. 5. Date operam, ut cognoſcatis, quæ fecit, & intelligatis quàm ſit metuendus, in iis, quæ fecit hominibus. Convertit alveum maris, in ſiccam humum, nec aliter per ejus alveum tranſierunt homines, quam quæ ſicco pede peragrantur; qua in re, magnam lætitiam ſenſimus. 7. Potentia ejus in perpetuum dominatur, & omniſcientia ejus omnes homines complectitur, ne contumacea ſe ſe nimis extollant.

8. Laudate populi omnes Deum noſtrum, & date operam, ut laus ejus ubique audiatur. 9. Vitam nobis largitus eſt, nec paſſus eſt pedes noſtros nutare. 10. Nam nos probaſti, ô Deus, & purgaſti vitiis noſtris, quemadmodum argentum liquefit, ut ſcoriis purgetur. 11. Induxiſti nos etiam in rete, & paſſus es nos aliquando magno pondere premi. 12. Curaſti ut opprimeret nos homo, ut qui equi dorſum premit. Tranſiimus per ignem fornacum, quo lateres coquuntur,

ἐςὶ καὶ ἀνθρώποις πρὸς Θεὸς ἐπιμιξία, ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος Θεοῦ, ὁ δὲ δεισιδαίμων κόλαξ Θεοῦ· καὶ μακάριος εὐσεβὴς, ὁ φίλος Θεοῦ, δυστυχὴς δὲ ὁ δεισιδαίμων: *Quòd ſi eſt hominibus commercium aliquod cum Deis, pius quidem eſt amicus Deo; ſuperſtitioſus verò adulator Dei. Felix eſt etiam pius, amicus Dei; ſuperſtitioſus verò infelix.* Loquendi genus, quo utitur hîc Pſaltes, exſtat quoque Deut. XXXIII, 29. ubi vide notata, Pſ. XVIII, 45. LXXXI, 16.

4. *Selah.*] Vide ad Pſ. III, 3.

5. *Terribilis eſt operibus ſuis*] נורא עלילה *nora halilah*, terribilis opere, pro בעלילה, *in opere*, ut antea.

6. *Convertit mare in ſiccam* &c.] Ad trajectum maris Erythræi reſpicit, Exod. XIV.

Pede fluvium trajecerunt] Jordanem. Joſ. III.

7. *Ne ſeſe extollant*] אל ירימו למו *al jarimou lamo.* Sic habet *Chethib*, *Keri verò* ירומו *jaroumou*, quomodo legendum; niſi ſubaudiamus לבותם *libbotham*, corda ſua, aut ſimile quid.

9. *Animæ noſtræ vitam dedit*] השם נפשנו בחיים *haſſcham naſphſchenou bahhajim* ponens animam noſtram in vita; hoc eſt, vitam nobis ſervans incolumem.

Nutare] למוט *lamouth*, quod poſſit etiam *titubare* verti. LXX. Intt. εἰς σάλον. *Aquila*, εἰς μετακίνησιν, *Symmachus* σφαλῆναι. Idem, quoad ſenſum.

10. *Nos probaſti*] Vel *exploraſti*, בחנתנו *bahhanthhanou*; nempe, calamitatibus, quæ ſunt inſtar ignis, ſcorias ab argento puro ſeparantis, malóſque à bonis ſecernunt; dum boni eas conſtantar, & intemeratâ Religione ferunt; mali verò à recto veri Dei cultu propterea deficiunt. De fide, quæ Deo habetur, præſtatúrque certum judicium in ærumnis demum ferre licet: quemadmodum de fide, quam homines ſibi mutuam ſervare debent. *Ovidii* verſiculi hac de re noti è Triſtium Lib. II. El. IV, 25.

Scilicet, ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum:
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

11. *Induxiſti nos in rete*] הבאתנו במצודה *hebethanou bammatſoudah*, feciſti nos ingredi in rete; hoc eſt, curaſti nos incidere in inſidias hoſtium, aut paſſus es nos incidere; nam utrovis modo conjugationem *Hiphil* interpretari licet; & cùm agatur de malo *ſenſûs* non *culpæ*, ut loqui ſolent; Deus, auctor ejus, quippe humani generis judex, eſſe poteſt. Bene LXX. Intt. εἰσήγαγες ἡμᾶς εἰς παγίδα, malè *Aquila*, ἐν ὀχυρώματι, & *Symmachus* αὐτὲς πολιορκίας. מצודה *mtſoudah* eſt à צוד *tſouad* piſces, aut feras, & *rete* aut laqueum ſonat. Ezek. XII, 13.

Oppreſſionem] מועקה *mouhakah.* עוק idem apud Hebræos, ac צוק, apud Chaldæos, ſonat, pro ſollemni litterarum ע & צ permutatione; ac proinde eſt *premi*, *opprimi*, *coarctari.* Vide Pſ. LV, 4. & Hamoſ. II, 13. Bene ergo LXX. Intt. θλίψεις, incommodè *Aquila* τριγμὸν, *Hieronymus ſtridorem*, & *Symmachus* κύκλωσιν. Sæpiſſimè errant eruditi illi alioquin Interpretes, in vocibus minùs frequenti uſu tritis.

12. *Capiti noſtro inequitares*] הרכבת לראשנו *hirchabtha lroſchenou.* Quod verti etiam poſſit *impoſuiſti*, nam הרכיב aliquando eſt ſimpliciter *impoſuit*, ut 2. Reg. XIII, 16. Vertimus *inequitare*, ἐφιππάζεσθαι, quia in contumeliam ea vox uſurpatur, ut *inequitare Philoſophiæ*, apud *Macrobium* Saturn. Lib. VII. c. 13.

In ignem & in aquam] Hoc eſt, graviſſima pericula ſubiimus, è quibus difficulter evadere datur; qualia ſunt eorum, qui per medias flammas, ex incenſis ædibus, fugiunt; aut natando fluvios trajiciunt. Vide Eſaï. XLIII, 2. Fortè reſpicit Pſaltes ad pericula, ex quibus evaſerunt Iſraëlitæ in Ægypto, quæ *fornax* ideò dicitur Deut. IV, 20. 1. Reg. VIII, 51. & quum fugientes mare Erythræum ingreſſi ſunt, atque inter aquas ſervati. Cui conjecturæ favent ſequentia verba.

In terram irriguam] לרויה *larevajah*, ſubaudi, ארץ *orets*, terra. Videtur hîc occulta eſſe oppoſitio inter Chananæam, terram fluviis & fontibus irriguam, atque aridas Arabiæ ſolitudines. LXX. Intt. verterunt εἰς ἀναψυχὴν, alius ἀνάπαυσιν, alius παραμυθίαν. Legerunt, nempe, רוחה *revahhah*, quod hoc ipſum ſigniſi-

13. Ingrediar ædem tuam, cùm holocauſtis vota mea tibi reddam, 14. quæ protulerant labia mea, atque os meum, in anguſtia mea, proloquutum erat 15. Pinguia holocautomata, cum ſuffitu arietum, tibi offeram, & juvencos cum hircis. Selah.

16. Venite, audite, & omnibus Dei timentibus, quæ mihi fecerit, narrabo. 17. Eum ore meo invocavi, & linguâ meâ elatus eſt. 18. Iniquitatem ſi viderim in animo meo, ne exaudiat Dominus! 19. Atqui exaudivit Deus, ſonitúmque precum mearum attendit. 20. Benedictus *eſto* Deus, qui non averſatus eſt orationem meam, nec benignitatem ſuam *mihi negavit.*

Deum

tur, ingreſſi, & tandem in irriguam regionem pervenimus.

13. Nunc tuam Ædem ingrediar, cum holocauſtis, quæ tibi offeram, 14. pro votis à me conceptis, cum adverſis rebus premerer. 15. Ejuſmodi victimas accedente arietum ſuffitu, & juvencos, cum hircis tibi offeram.

16. Venite, quicumque Dei timentes eſtis; & à me audite, quæ ab eo beneficia acceperim.

17. Eum ore meo invocavi, & laudibus meis elatus eſt. 18. Tum oravi eum, ne me exaudiret, ſi cujus iniquitatis mihi conſcius eſſem, erga ſalutem. 19. Tum verò Deus probè audiit quæ dicebam, ut poſtea oſtendit, unde colligere erat, veras eſſe preces meas. 20. Laudetur ergo Deus, qui nec eas averſatus eſt, nec benignitatem negavit.

PA-

gnificat. *Symmachus* verterat ὑψηχωρίαν, quaſi legiſſet רהבה *rebhabah*.

14. *Quæ protulerunt labia mea*] אשר פצו שפתי *aſcher phatſu ſchphathai*, quæ aperuerunt labia mea; hoc eſt, quæ ut nuncuparem, labia mea aperui.

In anguſtia mea] בצר לי *btſar li*, in anguſtia (*quæ erat*) mihi. Opponuntur hæc iis, qui erepti periculo votorum immemores ſunt, non ſine Divini Numinis contemtu; quod non indiget quidem noſtris votis, imò ne cultu quidem noſtro, ſed in noſtram ipſorum utilitatem vult à nobis invocari, & reverenter haberi.

15. *Pinguia holocautomata*] עלות מחים *holoth mehhim.* מחים videntur dicti arietes pingues à כמו מח *moahh*, medulla. Vide Eſai. V, 17. Quaſi, quæ medulla maximè abundant, pecudes ſint omnium pinguiſſimæ. Qui plura de voce cupiet adeat *Sam. Bochartum*, Hieroz. P. I. Lib. II. c. 45.

16. *Mihi*] *Animæ meæ*, ut paſſim.

17. *Ore meo*] פי *phi*, pro בפי *ia ore*, hoc eſt, in ore.

Linguâ meâ elatus eſt] רומם תחרת לשוני *romam thahhath lſchoni*, elatus eſt ſub lingua mea. Viri docti putarunt hîc תחרת non *ſub*, ſed *per*, interpretandum eſſe, & res ipſa videtur iis favere. Attamen ſimile exemplum non exſtat. Adferuntur quidem à *Chriſtiano Noldio* duo loca, ſed parum idonea, Pſ. X, 6. *ſub* (תחרת) *ejus lingua fraus, moleſtia & iniquitas*, & Pſ. CXL, 4. *Venenum aſpidis eorum labiis ſubeſt*, At deſumta hæc ſunt à ſerpentibus, quorum dentes ſub vibrata lingua occultè venenum continere credebantur, nec תחרת poteſt in iis verti commodè *per*. LXX. Intt. habent ὕψωσα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν μου, ſed hoc potiùs conveniret laudi, quæ clam fieret, de qua hîc non agit Pſaltes. *Symmachus* verò vertit ὑψώθη παρακεῖμαι ἡ γλῶσσά μου, ſed oporteret legi primum רוממה *romemah*, nam לשון eſt fœminini generis; tum etiam exemplis, aut rationibus, probandum תחרת eſſe aliquando *ſtatim*, aut qui aliter legi queat. *Hieroaymus* tamen habet, *in lingua mea*, hoc eſt, per linguam, & ſic quidem interpretabimur, donec aliquando huic loco lux affulgeat.

18. *Si viderim in animo meo*] Hoc eſt, ſi mihi conſcius ſim illius iniquitatis (in negotio, nempe, aliquo, de quo Pſaltes cogitabat) nolo preces meas à Deo exaudiri. אם ראיתי *im raithi*, ſi viderim; non malè verterunt LXX. Intt. εἰ ἐθεώρουν. Verùm *Aquila*, ἀνωφελὲς ἰδὼν ἐν καρδίᾳ μου, quaſi res ad Deum referenda eſſet, & legiſſet ראה *raah*, vidit, niſi legendum ſit, in hoc fragmento εἰ εἶδον, pro ἰδών. *Symmachus*, εἰ προεῖδον, meliùs vertiſſet εἰ σύνοιδα, *Si mihi conſcius ſum.* Sic enim Græci rem exprimunt.

19. *Atqui exaudivit* &c.] אכן שמע *achen ſchamah.* Particula אכן hic adverſativa ſit neceſſe eſt, ſubaudiendáque eadem verſûs hæc collectio: unde colligere eſt me à Deo reum non haberi, ac proinde non eſſe.

20. *Non averſatus eſt*] לא הסיר *lo heſir*, propriè *non amovit*; nempe, vultum ſuum; ſeu favorem. Vid. Pſ. LXVII, 2. Sed Latinè ſic verti non potuit.

Mihi negavit] Hoc fuit ſupplendum, quia Latinè loquenti deſuit verbum commune, quod eum *precibus* & *benignitate* conjungi commodè poſſet, ut conjungitur Hebræum verbum הסיר *heſir.*

COMMEN-

Deum à populis omnibus laudatum iri.

1. PRÆFECTO PULSATILIBUS, CARMEN QUOD EST CANTICUM PSALM.
2. Deum miſerebitur noſtri, nobis benedicet, faciet, ut vultus ſuus apud nos LXVII.
ſplendeat (Selah;) 3. ut in terra via tua, *ô Deus*, innoteſcat, & liberatio tua, apud
omnes gentes. 4. Laudabunt te Populi, ô Deus; laudabunt te cuncti populi. 5. Læ-
tabuntur, & hilares clamores tollent omnes gentes, quia rectè judicaveris de populis,
& gentes in terram duxeris. Selah.
6. Laudabunt te populi, ô Deus; laudabunt te populi omnes. 7. Terra edidit
fructum ſuum, benedicet nobis Deus, Deus noſter. 8. Benedicet nobis Deus, eúm-
que fines omnes terræ reverebuntur.

Deſcriptio potentiæ Divinæ, in beneficiis Iſraëli collatis, & adhortatio ad eam laudandam.

1. PRÆFECTO, CARMEN DAVIDIS, QUOD ET CANTICUM. 2. Surgat PSALM.
Deus, & disjicientur ejus inimici, fugiéntque ab ejus conſpectu, qui eum odio LXVIII.
habent. 3. Quemadmodum diſſipatur fumus, eos diſſipabis, & quemadmodum lique-
fit cera ante ignem, ſic & improbi, in conſpectu Dei, peribunt. 4. Innocentes ve-
rò

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM ad Præcentorem miſſum, & cum pulſatilibus inſtrumentis canendum. 2. Deum miſerebitur noſtri, bene idem nobis faciet, atque oſtendet favoris ſui clara indicia; 3. ut in terra Judæa innoteſcat, quâ ratione erga Iſraelitas ſe gerat, & apud alias gentes, qui eas liberaverit. 4. Laudaberis à populis, ô Deus, & ratio, quâ populum tuum ab hoſtibus ejus liberaveris. 5. Lætabuntur propterea omnes gentes, & lætas voces ac clamores tollent, quod ita judicaveris de Chananææ gentibus, atque earum loco Iſraelitarum colonias eò duxeris.

6. Laudabunt te populi, ô Deus, laudabunt te populi omnes. 7. Terra protulit copioſos fructus, Deus noſter nobis bene faciet 8. Benefaciet, eúmque fines omnes terræ reverebuntur.

PARAPHRASIS.

1. PRÆFECTO Muſicæ ſacræ miſſum Canticum. 2. Surgat Deus, ejuſque è veſtigio disjicientur ejus inimici; atque fugient ejus conſpectum, qui eum odio habent. 3. Fumi inſtar eos

COMMENTARIUS
In PSALM. LXVII.

2. UT *vultus ſuus apud nos ſplendeat*] Loquendi genus, quo ſignificatur ſerenus & ſavens vultus, deſumtus è Sole, ſine nube, aut nebula, fulgente. Sic Daniel V, 6. de Belſaſare territo: *Mutati ſunt ſplendores Regis*; hoc eſt, ſerenitas vultûs ejus.

(*Selah*)] Hîc præter morem, particula hæc per parentheſin orationi inſerta eſt, quæ ſolet toti orationi ſubjici. Vide ad Pſ. III, 3. & infrà verſ. 5.

3. *Via tua innoteſcat.*] לדעת דרכך *ldahath darchecha*, ad ſciendam viam tuam; hoc eſt, ut lux tua innoteſcat; quæ ſæpius, vel in uno Pſalmo CXIX. *via* vocatur, & alibi paſſim.

4. *Laudabúntque cuncti populi*] Tempore Pſaltæ res potuit intelligi de populis Chananææ vicinis, qui, quamvis aliorum Deorum cultores, fateri tamen cogebantur, Deum Iſraëlis eſſe potentem Deum, propter mirabilia ejus facta, in gratiam populi Hebræi. Ejus rei exemplum vide 1. Sam. IV, 8. Verùm pleniùs multò & præſtantiore ratione hæc impleta ſunt, vocatione Gentium, ad veri Dei cognitionem, à temporibus Jeſu Chriſti.

5. *Gentes in terram duxeris*] *In terram duxeris eas.* Hîc לאמים *leummim* videntur dici Tribus Iſraëlis, quæ, pro multitudine ſua, totidem *gentes*, aut *populi* haberi poterant, & quas in terram Chananæam duxerat. Sed poſſumus, ampliore ſenſu, hæc interpretari de omnibus populis, quibus ſedes in terris dedit Deus, innumeráque largitus eſt, propter quæ Deum meritò laudent; ut hæc pertineant etiam ad vocationem Gentium, ad cognitionem Evangelii.

Selah] Hîc in fine ponitur, pro more, non in medio ſenſu, ut verſ. 2.

COMMENTARIUS
In PSALM. LXVIII.

4. IN *hilaritate publica*] בשמחה *bſchimhhah.* Addidi *publica*, ne nimia hîc eſſet ταυτολογία, & שמחה pro re nata, alibi etiam intelligi debet. Hîc agitur de hilaritate publica, cùm

rò lætabuntur, exſultabunt coram Deo, & gaudebunt in hilaritate *publica*. 5. Canite Deo, carmen dicite nomini ejus, *viam* munite ei, qui vehitur nubibus obſcuris, *decantate* nomen ejus Jah, & in conſpectu ejus exſultate.

6. Pater pupillorum & judex viduarum eſt Deus, in ſacro ſibi habitaculo. 7. Deus facit, ut orbi habitent in familia, vinctos compedibus educit; ſed rebelles in ſiccis *ſolitudinibus* degunt. 8. O Deus, cùm egredereris in conſpectu populi tui, cùm incederes per ſolitudinem, (Selah) 9. Terra tremuit, & Cœli etiam *pluviam* deſtillarunt coram

eos diſſipavit, & ſicut cera liqueſit igni admoto: ſic & mali in conſpectu Dei, coram Deo contabeſcent. 4. Innocentes verò gaudebunt, & coram Deo exſultabunt, in publica hilaritate. 5. Cantica Deo canite, eúmque celebrate, & coram illo exſultate.

6. Deus pupillorum eſt veluti pater, & judicem ſe viduis æquum præbebit, è ſibi ſacro habitaculo. 7. Facit, ut orbi familiam habeant, & vinctos compedibus liberabit; ſed rebelles in aridis deſertis degent. 8. O Deus, cùm eras populo dux, & per ſolitudines iter, cum iis, faceres. 9. Ter-

cùm translata eſt Arca in montem Sionem, ut ſequentia docent. Nec tamen ideò crediderim, Pſalmum hunc conſcriptum eſſe, eo ipſo tempore. Nihil enim vetat poſtea rem, quaſi præſentem, à ſacro Poëta memoratam, & celebratam. Ratio ita ſentiendi petita eſt à victoriis, quas David poſtea de Syriæ Regibus retulit, & de quibus infrà verſ. 13. *& ſeqq.* Itaque in hoc Pſalmo eventus nonnulli inſigniores regni Davidis celebrantur, quamvis non uno tempore contigerint.

5. *Viam munite, qui vehitur nubibus obſcuris*] סלו לרכב בערבות *ſollou larocheb baharaboth*. Si reputemus Pſalmum hunc reſpicere illationem Arcæ Atrio, quod ei paraverat David, in monte Sione, nihil erit hîc obſcurum; ſin minùs omnia erunt tenebris involuta. Nec hoc temerè ſtatui, ex ſequentibus ſatis liquebit. In hoc verſu, jubentur Judæi *munire vias* Deo, hoc eſt, vias purgare, ac explanare, ita ut loca cava adtollerentur, nimis ardua deprimerentur, paludoſa, ſi quæ eſſent, aggere munirentur. Hæc eſt ſignificatio voculæ סלו *ſollou*. Vide Job. XIX, 12. XXX, 12. Eſaï. LVII, 10. Cùm Sacerdotes Arcam bajulaturi eſſent, nihil debuit eſſe in via, ad quod poſſent offendere, præſertim, cùm maxima ſollemnitate omnia, ea in re, ſint facta. Vide 2. Sam. VI. Ideò LXX. Intt. verterunt ὁδοποιήσατε, *Aquila*, ἀποσκολοπίσατε, hoc eſt, demite virgulta, ſi quæ ſint, in via. *Symmachus*, κατασκευάσατε ὁδὸν, *ſternite viam*. Hieronymus: *præparate viam*. Maluimus, more Latino, *munire* dicere. Vertimus בערבות, non *campeſtria*, aut *deſerta*, quia inde non veniebat Arca, ſed domo Obed-edomi, nec diceretur Deus *equitare*, aut *vehi* in illis locis. LXX. Intt. ἐπὶ δυσμῶν, ſed quid eſt τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν? *Symmachus* τῷ ὀχουμένῳ ἐν τῇ ἀοικήτῳ, ſed non magis vehi dicebatur Deus in deſerto, quàm in locis habitatis, neque per ſolitudines delata eſt Arca in Sionem montem. Ergo hîc ערבות interpretati ſumus *nubes obſcuras* à ערב, *hereb*, veſpera; quia Deus nubibus & quidem obſcuris, veluti curru, vehi fingitur poëticè. Vide Pſ. XVIII, 10. *& ſeqq.* Senſus eſt: munite viam Arcæ Dei, qui nubibus vehitur. Ceterùm eos qui *nonam ſphæram*, vel *primum mobile* ſignificari volunt, non pluris facimus, ad hanc rem quod adtinet, quàm Philoſophiam Scholaſticam, unde ejuſmodi ſomnia hauſerunt.

Decantate nomen ejus Jah.] ביה שמו *bejah ſchmo*. Debet ante hæc repeti, è ſuperioribus, זמרו *carmen dicite*. Nomen יה eſt contractio alterius nominis יהוה, quo ſignificatur Deus, qui effecit ut eſſent quæcumque ſunt, útque fierent quæcumque promiſerat, ut diximus ad Exod. C. VI, 3

6. *Pater pupillorum* &c.] Se providentiâ ſuâ præſtat patrem pupillorum, & judicem viduarum; hoc eſt, eorum curam gerit, ab eo invocatus in ſuo Sacrario; cùm ab hominibus improbis negligerentur pupilli, nec viduis jus diceretur ex Legibus.

7. *Facit ut orbi habitent in Familia*] מושיב יחידים ביתה *moſchib jehhidim baitbah*, facient *habitare ſolos in familia*, vel *domi*. יחידים hîc dicuntur qui ſunt *ſoli*, hoc eſt orbi, cùm יחיד *jahhid* ſoleat alioqui dici filius unicus, non vir, qui liberis caret. Verterunt incommodè LXX. Intt. μονοτρόπους. *Aquila* μονογενεῖς, *Symmachus* & *Theodotion* μοναχοὺς, *ſolitarios*, ut habet *Hieronymus*. V. Editio μονοζώνους. Vox ביתה non eſt hîc domus, hoc eſt, ædificium in quo habitent, nihil enim ad rem præſentem facit, éſtque commune omnibus hominibus habere ædes, ſi modò poſſint. *Familia* eſt, ut paſſim, quam cupiunt habere homines *orbi*, & quam concedit iis Deus.

Compedibus] בכושרות *bacchoſcharoth*. Alibi non legitur hæc vox, ſed cùm apud Chaldæos, & Syros, כשורא *aſſerem*, aut *trabem* ſignificet, intelligenda hîc ξυλοπέδη, hoc eſt, trabes aut tabulæ craſſiores duæ, quibus inſunt duo foramina; in quæ pedes inſerere licet, cum ſunt ſeparatæ, ſed è quibus extrahi nequeunt, cùm ſunt conjunctæ & nervis arctè vinctæ, ita ut nemo ſic vinctus incedere queat, aut ſe compedibus expedire.

Ejuſmodi compedes *nervi* Latinè vocari ſolent. Vide de his *Henr. Valeſium* ad *Euſebii* Hiſt. Eccleſ. Lib. IV. c. 56. & V. c. 1. & *Carol. Ducangium* in Gloſſar. Lat. ad vocem *nervus*. Vocem adſequuti non ſunt Veteres Intt. nec recentiores originem ejus aperuerunt.

In ſiccis ſolitudinibus] צחיחה *tſechichah*. Vide Ezek. XXIV, 7. 8. XXVI, 4, 14. Mirum eſt vertiſſe LXX. ἐν τάφοις, *Aquilam*, λαμπηδόσιν, *Symmachum*, καύσωνος ξηρότητι, & *Hieronymum*, *in ſiccitatibus*, ex Syriaca Lingua, quem ſequuti ſumus.

8. *Selah*] Vide ad Pſ. LXVII, 2.

9. *Terra tremuit*] Cùm lex daretur, mons Si-

coram te, ut & hic Sinaïs *commotus eſt* in conſpectu Dei, Dei Iſraëlis. [10]. Imbrem largitionum adſperſiſti, ô Deus, poſſeſſionem tuam, eámque fatigatam confirmaſti, [11]. Cœtus tuus in eo habitat, &, pro tua bonitate, pauperi *neceſſaria* paraſti, ô Deus. [12]. Dominus reſponſum edidit, & *turbarum*, quæ bona nunciarent, magnus *fuit* exercitus [13]. Reges exercituum fugerunt, fugerunt, & domus, quæ *eorum agros* habitavit, diviſit ſpolia. [14]. Si jacueritis inter duos limites, eritis *inſtar* alarum columbæ

9. Terra tremuit, propter tuam præſentiam, éque cœlo imber deſcendit, & mons Sinais tremuit, coram te. 10. Imbres mannæ & coturnicum demiſiſti, ô Deus, quibus imbribus populum tuum, eumque fatigatum, recreaſti. 11. Deinde in promiſſa terra habitavit, in qua neceſſaria ei paraviſti, ô Deus. 12. Dominus reſponſum edidit & turbarum, quæ bona nunciarent, ingens fuit numerus. 13. Regum Chananææ, qui fugerunt & populorum, qui iis parebant, magnus fuit exercitus; ſed fugerunt, & domus Iſraelis eorum agros, diviſis ſpoliis, habitavit. 14. Si fueritis inter duos limites, eritis ſimiles alis columbæ argenteo colore tinctæ, cui junctus eſt

Sinais tremuit, Exod. XIX, 18.

Pluviam deſtillarunt] נטפו *natephou*; nempe, מים aquas pluvias, quæ ſequi ſolent fulgura & tonitrua, quæ memorantur antea verſ. 16.

10. *Imbrem largitionum*] גשם נדבות *geſchem nedaboth*, pluviam liberalitatum. Vide Exod. XXXV, 29. XXXVI, 7. LXX. Intt. βροχὴν ἑκούσιον, *pluviam voluntariam*, ut habet *Hieronymus*, non malè; nam liberalitas nulla eſt, niſi voluntaria.

Adſperſiſti] תניף *thaniph*, quod verbum adhiberi ſolet de oblatione agitata, ut Lev. IX, 22. & alibi. Hìc eſt adſpergere, ut Prov. VII, 17.

Poſſeſſionem tuam] Terram Chananæam, Iſraëlitis, quaſi Dei colonis, datam, ſubinde ſiccitate feſſam pluviâ recreabat. Vide Deut. XI, 10. & Pſ. LXV, 10.

11. *Cœtus tuus*] חיתך *hhajathecha*. Sic vocatur exercitus, aut præſidium 2. Sam. XXIII, 11, 13. Abſurdè τὰ ζῶά σου LXX. Intt. *animalia ſua*, ut habet *Hieronymus*; nam de ſolis hominibus ſermo eſt, & חיתך perinde eſt ac עדתך *hadathcha*. Vide ad Pſ. LXXIV, 19.

12. *Dominus reſponſum edidit*] אדני יתן אמר *adonai jitthen omer*, Dominus dedit verbum. Verba quidem ſat clara ſunt; ſed quò ſpectent, non facilè eſt dictu. Si ex ſequentibus de hiſce judicemus, *ſermo* hîc Dei pertinet ad victoriam inſignem Davidis, quam de hoſtibus relaturus erat; qui ad ortum Jordanis, à Syria vicina ad Euphratem usque, omnes conſurrexerunt in Iſraëlem, ut habemus 2. Sam. VIII. & 1. Ephem. XVIII. Crediderim Davidi editum eſſe oraculum, ore Pontificis Max. veſtibus & collari ſacris induti, quod vocetur hîc אמר *omer*, ut Græcè λόγιον, & quo prædicebatur ei victoria, quam dixi. Ideò *reſponſum* verti. Vide Pſ. LXXVII, 9. & Chabak. III, 8. & infrà verſ. 23.

Turbarum, quæ bona nunciarent &c.] המבשרות צבא רב *hammebaſſeberoth ſſaba rab*, bona nunciantium exercitus multus. Cùm מבשרות participium ſit fœminini generis, oportet ſubaudiri nomen fœmininum, quod quale fuerit nemo certò dixerit. Fortè חיות *hhajoth*, turmæ, aut ſimile quid. *Turbas* poſuimus, quod bene conveniat cum *exercitu multo*. Vulgò intelligunt mulierum, proferúntque exempla mulierum victorias celebrantium. Verùm non mittuntur mulieres à Rege victore, & quidem ingenti numero, quæ bonum nuncium ad ſuos ferant. Si conſtaret, miſſos centum currus, quos ſibi ſervavit David, ex iis, quæ cepit, ſupplendum eſſet מרכבות *marchaboth*.

13. *Reges exercituum*] Qui imperabant exercitibus, qui plures erant. Vide 2. Sam. VIII, 3. & ſeqq.

Et domus, quæ eorum agros habitavit] נות בית *neevath bajith*, habitatio domûs. Intelligitur, ut videtur, domus Iſraëlis, quæ ſola, poſt victoriam Davidis, præfectos habuit habitantes in Syria, quæque ſpolia diviſit. Vide 2. Sam. VIII, 5, 6. LXX. Intt. & *Aquila* verterunt ὡραιότητι τοῦ οἴκου, Hieronymus, *pulcritudinem domûs*. Symmachus, διαίτῃ τοῦ οἴκου.

14. *Si jacueritis inter duos limites*] אם תשכבון בין שפתים *im thiſchchebhoun ben ſchphathajim*. LXX. Intt. ἀναμέσον τῶν κλήρων, *Symmachus* μεταξὺ τῶν κλήρων. Intellexerunt, ut videtur, agros quos ſortiti erant ii, de quibus agitur. *Hieronymus* aptiùs, *inter medios terminos*. שפה *ſchaphah*, labium, dicitur *ora* cujusvis rei, tum etiam *ora* reginnis, hoc eſt, limes, Jud. VII, 22. Videntur intelligi limites duarum regionum, inter quas erant Tribus Gad & Ruben, & dimidia Manaſſæ, ad ortum Jordanis, quarum agri dividebant Moabitæ à Syris, & quæ poterant impedire, ne jungerent regna illa à Davide ſubacta, fœderatos exercitus.

Inſtar alarum columbæ &c.] כנפי יונה נחפה בכסף *chanphe jonah nechphah baccheſeph*, alæ columbæ, quæ tectæ argento; hoc eſt, inſtar columbarum, quarum alæ non ſine ſplendore candent, inſtar argenti, quod multis illuſtravit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. I. c. 2. Sed de columbis dumtaxat agit, nec docet, quo ſenſu hæc dici queant, de iis, qui *jacerent inter duos limites*. Videmus quidem boni quidpiam iis nunciari, ſed quid ſit, non liquet.

Pennarum ejus flavo auro micantium] ואברותיה בירקרק חרוץ *veabrotheah birakrak hhsrouts*, & pennæ ejus in valde flavo auro. Multis idem *Bochartus* probat Ibid. Lib V. c. 6 duplicatione radicalium intendi ſignificationem, ac proinde *aurum flaviſſimum* intelligendum. Deſcribitur ergo columba, cujus corpus eſſet valde flavum, & alæ candentes. *Flavum* etiam colorem, & quidem ſaturum, Intelligi oſtendit *Job. Ludolfus* Comment. in Hiſt. Æthiopicam p. 105. Quid verò ſibi vult hæc comparatio? An argento & auro abundaturos Iſraëlitas, ſi impedirent, ne conſilia & copias,

 con-

bæ argento tectæ, & pennarum ejus flavo auro *micantium*. 15. Cùm in ea *terra* disjiceret Reges Omnipotens, ningebat in Tſalmone. 16. Mons Dei *eſt* mons Baſanitidis, mons gibboſus *eſt* mons Baſanitidis. 17. Cur contenditis montes gibboſi? Montem voluit Deus habere, quem incoleret, imò Jehova eum in perpetuum habitabit.

eſt color aureus. 15. Cùm Deus omnipotens disjiceret Reges in ea terra, ningebat in Tſalmone. 16. Montes Baſanitidis ſunt altiſſimi. 17. Cur verò contenditis altitudine, ô montes, cum monte Sione, quem ut ſedem ſuam eligere voluit Deus, atque in perpetuum habitâbit? 18. Curruum ejus ſunt

conjungerant populi ab iis, ad ortum Jordanis victi? Certè clipeos aureos, vaſaque alia aurea & argentea victis abſtuliſſe narratur David, & à Rege Chamathæ alia vaſa, iiſdem metallis conflata, accepiſſe, 2. Sam. VIII, 7. & ſeqq. Miræ ſunt paſſim comparationes Orientalium, ut liquet vel ex uno Cantico Canticorum, nec ſunt ad noſtra loquendi genera exigendæ, aut nimium urgendæ.

15. *Cum in ea terra disjiceret* &c.] בפרש שדי מלכים בה *bphareſch Schaddai mlachim bah.* Verbum פרש *pharaſch* eſt quidem ſimpliciter *expendit*, *explicuit*; ſed hîc vertendum *diſperſit*, ut Zach. II, 6. & in Conjugatione Niphal *diſperſus fuit* Ezek. XVII, 22. Agit enim Pſaltes de victoria, de qua verſ. 13. Quod ſequitur בה *bah*, in ea, non poteſt referri, niſi ad ארץ *terra*, quod vocabulum, niſi fortè exciderit antea, ſupplendum ex re ipſa. Exercitus enim Regum in Syria devictorum ſparſi ſunt, per eam terram, in qua cæſi fuerant; & ad cujus limites agros habebant Iſraëlitæ, ad ortum Jordanis.

Ningebat in Tſalmone] תשלג בצלמון *thaſchleg bTſalmon.* Si ſit hæc tertia perſona fœminina Futuri *Hiphil*, ſubaudiendum nomen fœmininum, quod quale ſit nemo dixerit, quia verbum hoc non exſtat, niſi hoc loco. Fortaſſe עב *hab*, nubes denſa, quales ſunt nivales, mente ſuppleri poſſet; ita ut intelligatur Deus nivem demiſiſſe, in Tſalmonem, eo tempore, quo David victoriam hanc retulit de Syriæ Regibus. Alioqui ſi ſit ſecunda perſona maſculina, res ad Deum referri poſſet, nec ſunt raræ ejusmodi ad Deum ſubitæ ἀποστροφαί. Verum potuit & mutatis punctis ſcribi תִּשָּׁלֵג, quod ſit intranſitivum, & poſtulet ante ſe nomen *nivis* fœminini generis, quod non exſtet in Bibliis, aut pendeat à voce adſata עב *hab*, ut nubes deciderit inſtar nivis, quod fit frigore aëris præſertim in altioribus montibus. Veteres Interpretes legiſſe videntur in *Niphal* תִּשָּׁלֵג *nive conſperſa eſt*, & ſubaudiſſe *terra*. Eorum verba poſtea proferemus. Interim certum videtur eſſe, eo die, quo victoria de Syris relata eſt, ninxiſſe; ideóque vertimus *ningebat*.

Quæritur deinde, quid ſit צלמון, num ſit quidem mentio collis in Tribu Ephraïmi, eo nomine, qui vicinus erat Sichemo Jud. IX, 48. Sed illic commiſſum non eſt prœlium, & ſequentia verba videntur omnino ſuadere agi de jugo quopiam montium Batanææ, cujus alibi non meminerint Scriptores Sacri, præter quos nullum antiquiorem Scriptorem habemus, unde priſca nomina eorum locorum & montium haurire poſſimus. Itaque non eſt mirum, ſi tam multa ignoremus, in tanta veterum monumentorum penuria; quâ, clara fortè olim, obſcura nunc nobis ſunt.

16 *Mons Dei eſt mons Baſanitidis* &c.] הר אלהים הר בשן *har elohim har Baſchan*, *mons Dei*, *mons Baſan*. Videntur hæc deſcribere *Tſalmonem* altiſſimum, aut inter altiſſimos Baſanitidis, qui ideò dicitur *mons Dei*; notum enim eſt adjectionem nominis Dei ſignificare id, cui adjicitur, in ſuo genere eximium fuiſſe. Vide not. ad Gen. XXIII, 6.

Mons gibboſus eſt mons Baſan] הר גבננים הר בשן *har gabnunnim har Baſchan*; hoc eſt, qui habet multos editiores colles, aut altiora multa juga, πολύζυγος, aut πολυδειράς voce Homericâ. Extendebatur antiqua Baſanitis, aut Batanæa à torrente Jabbok ad auſtrum, ſeptentrionem versùs ad fines uſque Syriæ; eſque ad ortum fuerunt montes illi, quibus *Galaadi* impoſitum nomen, antiquis temporibus, fuerat, ut Geographiæ Sacræ Scriptores docebunt. Poſtea Batanææ nomen hæſit uni tantum parti; ceteræ erant Trachonitis, Ituræa & Gaulonitis. *Trachon* præſertim montibus abundabat, ideóque eum nomen videtur conſequuta à Græcis, *aſperam* enim ſignificat. Veteres tamen Interpretes nomen *Baſan* ita ceperunt, quaſi pinguis terra ſignificaretur, quod revetâ pinguis eſſet Batanæa. LXX. Intt. ſic locum verterunt: ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον βασιλεῖς χιονωθήσονται ἐν Σελμων, ὄρος τοῦ Θεοῦ ὄρος πῖον, ὄρος τετυρωμένον ὄρος πῖον. Putarunt הר גבננים eſſe montem inſtar caſei, quod גבינה *gbinah* ſit caſeus; quaſi gibboſus, hoc eſt, τυρὸν Græcè. *Symmachus*: ὁπότε διεμέριζεν ὁ ἱκανὸς βασιλεῖς ἐν αὐτῇ, ὡς χιονωθεῖσα ἐν Σελμών, ὄρος Θεοῦ ὄρος εὐτροφίας, ὄρος ὑψηλότατον ὄρος εὐτροφίας. Præſtitiſſet multò nomen proprium *Baſan* retinuiſſe. Attamen ſic etiam *Hieronymus*: *cùm divideret robuſtiſſimus reges in ea*, *nive dealbata eſt in Salmon*, *mons Dei mons pinguis*, *mons excelſus*, *mons pinguis*.

17. *Cur contenditis*] למה תרצדון *lamah tharatſadoun.* Cùm nusquam alibi exſtet hoc verbum, nec circumſtantiæ loci ſignificatum ejus oſtendant, ſequuti ſumus *Aquilam*, *Symmachum*, *Theodotionem* & *Hieronymum*, quorum primus & tertius habent ἐρίζετε, ſecundus περισπουδάζετε, ultimus *contenditis*. Poëticè Vates ſacer tribuit montibus Baſanitidis contendendi ſtudium, quod erat accolarum; Syrorum, ſcilicet, qui Baſanitidem, quæ fuit dimidiæ Tribûs Manaſſæ, invaſerant, & de imperio cum Davide contendebant, nec procul ab iis locis prælium committere auſi ſunt; quaſi eo bello hoc ageretur, utrum Syri Batanææ jam domini, an verò David imperarent; vel ποτέρως utrum montium Batanææ, an verò Sionis imperium futurum eſſet. Alii ex Arabica lingua vertunt *obſervatis*, *inſidiamini*, quæ ſignificationes rei non ſatis conveniunt.

Montem voluit habere Deus] ההר חמד אלהים *hahar*

bit. [18]. Curruum Dei ſunt duæ myriades, & millia iterata. Dominus eſt in iis, *in* Sinaï *&* in Sacrario. [19]. Adſcendiſti in altiora, abduxiſti captivos, cepiſti dona in hominibus, & rebelles etiam ut *alia loca* habitarent, ô Jah Deus. [20]. Benedicatur Dominus ſingulis diebus, qui impoſuit nobis *legem*, Deus *auctor* ſalutis noſtræ. (Selah.)

21. Deus

ſunt plures Angelorum myriades, in montibus Sinaï, atque in Sacrarii Jeroſolimitani monte

19. Altiora loca petiiſti, atque abduxiſti captivos, & rebelles, ut alia loca incolerent, ô Creator.

20. Lau-

hahar hhamad elohim, montem cupiit Deus, ubi, nimirum, veluti ſedem imperii ſui poneret.

18. *Curruum Dei ſunt duæ myriades*] רכב אלהים רבתים *recheb elohim ribbothajim.* Solet vox רכב nomen eſſe multitudinis, quamvis ſingulari numero, ut docebunt Concordantiæ. Ceterùm hîc numerus *duarum myriadum* & *millium iteratorum*, perinde eſt ac ingens numerus, & quantum nemo Regum habere poterat. Intelliguntur, nempe, Angeli. Vide ad Deut. XXXIII, 2. Non malè LXX. Intt. μυριοπλασίων, hoc eſt, plurium myriadum verterunt.

Millia iterata] אלפי שנאן *elphe ſchinan*, millia iterationis; id eſt, quorum numerus mille millenis ſæpius iteratis non exhauritur; ſeu infinita multitudo. At LXX. Intt. χιλιάδες εὐθηνούντων, quaſi legiſſent שאנן ſchaanan, *tranquillorum.* *Symmachus*, χιλιάδες ἠχοῦσαι, quod quid ſibi velit, non facilè intellectu. *Hieronymus*: *currus Dei innumerabilis millia abundantium*, quæ carent fermè ſenſu. Melius Rabbini שנאן deducunt à שנה *iteravit*, quamvis vox hîc tantùm legatur, nec poſſit exemplis clarior fieri. Videtur eſſe vox arithmetica, & fortè à Tyriis deſumta.

Dominus eſt in iis &c.] אדני בם סיני בקדש *adonai bam Sinai baikodeſch*; Dominus in iis Sinaï in Sanctuario. Supplendæ particulæ duæ ב nempe, ante vocem סיני & ך ante ſequentem. Sententia eſt Deum Iſraelis primùm in monte Sinaï, cinctum myriadibus Angelorum, præſentem ſe ſiſtiſſe, deinde etiam in Sacrario Sionis. Vide ad Deut. XXXIII, 2.

19. *Adſcendiſti in altiora*] עלית למרום *halitha lemarom*, adſcendiſti in altitudinem. מרום hîc videtur veluti ſublime quoddam tribunal; ex quo Deus Syros damnaverit, & damnatos Hebræis cædendos præbuerit, quod jam obſervavimus ad Pſ. VII, 5.

Abduxiſti captivos] שבית שבי *ſchabitha ſchabi*, abduxiſti captivitatem, nempe, Syrorum, quos captos, pro more eorum temporum, in ſervitutem redegit David. Id Deus feciſſe dicitur, quia per Davidem fecit.

Cepiſti dona in hominibus] לקחת מתנות באדם *lakbaktha matthanoth baadam* A Syris nempe, quos David ſibi vectigales fecit, cùm *impoſuit præſides Aramæis Damaſcenis*, qui ejus *ſervi facti ſunt*, ad eum *munera adferentes*, ut habetur 2. Sam. VIII, 6.

Rebelles etiam, ut alio loco habitarent] ואף סוררים לשכן *veaph forerim liſchchon*, etiam rebelles ad habitandum: nempe, alio loco. Deſignari videntur duces nonnulli inſigniores rebellium, quos David abduxit in Judæam; ut illic habitarent, non in Syria, ubi iterum novas res moliri potuiſſent, & ſubactus ad rebellionem concitare.

Sublimiore ſenſu, ſuperiora verba Paulus Chriſto aptat Epheſ. IV, 8. ubi donis Spiritûs Sancti in Chriſtianos, à Chriſto, effuſis memoratis; *propter quod dicit*, inquit, *adſcendens in altum captivam duxit captivitatem*, *dedit dona hominibus*; quod interpretatur de donis, quibus inter homines diviſis, *dedit quosdam quidem Apoſtolos*, *quosdam autem Prophetas* &c. Captivi abducti hîc non debent nimis urgeri, ſi propriè enim loquamur, captivos nullos Chriſtus in cœlum duxit, cùm in id ſublatus eſt; ſed intelliguntur ii, qui antea vitiis ſuis Dei hoſtes fuerant, quos Chriſtus per Apoſtolos veluti captivos, ut in poſterum Deo vero ſervirent, in Eccleſiam ſuam intromiſit. Pro *cepit dona in hominibus* באדם *baadam*, habet Paulus ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις, unde colligit *Eduard. Pocockius*, in Notis miſcellaneis ad Portam Moſis, Cap. II. לקח *lakbak* olim ſignificaſſe etiam *dedit*, ut ſunt plura alia verba, quemadmodum oſtendit; quæ, apud Hebræos, duo contraria ſignificarunt. Mallim tamen, cum aliis hæc ita capere, quaſi Paulus hoc voluiſſet, Chriſtum ſumſiſſe dona à Deo, quæ hominibus daret, nam לקח ſimile quid ſignificat, pluribus in locis, ut Exod XVIII, 12. ubi dicitur Jethro, ſocer Moſis, *cepiſſe holocauſtum & victimas Deo*; nempe, offerendas, & Cap. XXV, 1. ubi jubentur Iſraelitæ *capere elatum donum*; Deo, ſcilicet, offerendum. Certum eſt hæc verba, *adſcendit in altum*, in Chriſtum proprio ſenſu quadrare, qui è terra adſcendit in cœlum, Deo verò metaphoricè tantùm; quod adtendi etiam vult Apoſtolus, qui recitatis Pſaltæ verbis illico ſubjicit: *quod autem adſcendit*, *quid eſt niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ?* (in ſepulcrum) *Qui deſcendit ipſe eſt*, *& qui adſcendit ſupra omnes cœlos.* Ideò Paulus, ex conſuetudine Judæorum, qui loca Meſſiæ aptabant, quæ meliùs ei, ſenſu proprio, conveniebant, quàm iis, de quibus agitur; Pſaltæ verba, jure ſuo, interpretatus eſt.

Qui impoſuit nobis legem] יעמס לנו *jahamos lanou.* Ante hæc verba ſubaudiendum אשר *qui*, & poſt תורה *thorah*, aut תורתו *thoratho*, legem ſuam. Verbum hoc de onere corpori impoſito propriè paſſim, & tralatitio ſenſu de jugo imperii ſumitur, 1. Reg. XII, 11. Cùm verò nullum aliud jugum comminiſci poſſem, Hebræis impoſitum, cujus causâ Deo quotidie benedicere, ſeu gratias agere poſſent, & deberent, præter Legem iis latam, vocem hanc ſupplevi. Quæ Moralia ſunt in Lege non ſunt jugum, quod difficulter feratur, cum ſint ipſa Lex Naturæ; nec cærimoniis adſueti, ægrè eas patiebantur, ac proinde erat, cur Deo gratas quotidianas rependerent.

21. De-

21. Deus eſt nobis Deus, ad liberationes, & Domini Jehovæ ſunt exitus mortis.
22. Certè transfiget Deus caput inimicorum ſuorum, *&* verticem crinitum *ei, qui* vivit
in ſuis delictis. 23. Dixit Deus: è Baſanitide faciam ut redeant, *imò* reducam è pro-
fundis maris; 24. ut figas pedem tuum in ſanguinem, *útque* linguæ canum tuorum ex
eodem hoſtium *ſanguine lambat.*
25. Viderunt vias tuas, ô Deus, vias Dei mei ac Regis mei, *qui* in Sacrario *habi-
tat*. 26. Præiverunt cantores, poſt quos fuerunt, qui inſtrumenta pulſant inter virgi-
nes tympanum pulſantes. 27. In cœtibus benedicite Deo Domino, *vos qui eſtis* è fon-
te

20. Laudetur quotidie Dominus, qui nobis tulit Leges, & qui eſt ſalutis noſtræ auctor. 21. Se præſtitit nobis Deum nos liberando, & morte à nobis amovendâ. 22. Profectò Deus capita ſuorum hoſtium transadiget telis, & cranium eis, qui peccatis pertinaciter adhærent. 23 Dixit verò Deus ſe facturum, ut Iſraelitæ è Baſanitide redirent in Judæam, imò etiam è fundo maris, 24. ut figerent pedes in ſanguine hoſtium, utque eorum canes eum lamberent.

25. Viderunt, quî Deus, ſeu Divina Providentia res humanas regat; & quomodo ſe Rex gerat, qui in monte Sione habitat. 26. Præiverunt cantores, qui altâ voce canebant; eóſque, qui inſtrumenta muſica pulſabant, & puellæ, quæ tympana habebant. 27. In ejuſmodi cœtibus laudate Deum, quotquot è Jacobo oriundi eſtis. 28. Illic videre licuit Benjaminitas, qui primi incedebant, quamvis minimè ſit ea prima Tribuum. Tum ſequebantur Judæ Tribûs primores, cum tri-

21 *Deus eſt nobis Deus*] האל לנו אל *hael lanou el*, hoc eſt, ſe nobis faventem præſtat, nam Deum eſſe alicui, vel alicujus, eſt ei præ ceteris favere. Vide ad Gen. XVII, 8.

Domini Jehovæ ſunt exitus mortis] ליהוה ארני למות תוצאות *lelohim adonai lammaveth thotſaoth*. LXX. Intt. habent tantùm τῦ κυρίυ αἱ διέξοδοι τῦ θανάτυ, ſed omiſſum eſt alterum κυρίυ, quod eſt in verſione Latina repetitum. *Symmachus* ſimiliter τῦ κυρίυ τῦ θανάτυ, unde colligere licet nativo litterarum יהוה ſono ſubſtitutum non fuiſſe, hoc loco, iis temporibus, ſonum vocis אלהים *elohim*, ne bis *adonai* pronunciaretur. At *Hieronymi* ævo hoc jam invaluerat, cùm habeat; *Domini Dei mortis egreſſus*. Voces *exitus mortis* למות תוצאות *lammaveth thotſeoth*, negotium hîc faceſſunt, nam primùm ordo, ex conſuetudine Linguæ Hebraïcæ, deberet eſſe תוצאות למות *thotſeoth lammaveth*, exitus ad mortem. Vide Prov. IV, 23. Ezek. XLVIII, 30. Deinde ſenſus eſſe queat; ut decedere de vita ii neceſſe habeant, quos Deus diutiùs vivere non vult; vel, ut impediat, ne decedant de vita, quos diutiùs incolumes eſſe cupit. Rationem inverſionis vocum puto eſſe ὁμοιοτελεύτων neceſſitatem, ut מוצאות reſpondent τῷ מושעות *moſchehoth*, quod anteceſſit. Ceterùm ipſum loquendi genus, utroque modo ſimul intelligi queat, ita ut dicatur Deum vitæ imponere finem, vel eam producere, prout vult. Vide Deut. XXXII, 39.

22. *Transfiget*] ימחץ *jimhhats*. Vide Num. XXIV, 8. Jud. V, 26.

Verticem crinitum] קדקד שער *kodkod ſchehar*, Verticem crinis. Intelliguntur Arabes, & vicini fortè aliquot populi, qui circumquaque crines adtondebant, ut in vertice ſolo prolixi eſſent, qui crines vocabantur σισόη. Qua de re egimus ad Levit. XIX, 27. LXX. Intt. habent κορυφὴν τριχῶν, hoc eſt, ut Græci loquebantur, útque habet *Symmachus*, κορυφὴν ὑλότριχον, capillatum verticem. Adi & *Hadr. Junium* de Coma Cap. VI. ex Ed. Roterodamenſi an. MDCCVIII.

Ei qui vivit in ſuis delictis] מתהלך באשמו *mithhallech baaſchamau*, ambulanti in ſuis delictis. Arabas reſpicere quoque hîc videtur, efferam gentem & in latrociniis perpetuò viventem, ſine ſpe emendationis; quod ad hæc uſque tempora durat, inter *Beduinos*, hoc eſt, Arabas in Eremis agentes. Vide ad Gen. XVI, 12.

23. *Dixit Deus*] Vide ad verſ. 12.

E Baſanitide faciam ut redeant] De exercitu Davidis, quem Deus incolumem, unà cum Rege, reduxit, intelligenda hæc videntur.

Imo reducam &c.] Non tantùm è Baſanitide reduces præſtabo copias, quamvis cum magnis exercitibus iis ſit pugnandum; ſed vel ſi in profunda maris incidiſſent; hoc eſt, è gravioribus etiam periculis. Pſ. LXIX, 16. LXXXVIII, 7.

24. *Figas pedem tuum in ſanguinem*] Hoc eſt, per ſtrages hoſtium interfectorum redeas, & pedem figas in eorum ſanguine. Vide Pſ. LVIII, 11. Hîc eſt תמחץ, pro eo, quod diximus *figas*, quia exundante ſolo ſanguine hoſtium, tectóque eorum cadaveribus, neceſſariò pedes ſunt in ſanguine figendi, ſi illac tranſeundum ſit.

Ex eodem hoſtium ſanguine lambat] Eſt tantùm מאיבים מנהו *meojebim minnehou*, ex hoſtibus, ex illo. Supplendum *lambat*, aut *bibat*, ילקק *jilkok*, vel ישתה *jiſchtheh*, quorum verborum alterutrum, aut aliud ſimile videtur excidiſſe; nam verbum תמחץ, quod anteceſſit, hîc commodè repeti non poteſt. Ideò *Symmachus*, λάψῃ ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν.

25. *Viderunt vias tuas, ô Deus* &c.] *Viæ Dei* ſunt ratio, quâ ſe gerit Deus, ut Pſ. LXVII, 3. & ſæpe alibi. Senſus ergo eſt: cùm animadvertiſſent Hebræi, quâ ratione ſe Deus cum ipſis geſſiſſet, &c.

26. *Præiverunt cantores* &c.] Hoc eſt, qui altâ voce canebant, cum inſtrumenta muſica & tympana pulſantibus obviam iverunt Davidi, cum exercitu è victoria reduci. Sic Jephthei filia obviam patri victori proceſſit Jud. XI, 34.

27. *Vos, qui eſtis è fonte Iſraëlis*] ממקור ישראל *mimmekor Jiſraël*; hoc eſt, qui eſtis è protapia Iſraëlis, à quo, tamquam è fonte, ortum ducitis. Opponuntur hîc ex Hebræa ſtirpe, ab

te Iſraëlis. [28]. Ibi Benjamin exiguus, qui iis præeſt; Judæ principes, & eorum cœtus; principes Zabulonis & principes Nephthalis. [29]. Conſtituit Deus tuus potentiam tuam; confirma, ô Deus, hoc, quod feciſti nobis. [30]. E Templo tuo, *quod* Jeroſolimæ imminet, tibi offerent Reges munera. [31]. Increpa feram, *quæ in* cannis degit, congregationem taurorum, cum juvencis populorum. Conculcat *Deus* fragmenta argenti, diſpergit populos, *qui* præliis delectantur. [32]. Venient optimates ex Ægypto,

bulibus ſuis; quos ſequebantur principes Zabulonitæ & Nephthalitæ. 29. Talem eſſe voluit Deus tuam potentiam. Confirma verò, ô Deus, hoc ipſum, quod in noſtri gratiam feciſti. 30. In Templo tuo, quod Jeroſolimæ imminet, tibi Reges Judæ ſacra facient. 31. Increpa vero feram Ægyptiam, quæ in ſuis cannis latet, & eos, qui poſſunt dici ejus proceres, & eos, qui ſunt minoris auctoritatis; quorum priores poſſimus vocare Tauros, & poſteriores Juvencos. 32. Venient Optimates ex Ægypto, quos ſequentur Chuſitidis incolæ.

33. O

ab ultima uſque origine orti, Proſelytis, aut qui ab iis eſſent oriundi.

28. *Ibi Benjamin exiguus*] Sunt qui intelligunt צעיר *tſahir*, parvus, de Benjamine, qui fuit filiorum Jacobi natu minimus; ſed præſtat de exiguo numero Benjaminitarum rem capere, quia exitiali bello ad paucos redacti fuerant, de quo Jud. XX, 44. & ſeqq.

Qui iis præeſt] רדם *rodem*; quòd è Benjaminitis quidam præceſſerint pompam, quæ obviam Davidi ibat. Alioqui רדה *radah*, eſt *dominari*, ſed nihil vetat metaphoricè ſumi, pro eo, quod eſt rei cuipiam præeſſe.

Et eorum coetus] רגמתם *rigmatham*. Hîc tantùm ea vox extat. LXX. ἡγεμόνες αὐτῶν, ut nonnulli רגם *regem*, de principe interpretantur Zach. VII, 2. Sed eſt nomen proprium. *Hieronymus*, in *purpura ſua*, quaſi idem eſſet ac ארגמן *argaman*, purpura. Alii *cœtum*, quaſi *lapidum acervum* vox propriè ſignificaret, à רגם *ragam*, lapidibus obruit, deinde translatum eſſet ad ſignificandum *cœtum*. Quod ſequuti ſumus, quia melius nihil occurrebat. Videntur homines è Judæ & Benjaminis tribubus obviam Davidi proceſſiſſe, ut celebrarent & gratularentur ei victoriam, quòd ſingulari ratione ei adhærerent; quippe qui in utraque Tribu ſedem imperii, Jeroſolimæ, nempe, ambigui juris inter eas urbe, collocaverat.

Principes Zabulonis & principes Nephthalis] Videntur harum Tribuum principes occurriſſe Davidi, quòd Zabulon ſolo Jordane, & Nephthalis ſolo Geneſarethico lacu à finibus, quos Syri invaſerant, diſterminarentur; nam Syri totam Baſanitidem, quam dimidia tribus Manaſſæ tenuerat, occupaverant, ad ortum Jordanis.

Conſtituit Deus tuus potentiam tuam] צוה אלהיך עזך *tſivvah elohecha huzzecha*, præcepit Deus tuus potentiam tuam; eam, nempe, mandatis ſuis conſtituit, dum ſignificavit, velle ſe te Hebræorum Regem eſſe. Vide Pſalm. II, 6. & ſeqq. צוה hoc ſenſu uſurpatur Pſ. VII, 10. LXXI, 3. & alibi.

Confirma, ô Deus, hoc, quod feciſti] עוזה אלהים זו פעלת *houzah elohim zo phahaltha*. עוזה Imperativus eſt à עזז *hazaz*, in Kal, cum ה paragogico, & quod tranſitivè hîc ſumitur, ut & alibi.

30. *Quod Jeroſolimæ imminet*] על ירושלם *hal Jeruſchalem*, ſupra Jeroſolimam; partem certè Jeroſolimæ, vallibus, nimirum, ſubjectis. *Templum*, hoc tempore, dicitur locus, in quo erat Arca, in monte Sione.

Munera] שי *ſchai*, munus. Vide Pſ. LXXVI, 12. Eſai. XVIII, 7. Ex Arabiſmo derivant, ubi radix adfinis eſt *valuit*. Sed de re conſtat, Etymologia non ita certa. LXX. Intt. δῶρα, Hieronymus *munera*. Chaldæus קורבניא *oblationes*.

31. *Feram, quæ in cannis degit*] חית קנה *hhajath kaneh*, feram cannæ. Refert hæc ad Hippopotamum *Sam Bochartus*, Hieroz. P. 2. Lib. V. c. 15. tamquam emblema populi Ægyptii, de quo voluit agi Chaldæus Interpres; quia ſtatim mentio fit *taurorum* & *vitulorum*, quos colebant Ægyptii. Nili & vicinorum lacuum ripas cannis ſcatere, idem *Bochartus* pluribus oſtendit, atque in iis Crocodilos & Hippopotamos latere. Vide Job. XI, 16. Poſſet etiam hic locus verti: *coetus cannæ*, pro alia ſignificatione vocis חית *hhajath*, de quo diximus ad hunc Pſ. LXVIII. ut ipſe populus Ægyptius intelligatur, cujus copiæ ad ripam Nili, aquæ causâ, caſtra ponebant. Quod confirmatur ſequenti voce עדת, quæ *congregationem* ſignificat; ſolent enim Hebræi eadem diverſis verbis exprimere, ut omnibus notum.

Congregationem taurorum] עדת אבירים *hadath abbirim*. Vox hæc & *fortes* & *tauros* ſignificat; ſed mentio ſubjecta *vitulorum* facit, ut *tauros* vertant; cùm *tauri* ſint etiam fortes, ut robuſtiores milites Ægyptii ſignificentur.

Cum juvencis populorum] בעגלי עמים *behagle hammim*, in vitulis populorum; hoc eſt, cum minùs fortibus, quales ſunt vituli, ſi conferantur cum tauris. Sic apud Jeremiam c. XLVI, 20. *vitula formoſiſſima* dicitur Ægyptus.

Conculcat Deus fragmenta argenti] מתרפס ברצי כסף *mittrupphes brattſe cheſeb*. Supplevimus *Deus*, quia vix alius hæc facit, quæ hîc dicuntur, & paſſim hæc vox ſubaudienda. *Fragmenta argenti* hîc vocari putamus ſtatuas argenteas Deorum, quæ perculſæ franguntur. רצים *rattſim* alibi non legitur, ſed eſt à רצץ *ratſats*, *conquaſſavit*, *attrivit*. Itaque Deus deſcribitur, quaſi conculcatione in fruſta ſtatuas frangens, ut deprimantur commenticii Dii, & veri ſolius potentia attollatur. Fortè hæc reſpiciunt ad *judicia*, quæ Deus *edidit in Deos Ægyptiorum*, cum ex ea regione excederent Hebræi. Quorum judiciorum mentio fit Exod. XII, 12. ubi vide notata.

Diſpergit populos, qui præliis delectantur] בזר עמים קרבות יחפצו *bizzer hammim kraboth jahhphetſou*, diſperſit populos (*qui*) præliis delectantur. בזר *bizzer* idem eſt, ac פזר *phizzer*, quod frequentiùs occurrit; pro ſollemni permutatione litterarum ב & פ Vide & Dan. XI, 24. Veteres Intt. hîc nihil viderunt.

32. *Venient optimates ex Ægypto*] יאתיו חשמנים

Z z *jeathajou*

Digitized by Google

gypto, Chuſitis manus ſuas Deo properè offeret. 33. Regna terræ canite Deo, carmina dicite Domino (Selah) 34. ei, qui vehitur cœlis cœlorum, *ex* oriente; en emittit gravem ſuam vocem. 35. Tribuite potentiam Deo, cujus ſublimitas eſt ſupra Iſraëlem, & potentia in æthere. 36. Terrificus eſt Deus è Sacrariis ſuis, is Deus Iſraëlis eſt, qui fortitudinem & robur populo concedit. Benedictus *eſto* Deus.

Pſaltes

33. O Regna terræ, quotquot eſtis, venite ut cantica Deo in Sione canatis; ei, inquam, qui ex altiſſimis cœlis terras regit. 34. Vehitur ille, quaſi curru, altiſſimis nubibus, unde emittit tonitrua, quaſi vocem ſuam. 35. Agnoſcite, in canticis veſtris, potentiam ejus, qui è cœlo regit Iſraëlitas ex ſublimi æthere, unde potentiam ſuam in terris exercet. 36. Imò etiam è terrenis ſuis ſacrariis terrorem incutit. Ejusmodi eſt Deus Iſraëlitarum, qui illis fortitudinem largitus eſt. Ab omnibus laudetur Deus.

PARA-

jeathajou hhaſchmannim. LXX. Intt. ἥξουσι πρέσβεις. *Aquila*, ἐνεχθήσονται σπευδομένως, quem partim ſequitur *Hieronymus*, qui habet: *efferantur feſtinanter. Symmachus*, ἐλθέτωσαν ἐκφάνται. Unde liquet, jam olim ignoratam fuiſſe vocis חשמן *hhaſchman* ſignificationem. Crediderim fuiſſe vocem Ægyptiacam, cum qua convenit, ut viri docti notarunt, Arabica radix חשם *hhaſchama* multos famulos habuit. *Legatos*, ex conjectura, vertiſſe puto LXX. Intt. *Aquila* deduxit à חוש *hhouſch*, feſtinare, perperam. Cur verò *Symmachus* verterit ἐκφάνται non adſequor. *Optimates* vertimus, quod loco maximè convenire videtur. An proceres nonnulli Ægyptii, ſtante Templo, Jeroſolimam venerint, ut Deum in eo colerent, nos non docet Hebræorum Hiſtoria, nec etiam contrarium adfirmat. Eſaias etiam prædixit fore, ut *quinque urbes Ægypti loquerentur linguâ Chanahanis & jurarent Jehovæ Deo exercituum*; hoc eſt, eum colerent. Hoc conſtat, temporibus Chriſti & poſtea, ingentem numerum Ægyptiorum fuiſſe Judæos, ſive eſſent ex proſapia Judaica oriundi, majoréſque eorum ſe in Ægyptum contuliſſent; ſive Judaicam Religionem amplexi eſſent. Res certa eſt, ex *Philone* Alexandrino & *Joſepho*; quorum loca citavimus, in eorum temporum Hiſtoria Eccleſiaſtica.

Chuſitis manus ſuas, &c.] כוש תריץ ידיו לאלהים *Chouſch tharits jadau lelohim.* Chuſitis (nempe, terra) faciet currere manus ſuas ad Deum; hoc eſt, feſtinabit manus ad Deum adtollere, ſeu verum Deum orare. Chuſitidem vertunt veteres omnes Interpretes *Æthiopiam*. Sed Madianitidem Ægypto etiam vicinam eſſe, cum *Sam. Bocharto*, cenſemus. Vide dicta ad Gen. X, 6.

34. *Qui vehitur cœlis cœlorum*, &c.] לרכב בשמי שמי קדם *larochebh biſchme ſchme Kedem*, vecto in cœlis cœlorum orientis. LXX. Intt. τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ τὴν ἀνατολήν. Intellexerunt hæc de adventu Dei, veluti per altiſſimam cœli partem, ex Arabia in Judæam, unà cum Hebræis; qui ex ea cœli plaga venientes Judæam ingreſſi ſunt. Magna pars Arabiæ fuit ad ortum Judææ, unde Arabes dicti *Orientales* 1. Reg. IV, 30. Job. I, 3. Vide & Intt. ad Matth. II, 1. Attamen aliter ſenſerunt alii veteres Interpretes. *Aquila*: τῷ ἐπιβεβηκότι ἐν οὐρανῷ οὐρανοῦ ἀρχαίου. *Symmachus*: τῷ ἐποχουμένῳ ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐν πρώτοις. Sed legi oporteret שמים מקדם *ſchamajim mikkedem*, non שמי קדם *ſchme Kedem*, cœli orientis. Sunt qui hoc loquendi genus non de *cœlo orientali*, ſed de *cœlo antiquo* intelligunt, quemadmodum הררי קדם *harere Kedem* dicuntur *antiqui montes* Deut. XXXIII, 15. quibus favent *Aquila* & *Symmachus*, ac ſanè in rerum creatione nihil eſt antiquius cœlo. Malim tamen ad Arabiam reſpici.

En emittit gravem vocem ſuam] יתן בקולו קול עז *jitthen bkolo kol hoz*; dabit, in voce ſua, vocem validam; hoc eſt, vox ejus eſt tonitru. Vide. Pſ. XVIII, 4. Jerem. XXV, 30. Joël II, 11, IV, 16.

35. *Cujus ſublimitas eſt ſupra Iſraëlem*] על ישראל גאותו *hal Jiſchraël gaavatho*, Deus quidem eſt ſublimis ſupra omnes terrarum orbis populos; ſed res ſoli Iſraeli nota tunc temporis erat, qui unus ex omnibus Creatorem, è cœlo in terras regnantem, colebat.

36. *E ſacrariis ſuis*] *Sacraria Dei* ממקדשיו *mikdaſchim*, in plurali, æquè ac in ſingulari מקדש, dictus eſt locus, in quo erant Dei ſacra, quæ pluribus partibus conſtabant, atrio, ſacrarióque exteriore, & interiore, ſeu adyto. Dicitur autem Deus eſſe *terrificus è ſacrariis*; quòd ex iis veluti exire crederetur, ut populi ſui hoſtes compeſceret & malè mulctaret, ſi quid contra eum molirentur; aut quòd illinc, veluti è ſede ſua, pœnas de iis ſumeret.

COMMEN-

Pſaltes liberari ſe ab hoſtibus, quorum injurias deſcribit, eóſque pœnas flagitiorum ſuorum dare petit à Deo, cui debitas laudes pollicetur ac tribuit.

1. PRÆFECTO SOSANNIS, DAVIDIS. 2. Libera me, Deus, nam aqua ad PSALM.
vitam usque *mihi eripiendam* pervenit. 3. Demerſus ſum in lutum profundum, LXIX.
nec locus eſt, ubi *pes* conſiſtat; veni enim in profunda aquæ, & fluctus obruit me.
4. Feſſus ſum, dum te invoco, aruit guttur meum, & defecerunt oculi me, dum Deum
meum exſpecto. 5. Sine cauſa, me odio habentes multitudine capillos meos ſuperant.
Convaluerunt, qui me ſublatum volunt, qui ob rem falſam inimici mei ſunt, *contendúntque*,

PARAPHRASIS.

1. CARMEN Davidis ad Præfectum Inſtrumentis, quæ Soſannim, ſeu Lilia vocantur. 2. Libera me, ô Deus, ſum enim in eodem periculo, in quo eſſet, qui demerſus in aqua eſſet; 3. aut ita lutulento ſolo impeditus, ut ſe expedire non poſſet luto, ut aquâ, aut luto mox ſuffocandus eſſet. 4. Feſſus ſum, dum te invoco, atque aruit guttur meum, oculique mei ſunt proſpiciendo fatigati, dum proſpicio ſicunde ad me veniat auxilium. 5. Qui me, ſine ulla legitima

COMMENTARIUS

In PSALM. LXIX.

1. S*Oſannis*] Vide ad inſcriptionem Pſ. XLV.

Davidis] לדוד *leDavid.* Davidis tamen non eſſe liquet ex verſu 36. Itaque Pſalmus erit Davidicus, non Davidæus, ut Pſ. XIV.

2. *Aqua ad vitam usque mihi eripiendam pervenit*] באו מים עד נפש *baou majim had nepheſch*, venerunt aquæ uſque ad animam. Metaphora deſumta ab eo, qui, vado non invento, in aquam nimis profundam incidit, quâ propemodum os ei tegitur, halitúſque intercipitur; ita ut ſit in præſentis mortis periculo. Vide infra vers. 15, & 16. & Pſ. XVIII, 1. XXXII, 6. CXLIV, 7. Verbis Pſaltis aliquid fuit addendum, ut Hebraiſmus intelligi poſſet, ſed ſententiæ nihil omnino additum.

3. *In lutum profundum*] ביון מצולה *bivan mtſoulah*, in lutum profunditatis; hoc eſt, in lutum altâ aquâ tectum, aut in quod altè immittuntur pedes.

Locus, ubi pes conſiſtat] מעמד *mohomad*, ſtatio; hoc eſt, locus firmus, ubi ſtare poſſit pes meus; nam luto infixus labitur tamen, quia lutum veſtigiis cedit. LXX. Intt. ſic locum verterunt: ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις, ubi poſtrema vox non ſignificat *ſubſtantiam*, ut vertit Vulgatus, ſed id quod diximus. *Symmachus* clariùs, ſed aliquantò remotiùs à verbis Hebraïcis: ἐβαπτίσθην εἰς ἀτελευτήτους καταδύσεις ὅπου οὐκ ἔστι στάσις. Hieronymus: *infixus ſum in luto profundi & non poſſum conſiſtere.*

Fluctus obruit me] שבלת שטפתני *ſchibboleth ſchtaphathni.* Vox שבלת eſt alioqui *ſpica*, ut Job XXIV, 24. ſed hîc *fluctum* ſignificat, ut & vers. 16. & alibi *Aquila* ῥοῦς ἐπέκλυσέ με. *Symmachus* ῥεῖθρον. Minùs commodè LXX. καταιγίς & *Hieronymus*, *flumen.*

4. *Aruit guttur meum*] נחר *nihhar* ad חרר *hharar*, exarſit, vertique etiam poſſit *inflammatum eſt guttur meum.*

Defecerunt oculi mei] כלו עיני *chalou henai*, ſic exſpectantes auxilium & proſpectantes in eam partem, quâ venturum ſperant, oculos fatigant, ſi diutiùs æquo ſuppetiæ morentur. Hinc petitum eſt loquendi genus, quo longæ exſpectationis liberationis moleſtia deſcribitur. Vide & Lam. II, 12.

5. *Qui me ſublatum volunt*] מצמיתי *matsmithai*, qui me exſcindunt; hoc eſt, exciſum volunt, nec quidquam omittunt, quo me funditùs perdant. Nam qui etiamnum queruntur nondum prorſus *exciſi ſunt.* Sed ſæpe verba activa voluntatem tantùm & conatum ſignificant; non exſequutionem eorum, de quibus ſermo eſt. Vide *Sal. Glaſſii* Gram. ſacr. Lib. III. Tr. III. canon. 6. & 7.

Ob rem falſam] שקר *ſcheker*, quod idem eſt ac חנם *chinnam*, ſine ratione, quod anteceſſit. Malè habebantur privati, præſertim Hebræi, quaſi rapuiſſent Babyloniis, quod non rapuerant, ideóque ſpoliabantur; cujus rei fontes erant Reges tantùm, & qui eorum conſilia probabant, volebántque ſe Babyloniorum imperio ſubtrahere. Hæc nullo modo in Chriſtum quadrant, niſi præter ſolitum torqueantur, quod nonnulli faciunt. De [illegible]rum ſimilibus non immeritò dixerat, principio Comment. in XII. Prophetas, *Theodorus* Heracleota: *nolentes ita conſiderare, voces omnes trahere ad Dominum tentant Chriſtum; ut & quæ de populo factæ ſunt ſimili modo intelligerent, & riſum præberent Judæis, quando* (deleo *ex*) *ſcriptorum ſequentia nihil ad Dominum Chriſtum pertinentes oſtendunt voces.* Nec Conſtantinopolim à Juſtiniano coacti, niſi adſectu laboraſſent, hoc quaſi hæreticum carpſiſſent. Vide Concil. Tom. III. p. 18. in editione Harduiniana.

Contenduntque, reddenda à me &c.] אשר לא גזלתי אז אשיב *aſcher lo gazaltbi az aſchib*, quæ non rapui tunc reddam; ubi ſupplendum, *qui volunt, ut*, aut quid ſimile, ſeu exciderit, ſeu in elliptico Hebræorum ſermone omitti potue-

tendúntque, reddenda à me eſſe, quæ non rapui. 6. Noſti, tu Deus, ſtultitiam meam, nec delicta mea tibi latent. 7. Ne in me pudore adficiantur, qui *auxilium* à te exſpectant, Domine Jehova, *Deus* exercituum; ne in me ignominiam patiantur, qui Deum Iſraëlis quærunt; 8. nam propter te opprobrium tuli, & vultum meum rubor texit. 9. Fratribus meis alienus fui, & filiis matris meæ extraneus; 10. quia zelotypia Ædis tuæ me abrodit, & exprobrationes eorum, qui probra in te jaciunt, in me ceciderunt. 11. Flevi in jejunio meo, quod mihi opprobrio fuit. 12. Pro veſtimento ſaccum indui,

tima ratione, odio habent, maximo ſunt numeru. Creverunt, præter me, qui mihi mortem optant, quique, propter calumnias, volunt, à me ſibi reſtitui, quod non rapui. 6. Noſti, tu ô Deus, inſaniam meam, nec te peccata mea fugiunt. 7. Quæſo te, ne pudore adficiantur, qui auxilium, quo ſe tuebantur, inſtar mei, Domine Creator, qui exercitibus præes, à te præſtolabantur; ne in ea clade ignominiam patiantur, qui ad Deum Iſraëlis confugiunt. 8. Nam propter te opprobrio adfectus ſum, & erubui, cùm rideretur ab hominibus ſpes auxilii divini, quam animo conceperam. 9. Fratribus & propinquis meis habitus ſum peregrini loco. 10. Quia ægrè ferebam neglectum Templi Dei Iſraëlis, & probra, quæ in te jaciebantur, abominabar. 11. Cùm me jejunare & flere viderent, propter peccata Iſraëlitarum, probris me inſectabantur. 12. Cum, pro ſolita veſte,

potuerit; niſi malis, abruptâ oratione, vertere, *quæ non rapui, tunc redditurus fui.*

6. *Noſti tu, Deus,* &c.] Hæc Chriſto, non niſi per fidiculas, aptari poſſunt; cùm in eo nec *ſtultitia*, nec *delicta* fuerint; cúmque de alienis peccatis, quæ expiavit, ita loqui nequeat. Fatetur hîc Pſaltes, ſe & populares ſuos, quorum perſonam in ſe transfert, multa in Deum peccaſſe; licèt Babylonii ſibi falsò crimini darent, quæ non admiſerant.

7. *Ne in me pudore adficiantur* &c.] Ne quemquam pudeat cultûs tibi exhibiti, & auxilii à te exſpectati; cùm videbunt me, qui te colui, à te deſtitutum.

Domine Jehova, Deus exercituum] LXX. Intt. κύριε τῶν δυνάμεων, ubi alterum κύριε, pro *Jehova*, omiſſum, quòd librariis Græcis ſuperfluum videretur. Servavit Vulgatus, nec deſunt Codd. Græci, qui habeant, ut notavit *Fl. Nobilius.* At *Aquila*, κύριος ὁ θεὸς στρατιῶν, quia pro יהוה legit אלהים *elohim*, ſic & *Symmachus* Κύριε θεὲ δυνάμεων; ſic quoque *Theodotion* & *Hieronymus.*

8. *Propter te opprobrium tuli*] Videntur pii Judæi, in ipſa captivitate, irriſi non à Chaldæis tantùm, ſed etiam à ſuis ipſorum popularibus, qui ludibrio habebant pietatem religioſorum hominum; quam inanem fuiſſe ajebant, quoniam Deus, quem præ cæteris coluerant, & cujus Templum frequentes celebrarant, eos, non minùs quàm alios, in captivitatem abduci, & malè à Chaldæis haberi paſſus erat.

9. *Fratribus meis* &c.] Judæi, nimirum, improbi & Religionis ſpretores, ridebant eos, qui eam diligenter coluerant in patria, quia illâ ſuâ Religione nihil profecerunt; nec dubium eſt, quin maxima Judæorum pars prætulerit ſtatum, in quo erat in exilio, trans Euphratem, ei, quem poterant ſperare in Judæa, cùm Cyrus poteſtatem redeundi iis fecit; plures enim longè manſerunt ad ortum Euphratis, quàm fluvium iterum trajecerunt; ut in patriam redirent. Ejuſmodi Judæi, rerum præſentium amantes, ludibrio habebant eos, qui de reditu cogitabant, quaſi ad alium populum pertinuiſſent.

10. *Zelotypia ædis tuæ*] קנאת ביתך *Kinath bethecha. Zelotypia* propriè eſt inter conjugio junctos, adfectúsque, quo id, quod ſibi proprium eſſe oportere jure cenſent, cum aliis communicati ægrè ferunt. Itaque Zelotypia, pro Templo, fuit adfectus eorum, qui in exilio graviter ferebant, ſolum Deo ſacrum, & Templi rudera feris tunc, aut impuris hominibus calcanda relinqui; & ſummopere optabant, advenire aliquando tempus, quo Templum inſtauraretur, & à ſolis Judæis, unius Dei cultoribus, frequentaretur. Hunc autem adfectum religioſiorum hominum alii Judæi irridebant, ut ſequentia verba ſuadent. Factum Chriſti, numularios & victimarum mercatores Templo expellentis, revocavit hæc verba in memoriam diſcipulorum Chriſti, ut videmus apud Joan. II, 7. qui jure merito hunc locum Chriſto aptabant, ægrè ferenti, Templum ſoli Dei cultui conſecratum fieri Menſariorum & Hieropolarum, ut ſic loquar, Officinam. Sed inde non ſequitur, hæc quaſi vaticinium de Chriſto eſſe prolata, quandoquidem de quovis, qui Templi curam geſſiſſet, iterari poterant.

Pſalmus ergo hic erit à viro pio, & prophetico ſpiritu actu, conſcriptus, in Captivitate Babylonica; ut putabat *Theodorus* Heracleota, poſtea Mopſueſtiæ Epiſcopus. Deſcribuntur in eo calamitates Judæorum, triſtiſſimis illis temporibus, interimque ea dicuntur, quæ multò meliùs Chriſto conveniunt, ac proinde jure ei aptantur. Sed tamen omnia eſſe Chriſti & ad Chriſtum pertinere, nemo dixerit, niſi verba torqueat, præter ſenſum nativum, ut verſum 6. *Noſti tu, Deus, ſtultitiam meam, nec delicta mea tibi latent*, úſque verſus 23. & ſex ſequentes, quibus continentur diræ preces in hoſtes Pſaltæ; quibus ſimiles tantùm abeſt, ut fuderit Chriſtus in Judæos, à quibus malè habebatur; ut contrà Patrem oraverit, ut *iis ignoſceret, neque enim eos ſciviſſe, quid facerent*, Luc. XXIII, 34 Itaque Chriſtus induci non poteſt mala graviſſima iis precans. Falluntur qui putant, quia in Pſalmo, aut alio vaticinio quidpiam eſt, quod ad Chriſtum pertinet, ideò totum Pſalmum aut vaticinium ad eum ſpectare. Paſſim quædam ſunt ab eo prorſus aliena, admiſta iis, quæ Apoſtoli, quaſi de eo dicta, citarunt, nec debent torqueri ut Chriſto conveniant; qua de re copioſiùs in Diſſertatione noſtra *de Prophetia.*

Huc ipſum voluiſſe *Theodorum* omnino mihi

dui, factúsque ſum eis proverbium. 13. In me loquuntur, qui ſedent in porta *urbis*,
& cantiones eorum, qui ſiceram bibunt. 14. At ego preces meas ad te *fudi*, ô Jehova;
tempore, quo favere ſoles, ô Deus; pro magnitudine benignitatis tuæ exaudi me, in
veritate ſalutis tuæ. 15. Eripe me è luto, neque *in id* mergar, libera me ab iis, qui
me odio habent, éque profundis aquis. 16. Ne me obruat fluctus aquæ, ne abſorbe-
at profundum, neque os ſuum ſupra me puteus claudat. 17. Exaudi me, ô Deus,
cùm benefica ſit tua benignitas; pro magnitudine miſericordiæ tuæ, reſpice me.
18. Nec abdas faciem tuam à ſervo tuo, nam in anguſtia verſor, feſtina, exaudi
me.

ſte, ſaccum induiſſem, in me jacta ſunt convicia. 11. Lacrimas effudi, cùm jejunium agerem, idque mihi opprobrio fuit, quaſi flagitium admiſiſſem. 12. Loco veſtis, ſaccum indui, unde plebi ludibrio fui. 13. Mihi detrahunt magiſtratus urbium, qui ad earum portas ſedent; & qui ſiceram in cauponis bibunt, & cantilenas cantillant. 14. Verùm ego te precatus ſum, ô Deus, eo tempore & loco, quibus preces exaudire ſoles: & pro tuæ benignitatis & clementiæ magnitudine.

15. Eripe me profundo luto, cui nunc ſum immerſus; ab iis me liberato, qui me odio habent, eque profundis rerum adverſarum voraginibus. 16. Ne me hi fluctus abſorbeant, néve profundo me mergant, ita ut veluti aquis putei pleni & mox claudendi ſuffocer. 17. Exaudi meas preces, ô Deus, cùm beneficentiſſima ſit tua benignitas; pro ejus magnitudine, rationem habeto mei. 18. Ne preces meas averſari videaris, ſum enim in rebus anguſtis, ideóque ad me exaudiendum

hi perſuadeo, cùm quoſdam Pſalmos ad Chriſtum pertinere negavit, ex quibus Apoſtoli verba nonnulla, quaſi de Chriſto dicta, protulerunt. Quiſquis leget attentiùs capita accuſationum ex ejus ſcriptis decerpta, in collatione IV. Concilii Conſtantinopolitani II. à cap. XX. ad XXIV. non aliter ac nos judicabit. Qua de re pluribus hîc agi non patitur noſtrum inſtitutum. Vide 2. Sam. VII, 14. & confer cum Heb. I, 5.

At Paulus, inquies, Rom. XI, 9. hunc Pſalmum citat ad teſtimonium, quaſi Davidis. καὶ Δαβὶδ λέγει &c. Sed Apoſtolus illic loquitur ex ſententia recepta, ex titulo Pſalmi malè intellecto nata; quia nihil intererat, quod adtinet ad rem, quæ agebatur, à quocumque Propheta ſcriptus eſſet hic Pſalmus.

Exprobrationes eorum, qui probra in te jaciunt] *Probra exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me*; hoc eſt, cùm audirem dici, tibi Templum & cultum tuum curæ amplius non eſſe, nec religioſos homines pluris à te fieri, quàm alios, quæ tibi erant contumelioſa; graviſſimè iis commotus ſum, quaſi me ipſum nominatim impeterent.

11. *Flevi in jejunio meo*] אבכה בצום נפשי *abcheh batſoum naphſchi*, flevi in jejunio animæ meæ; hoc eſt, cùm ego jejunarem. LXX. Intt. συνέκαμψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου. Videntur ſcripſiſſe συνέκλαυσα, *comploravi*. *Aquila* ſimiliter ἔκλαυσα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, ut ſit ſenſus, me ipſum, hoc eſt, calamitates meas deflevi. Non malè, ſic & *Symmachus* κλαίοντι μετὰ νηστείας τὴν ψυχήν μου. *Hieronymus*: *flevi in jejunio animam meam.*

Quod mihi opprobrio fuit.] לחרפות לי *labbaraphoth li*, ad opprobria mihi; quia, nempe, ridebant Pſalten Judæi, quos captivitatis ſuæ non tædebat, eò quòd patriæ deſiderio lugeret, & contabeſceret.

12. *Factúsque ſum eis in proverbium*] אהי להם למשל *ehi labem lmaſchal*, fui iis in proverbium; cùm de homine ſtultè lugente loquerentur, nomen meum uſurparunt. Vide 1. Reg. IX, 7. 2. Par. VII, 20. Jerem. XXIV, 9.

13. *In me loquuntur, qui ſedent in porta urbis*] ישיחו בי ישבי שער *jaſchihhou bi joſchebe ſchahar*, loquentur in me ſedentes (*in*) porta, ut ſuppleatur ב ante שער, quaſi eſſet ישבים בשער. Vel *habitantes portam*, hoc eſt, urbem. Sed quia ſeniores ſolebant ſedere in porta urbis, ibique cauſas diſceptare, aut loqui de aliis, ſic vertimus; ut ſenſus ſit, ſeniores ipſos oppidi, quo exſules Judæi, quibuſcum erat Pſaltes, habitabant, eum irriſiſſe. Vide ad Gen. XIX, 1. & Ruth. IV, 1, 2. LXX. Intt. & *Symmachus* καθήμενοι ἐν πύλῃ, Hieronymus: *qui ſedebant in porta. Aquila*, καθήμενοι πύλην.

Et cantiones] Supplendum *loquuntur*.

Qui bibunt ſiceram] שכר *ſchecher*. Vide ad Eſai. V, 11. Ejuſmodi homines cantionibus ſuis ſatyricis interdum bonorum nomina inſerebant, ut ludibrio eos haberent.

14. *At ego preces meas ad te fudi*] ואני תפלתי לך *vaani thephillathi lcha*, & ego oratio mea ad te. Sæpe ואני eſt *ad me quod adtinet*, ſed is Hebraïſmus hîc exprimendus non videbatur. Sic *Symmachus* ἐμοῦ δὲ ἡ προσευχή σοι, Hieronymus: *mea autem oratio ad* te. LXX. Intt. & *Aquila* verbo tenus verterunt.

Tempore, quo favere ſoles] עת רצון *heth ratſon*, tempore favoris, quaſi eſſet בעת *beheth*. Alii ſenſum hinc incipiunt, *tempus* eſt *favoris*. LXX. Intt. καιρὸς εὐδοκίας, *tempus favoris*, Symmachus διαλλαγῆς *reconciliationis*, & *Hieronymus*, minùs bene; nuſquam enim hoc Hebraïca vox valet.

In veritate ſalutis tuæ] באמת ישעך *beemeth jiſchecha*, hoc eſt, veraciter præſtitâ mihi liberatione promiſſâ.

15. *E luto*] Vide ad verſ. 2.

16. *Os ſuum* &c.] Aquis ſuis me tegat puteus.

17. *Reſpice me*] Vide Pſ. IX, 14. XIII, 4. XXV, 15. Sic & Latini *reſpicere* eos ajunt, qui juvant eorum opis egentes.

18. *Nec abdas faciem tuam*] Plus ſemel hoc idioma Linguæ Hebraicæ explicuimus. Vide Pſ. XIII, 2. XXVII, 9. XXX, 8.

In anguſtia verſor] *Anguſtia mihi.*

 19. *At-*

me. 19. Accede ad me, libera me, propter inimicos meos, eripe me 20. Tu noſti opprobrium meum, quo pudore adficiar, & ignominiam meam; coram te ſunt omnes, qui me angunt. 21. Opprobrium fregit animum meum, æger fui, & exſpectavi venturos, qui mecum dolerent, qui nulli *fuerunt*; nec qui ſolarentur me inveni. 22. Imò in cibum meum ſel dederunt, & ſiti meæ bibendum obtulerunt acetum.

23. Vertatur verò iis eorum menſa in laqueum, & tendicula ſit pacem colentibus,

dum propera. 19. Liberato me à calamitatibus, quibus premor; propter iniquitatem adverſariorum meorum. 20. Probè noſti opprobrium, quo pudore adficiar, & quanta ignominiâ ab iis adficiar; omnes noſti, qui me in tantas anguſtias conjecerunt. 21. Opprobrium, quo me adfecerunt, fregit animum meum, & fruſtra exſpectavi, qui doloris mei participes eſſent, & qui me adloquiis ſuis ſolarentur. 22. Quæ mihi ſunt maximè neceſſaria & grata, corruperunt, non aliter ac ſi fel amariſſimum mihi obtuliſſent, quod comederem, & acidum potum, quo ſitim meam exſtinguerem. 23. Iis etiam apponatur menſa, in qua iiſdem tendantur inſidiæ, dum putant ſibi rem

19. *Accede ad me* &c] *Accede ad animam meam, libera eam.*

Propter inimicos meos] Qui injuſto odio me proſequuntur, nec digni ſunt, quibus faveas.

21. *Venturos, qui mecum dolerent*] לנוד *lanoud*, quod eſt propriè dolorem ſuum teſtificari, ob alienas ærumnas, & quidem apud ipſos ærumnoſos homines. Vide Job. II, 11. XLII, 11. LXX. Intt. & *Symmachus* rectè συλλυπούμενον vertunt.

Qui nulli fuerunt] ואין *vaajin*, & nemo eſt; nempe, qui veniat לנוד *lanoud*, εἰς τὸ συλλυπῆσαι.

Nec qui ſolarentur &c.] *Et conſolatores, nec inveni.*

22. *Imò in cibum meum ſel* &c.] Proverbium hæc ſunt, quo deſcribitur inhumanitas ſumma, quâ, dum quis ſimulat, auxilio ſe velle eſſe alicui, ita eum adjuvat, ut auxilium ipſum dolorem ejus augeat; ut ſi quis eſurienti cibum amarum, aut ſitienti acetum daret. Quod autem contigit Pſaltæ, ſenſu tralatitio, id proprio expertus eſt Chriſtus, ut docet Joannes Evang. XIX, 29. ubi Jeſus cùm ſciret omnia eſſe impleta, ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφὴ, λέγει διψῶ, *ut impleretur ſcriptura dixit: ſitio.* Quâ voce auditâ, quidam ſpongiam plenam aceto ei porrexerunt, cui & myrrham admiſtam fuiſſe putant eruditi, ita ut locus Pſaltæ prorſus impleretur. Non eſt à veriſimilitudine alienum, Judæos nonnullos interpretatos olim hunc locum de Meſſia, Jeſúmque, ut eos ad fidem ſibi habendam eò faciliùs adduceret, impleri quoque hunc locum in ſe voluiſſe. Certè verborum Joannis ordo hoc ſuadere videtur, quæ ſic habent: εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα τετέλεσται, ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφὴ, λέγει, &c. unde colligere licet, animum Jeſu fuiſſe, dum ſe ſitire diceret, efficere, ut impleretur locus Pſaltæ; quia norat alium ſibi potum datum non iri, niſi acetum, quod illic in vaſe paratum erat. At ſi ἐκβατικῶς τὸ ἵνα interpretemur, cum *Hug. Grotio*, Parentheſi erunt claudenda verba ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφὴ, ut ſignificet Evangeliſta, ſimile quid factum ei, quod habet Pſaltes Pſ. LXIX. quaſi diceret: cùm Jeſus ſciret omnia eſſe impleta, dixit ſe ſitire, eique admotum eſt acetum, ita ut id etiam contigerit, quod dicitur Pſalmo LXIX. *Henr. Hammondus*, in paraphraſi ſua, rem in medio relinquit.

23. *Vertatur verò iis in laqueum*] יהי שלחנם לפניהם לפח *jehi ſchulhhanam liphnehem lephahh*, ſit menſa eorum ante faciem eorum in laqueum; hoc eſt, inſidiæ iis ſtruantur ab iis, qui eidem menſæ adſident, vel adcumbunt. Vide Pſalm. XLI, 10. Hæ diræ preces, quibus Pſaltes inimicos ſuos defigit, nullo modo, ut dixi, Chriſto tribui poſſunt; qui bene precatus eſt Judæis, quorum ingrato animo & crudelitate in crucem ſublatus fuerat. Mirum eſt *Theod. Bezam*, in argumento hujus Pſalmi, in Ed. Pſalterii, an. MDXCIII. in lucem emiſſi, cum metrica metaphraſi ipſius & *Buchanani*, ſuſtinuiſſe dicere, *potiùs Chriſtum Mediatorem de ſuæ gentis crudelitate, quæ nullis ipſius beneſactis vinci potuit, quàm Davidem de ſuis hoſtibus, apud Deum, conquerentem induci, & ſimul eas Judaicæ genti* EXOPTANTEM *pariter ac prædicantem inhumanitatis pœnas, quibus nunc quoque illam plecti cernimus.* Qui potuit Propheta inducere Chriſtum *exoptantem* pœnas Judæis, quas iis remitti diſertè à Patre petiit? Id ipſum adducere debuit *Bezam* ad hæc Chriſto abjudicanda. Sunt hæc eorum temporum, quibus nondum quàm latè pateret caritas innotuerat.

Idem *Beza* verbis adlatis hæc proximè ſubjicit: *Quum autem membra oporteat capiti conformari, conſequitur, maximum iſtius Pſalmi uſum fore, quamdiu Eccleſia in terris peregrinabitur.* Quod ſanè negari nequit, dummodò Chriſtiani ſibi non perſuadeant, Chriſtum inimicos ſuos diris precibus inſectatum fuiſſe, idémque fieri ab ejus membris jus & fas eſſe. Utrumque falſum eſt, nec licet hæc canentibus, ex inimicorum Eccleſiæ odio, iis malè precari, ut nimis multi fortaſſe faciunt. *Audiſtis*, ait Chriſtus Matth. V. *quia dictum eſt* (veteribus Hebræis) *diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum; ego autem dico vobis: diligite inimicos veſtros, beneſacite his, qui oderunt vos, orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, ut ſitis filii patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos.* Sic fecit Chriſtus, ſic & nos facere oportet; ignoſceréque interim Antiquis, quibus idem dictum non fuerat idem ac nobis, quamvis eos imitari non liceat. Imò & recentioribus ignoſcamus, cùm aliter loquuntur, quàm par eſt, ut videmus à *Beza* factum. Hæc eſt certiſſima Chriſti doctrina, quam tradidit Matth. c. V. ut optimi quique Interpretes oſtenderunt.

Paulus quidem citat hæc verba de Judæis Rom. XI, 9. & XV, 3. & non quaſi vaticinia,

bus. 24. Obſcurentur eorum oculi, ne videant, corúmque lumbos perpetuâ debilitate adficito. 25. Effunde in eos iram tuam, & ardor indignationis tuæ eos adſequatur. 26. Sit eorum domicilium devaſtatum, nec quisquam ſit, qui in illorum tentoriis habitet, 27. quia eum, quem tu percuſſeras, inſectati ſunt, & dolorem vulneratorum tuorum, *non ſine lætitia*, narrarunt. 28. Permitte eos in alias ſuper

rem eſſe cum amicis. 24. Eorum verò oculi fiant minùs acuti, & lumbi perpetua debilitate laborent, ut facilè opprimi poſſint. 25. Tu vero te in perpetuum iis iratum oſtendito, ô Deus, & tandem ſupplicium de iis ſumito. 26. Sit locus, quem habitent, prorſus deſertus, nec quiſquam in ejus tentoriis incola deprehendatur; 27. quia eum, quem tu adflixeras, malè habuerunt; nec, ſine lætitia, ejus calamitates viderunt. 28. Patere, eum delicta alia, ſuper aliis, admittere, ne poſſit

nia, res, de quibus verba facit, prænunciantia; ſed quia eæ res verbis Pſaltæ optimè exprimi poterant. Nec Paulus uſquam malè precatur Judæis. Fuit hæc conſuetudo Judæorum verbis Scripturæ, quæ non abludunt ab iis, de quibus ſermo eſt, quæ volunt exprimere. Pleni ſunt ejuſmodi citationibus eorum מדרשים *midraſchim*, ſeu interpretationes myſticæ. Sæpius ea de re egimus in Additamentis ad *Hammondum*. Vide Indicem rerum, & loca citata ad vocum *Citationes V. T.* Adde & not. ad Matth. II, 15.

Tendicula pacem colentibus] לשלומים למוקש *liſchlomim lmokeſch*; pacatis in tendiculam; hoc eſt, homines mutuam amicitiam profeſſi, ſed ejus menſam conantur ſe invicem irretire, conſiliorum aut verborum exploratione, & dum ſunt aliis pravorum factorum, nocendi cauſâ, auctores. Vide locum Pſ. XLI. adlatum.

24. *Eorúmque lumbos perpetuâ debilitate adficito*] מתניהם תמיד המעד *mothnehem thamid hamhad*, lumbos eorum ſemper fac nutare. Conſtat verbum מעד *mahad* de pedum & talorum nutatione dici, quâ firmi greſſus impediuntur; ſed tranſlatum ad lumbos debilitatem potius ſignificat, quàm nutationem, aut titubationem. De lumborum debilitate etiam ſumitur Ezek. XXIX, 7. LXX. Intt. τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς ἐκάμψον, ſed nuſquam מתנים *mothnajim* ſignificant *dorſum*, neque מעד *mahad* eſt *incurvari*. E conjecturis ita verterunt. LXX. Intt. Cùm ſit vocis מתנים forma dualis, hinc colligere eſt, eâ propriè ſignificari duplex membrum, quales ſunt νεφροὶ *renes*, ſub quorum tamen nomine ὀσφὺς, ſive lumbi, continentur; cúmque lumbi perpetuò non vacillent, debilitatem eorum ſignari cenſuimus. Hinc *Aquila*, τοὺς νώτους αὐτῶν διηνεκῶς ἀτόνωσον, & *Symmachus*, τὰς ὀσφῦς αὐτῶν διὰ παντὸς ἐξάρθρωσον. Quæ infirmitatem lumborum, & totius corporis ſignificant.

26. *Eorum domicilium devaſtatum*] טירתם נשמה *tirathem neſchammah*. טירה *tirah* quidem ſignificat arcem, vel caſtellum; ſed videtur hic *domicilium* quodvis eſſe, cùm ei reſpondeat אהל *ohel*, tabernaculum, in altero membro orationis.

27 *Eum, quem tu percuſſeras*] Iſraëliticum populum, in quem Juſtitia Divina Chaldæos, à quibus maximis cladibus adſecti fuerant, immiſerat.

Dolorem vulneratorum tuorum, non ſine lætitia, narrarunt] ואל מכאוב חלליך יספרו *veel machob hhalalecha jeſappheron*, & ad dolorem vulneratorum tuorum narrarunt. Verterunt LXX. Intt. ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν, quaſi legiſſent, aut legendum putaſſent, חללי יספו *hhalalai jaſephon*. Sed חללים *hhalalim* ſunt *vulnerati* non *vulnera*. Ceteroqui non eſt abſimile vero librarium ſcripſiſſe יספרו *jeſappheron* pro יספו, additâ literulâ; & ipſum loquendi genus, *addere dolorem ad vulnera*, aut *vulneratis*, Hebraicum eſt, ut liquet ex Jerem. XLV, 3. aliiſque locis. At ſi ſequamur lectionem receptam, neceſſariò ſupplendum erit, *non ſine lætitia*, aut quidpiam ſimile. Alioqui ſimpliciter narrare *dolorem vulneratorum* vitio iis verti non poſſet, de quibus agitur. Narratio intelligenda eſt cum ἐπιχαιρεκακίᾳ conjuncta. Cùm verò verbum יספרו conjungatur cum אל, aut אל eſt loco את, aut ſic eſt emendandum, ut & Pſ. II, 7. *Vulnerati*; aut *confoſſi*, de quibus hîc ſit mentio, ſunt, qui à Babyloniis confoſſi fuerant.

28. *Permitte eos in alias ſuper alias iniquitates incidere*] תנה עון על עונם *thenah havon hal havonam*, hoc eſt, *pone*, aut *da*, aut *permitte iniquitatem ſuper iniquitate eorum*. Alii intelligunt hæc de pœnis iniquitatis, quaſi vertendum eſſet: *adde pœnam pœnæ eorum*; nec deſunt exempla, in quibus peccatum pro ejus pœna ſumitur, ut Gen. XIX, 16. & alibi. Sed res fermè eodem recidit. Si enim optet Pſaltes, homines ita ſibi permitti, ut peccata alia ſuper aliis admittant; ideò tantùm optat, quò graviores pœnas luant. תנה *thenah* vertimus *permitte*, aut *patere*, quia cùm hæc etiam ſit ſignificatio verbi נתן *nathan* (Vide Pſ. XVI, 10. LV, 23) res ipſa etiam ita rem intelligi poſtulat; neque enim Deus *facit*, ut homines peccent, abſit! Delictorum culpa non minùs eſt penes eos ſolos, qui delinquunt, quàm pœna; ut ſanctitas & juſtitia Dei ſint ſemper & per omnia labis omnis immunes, ex certa & conſtanti omnium Sacrorum Scriptorum ſententia, ſapientiúmque etiam Ethnicorum communi ſuffragio.

Nec ad clementiam tuam perveniant] אל יבאו בצדקתך *al jaboou beſidkathecha*, ne veniant in juſtitia tua. Sed ב hic ſumitur pro particula motum ad locum ſignificante, ut alibi. Vide 1. Reg. XI, 2. ubi, ut hîc, cum verbo *veniendi* conjungitur. Plura exempla habes, apud *Noldium* ad Sign. III. particulæ. צדקה *tſedakah* verò vertimus *clementiam*, quia hoc iis imprecatur Pſaltes, ne clementiam Dei experiantur. Vide dicta ad Pſ. LI, 16. Alii *juſtitiam* Dei intelligunt emendationem morum, quæ Deo placeat. Sed optare, ne peccatores convertantur, non eſt hominis boni, & Deus ipſe contrarium cupit, ut liquet ex Ezek. XVIII, 21, 22,

ſuper aliis iniquitates incidere, nec ad clementiam tuam perveniant. 29. Deleantur è libro viventium, nec cum innocentibus ſcribantur.

30. Me verò, qui adflictus ſum & doleo, liberatio tua extollat. 31. Tum laudabo nomen Dei canticis, cúmque celebratione magnificabo. 32. Gratius hoc erit Jehovæ, quàm taurus, *aut* juvencus, quibus ſunt cornua & ungues fiſſæ. 33. Videbunt humiles, gaudebunt qui quærunt Deum, & animus veſter vivet; 34. quia exaudit egenos Jehovæ, nec vinctos ipſius causâ deſpicit. 35. Laudabunt eum cœli, terra & maria, & quidquid in iis movetur; 36. quia Deus ſervavit Sionem, inſtauravit urbes Judæ, quæ incolentur, & poſſidebitur *terra* ab *Iſraëlitis*. 37. Poſteritas ſervorum ejus eam habebit, & amantes nominis ejus incolent.

Pſaltes

poſſit clementiæ tuæ particeps fieri. 29. Ne patere, eos diutius vitam producere, nec inter innocentes cives adnumerari, in libris cenſualibus.

30. Me autem, qui calamitatibus premor, iis liberato, pro tua clementia. 31. Tum vero laudes tuas canticis celebrabo. 32. Laudes ejuſcemodi gratiores erunt Deo, quam ullæ victimæ, quæcumque ſint. 33. Videbunt hæc modeſti, gaudebuntque ideo, qui Dei ſunt timentes, atque jucundiorem vitam agent; 34. quia, cùm exaudiat egenos Creator, non faſtidit eos, qui ejus causâ in vincula ſunt jacti. 35. Quanta laude ſit dignus Deus, oſtendunt cœlum, terra & mare, omniaque quæ ſunt in iis animalia; 36. quia Deus ſervavit Sionem, inſtauravitque urbes Tribus Judæ, quæ incultæ erant ab Iſraelitis. 37. Poſteritas denique eorum, qui nunc vivunt, & qui eum colunt, ejuſque nominis ſunt amantes; eam poſſidebunt.

1. Præ-

22, 23. XXXIII, 11 & ſeqq. Ideóque diras preces in malos non ſemel diximus intelligendas, cum exceptione, *niſi reſipiſcant*. Sed optat, inquies, Pſaltes, Deum *pati* malos *in alias, ſuper aliis, iniquitates incidere*. Hoc verò etiam intelligendum, ſi diu & pertinaciter, ſine ulla emendationis ſpe, peccarint. Nulla enim lethaliter peccandi eſt hominibus impoſita à Deo neceſſitas, ut eos gravius puniat. Dei Optimi Maximi talia non ſunt.

29. *Deleantur è libro viventium*] ימחו מספר חיים *jimmachbou miſſepher hhajim*, quod a ii veniunt è libro vitæ. Sed idem eſt, & reſpicitur ad cenſuales libros, è quibus mortui delentur. Vide notata in Exodum XXXIII, 32.

Nec cum innocentibus ſcribantur] Scripta eorum nomina legantur, hoc eſt, intereant mali omnes. Vide Eſai. IV, 3. Ezek. XIII, 9.

32. *Gratius hoc erit Jehovæ* &c.] Vide Pſ. LI, 16, 17.

Taurus aut juvenens] שור פר *ſchor phar*, ſine ullius conjunctionis interpoſitione, quia ſignificatur victima bovilli generis, & eâ ætate, quâ cornua & ungulæ incipiunt invaleſcere; quæ erat hoſtia non Deo quidem gratiſſima, qui ſolius animi rationem habebat; ſed quam pluris faciebant homines, quia carnes ejus erant delicatiores, putabántque, à ſe deberi Deo offerri, quæ optima ipſi judicabant. Deliria Judæorum, hac de re, confutantem *Sam. Bochartum* vide Hieroz. P. 1. Lib. III. c, 26

33. *Et animus veſter vivet*] ויחי לבבכם *vihhi lbabchem*, & vivet cor veſtrum, hoc eſt, animus veſter exhilarabitur. Vide Pſ. XXII, 27.

Vinctos ipſius causâ] אסיריו *aſirau*, vinctos ſuos; hoc eſt, in vincula conjectos à Babyloniis, quia ſunt Judæi, quaſi ſeditioſi, ac rebelles in Imperium Babylonicum. Attamen non eſt putandum, omnes in captivitatem abductos fuiſſe *vinctos*, ſi propriè loquamur, hoc eſt, carcere & vinculis coercitos; datæ enim erant Judæis urbes, quas incolerent, & quamvis eſſent ſervi Regis Babyloniorum, libertate tamen eadem, aut non multò minore fruebantur, ac reliqui Babylonii, aut qui ex aliis populis Regi Babyloniorum parebant, δεσποτικῶς imperanti iis, qui erant intra fines imperii. Verùm *vinctos* ſe putabant, quibus non licebat in patriam redire, & avita libertate frui.

35. *Quidquid in iis movetur*] וכל רמש בם *vechol romeſch bam*; & omne repens in iis. Quamvis רמש ſit propriè *repere*, attamen & pro quolibet motu ſumitur. Vide ad Gen. I, 24. *Laudare* autem hæc omnia Dei opera dicuntur, etiam intelligentia deſtituta; quòd potentiam ejus oſtendant, laudandíque argumentum intelligentibus Naturis ſuppeditent. Sed hoc non ſpectatur, in hiſce verbis, *laudare* enim *Deum* dicuntur, ob reſtitutionem Sionis; quia in maxima hominum lætitia ſolent & reliquas creaturas ſecum Deum laudantes poëticâ proſopopœiâ inducere, ut colles Pſ. LXV, 14. ubi vide notata. Adde & Pſ. XCVI, 11. XCVIII, 8. Eſai. LV, 12. Jerem. LI, 48. ac ſimilia, quæ alibi occurrunt.

36. *Quia Deus ſervavit Sionem* &c.] *Liberavit*. Hæc clarè oſtendunt, ut diximus, Pſalmum hunc in Captivitate ſcriptum.

Inſtauravit] יבנה *jibneb*, ædificavit, ſed verbis compoſitis carent Hebræi.

Quæ incolentur & poſſidebitur &c.] ישבו שם וירשוה *jaſchebou ſcham viraſchouah*, habitabunt ibi, & eam poſſidebunt; nempe, בני ישראל *bne Jiſchraël*, aut, ſi mavis, בני יהודה *filii Judæ*. Sic ſæpe omittitur, ante numerum pluralem, ut & ante ſingularem, nominativus è re ipſa colligendus. Paſſivè tamen vertimus, quia commodiùs erat Latinè loquenti.

COMMEN-

Pſaltes Deum orat, ut ſibi quidem faveat, inimicos verò ignominiâ adficiat.

1. PRÆFECTO DAVIDIS AD COMMEMORANDUM. 2. O Deus, ad me PSALM.
liberandum; ô Jehova, ad me adjuvandum feſtina. 3. Pudore & opprobrio ad- LXX.
ficiantur, qui conantur mihi vitam eripere; vertantur retrorſum, & ignominiam accipiant, qui calamitate meâ delectantur; 4. revertantur propter pudorem, quo me adfecerunt, cum dicerent: euge, euge.

5. Gaudeant verò & lætentur, in te, quicumque te quærunt, & dicant ſemper, qui liberationem à te *ortam* amant: magnificetur Deus. 6. Ut me humilem & egenum adjuves, feſtina, ô Deus; tu Jehova, mi ſervator, ne morêris.

Calamitates ſuas queritur Pſaltes, auxilium Dei implorat, ut iis liberetur, adverſariique pœnas luant, ſéque Deo gratias habiturum & acturum promittit.

1. IN te, Jehova, ſpes *meas* collocavi, ne pudore in perpetuum adficiar. 2. Pro tua juſtitia, PSALM.
libera me, eripe me, inclina ad me aurem tuam, & me ſerva. 3. Fias mihi rupes, in qua LXXI
habi-

PARAPHRASIS.

1. PRÆFECTO Davidis, ad commemorandum. 2. O Deus, feſtina, me liberare, ô Creator, me adjuvare matura. 3. Pudore, imò & opprobrio adficiantur, qui me conantur occidere, retrorſum repellantur, irridendi, nec ſine ignominia, qui calamitate meâ gaudent. 3. Opprobrio & infamiâ adficiantur à me repulſi, quicumque calamitate meâ gaudent. 4. Irrito conatu abeant, qui me voluerunt pudore adficere, clamantes, Euge, euge! cùm malè haberer.

5. Contrà gaudeant, ô Deus, tuo auxilio, quicumque te colunt; dicantque ſemper, qui ab auxilio tuo pendent: magnus habeatur Deus! 6. Ut me humilem atque egenum adjuves, feſtina, ne diutius morêris, mi Creator & Soſpitator.

PARAPHRASIS.

1. CUM, ô Creator, in te ſolo ſpes, opéſque meas collocarim, ne patiaris me ignominia perpetuâ adfici. 2. Pro tua infinita juſtitia, libera me; auditis precibus meis; ſerva me. 3. Eſto mihi inſtar rupis, in qua habitem, & in quam ſemper me conferam. Juſſiſti me incolumem

COMMENTARIUS

In PSALM. LXX.

1. AD *commemorandum*] Vide ad Pſalm. XXXVIII, 1.

3. *Qui conantur mihi vitam eripere*] *Quærentes animam meam.* Frequens loquendi genus.

4. *Vertantur*] ישובו *jaſchoubou*, ut antea. Repetitio vim & elegantiam addit orationi. Vide Pſ. LXVIII, 12.

Propter pudorem, quo me adfecerunt] בשתם *boſchtham*, pudorem ſuum; ſed veluti activè hîc ſumitur, pro pudore, quo Pſaltem cooperuerant. Vide verſ. 5.

Euge, Euge] האח האח *heabh heabh*, interjectio gaudentium, qui vapulantibus plaudebant.

5. *Lætentur in te*] בך *bcha*, propter te.

Liberationem à te ortam] ישועתך *jeſchobatheeba*, liberationem tuam; quâ, nempe liberas eos, qui ad te confugiunt. Vide ad verſ. 4.

6. *Ut me humilem* &c.] *Et ego humilis & pauper, ô Deus, matura mihi auxilium meum.*

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXI.

2. PRo *tua juſtitia*] בצדקתך *biſidkatheeba*, in tua juſtitia; quâ me innocentem tueris, contra improbos.

3. *Rupes, in qua habitem*] לצור מעון *leſour mahon*, in rupem habitationis; hoc eſt, inſtar habitationis munitæ, in quam me recipiam.

Juſſiſti me ſervari] צוית להושיעני *tſivvitha lehoſchiheni*, juſſiſti me ſervare; ſcilicet, Angelos tuos, quo nomine omiſſo, activam loquutionem in paſſivam mutare neceſſe habuimus. *Hieronymus: præcepiſti, ut ſalvares me.* LXX. Int. aut ſunt hîc valde jam olim corrupti, aut locum legere io ſuo exemplari non potuerunt; habent enim: γίνου μοι εἰς θεὸν ὑπερασπιστὴν,

habitem, & in quam ſemper me conferam; juſſiſti me ſervari, cùm ſis tu petra & munitio mea. 4. O Deus, libera me è manu improbi, è manu perverſi & oppreſſoris. 5. Nam tu es exſpectatio mea, Domine Jehova, *&* fiducia mea, ab adoleſcentia. 6. Te fretus ſum ab utero, à viſceribus matris meæ eduxiſti me, in te ſemper gloriatio mea *fuit*. 7. Multis inſtar portenti ſui, at tu firmum fuiſti perfugium meum. 8. Repleatur os meum laude tua, & quotidie gloriam tuam *prædicet*. 9. Ne me abjicias, tempore ſenectutis meæ, nec, deficientibus me viribus, deſeras; 10. nam inimici mei, & inſidiantes vitæ meæ, conſilio ſimul habito, de me dixerunt: 11. Deus eum deſeruit, ſequimini eum, & comprehendite, nullus enim eſt ei liberator. 12. O Deus, ne te à me amoveas, feſtina, ô Deus mi, ad auxilium mihi ferendum. 13. Pudore adficiantur & abſumantur, qui mihi adverſantur; opprobrio & ignominiâ operiantur, qui mihi malum moliuntur.

14. Ego verò ſemper *opem tuam* exſpectabo, & omnibus laudibus tuis *hanc* adjiciam.

15. Os

columem ſervari, cùm ſis ipſe rupes & munitio mea. 4. O Deus, eripe me ſemper è manu improborum, qui me opprimere vellent. 5. Semper fretus ſum auxilio tuo, ô Domine Creator, atque mea fiducia, à pueritia mea. 6. Tu ipſe ab infantia mea, atque à viſceribus matris meæ me eduxiſti, a quo tempore ſemper auxilio tuo gloriatus ſum. 7. Multis portenti ſimile fuit, quòd hactenus à te ſervatus fui, quaſi tuto perfugio. 8. Sit & in poſterum laus tua in ore meo; æquum eſt à me te laudari, & quotidie gloriam tuam prædicari. 9. At ne me abjicias, in ſenectute mea, nec, deficientibus viribus meis, mei curam abjicias; 10. nam nullum habeo liberatorem, præter te. 11. Inimici atque inſidiatores mei, conſilio inter ſe habito, dixerunt; me à Deo deſertum eſſe, itaque poſſe me adprehendi, cùm adjutorem neminem haberem, qui me liberare vellet. 12. Ne ergo, ô Deus, me deſeras, ſed auxilio mihi eſſe propera. 13. Turpiter eorum cœpta iis cedant, contra me, atque adverſarios meos pudore adficiant, qui mihi nocere conantur.

14. At ego ſemper auxilium tuum exſpectabo,

&

ασπιστὴν, καὶ εἰς τόπον ὀχυρὸν τοῦ σῶσαί με, quibus poſterioribus verbis horum vim exprimi oportuerat. Sunt multa loca, quæ verterunt, non ex Analogia linguæ Hebraicæ, ſed pro arbitrio; quod nullo modo probandum; ut nec ſomnium de eorum Interpretum divino adflatu.

4. *Oppreſſoris*] חומץ *hhomets*. Eſt à חמץ *hhamats*, apud Hebræos, fermentatus fuit; quod apud Chaldæos eſt *violenter eripuit*, *oppreſſit*. Confertur cum Hebraïco חמס *hhamas*, quod *ἀδικεῖν* vertunt LXX. Intt. qui habent hîc *ἀδικοῦντος*.

5. *Ab utero, à viſceribus matris meæ*] Idem eſt ac מנעורי *minnehourai*, ab adoleſcentia mea, quod anteceſſit.

Eduxiſti me] גזי *gozi*, eductor meus. Eſt à גוז *gouz*, quod eſt *tranſire*, ut dicemus ad Pſ. XC, 10. Itaque גזי erit, qui facit ut vita tranſigatur, incolumiſque ſervetur, qui ex omnibus periculis educit, vel liberat. LXX. Intt. *σύ μου εἶ σκεπαστής*. *Symmachus*: *ἰσχύς μου*. Vulgatus, *protector meus*.

In te ſemper gloriatio mea fuit] בך תהלתי *beba thehillathi*, in te laus mea; hoc eſt, numquam gloriatus ſum, niſi quòd te Deum, te protectorem haberem. Hinc *gloriari in laude Dei*, pro eo quod eſt ſibi gloriæ ducere, quòd Deum laudes. 1. Ephem. XVI, 35. Pſ. CVI, 47. LXX. Intt. *ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου*. *Symmachus* verò *εἰς σὲ ἡ ἀναμονή μου*. Legit nempe, תחלתי *thehhillath*, quod à חלל *hhalal*, cui tribuit eamdem ſignificationem, ac verbo adfini חול *hhoul*, quod *ἀναμένειν* *exſpectare* interdum vertunt LXX. Intt.

7. *Inſtar portenti*] כמופת *chemopheth*. Hoc eſt, qui portenti inſtar, non ſine admiratione, ſpectaretur; qui omnibus miraculo fuit. Vide Eſaiæ XX, 3. Ezek. XII, 6. XXIV, 24, 27. Ut autem poſſemus ſcire, quare portenti loco fuerit Pſaltes, quis fuerit, & quid ei contigiſſet, perſpectum nobis eſſe oporteret. Hîc autem ne inſcriptio quidem ulla addita eſt, & quæ habentur in ipſo Pſalmo ejuſmodi non ſunt, ut ex iis certò colligere liceat, à quo ſit conſcriptus. Sunt, fateor, quæ conveniant Davidi, ſed tamen non ſunt ei ita peculiaria, ut ab aliis multis piis viris & Prophetis dici non potuerint.

9. *Ne me abjicias* &c.] Hæc & ſequentia optimè Davidi conveniunt; qui ſi hîc non loquatur, attamen exemplum fuit eorum, quæ memorantur. Nec ſi quis deſignari eum velit, multùm repugnabimus.

10. *Inſidiantes vitæ meæ*] *Servantes animam meam*. שמר *obſervare* & Græcè *τηρεῖν* ſæpe ſunt inſidiari. *Symmachus*: *ἐπιτηροῦντες τὴν ψυχήν μου*. Hieronymus, *obſervantes*. Vide ad Gen. XIII, 15. 2. Sam. XI, 16. Pſ. LVI, 7.

11. *Deus eum deſeruit* &c.] Hæc verba non malè conveniunt Davidis hoſtibus, cùm Abſalomum fugeret, & præſertim *Achithopheli*, de quo 2. Sam. XVII, 1.

13. *Qui mihi adverſantur*] *Adverſarii animæ meæ*, שטני נפשי, *ſchotne naphſchi*; hoc eſt, qui mihi adverſantur.

Qui mihi malum moliuntur] *Quærentes malum meum*.

14. *Opem tuam exſpectabo*] Eſt tantùm איחל *ajahhel*, operiar, ſed ſubaudiendum עזרתך *bazarthcha*, vel לעזרתך *lebezrathcha*, tuum auxilium. Vide Pſ. XXXI, 25. CXIX, 74.

Hanc adjiciam] Laudem hanc, quòd me periculo, quod nunc mihi imminet, eripueris.

15, *Juſtitiam*] Quâ pœnas de injuſtis hoſtibus meis ſumſeris, & me innocentem ab iis liberaveris.

Numerum laudum tuarum nullum novi] ספרות

15. Os meum quotidie narrabit juſtitiam, & liberationem tuam; nam numerum *laudum* tuarum nullum *novi*. 16. Ingrediar *dicere* fortia Domini Jehovæ facta, & ſolam tuam juſtitiam commemorabo. 17. Me docuiſti, ô Deus, ab adoleſcentia mea, & mirabilia *tua facta* adhue nunciavi. 18. Ne, ô Deus, ad ſenectutem & canitiem me deſeras, donec nunciarim brachii tui *res geſtas huic* ætati, & futuris omnibus potentiam, 19. & juſtitiam tuam ad ſublimia *pertingentem*; *quippe* qui magna feciſti, ô Deus; quis ſimilis tui? 20. Qui feciſti, ut *in* multis & gravibus anguſtiis *me* viderem; redito, méque revoca in vitam, & è terræ abyſſis me iterum extrahe. 21. Auge magnitudinem meam, & converſus me ſolare. 22. Etiam ego laudabo te, adhibito inſtrumento *muſico* Nablio, veracitatem tuam, ô mi Deus, carmine tibi celebrabo ad citharam, ô Sancte Iſraëlis. 23. Lætas voces emittent labia mea, cùm tibi cantabo, & vita mea, quam liberaſti. 24. Etiam lingua mea quotidie proloquetur juſtitiam tuam, quia pudore ſunt adfecti, *&* quia opprobrium retulerunt, qui mihi nocere conabantur.

Preces

& omnibus tuis laudibus hanc addam. 15. Os meum quotidie narrabit juſtitiæ & liberationis tuæ exempla, nec numerum ullum, in tuis beneficiis, novi. 16. Ingrediar dicere potentia Domini Creatoris facta & ſola juſtè facta, & ſolam juſtitiam tuam commemorabo. 17. Me docuiſti, ô Deus, hæc ab adoleſcentia mea, atque hæc adhuc nunciavi aliis. 18. Ne, quæſo, ô Deus, ad ſenectutem meam, me deſeras, donec potentia tua facta huic ætati nunciarim & celebraverim, ac futuris omnibus potentiam, 19. & juſtitiam tuam, quæ ad ſublimia pertingit; quippe qui res maximas geſſiſti, nec quemquam habes tibi ſimilem. 20. Qui feciſti, ut multis & periculoſis anguſtiis premerer, & veluti procul à me fuiſti; revertere, me revoca veluti in vitam, atque ex abyſſo calamitatum liberato. 21. Auge res meas ſecundas, & redux ad me ſolatio mihi eſto. 22. Tum verò adhibitis canticis, unà cum Inſtrumentis Muſicis, ô mi Deus, & ſanctiſſimum Iſraelis Numen! carminibus te meis celebrabo. 23. Lætas voces emittent labia mea, quæ Cantica pronunciabunt, & ipſa vita teſtis tuæ erga me beneficentiæ. 24. Lingua mea quotidie laudabit juſtitiam tuam; quia mali homines, qui mihi perniciem moliebantur, ignominiâ, pro irritis ſuis conatibus, afficiuntur.

PARA-

לא ידעתי ספרות *lo jadahthi ſphoroth*, non ſcio numeros. Vox ספרות cujus pluralem hic habemus, nuſquam alibi exſtat. LXX. Int. ὅτι οὐκ ἔγνων γραμματείας. *Hieronymus*: *litteraturas*. Meliùs vertiſſent *numeros*, ut ſit idem ac מספר *miſphar*. Sic *Symmachus*: οὐ γὰρ οἶδα ἐξαριθμῆσαι. Perinde eſt ac ſi diceret, nullum eſſe numerum laudum, quæ Deo debentur, quia innumera ſunt ejus beneficia. Vide Pſ. XL, 6.

16. *Ingrediar dicere*] אבוא בגבורות *abo bigbouroth*, ingrediar potentia facta. Sunt, qui velint ſubaudiri, *in templum tuum*, poſt *ingrediar*; ſed plura eſſent ſupplenda.

Domini Jehovæ] אדני יהוה *adonai Jehova*, ſed Maſſorethæ poſteriori voci ſubjecerunt puncta vocis אלהים. Eſt tantùm κύριε ſemel, in exemplaribus LXX. Int. ſed alterum eſt reſectum, quaſi ſuperfluum. At *Hieronymus*: *Domini Dei*, ad mentem poſteriorum Judæorum.

Solam tuam juſtitiam &c.] Hoc eſt, dum nunc ordior potentia tua facta dicere, ea tantùm adtingam, quæ ad juſtitiam tuam pertinent.

18. *Donec nunciarim* &c.] עד *had* donec non excludit ſequentia tempora. Vide Int. ad Matth. I, 25.

Brachii tui res geſtas huic ætati &c.] זרועך לדור לכל יבוא *zerohacha ldor lechol jabo*, brachium tuum ætati omni venienti. Quod vertimus quaſi ſcriptum eſſet, quod ſubaudiendum: לדור הזה ולכל אשר יבוא *huic ætati & omni quæ veniet*. Sic *Hieronymus*: *generationi, cunctiſque, qui venient*.

20. *Qui feciſti, ut in multis* &c.] הראיתני צרות רבות ורעות *feciſti videre me anguſtias multas & malas*. *Videre malum & bonum* dicunt Hebræi, pro eo quod eſt res adverſas & ſecundas experiri. De malis vide Pſ. LX, 5. de bonis Pſ. IV, 7. XXVII, 13. Rem Latinè expreſſi, quoad licuit.

Redito] תשוב *thabſchoub*, redibis; nempe, ad priſtinum favorem, quem mihi oſtendiſti. Futurum & Imperativus perpetuò miſcentur, in hiſce Libris.

Revoca in vitam] תחייני *thebbajjeni*, facies me vivere; hoc eſt, periculo mortis me eripe, in quo vita non eſt vitalis.

E terræ abyſſis] מתהומות הארץ *mitthehomoth baarets*. *Abyſſi* hîc dicuntur aquæ profundæ lacuum fluviorum & marium, per terras. Vide not. ad Gen. I, 2. Hic metaphoricè ſignificant magna pericula, qua de re diximus ad Pſ. LXIX, 2.

Me iterum extrahe] תשוב תעלני *thaſchoub thehaleni*, redibis, facies me adſcendere. שוב *ſchoub*, junctum cum alio verbo, iterationem actionis ſignificat ſat frequenter. Potuiſſet utrumque תשוב eodem modo verti, ſed magis placuit varietas. Ceterùm verbum שוב ſolet ſequi conjunctio ו *&*, ſed utrobique omiſſa eſt, fortè κατ' ἀσύνδετον, quo utitur Pſaltes, qui moram vix ferebat, quale illud Virgilianum:

Ferte citi flammas, date tela, ſcandite muros.

21. *Auge magnitudinem meam*] תרב גדלתי *thereb gedullathi*, multiplicabis, vel augebis potentiam, quâ me donaveras. LXX. Int. ἐπλεόνασας τὴν δικαιοσύνην σου, ſeu legerint צדקתך *tſidkathcha*, juſtitiam tuam, ſeu ita legendum cenſuerint, quod ſuſpicari quis poſſit, quod indecorum putarent, hominem apud Deum

Digitized by Google

Preces in gratiam Salomonis, ſpéſque de ejus regno conceptæ.

PSALM. LXXII. 1. IN GRATIAM SALOMONIS: O Deus, jura tua Regi da, & juſtitiam tuam Regis filio. 2. Populum tuum juſtè, & humiles tuos ex jure judicabit. 3. Pro-

PARAPHRASIS.

1. ORATIO ad Deum, in gratiam Salomonis, Davidis Filii, cùm Rex conſecraretur. O Deus, concede Regi peritiam legum Iſraelitis latarum, cujus participem poſſit facere filium. 2. Tum demum æquo jure reget Populum tuum, & vel humillimi id, quod iis jure debebitur, conſequentur. 3. Montes & colles, quibus aliquo modo munitur regio, pacem populo

de *ſua magnitudine* loqui. Certè *Aquila* habet: πληθυνεῖς μεγαλειότητά μου & *Symmachus*: αὐξήσεις τὴν μεγαλειότητά μου. At *Hieronymus*, fortè eadem de cauſa, propter quam *juſtitiam tuam* verterant LXX. Intt. habet: *multiplicaſti magnificentiam tuam*, non *meam*.

Converſus me ſolare] תסוב תנחמני *thiſſob thenachameni*. תסוב eſt futurum conjugationis Niphal, quæ interdum habet vim reciprocam, ut Gen. XLII, 24. Pſ. CXIV, 3, 5. Eſ. I, 18 Deus, nempe, qui veluti *averſus* à Pſalte, quem in magnas anguſtias conjecerat, deſcribitur, jam נסב *naſab*, *ſe convertens* ad eum, de hoſtibus ejus pœnas ſumturus erat. LXX. Intt. ἐπιστρέψας, nempe, ἑαυτὸν. *Hieronymus*, *converſus*. At *Symmachus*: περικυκλώσεις με παραμυθίᾳ, quaſi תסבבני *thaſobbi* legiſſet, in futuro Kal, aut תסובבני *theſobebi*, in *Pobel*.

22. *Adhibito inſtrumento muſico*] בכלי נבל *bichli nebel*, in inſtrumento nablio. Poſtea *ad citharam* vertimus.

23. *Vita mea*] נפשי *naphſchi*, anima mea, hoc eſt, quod me morti eripueris, ideò laudaberis.

24 *Qui mihi nocere conabantur*] מבקשי רעתי *mbakkeſche rebathi*, quærentes malum meum.

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXII.

1. IN *gratiam Salomonis*] לשלמה *liſchlomoh*, Salomoni. LXX. Intt. εἰς Σαλωμῶν, rectè, eſt enim in Salomonis gratiam ſcriptus hic Pſalmus, non ab ipſo, ſed ab alio. Ceteri tamen Græci Intt. habebant Σαλωμῶντος, quia לדוד vertere ſolent τοῦ Δαβὶδ, quod tamen neceſſariò non ſignificat *Davidis*, cùm ſint Pſalmi, quibus præfixum hoc eſt, quos David ſcribere non potuit; quia rerum, quæ poſt ejus tempora contigerunt, meminerunt, aut ejus honoris causâ ab aliis ſcripti ſunt.

Adnotavit hîc *Grotius*, quamvis hic Pſalmus ſcriptus ſit ad celebrandam memoriam unctionis Salomonis, ſublimiore tamen ſenſu pertinere hæc ad Meſſiam agnoſcere veterem Scholiaſten Hebræorum hoc loco (fortè Abenezram) & R *Saadiam* ad Danielem VII, 14. & *Salomonem Jarchium*. Adde & Chaldæum Paraphraſten, qui pro למלך *Regi*, habet למלכא משיחא *Regi Meſſiæ*. Quod factum, ut puto, quòd ſint hîc verba, quæ, pro tota poteſtatis nativæ amplitudine, melius conveniunt Chriſto, quàm Salomoni, ut quæ habentur verſu 11. *adorabunt eum omnes Reges, eique cunctæ Gentes ſervient*. Attamen non citatur hîc Pſalmus eam in rem, in Novo Teſtamento; quo minimè præeunte, neſcio an ſatis tutum ſit de Chriſto verba Pſaltæ interpretari.

Jura tua Regi da] משפטיך *miſchphathecha* judicia tua, ſed judicia Dei ſunt paſſim jura ab eo Hebræis præſcripta.

Regis filio] Pro למלך *meleeh*. Regis, legit *Meibomius* מלכנו *malchenou*, Regis noſtri, ſine neceſſitate.

2. *Humiles tuos*] עניך *hanijecha*; hoc eſt, humiles populi tui. Vide & Pſ. LXIV, 19.

Ex jure] במשפט *bemiſchphat*, addit *Meibomius* de ſuo ידרך *jadrech*, & vertit *coram tribunali introduces*. Quaſi quidquam ſenſui deſit! Atque ut ſcias, hominem nihil habuiſſe, quod certò adfirmaret, pro voce adlata ſupplet: ירוה *joreh*, docebit.

3. *Proferent montes & colles pacem* &c.] Mirum loquendi genus, quo *pax* & *juſtitia*, deſcribuntur quaſi fructus montium & collium, quibus Palæſtina tota diſtincta eſt. Sed & ſic dicimus fore, ut *floreat pax*, aut *juſtitia*, ſub Rege pacis ac juſtitiæ amante. Ordo verborum Hebræorum eſt: *ferent montes pacem populo & colles cum juſtitia*; ex quibus ut duos verſus, more ſuo, faceret *Meibomius*, ultimæ voci addidit ישפטו *jiſchpheton* judicabunt. Sed quiſnam eſt ſenſus horum verborum: *colles juſtè judicabunt*? Ubi ſimile loquendi genus?

4. *Jus dicet humilibus populi, liberabit* &c.] *Meibomius*, quia verbum, quo deſinit antecedens apud eum verſus, initio hujus detraxerat, omnia hîc invertit, ut Diſtichon hoc conficeret: *contundet eos, qui miſeriâ adficiunt miſeros populi; ſervabit filios patris egeni*. Si hic locus eſſet corruptus, ita reſtitui non poſſet, ſine ſpiritu prophetico. Attamen tantâ fiduciâ has emendationes protulit, quaſi omnis poſteritas eſſet propterea Deum laudatura.

5. *Timebunt te cum Sole & coram Luna*] ייראוך עם שמש ולפני ירח *jerouchu him ſchemeſch veliphne jareahh*; hoc eſt, dum Sol & Luna erunt in cœlo. Sic verſ. 7. *donec non erit Luna*. Sic & Pſalm. LXXXIX, 37, 38. *Poſteritas ejus* (Davidis) *erit in perpetuum, & thronus*

3. Proferent montes & colles pacem cum juſtitia populo. 4. Jus dicet humi-
libus populi, liberabit filios egenorum, & oppreſſorem contundet. 5. Time-
bunt te, cum Sole & coram Luna, ætates futuræ. 6. Deſcendet veluti pluvia
in

pulo præſtabunt. 4. Rex, ſine diſcrimine, jus divitibus & pauperibus dicet, ac pauperes tuebitur, & oppreſſores eorum retundet. 5. Omnes ætates futuræ, dum in cœlo erunt ſtellæ, de te, non ſine reverentia, loquentur 6. Fructus terræ copioſi erunt, quia nuſquam copioſi rores deerunt, aut pluviæ, quibus omnia virebunt.

thronus ejus inſtar ſolis coram me. Sicut Luna ſtabilis erit in perpetuum: ſic & teſtis ejus in æthere fidelis. Quæ hyperbolicè quidem dicta, de poſteritate carnali Davidis, oſtendunt tamen Hebræos res perpetuas cum ſtabilitate Solis & Lunæ conferre ſolitos. Sic & Latini, ut *Ovidius* Amorum Lib. I. El. XV, 15.

Nulla Sophocleo veniet jactura cothurno.
Cum Sole & Luna *ſemper Aratus erit.*

Sic & *Theognis* verſ. 252.

Πᾶσι γὰρ, οἷσι μέμηλε ϗ̀ ἐσσομένοισιν ἀοιδὴ
Ἔσσῃ ὁμῶς, ὄφρ' ἂν γῆ τε ϗ̀ ἠέλιος.

Omnibus enim, quibus curæ eſt etiam poſteris carmen, eris unà, donec terra & ſol erunt. Hìc verò *Meibomius* cui hæc loquendi genera non placuerunt, novos confingit Hebraiſmos, legit enim:

יראו כבודו עם שמש
ובני ירח לדור דורים:

Vertitque: *metuent gloriam ejus populus Solis & filii Lunæ, in generationem generationum.* Nuſquam enim *timere gloriam* occurrit in Libris Sacris, nec ullum eſt exemplum, quo meridiani populi *filii Solis*, orientales verò *filii Lunæ* dicantur. Poſtea p. 56. ubi breviter rationem reddit mutationum, quæ nemini prorſus, præter ipſum, probari queant, ait „memorabile hoc eſſe Diſtichon, ob inſignem „difficultatem utroque verſu. Studio, *inquit*, „in Babylonica Captivitate, hoc acceſſitum „ſuſpicor, ne magnificâ laude Chaldæos auditores, aut lectores Pſalmorum offende„rent. Ejus autem rei notitiam longâ captivitate abolitam. Unde illa depravatio & „fortaſſe multæ aliæ, eo tempore, de induſtria factæ, in libris ſacris poſtea locum re„tinuerint. —— Adfixi ו *abſurditas* me, ut „hìc dubitarem, admonuit. Tertiæ enim per„ſonæ hìc omnia verba ſunt & eſſe debent, „ideóque inſolens hæc apoſtrophe. — Quod „ad phraſin adtinet, reperitur ea Pſ. CII, „16. & Pſ. XCVII, 6. ubi, pro וראו & „*videbunt* lego יראו *jareou* timuerunt. Poſtea etiam litteram ו vult eſſe notam, ſeu primam litteram vocis בכבודו *chebodo*. Sed ut à poſtremis incipiam, I. *notas* illas ipſe, ſine ulla neceſſitate, confinxit in locis, quos propterea emendavit: II. Emendatio Pſ. XCVII, 6. nullius eſt pretii, nec poteſt conjectura incertiſſima aliâ non certiore firmari. Exemplum verò Pſ. CII, 16. *timebunt Gentes nomen Jehovæ, & omnes terrarum Reges gloriam tuam*, non eſt idem, nam ſupplendum *videbant*, ut liquet ex verſu ſequente: *poſtquam inſtauraris Jehova Sionem, cernetur in gloria ſua*, נראה בכבודו: III. Apoſtrophæ ejuſmodi ſubiræ frequentes ſunt, in hiſce libris, exemplúmque in hoc ipſo loco Pſaltæ cernere eſt, ubi eſt: *timebant nomen Jehovæ*, quæ tertia eſt perſona, nec eo ſecius ſequitur: *gloriam tuam.* Plura exempla congeſſit *Sal. Glaſſius* Rhet. Sacræ Tract. II. c. 4. IV. Quod ait de locis mutatis in Captivitate ſomnium eſt, nullo certo exemplo confirmatum; nec Babylonii aderant hymnis Hebræorum, cùm non intelligerent eorum linguam; nec miſeros captivos curarent; nec ſi voluiſſent iis negotia propterea faceſſere, deerant alia loca Pſalmorum, quibus oſtendi poterant, ut Pſ. CXXXVII.

6. *Deſcendit veluti pluvia* &c.] Tam opportunum erit ejus imperium populis, quàm eſt pluvia opportuna pratis, quorum herba ſecta eſt; quia nimirum, fœni cordi, vel autumnalis incrementi cauſa eſt. Vide Job. XXIX, 27. Proverb. XVI, 15.

In ſectam herbam] על גז *hal gez.* LXX. Intt. ἐπὶ πόκον, *in vellus*, & ſic ceteri Græci, excepto *Aquila*, qui verterat κουράν. Sic dicitur fœnum ſectum à גזז *gazaz*, *totondit.* Sic ante *Meibomii* tempora vocem interpretati fuerant Chaldæus Int. *David Kimchi*, *Val. Schindlerus*, *Joan. Cocceius*, *Sanctes Pagninus*, *Franc. Junius*, *Joann. Piſcator*, alii multi, tum etiam ii, qui Commentarios in Pſalmos ediderant; quorum nullum à viro docto conſultum mirum eſt, aut ſi conſuluit, in re aperta, ſpretum fuiſſe; nam legit hìc גן *gan*, hortus. Attamen גזים *gizzim*, fœnificia dicuntur etiam Hamos VII, 1. Emendandi pruritus hominem excœcaſſe videtur. Præterea poſt *deſcendet* addit לעם *labam*, ad populum, quod ſatis intelligitur, neque hoc eſt inrudendum.

Veluti tenues pluviæ] כרביבים *chirbibim* de qua voce vide dicta ad Deut. XXXII, 2.

In fiſſuras terræ] זרזיף ארץ *zarziph arets*, quarum vocum prior hoc tantùm loco exſtat. LXX. Intt. vocem רביבים *rbibim* σαγόνες interpretantur, & זרזיף *zarziph* σάζουσαι *ſtillantes*; Hieronymus, *irrorantes.* Quod quomodo è verbo Hebraïco exſculpi poſſit non adſequor, nisi legerint מרוים *marvim*, *rigantes*, aut ſimile quidpiam. Ceterorum Intt. nihil exſtat hac de re, imperitiâ Græcorum; qui eos conſuluerunt, ubi nihil erat obſcurum, ſed in obſcuris locis non intellexerunt Rabbinorum nonnulli deducunt vocem à זרף *zaraph*, quod eſt *fiſſuras facere.* Sed legendum eſſet זרפיף *zarpiph*, ut ultima radicalis repeteretur. Alii volunt *ſtillationem* ſignificari, quia, apud Rabbinos, זריפא דמיא *zarſipha dmaja*, eſt *aquæ ſtillatio*, vel *adſperſio.* *Fiſſuras terræ* vertimus, quia melius nihil occurrebat, & certum eſt æſtu & ſiccitate terram rimas agere. *Meibomius* vocem corruptam cenſet, legitque על חי ארץ *hal*

in ſectam herbam, & veluti tenues pluviæ in fiſſuras terræ. [7]. Florebit diebus ejus juſtus, & multa pax *erit*, donec non erit Luna. [8]. A mari ad mare & à fluvio ad fines terræ dominabitur. [9]. Coram eo ſe ſe incurvabunt ſolitudinum incolæ, & hoſtes ejus pulverem lingent. [10]. Reges Tharſis & Inſularum *ei* munera referent, Reges Schebæ & Sebæ dona offerent. [11]. Adorabunt eum omnes Reges, eíque cunctæ gentes

bunt. 7. Florebunt, eo regnante, boni viri, & perpetua florebit pax, dum Luna in cœlo lucebit. 8. A mari interno ad externum, à Jordane ad fines terræ ortum verſus, ei parebunt. 9. Incolæ indomiti ſolitudinum eum, quaſi Regem ſuum, inflexo corpore, ſalutabunt, ac eo præſente, pulverem reverentiæ cauſâ veluti lambent. 10. Reges Tharſiſienſes atque incolæ inſularum, in utroque mari, ut Schebæ & Sebæ ad eum, reverentiæ cauſâ, munera adferent. 11. om-

hal rzi arets, hoc eſt, *ſupra maciem terræ*, quod in Græca verſione interpretatur λεπτὴν γῆν *terram tenuem*. רזי *razi* dicitur de homine, non terra Eſai. XXIV, 16. Sed non licet, ex hoc libro, eliminare vocem, ea tantum de cauſa, quòd ſemel occurrat, nec origo ejus pateat, cùm ſint tot aliæ ſimiles.

Donec non erit Luna] עד בלי ירח had bli jareahh, *donec non Luna*. LXX. Intt. ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη, *Aquila*, ἕως οὗ ἡ σελήνη Hieronymus: *donec non ſit Luna*, *Symmachus* ἕως παλαιώσεως τῆς σελήνης, quia בלי bli putavit eſſe nomen ſubſtantivum, ut Eſai. XXXVIII, 17. ubi *conſumtionem* ſignificat. Sed בלי frequentiùs *non* ſignificat, & idem dicitur hîc ac verſ. 5. *Meibomius*, qui eum verſum mutavit, hîc legit: עד בלות ירחיו *had chloth jerehhau*, quod vertit, *donec finiantur menſes ejus*, interpretatúrque *ad vitæ ſuæ exitum*. Sed hæc nimia eſt audacia, eliminare loquendi genus ſat clarum, nec analogiæ contrarium; ut novum ei ſubjiciatur, ex mera conjectura. Antea etiam, eodem jure, hoc eſt, nullo, pro רוב שלום *verob ſchalom*, & multitudo pacis, ſcribit ברוב *berob* in multitudine. At LXX. & *Aquila* habent: καὶ πλῆθος εἰρήνης. *Hieronymus* ſimiliter: *& multitudo pacis*. Quare non eſt quod mutemus. *Pax* autem eſt incolumitas omnium rerum.

8. *A mari ad mare*] מים עד ים *mijjam had jam*. *Meibomius* his verbis addit: vocem הגדול haggadol, *à mari uſque ad mare magnum*, quod interpretatur, *à mari ſinûs Perſici ad mare Mediterraneum*. Sed hoc poſterius mare dicitur quidem *magnum*, collatum cum mari mortuo, & mari Geneſarethico; verùm mare Perſicum cùm pars ſit Oceani, & conjunctum ſit cum Oceano Indico, cúmque Æthiopico & Atlantico, majus eſt multò Mediterraneo. Sed, reſectâ voce *magnum*, res ipſa poteſt admitti; ita ut amplitudo regni Salomonis deſcribatur à mari Perſico ſeu Oceano ad Internum. Frequentiùs tamen ſinus Arabicus illinc, atque hinc Mare Mediterraneum, quaſi fines regni, proponuntur. Vide Gen. XV, 18. & Exod. XXIII, 31.

A fluvio ad fines terræ] Ab Euphrate ad littora Maris Mediterranei, ubi ſunt ἔσχατα γῆς. Vide Zach. IX, 9. *Meibomius* interpretatur *à fluvio Rhinocoruris ad Syriæ uſque fines*. Sed is *fluvius* non dicitur ſimpliciter *fluvius*, verùm Euphrates, qui κατ' ἐξοχὴν eam adpellationem obtinet.

9. *Coram eo ſe ſe curvabunt*] inflexo corpore eum adorabunt, more Orientalium.

Solitudinum incolæ] ציים *tſijim*, hoc eſt, terrarum ſiccarum incolæ, quæ ſunt ſolitudines; hoc eſt, Arabes. Sed infrà Pſ. LXXIV, 14. ſingularis populus hac voce ſignificatur. LXX. Intt. *Aquila* & *Symmachus* habent hîc Αἰθίοπες. Huic voci ſubſtituit *Meibomius* כל עריצים chol haritſim, *omnes violenti*, quæ violenta eſt emendatio.

Pulverem lingent] Hoc eſt, abjectiſſimè vivent. Metaphora ducta à ſerpentibus. Vide Mich. VII, 17. Sic & Eſai XLIX, 23. *pulverem pedum tuorum lingent*, eſt abjectiſſimâ ratione te venerabuntur.

10. *Reges Tharſis*] De *Tharſis* vide not. à nobis ad 1. Reg. X, 22. *Meibomius* Reges Ciliciæ interpretatur, præfigitque his verbis vocem יאתו, *venient Reges Tharſis & inſularum*. Sed ut omittam emendationem inutilem, de Ciliciæ & Inſularum Græciæ Regibus, qui tributa Salomoni penderent, nulla eſt in Scriptura mentio. Contra Indicæ Tharſiſiæ mentio fit, loco Regum citato. Nuſquam etiam memoratur claſſis, quam Salomo in mari Interno habuerit; cujus metu Cilices, ac Inſularum incolæ muneribus ſibi Salomonis gratiam conciliare coacti ſint.

Et Inſularum] Quamvis איים *ijim* κατ' ἐξοχὴν ſæpe vocentur maris Mediterranei inſulæ, ut Gen. X, 5. nihil tamen vetat Indicas inſulas intelligi, quæ multæ fuerunt, & ſunt etiamnum hodie, inter freti Arabici oſtium & inſulam Taprobanam, quà navigationem Ophirenſem inſtituit Salomon.

Munera referent] מנחה ישיבו *minhhah juſchiboa*, munus referent. Addit inter duas haſce voces *Meibomius* ציונה tſijonah, *Sionem*, ut verſum, more ſuo, impleat. Sed quamvis ei concederetur, verſus Hebræos ejus menſuræ eſſe, quam commentus eſt, quis ſuſtineret tot voces infarcire de ſuo? An nullæ aliæ potuerunt eſſe? Nemo dixerit, cui ſanum ſit ſinciput.

Reges Schebæ & Sebæ] שבא וסבא *ſchba uſeba*. Arabiæ regiones ſunt, de quibus ad Gen. X, 7. diximus. Regina שבא dona ad Salomonem adtuliſſe narratur 1. Reg. X, 1. *Meibomius* repetit, ante hæc verba, vocem יבאו *jaboa*, quaſi deeſſet, cum nihil deſit ſenſui; ad explendam, ſcilicet, verſûs menſuram.

Dona offerent] אשכר יקריבו aſchchar jakribou, *donum admovebunt*. Extat vox אשכר *aſchchar* iterum Ezek. XXVII, 15. quæ orta videtur à שכר ſchachar, *mercede conduxit*: diacriticorum enim punctorum rationem nullam habemus. Significationes *muneris* & *mercedis* adfines ſunt: At *Meibomius*, ut novum verſum confi-

Digitized by Google

tes ſervient; [12]. quia liberabit egenum clamantem & adflictum, cui nemo auxilium fert. [13]. Parcet tenui & pauperi, & vitam indigentium ſervabit. [14]. A dolo & ab injuria eos liberabit, corúmque ſanguis oculis ejus erit pretioſus. [15]. Vivet *pauper* & dabit ei *Rex* aurum Schebæ, orabit *pauper* pro eo perpetuò, & quotidie ei bene precabitur. [16]. Erit copia frumenti in terra, etiam in vertice montium, perſtrepet inſtar *arborum*

rent. 11. Omnes vicini Reges & Populi dona etiam ad eum ferent, eique parebunt; 12. quia ab oppreſſione liberabit egenus, querentes atque adflictos, quibus nemo antea auxilium ferebat. 13. Parcet tenuibus & pauperibus, & indigentibus neceſſaria ſuppeditabit. 14. Contra dolos, atque apertas injurias iis ſuppetias feret, nec patietur eorum ſanguinem temerè fundi. 15. Vivet pauper; eique Rex aurum Schebæ dono dabit. Pro eo preces fundet, apud Deum, pauper, & quidem quotidie, ut Salomoni, quatenus poterit, pax redderetur; quales preces apud Deum fuſæ, pro beneficiis, quæ à Salomone acceperat.

16. Abundabit magnâ frumenti copiâ in montium jugis, quaſi eſſent fruges in montibus, ut ſunt

conficeret, eam mutat, & ſic verſum concipit. אזכרה לאלהיו יקריבו *ezcharah lelohau jakribon*, thura Deo ejus offerent. Quæ ſoliti ſunt ejus audaciæ partus.

11. *Omnes Reges*] Nempe, minores Reguli, ad orientem, Tyriorum ad occaſum & Syrorum ad ſeptemtriones, ſi de Salomone agatur; neque enim Ægypti Reges ad Auſtrum, neque Babyloniorum, Aſſyriorumque Ortum verſus, Salomonis majeſtatem donis coluerunt. Hæc multò veriùs & ſublimiùs in Chriſtum quadrant; cui multò plures & potentiores Reges paruerunt, parêntque etiamnum hodie, pro captu. Pro מלכים *mlachim*, habet *Meibomius* מלכי ארץ *malche arets*. Si uſque adeò corruptus hic fuiſſet Pſalmus, adiiugendus non fuit; neque enim emendari poterat, ſine bis mille annorum & plurium etiam Codicibus, aut ſine adflatu, qualis fuit, qui Hezræ, ut reſtitueret libros Scripturæ amiſſos, à fabulatoribus adſcribitur.

12. *Liberabit egenum*] אביון *ebjon*. Legit *Meibomius* יתום jathom, *pupillum*, fortè ut vitetur repetitio vocabuli, quod bis in ſequentibus verbis legitur; quam hi Scriptores non refugiunt. Sequente verſu pro ואביון *veebjon*, ſcribit ואלמנה *vealmanah*, & viduæ, eadem, ut puto, de cauſa.

Cui nemo auxilium fert] *Et nemo adjutor ei.*

13. *Vitam indigentium*] נפשות אביונים *naphſchoth ebjonim*, quod *Meibomius* vertit *animas paterculorum*, atque interpretatur, *pauperes patres familias in vita ſervabit.* Sed ubi אביון *ebion* ſignificat non quemvis pauperem, verùm *pauperem* patrem familias? Nuſquam niſi in commentitio Hebraiſmo *Meibomii.*

14. *A dolo & ab injuria*] מתוך ומחמס *mittſchoch oumechhamas*. Vocem priorem verterunt LXX. Int. ἐν τόκῳ, *Aquila* ὄφλημα Pſ. LV, 12. Hieronymus: *ab uſura*. Sed viri docti dudum obſervarunt LXX. Int. interdum uſos eſſe vocibus Græcis, quæ ſono potiùs, quàm ſignificatu, Hebraïcis reſponderent. Vide *Lud. Capellum* ad Cant. III, 8. & Jerem. XXXI, 21. Vox תוך *fraudem* ſonat Pſ. X, 7. LV, 10. Occurrit in plurali תככים *thechachim* Proverb. XXIX, 13. *Meibomius magnam uſuram* vertit, cum uſura dicatur Hebraïcè נשך *neſchech* aut תרבית *tharbith*. Sed habuit ſibi vir doctus commenticium Hebraiſmum, quem nemini obtrudere potuit.

Eorúmque ſanguis &c.] Tam ſibi cavebit ab ab effundendo temerè ſanguine pauperum, quaſi vili, quàm divitum; contra quàm ſolebant vulgò Orientis tyranni. Simile loquendi genus legitur 1. Sam. XXV, 21. 2. Reg. I, 14.

15. *Vivet*] Supplevimus *pauper*, cujus *ſanguis* dicitur fore Regi *pretioſus*.

Et dabit] Non jam *pauper*, cui non eſt auri copia, *Regi*; ſed Rex pauperi, qui adfluentiæ divitiarum pauperem participem faciat. Apud Hebræos, ſæpe Nominativi omittuntur, ex re ipſa ſupplendi. Pro ויחי ויתן *vajehhi vajjitthen*, legit *Meibomius* יחיה ונתן *jibhjeh venitthen*, *vivet & dabitur ei* &c. déque ſolo Rege intelligit. Sic & veteres Int. Græci Tetraplorum habent δοθήσεται, quos ſequutus eſt *Hieronymus*. Non muto tamen ſententiam. Vide not. ad Geneſin XXX, 31.

Aurum Schebæ] Vide 1. Reg. X, 2. Liberalitas & divitiæ Salomonis hîc ſignantur, qui pauperes auri Sabæi participes facturus erat; magnos enim ſumtus facere non poterat, quia pauperiores operam ſuam locantes, aut fructus vendentes lucrarentur.

Perpetuò] תמיד *thamid*, cui ſubſtituit *Meibomius* חסיד *hhaſid*, quod militem præſidii interpretatur. Utrumque abſurdè, atque intolerandâ audaciâ.

16. *Erit copia frumenti*] יהי פסת בר *jehi phiſſath bar*. Eſt פסה *phiſſah* à פסס *phaſas*, quod *imminutus fuit* ſignificat, ſed hîc omnino idem eſt ac Chaldaïcum פסא *phſa*, . quod eſt *expandit, diffudit ſe*, adeóque rei, de qua ſermo eſt, copiam deſignat. Nuſquam aliàs vox legitur, ſed frequentiùs occurrit vox פסים *phaſſim*, quæ *fruſta* & *particulæ* vertitur, cui ſignificationi hîc non eſt locus. LXX. verterunt στήριγμα, Hieronymus: *memorabile triticum*, Interpres Chaldæus: סעיד לחמא *ſahid lahhma*, fulciens panis. Quorum rationem ex Hebraïca Lingua intelligere non licet. Cum פסה ſit fœminini generis, antecedit tamen verbum maſculinum יהי *jebi* pro יהיה *jihjeh*, ſive ſit Enallage generis, de qua *Joan. Buxtorfius* Theſ. Lib. II. c. 10. ſive librariorum mendum. *Meibomius* emendat תהיה פשתה הבר *thijeh phaſſchath habbar* פשתה *phiſchthah* eſt *linum* & *ellychnium*, non *abundantia*, ut ſuum פסא interpretatur. Neſcio an cuiquam ſperaverit ſe perſuaſurum, voces, quæ nuſquam extant, in libris Hebraicis, aut in vicinarum Linguarum monumentis, neque ad ullam Radicem referri com-

arborum Libani proventus ejus, ab urbibus uſque florebit; inſtar graminis terræ.
17. Erit nomen ejus in perpetuum, & coram Sole propagabitur; bene precabuntur omnes gentes, adhibito *ejus nomine*, & beatum eum prædicabunt.
18. Benedictus ſit Jehova Deus, Deus Iſraëlis, qui ſolus mirifica facit. 19. Glorioſum ejus nomen *ſit* in perpetuum benedictum, impleatúrque ejus gloriâ univerſa terra. Amen, Amen. 20. *Hic* deſinunt preces Davidis Jiſaïs filii.

LI-

ſunt Cedri in Libani jugis. 17. Erit ſempiterna ejus fama, & cum Sole & Luna reparabitur. 18. Cum cuipiam bene vovere volent, ei optabunt felicitatem Salomonis, quam proferent quaſi exemplum magnæ felicitatis.

18. Laudetur ab omnibus Creator, Deus Iſraëlis, qui ſolus ejuſmodi mirabilia facit. 19. Decantatum ejus nomen, in perpetuum ab omnibus celebretur, & longè lateque per omnes terras ſpargatur ejus gloria. Amen.

Hic eſt finis precum Davidis, Regis Iſraëlis, ejuſdemque Iſaïs Filii.

PARA-

commodè queant, fuiſſe olim in uſu. Eſt quidem פיש phouſch, *abundavit* & פש *phaſch*, copia. Sed ſcribit cum Daguesch, in media, *paſſchath* quaſi eſſet à פשש *paſchaſch* quod tamen nuſquam *abundare* ſignificat. Quare hoc inter cetera hominis ſomnia habendum eſt.

Etiam in vertice montium] בראש הרים *broſch barim*. Addimus *etiam*, quamvis enim in montium convallibus, etiam inter ſuperiora juga, frumentum feratur; attamen in campis potiſſimum creſcit. Hæc cum neſciret, aut parum adtenderet *Meibomius*, his verbis præfixit חציר *fœnum*; nam verſus ejus nihil moror.

Perſtrepet, inſtar arborum Libani, proventus ejus] ירעש כלבנון פריו *jirhaſch challebanon phirjo*, perſtrepet ut Libanus fructus ejus; hoc eſt, quemadmodum cedri Libani vento agitati ſtrepunt, ſic ſtrepet triticum montium Judææ; quod eſt hyperbolicum loquendi genus, quo magna tritici copia ſignificatur. At *Meibomius* emendat בהר לבנון פריו in monte Libano fructus ejus. Sed nec Libanus erat Salomonis, verùm Tyriorum, nec celebratur ille mons, niſi ſilveſtribus arboribus & præſertim Cedris.

Ab urbibus uſque florebit &c.] *Et florebunt ab urbe ſicut herba terræ*: ויציצו מעיר כעשב הארץ *vajjatſitſou mebir chebeſcheb haarets*. Quæ verba videntur ſignificare tantam fore copiam terræ proventuum, ut ab ipſis pomœriis urbium, omnis ager iis abundet ad montes uſque. Anteceſſit quidem priùs פריו *phirjo*, fructus in ſingulari; ſed cum omnis generis terræ proventus intelligantur, cum plurali etiam, pro Hebraicæ Linguæ more, conjungi poteſt: *Meibomius* verò hîc habet: יציצו כל עשבי הארץ *florebunt omnes herbæ terræ*, quæ magna eſt mutatio, nec ferenda, quamvis concederemus, hunc locum eſſe corruptum; quis enim poteſt tantas factas mutationes divinare? Sed ille ſe ſtultis fucum facturum ſperabat.

17. *Erit nomen ejus in perpetuum*] יהי שמו לעלם *jehi ſchemo lebolam*. *Meibomius* verò, ad implendum verſum: יהיה שמו ברוך לעלם *erit nomen ejus benedictum in ævum*, cùm nihil ceteroqui deſit ſenſui, cùm nomen ſit fama, quæ in perpetuum fore aptiſſimè dicitur.

Coram Sole propagabitur] לפני שמש ינון *liphne ſchemeſch jinnon*. Quid ſit *coram Sole* ſatis liquet ex verſu 5. Sed verbum ינון *jinnon* obſcurius eſt, quia hîc tantùm legitur. נין quidem *filius* aliquoties dicitur, per quem cum propagatione conſervetur genus. Interpretes ideò putarunt verbo hinc deducto *propagationem* ſignificari. LXX. Intt. πρὸ τοῦ ἡλίου διαμενεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Hieronymus: *ultra Solem perſeverabit nomen ejus*. *Meibomius*, pro לפני שמש *liphne ſchemeſch*, habet לבני שמש libne ſchemeſch, *filius Solis*, interpretatúrque liberis populorum auſtralium; ut verſu 5. *filios Lunæ* dici vult ſeptemtrionales; quaſi liceret in Lingua mortua loquendi genera, quæ nuſquam exſtant, comminiſci! ינון verò vertit *adoptabitur*, quod de Salomone dici nequit; niſi fabulam Æthiopum admittamus, qui Reges ſuos è Regina *Makeda* (ſic vocant Sabæorum Reginam, de qua 1. Reg. X.) quæ cum Salomone, ut ajunt, concubuerat, & gravida domum redierat, ortum ducere contendunt, ut docet *Job. Ludolfus*, in Hiſt. Æthiopica.

Bene precabuntur omnes gentes adhibito ejus nomine] יתברכו בו כל גוים *jithbarechou bo chol gojim*; hoc eſt, cum ſibi invicem bene precari volent, dicent: benedicat tibi Deus, ut benedixit Salomoni. Vide not. ad Gen. XII, 3. & XLVIII, 20. *Meibomius* ante *omnes Gentes* habet כל שבטי ישראל *chol ſchibphte Jiſchraël*, omnes tribus Iſraëlis, quæ nimia eſt & ſuperflua mutatio, & *omnes gentes* ad ſequentem verſiculum amandat יתברכו vertit *ſalutabunt ſe invicem*; ſed quid eſt *ſalutare ſe invicem aliquo, vel in aliquo*, aut ubi ſimile loquendi genus? An licet nova loquendi genera fingere in Lingua, ante duo millia annorum intermortua?

18. *Qui ſolus mirifica facit*] Eſt לבדו *lbaddo* quæ vox *ſolum* ſignificat, quam vertit *Meibomius*: *ſibi ſoli*, & interpretatur pro gloria ſua. Sed deberet eſſe לו לבדו *lo lbaddo*, ut Pſ. LI, 6 לך לבדך *lcha lbaddecha*, eſt *tibi ſoli*. Deus *ſolus mirifica facere* dicitur, quia creaturæ ſimile nihil faciunt, quamvis interdum hominibus mirabilia eorum facta videantur.

19. *Benedictum*] Laudetur, eique gratiæ agantur.

Impleatúrque ejus gloriâ univerſa terra] ימלא כבודו את כל הארץ *jimmale chbodo eth chol haarets*. Hic את *eth* poſt verbum paſſivum eſt nota nominativi, ut Num. XIV, 21. in hac ipſa ſententia. Notum eſt, hanc eſſe vim particulæ in hac conſtructione. Vide *Chr. Noldium* ad *num.* XXIV.

Amen, Amen] Sic clauditur I. Liber Pſ. XLI, 14. & infra III. Pſ. LXXXIX, 52.

Hic deſinunt preces Davidis &c.] Hujus, nempe, libri; nam & alii multi Davidis Pſalmi in ſequentibus. Nec omnes etiam antecedentes Pſalmi Davidis ſunt.

COM-

Digitized by Google

LIBER TERTIUS.

Pſaltes ſe propemodum lapſum fatetur, cùm animadverteret improbos eſſe beatos, probos verò infelices; ſed, ſine eorum conſpectu, intellexiſſe ſe docet, quodnam eſſet inter eos diſcrimen; qua de re gratias Deo agit.

1. CARMEN ASAPHI. Profectò beneficus eſt Deus erga Iſraëlem, erga eos, quorum animus eſt mundus. 2. Mihi verò parum abfuit, quin declinarent pedes, propemodum PSALM. LXXIII.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN ASAPHI. Sine dubio beneficus eſt Deus erga Iſraeliticum populum; erga eos, nempe, quibus animus eſt mundus à vitiis. 2. Mihi verò propemodum contigit, ut à recta via diverte-

COMMENTARIUS
In PSALM. LXXIII.

1. C*Armen Aſaphi*] Vide ad Pſalm. L. 1.

Profecto beneficus eſt Deus] אך טוב לישראל אלהים, *ach tob liſchraël Elohim.* A vocula אך *ach* inchoatur etiam Pſalmus LXII, 2. ſed vertimus ibi *tantùm.* Hîc verò eſt adfirmantis, & quidem, re probè expenſâ, id quod ſequitur, atque in hæc veluti verba, poſt tacitam meditationem, prorumpentis. Talia ſunt & apud Ethnicos Scriptores, ut apud *Virgilium* Georg. IV, 445. ubi ſic Proteus, poſt longum ſilentium:

—— Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras
Juſſit adire domos?

Quod elegantius eſt, quàm ſi *nam quis*, cum *Servio*, pro *quiſnam* eſſe putemus. Sic etiam intellexerim *Terentium* Phorm. V, I, 5. *nam quæ anus eſt exanimata*, non ut Chremes velit dicere *quænam*; ſed ut eorum, quæ animo verſaverat, ut Proteus, rationem reddat. Sic & apud Ovidium Metam. IX, 584. à fratre Cauno repulſam inceſti concubitûs paſſa:

—— Palles auditâ, Bybli, repulſâ,
Et pavet obſeſſum glaciali frigore pectus.
Mens tamen, ut rediit, pariter rediere furores,
Linguáque vix tales, icto dedit aëre, voces:
ET meritò, quidenim temeraria vulneris hujus
Indicium feci.

Eadem de causâ, adverſativâ *at* aliquando initio orationis occurrit, ut apud *Terentium* Andr. Act. IV. Sc. I, 42.

At tibi Dii dignum factis exitium duint!

Ad quæ verba exempla ſimilia è *Virgilio* & *Horatio* adfert *Donatus*; quem vide, ſi opus eſt. Ut ad Pſalten redeam, hîc טוב *tob*, verti *beneficum*, quia *bonus alicui*, aut *beneficus erga aliquem* idem ſunt. Sic & ἀγαθὸς idem eſt, ac ἀγαθοποιὸς Matth. XX, 15. & Rom. V, 7. ad quem locum vide adnot. in Addit. ad *Henr. Hammondum.*

Erga eos, quorum animus eſt mundus] לברי לבב *lbare lebab*, mundis corde. Adduntur hæc ἐπεξηγήσεως ἕνεκα, ut intelligant Lectores, Deum eſſe beneficum, non in quosvis Iſraëlitas; ſed in eos demum, quorum animus eſt vitiis mundatus, vel qui ex animo pii & religioſi ſunt.

2. *Mihi verò parum abſuit*] ואני כמעט *vaani chimhat*, & ego ut parum; hoc eſt, *quod adtinet ad me parum, abſuit, quin.* Sic ואני ſumitur abſolutè, cùm deeſt conſtructio ſequentium verborum, &, ut volunt nonnulli, Pſ. XXXV, 13. Vel eſt duarum ſtructurarum miſtura, de qua vide quibus egimus Artis Criticæ P. 2. Sect. I. c. 10.

Quin declinarent pedes] נטוי רגלי *natajou raglai*, ut Maſſorethæ legunt, quaſi legendum eſſet נטיו *natajou.* Sed legi æquè bene potuit reiecto קרי Chetib, נָטוּי רַגְלִי in ſingulari, *declinabat pes meus.* Sic &, in ſequentibus verbis, שפכה אשרי quod iidem effetunt, quaſi ſcriptum fuiſſet שפכו *ſchaphechou*, legi potuit שֻׁפְּכָה אֲשֻׁרִי, in ſigulari, *lapſus eſt greſſus meus*, nam אשור *greſſus* fœminino genere exſtat Pſ. XXXVII, 31. LXX. tamen Intt. & *Hieronymus* plurali quoque uſi ſunt. *Declinare* pedes dicuntur, qui rectam viam deſerunt. Vide Job. XXXI, 8. *Fluere* verò greſſus dicuntur propriè, qui in lubrico ſolo labuntur, ut liquor, qui per terræ ſuperficiem defluit. Vult Pſaltes, fermè factum eſſe, ob rationem, quæ ſequitur, ut à veritate deficeret; crederétque res humanas Providentiâ Divinâ non regi, útque vitæ commoda, iiſdem artibus, ac mali ſolebant, ſibi quæreret. Rectè viri docti contulerunt, cùm hoc Pſaltæ loco, verba hæc *Claudiani* Initio Lib. I. in *Rufinum*:

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem,
Curarent ſuperi terras, an nullus ineſſet
Rector, & incerto fluerent mortalia caſu.

Quibus dictis, ex ordine, qui in Mundo obſervatur, oſtendit graves rationes eſſe, cur Providentiâ Mundus regi credatur, ſubjicítque:

Sed cùm res hominum tantâ caligine volvi
Adſpicerem, lætóſque diu florere nocentes,
Vexarique pios, rurſus labefacta cadebat
Relligio, causæque viam non ſponte ſequebar
Alterius, vacuo quæ currere ſemina motu
Adfirmat, magnúmque novas per inane figuras
Fortunâ, non arte regi; quæ Numina ſenſu
Ambigua, vel nulla putat, vel neſcia noſtri.

Tum ita Deum eſſe colligit:

dum lapſi ſunt greſſus mei; [3]. quia invidi inſanis, *cùm* nocentium res ſecundas viderem; [4]. nam nulli ſunt iis angores, quando moriuntur; integri ſunt viribus; [5]. in moleſtiis mortalium non verſantur, nec cum hominibus plagas accipiunt. [6]. Quamobrem quaſi torquis ornat eos ſuperbia, operit eos quaſi ornamentum injuria, *quam aliis fecerunt.*

verterem, aut etiam exciderem prorſus à recta via 3. quia invidebam inſanis, cùm res eorum ſecundas animadverterem 4. nam non magis anguntur, quando moriuntur, quam alii; interdum integris viribus ſunt, 5. ac ſine ullo moleſto & longiore morbo, aut vulnere moriuntur. 6. Quamobrem vultu erecto, atque ſuperbo ambulant, & veluti ornato injuriis, quibus alios adfece-

Abſtulit hunc tandem Rufini pœna tumultum,
Abſolvitque Deos; jam non ad culmina rerum
Injuſtos creviſſe queror; tolluntur in altum,
Ut lapſu graviore ruant.

7. *Quia invidi inſanis*] כי קניתי בהוללים *chi kanithi baholelim. Inſani* hîc dicuntur, qui ita vivebant, quaſi Deus nullus eſſet, quæ ſanè intoleranda inſania eſt. Quare & Pſ. XIV, 1. ejuſmodi vir dicitur נבל *nabal*, inſanus.

Cùm nocentium res ſecundas viderem] שלום רשעים אראה ſchlom teſchahim ereh, *pacem nocentium videbam.* Subaudiendum כאשר *chaaſcher*; id eſt, *quando*; aut ſimile quiddam. *Pax*, ut ſequentia oſtendunt, dicitur incolumitas, & quidquid rerum ſecundarum nomine continetur; ut alibi paſſim.

4. *Nam nulli ſunt iis angores*] כי אין חרצבות *chi en bhartſubboth.* Uno præterea loco occurrit vox חרצבות, Eſaiæ LVIII, 6. ubi *vincula* videntur ſignificari. Hîc verò ſignificantur incommoda, aut animi, aut corporis, quibus Pſaltes negat malos, qui ſecundis rebus fruiti ſunt, laborare, morte inſtante. LXX. Intt. ἀνάνευσιν vertunt hîc, quod quid ſit facile non eſt intellectu; nam *erectionem* ſignificat, opponitúrque ἐπινεύσει *inclinationi.* Fortè legendum ἀνάνηψις *evigilatio*, ita ut veluti è ſomno expergefacti intelligant moribundi, quàm pravè vixerint, quod neget Pſaltes improbis contingere. Fortè etiam voce ἀνάνευσις id ipſum intellexerunt, quia è ſomno excitati ἀνανεύουσι *eriguntur*; unde *Heſychius*: ἀνάνευσις ἀναβλέψεις, ἀνάπαυσις, ἀνάνηψις. Sed quamvis ita res habeat, propterea tamen, quî hæc vox Hebraïcæ reſpondeat, magis non intelligimus. *Aquila* δυσπαθείας, quibus ægritudines vix tolerandæ ſignificantur. *Symmachus*: οὐκ ἐνεθυμοῦντο περὶ θανάτου, & Hieronymus: *quod non recogitaverint de morte ſua*; quaſi חשבות *bhaſchuboth* legiſſent & *cogitationes* intellexiſſent. Sed ea vox alibi non exſtat, quamvis חשב *cogitare*, *reputare* ſignificet. Adparet vocem eſſe compoſitam, ſed quibus vocibus non liquet.

Integri ſunt viribus] בריא אולם *bari oulam.* Sic ex conjectura vertunt Recentiorum plures, quia בריא *bari* eſt *pinguis* & אולם *oulam* idem fortè eſſe queat, ac אילם ejalam, *robur eorum.* LXX. Intt. στερέωμα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν. *Symmachus*: στερεὰ γὰρ ἦν τὰ πρόπυλα αὐτῶν, & Hieronymus: *firma ſint veſtibula eorum.* Sed, quî אולם dici queat בריא & στερεὸς intelligendum ſit, non adſequimur, uti nec cur *veſtibulum* memoraretur. Quod ſequuti ſumus, nolimus quaſi melius præſtare, niſi quòd ſenſus non ſit à re, quæ agitur, alienus.

5. *In moleſtiis mortalium non verſantur*] בעמל אנוש אינמו *behamal enoſch enemo*, hoc eſt, *in moleſtia hominis ægri non illi*, nam voce אנוש miſerum hominem deſignari notum eſt.

Cum hominibus] עם אדם him adam, *cum homine*, vel vulgo hominum.

6. *Quaſi torquis ornat eos ſuperbia*] ענקתמו *hanakatmo*, ענק *hanak* eſt *torquis*, unde factum verbum ſignificat ornare inſtar torquis. In Hiphil eſt *collo imponere* Deut. XV, 14. non ſine aliqua ornamenti ſignificatione. Sententia Pſaltæ eſt, homines malos ſuperbiam non minùs oſtentare, quàm pretioſum torquem facerent, erectâ cervice, ut faciunt, ambulantes. LXX. Intt. ἐκράτησεν αὐτούς. Hieronymus, *nutriti ſunt*, ex incerta conjectura, ut paſſim ſolent.

Operit eos, quaſi ornamentum] יעטף שית *jahatoph ſchith.* Vocula שית *ſchith* eſt indumenti quædam ratio Proverb. VII, 9. ubi de meretricio habitu dicitur. LXX. Intt. ἀδικίαν vertunt, ex conjectura; *Symmachus* ἀσέβειαν, omiſit *Hieronymus.*

Injuria] Gloriantur injuriis, quas aliis impoſuerunt, ut mulieres veſtibus; vel, tantùm abeſt, ut eos pudeat injuriarum, quas alii ab iis paſſi ſunt; ut libenter eas, oſtentationis causâ, narrent.

7. *Præ adipe oculus eorum prominet*] *Exiit præ adipe oculus eorum.* Eſt loquendi genus παροιμιῶδες, quâ maxima oris pinguedo deſcribitur, quódque in malam partem ſumi ſolet, ut Job. XV, 27. Pſ. XVII, 10. quia hujuſmodi homines cenſentur, otio & divitiis adfluentes, curandæ cuti diligentem operam dediſſe. LXX. Intt. habent hîc: ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν, quaſi pro עינמו henemo, *oculus eorum*, legiſſent עונמו havonmo, *iniquitas eorum*, incommodè. *Aquila* & *Symmachus*, ut nos ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, & Hieronymus, *oculi eorum.*

Animi figmenta iis erumpunt] עברו משכיות לבב haberou meſchchebijoth lebab *tranſierunt imaginationes cordis*; quod ita intelligimus, quaſi hoc velit Pſaltes, ex prominentibus malorum oculis, etiam linguâ tacente, erupiſſe pravas eorum cogitationes. Nempe, in oculis adfectus ſæpe occulti deprehenduntur, ut amor, cupiditas, ira & ſimiles; qui, quamvis ſilentio preſſi, ſæpe ex oculis non difficulter deprehenduntur. Hinc apud Poetas, *oculi arguti & loquaces. Cicero* Lib. I. de Legg. c. 9. *Oculi nimis arguti, quemadmodum animo adfecti ſimul, loquuntur.* Ideò *loquaces* vocavit *Tibullus* Lib. II. El. VII, 25. ad quem locum adeant *Jan. Broekhuſium*, ſi qui ejuſmodi exemplis indigeant. Qui rem interpretantur, quaſi Pſaltes vellet, bona, quæ malis obtingunt, ſuperent eorum vota; aut, eos cogitare

cerunt. 7. Præ adipe oculus eorum prominet, & animi figmenta *iis* erumpunt. 8. Faciunt, ut *alii* contabeſcant, malignè de vi illata verba faciunt, è ſuperiore loco loquuntur. 9. Cœlum ore ſuo impetunt, & lingua eorum terram perambulat. 10. Ideò redit huc ejus populus, & aquæ ex pleno *fonte* iis inveniuntur. 11. Dicunt quomodo

adfecerunt. 7. Præ pinguedine oculi veluti prominent ex eorum vultu, animique adfectus ſe ſe produnt. 8. Tabem aliis creant, de vi ſibi ab aliis illata loquuntur, & quidem è ſuperiore loco loquuntur, quaſi è tribunali. 9. De Deo & rebus divinis parum reverenter loquuntur, nec parcunt hominibus, qui in terra habitant. 10. Propterea redit huc populus, & copioſas aquas invenit. 11. Attamen mali homines putant, hæc eſſe Deo ignota.

gitare, ea, quæ ſortem humanam prætergrediuntur, procul à verbis abeunt, nec antecedentium rationem ullam habent. LXX. Intt. *διῆλθον εἰς διάθεσιν καρδίας*. *Aquila*: *παρῆλθον σκοπιὰς καρδίας*, *Symmachus*: *παρέβαινον τὰ φαινόμενα τῇ καρδίᾳ*, Hieronymus: *tranſierunt cogitationes cordis*. משכיות *maſchchiſch*, imaginem corpoream propriè ſignificat, ſed tralatitiâ poteſtate, imaginationis *φαντάσματα* Prov. XVIII, 11. ubi במשכיתו *bmaſchchitho*, eſt in imaginatione ejus, vel, ut vertimus, *prout ſibi fingit*. Vide & Ezek. VIII, 12.

8. *Faciunt, ut alii contabeſcant*] ימיקו *jamikou*. Exſtat hoc verbum in Niphal Levit. XXVI, 39. ubi *contabeſcere* ſignificat. Hîc in Hiphil, quamquam accuſativus expreſſus non eſt, verti ita debere videtur, ut mali intelligantur *tabem aliis creare*, vario vexationum genere, quales ſunt calumniæ; quas boni interdum non facilè confutare poſſunt, propter-eáque dolore interdum contabeſcunt. LXX. Intt. *διενοήθησαν* *Symmachus* *καταμωκώμενοι*, more LXX. Intt. ad ſonum verbi מוק *muk* alludens unde Hieronymus: *irridentes*. *Symmachus* è Lingua Chaldaica, aut Syriaca hauſerat, in qua מיק *majjek* eſt irriſit, quod etiam ſequuti ſunt Syrus & Chaldæus Intt. Nec abſona eſt, hoc loco, interpretatio, quamvis ſine exemplo in Lingua Hebraica.

Malignè de vi illata verba faciunt] ידברו ברע עשק *jedabberou brah hoſchek*, loquuntur in malo vim illatam. Verbum עשק eſt *opprimere*, *vim inferre*, & nomen עשק *hoſchek*, vim & oppreſſionem ſonat. Hoc velle videtur, hoſce homines, ut innocentes perdant, malo animo rumores ſpargere de vi cuipiam illata; ut homines innocentes rei inſimulent, eáque occaſione perdant, quaſi ſceleris reos.

E ſuperiore loco loquuntur] ממרום ידברו *mimmarom jedabberou*, ex alto loquuntur; hoc eſt, ut videtur ſuperbè & cum magna auctoritate, ut Reges è ſolio, aut Magiſtratus è tribunali.

9. *Cœlum ore ſuo impetunt* &c.] שתו בשמים פיהם *ſchathou baſſchamajim phihem*, *ponunt in cœlo os ſuum*; hoc eſt, parum religioſos ſermones de Deo habent; aut etiam Deum, vel Providentiam eſſe negant. De ſuo *Epicuro* ſimilia fermè habet *Lucretius* initio Lib. I, 65. & ſeqq. ubi poſtquàm loqui cœpit de Religione,

Quæ caput è cœli regionibus oſtendebat,
Horribili ſuper adſpectu mortalibus inſtans.

Subdit, ſtolidâ jactantiâ:

Primùm Grajus homo mortales tollere contra.

Et mox:

Quare Relligio pedibus ſubjecta viciſſim
Obteritur, nos exæquat victoria cœlo.

Et lingua eorum terram perambulat] Aut *in terra ambulat* תהלך בארץ *thehalech baarets*; hoc eſt, hominibus detrahit; quod minimè mirum, cùm Deo ipſi mali homines, de quibus Pſaltes, detraherent. Sic & *Epicurus* in Numen contumelioſus cùm eſſet, Philoſophos etiam calumniis impetebat, quod & *Lucianus* Epicureus facit. Vide *Laërtium* Lib. X, 8. & *Lucianum* paſſim.

10. *Ideò redit huc eorum populus*] לכן ישוב עמו הלום *lachen jaſchoub hammo halom*. Vocem עמו referimus ad *Deum*, qui voce שמים *ſchamajim* antea ſignificatur. Senſus eſt, populum Hebræum, qui videbat malos florentes, eò revolvi, ut putaret, aut certè ſuſpicaretur, nullam eſſe Providentiam.

Et aquæ ex pleno fonte iis inveniuntur] ומי מלא ימצו למו *oume male jimmatſou lamo*, & *aquæ pleni* (fontes) *inveniuntur iis*; quaſi ſcriptum eſſet מקור מלא *makor male*, *fontis pleni*, hoc eſt, copioſi & aquâ exundantis. LXX. Intt. *ἡμέραι πλήρεις dies pleni*, quaſi ſcriptum eſſet ימי מלא *jeme melo*, *dies plenitudinis*; hoc eſt, vitam explent, quamvis Deo non pareant. Hieronymus: *& quis plenus invenietur in eis?* legit quippe ומי *& quis*, ſed ſequitur verbum plurale ימצו *invenientur*, & למו potiùs eſt *eis*, quàm *in iis*. Attamen etiam LXX. Intt. *εὑρεθήσονται ἐν αὐτοῖς*. Sed carent ſenſu. Sententia verò verborum Hebraicorum hæc eſſe videtur: nec ſeciùs inveniuntur ab iis uberes fontes. Quæ, in illis calidis & ſiticuloſis locis, non exigua Dei benedictio habebatur. Vide not. ad Gen. XXI, 25. Videtur tamen hîc eſſe dictum *παροιμιῶδες*, quo ſignificentur malè de Providentia ſentientes, non minùs quàm religioſos homines, neceſſariis abundare. ימצו eſt pro ימצאו *jimmatſeou* in futuro Niphal, ut Num. XI, 11. מצתי pro מצאתי *inveni*. *Invenire* autem occulti latices propriè dicuntur, ut liquet ex Gen. XXVI, 19, 32.

11. *Quomodo Deus hoc ſciret* &c.] Hoc eſt, Deus prorſus hæc ignorat, aut ſcire non vult; ſi enim ſciret, aut animadvertere vellet, non pateretur malos quidem florere, bonos verò cum rebus adverſis conflictari? Quæ erat prava ratiocinatio, quam Ethnici ipſi confutarunt, ut *Seneca*, in Libro de Providentia & alii. Veram tamen ſolutionem ignorabant Stoïci; nempe, non eſſe hanc vitam tempus præ-

modo Deus *hoc* ſciret, eſſétque *harum rerum* cognitio Altiſſimo? 12. En improbi illi & perpetuò tranquilli augent opes ſuas. 13. Certè fruſtrà animum meum purgavi, *inquiebam*, & manus meas in innocentia ablui. 14. Cæſus tamen fui toto die, & caſtigatio mea matutinis temporibus *incipiebat*.

15. Si dicerem: *rem* ita narrabo; en ætatem filiorum tuorum! perfidè me gerebam. 16. At putabam, ſcire me hoc, ſed id ipſum moleſtia fuit apud me; 17. donec ſacra-

ignota. 12. Ecce verò, inquiunt, improbi illi, perpetuâ quadam tranquillitate utuntur, & divitias ſuas augent. 13. Quæ cùm viderem, dicebam, me fruſtra animum meum ab omni nequitia purgaſſe; 14. qui quotidie in nova mala incidebam, ita ut unum ab altero exciperetur.

15. Si dicerem rem, qualis erat, me narraturum; ut eam ſcirent homines meæ ætatis, perfidè me gerebam. 16. Putabam mihi rem eſſe probè notam, ſed id ipſum moleſtias mihi creabat, donec, conſulto Numine, hominum illorum ultimam ſortem intellexi 18. Profectò, ô Deus, intelligo

præmiorum & pœnarum, quæ alios Ethnicos non fugit, ut Platonicos. Vide hanc in rem eximios verſus *Diphili*, vel *Philemonis*, in fragmentis poſterioribus incertarum Comœdiarum à nobis editis verſ. 243. & ſeqq.

12. *Perpetuo tranquilli*] שלוי עולם *ſchalve bolam*, tranquilli æternitatis; hoc eſt, ut habent LXX. Intt. εὐθηνοῦντες εἰς τὸν αἰῶνα, *Hieronymus* incommodè: *abundantes in ſæculo.*

13. *Purgavi*] זכיתי *ziccbithi*, putum à ſceleribus ſervavi. Vide Prov. XX, 9. Intelligenda hæc, pro humanæ naturæ modulo, quæ numquam eſt per omnia innocens.

Manus meas in innocentia ablui] Hoc eſt, manus meas à pravis factis abſtinui. Reſpicitur ad ritum, de quo Deut. XXI, 6. Cùm eſſem innocens potui manus meas, ſine ſimulatione, palam abluere, ut me nullorum ſcelerum reum eſſe teſtificarer.

14. *Matutinis temporibus incipiebat*] לבקרים *labbekarim*; hoc eſt, à matutino tempore incipiebat, donec Sol alterius diei oriretur. Significat Pſaltes nullum abiiſſe ſibi tempus à moleſtia immune.

15. *En ætatem filiorum tuorum!*] הנה דור בניך *hinneh dor banecha.* Quaſi diceret: videre hoc licet, in hac Hebræorum ætate, in qua optimi quique miſerrimi, peſſimi contrà beatiſſimi ſunt. Videtur hîc eſſe ἀποσιώπησις, dum Pſaltes non abſolvit dicere, quod vult, facilè ex ſuperioribus colligendum; quod non ſuſtinet pluribus, præ animi dolore, exſequi.

Perfidè me gerebam] בגדתי *bagadthi*; nempe, in te; hoc eſt, in Deum, de cujus Providentia reverenter nimis loqui non poſſumus.

16. *At putabam, ſcire me hoc*] ואחשבה לדעת זאת *vaahhaſſchebah ledahath zoth*, & *reputabam ſcire hoc*; vel, & *putabam, ut ſcirem hoc*; hoc eſt, apud me quærebam, quî reſcire poſſem, quâ ratione cum Providentia tua felicitas malorum, & miſeria bonorum poſſent in concordiam redigi

Sed id ipſum moleſtia fuit, apud me] עמל היא בעיני hamal hi beheuai, *labor hoc in oculis meis.* Viſum eſt hoc mihi, attentè rem reputanti, difficillimum eſſe & quod laborem mihi fruſtra crearet. Senſus hic exprimitur, his verbis, Eccleſ. VIII, 17. *Animadverti omnia opera Dei, nec hominem comperire poſſe finem operum, quæ fiunt ſub Sole, qua de cauſa homo laborat* (יעמל jahamol) *ad quærendum quod non inveniet; nec ſi dicat ſapiens ſe ſcire,* (לדעת ladahath) *ideò poteſt invenire.*

17. *Donec ſacraria Dei ingreſſus ſum*] מקדשי אל *mikdeſche el*, quæ propriè ſignificant Templum, ſeu locum divino Cultui conſecratum, ut Pſ. LXVIII, 36. Sed fortè hîc, tralaticio ſenſu, ſignificantur arcana Dei conſilia, quæ ex eventu cognoſcuntur, priùs nequaquam intellecta.

Et eorum hominum noviſſimam ſortem intellexi] אבינה לאחריתם *abinah leahharitham*; quod verti etiam poſſit *attendi eorum poſtrema.* Vult, ut videtur, Pſaltes, ſe intellexiſſe ex ultima ſorte improborum, certè malorum, felices eos non fuiſſe, quòd Deus rerum humanarum curam negligeret, nec ſciret, quid apud eos ageretur; quod ſuſpicabantur nonnulli, ut antea vidimus. Diceres verbis *Claudiani*, in Rufinum Lib. I, 21.

Abſtulit hunc tandem pravorum pœna tumultum
Abſolvitque Deum.

Ad quem locum vide quæ congeſſit *Caſpar Barthius.*

18. *In locis lubricis eos poſuiſti*] בחלקות תשית למו *babhalikoth thaſchith lamo*; hoc eſt, non paſſus es ſtabilem & firmam eſſe eorum felicitatem, quæ ſimilis eſt locis lubricis, per quæ incedentes facilè labuntur. Vide Pſ. XXXV, 6.

Et feciſti, ut in deſolationes inciderent] הפלתם למשואות hipphaltham lemaſſchouoth, *feciſti eos cadere in deſolationes*; in ſtatum eorum, quorum agri longè latéque ferro & igni ſunt vaſtati, vel in extremas miſerias, mortémque adeò, cum ſummis doloribus conjunctam. Vide Pſ. LXXIV, 3. Si omnes impii in ejuſmodi calamitates non delabuntur, at certè multi, præſertim ſi inſigni improbitate, præ ceteris, infames fuerint, atque aliis infeſti; aut ſi non ipſi, eorum poſteri, nam pœnæ poſteris impoſitæ pertinent ad id, quod vocatur hîc eorum אחרית *ſors poſtrema*; quæ tam ad integram familiam refertur, quàm ad unum ex ea hominem nefarium. Vident probi, intelligúntque Divinam ultionem de malis ipſis pœnas ſumere; ſin minùs, de eorum poſteris, qui meliores facti non ſunt. Multa de patientia Dei, erga malos, quam μέλλησιν & μακροθυμίαν vocat Plutarchus, habet is ipſe ſcriptor in libro *de Sera Numinis vindicta*, unde poſſit aliquo modo ſatisfieri quæſtioni, cur Deus malos ferat, & quidem diu.

Nec

ſacraria Dei ingreſſus ſum, *&* eorum hominum noviſſimam ſortem intellexi. [18]. Profectò in locis lubricis eos poſuiſti, & feciſti, ut in deſolationes inciderent. [19]. Quomodo factum, ut deſolati ſubitò ſint? defecerunt, terroribus abſumti ſunt. [20]. Poſtquàm velut è ſomnio excitaveris *eos*, Domine, excitatorum imaginem ſpernes. [21]. Exacerbabatur cor meum, & lumbi acutis doloribus adficiebantur; [22]. at ego bardus non intelligebam, & jumentorum *inſtar*, apud te, eram. [23]. Attamen tecum ſem-

telligo, eos à te permiſſos ſorti, in qua omnia erant dubia & lubrica, unde ſequuta eſt eorum pernicies. 19. Quomodo verò ſubitò in tantas calamitates inciderunt? Defecerunt, terroribusque abſumti ſunt. 20. Poſtquam verò veluti è ſomno excitaveris eos, Domine, tum excitatorum ſpeciem aſpernaberis. 21. Mens mea & corpus, anxietatibus & doloribus, angebantur; 22. at ego ita bardus eram, atque ita ſimilis jumentis apud te, ut rem non adſequerer. 23. Attamen ſemper fui in partibus tuis, ô mi Deus, & me duxiſti, quaſi arreptâ manu dextrâ, quò me

Nec abſimiliter huic quæſtioni reſpondet *Theognis* verſu 199. & ſeqq. eujus hæc ſunt verba:

Εἰ δ' ἀδίκως παρὰ καιρὸν ἀνὴρ φιλοκερδέϊ θυμῷ
Κτήσεται, εἴθ' ὅρκῳ πὰρ τὸ δίκαιον ἑλὼν,
Αὐτίκα μέν τι φέρειν κέρδος δοκεῖ, ἐς δὲ ΤΕΛΕΥΤΗΝ
Αὖθις ἔγεντο κακόν. Θεῶν δ' ὑπερίσχει νόος,
Ἀλλὰ τάδ' ἀνθρώπων ἀπατᾷ νόον, οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς
Γίγνονται μάκαρες πρήγματος ἀμπλακίης.
Ἀλλ' ὁ μὲν αὐτὸς ἔτισε κακὸν χρέος, ὃς δὲ φίλοισιν
Ἄτην ἐξοπίσω παισὶν ἐπικρέμασεν.
Ἄλλον δ' οὐ κατέμαρψε Δίκη, θάνατος γὰρ ἀναιδὴς
Πρόσθεν ἐπὶ βλεφάροις ἕζετο κῆρα φέρων.

Si verò injuſtè præter tempus, vir animo lucri cupido, adquiret (divitias) *ſive jurejurando præter fas acceperit; ſtatim quidem ferre lucrum videtur, ad finem verò rurſus eſt malum, Deorum enim eſt ſuperior mens. Sed hæc hominum mentem fallunt, re pravè intellectâ. Verùm hic quidem ipſe ſolvit malum debitum, ille verò caris poſtea noxam impendentem filiis reliquit. Alium verò non adprehendit Ultio, mors enim impudens priùs palpebris ejus inſedit mortem ferens.*

19. *Quomodo factum* &c.] איך היו לשמה כרגע ech hajou lſchammah chregah, *quomodo fuerunt in deſolationem, quaſi momento?* היה, ſequente ל, ſignificat mutationem, quâ quidpiam fit, quod non erat. Interrogatione autem ſignificat Pſaltes, omnibus mirum videri, quomodo felicitas, quæ tam firma & ſtabilis videbatur, tam brevi tempore ſit everſa; qua in re Juſtitia & Potentia Dei enitebant.

20. *Poſtquam velut è ſomnio excitaveris eos*] כחלום מהקיץ chehhalom mehakits, *ſicut ſomnio poſt excitare*; hoc eſt, מהקיץ אותם כחלום *poſtquàm excitaveris eos quaſi è ſomnio.* Felicitatem malorum vocat ſomnium, quia ſe putabant beatos, nec tamen ſtabiliore felicitate utebantur, quàm quæ ſomnianti obtingit, & quæ ab excitato nulla fuiſſe intelligitur. Vide Job. XXI, 8.

Excitatorum imaginem ſpernes] בעיר צלמם תבזה *bahir tſalmam thibzeh*, hoc eſt, in excitando, imaginem eorum contemtim habebis; nam, בעיר eſt pro בהעיר *behahir*, cùm excitaveris. Excitantur autem mali ſubitis calamitatibus, quibus intelligunt, ſe dormitaſſe, cùm felicitati ſuæ fiderent. *Imago* videtur hìc dici felicitas impiorum, quæ evanida erat imago beatæ vitæ, cùm re verâ non eſſet. Sic Paulus 1. Cor. VII, 31. præſens ſæculum vocat σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου *ſpeciem externam hujus mundi.* Etiam ſomniorum φάσματα dicuntur Latinis *imagines*, quod ſæpiùs, apud *Ovidium*, legas.

21. *Exacerbabatur cor meum*] כי יתחמץ לבבי chi jithhammets lbabi, *quia exacerbabat ſe cor meum*; ubi כי abundat, ut alibi. Alii vertunt *quando*, alii *profectò*. Præſtat vertendo omittere. Exacerbabatur cor Pſaltæ; cùm felicitatem malorum videret; nec reputaret fore aliquando, ut ei grave ſupplicium ſuccederet. חמץ in *Kal* eſt *fermento aceſcere*, aut *intumeſcere*: tralaticio inde ſignificatu, eſt in *Hithpahel*, *ſe ſe exacerbare*, ut è re ipſa colligere poſſe videmur. LXX. Intt. in Codd. Vaticano & Alexandrino ηὐφράνθη, *lætabatur*, abſurdè. Sed in aliis habetur ἐξεκαύθη, & Vulg. *inflammabatur*. Sic quoque legit *Apollinaris*, qui hìc habet:

Οὕνεκά μευ βαρύμηνις ἐνὶ φρεσὶ καίετο θυμός.

Symmachus ἐξεκίνετο, unde Hieronymus: *contractum eſt*, ex mera conjectura.

Et lumbi acutis doloribus adficiebantur] וכליותי אשתונן *vechiljothai eſchthonan*, & renes meos acuebam, vel in renibus meis acuebam me. Hoc eſt, intimo animi receſſu non minùs dolebam, quàm ſi viſcera mea acuto dolore eſſent cruciata. Nam *renes*, cùm ſint in viſceribus, ſæpe animi penetralia, ut ſic loquar, deſignant, ut Pſ. XXVI, 2. LI, 8. Ita loquitur Pſaltes, quòd florentibus malis & rerum potientibus, dolor ex eorum ſecundis rebus conceptus eſſet diſſimulandus, ne eorum odium irritaretur.

22. *At ego bardus* &c.] *Et ego bardus & neſciebam*; nempe, fore, ut diu cùm tuliſſes nequitiam, pœnas tandem de ea ſumeres.

Jumentorum inſtar] בהמות הייתי *behemoth hajithi.* Supplendum, eſt כ, ut paſſim, quaſi eſſet כבהמות *chebehemoth*. LXX. Intt. κτηνώδης ἐγενήθην παρὰ σοί. *Symmachus* κτηνωδῶς διετέλουν παρὰ σοί. Hieronymus: *quaſi jumentum factus ſum, apud te.*

23. *Attamen tecum ſemper fui*] *Et ego ſemper tecum*; hoc eſt, ſemper è partibus tuis ſteti, ſeu Providentiam tuam rebus humanis ſapienter præeſſe credidi & dixi. Ut Deus eſſe *cum hominibus* dicitur, quando eos tuetur: ita vieiſſim eſſe *cum Deo* homines dici poſſunt; quando Religionem à Deo acceptam tuentur, &

ſemper fui, & dextram meam tenuiſti. [24]. Conſilio tuo mihi dux eris, & pòſt *in* gloria *ut ſim*, me adſumes. [25]. Quis mihi eſt in cœlo, *Deus*, *præter te*? Nec in terra *quidquam eſt*, quo juxta tecum delecter. [26]. Abſumta eſt caro mea, & cor meum, ô Deus, qui rupes es animi mei, & portio mea in perpetuum. [27]. Ecce enim, qui ſe à te amoverunt, peribunt, & omnem, qui à te fornicatione *ſeceſſerit*, delebis. [28]. At mihi bonum eſt ad Deum accedere, & in Domino Jehova perfugium meum conſtitui, ut omnia ejus opera narrem.

Queritur

me tendere oportebat. 24. Tuo conſilio, in rebus periculoſis, mihi aderis, & poſtea in meliorem ſortem me transferes. 25. Quem in cœlo Deum agnoſco, præter te? Ne in terris quidem quidquam eſt, quo delecter, præter te, propter beneficia à te accepta, & quæ etiamnum à te exſpecto. 26. Ad maciem mœrore ſum redactus, ac dejectus eſt animus meus, ô Deus, qui es aſylum meum, idque in perpetuum. 27. Qui à te ſecedent peribunt, eóſque, qui idololatriam commiſerint, è medio tolles. 28. At mihi optimum viſum eſt adire Deum precibus meis, atque ita ei adhærere, ut perfugium in eo ſolo habeam, & omnia ejus mirifica opera narrem, & tuear.

PARA-

& propugnant, contra ejus adverſarios.

Dextram meam tenuiſti] Hoc eſt, adjuviſti, ut qui dextram alicujus tenet, ne in lubrico loco labatur. Vide Eſai. XLII, 6. XLV, 1. Ezek. XVI, 49.

24. *In gloria ut ſim, me adſumes*] כבוד תקחני *chabod thikkahheni*, eſt pro בכבוד *bechabod*. ב exprimitur Pſ. CXII, 9. CXLIX, 8. Deus quos adjuvat aliquando dicitur לקח *adſumere*, ut Pſ. XVIII, 17. XLIX, 16. quia velut eos adſumit, quando periculo eripit.

25. *Quis mihi eſt in cœlo Deus*] Supplevimus vocem אלהים *elohim*, quia cœlum Dei ſedes eſt. Vide Pſ. CXV, 3, 16. Significat Pſaltes, à ſe neque ſidera, neque Angelos coli.

Ne in terra quidem &c.] ועמך לא חפצתי בארץ vehimmecha lo hhaphatsthi baarets, *& tecum non delectatus ſum in terra.* עמך eſt æquè ac te. Vide Job. IX, 26. Eccleſ. II, 16. ubi עם eamdem vim obtinet.

26. *Abſumta eſt caro mea* &c.] Corpore & animo deficio, niſi mihi vires ſufficias, animúmque meum confirmes. Sunt qui velint ſubaudiendum אם *ſi*, hoc ſenſu, ſi corpus & animus defecerint, tu es perſugium meum. Quod nec improbarim.

Rupes mea] Perfugium. Vide Pſ. XVIII, 3. & paſſim.

Portio mea] Vide Pſ. I, 18. XVI, 5.

27. *Qui ſe amoverint*] רחקיך rehhakecha, *amoti tui*; hoc eſt, *à te* ממך *mimmecha*. Videntur intelligi ii, qui à Religione Judaïca, aut à bonis moribus deficiebant. Utrique enim erant à Deo alieni & quaſi procul amoti.

Qui à te fornicatione ſeceſſerit] כל זונה ממך chol zoneh mimmecha, *omnis fornicans à te.* Notum eſt *ſcortari poſt Deos alienos* eſſe, relicto veri Dei cultu, commenticios colere; ſed & *ſcortari* מעל אלהים *à Deo* idem ſignificat Hoſ. IX, 1. Metaphora eſt ducta à muliere, quæ, viro relicto, cum aliis ſcortatur.

28. *At mihi bonum eſt ad Deum accedere*] ואני קרבת אלהים לי טוב *vaani kirbath elohim li tob*, quod vertere etiam poſſis : *ad me verò quod adtinet, mihi ſatius eſt ad Deum accedere*; hoc eſt, Deo adhærere, nam *propinquitas* קרבה *kerubah*, opponitur τῷ מרחק merhhak, *amotioni*.

Opera ejus] *Opera tua*, mutatâ ſubitò perſonâ, ut paſſim faciunt Hebræi.

COMMEN-

Queritur Pſaltes Templum eſſe combuſtum ceteráſque Iſraëlis calamitates, & Dei auxilium contra hoſtes petit.

1. CARMEN ERUDIENS ASAPHI. Cur *nos* abjeciſti in perpetuum, ô Deus, & fumat ira tua in oves paſcui tui? 2. Memor eſto tui cœtûs, *quem* olim adquiſiviſti, tribûs poſſeſſionis tuæ, *quam liberaſti*, montíſque Sionis hujuſce, quem habitaſti. 3. Adtolle greſſus tuos ad deſolationes perpetuas; omnia perdidit hoſtis in Sacrario. 4. Rugierunt inimici tui, in medio tuo conventu; ſigna ſua, *ut* ſigna, poſuerunt. PSALM. LXXIV.

PARAPHRASIS.

1. ASAPHI carmen ſcriptum, ad erudiendos Iſraëlitas. O Deus, cur nos vidêris in perpetuum abjeciſſe, atque in oves tuas, quæ tibi paſcebantur, iraſci. 2. Memor eſto illius populi, quem olim ad te vocaſti, & liberaſti, hujúſque montis Sionis, in quo fuit Ædes tibi ſacra, in qua ſignum tuæ præſentiæ oſtendiſti. 3. O Deus inviſito ſedes tam diu deſertas, & in quibus omnia diruit hoſtis, præſertim in Sacrario. 4. Leonum inſtar rugierunt inimici, in tuo Tem-

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXIV.

1. *CUr nos abjeciſti*] זנחת *zanabhtha*, quod vertimus, quaſi eſſet זנחתנו *zanabhthanou*. LXX. & *Aquila* ἀπώσω, *repuliſti*, ut *Hieronymus*. Vide Pſ. LXXVII, 1. LXXXIX, 39.

In perpetuum] Neſciebat Pſaltes, poſt LXX. annos, redituros Judæos è captivitate; ex Prophetia Jeremiæ, quæ ad eum nondum pervenerat. Vide Jerem. XXV, 12. & ſeqq.

Fumat ira tua] Nempe, *in perpetuum*, ut antea *fumus* tribuitur iræ, tranſlatione ductâ à nobilioribus feris, è quarum narious ſpiritus denſi fumi inſtar erumpit, cùm iratæ ſunt. Indidem etiam אף *aph*, quod hîc eſt, *naſum & iram* perinde ſignificat. Vide not. ad Job. XLI, 11.

2. *Cœtus*] Totius populi Hebræi.

Tribûs poſſeſſionis tuæ] Quamvis poſſeſſio Dei dicatur totus Iſraël Exod. XIX, 4. & alibi; tamen videtur, præcipuo quodam jure, intelligi Tribus Judæ, in cujus agro fuit Templum, & in cujus familiam collatum eſt totius Iſraëlis regnum; quod in duas ſaltem Tribus diuturnius fuit, quàm regnum Iſraëlis.

Quam liberaſti] Inverſa hîc ſunt verba, cùm legatur: גאלת שבט נחלתך *gaaltha ſchebet nahbaltbecha* pro שבט נחלתך אשר גאלת *tribus poſſeſſionis tuæ, quam liberaſti*, ut in aliis verſûs membris. Deus ſæpe in graviſſimis periculis Tribum & regnum Judæ liberaverat; ut tempore Sennacheribi.

Quem habitaſti] Et cùm illic eſſet Arca, & cùm Regibus montem illum habitantibus adfuerat. Sumitur etiam per συνεκδοχὴν pro tota Jeroſolima, paſſim apud Prophetas.

Adtolle greſſus tuos] הרימה פעמיך *barimah phahamecha*; hoc eſt, confer te nunc Jeroſolimam, ut videas vaſtitatem, quam in ea fecerunt Chaldæi. Eſt ἀνθρωποπάθεια, qua ſtatuitur Deus egreſſus eſſe ea urbe, cùm caperetur, invitatúrque ad illuc redeundum, ut præſens videat clades, quas paſſa fuerat. Sic *adtollere pedes* dicunt Hebræi, pro eo, quod eſt proficiſci, Gen. XXIX, 1. LXX. Intt. ἔπαρον τὰς χεῖράς σου. Imò πόδας: *Symmachus* ὕψωμα τῶν ποδῶν σου. Hieronymus: *ſublimitas pedum tuorum*. Quaſi הרימה eſſet nomen ſubſtantivum. Abſurdè.

Ad deſolationes perpetuas] לְמַשֻּׁאוֹת נצח *lmaſſchuoth netſahh*, ad deſolationes perpetuitatis; quæ tantæ, nempe, erant, ut in æternum videretur deleta Jeroſolima, ſine ſpe inſtaurationis. LXX. Intt. ἐπὶ ὑπερηφανίας αὐτῶν quaſi deducenda eſſet à נשא *ſuſtulit*. *Symmachus*: ἠφανίσθη εἰς νῖκος. Hieronymus: *diſſipata eſt uſque ad finem*. Neque ſtructuræ verborum, neque rei rationem habuerunt.

4. *Rugierunt inimici tui*] Inſtar leonum, cùm Sacrarium everterent. Verbo hoc potiùs ira ſignificatur, quàm gloriatio, quamvis LXX. Intt. verterint ἐνεκαυχήσαντο, quod & alii ſequuti ſunt. *Aquila* melius ἐβρυχήσαντο, quo verbo leonum rugitus ſignificatur. *Hieronymus*, *fremuerunt*.

In medio tuo conventu] בקרב מועדך bkereb mohadecha, *in medio conventûs tui*; hoc eſt, in medio loco, in quem populus tuus convenire ſolebat; aut in medio populo, qui ruinæ & conflagrationi Templi præſens fuit, antequàm in captivitatem abduceretur. LXX. Intt. ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου, quia מועדים *mohadim* tempora feſta dicuntur. Sed non conſtat tempore feſto dirutum Templum. *Aquila* & *Symmachus* συναγωγῆς. Hieronymus *in medio pacti tui*. Rectiùs *Aquila* & *Symmachus*. Sunt etiam, qui interpretantur hæc, quaſi legeretur מועדיך *mohadecha*, in plurali, voluntque deſignari *Synagogas*, ut poſtea dicta ſunt Ædificia, in quæ conveniebant Judæi. Verum de iis deinde.

Signa ſua, ut ſigna poſuerunt] שמו אותותם אתות *ſchamou othotham othoth*; hoc eſt, ſigna militaria illic conſtituerunt, ut ſigna victoriæ. LXX. Intt. *Aquila* & *Theodotion* repetierunt vocem σημεῖα, *Symmachus* ἔθηκαν τὰ σημεῖα αὐτῶν ἐπιτήμως γνώρισμα, Hieronymus: *poſuerunt ſigna ſua*

poſuerunt. 5. Novimus *hoſtem* ſuſtuliſſe altè ſecures, quaſi in ſilvam perplexam. 6. Nunc cælaturas ejus ſimul bipenni & malleis confregerunt. 7. In Sacraria tua ignem injecerunt, in terram *dejectum* polluerunt nominis tui tabernaculum. 8. Dixerunt apud animum ſuum: opprimamus eos ſimul; & omnes Conventus Dei in terra combuſſerunt. 9. Si ſigna noſtra non videmus, neque ampliùs eſt Propheta, aut quiſquam nobiſcum, qui, quo uſque *hæc futura ſint*, norit. 10. Quò uſque, ô Deus, probra in nos jaciet hoſtis? An ſpernet inimicus nomen tuum, in perpetuum? 11. Qua-

Templo, & ſigna ſua militaria, proh nefas! illic fixerunt. 5. Notum eſt hoſtes ſecuribus uſos, ut, quod erat ligneum in eo ædificio, cæderent. 6. Cælaturas, quæ illic erant, inſtrumentis fabrorum fregerunt. 7. In Ædificia Sacra ignem injecerunt, atque in humum dejectum Tabernaculum, quod tuum dicebatur, polluerunt. 8. Statuerunt, apud animos ſuos, omnino opprimendos Judæos, propterea que Synagogas omnes, in terra Judæa, combuſſerunt. 9. Miraculis, quæ olim facta fuerant, apud Judæos, ſimilia nulla videmus, neque ullus eſt Propheta, aut alius, apud nos; qui ſciat, quamdiu duratura ſit hæc calamitas. 10. Quo uſque, ô Deus, probra

ſua in tropæum. Sic Titus Veſpaſianus, aliquot pòſt ſæculis, eodem loco ſe geſſit. *Joſephus* Lib. VII. c. 32. in Græcis, de militibus Romanis: κομίσαντες τὰς σημαίας εἰς τὸ ἱερὸν καὶ θέμενοι τῆς ἀνατολικῆς πύλης ἄντικρυς, ἔθυσάν τε αὐταῖς αὐτόθι καὶ τὸν Τίτον μετὰ μεγίστων εὐφημιῶν ἀπέφηναν αὐτοκράτορα: *cùm adtuliſſent ſigna in Templum, & ſtatuiſſent è regione portæ orientalis, ſacra iis illic fecerunt, & Titum magnis adclamationibus Imperatorem ſalutarunt.* Idem fecerant antea Chaldæorum milites, ut ex hoc loco intelligere eſt, ubi אות *oth* idem eſt hic ac נס *nes*, ſignum, vexillum militare.

5. *Novimus hoſtem ſuſtuliſſe* &c.] *Cognoſcetur quaſi adducens in altum in perplexitatem ligni ſecures*, יודע כמביא למעלה בסבך עץ קרדמות, *jivvadah chmebi lmahelah bisboch hets kardummoth.* Non obſcurus quidem eſt verborum ſenſus, ſi reputemus, Chaldæos Templum ingreſſos, ita ſe in eo geſſiſſe, quaſi in impeditiſſima ſilva fuiſſent, & ſecuribus in cedrina ligna ex alto & magnâ vi impactis, cecidiſſe, quidquid erat illic ligneum. Attamen Veteres hìc cæſpitarunt. Tria priora verba verterunt LXX. Intt. καὶ οὐκ ἔγνωσαν ὡς εἰς τὴν εἴσοδον ὑπεράνω, unde liquet, legiſſe eos pro מביא *mebi*, מבוא *mebo*, introitus. Sic & alii, perfractis omnibus Grammaticorum legibus. *Aquila*, ἐγνώσθη ὡς εἴσοδος εἰς ἄνω. *Symmachus*, γνώρισμα κατὰ τὴν εἴσοδον ἐπάνω. *Theodotion*, καὶ γνωσθήτω ὡς εἴσοδος ὑπεράνω. *Hieronymus*, *Symmachum* ſequutus, *manifeſta in introitu deſuper.* Quæ carent ſenſu. Si quid ſit, temporis labe, corruptum, in Hebraïcis, emendari à nemine, poſt tot ſæcula poteſt.

Tres voces ſequentes verſæ ſunt à LXX. Intt. ὡς ἐν δρυμῷ ξύλων ἀξίναις, junguntúrque cum ſequentibus; à *Symmacho*, ἐν ἀρμένοις ξυλίνοις ἀξίναις τοῦδε; ab *Hieronymo* verò *in ſaltu lignorum ſecures.* Sed בסבך עץ *bisboch hets*, non poteſt verti, niſi *in perplexitate arborum*, ſeu *ſilvæ.* Vide Gen. XXII, 13. Eſai. IX, 18. X, 34. Ut qui volunt ligna cædere, quibus utantur, aut viam in ſilva aperire, magnâ vi ſecures impingunt arboribus; ſic Chaldæi porticus Templi & columnas ligneas, quibus nitebantur, cæciderunt, ne quid integri relinquerent, quod uſui eſſe poſſet Templum inſtaurare volentibus.

6. *Nunc cælaturas ejus* &c.] ועתה פתוחיה יחד בכשיל וכילפות יהלמון vehatthah phitthouhheah jahhad bechaſchil vechlephoth jahalomoun, *& nunc ſculpturas ejus ſimul bipenni & malleis comminuerunt.* Sculpturæ non in Sacrario tantùm, ſed etiam in porticibus eſſe potuerunt, quæ omnes, aut bipenni, aut malleo ſectæ aut confractæ ſunt. כשיל *chaſchil*, quæ vox hìc tantùm legitur, vertimus *bipennem*, ſequuti auctoritatem LXX. Intt. *Hieronymi* & Chaldæi Int. qui ſic Jerem. XLVI, 22. vertit קרדום *kardum.* Deducitur à כשל *offendit*, *corruit*, quia ſecuri dejecta cadunt, atque offendiculo ſunt, illac incedentibus. כליפות *chlephoth*, eſt etiam vox μοναδικὴ, cui adfinis eſt Chaldæa כולפא *cholpha*, clava. LXX. verterunt ἐξέκοψαν τὰς θύρας αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ κατέῤῥαξαν αὐτήν. *Symmachus*: τὰς πύλας αὐτῆς ὁμοῦ ἐν μοχλοῖς καὶ δικράνοις κατέῤῥιψαν. Hieronymus: *& nunc ſculpturas ejus pariter bipenne & dolatoriis deraſerunt.* פתוחים ſunt *ſculpturæ* פתחים *phthahhim* verò *januæ.*

7. *In ſacraria tua ignem injecerunt*] *Miſerunt in ignem.*

In terram dejectum polluerunt] Ædificium Templi propriè dicti, anterius Sacratium & Adytum, muro dejecto conculcarunt.

Nominis tui tabernaculum] Quod de nomine tuo vocabatur משכן יהוה *miſchan Jehovah*, tabernaculum Jehovæ.

8. *Apud animum ſuum*] *In corde ſuo.*

Opprimamus eos ſimul] נינם יחד *ninam jahhad.* נינם eſt Futuri Kal prima perſona pluralis. verbi ינה *opprimere*, *adfligere*, ut נירם à ירה *jaculari* Num. XXI, 30. Τὸ יחד *jahhad*, hìc, ut & alibi, ſignificare videtur *ſimul ac ſemel*, ita ut res, quæ agitur, iteranda non ſit. At LXX. Intt. ἡ συγγένεια αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτό, quia putarunt eſſe à נין nin, *filius* ut etiam Hieronymus: *poſteri eorum ſimul*, & Chaldæus, בניהון bnehon, *filii eorum.* Sed ſenſus hæret.

Et omnes conventus Dei &c.] כל מועדי אל *chol mohade el*, omnia loca conventûs Dei; hoc eſt, Synagogas, in quas, legendæ Legis causâ, conveniebant. LXX. Intt. δεῦτε καταπαύσωμεν τὰς ἑορτὰς κυρίου. Meliùs *Aquila* & *Symmachus*: ἐνεπύρισαν πάσας τὰς συναγωγὰς, & *Hieronymus*: *incenderunt omnes ſolemnitates Dei.* LXX. Intt. ſcripſerant κατακαύσωμεν, ut habebant V. & VI. Editiones. *Theodotion* etiam ἐνεπύρισαν, ſed malè habet ἑορτὰς, nam feſti dies non utuntur. Itaque hinc liquet Synagogas

11. Quare retraheres manum tuam & dextram tuam? E medio ſinu tuo *eductâ*, *hoſtes* abſume.

12. Deus Rex eſt meus, ab antiquis temporibus, qui in media terra liberationes perfecit. 13. Tu perrupiſti, potentiâ tuâ, mare, contriviſti capita cetorum ex aqua eminentia: 14. Tu confregiſti capita Crocodilorum, dediſtique ea eſcam populo, qui in ſolitudinibus habitat. 15. Tu fidiſti *rupem*, *unde* fons & torrens; tu magnos fluvios exſiccaſti. 16. Tibi dies, tibi etiam nox *debetur*. Tu conſtituiſti lumina & Solem. 17. Tu omnes fines terræ fixiſti, æſtatem & hiemem tu formaſti. 18. Hujus rei

hra in nos impunè jaciet hoſtis? An inimicus cultûs tui nomen tuum ſpernet impunè, & quidem in perpetuum? 11. Quare abſtineres ab ultione ſumenda ab illis? E ſinu tuo potius manum exſere, ut hoſtes noſtros, tuoſque è medio tollas. 12. Deus ſemper fuit Rex meus, qui me ab inimicis in media terra Judæa prorſus liberavit. 13. Tu olim mare Erythræum in duas partes diviſiſti, 14. & capita Ægyptiorum amputaſti, eamque gentem Ichthyophagis ſpoliandam dediſti. 15. Tu fidiſti rupem, unde fons erupit, tum etiam torrens; tu quoque fluvios magnos, ut Jordanem, exſiccaſti. 16. Tua munera ſunt conſpicua dies & noctes; tu & ſtellas minores & Solem creaſti. 17. Tu limites variarum regionum conſtituiſti, habeſque tractus alios, in quibus æſtivus

gogas fuiſſe ante Captivitatem inſtitutas.

9. *Signa noſtra non videmus*] אותותינו לא ראינו othotheuou lo rainou, *miracula noſtra non vidimus*; in captivitatem, nempe, abducti, in qua non erant multi Prophetæ; eóque in loco, in quo erat Pſaltes, fortè nullus.

Neque ampliùs eſt Propheta &c.] Prædixerat quidem, ut diximus, Jeremias c. XXV. ſed ad Pſaltis noſtri aures vaticinium ejus non pervenerat.

An ſpernet] ינאץ venahets, *& ſpernit*. Sed cùm ſit interrogatio, τὸ ו *an* vertimus.

11. *Retraheres*] תשיב thaſchib, *faceres redire*, opponitur τῷ *extendere*, quia retracta manus *redit* in ſuum locum, ſeu in ſinum, ſeu ante pectus. Vide Lam. II, 3. Ezek. XVIII, 8, 17. & Exod. IV, 6, 7.

E medio ſinu tuo eductâ &c.] מקרב חיקך כלה *mikkereb bhekecha challeh*. Supplevimus *eductâ hoſtes*. Similis Ellipſis Pſ. LIX, 14. Non opus eſt moneri Lectorem *manu Dei* ſignificari ejus potentiam, cujus effectus, contra hoſtes Judæorum, videre cupiebat Pſaltes.

12. *Deus eſt Rex meus*] ואלהים *& Deus*, ſed abundat copula, ut paſſim. Deus ſe quaſi Regem Iſraëlis gerebat, unde populi ejus Reſpublica θεοκρατία dicta eſt.

Ab antiquis temporibus] מקדם mikkedem, *ab olim*; hoc eſt, ab ipſo ejus Reipublicæ initio. Vide 1. Sam. VIII, 7.

13. *Tu perrupiſti*] אתה פוררת *atthah phorartha*, à פור *phour*, quod propriè *rumpi* videtur ſignificaſſe, & tralaticio ſenſu in *Hiphil irritum fecit*. Vide Job. XVI, 12. Eſai. XXIV, 19. ubi in *Pihel* & in *Hithpahel* rumpendi ſignificatu legitur. Ad Maris Erythræi trajectum reſpicit. *Theodotion* διέῤῥηξας, *Symmachus*: διεχώρισας, rectiùs quàm LXX. qui habent ἐκραταίωσας.

Capita cetorum] ראשי תנינים *raſche thanninim*. Ægyptios, nempe, quorum Rex vocatur התנים *hatthannim* Ezek. XXIX, 3. De voce vide *Sam. Bochartum* Hieroz P. 1. Lib. I. c. 7. & P. 2. Lib. III. c. 14. LXX. & *Aquila* δρακόντων, & *Hieronymus Draconum*; incommodè; agitur enim de hominibus, qui in aqua perierant, ac proinde aquaticorum animalium nomine deſignantur. Vult Pſaltes à Deo ſubmerſos Ægyptios, in mari Rubro, quamvis enatare, capitibus exſertis, conarentur.

Ex aqua eminentia] על המים *hal hammajim*, hoc eſt, quorum capita ex aqua exſerebantur, quod fit à natantibus.

14. *Capita Crocodilorum*] ראשי לויתן *roſche livjathan*, capita Crocodili; hoc eſt, Crocodilorum. Iidem intelliguntur; qui antè nomine hoc deſignantur, cùm in Nilo vivant Crocodili.

Populo, qui in ſolitudinibus &c] לעם לציים *leham letſijim*, populo τοῖς *tſijim*, quorum poſterius interpretatio eſt prioris. Intelliguntur incolæ littorum occidentalium Maris Erythræi, qui arida loca Ægyptum verſus tenebant, ſolebántque Troglodytæ dici, quod τρώγλας, id eſt, cavernas habitarent. De iis pluribus egit *Sam. Bochartus* Phalegi Lib. IV. c. 29. Deus ergo iis populis ſpolianda dedit cadavera Ægyptiorum, & quidquid ad littus, æſtu redeunte, rejectum eſt. Hoc vult Pſaltes, eadémque operâ adludit ad victum Troglodytarum, qui erant ἰχθυοφάγοι, & cetis, hoc eſt, majoribus piſcibus, in terram rejectis, veſcebantur; quod multis Ethnicorum teſtimoniis probat idem vir ſummus. LXX. Intt. Αἰθίοψι vertunt, *Aquila* τοῖς ἐξελευσομένοις, Ed. V. τῷ ἐξεληλυθότι, quaſi ea vox deduceretur à יצא *jatſa*, exiit. Non meliùs *Theodotion* τῷ ἐσχάτῳ.

15. *Tu fidiſti rupem, unde fons & torrens*] אתה בקעת מעין ונחל *attha bakahtha mahjan vanahhal*; verbotenus, *tu fidiſti fontem & torrentem*; hoc eſt, rupem, è qua fons & torrens eruperunt. Reſpicit ad Hiſtorias, quæ habentur Exod. XVII, 6. Num. XX, 8.

Magnos fluvios] נהרות איתן *naharoth ethan*, fluvios roboris; hoc eſt, magna aquarum mole defluentes. Intelligitur Jordanes, cujus, cùm pleno alveo flueret, Deus inferiorem partem exſiccavit. Vide Joſ. III, 13. LXX. Intt. habent Ἠθάμ. *Symmachus*: ἀρχαίους. *Aquila*: στερεούς meliùs, ut & Hieronymus, *fortia*. Vide Hamos V, 24.

16. *Tibi dies* &c.] Hoc eſt, tu diei & noctis vices inſtituiſti, ut habemus Gen. I, 3. & ſeqq.

Lumina & Solem] מאור ושמש *maor vaſchemeſch*. מאור eſt pro מאורות *meoroth*, lumina; intelliguntur enim ſtellæ fixæ & erraticæ, Gen. I, 14.

17. *Tu omnes fines terræ* &c.] Videtur reſpici ad eas terræ partes, quæ mari ſiniuntur,

rei memento; hoſtis probris adſecit Jehovam, populus inſanus nomen tuum deſpexit. 19. Ne turturis tuæ vitam feræ tradideris, ne cœtûs adflictorum tuorum in perpetuum obliviſcaris. 20. Reſpice fœdus *tuum*, nam loca tenebricoſa terræ plena ſunt domiciliis injuriæ. 21. Ne redeat tenuis pudore adſectus, & adflictus atque egenus nomen tuum laudabunt. 22. Surge, Jehova, cauſam tuam agito, memor eſto probrorum ab inſanis quotidie in te jactorum. 23. Ne obliviſcaris vociſerationis hoſtium tuorum, *&* tumultûs in te inſurgentium, qui perpetuò augetur.

Laudat

æſtivus calor magis ſentitur, quàm frigus hibernum; quod in aliis diuturnius eſt. 18. At hujus rei memineris, ab Iſraelitarum hoſtibus te probris proſciſſum fuiſſe, & nomen tuum contemtum. 19. At ne tradideris pios Iſraelitas hoſtibus eorum ferociſſimis, neque ſacros eorum cœtus oblivioni mandaveris. 20. Rationem habeto tui cum iis fœderis, nam omnes regiones, ignararum tui Gentium, plenæ ſunt domibus, in quibus hoſpites malè habentur. 21. Ne patiaris homines pauperes contumelioſè, aut male haberi, ut tibi laudes debitas tribuant. 22. Surge, ô Creator, & cauſam ipſe tuam agito, nec obliviſcaris probrorum, quæ mali homines quotidie jaciunt. 23. Ne oblivioni mandes impias vociferationes hoſtium tuorum, & tumultus Idololatrarum, quorum numerus quotidie augetur.

PARA-

tur, & quæ à Græcis etiam ἔγκαλα γῆς vocantur. Vide Job. XXXVIII, 5, 10. Jerem. V, 22.

Æſtatem & hiemem] קיץ וחרף *kajits vahhoreph.* Vide not. ad Gen. VIII, 22. obi oſtendimus hiſce vocibus ſignificari propriè *æſtatem* & *autumnum*; ſed minùs propriè tempora caloris & frigoris, quibus totus annus continetur. Deus, ut notum eſt, caloris & frigoris, vices curavit ubique eſſe, motu obliquo terræ, quo æquatorem Solis ſecat. Itaque non eſt nimis urgenda vox יצרתם *jatſarthem*, formaſti, aut *finxiſti ea*. Specimina hæc Potentiæ Divinæ, quæ longè maxima ſunt, Pſaltes memorat, ut ſpem faceret Judæis auxilii Dei; qui cùm in gratiam hominum omnium, & præſertim Iſraelitarum, res tantas feciſſet, multò minores, populi Hebræi causâ, facturus perfacilè erat, & poſtea fecit.

18. *Hoſtis probris adſecit Jehovam*] Dum jactaverat, Deum Iſraëlis Diis Chaldæorum non eſſe æquiparandum, cùm populum ſuum contra eos tueri non potuiſſet? quod etiam Sennacheribus, ſuo magno malo, dixerat, 2. Reg. XVIII, 33. & ſeqq.

19. *Ne turturis tuæ vitam*, &c.] תורך *thor*, turtur Dei dicitur hîc populus Hebræus, quòd in Captivitatem abductus in perpetuis gemitibus vitam traduceret. Multò hoc veriſimilius, quàm quod fingunt de caſtitate turturis. Res ipſa & ſequentia verba noſtræ Interpretationi favent. Proprium hoc huic avi, quòd ſemper gemere videatur. *Virgilius* Ecl. I, 19.

Nec gemere interea ceſſabit turtur ab ulmo.

Ad quem locum vide quæ collegit *Joan. Lud. Lacerda.* At LXX. Int. pro תורך *thorecha* legerunt aut legendum cenſuerunt מודך *modaecha*; ut ſit participium Hiphil à ידה *jadah*, quod in ea conjugatione vertunt ὁμολογεῖν, unde habent ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι. *Hieronymus* verò habet *animam eruditam lege tuâ*, quaſi תורך *thoreech* idem eſſet ac תורתך *thorathecha* & *anima legis* poſſet dici *anima lege erudita*, quæ pugnant cum Grammatica & uſu Linguæ Hebraicæ. Chaldæus verò habet: נפשת מאלפי אוריתך *animam docentium legem tuam*, quæ meliora non ſunt, quaſi eſſet מורך morecha, *doctorum tuorum.* Orientales alios Interpretes non moror, qui in clara luce cæcutierunt.

Feræ] חית *hhajjath*, ubi eſt forma constructa, pro abſoluta חיה *hhajjah*, niſi exciderit השדה *agri*, aut ת mutandum in ה, aut omiſſum ſit ו, ita ut ſit pro חיות hajjoth, *feris*, θηρίοις, ut habent LXX. Int. Chaldæus intelligit, qui crudelitate feris ſimiles erant. Pro *vita* eſt נפש *nepheſch*, anima, quod frequentiſſimè vitam ſignificat. Poſſet & נפש pro *cadavere* ſumi, ita ut Deus oretur, ne patiatur cadavera ſuorum feris dilanianda relinqui.

Cœtûs adflictorum tuorum] חית עניך *hhajath hanijecha.* Hîc חית eſt *cœtus*, aut turba, ut Pſ. LXVIII, 11. Certè non incommodam fundit hæc interpretatio ſententiam. At LXX. Int. τῶν ψυχῶν τῶν πενήτων, Hieronymus *vitæ pauperum tuorum.*

In perpetuum obliviſcaris] Ne in perpetuum iis nega auxilium tuum, quemadmodum fit iis, quorum memoria numquam revocatur.

20. *Reſpice fœdus tuum*] Hoc eſt, rationem habeto promiſſorum tuorum, quæ fœdere inito, cum Majoribus noſtris, continentur.

Loca tenebricoſa terræ] מחשכי ארץ *mahhaſchaceke arets. Loca tenebricoſa terræ* ſunt hîc cavernæ, aut denſæ ſilvæ, in quibus latebant latrones. Cùm abducti fuerunt Judæi in Captivitatem, remanſit tamen in Judæa *tenuis populus terræ* דלת הארץ, hoc eſt, infimæ ſortis plebecula, 2. Reg. XXIV, 14. XXV, 12. ne agri prorſus inculti remanerent. Occaſione hac uſi mali homines latrocinia per Judæam exercebant, ſéque in ſpeluncas, aut denſiores ſilvas, cum præda, recipiebant. Sic etiam factum, ante & poſt excidium Jeroſolimæ, temporibus *Joſephi*, qui latrocinia ſuæ Gentis minimè diſſimulavit, in Belli Judaïci Hiſtoria. Vide de ſpeluncis ad Abdiam notata.

Domiciliis injuriæ] נאות חמס neoth hhames, *habitationibus injuriæ*; hoc eſt, hominum, qui ex aliena injuria ſibi divitias quærebant.

21. *Tenuis pudore adfectus*] Aut ab improbis Judæis, aut à præfectis Chaldæorum.

22. *Cauſam tuam agito*] ריבה ריבך *ribah ribcha*, litiga litem tuam; hoc eſt cauſam tuam tuere, contra Chaldæos.

Probrorum] Vide ad verſ. 10. Eſt verbotenus: *probri tui ab inſano quotidie.*

COM-

Laudat Pſaltes Deum ob promiſſum ab eo auxilium, vetat malos gloriari, maláque iis minatur.

1. PRÆFECTO, NE DELEAS, CARMEN ASAPHI, QUOD ET CANTICUM. 2. Te laudavimus, ô Deus, te laudavimus, proximum eſt *labiis noſtris* nomen tuum, *quæ* mirifica tua facta narrant. 3. *Dixiſti*: cùm adſequutus fuero tempus ſtatutum, ego ex æquitate judicium feram. 4. Liquefient terra & omnes ejus incolæ, at ego columnas ejus firmabo. Selah. 5. Dixi inſanis: ne gloriemini, & improbis: ne cornu adtollatis. 6. Ne ſublime adtollite cornu veſtrum, *nec* loquimini, *inſtar* PSALM. LXXV.

PARAPHRASIS.

1. PRÆFECTO &c. 2. Te laudavimus ô Deus, te laudibus extulimus, nec deſiimus laudare nomen tuum, dum mirificas res tuas narravimus. 3. Dixiſti, cùm perveniſſet tempus, quod ſtatutum eſſet, te ex æquo ſententiam laturum eſſe. 4. Terra atque omnes ejus incolæ defecerunt eſſe, ſed te, quominùs pereat terra, impediturum eſſe. 5. Dixiſti inſanis & improbis, non eſſe cur glorientur pertinaciter. 6. Ne ſuperbiatis, neque pertinaces contumaciâ veſtrâ

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXV.

2. P*Roximum eſt labiis noſtris nomen tuum*] קרוב שמך *karob ſchmecha.* Subaudiendum לשפתינו liſchphathenou, aut בשפתינו *biſchphatheaou*, *labiis noſtris*, cùm propter rem ipſam, quæ hoc ſupplementum poſtulat; tum etiam, quia ſequitur verbum ספרו ſippherou, *narrarunt*, nullo antecedente nominativo. Simile eſt loquendi genus apud Jeremiam c. XII, 2. *propinquus eſt in ore eorum* (קרוב בפיהם karob bphihem) *& remotus à renibus*; & apud Eſaiam XXIX, 13. *Adpropinquavit* (ad me) *populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis honoraverunt me; at cor ejus eſt à me remotum.*

3. *Dixiſti*] Supplendum hoc fuit, ſunt enim verba Dei, non Pſaltæ.

Cùm adſequutus fuero tempus ſtatutum] כי אקח מועד chi ekkahh mohed, *cùm ſumſero tempus ſtatutum*; hoc eſt, cùm pervenero ad tempus à me præſtitutum, ut hoc faciam.

In æquitate judicium feram] מישרים אשפט *meſcharim eſchphot*, pro במישרים *in rectitudinibus judicabo.* Vide Pſ. IX, 9. ſimilis Ellipſis τῦ ב Pſ. LVIII, 2.

4. *Liquefient terra*] Hoc eſt, ſummo metu percellentur. Vide Pſ. XLVI, 7.

Columnas ejus firmabo] Impediam ne pereat, ut perit ædificium, quod infirmis columnis ſuſtentatur, quæ ſuo onere fatiſcunt.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

5. *Ne gloriemini*] אל תהלו *al thaballea.* Verbum הלל in *Pihel* eſt *laudare ſe, gloriari.* Hic quoque eſt *Pihel*, ſed quaſi à forma הולל *houl*, ex qua analogicè eſt תהוללו *thebolelou.* Fortè hîc omiſſum ל, ſuſpectæ enim mihi ſunt tot Anomaliæ. Alioquin eſt *ad inſaniam redigere*, ſed hîc de ſuperba gloriatione agi res ipſa oſtendit.

Ne cornu adtollatis] אל תרימו קרן *al tharimou keren.* Frequens loquutio, pro eo quod eſt, ne ſuperbite, ne potentes vos eſſe putate. Metaphora à cornutis animalibus petita, quæ erecto capite ambulant, & cornua ſua veluti oſtentant. Sæpe in Pſalmis occurrit & ter quidem in hoc ipſo Pſalmo. Simile quiddam ſignificabant Latini, cùm *cornua veniſſe* ei dicerent, qui ſui juris factus erat; vel eum *ſumſiſſe cornua*, qui audaciùs ſe gerebat. *Ovidius* Amorum Lib. III. El. XI, 6.

Vicimus, & dominum pedibus calcamus Amorem,
Venerunt capiti cornua ſera meo.

Artis Amandi Lib. I, 239.

Vina parant animos, faciúntque caloribus aptos,
Cura fugit, multo diluitúrque mero.
Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit,
Tunc dolor & curæ, rugáque frontis abit.

Sic & *Horatius* Carm. Lib. III. Ode XXI, 18. ad Bacchum: *addis cornua pauperi*, quod videtur *Ovidius* imitatus. Cùm autem cornua juſtæ magnitudinis non gerat juvencus, niſi quando prorſus adolevit, *cornua* habita ſunt quaſi ſymbolum potentiæ; unde narratur ab eodem *Ovidio* Metam. Lib. XV. Cipus, cùm ſubitò ei cornua capite erupiſſent, conſuleretque propterea Aruſpicem, de ejuſmodi oſtento, reſponſum accepiſſe portendi ei regnum, verſ. 581.

Rex, ait, ô ſalve; tibi enim, tibi, Cipe, tuiſque
Hic locus & Latiæ parebunt cornibus arces,
&c.

6. *Ne ſublime adtollite*] אל תרימו למרום *al tharimou lammarom*, ne tollite in altitudinem; ne præter modum ſuperbite, néve de veſtra potentia nimia jactate.

Nec loquimini] Præfigendum ואל veal, *néve*, è ſuperioribus verbis.

 Inſtar

inſtar hominum rigidæ cervicis. [7]. Neque enim ab ortu, nec ab occaſu, neque è deſerto *venit* evectio, [8]. nam Deus *demum eſt* judex; hunc deprimit, illum extollit. [9]. Calix *eſt* in manu Jehovæ, & vinum *in eo* merum; plenus *eſt* eo, quod miſcuit, & ex eo fudit; ſed feces ejus deglutient, ac bibent omnes improbi terræ. [10]. Ego *mira Dei facta* nunciabo in perpetuum, carmen dicam Deo Jacobi. [11]. Omnia enim, *inquit*, cornua malorum amputabo, & cornua juſti adtollentur.

Pſaltes gratias agit Deo ob beneficia in ſe collata, eúmque laudat, & Iſraëlitas ad colendum hortatur.

PSALM. LXXVI. 1. PRÆFECTO PULSATILIBUS, CARMEN ASAPHI, QUOD ET CANTICUM. [2]. Notus eſt in Juda Deus, in Iſraële magnum ejus nomen. [3]. Fuit Salemi

veſtrâ imitemini. 7. Neque ab hominibus ſive ad ortum habitent, ſive ad occaſum, ſive ad meridianas Arabiæ ſolitudines, poteſt exſpectari major potentia 8. Deus demum, & quidem ſolus, eſt ſummus hominum judex, qui extollit aut deprimit, quos ei videtur extollere, aut deprimere. 9. Eſt in manu ejus calix plenus vino mero, quod miſcuit, atque potandum dat hominibus; ſed cujus feces ab improbis hauriendi ſunt, per totum terrarum orbem. 10. Ego verò mira Dei facta ſemper prædicabo, in carminibus meis. 11. Præſertim quòd malos in humiliorem ſtatum ſe redacturum, & bonos ad majorem potentiam evecturum eſſe dicit.

PARAPHRASIS.

1. PRÆFECTO &c. 2. Deus verus notus tantum, ut par eſt, eſt à Jacobi poſteris, atque apud eos ſolos, ut par eſt, laudatur. 3. Fuit Templum, cui ſe adeſſe oſtendit, in monte

Inſtar hominum rigidæ cervicis] בצואר עתק *biſavar bathak*, in collo duro. Quod verbo tenus Latinè verti non potuit. De eo loquendi genere vide not. ad Exod. XXXII, 9.

7. *Neque enim ab ortu* &c.] *Ortus* dicitur מוצא motſa, *egreſſus*, quòd Sol ex ea parte cœli egredi videatur è terris, vel aquis Horizonti ſubjectis. LXX. intt. & alii ἔξοδοι aut ἔξοδος, meliùs *Symmachus* ἀπὸ ἀνατολῆς. Pro ab auſtro eſt ממדבר mimmidbar, *à deſerto*, quia ſolitudines erant ad auſtrum Judææ.

Evectio] הרים *harim*. Eſt infinitivus *Hiphil*, qui nominis vicem obtinet, adeóque *evectionem* ſignificat; nimirum, *cornu*, ſive potentiæ. Is uſus infinitivi frequens eſt, ut docebit *Sal. Glaſſius* Gramm. Lib. III. Tr. III. Canon. XLIV, 5. At Veteres putarunt eſſe הרים *montes* LXX. intt. ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων. *Symmachus*: ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων. Sed Hebraicè dici oportuiſſet, ut ſic verteretur: הרי מדבר hare midbar, *montes deſerti*. Vult Pſaltes potentiæ augmentum exſpectandum non fuiſſe ab ulla gente, ad quamcumque partem cœli ſpectaret. Sed quia nulla mentio fit borealis plagæ, V. Editionis auctor eam addidit, cùm haberet: ἀνατολῶν ἔρημα, ὄρη τε νότια καὶ βόρεια τρίμματα. Sed paraphraſis hæc ſunt, in qua omiſſus eſt occaſus, quod putaret ad occaſum nullas eſſe Gentes Hebræis vicinas; quod verum non eſt, nam ad occaſum iis erant Tyrii & Sidonii Boream verſùs, & ad meridiem Philiſthæi.

8. *Hunc deprimit, illum extollit*] Hîc eſt ירים *jarim*, extollit, unde intelligere eſt הרים in ſuperioribus eſſe τὸ *extollere*.

9 *Calix eſt in manu Jehovæ*] Notum eſt כוס chos, *calicem*, dici calamitates, qua de re copioſiſſimè egit *Thomas Gatakerus*. Adverſ. Miſcellaneorum Cap. V. Hic calix *in manu Dei* dicitur, quòd paratus eſſet, ut Gentibus exhauriendus. Vide Jeremiæ XXV, 15. & *ſeqq.*

Vinum in eo merum] יין חמר *jajin hhamar*. LXX. Intt. verterunt οἶνον ἄκρατον, quod ſequutus eſt *Symmachus*. Deut. XXXII, 14. Eſai. XXVII. 2. dicitur חֶמֶר, & ita fortè legendum, niſi verbum inde deductum fuerit חמר *hhamar*, quod vertendum ſit *merum fuit*. Alii verterunt *rubuit*, ex Arabicæ Linguæ uſu. Poſſet & *turbidum fuit*; quia aut miſtum pharmacis, aut feculentum. Sed primum malim, propter Deuteronomii locum.

Plenus eſt eo, quod miſcuit] מלא מסך *male meſech*. Quamvis מסך *maſach* propriè ſit *miſcere*, ac proinde מסך *meſech*, quod hîc tantùm legitur, ſit *miſtio*; ſignificat tamen etiam ſimpliciter fundere vinum, quod bibatur, in calicem, ut Proverb. IX, 10, 5. & alibi. Sic Græcis κεραννύειν & Latinis *miſcere* ſæpe ſonant fundere in calicem, bibendum præbere, ut oſtendit *Gatakerus*. Loquendi tamen genus inde ortum, quòd vinum aquâ miſceretur, aut etiam aliquâ aliâ re, quâ ſalubrius, aut gratius fieret; ne jam venena memorem, quorum ratio hîc non habetur.

Et ex eo fudit] Nempe, in calicem.

Feces ejus deglutient] אך שמריה ימצו *ach ſchmareah jimtſou*; hoc eſt, totum poculum exhaurient improbi, ad ſedimentum uſque, ſi quod eſt in calice. Petita loquutio à vino etiamnum turbido, in quo, ſi paullulùm in calice ſervetur, fex in fundum ſidit. Senſus eſt, malos nullam partem calamitatis à Deo immittendæ vitaturos. Vide Eſai. LI, 17. Ezek. XXIII, 34. Quare mirum eſt LXX. Intt. hîc negantem particulam interpoſuiſſe, cùm habeant

Salemi tabernaculum ejus, & habitatio ejus in Sione. 4. Ibi fregit ſagittas ignitas arcûs, clipeum, gladium ac bellum. Selah.
5. Illuſtrior tu & magnificentior es montibus prædæ. 6. Spoliati ſunt, qui
forti animo erant, ſomnum ſuum dormierunt, nec ullus virorum fortium manus
ſuas invenit. 7. Propter tuam increpationem, ô Deus Jacobi, ſopiti ſunt & currus & equi. 8. Tu terrificus es, tu, *inquam*; quiſnam, ex quo iraſceris, conſiſtet
coram te? 9. Effeciſti, ut è cœlo audiretur judicium; terra verò timuit & quievit;
10. cùm ſurrexit ad judicium ferendum Deus, ut liberaret omnes adflictos
terræ. Selah. 11. Irati enim *ipſi* homines te laudabunt, *at tu* reliquâ irâ accingeris.
12. Vota

te Sione. 4. Inde ſagittas inſtar flammarum ab hoſtibus emiſſas, clipeos & gladios hoſtium retudit.

5. O Mons Sionis, pluris multò faciendus es, quam montes, in quos latrones prædam ſuam tranſtulerunt, atque ubi eam adſervant. 6. Spoliati ſunt, inter hoſtes Sionis, qui fortes viri credebantur & erant. Omnes perpetuo ſumnu dormierunt, nec in ſe animos & vires repararunt, quibus erant freti. 7. Solà tuâ increpatione, ô Deus Iſraëlis, viri fortes ſunt ſopiti, ex curribus aut equis pugnantes. 8. Tu, ô Deus terrificus es ſolus, nec quiſquam, ex quo indignaris, coram te conſiſtere poteſt. 9. Effeciſti ut homines, ſignis cœleſtibus, intelligerent, quid fieri velles, & homines territi quieverunt. 10. Cùm animo adverterunt Deum mox operam daturum, ut liberaret humiliores omnes, qui in terra Judæa. 11. Homines enim ipſi, homines irati te laudabunt; tu verò juſtitiam tuam ot ſentiant è cœlo effeciſti.

habeant πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη. At *Symmachus*, πλὴν τὰς τρυγίας αὐτοῦ ἀποτρυγήσουσι πίνοντες οἱ φαῦλοι τῆς γῆς, & Hieronymus: *verum tamen feces ejus epotabunt bibentes omnes impii terræ.*

10. *Mira Dei facta*] Repetii נפלאות *niphlaoth* è verſu 2, ne verbum activum eſſet ſine accuſativo.

11. *Omnia enim, inquis*] Supplevi hîc quoque *inquit*, quia verba hæc ſunt Dei, non Pſaltæ. Cùm *cornua* potentiam & ſuperbiam ſignificent, eorum *amputatio* hoc deſignat, ademtum iri malis vires & ferocitatem ex iis natam.

Cornua juſtorum] Potentiam, non ſuperbiam; in meliorem enim partem hîc ſumuntur.

COMMENTARIUS

In Psalm. LXXVI.

3 *Salemi*] בשלם *bſchalem*. Contrahitur nomen ירושלם *Jeruſchalem*, poëticè, non quòd urbs ſic umquam vulgò vocata fuerit. LXX. Int. hîc, ἐν εἰρήνῃ, dum alii rectiùs ἐν Σαλήμ. Fortè tamen adluditur ſimul ad vocem שלום *pax*, quòd *pacem* Jeroſolimæ Deus diu præſtiterit, ut ſequente verſo dicitur.

4. *Sagittas ignitas*] רשפי קשת *riſchphe kaſchet*; ſcintillas arcûs; hoc eſt, quæ ſcintillarum modo, ea arcu evolant. Alloquin etiam *tela ignita* interdum mittebantur. Vide ad Eph. VI, 16. Hæc omnia ſignificant, ut dixi, pacem Jeroſolimæ à Deo præſtitam; nam fractio armorum pacem deſignat.

Selah] Vide ad verſ. 3. Pſ. III.

5. *Illuſtrior tu* &c.] Cum ſequatur מ nota comparativi, נאור & אדיר *nahor* & *addir ſplendentem* & *magnificum* expreſſimus comparativo.

Montibus prædæ] מהררי טרף meharere thareph, *quàm montes prædæ*. Significari poſſunt ſpolia in tumulum aggeſta; aut etiam montes, in quos prædones ea conferunt, & à quibus prædatori erumpunt. Intelliguntur populi omnes vicini, prædis agendis & aggerendis adſueti; quibus longe ſplendidior erat & magnificentior Deus, auxilium Hebræis ferens.

6. *Qui forti animo erant*] אבירי לב abbire leb, *fortes cordis*.

Somnum ſuum dormierunt] נמו שנתם *namou ſchnatham*; hoc eſt, ſomnum perpetuum iis debitum, ſeu mortem.

Nec ullus virorum fortium &c.] *Nec invenerunt omnes viri roboris manus ſuas*; hoc eſt, non magis manibus ſuis uſi ſunt, contra Iſraëlitas, quàm ſi iis caruiſſent, aut alicubi repoſitas non habuiſſent.

7. *Sopiti ſunt*] נרדם *nirdam*, quod poſſimus etiam vertere *arcto ſomno ſopiti ſunt*, nam ea eſt interdum vis verbi. Vide Jud. IV, 21. Jonæ I, 5, 6. Non magis moverunt ſe loco, quàm ſi ſopore, divinitus miſſo, oppreſſi fuiſſent.

Currus & equi] *Currus & equus*, quæ paſſim ſingulari numero occurrunt, pro *curribus & equis*.

8. *Ex quo iraſceris*] מאז אפך meaz apphecha, *ex quo ira tua*.

9. *Judicium*] דין *din*. Victoriis, quas conceſſiſti divinitus Hebræis, effeciſti, ut è cœlo ipſo ejus hoſtes, magnâ voce, damnare videreris.

11. *Irati enim ipſi homines te laudabunt*] כי חמת אדם תודך chi hhamath adam thodecha, *nam ira hominis te laudabit*; cogentur ipſi homines irati Hebræis te laudare; cùm mirabilia, in ejus gratiam, facta tua viderint. Sunt qui malint hæc ita interpretari, quaſi hoc tantùm velit Pſaltes, iram hoſtium Iſraëlis occaſionem præbituram non ipſis, ſed Iſraëli ſeſe

 in

11. Vota concipite, eáque Jehovæ Deo veſtro reddite, & omnes finitimi munus terribili *Deo* adferant. 13. Eripit ſpiritum ducibus & Regibus terræ formidoloſus eſt.

Pſaltes Deum laudat, quòd ſuos in anguſtiis verſantes exaudiverit, eáſque deſcribit, quas conſtanter illi tulerunt ſpe auxilii Divini, & magnorum ejus factorum memores.

PSALM. LXXVII 1. PRÆFECTO AD JEDUTHUNEM, CARMEN ASAPHI. 2. Voce meâ Deum inclamavi, voce meâ Deum *invocavi*, & mihi aurem præbuit. 3. Die anguſtiæ meæ, Dominum quæſivi; manus mea noctu extenſa eſt, neque remiſſa, *quamvis* conſolationem animus meus reſpueret. 4. Recordatus ſum Dei, non ſine tumultu oravi, & ſpiritus meus deficit. Selah. 5. *Aliàs* in vigiliis detinuiſti oculos

effeciſti. 12. Vos verò, homines, vota veſtra Creatori reddite, dum finitimi Deo veneratione ſummâ digno victimas & munera offerent, præ metu, quo eum proſequuntur. 13. Ille ſuperbiam ducum domat, & ſe ſe Terræ Regibus formidandum præbet.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN ASAPHI miſſum ad JEDUTHUNEM. 2. Voce meâ Deum inclamavi, voce meâ ejus auxilium imploravi; ille verò me exaudivit. 3. Tempore, quo anguſtiis premebar, Dominum invocavi; manus meas ad eum noctu tetendi, quamvis animus meus omnium hominum conſolationes reſpueret. 4. Tum verò memor fui Creatoris, quem magnis clamoribus imploravi, cùm ſpiritus mihi propemodum deeſſet. 5. Aliàs oculis meis ſomnum abſtuliſti, cùmque valde turbatus eſſem, attamen tacui. 6. Præterita tempora, per aliquot ſæcula, in animum revocavi, interdiu. 7. Aliàs memini noctu inſtrumenti muſici mei, & precum reputavi. 8. Annon fortè Deus à nobis in perpetuum receſſiſſet, ac nobis diutiùs favere non ſtatuiſſet?

in laudes Dei effundendi. Nihil tamen erit incommodi, ſi dicamus hoc ſignificari, ipſos Hebræorum infenſiſſimos hoſtes coactum iri laudare eorum Deum. Vide 1. Sam. IV, 8. VI, 5.

Reliquâ irâ accingeris] שארית חמות תחגר ſcheerith hhemoth thahhgor, *reliquum irarum accinges*; hoc eſt, ſed tu quod ſupererit juſtitiæ tuæ ultrici (nam *ira Dei* perinde eſt, ac ejus *juſtitia* ultrix) perficiendum abſolves. Metaphora eſt ducta ab armis, quæ pugnatoris accinguntur; ita ut Deus intelligatur *iram ſuam accingere*, hoc eſt, ſe parare ad eam exſequendam, vel ad puniendos malos. Simili Metaphorâ, Deus Pſ. XCIII, 1. *potentiâ indutus & accinctus* deſcribitur. LXX. Intt. mirè verterunt: ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι, καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου ἑορτάσει σοι, qua legiſſent חגג לך thagog lcha, feſtum tibi aget. *Symmachus*: λείψανον θυμῶν περιζωσθήσῃ. Hieronymus: *ira hominis confitebitur tibi*, *reliquiis iræ accingeris*. Vereor, ne quid diſſimulem, ut vera lectio hujus loci ad nos pervenerit; nec tamen conjecturam, pro eo quod cogitavit Pſaltes, obtrudere Lectoribus ſuſtinuerim.

13. *Eripit ſpiritum*] יבצר רוח *jibtſar roahh*, reſecat ſpiritum; hoc eſt, ſuperbiam, quam veluti luxuriantis animi fœtum inutilem habet: ut luxuriantis vitis palmites amputantur. Nam hæc eſt vis verbi Hebraici, ut Concordantiæ docebunt. *Spiritus* pro ſuperbia occurrit Job. XV, 13. Prov. XVI, 28. Eſ. XXXIII, 11.

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXVII.

1. *VOce meâ Deum inclamavi*] *Vox mea ad Deum & clamavi, vox mea ad Deum.*

3. *Manus mea noctu extenſa eſt*] נגרה *niggerah* diffuſa eſt; hoc eſt, extenſa, ut fluenta quæ נגרו *niggeron*, diffunduntur, ſeu latiùs ſparguntur; nam hoc verbum ea de re adhibetur. Jam *extendere manus* geſtus eſt orantis, & pro eo, quod eſt orare, ſumitur, ut Eſai. I, 15. & alibi.

Neque remiſſa] ולא תפוג vlo thaphoug, *neque remiſſa*, aut *debilitata* eſt. *Symmachus* rectè ἐξετείνετο ἀνενδότως, Hieronymus, *extenditur & non quieſcit*. LXX. Intt. abſurdè, ἐναντίον αὐτοῦ καὶ οὐκ ἠπατήθην, quaſi legiſſent נגדו ולא אפתה *negdo velo ephtheh*, coram eo, nec deceptus ſum. Ex cujuſmodi lectionibus intelligere eſt, quàm corruptus fuerit eorum Codex; aut quàm corruptos ipſi Codices cenſuerint, ſi ex ingenio ſic emendare ſuſtinuerint.

4. *Non ſine tumultu oravi*] ואהמיה אשיחה veehemaja aſchihha, *tumultuatus ſum oravi*. Hic אשיחה non de meditatione intelleximus, ut alibi, quia res erat conjuncta cum tumultu, ſed pro ſermone, ſeu precibus, ut Pſ. LV, 18.

Spiritus meus deficit] Hoc eſt, ſum planè exhauſtus: תתעטף רוחי *thithhatteph rouhhi*. Vide Pſ. LXI, 3. CXLII, 4. LXX. Intt. ἠδολέσχησα, καὶ ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμά μου. Apud eos ἀδολεσχεῖν,

los meos, perturbatus ſum, nec *tamen* loquutus. 6. Dies ab antiquis temporibus
annos ſæculorum numeravi. 7. *Altiùs* recordatus ſum noctu pulſatilis inſtrumenti
mei, apud animum meum reputavi, & quæſivit ſpiritus meus, 8. an in perpe-
tuum receſſiſſet Dominus, neque ampliùs *nobis* fauturus eſſet? 9. an deſiiſſet in
perpetuum ejus benignitas? an verbum abſumtum eſſet, in *omnes* ætates futuras?
10. an oblitus eſſet Deus miſereri? an irâ ejus miſericordia eſſet clauſa? Selah.
11. Dixi verò: infirmitas hæc mea eſt, *rem autem* mutare dextræ eſt Altiſſimi.
12. Recordatus ſum eorum, quæ fecit Jah; memini enim mirabilium tuorum, ab an-
tiquis temporibus *factorum*. 13. Meditabor omnia tua opera & facta tua proloquar.
14. O Deus, in ſanctitate via tua eſt; quis tantus *eſt* Deus, ac *noſter* Deus? 15. Tu,
Deus, mirifica facis, curaſti, ut innoteſceret populis potentia tua. 16. Liberaſti bra-
chio populum tuum, filios Jacobi & Joſephi. Selah. 17. Viderunt te aquæ, ô Deus,
viderunt te; ſonuerunt & agitatæ ſunt abyſſi; 18. nubes effecerunt, ut aqua exunda-
ret,

fet? Annon deſiiſſet nobis bene facere in perpetuum? 9 An exhauſta eſſet ejus benignitas? an nos abjeciſſet in omnes ætates futuras? 10. An eſſet veluti oblitus miſericordiæ tuæ, quæ nobis eſſet clauſa?

11. Poſtea intellexi has ſuſpiciones natas eſſe ex infirmitate mea, ſed mutare rationem, quâ ſe gerebat Deus erga nos ejus eſſe arbitrii, quippe qui nobis nihil debeat.

12. Memini probe rerum mirabilium, quas fecit Creator, ab antiquiſſimis temporibus. 13. Meditabor, ô Deus, omnia tua opera, eáque narrabo. 14. O Deus, ſanctiſſima ſunt omnia tua facta, quis eſt Deus, apud alias Gentes, qui poſſit Iſraelis Deo æquiparari. 15. Tu, ô Deus noſter, mirabilia feciſti, & facis, quibus curaſti, ut populis aliis non eſſet tua potentia ignota. 16. Liberaſti vi divinâ poſteros Jacobi & Joſephi. 17. In mari Erythræo aquæ potentiam tuam expertæ ſunt, dum æſtu extraordinario in alveo maris aperuere tranſitum Iſraelitis, dumque reciproco motu Ægyptios ſuffocarunt. 18. Quin etiam, te volente, nubes terram undis tenuerunt, & ſuperior æther tonitrua ac fulmina magno fragore

ἀδολεσχεῖν eſt *loqui*. *Symmachus*: *διελάλουν ἐν ἐμαυτῷ καὶ ὀλιγοψυχῶν*. Hieronymus, qui ſæpe eum Interpretem ſequitur: *loquebar in memet ipſo & deficiebat ſpiritus meus*. Sed השיח non tantùm eſſe apud ſe loqui, ſed etiam ore exclamare, vel ipſa Lexica docebunt.

5. *In vigiliis*] שמרות *ſchmuroth* pro בשמרות biſchmoroth, *in cuſtodiis*; vigiliis, nempe, nocturnis. Omiſſio conjunctionis, frequentiſſima licèt, veteres Intt. fugit. Alium ſtatum deſcribit, ac ſuperiorem; antea enim noctes narravit non ſine tumultu tranſactas; hîc verò de tacitis loquitur.

Perturbatus ſum] נפעמתי *niphamthi*. Vide Gen. XLI, 8.

6. *Numeravi*] חשבתי *hhiſſchabthi*, quod poſſis vertere *ad animum revocavi*, vel *numeravi*, utrumque enim ſignificat. Hinc LXX. Intt. *διελογισάμην ἡμέρας ἀρχαίας*, & *Symmachus*: *ἀναλογιζόμενος τὰς ἡμέρας τὰς πρώτας*. Eſt ימים מקדם jamim mikkedem, *dies ab antiquo* tempore.

7. *Pulſatilis inſtrumenti mei*] נגינתי *nginathi*, pulſatile inſtrumentum ſignificatur, fortè cithara, quam Pſaltes adhibuit ad Dei laudes canendas, interdum etiam noctu.

9. *An verbum abſumtum eſſet*] גמר אמר *gamar omer*; hoc eſt, an nullum ampliùs habebimus Prophetam, quem Deus adloquatur; ut ſciamus, quid nobis futurum ſit? Sic paſſim דבר יהוה *dbar Jehovah*, eſt adloquutio Dei ad Prophetam.

10. *An ira ejus miſericordia eſſet clauſa?*] Vel, *an clauſiſſet in ira miſerationes ſuas?* Hoc eſt, pœnas de Iſraelitis ſumere ſtatuiſſet, reditúmque omnem in gratiam clauſiſſet.

11. *Infirmitas hæc mea eſt*] חלותי היא *hhallothi hi*. Infinitivus חלות ſumitur hic pro nomine. Hinc *Aquila ἀῤῥωστία μου αὕτη*, & *Symmachus*: *τρῶσίς μου ἐστίν*. Hieronymus: *imbecillitas mea eſt*. At LXX. Intt. *νῦν ἠρξάμην*, incommodè. Alii *αὐτῆς* non rectiùs.

Rem autem mutare] שנות *ſchnoth*, quod eſt etiam inſtar nominis, & *mutatio* verti queat. LXX. Intt. & *Aquila*, *Theodotion* & V. Ed. *ἀλλοίωσις*. *Symmachus* *ἐπιδευτέρωσις*, Hieronymus *mutatio*. Vult Propheta potentem etiamnum eſſe Deum, ad mutandum in melius ſtatum præſentem Judæorum, quamvis res conclamata videretur.

14. *In ſanctitate via tua eſt*] Quidquid facis, id ſanctè, ſeu convenienter præſtantiſſimis tuis virtutibus facis; nam omnes uno *ſanctitatis* nomine continentur, unde tam ſæpe Deus *ſanctus* vocatur.

16. *Et Joſephi*] *Et filios Joſephi*. Cur hîc generis vocabulo, *filiis Jacobi*, ſubjiciat *filios Joſephi*, hoc eſt, Manaſſitas & Ephraimitas, non eſt facile dictu; nam hoſce, præ ceteris, aut eximiâ quadam ratione Deus non liberavit. Conjiciant acutiores, nam quæ commenti ſunt Intt. quos conſului, mihi non ſatisfaciunt, nec ipſe meliora invenire me poſſe fateor.

17. *Viderunt te aquæ*] Jordanis, nempe, quæ admotâ Dei arcâ conſtiterunt. Vide Joſ. III. Poſſit & mare Erythræum conjungi.

18. *Nubes effecerunt* &c.] Videntur Iſraëlitæ trajeciſſe Jordanem, poſt ingentes pluvias, quas tonitrua, ut fit in ſubitis pluviis, erant comitata. Quibus rebus, trajectus Jordanis inſignius factum eſt miraculum. Quam quidem circumſtantiam omiſit Hiſtoria Sacra, ut & alias nonnullas alias. Vide ad Pſ. LXXXI, 5. & Hamos V, 5.

Sagittæ tuæ] Fulmina. Vide Pſ. XVIII, 5.

19. *In*

ret, æther *etiam* emiſit vocem ſuam, & ſagittæ tuæ peragrarunt *terras*. 19. Sonitus tonitru tui *auditus eſt* in turbine, fulgura tua illuſtrarunt orbem, commota eſt & contremuit Terra. 20. Via tibi per mare, & ſemita tua per aquas multas *aperta eſt*, *quamvis* veſtigia tua nnn ſint nota; 21. duxiſti populum tuum inſtar ovis, Moſis & Aharonis operâ.

Enumerantur peccata ab Iſraëlitis admiſſa, electióque Tribûs Judæ & Davidicæ familiæ proponitur.

PSALM. LXXVIII 1. CANTICUM ERUDIENS ASAPHI. Audi, mi popule, inſtitutionem meam, ad oris mei verba aurem veſtram inclinato. 2. Aperiam os meum oratione figuratâ, proloquar ſapienter dicta, à temporibus antiquis; 3. quæ audivimus & cognovimus, ac Majores noſtri nobis narrarunt; 4. nec nos celabimus eorum poſteros, ſed noviſſimæ ætati laudes Jehovæ, potentiam ejus & res mirabiles, quas geſſit, narrabimus.

gore emiſit, ac terræ motum ſenſerunt homines. 19. Te volente, tonitrua & fulgura audita & conſpecta ſunt; æther enim emiſit vocem ſuam, dum tonitrua ſunt audita, & fulmina ſunt emiſſa; ſimulque tremuit Terra. 20. Viam per mare tibi, populóque tuo aperuiſti, quamvis tua veſtigia non ſint nota. 21. Denique ingentem populum, inſtar gregis ovium, duxiſti Moſis atque Aharonis operâ.

PARAPHRASIS.

1 ASAPHI Canticum erudiens. Audi, popule mi, inſtitutionem meam, atque aurem præbeto iis, quæ dicam. 2. Figuratam orationem habebo, & ſapienter dicta jam olim proferam, 3. quæ audivimus, atque à Majoribus noſtris accepimus, 4. nec noſtris poſteris invidebimus; ſed aperiemus laudes, quæ Creatori debeatur, ob ejus potentiam, & miracula ejus narrabimus. 5. Deus ea patefecit & teſtata reliquit, apud Iſraëlitas, in legibus ſuis, quas voluit Majores noſtros ſuis poſteris aperire; 6. ut pervenirent ad ultimam poſteritatem; quæ eas teneret, atque ad poſteritatem ſuam tranſmitteret; 7. ut à Deo omnia exſpectet, neque obliviſcatur ejus factorum

19. *In turbine*] בגלגל *bgalgal*. Eſt à גלל *galal*, volvit; repetitionéque radicalium, intenditur ſignificatio; unde intelligere eſt agi de turbine, vel circio, in quo nubes vehementer circumaguntur. Vide Pſ. LXXXIII, 14. Veteres τροχὸν, *rotam*, incommodè verterunt.

20. *Via tibi per mare*] *In mari via tua*. Quod poſſit referri ad Mare Rubrum, ſed de Jordane etiam intèlligi queat; magna enim copia aquæ, etiam fluviorum, *mare* ab Hebræis dicitur, & aqua Jordanis labebatur è mari *Chinnerethæ*, quod poſtea *Gennezareth* dictum eſt, nam lacus Hebræis, ut notum, *maria* vocantur, & in mare Mortuum influebat.

Quamvis veſtigia tua non ſint nota] ועקבותיך לא נודעו *vehikkebothecha lo nedahon*, & veſtigia tua non nota ſunt. Vident homines te tranſiviſſe Mare & Jordanem cum Iſraëlitis, quoniam aquas cohibuiſti, ne eos operirent, quamvis veſtigia tua, reduce in alveum fluvio & mari, à nemine viſa ſint. Deus, nempe, neque movetur, neque veſtigia ſui relinquit, quando tranſire dicitur, κατ' ἀνθρωποπάθειαν.

COMMENTARIUS.

In PSALM. LXXVIII.

1. *INſtitutionem meam*] תורתי *thorathi* ſic etiam Matris inſtitutio, quâ liberos erudit, dicitur תורה Prov. I, 8.

2. *Oratione figuratâ*] במשל *bmaſchal*, de qua voce diximus ad Job. XXVII, 1.

Proloquar ſapienter dicta] אביעה חידות *abibah hhidoth*, ſcaturiam ænigmata. Sic חידות verti ſolent, ſed eâ voce ſignificantur potiùs hîc *acutè dicta*, quàm obſcurè, à ſignificatu radicis adfinis חדד hhaded, *acutus fuit*: ac ſanè hîc non ænigmata habentur, ſed *ſapienter dicta*; quod maluimus, propter rem ipſam, quàm *acutè dicta*; neque enim hîc tam acumen deprehendas, quàm ſapientiam.

4. *Eorum poſteris*] מבניהם mibbenehem, *filios eorum*, hoc eſt, poſteros: ut contrà אבות abboth, *patres*, in antecedentibus verbis, ſunt quivis Majores.

5. *Teſtificationem*] עדות *hedouth*. Significat ſæpe hæc vox *tabulas lapideas*, quibus inſcriptus erat Decalogus, in Arca adſervatas. Vide Exod. XXV, 16, 20. ad quem locum adi notata. Crediderim hîc *legem* ſimpliciter ſignificari, ob ſequentia verba. Ea *teſtimonia Dei* ſæpiùs vocantur Pſ. CXIX, ut verſ. 1, 14, 22. &c. & hic verſ. 56.

6. *Narrabunt*] *Surgent & narrabunt*. Hebraïſmus eſt, qui Latinè exprimi nequit; ſed nec opus eſt, cùm verbum *ſurgent* nihil addat ſignificationi ſequentis.

7. *Utque*] *Et* Repetendum hîc למען *lmahan*.

8. *Animum ſuum non paravit*] לא הכין לבו

rabimus. 5. Conſtituit Deus teſtificationem in Jacobo, & legem poſuit in Iſraële, quam Majores noſtros poſteris ſuis patefacere juſſit; 6. ut eam cognoſceret ultima ætas poſterorum, *qui* naſcentur, & *qui* liberis etiam ſuis narrabunt; 7. útque ponant, in Deo, ſpem ſuam, nec obliviſcantur factorum Dei, & præcepta ejus obſervent; 8. nec ſint, inſtar Majorum ſuorum, ætas rebellis & immorigera, ætas *quæ* animum ſuum non paravit *ad obſequium*, & cujus ſpiritus Deo fidelis non fuit.

9. Poſteri Ephraïmi, inſtructi armis & arcu jaculantes, verſi ſunt *in fugam*, die prælii. 10. Non obſervarant fœdus Dei, & in lege ejus incedere renuerant. 11. Obliti erant geſtorum ejus rerúmque mirabilium, quas iis oſtenderat 12. Coram Majoribus eorum miracula fecerat in Ægypto, *& quidem* in Tanitico agro. 13. Fidit deinde mare, cóſque trajecit, & juſſit mare ſtare, quaſi cumulum 14. Interdiu duxit eos nube, & totâ nocte, igne accenſo. 15. Fidit rupes in deſerto, & potandas dedit veluti magnas voragines. 16. Eduxit fluenta è petra, & *ex ea* curavit prodire aquam, veluti flumina. 17. Attamen perrexerunt in eum peccare, in ſolitudine, & Altiſſimum exacerbare. 18. Tentaverunt Deum, in animo ſuo, dum peterent cibum, *qui ipſorum*

factorum & legum, ſed ab eo præcepta obſervet; 8. nec imitentur Majores ſuos, qui immorigeri fuerunt, & Deo ſuo parum fideles.

9. Poſteri Ephraimi, quamvis bellicoſi, probè armati, & præſertim periti ſagittarii, ſunt die prælii in fugam verſi. 10. Nimirum, parum diligenter obſervabant leges fœderis cum Deo contracti. 11. Obliti, nempe, erant rerum mirabilium, quas in eorum gratiam fecerat, in Ægypto, & quidem in Tanitico agro. 13. Deinde ut eos Ægyptiis eriperet, mare Erythræum in duas partes diviſit, ut inter ejus partes tranſire facilè poſſent, quaſi eſſent tumuli arenæ. 14. Cùm deſertam Arabiam deinde ingreſſi eſſent, & per avia loca iter facerent, interdiu eos nube texit, quæ interdiu eos duceret, ac æſtum ſatis minueret, & noctu igne in aere accenſo viam iis monſtravit. 15. Cum vero in deſerta Arabia iis defuiſſet aqua, ea è rupe icta, baculo Moſis, ſat copioſè erupit; ut eorum uſibus ſufficeret, dum in ſolitudine fuerunt. 17. Attamen non deſierunt in eum peccare, in Arabicis ſolitudinibus, & Deum ipſum ad iram provocare. 18. Quaſi de ejus potentia dubitare potuiſſent, ab eo petierunt

lo hochin libbo, *non paravit cor suum*, ſubaudiendum לשמוע *liſchmoah*, ad auſcultandum Deo. Vide not. ad 1. Sam. VII, 3.

Deo fidelis] נאמנה את אל aeemanah eth el, *fidelis cum Deo*. Poſſit etiam verti *conſtans*, ſeu *firmus erga Deum*; nam נאמן neeman *conſtantem* etiam ſonat. Vide 2. Sam. VII, 16. Sed perinde eſt *fidelem*ac, an *conſtantem* dicas. LXX. Int. κατεύθυνεν ἐν τῇ καρδίᾳ καὶ οὐκ ἐπιςώθη μετὰ τοῦ θεοῦ. *Symmachus*: ἀσυνάρμοςτος τῇ καρδίᾳ. Idem poſtea ἀβέβαιος, ut verterat etiam *Aquila*.

9. *Inſtructi armis & arcu jaculantes*] נושקי רומי קשת *noſcheke rome kaſcheth*, prius eſt in ſtatu conſtructo, cum poſſet eſſe in abſoluto; ſed refertur tamen ad קשת *keſcheth* Vide 1. Par. XII, 2. XVII, 17.

Die prælii] Ad quodnam prælium reſpiciat Pſaltes, cúrve Ephraïmitæ memorentur, potiùs quàm alii Iſraelitæ, non ſatis liquet. Vide tamen ad verſ. 10.

10. *Non obſervarant* &c.] Apud Tribum Ephraïmiticam erat Bethel, ubi vitulum adorandum propoſuerat Jerobohamus. Eò fortè reſpicit Pſaltes, & in ſuperioribus verbis ideò Ephraimi poſteros memorat; qui, cum ceteris omnibus Iſraëlitis, victi & tranſlati in Captivitatem fuerant à Salmaneſere, Aſſyriorum Rege; qua de re vide 2. Reg. XVII.

12. *In Tanitico agro*] שדה צען *ſchdeh Tſohan*. LXX. Int. ἐν πεδίῳ Τάνεως & Chaldæus טאניס *Tanis*. Vide ad Geneſ. XLV, 10. Miracula Moſis, coram inferioris Ægypti Rege facta intelliguntur. Vide & verſ. 43.

13. *Quaſi cumulum*] כמו נד *chmo ned*. LXX. Int. ὡσεὶ ἀσκὸν, quos ſequutus eſt, ut in multis aliis, Chaldæus Paraphraſtes. Putarant idem eſſe ac נאד *nod*, ſed cumuli ſignificatio hîc non malè convenit; Deus enim Maris Rubri aquas vi æſtûs refluxuras ſuſtinuit, dum tranſirent Iſraëlitæ, quas pondere ſuo redire deinde in Ægyptios paſſus eſt. Vide Diſſert. *de Trajectione Maris Idumæi* Pentateucho ſubjectam.

15. *Fidit rupes in deſerto*] Vide Exod. XVII, 6. Num. XX, 11.

Magnas voragines] תהומות רבה *thehomoth rabbah*. Alii volunt hîc eſſe Enallagen numeri, quâ Adjectivum ſingulare conjungitur ſubſtantivo plurali, ut Pſ. XVIII, 13. ברקים רב *brakim rab*, pro רבים *rabbim*. Malim רבה & רב eſſe adverbiorum loco, ſi modò hæc loca mendo careant; nam Anomaliæ illæ Grammaticorum valde ſunt mihi ſuſpectæ. LXX. Int. ἐν ἀβύσσῳ πολλῇ. Hieronymus: *in abyſſis multis*, quaſi legendum eſſet aut תהום רבה *thehom rabbah*, aut תהומות רבות *thehomoth rabboth*. Intelligitur autem magna aquæ copia, quæ è rupibus à Moſe percuſſis erupit.

16. *Fluenta*] נוזלים *nozelim*, hoc eſt, fontes perennes. Alioqoin etiam rivos è flumine derivatos ſignificat verſ. 44.

Aquam veluti flumina] Fontes tam copioſos, ut ex iis flumina naſcerentur; quod neceſſarium quidem fuit, ut tantæ multitudini potum & aquam in alios uſus ſuppeditarent.

17. *Exacerbare*] למרות *lamroth*, pro להמרות *lehamroth*, *amarum reddere*, hoc eſt, exacerbare, irritare.

18. *Tentarunt Deum*] Poſt tot Divinæ Potentiæ ſpecimina, quæ viderant; dubitarunt tamen, an Deus poſſet ſibi cibum ſuppeditare, ideóque, ut rem explorarent, petierunt hoc quoque à Moſe. Vide Exod. XVI, 2. Num. XI,

ipſorum adpetentiæ *ſatisfaceret.* 19. Loquuti *etiam* ſunt contra Deum, *&* an poterit quidem Deus, inquiebant, inſtruere menſam in ſolitudine? 20. En percuſſit rupem, fluxerúntque aquæ, & torrentes *inde* exundarunt, an etiam panem poterit dare? an carnem parabit populo ſuo? 21. Quamobrem his auditis, Jehova iratus eſt, ignis accenſus eſt in Jacobum, & ira exarſit in Iſraëlem; 22. quia Deo minimè crediderant, neque fiduciam in ejus liberatione collocarant. 23. Juſſit nubes ſuperiores *diſcedere* & cœlorum valvas aperuit. 24. Depluit Manna in eos, quam comederent, & cœleſte triticum

runt cibum, qui eorum palato placeret; 19. & teſtati ſunt, ſe dubitare, an Deus iis inſtrueret menſam in deſerta Arabia. 20. Tum verò dictitabant à Deo quidem eſſe apertam rupem, unde aqua erupiſſet copioſa, ſed ſe neſcire, an poſſet illic ſibi ſuppeditare panem & carnem. 21. Quamobrem Deus iratus eſt Iſraelitis; 22. quòd ipſi fidem derogaſſent, neque ejus adeo potentiæ fidebant, ut crederent à Deo poſſe ſibi carnem ſuppeditari. 23. Verùm Deus, diſcuſſis nubibus, atque aperto veluti cœlo, 24. depluit Mannam, quâ alerentur, & veluti cœlorum triticum iis largitus eſt. 25. Omnes Iſraëlitæ panem Angelorum comederunt, & cœleſte triticum ab iis acceperunt, quo ſatiarentur.

XI, 4. De ratione, quâ Deus ab hominibus tentatur, lege quæ habet *Henr. Hammondus* ad Matth. IV, 7.

In animo ſuo] בלבבם *bilbabam*, in corde ſuo. Priùs enim dubitarunt de potentia divina, quàm hanc ſuam dubitationem verbis aperuerunt.

Cibum, qui ipſorum adpetentiæ ſatisfaceret] אכל לנפשם ochel lnaphſcham, *cibum animæ ſuæ.* Sed נפש *nepheſch*, quod *anima* verti ſolet, hîc ſignificat adpetentiam, vel cupiditatem edendi, ut Num. XI, 6. ubi vide notata; quod ab Interpretibus non eſt ſatis diligenter animadverſum, quamvis res certiſſima ſit.

21. *His auditis Jehova iratus eſt*] *Audivit Jehova iratus eſt.*

Ignis accenſus eſt] Reſpicitur, ut videtur, ad Num. XI, 1, 2. variæque hiſtoriæ poëticè conjunguntur; neque enim ordinem Chronologicum obſervare ſolent Poëtæ, ut Hiſtorici. Nec tamen, in hac Poëſi, quidquam fictum eſt.

Ira exarſit] *Ira adſcendit.* Sic loquuntur, Hebræi. Vide 1. Sam. XI, 20. & Ezek. XXIV, 8. & infra verſ. 31.

23. *Nubes ſuperiores diſcedere*] שחקים ממעל ſchehhakim mimmahal, *ætherem ex alto.* Vocem שחקים nubes tenuiores, aut etiam æther em ſignificare notum eſt. Vide Pſ. LXXVII, 18. ubi à *Symmacho* verſum fuerat αἰθήρ. Addimus *diſcedere*, perſpicuitatis cauſâ, quia cœlum aperiri dicitur, cùm, diſcedentibus circumquaque nubibus, ſolum profundum cœlum cernitur. Vide not. à nobis ad Matth. III, 16

Cœlorum januas] Poëticè, ut dixi, finguntur in cœlo januæ, eæque aperiri dicuntur, cum, ſubductis nubibus, ex alto cœlo quidpiam demittitur, ut liquet ex loco Matthæi III. *Homerus* Iliad. E, 749. ſimili fermè loquendi genere uſus erat:

Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον Ὧραι,
Τῇς ἐπιτέτραπται μέγας Οὐρανὸς, Οὔλυμπός τε
Ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ' ἐπιθεῖναι.

Sponte autem ſuâ portæ crepuerunt cœli, quas ſervabant Horæ, quibus commiſſum eſt Cœlum magnum & Olympus; ut & aperiant denſam nubem, aut claudant. Aperiebatur ergo cœlum ἀνακλῖναι νέφος, & claudebatur ejus ἐπιθεῖναι. Vide & Iliad. Θ, 193. Sic & *Virgilius* Georg. III, 260.

Nocte natat cæca ſerus freta, quem ſuper ingens
Porta tonat cœli.

Simili figurâ memorantur *feneſtræ cœli*, è quibus beneficia Dei in homines demittuntur 2. Reg. VII, 2, 19. & Mal. III, 10.

24. *Cœleſte triticum*] דגן שמים *dgan ſchamajim*: hoc eſt, cibum, quo inſtar tritico cœleſti, vel è cœlo demiſſo alebantur. Vide in Exodum, ad hanc Hiſtoriam. *Mannam* hîc declinamus, more Latino, commoditatis cauſa, quod in peregrina voce nihil vetat fieri.

25. *Panem Angelorum*] Eſt אבירים abbirim, *fortium*; quâ voce ſignificantur *Angeli*, ut viderunt LXX. Int. Qui enim alii *fortes* in cœlo dici queant, præter Angelos? Diſſentiunt verò Interpretes de verborum ſenſu; nimirum, non liquet, an Manna *panis Angelorum* dicitur, quia ab Angelis formata erat; an verò fingatur poëticè eſſe cibus Angelorum. Prius tamen malim.

Quo ſatiarentur] *Ut ſatiarentur.*

26 *Eurum abire juſſit*] יסע קדים בשמים *fecit diſcedere Eurum in cœlo*; hoc eſt, ventum orientalem coërcuit.

Auſtrum inducit] ינהג תימן jenaheg theman, *duxit auſtrum.* Si ſuperiora vertamus *excitavit Eurum in cœlo*, hæc iis contraria fermè videbuntur; nam Oriens & Meridies non ſunt idem. Ideóque LXX. Int. ἀπῆρε νότον ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἐπήγαγεν ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ Λίβα. Symmachus: ἦρεν Εὖρον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἐπήγαγεν ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ Νότον. Quod ſequutus *Hieronymus*: *abſtulit Eurum de cœlo & induxit in fortitudine ſua Africum.* At *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. I. c. 15. contendit hic Eurum & Auſtrum eſſe eumdem ventum, quamvis non diffiteatur ſuperiorem transferendi rationem Linguæ Hebraicæ ingenio & conſuetudini conſentaneam eſſe. Sed minimè probat *Eurum* & *Auſtrum* eumdem dictum ventum, quamvis omnem lapidem propterea moveat. Fruſtra, exempli cauſâ, citat *Homerum* & *Virgilium*, qui utrumque illum ventum ſimul flantem deſcribant; agitur enim, apud eos Poëtas, de procellis, in quibus plures venti ſimul flant. Hîc verò ſermo eſt de certo vento, qui ex una quadam regione Coturnices adtulit;

triticum iis largitus eſt. 25. Panem Angelorum quiſque comedit, & cibum demiſit ad eos, quo ſatiarentur. 26. Eurum abire juſſit è cœlo, & potentiâ ſuâ Auſtrum induxit; 27. depluítque in eos caro, ſicut pulvis, & volucres inſtar arenæ, *quæ ſunt in littoribus* marium: 28. quam intra eorum caſtra, circa tabernacula, dejecit. 29. Comederunt, & valde ſatiati ſunt, & obtigit iis, quod concupiverant. 30. Nec deſiit cupiditas, *etiam* cùm cibus in eorum ore eſſet. 31. At ira Dei in eos exarſit, occidítque ex eorum pinguibus, & juvenes Iſraëlis incurvavit 32. Poſt hæc omnia etiamnum peccarunt, nec miraculis ejus crediderunt. 33. Conſumſit in rebus inanibus eorum dies,

tur. 25. Eurum quieſcere juſſit, ejúſque loco Auſtrum oriri curavit; 27. depluit in eos caro, inſtar pulveris, & alites inſtar arenæ, quæ ſunt in littoribus marium; 28. quam pluviam, circa tabernacula eorum dejecit. 29. Comederunt vero ad ſatietatem uſque, & quod cupiverant nacti ſunt; 30. Nec tamen deſierat cupiditas, cùm nondum caro, in eorum ore, dentibus eſſet ſecta. 31. Tum verò Dei indignatio vehementer exarſit, pluréſque ex iis interierunt. 32. Attamen ne hæc quidem omnia animos Iſraëlitarum flectere potuerunt, ita ut ad fidem habendam adducerentur. 33. Paſſus eſt Iſraëlitarum dies abſumi in rebus inanibus, aut terroribus exerceri. 34. Cùm

adtulit; nempe, ex Ægypto, quà ſinui Arabico vicina eſt, quod ex ipſo *Bocharto* intelligere licet, qui multis oſtendit, illic frequentiſſimum fuiſſe hoc avium genus. Eo autem vento opus fuit, qui inter Auſtrum, & Favonium flaret, ſeu Africo aut Libonoto, qui ex Ægypto ac Mari Rubro in Arabiam Petræam ſpirant. Eo tempore, præſertim apud Hebræos, navigationis non admodum peritos, mirum non eſt, non fuiſſe plura quàm quatuor ventorum, qui cardinales vocantur, nomina. *Plinius* plura *Homero* fuiſſe nota negat, Lib. II. c. 47. Itaque ſignificabitur ventus, quales ſunt noſtri *Sud-ſud-oueſt*, aut *Sud-oueſt*, aut *rhombi*, ut loquuntur Nautæ, interpoſiti.

Nec quidquam objici queat huic ſententiæ, è verbis Pſaltæ petitum, niſi verbum נסע *naſab* in hac Hiſtoria uſurpatum, Num. XI, 31. *Tum ventus à Jehova profectus eſt & abripuit coturnices à mari*; ubi eſt נסע *naſah*, quod non ſignificat *recedere*, ſed *progredi*, ut coturnices adveheret; unde *Bocharto* videtur, in Pſalte יסע *jaſſah*, quod eſt in *Hiphil*, ſignificare potiùs immiſſum ventum, quàm amotum fuiſſe. Sed nihil vetat, utrumque, pro re, quæ agitur, hoc verbo ſignificari, quod propriè eſt *fecit proficiſci*, & quod potiùs receſſum ſignat, quam acceſſum, ut Pſ. LXXX, 9. *Vineam tuam ex Ægypto adduxiſti* תסיע *thaſſiah*. Vide & 2. Reg. IV, 4. Sed objicit vir ſummus, Pſalten habere בשמים baſſchamajim, *in cœlo*, vel *in cœlum*, non משמים miſſchamajim, *è cœlo*; quemadmodum dicendum hìc fuiſſet, ſi de expulſione venti è cœlo loqueretur. Verùm ב ſæpe vim obtinet *τῶ* מן, ut oſtendit Chr. Noldius ad eam particulam, *num.* II. ſic 2. Reg. XIV, 13. *A porta Ephraimi*, (בשער bſchahar) *ad portam anguli.* Ezek. XLIII, 7. *à die* (ביום bejom) *octavo & deinceps.* Plura apud *Noldium* invenientur, quamquam poſſumus etiam, ſi ita videatur, hìc vertere: *abire juſſit per cœlum*; nam ventus mutatus per cœlum in contrariam partem recedit.

Sed quare, inquis, diceremus: *Eurum abire juſſit, & Auſtrum induxit*, cùm hi venti non ſint contrarii, ſed ſimul flare poſſint? Quia Eurus expuliſſet coturnices in Mare Internum, aut littora verſùs, ubi non erant Iſraëlitæ; Auſter verò in occaſum inclinans, ut Africus, aut Libonotus, Coturnices ex Ægypto & littore Maris Mediterranei in Arabiam Petræam, ubi erant Iſraëlitæ, impellebat.

27. *Sicut pulvis*] Hoc eſt, ingenti copiâ, nam quæ maximo numero ſunt arenæ comparantur, hyperbolicâ quadam *αὐξήσει*. Vide Gen. XXII, 17. XXXII, 12. XLI, 49. & alia plura ſimilia loca. Sic & aliæ Gentes ſunt loquutæ. *Virgilius* Georg. II, 105. de numero ſpecierum vitis:

Quem qui ſcire velit, Libyci velit æquoris idem
Diſcere quàm multæ Zephyro turbentur arenæ.

28. *Quam intra eorum caſtra* &c.] *Et fecit cadere in medium caſtrorum* &c. Tam in caſtra cecidere, quàm extra circumquaque. Vide Num. XI, 32.

31. *At ira Dei in eos exarſit*] *Et ira Dei adſcendit in eos.* Sic & verſ. 21. Fortè è flamma, quæ altiſſimè adſcendit, cùm maxima eſt, ductum eſt hoc loquendi genus.

Ex eorum pinguibus] במשמניהם *bmiſchmannehem*, in eorum pinguedinibus. Fortè primores ſignificantur, qui ditiores erant & fortè etiam pinguiores; quòd cuticulam magis curarent, nec ullum nimium laborem ferre neceſſe haberent. Vide Eſai. X, 16.

Juvenes Iſraëlis incurvavit] בחורי ישראל behhoure Jiſchaël, *electos Iſraëlis*; hoc eſt, juventutem, quæ, in delectibus, ad arma vocabatur. *Incurvare* plagam iis immiſſam ſignificat, quæ nobis non eſt nota. Vide Pſ. XVII, 13. XVIII, 40. Cur hæc plaga Iſraëlitis impoſita fuerit, res ipſa oſtendit, nam cùm ex diffidentia Potentiæ Divinæ carnem petiiſſent, eam ſine gratiarum actione acceperunt, nec ſignificarunt, ſe graviſſimè peccaſſe; qui poſt tot miracula in conſpectu ſuo edita, de Dei potentia etiamnum dubitaſſent.

32. *Poſt hæc omnia*] בכל זאת bechol zoth, *in omni hoc*; hoc eſt, cùm hæc omnia ita haberent. Galli dicunt, eodem ſenſu: *& avec tout cela.*

33. *In rebus inanibus*] ויכל בהבל ימיהם *vajechal behebel jemehem*; hoc eſt, in itineribus; in quibus, dum per Arabiam vagantur, mortui ſunt, antequàm terram promiſſam ingredi poſſent; ita ut omnis eorum labor inanis fuerit. LXX. Intt. ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέ-

dies, & annos in terrore. 34. Cùm eos occideret, tum verò eum quæſiverunt, redierunt *ad eum*, manéque inveſtigarunt Deum. 35. Numen eſſe rupem ſuam, & Altiſſimum Deum liberatorem ſuum recordati ſunt. 36. At blanditi ſunt ei ore ſuo, & linguâ ſuâ mentiti; 37. nec eorum animus erga illum rectus fuit, neque fideliter in fœdere ejus perſtiterunt.

38. Ille tamen miſericors *cùm ſit*, placatus eſt eorum iniquitati, nec eos delevit; ſæpiùs revocavit iram ſuam, nec omnem excandeſcentiam excitavit. 39. Recordatus eſt, eos eſſe carnem, & ſpiritum, qui abit, nec redit. 40. Quoties exacerbarunt eum in deſerto, & irritarunt eum in ſolitudine? 41. Iterum tentaverunt Deum, & Sancto Iſraelis

34. Cùm verò eos morte damnaret, ad eum redierunt, atque ad auxilium ejus confugerunt. 35. Dixerunt eum eſſe perfugium ſuum, & ſuum liberaturem meminerunt. 36. At cum ita loquuntur, non ex animo loquuntur; 37. neque ſe candidè geſſerunt, neque eâ fide, quâ decebat in obſervatione ſui fœderis, cum Deo contracto.

38. At ille, miſericors cum ſit, eorum iniquitati placatus eſt, nec eos e medio ſuſtulit. Sæpius juſtitiam ſuam, cui pœnas debebant, coercuit, nec magnitudinem indignationis ſuæ oſtendit. 39. Recordatus eſt Iſraelitas, ut ceteros homines, eſſe corpora, quæ ſunt brevis ævi, & ſpiritum, qui abit, nec redit.

40. Quoties indignationem ejus excitarunt, in Arabicis ſolitudinibus? 41. Iterum tentarunt Deum, & dixerunt, quid ab eo fieri cuperent. 42. Obliti ſunt potentiæ ejus, iis ipſis diebus, quibus ab eo ex rebus anguſtis liberati fuerant, 43. quo tempore, edidit miracula, cùm per totam

ἐμαι αὐτῶν, quaſi eſſet legendum יכלו *conſumti ſunt*. *Ματαιότητα* vocant quidquid fit *μάτην*, *fruſtra*. Vide ad initium Eccleſiaſtæ. *Aquila*: *συνετέλεσεν ὡς ἀτμὶν τὰς ἡμέρας αὐτῶν*. Hieronymus: *in vanitate*.

In terrore] בבהלה *babbehalah*. Radix, in Niphal נבהל *nibhal*, eſt territus fuit Pſ. VI, 3. vox ipſa terrorem ſignificat Levit. XXVI, 15. LXV, 23. Jerem. XV, 8. LXX. Intt. *μετὰ σπουδῆς*, Aquila: *ἐσπούδασεν*. *Hieronymus*: *velociter*. Sed nullum ejus ſignificatûs certum exemplum eſt.

34. *Manéque inveſtigarunt Deum*] ושחרו אל *veſchabbaru el*; hoc eſt, diligenter, quia quæ non comparent in tenebris, ortâ luce faciliùs & meliùs quæruntur. Vide Pſ. LXIII, 2. Hoſ. VI, 1.

36. *At blanditi ſunt ei*] יפתוהו *jephatthouhou*. Verbum פתה in *Pihel* eſt blandimentis decipere. Vide Exod. XXII, 16. Jud. XIV, 16, 17. XVI, 5. Quî mali poſſint Deo *adulari* & *mentiri* diximus ad Pſ. LXVI, 3.

38. *Sæpiùs revocavit iram ſuam*] הרבה להשיב אפו hirbeh lehaſchib aphho, *multiplicavit ut redire faceret iram ſuam*; hoc eſt ſæpiùs pœnas juſtitiæ ſuæ debitas diſtulit, ut ad pœnitentiam eos adduceret.

39. *Recordatus eſt, eos eſſe carnem*] Explanavimus hunc locum ad Gen. VI, 3.

Qui abit, nec redit] Sive רוח *rouahh* de Mente, ſive vita animali intelligatur, ſatis hinc patet, Pſaltis ævo, nondum ſat notam fuiſſe Reſurrectionem; quæ ſi nota fuiſſet, in promiſſis, quibus homines ad virtutem excitantur, apertè & ſæpe extaret; cùm nullum ſit dogma ad eam rem aptius, neque majoris momenti. Hic etiam locus fuiſſet oſtendendi, quæ ſupplicia pertinaciter malos, & quæ præmia conſtanter bonos, in altera vita, maneant. Verùm hæc, iis temporibus, ſub nebula, ut ſic loquar, latebant.

40. *Irritarunt*] יעציבוהו jahatſibouhou, *dolore adfecerunt*. Similem loqutionem vide Eſai. LXIII, 10. *Hieronymus* propriam ſignificationem ſequutus: *adflixerunt eum*. LXX. Intt. *παρώργισαν*, nec ira ſine dolore eſt, & præcedens membrum de ira hunc intelligendum ſuadet; hoc eſt, de provocatione Divinæ Juſtitiæ, ad pœnas de iis ſumendas.

41. *Tentaverunt Deum*] De potentia ejus dubitarunt, nec Moſi de ea crediderunt, niſi certa quædam miracula ad eorum lubitum faceret.

Fines præfixerunt] התוו *hithvou*. LXX. Intt. *παρώξυναν*, Hieronymus: *concitaverunt*, quod vim vocis non adſequerentur, ſenſum quæſiverunt conjiciendo. Atqui תו *thav*. (quæ videtur eſſe radix, potiùs quàm verbum תוה) ſignificat *ſignum* & fortè quidem *limitum*; unde התוה *hithvah*, eſt *fines deſcripſit*, ut Num. XXXIV, 10. ubi ſcribitur interpoſitâ א litterâ התאויתם *hithavithem*, pro התויתם *hithvithem* *deſcribetis*, vel *ſignabitis vobis limites*. Significat Pſaltes, contumaces Hebræos non adquieviſſe in miraculis, quæ viderant, ſed definiiſſe, quodnam miraculum etiamnum deſiderarent. Quod in poſtulatione *carnis* videre eſt, Num. XI, 4. & ſeqq.

43. *Cùm edidit ſigna*] אשר שם אותותיו aſcher ſcham othothau, *cùm poſuit ſigna ſua*, ubi אשר eſt pro כאשר chaaſcher, *quando*. Hinc LXX. Intt. *ὡς ἔθετο ἐν Αἰγύπτῳ τὰ σημεῖα αὐτοῦ*. *Symmachus* verò *τοῦ ποιήσαντος τὰ σημεῖα* &c. & *Hieronymus*: *qui fecit in Ægypto ſigna ſua*.

44. *Convertit in ſanguinem* &c.] Non obſervatur ordo hiſtoricus hîc, uti nec antea, quia nihil opus erat. Vide notata ad ipſam Hiſtoriam.

44. *Eorum rivos*] Nili varios alveos, qui ad fœcundandam inferiorem Ægyptum quaquaverſum effoſſi fuerant.

47. *Majore etiam grandine*] בחנמל *babbhanamal*. LXX. Intt. *ἐν τῇ πάχνῃ pruinâ*; *Aquila ἐν κρύει glacie*; *Symmachus*: *ἐν σκώληκι in verme*; Hieronymus, *in frigore*. Videtur reſpici ad grandinem majorem, de qua Exod. IX, 24. Crediderim hanc eſſe vocem Ægyptiacam, cui nihil commune invenitur cum aliis Orientis Linguis.

Sycomoros] שקמותם *ſchikmotham*. LXX. Intt. habent: *συκαμίνους*, *Symmachus*: *συκομόρους*, quem ſequutus *Hieronymus*. Ea nomina promiſcuè

Iſraëlis fines præfixerunt. 42. Non recordati ſunt manûs ejus, eo die, quo eos ex anguſtia liberaverat; 43. cùm edidit ſigna in Ægypto, atque in Tanitico agro portenta ſua; 44. convertit in ſanguinem eorum rivos, & fluenta, ne bibere poſſent; 45. miſit in eos cynomyïam, quæ eos comedit, & ranam, quæ eos perdidit; 46. dedit brucho eorum proventum, & laborem eorum locuſtæ; 47. occidit grandine eorum vitem, & majore *etiam* grandine ſycomoros; 48. tradidit *&* grandini eorum jumenta, & pecudes eorum preſteribus; 49. emiſit in eos excandeſcentiam iræ ſuæ, indignationem, ſeveritatem & anguſtiam, tum etiam malorum Angelorum telum; 50. ad libellam æquavit viam iræ ſuæ, nec eorum vitam à morte prohibuit, & pecudes peſti tradidit; 51. percuſſit omne primogenitum in Ægypto, & primitias roboris, in tentoriis

tam Ægyptum, tum præſertim in Tanitico Nomo; 44. ubi quidquid erat aquæ in Nilo, inque ſubterraneis ciſternis, convertit in ſanguinem, ita ut bibi a nemine poſſet; 45. miſit in Ægyptios cynomyïas, quæ iis moleſtiſſimæ fuerunt; ranas, quæ domos ingreſſæ magno numero non minùs incommodæ erant, in omnibus ædibus; 46. ad quas acceſſerunt bruchi & locuſtæ; 47. grando, quæ vites, in ea parte Ægypti, ubi plantatæ fuerant, ſteriles reddidit, imo etiam alias arbores, quarum fructus ſunt in terram dejecti, ut ſycomoros; jumenta & pecudes minores eadem grando perdidit, ad quam acceſſerunt preſteres. 49. Denique iræ ſuæ omnia ſigna edidit & Cacodæmonibus vexandos homines permiſit. 50. Omnes pariter, vulneribus cœlitùs demiſſis, vexavit, pecudes peſte occidit, 51. imo & primogenitos totius Ægypti è medio ſuſtulit; ut nulla domus fuerit, quæ primogenitos ſubitò mortuos non luxerit. 52. Deinceps illinc juſſi Iſraëlitæ proficiſci à Deo inſtar gregis, ab eo per

miſcuè uſurpantur. Perniciei Sycomororum mentio non fit in Exodo, ſed continetur numero omnium arborum agrorum Cap. IX, 25. Ab Hebraica voce aut fortè Ægyptiaca שקמה *ſchikmah* facta eſt Græca συκάμινος. Arbor eſt frequentiſſima in Ægypto, unde *Morus Ægyptia* vocatur à *Theophraſto* Hiſt. Plant. Lib. IV. c. 2. & aliis. Multa de ea *Theophraſtus* & *Dioſcorides* Lib. I. c. 181. Deſcriptionem ejus ex *Plinio* tantum Lib. XIII. c. 7. brevitatis cauſâ, dabimus: *Ex Ægypto*, inquit, *multa genera, quæ non alibi, ante omnia ficus, ob id Ægyptia cognominata. Arbor moro ſimilis folio, magnitudine, aſpectu. Pomum fert non ramis, ſed caudice ipſo; idque ipſum ficus eſt prædulcis, ſine granis interioribus, perquàm fœcundo proventu, ſcalpendo tantùm ferreis unguibus; aliter non matureſcit. Sed cùm factum eſt, quarto die demetitur, alio ſubnaſcente; ſepteno ita numeroſo partu, per ſingulas æſtates, multo lacte abundante. Subnaſcitur, etiamſi non ſcalpatur, fœtus quater æſtate, prioremque expellit immaturam* &c. *Pet. Bellonius* Obſerv. Lib. II. c. 37. ait, à ſe copioſè deſcriptam in opere de Arboribus ſemper virentibus, ſed tamen figuram ejus illic tradit. Addit etiam *incolas urbis Cairi cùm calore ſolis urantur, cogi umbras arborum virentium quærere. Quare*, inquit, *colunt atque educunt Sycomoros, variis in locis Cairi, per compita & per fora.*

48. *Jumenta eorum*] בעירם *bebiram.* Bruta à ſtupore dicta, nam בער eſt *ſtupidus fuit.*

Preſteribus] רשפים *reſchaphim*, quod *ſcintillas* ſonat, ſed hìc pro *preſteribus* ſumitur. Vide Exod. IX, 24. & quæ illic notata.

49. *Excandeſcentiam iræ ſuæ* &c.] Hîc cumulantur ſynonyma חרון אף *excandeſcentia iræ*, עברה *indignatio*, זעם *ſeveritas*, צרה *anguſtia*, ut Divinæ Juſtitiæ ſeveritas ἐμφατικωτέρως deſcribatur. Vide ad Gen. XXXI, 27

Malorum Angelorum telum] משלחת מלאכי רעים miſchlahhath maleache rahim, משלחת eſt *miſſile*, ſeu *telum*, Eccleſ. VIII, 8. qui eſt alter locus, ubi hæc vox exſtat. Si ſit ſana lectio ſequentium verborum ſunt *Angeli malorum hominum*, ii, quibus mali homines plectendi à Deo traduntur, quaſi carnificibus. Sed fortè legendum מלאכים in ſtatu abſoluto, ita ut *Angeli malefici* intelligantur, aut מלאכי רעה *Angeli malitiæ*, quod idem eſt. LXX. ambiguè ἀποςολὴν ἀγγέλων πονηρῶν, *Symmachus* ἐπαποςολὴν ἀγγέλων κακώσεων.

50. *Ad libellam æquavit iram iræ ſuæ*] יפלס נתיב לאפו *jephalles nthib leappho.* LXX. Intt. ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ. *Aquila*, ὡδοποίησεν ἀτραπὸν τῷ θυμῷ αὐτοῦ. *Symmachus*: διέςρωσε ἀτραπὸν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ. *Hieronymus*: *munivit ſemitam furori ſuo.* Verbum פלס eſt *ad libellam dirigere*, & addito nomine *viam*, eſt viam ad libellam munire, ita ut plana ſit, nec ulla ſuperſit in ea pars convexa, aut cava. Senſu tralaticio ſumitur pro eo, quod eſt, ita vitam inſtituere, ut ſemper proba & recta ſit. Vide Proverb. IV, 26. V, 6, 21. Eſai. XXVI, 7. ubi hoc loquendi genus occurrit. Hîc verò, ubi ſermo eſt de Divina Providentia, improbos Ægyptios, poſtquàm eos ad ſaniorem mentem multis miraculis vocaverat, ſerò tandem puniente; ſignificatur Deus, quaſi ſibi viam muniviſſe ad pœnas de Ægyptiis juſtè ſumendas, miraculis in gratiam Hebræorum factis & admonitionibus Moſis; quibus Pharaonem hortatus fuerat, ut tandem Deo Iſraëlis manus daret. Quod cùm non feceriit, meritas pœnas dedit, nec quidquam fuit, quod Dei bonitati & juſtitiæ objici poſſet.

Nec eorum vitam à morte prohibuit] Eſt λιτότης, nam Deus per immiſſos Angelos, primogenitos Ægyptiorum occidit.

51. *Primitias roboris*] ראשית אונים reſchith onim, *principium virium.* Vide not. ad Gen. XLIX, 3. & Deut. XXI, 17.

In tentoriis Chami] באהלי חם *beohole cham.* Sic Pſ. CV, 23, 27. CVI, 22. Ægyptus dicitur *terra Chami*, quod à poſteris Chami inculta fuerit. Vide Gen. X, 13. & *Sam. Bochartum* Phalegi Lib. IV. c. 1. *Tentoria*, ut alibi paſſim, dicuntur quævis domicilia.

riis Chami. 52. Deinde populum ſuum, inſtar ovium, proficiſci curavit, cúmque, ſicut gregem, per deſertum duxit; 53. & duxit quidem eos tutò, nec timuerunt, nam eorum hoſtes mare operuerat. 54. Dein adduxit eos ad fines Sacrarii ſui, ad montem hunc, quem dextera ejus paravit. 55. Ejecit è conſpectu eorum gentes, curavítque earum *agros* cadere in partem ſortis eorum, & collocavit in earum tabernaculis Tribus Iſraëlis. 56. Attamen tentarunt atque exacerbarunt Deum Altiſſimum, nec teſtimonia ejus ſervarunt. 57. Receſſerunt & perfidè ſe geſſerunt, quemadmodum eorum majores, atque inſtar arcûs fallacis flexi ſunt. 58. Eum irritarunt editis ſuis locis, & ſculptis ſimulacris ad zelotypiam concitarunt. 59. *Quod cùm* audivit Deus, excanduit, & ab Iſraële graviter abhorruit. 60. Deſeruit Siluntinum tabernaculum, *quod* collocarat, *quaſi* tentorium ſuum, apud homines; 61. deditque *abducendum* in captivitatem robur Iſraëlis, & gloriam ejus in hoſtium manum. 62. Tradidit populum ſuum gladio, & poſſeſſioni ſuæ iratus eſt. 63. Juve-

per Arabiam ducendi. 53. Ac ſanè quidem eos, inſtar gregis, per ſolitudines duxit ſine periculo; Ægyptii enim in mari Erythræo ſubmerſi fuerant. 54. Deinde tutò eos duxit ad ea loca, in quibus deinceps Sacrarium ſibi elegit. 55. Expulit ex iis gentes, quæ antea occupaverant eos agros, quos Iſraelitis ſorte diviſit. 56. Nihiloſeciùs tentarunt Divinam Potentiam, nec ejus legum obſervantes fuerunt. 57. Eodem modo ſe geſſerunt, ac fecerant eorum Majores, qui fefellerunt fidem Deo datam, cui non præſtiterunt, quod polliciti erant; quod fecit etiam eorum poſteritas, fueruntque, ut fert proverbium, inſtar arcûs fallacis, qui nullam vim habet ad expellendas ſagittas. 58. Dei indignationem moverunt ædificatis & munitis locis editis, ut in eis ſacra facerent, more Idololatrarum. 59. Quæ ubi animadvertit Deus, indignatus eſt, & ab Iſraelitis abhorruit. 60. Deſeruit itaque Tabernaculum Siluntinum, quod quaſi ſedem ſuam, apud homines poſuerat; 61. Et paſſus eſt in hoſtium manus pervenire. 62. Eum expoſuit hoſtium arbitrio, dum populo ſuo indignaretur. 63. Juvenes Iſraelitas ignis abſumſit, neque puellæ cuiquam nupſe-

53. *Eorum hoſtes*] Ægyptios, qui potuiſſent emittere exercitum, qui ſequeretur Hebræos in Arabiam. At cladibus ſuis territi, exhauſtique & præſertim poſtremâ, finibus ſuis egredi auſi non ſunt, Hebræiſque liberam facultatem per Arabiam errandi conceſſerunt.

55. *Curavit cadere in partem*] יפילם בחבל נחלה japphilem bhhebel nahhalah, *fecit eos cadere in funem poſſeſſionis*. Adludit Pſaltes ad duplicem morem, quorum unus fuit agitandi ſortes in urna, quæ cadentes ſignificabant quidpiam eſſe ejus, cujus ſors ceciderat; alter verò dividendi agros funibus, qua de re, quia vulgaris eſt, & alibi de ea egimus, nihil addemus. Vide Pſ. XVI, 6.

56. *Teſtimonia*] Vide ad verſ. 5.

57. *Inſtar arcûs fallacis flexi ſunt*] נהפכו כקשת רמיה nehphechou chekeſcheth rimijah, *flexi ſunt ut arcus fallaciæ*; hoc eſt, exſpectationem bonorum fefellerunt; ut arcus fallit ſagittarium, cum flectitur quidem, ſed non redit in priorem ſitum, ſat magno impetu, ut ſagittam procul mittat. Eſt eadem comparatio Hoſ. VII, 16. נהפכו propriè eſt *verſi*, aut *mutati ſunt*, hîc verò videtur eſſe *flexi ſunt*, quia vix aliter *fallit* arcus, niſi cùm flexus vi *elaſticâ*, ut nunc loquimur, amiſſâ ad lineam rectam non redit. Quod fieri poteſt, ſi arcus in ipſa flexione aliquo modo frangatur, aut ſi ligno nimis molli conſtet. LXX. Intt. εἰς τόξον στρεβλόν, quod *pravum* reddidit *Hieronymus*. Sed quis arcu *torto* uti potuit?

60. *Deſeruit Siluntinum Tentorium.*] Tempore Helis fuit Arca Silunte, ut liquet ex 1. Sam. I, 3. & III, 21. Deinde à Philiſthæis capta eſt & avecta in eorum agros, ut habemus C. IV, 17 & Cap. V, 1. & ſeqq. unde quidem revecta eſt in agrum Populi Hebræi, ſed numquam Siluntem, ut ſequens Hiſtoria Samuëlis docet. Hinc Jeremias VII, 14, 15. XXVI, 6, 9. ait, à Deo Jeroſolimam rejectam, non aliter ac Siluntem, quòd numquam Arca in ea fuerit repoſita, captâ à Babylonicis Jeroſolimâ, quippe quæ periit.

Quod collocarat quaſi tentorium] אהל שכן באדם ohel ſchachan beadam, *tentorium* in quo *habitaret inter homines*, quaſi ſcriptum eſſet אשר שכן בו acher ſchachan bo. Senſum expreſſimus.

61. *Robur Iſraëlis*] Eſt עזו huzzo, *robur ejus*, nempe, Iſraelis, quod expreſſimus perſpicuitatis cauſâ. Intelligitur autem Arca, quæ dicitur *robur* Iſraëlis; quòd ad eam Deus potentiam ſuam exereret, eâque præſente inſignia miracula edidiſſet, & magnis cladibus hoſtes Hebræorum ſæpius adflixiſſet. Vide Pſ. CV, 4. CXXXII, 8.

Gloriam ejus] תפארתו thiphbratho, Arca erat decori & gloriæ Iſraeli. Vide Eſai. LXIV, 11. & Lam. II, 1.

63. *Abſumſit ignis*] Hoc eſt, ira Dei, quâ, ad inſtar ignis, abſumti ſunt. Vide Eſai. IX, 5. XXVI, 11.

Nuptum datæ ſunt.] הוללו houlalou, *laudatæ ſunt*; hoc eſt, nuptum datæ, laudes enim illæ ſunt epithalamia, aut aliæ hujuſcemodi adclamationes, in ſponſarum honorem; unde & Chaldæis הלולא hilloula, *nuptiæ* dicuntur. *Aquila* verterat οὐχ ὑμνήθησαν, *Symmachus & Theodotion*: οὐκ ἐπῃνέθησαν. LXX. verò Intt. ἐπένθησαν & *Hieronymus*, *nemo luxit*, quaſi legiſſent הילילו heililou, quod hoc ſignificat. Nec eſt abſurdus ſenſus, ſed prior magis placet.

64. *Nec ejus viduæ eos defleverunt*] ואלמנתיו לא תבכינה, *vealmenothau lo thibchenah*, & viduæ ejus (*nempe, populi*) non fleverunt. Hinc intelligere licet, viduas in funeribus Sacerdotum, & fortaſſe aliorum, præficarum inſtar, luxiſſe. Quod feciſſe negantur, quia nimia interdum fuerat calamitas publica, quàm ut privata funera admodum curarentur, aut cadavera inſepulta relicta fuerant.

65. *At tandem expergefactus eſt Dominus &c.*]

63. Juvenes ejus abſumſit ignis, nec puellæ nuptum datæ ſunt. 64. Sacerdotes ejus gladio ceciderunt, nec ejus viduæ eos defleverunt.

65. At *tandem* expergefactus eſt Dominus, quaſi dormiviſſet, aut tamquam vir fortis, qui, poſtquàm vinum edormiit, exclamat. 66. Percuſſit hoſtes ſuos & retrorſum *fugavit*, æternúmque opprobrium iis impoſuit. 67. Tum abominatus eſt tentorium Joſephi, nec tribum Ephraïmi elegit. 68. Elegit verò Tribum Judæ, *& quidem* Sionem montem, quem amavit. 69. Sacrarium ſuum ædificavit, tamquam edita loca, & inſtar Terræ, *quam* in perpetuum *futuram* fundavit. 70. Elegit & Davidem ſervum ſuum, eúmque à caulis ovium ſumſit. 71. Abduxit eum à lactantibus *ovibus*, quas ſequebatur, ut Jacobum populum ſuum & Iſraëlem poſſeſſionem ſuam paſceret. 72. Pavit verò eos, pro integritate animi ſui, ejúſque manus eos, pro ſapientia ejus, duxerunt

nupſerunt. 64. Sacerdotes ſuos paſſus eſt occidi; quos ne viduæ luxerunt.

65. Attamen Dominus, quaſi è ſomno expergefactus, oſtendit, rem ſibi ſummopere diſplicere, ut qui vinum, ſi hujuſmodi comparatione uti fas eſt, exclamátque, rem ſibi magnopere diſplicere. 66. Itaque hoſtes ſuos fugat, æternoque opprobrio exponit. 67. Tum verò oſtendit ſe abominari tentoria, quæ Joſephi & Ephraimi poſteri ipſi tetenderant. 68. Elegit verò Tribum Judæ, apud quam Tentorium ſuum figeret, & quidem in Monte Sione, quem omnibus aliis locis prætulit. 69. Fixit illic Sacrarium, quod unicum ſibi voluit eſſe, & quidem in perpetuum; non minùs ac ipſam Terram, quam in perpetuum eſſe voluit. 70. Elegit vero Regem Iſraelis Davidem, ejus ſolius cultui ex animo addictum; quamvis paſtoralem vitam ageret, & patris ſui oves paſceret. 71. Eum ex ejuſmodi vitæ inſtituto ad regiam dignitatem Deus evexit, in quo totius Iſraelis Paſtorem ageret. 72. Is vero Iſraëlitas paſcere adgreſſus, pro ſua integritate, ſapientia, atque fortitudine eos rexit.

PARA-

&c] Hæc ἀνθρωποπαθῶς dici nemo non videt, cùm Deus perpetuò rerum omnium regimini adtentus ſit. Nec ſi comparatio cum homine, quem vinum liberalius hauſtum ſopiverat, & qui, poſtquàm edormiit merum, excitatur, non ſatis decora videatur Deo, primo intuitu, ideò eſt rejicienda; non enim confertur id, quòd vituperandum eſt, cum eo, quod eſt in Deo, ſed quod laude dignum; nempe, viri fortis cura, ut quod perperam factum erat caſtigetur, ac coërceatur.

Qui, poſtquàm vinum edormiit, exclamat] מתרונן מיין *mithronen mijajin*, exclamans poſt vinum. Quod ſic expreſſit *Ovidius* Metam. Lib. III, 630. ubi de Baccho, prius ſomnum fingente & mox excitato:

—— *Veluti clamore ſolutus*
Sit ſopor, éque mero redeant in pectora vires,
Quid facitis? quis clamor? ait.

Tum pœnas de improbis nautis repetentem deſcribit.

66. *Percuſſit hoſtes ſuos* &c.] ויך צריו אחור vajjach tſarau ahhor, *& ferit hoſtes ſuos retrorſum*; hoc eſt, tam malè mulctavit, ut retrò fugere coacti ſint. Facta hæc ſunt, temporibus Saulis & Davidis, qui hoſtes Hebræorum Philiſthæos, alióſque ſæpiùs fuderunt & in fugam, cum magna clade, converterunt.

Æternum opprobrium iis impoſuit] חרפת עולם נתן למו *hherphath holam nathan lamo*, opprobrium æternitatis dedit eis; hoc eſt, infamiâ, quam nulla poſtea ætas eluere potuit, eos laborare curavit.

67. *Tum abominatus eſt tentorium Joſephi* &c.] Intelligere videtur Pſaltes Templum, quod, Rege Jerobohamo, Deo, effigie Vituli effecto, ſtatuerant Ephraïmitæ, Joſephi poſteri, in urbe Bethele.

Nec tribum Ephraimi elegit] In qua, nempe, Tabernaculum ſuum collocaret, ſacra ſibi fieri, & regnum perpetuum eſſe vellet.

69. *Tanquam edita loca*] כמו רמים *chmo ramim*. Habent LXX. Intt. ὡς μονοκερώτων, quos ſequutus *Hieronymus*, quaſi eſſet ראמים *remim*, quam vocem ſolent μονοκερῶτας vertere. Alii, & quidem Recentiores, maluerunt *excelſi* vertere & ſupplere *viri*, qui palatia & prætoria in locis excelſis, amore proſpectûs & ſecuritatis cauſâ, ædificare ſolebant; nec quiſquam negaverit רמים *ramim* eo ſenſu interdum intelligendum, ut 2. Sam. XXII, 28. & Job. XXI, 22. Attamen רמים intelleximus, quaſi idem eſſet ac במות, aut רמות *loca excelſa*, quia loquitur Pſaltes de Templo in edito colle ædificato à Salomone. Supplendum eſt הרים ædificavit ſacrarium ſuum, ut montes excelſos. Poſſit & בתים *bathim*, domus, ſuppleri; quæ nimirum in editis locis ædificantur. *Aquila* verterat: ὁμοίως ὑψηλοῖς, *Symmachus:* ὡς τὰ ὑψηλὰ, nempe, οἰκοδομήματα.

Quam in perpetuum] Vide Eccleſ. I, 3.

70. *Eúmque è caulis ovium*] Cauſæ dicuntur מכלאות *michlaoth*, ut Pſ. LI, 9. hoc eſt, loca ſtipitibus clauſa, & lupos cohibentia, à כלא *clauſit, cohibuit*. Ποιμνίῳ malè verterunt. LXX. Intt. quos ſequutus eſt Chaldæus, ut ſæpe alibi.

71. *Paſceret*] לרעות lirhoth, *ad paſcendum*. Ποιμὴν ἀνθρώπων factus eſt ποιμένα λαῶν, ut Regem vocat *Homerus*. Vide 2. Sam. V, 2. 2. Ephem. XI, 2.

72. *Ejúſque manus eos*] *Et in prudentiis manuum ſuarum duxit eos*: בתבונות כפיו ינחם *bithbonnoth chappheu janhhem*. Nonnihil mutavimus loquutionem, quia Latinè *prudentia*, aut *prudentiæ manuum* nemo dixerit. Videtur autem pluralis numerus hîc ſignificationem intendere. *Symmachus* verterat, eadem de cauſa, καθαρότητι τῶν χειρῶν αὐτοῦ, quia Græcæ aures non ferebant φρονήσει ταρσῶν, ut habebat *Aquila*, aut συνέσει χειρῶν, ut LXX. Intt. Poſſit tamen ſignificari hic *dexteritas manuum* ita ut reſpiciatur ad bajulum, qui uſu dexteritatem quamdam bajulandi ſibi comparavit, quâ hîc ſignificetur prudentia in regendo Populo Hebræo.

COM-

Pſaltes deſcribit Jeroſolimæ exſcidium, Deique pacem petit, & auxilium ad ultionem de hoſtibus ſumendam, reducendúmque è captivitate populum implorat.

PSALM. LXXIX. 1. CARMEN ASAPHI. O Deus, venerunt gentes in poſſeſſionem tuam, pol-
luerunt Templum Sacrarii tui, Jeroſolimámque in acervos *lapidum* converte-
runt. 2. Dederunt cadavera ſervorum tuorum eſcam volucribus cœli, & carnem
piorum tuorum feris terræ. 3. Circa Jeroſolimam effuderunt eorum ſanguinem
inſtar aquæ, nec eſt, qui *eos* ſepeliat. 4. Fuimus opprobrium vicinis noſtris, ſub-
ſannatio & ludibrium iis, qui ſunt circa nos. 5. Quo uſque iraſceris, Jehova? An
in perpetuum, inſtar ignis, ardebit ira tua? 6. Effunde iram tuam in gentes, quæ
te non norunt, atque in regna, quæ nomen tuum non invocant. 7. Vorarunt e-
nim Jacobum, & habitationem tuam deſolarunt. 8. Ne memineris priorum iniqui-
tatum noſtrarum; feſtina, & nos miſericordia tua antevertat, nam vehementer ad-
tenuati

PARAPHRASIS.

1. ASAPHI Carmen. O Deus, venerunt Babylonii in Terram tibi ſacram, & Jeroſolimâ captâ Templum ac urbem in cumulos ruderum mutarunt, & ſolum tibi ſacrum (heu nefas!) polluerunt. 2. Jeroſolimitanorum cadaverum eſcam feris, & volucribus, quæ talibus delectantur, lacerandam dederunt. 3. Circa infelicem urbem civium ſanguinem effuderunt, inſtar aquæ, nec eſt, qui ea cadavera ſepelire audeat. 4. Expoſiti ſumus opprobrio & ludibrio omnium vicinorum noſtrorum, quotquot ſumus illi urbi ſuperſtites, quo nihil triſtius eſſe poteſt. 5. Quò uſque tandem, ô Creator, nobis iraſceris? An in perpetuum in nos ardebit ira tua? 6. Atqui præſtitiſſet pœnas ſumere de gentibus, quæ te non norunt, nec colunt, déque gentibus, quæ ne nomen quidem tuum ſciunt, aut non invocant. 7. Exhauſerunt enim Iſraëlitas, & Templum tuum ſolo æquarunt. 8. Obliviſcere noſtrorum anteriorum delictorum; feſtina, in hac noſtra calamitate, miſericordiáque tua nos antevertat; nam ad paucos ſumus redacti, ut majores noſtros nequa-

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXIX.

1. IN *acervos lapidum*] לעיים *lebijim*, in acervos. LXX. Intt. εἰς ὀπωροφυλάκιον. Meliùs λιθολογίαν *Aquila* vertit. *Symmachus*: δρυμὸς neſcio quare. *Hieronymus*: *acervos lapidum*, quæ eſt certa ſignificatio vocis.

2. *Cadavera*] נבלת niblath, *cadaver*.

3. *Circa*] סביבת *ſoiboth*, pro בסביבות bisbiboth, *in circuitibus*.

4. *Opprobrium vicinis noſtris*] חרפה לשכנינו *hherphah liſchebenenou*; hoc eſt, vicinis noſtris probra in nos jaciendi facultas data eſt.

6. *Effunde iram tuam* &c.] Hæc fuit eorum temporibus, quibus non illicitum erat, aliis populis malè precari. Sub Evangelio, non licet quidquam iis optare, niſi quod nobis ab aliis optari, vellemus; nempe, reditum ad bonam mentem, & tranquillam beneficiorum omnium Dei fruitionem. Vide Jerem. X, 25. Deus ſemper idem eſt, ſed homines ac tempora mutantur.

7. *Vorarunt enim*] אכל *achal*, pro אכלו *achelou*, nam antea & in ſequentibus, eſt numerus pluralis. Sed numeri paſſim miſcentur.

8. *Priorum iniquitatum noſtrarum*] עונות ראשנים *havonoth riſchonim*. Similis eſt conſtructio Eſai. LIX, 2. & conſtat עון *havon*, in ſingulari numero, eſſe generis maſculini. Quare hæc vox erit ex earum numero, quarum terminatio quidem eſt fœminina, genus verò maſculinum. Quia eſt: *ne memineris nobis* (לנו lanou) *iniquitatum priorum*, ſunt qui velint *priores* eſſe Majores eorum, qui in Captivitatem abducti fuerant. Sed זכר *zachar* paſſim cum ל conſtruitur, & *ne memineris nobis iniquitatum*, perinde eſt ac peccatorum noſtrorum. Vide Jerem. XIV, 10. Hoſ. VIII, 13.

Antevertat] יקדמונו *jekaddemounou*; hoc eſt, antevertat, non pœnitentiam noſtram (ſine qua à Deo veniam petere, aut exſpectare nefas eſt) ſed exitium noſtrum; quò reſpiciunt verba ſequentia.

9. *Propter gloriam nominis tui*] Idem eſt, ac quod ſequitur, *propter nomen tuum*; hoc eſt, quia vocamur populus Jehovæ, nos adjuva; ne Idololatræ nomini tuo detrahant, quaſi nos contra eorum Deos tueri, atque incolumes ſervare, aut poſtea liberare non potuiſſet. Verſus 10. hoc perſuadet, multáque ſimilia loca. Vide Deut. IX, 28. Exod. XXXII, 12. Num. XIV, 15. Pſ. CXV, 1, 2. &c.

10. *Ubi eſt Deus* &c.] Perinde eſt, ac ſi dicerent: nuſquam eſt, nullus eſt, ſolétque hæc formula in acriore irriſione adhiberi. Vide 1. Reg. XVIII, 27. 2 Reg. XVIII, 34, 35. XIX, 10. Ejuſcemodi interrogatio Latinis etiam uſitata fuit.

Ultione] נקמת *nikmath*, pro בנקמת *bnikmath*.

11. *Perveniat in conſpectum tuum*] Metaphora deſumta ab iis, quibus injuriæ illatæ tum demum plectuntur, cùm eorum querela

tenuati ſumus. 9. Adjuva nos, ô Deus, *auctor* ſalutis noſtræ, propter gloriam nominis tui, & nos libera. Propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum. 10. Cur dicerent gentes: ubi eſt Deus illorum? Innoteſcat *Deus noſter*, apud gentes, coram nobis, ultione ſanguinis ſervorum tuorum effuſi. 11. Perveniat in conſpectum tuum clamor vincti; pro magnitudine brachii tui, fac ut ſuperſtites ſint, qui ſunt morte damnati. 12. Redde vicinis noſtris ſeptuplum, in eorum ſinum, & opprobrium iis, qui in te probra jecerunt, Domine. 13. Nos verò populus tuus, paſcui tui oves, laudabimus te in perpetuum, atque ætatibus *omnibus* futuris laudem tuam narrabimus.

Pſaltes petit à Deo reduci Iſraëlitas, è captivitate Babylonica, miſerias eorum deſcribit, & priſtina erga eos beneficia Deo in memoriam revocat.

1. PRÆFECTO SOSANNIM HEDUTH ASAPHI CARMEN, 2. O qui paſcis Iſraëlem, audi; qui agis inſtar minoris pecudis Joſephum, qui inſides Cherubis, fac ut lux tua ſplendeat, 3. coram Ephraimo, & Benjamine & Manaſſa; excita poten- PSALM. LXXX.

nequaquam æquemus. 9. Adjuva nos, ô Deus, qui hactenus nos incolumes ſervaveras; quod tibi erit honorificum, & nobis ſalutiferum. Placatus eſto delictis noſtris, propter famam tuam, quæ te beneficum in tuos & potentiſſimum prædicat. 10. Ne præbeas occaſionem populis, qui te non norunt, quærendi à nobis, ubi ſit Deus noſter. Fac, ut innoteſcas, apud Gentes, quibus aliquo modo noti ſumus; dum injurias in nos ab iis illatas ulciſceris, & præſertim cædes cultorum tuorum. 11. Patere ad aures tuas pervenire querelas eorum, qui in captivitatem abducti ſunt, & pro tua omnipotentiâ ſuperſtites adhuc facito, qui ſunt ab hoſtibus morte damnati. 12. Redde vicinis noſtris, qui nos tam malè habuerunt, ſeptuplum malorum, quæ per eos paſſi ſumus; opprobrióque exponito eos, qui in te, ô noſter Deus, probra jecerunt. 13. Nos quidem, qui populus tuus ſumus, & qui oves tuas nos eſſe profeſſi ſumus, te laudabimus in perpetuum, laudes tuas in omnes futuras ætates propagabimus, atque apud remotiſſimam poſteritatem magna tua facta ut narrentur operam dabimus.

PARAPHRASIS.

1. ASAPHI &c.] Quodnam fuerit Carmen, aut cujus cantici fuerit initium, de quo in hoc primo verſu, nemo hodie dixerit.

2. O tu, qui paſcis Iſraelitas, quaſi gregem tuum, eóſque in tutelam tuam admiſiſti; tu qui præſertim Joſephi poſteros tutaris, qui in Arca, inter Cherubos, ſedem elegiſti, 3. fac, ut rebus fecundioribus utantur Ephraimus, Benjamin & Ma-

læ coram Regibus prolatæ ſunt, & auditæ.

Magnitudine brachii] Hoc eſt, potentiæ.

Qui ſunt morte damnati] בני תמותה *bne themouthah*, filii mortis. Vide Pſ. CII, 21. 1. Sam. XX, 31. XXVI, 16. Eſt idioma notum linguæ Hebraicæ.

12. *Redde vicinis noſtris ſeptuplum*] Hoc eſt, gravius multò ſupplicium luant, quàm fuit noſtrum. Vide Gen. IV, 15, 24. Chriſtianis non licet aliud à Deo petere, niſi ut

ii, qui malè ipſos habuerunt, redeant ad meliorem frugem, peccatáque proinde ſua agnoſcant, & divinæ miſericordiæ participes fiant.

In eorum ſinum] Loquendi genus deſumtum ex eo quod fit, quando quidpiam à nonnemine mutuum acceptum in ejus ſinum refertur. Vide Eſaiæ LXV, 6. Jerem. XXXII, 18. Luc. VI, 38.

13. *Ætatibus omnibus futuris*] *Ætati & ætati.*

COMMENTARIUS,
In PSALM LXXX.

1. S*Oſannim Heduth*] Vide ad Pſ. XLV, 1.

Joſephum] Nomine Joſephi intelligit Pſaltes ejus poſteros, ut ſequentia oſtendunt, & fortè etiam reliquas Tribus; quas calamitatibus ſuis caſtigatas & meliores factas optabat in Judæam redire, illic verum Deum, unà cum Judæ Tribu culturas. Sed pauci ex iis Tribubus redierunt, at nonnulli ex Iſraelitis, tempore Joſaphati ad veri Dei cultum reverſi ſunt. Vide 2. Ephemer. XIX, 4.

Qui inſides Cherubis] Eo quidem tempore, Arca, cum Cherubis, fuerat Babylonem avecta, Templúmque ſolo æquatum; ſed more eorum, qui, ſtante Templo & incolumi Arcâ, vixerant, loquitur Pſaltes; aut vocibus ישב הכרובים *joſcheb haccheroubim* ſignificare voluit habitantem inter Angelos, qua de re vide not. ad Exod. XXV, 18. Deus dicitur ישב הכרובים *joſcheb haccheroubim* 1. Sam. IV, 4 2. Sam VI, 2. 2. Reg. XV, 15. Pſ. XCIX, 1. & alibi; ita ut videatur frequens fuiſſe Dei Epithetum, inde deſumtum, quòd Deus præſens Arcæ adeſſet, atque inde oracula ederet.

Fac ut lux tua ſplendeat] הופיעה *hophihah*. hoc eſt, faventem te præbe. Vide Pſ. L, 2. XCIV, 1. & infra verſ. 4.

3. *Coram Ephraimo* &c.] Hæc junximus, cum verbo ſuperiore; nec tamen improbamus eorum ſententiam, qui cum ſequente jungunt; cùm ſenſus idem ſit.

4. *Fac*

potentiam tuam, & veni, ut ſalutem nobi adferas. 4. O Deus, nos reducito, fac, ut ſplendeat facies tua, & liberabimur. 5. Jehova, Deus exercituum, quò uſque indignaberis, cùm orat te populus tuus?

6. Feciſti, ut pane lacrimis *ſuis adſperſo* veſcerentur, útque majoribus cyathis eas biberent. 7. Expoſuiſti nos vicinorum noſtrorum contentionibus, atque hoſtes noſtri nos ſubſannarunt. 8. O Deus exercituum, nos reducito, ſac, ut ſplendeat facies tua, & liberabimur.

9. Vineam *tuam* ex Ægypto eduxiſti, expuliſti gentes, & *earum loco* eam plantaſti. 10. Antea *locum* purgaſti, radices copioſas ab ea emitti curaſti, *totámque* regionem implevit. 11. Tecti ſunt montes ejus umbrâ, palmitéſque ejus, *inſtar* cedrorum Dei *fuere*. 12. Ramos ſuos uſque ad mare, & propagines ſuas ad fluvium emiſit.

13. Cur

Manaſſa. Potentiâ tuâ nos juva & ſerva. 4. O Deus, fac, ut in patriam redeamus; placato vultu, res noſtras reſpice, &, te nos adjuvante, liberabimur. O Creator, qui exercitibus præes, an ſemper nobis indignaberis, cùm populus tuus te orat?

6. Feciſti, ut, non ſine lacrimis, panem, quo alimur, deglutiamus, & quidem amplioribus cyathis eas bibamus. 7. Expoſuiſti nos contentionibus vicinorum, qui nos irriſerunt; quaſi longè ipſis infirmiores. 8. Verùm, ô Deus, à quo exercitus pendent, placato vultu nos reſpicito, atque ab hoſtibus noſtris liberabimur.

9. Populum tuum ex Ægypto eduxiſti, quaſi vineam, quam in meliore Chananææ ſolo plantares, expulſis veteribus colonis. 10, 11. Purgato prius loca, nova illa vinea altas & copioſas radices & palmites egit, quæ totum illum tractum, inſtar cedrorum, obumbravit. 12. Ramos ſuos hinc ad Jordanem, illinc ad mare internum expandit.

13. Qua-

4. *Fac, ut ſplendeat facies tua*] Vide ad Pſ. IV, 8. XXXI, 17.

Deus exercituum] אלהים צבאות *elohim tſebaoth*, pro אלהי *elohe*: nam non poteſt conjungi cum ſequente voce, in ſtatu abſoluto. Sunt qui propter accentum velint voci אלהים animo ſubjiciendam eſſe eamdem vocem, ſtatu abſoluto; quaſi diceret Pſaltes *Jehova Deus*, Deus exercituum. Sed accentus non moramur magis, quàm Veteres morati ſunt. LXX. Intt. θεὸς δυνάμεων, & *Hieronymus*: *Deus exercituum*. Idem dicendum ad verſ. 8, 15, 20. Vide ad Pſ. LIX, 6.

Indignaberis] עשנת *haſchantha*. Præteritum pro Futuro, quæ tempora paſſim miſcentur, præſertim in Hagiographis & Prophetis. עשן eſt *fumare* propriè, tralatitio verò ſignificatu *iraſci*. Vide ad Pſ. LXXIV, 1.

Cùm orat te] *In prece populi tui.*

6. *Pane lacrimis ſuis adſperſo*] לחם דמעה lehhem dimhah, *pane lacrimæ*. Vide Pſ. XLII, 4. CII, 10.

Majoribus cyathis] תשקמו בדמעות שליש *thaſchkemo bdimhoth ſchaliſch*. שליש eſt quidem menſura, quæ tertiam partem alius continebat (vide Eſa. XL, 12.) ſed quænam fuerit non conſtat. Major cyathus deſignari videtur, niſi quis malit בשליש (nam debet ſubaudiri ב) ſignificare tertiam partem lacrimarum potui Hebræorum admiſtam fuiſſe, ut ait *Valent. Schindlerus*. Utrumvis ſequamur hîc eſt hyperbole, quâ multæ & copioſæ lacrimæ ſignificantur. LXX. Intt. & *Symmachus*: ἐν μέτρῳ, aut μέτρῳ verterunt, quod obſcurum. *Hieronymus*: *tripliciter*.

7. *Expoſuiſti nos* &c.] תשימנו מדון לשכנינו thiſchimenou madon liſchenenu, *poſuiſti nos contentionem vicinis noſtris*. Duplex poteſt eſſe ſenſus; nempe, aut cum Iſraelitis vicinos populos auſos eſſe litigare & rixari, judicibus Chaldæis, Iſraëlitarum hoſtibus; aut vicinos populos, de præda Hebræis oblata, inter ſe litigaſſe. Utrumque miſerrimum fuit.

Nos ſubſannarunt] Eſt hîc למו *lamo*, quod ſignificare tantùm poteſt *eos*, aut *eum*, quæ ſignificationes in hunc locum non quadrant. Itaque vertimus quaſi eſſet לנו lanou, *nobis*, aut *nos*, ut LXX. Intt. & *Hieronymus*. Senſus hic ſæpe occurrit.

8. *Deus exercituum*] Vide ad verſ. 5.

9. *Vineam tuam*] Sic & Eſaias C. V, 1. & ſeqq. Iſraëlitas ſub imagine *vineæ* deſcribit.

10. *Antea locum purgaſti*] פנית *phinnitha*, quod verbum ſignificat *parare locum*, ſive purgando, ſive amovendo, quod in eo eſt, ut Gen. XXIV, 31. Levit. XIV, 36. De paranda via etiam dicitur Eſai. XL, 3. LVII, 14. & alibi, è qua debent amoveri lapides, virgulta & alia, quæ tranſitum impedire aut morari queant. Sic & plantandæ vineæ purgandus eſt locus dumis, aut arbuſtis, aut etiam lapidibus nimis obſitus; eóque reſpicit Pſaltes.

Radices copioſas &c] תשרש שרשיה *thaſchreſch ſcharaſcheah*. Rei Geoponicæ ſcriptores tradunt artem, quâ vites multas radices emittant, ut docebit *Caſſianus Baſſus* Lib. V. c. 8. & 15. ſignificatur autem hîc Hebræorum in Chananæa perpetua habitatio & augmentum. Simili tranſlatione, eodémque verbo uſus eſt Eſaïas C. XXVII, 6.

11. *Tecti ſunt montes ejus umbrâ*] כסו הרים צלה *chaſſou harim tſillah*, pro בצלה *betſillah*. Reſpicit Pſaltes ad naturam Chananææ collibus & montibus refertæ, ſimúlque ad vites, quæ maximè collibus gaudent, unde *vineæ collinæ meliores* dicuntur *M. Varroni* R. R. Lib. I. c. 6.

Inſtar Cedrorum Dei] Hyperbole quâ maximi palmites in vitibus, & numeroſa ac valida propago in hominibus ſignificatur. Eſt ארזי אל *arze el*. pro כארזי chearze, *inſtar cedrorum*, quæ ſunt proceræ arbores. Additio vocis אל, *Deus*, rem, cui accedit, auget, ut notum eſt. Vide not. ad Gen. XXIII, 6. XXX. 8.

12. *Ramos ſuos uſque ad mare*] תשלח קציריה עד ים *theſchallahh ketſiread hajam*. Dubium non eſt, quin קציר non tantùm meſſem ſegetum, ſed & quod ex arboribus demetitur, hoc eſt, ramos, & hîc palmites, ſignificet. Vide Job. XIV, 9. Rectè & *Theodotion*: κλήματα. *Aquila*:

[13]. Cur verò *poſtea* perrupiſti macerias ejus, ita ut omnes, qui illac iter faciebant, eam vindemiarent. [14]. Devaſtavit eam aper è ſilva, & fera agreſtis depaſta eſt. [15]. O Deus exercituum, revertere, quæſo; reſpice è cœlo, *rem* vide, & vineam iſtam inviſe, [16]. plantam quam plantaſti, & propaginem quam corroboraſti tibi. [17]. Igne combuſta eſt, aut ſucciſa; præ increpatione iræ tuæ, *palmites ejus* perierunt.

[18]. Incumbat manus tua viro dextræ tuæ, atque homini, *quem* confirmaſti tibi; [19]. nec

13. Quare verò deinceps paſſus es ejus macerias perrumpi, ab hoſtibus noſtris, adeo ut viatores, pro arbitrio ſuo, racemis ejus veſcerentur. 14. Devaſtavere eam apri e ſilva, & quævis feræ, ſeu quivis hoſtes ex Iſraëlitis prædas egerunt. 15. O Deus, qui es belli arbiter, redito, ſi ita videtur, ad nos juvandos, è cœlo; & vineam illam tuam viſe. 16. Inſpice plantas, quas ipſe plantaſti, & cujus propaginibus incrementum largitus es. 17. Igne abſumta eſt, aut ferro ſucciſa, quod ei indignareris.

18. Manus tua auxilio ſit viro, quem ad dextram tuam

la verò θεραπῖσν, *Symmachus*, χαίτας & Hieronymus, *comas*; quæ licèt *ramos* etiam ſignificent, apud Poëtas, tamen hìc præſtitiſſet *ramos*, aut *palmites* verti. *Mare* hìc eſt Mare internum, occiduus limes Hebræorum.

Propagines ſuas ad fluvium] Nempe, Euphratem, ad ortum. *Propagines* vertimus hìc יונקות *jonekoth* à ינק *janak* ſuxit, quà teneriores propagines, matrem veluti ſugentes, & firmiores etiam ſignificantur. Vide Job. XVIII, 16. XIV, 7. Reverâ tempore Davidis & Salomonis, coloniæ & præſidia Hebræorum ad Euphratem uſque pertigerunt.

13. *Macerias ejus*] גדריה *gderéah*. Solebant vineæ ejuſmodi clauſtris cingi. Vide Eſai. V, 3. Intelliguntur autem hìc munimenta Hebræorum, quæ à Chaldæis perrupta fuerant; ſive illac in urbes irrupiſſent; ſive, captis deditione urbibus, muros diruiſſent.

Ita ut omnes, qui iter illac faciebant &c.] *Et vindemiarunt eam omnes tranſeuntes viam.* Quod fieri ſolet, ſi, uvis maturis, vineæ pateant. Intelligit Pſaltes vicinos omnes populos impunè ſpolia ab Hebræis abſtuliſſe; poſtquàm à Chaldæis victi eſſent & munimentis nudati.

14. *Devaſtavit eam aper è Silva*] יכרסמנה חזיר מיער *jecharſemennah chazir mijjahar*. Verbum כרסם *charſem* hìc tantùm exſtat. LXX. Intt. verterunt ἐλυμήνατο *Symmachus* κατενεμήσατο. *Hieronymus: vaſtavit.* Oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 29. apud Arabas כרסם, & apud Chaldæos קרסם mutato tantùm כ in ק, eſſe *carpere*, *rodere*, *abſumere*, & hoc voluiſſe videtur *Symmachus*, verbo κατενεμήσατο, ſi modò non ſit mendoſa lectio. Malui ſequi LXX. Intt. & *Hieronymum*, quia res ipſa eis favet. Apri enim non ſolent depaſci vites, ſed roſtro ſuffodere, aut dente lædere. Hìc tamen videtur Pſaltes ad eos, qui *vineæ* nomine deſignantur, potiùs reſpicere, quàm ad vineam propriè dictam. At ſi quis velit rem exprimi iis, quæ faciunt interdum Apri, qui agros nonnunquam vaſtant, poterit uti *Ovidii verbis* à Calydonio apro illatam eis cladem deſcribentis Metam. VIII, 290. *& ſeqq.*

Si modo creſcenti ſegetes proculcat in herba,
Et Cererem in ſpicis intercipit; area fruſtra,
Et fruſtra exſpectant promiſſas horrea meſſes;
Sternuntur gravidi longo cum PALMITE *fœtus,*
Baccáque cum ramis ſemper frondentis olivæ.

Fortè etiam is aper, ut & Erymanthius, ab Hercule captus, latro fuit, qui agros depopulabatur: quemadmodum hìc *aper* hoſtis Chaldæus vocatur. Littera ע in voce יער majuſcula eſt, cujus rei rationes inanes, quas commenti ſunt Rabbini, vide apud *Joan. Buxtorfium* Maſoreth. Comment. Cap. XVI. & *Sam. Bochartum* loco antea citato.

Fera agreſtis] זיז שדי *ziz ſchadai*. LXX. Intt. & *Symmachus* μονιὸς ἄγριος, *Hieronymus*, *beſtiæ agri* verterunt; qua de re, vide *Sam. Bochartum*, qui oſtendit זיז eſſe generale nomen animalium à זוז *zouz*, *moveri*, apud Rabbinos, ut זאזא *zaza*, apud Arabas. Vide Pſ. L, 10, 11.

15. *O Deus exercituum*] אלהים צבאות *elohim tzebaoth*, pro אלהי *elohe*. Vide ad vers. 5.

Revertere] Iterum fave, ut Deus infenſus ſe *amoviſſe* dicitur ab Hebræis: ſic *redire*, cùm placatus, favet.

Reſpice —— *vide* —— *inviſe*] Hæc tria idem ſignificant, perindéque ſunt, ac *curam rei ſuſcipe*, ut paſſim.

16. *Plantam*] וכנה *vechanah*. LXX. Intt. κατάρτισαι. *Hieronymus: & radicem.* Chaldæus: ועוברא *vehobara*, & propaginem. Ceteros non moror. Mihi placet ſententia *Sam. Bocharti* Phaleg. L. I. c. 15. qui interpretatur *plantam*, ex Ægyptia Lingua, in qua χενόσιρις dicebatur *hedera*, hoc eſt, φυτὸν Ὀσίριδος, *planta Oſiridis*, teſte *Plutarcho*, ex *Alexarcho*, Lib. de Iſide & Oſiride. Cùm ageret de vinea in Chananæam ex Ægypto translata, Pſaltes Ægyptiaca voce uti voluit. Nec is ſignificatus alienus eſt à Lingua Hebraica, in qua כן *chen*, aut fortè *chan*, *ſtolonem* ſignificat Dan. XI, 7. niſi Propheta vocem Chaldaïcam adhibuerit. כ hìc eſt majuſculum, ad perpetuam memoriam Ægyptiacæ liberationis ſignificandam, ut volunt Rabbini; quibus credulitatem noſtram addicere nefas ducimus.

Et propaginem] בן *ben*, filium. Sic vocatur ramus, aut ſtolo, qui eſt veluti *filius* plantæ, quæ per eum propagatur. Vide not. ad Gen. XLIX, 22. LXX. Intt. hìc habent υἱὸν ἀνθρώπου ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ, unde Chaldæus, qui norat, Meſſiam vocari בן אדם *filium hominis*, ſic interpretatur: *propter Regem Meſſiam, quem confirmaſti tibi*; aut reſpiciens ad locum Pſ. II, 7.

17. *Igne combuſta eſt*] Nempe, כנה *channah*, planta, quia Chaldæi Jeroſolimam combuſſerant.

18. *Incumbat manus tua viro dextræ tuæ*] *Sit manus tua* &c Videtur hìc reſpici ad impoſitionem manuum, quâ munus quodpiam alicui mandatur, & *vi dextræ Dei* dici is, cujus operâ dextra Dei utitur. Quod ſi verum ſit, Pſaltes hìc ad eum reſpiciet, quo Deus uſurus erat ad Iſraëlitas à Captivitate liberandos, atque in patriam

[19]. nec deficiemus à te, vitam nobis reddes, & nomen tuum invocabimus. [20]. O Jehova, Deus exercituum, nos reducito, fac, ut ſplendeat facies tua, & liberabimur.

Adhortatio ad Deum laudandum, exprobratióque beneficiorum Dei Hebræis collatorum, ac ingrati eorum animi, ſimúlque enumeratio bonorum, quibus Deus eos cumulaſſet, ſi ei paruiſſent.

PSALM. LXXXI. [1]. PRÆFECTO HAGGITTHITH, ASAPHI. [2]. Adclamate Deo fortitudinis noſtræ, clangite, in honorem Dei Jacobi. [3]. Pronunciate carmen, profertetympanum, & jucundam citharam, cum nablio. [4]. Clangite tubâ in neomenia, ſtatuto tem-

toam veloti ſedere juſſiſti, & tibi devinxiſti. 19. Nec patere nos deficere a te, ſed incolumes ſerva; teque ſolum, miſſis omnibus aliis Diis, invocabimus. 20. O Creator, à quo victoriæ, & clades pendent, in patriam noſtram redire nobis concedito, nobis benevolentiæ indicia concede, atque ab hoſtibus continuò liberabimur.

PARAPHRASIS.

1. PRÆFECTO &c. 2. TOLLITE laudes Dei Iſraëlis, qui nos fortitudine donavit. 3. Carmina in ejus honorem canamus, additis tympano, citharâ & nablio. 4. Tum audiatur, ſingulis

tiam dimittendos; hoc eſt, ad Cyrum Perſarum Regem, quod prædixerat Eſaias, ut videmus vaticiniorum ejus Cap. XLIV & XLV. Chaldæus verò ſic hunc locum interpretatur: *ſit manus tua ſuper viro, cui juraſti manu dextrâ tuâ, ſuper filio hominis, quem confirmaſti tibi.* Quemnam velit non eſt facile dictu. Fortè Zorobabelem intelligit, qui è regia Davidis familia fuit, & reduxit populares in Judæam, ex edicto Cyri. Vide Heidr. C. I. & II.

19. *Nec deficiemus à te*] ולא נסוג ממך *vlo naſong mimmecha*, non recedemus à te. Vide Pſ. LXXVIII, 57.

20. *Deus exercituum*] אלהים צבאות *elohim tſebaoth*. Vide ad vers. 5.

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXXI.

1. P*Raſecto Haggitthith*] למנצח על הגתית *lamnatſeahh hal haggithhith*; fortè præfecto Gitthenſi cuipiam inſtrumento Muſico. Vide ad Pſ. VIII, 1.

Aſaphi] לאסף *leAſaph*, quod poſſit ſignificari *Aſapho*, ut referatur ad *præfecto*; vel *Aſaphi*, ut Aſaphus ſit Pſalmi auctor; vel *Aſaphidis*, ſeu Aſaphi poſteris, qui ei rei præerant, & à quibus cani oportebat hunc Pſalmum.

2. *Clangite*] הריעו *tharihou*. Vide not. ad Num. X, 9. & Levit. XXIII, 24.

In honorem Dei Jacobi] לאלהי יעקב *lelohe Jahakob*, Deo Jacobi.

3. *Pronunciate carmen*] שאו זמרה *ſcheou zimrah*. Notum eſt ſæpe נשא eſſe pronunciare; inde משא *maſſcha*, pro oratione à Propheta pronunciata. Vide, præ ceteris, *Joan. Coccejum*, in Lexico. זמרה *zimrah* idem videtur eſſe ac מזמור *mizmor*, Pſalmus, aut carmen. LXX. Intt. λάβετε ψαλμόν, *Aquila* ἄρατε μελῳδίαν, *Symmachus* ἀναλάβετε ᾠδήν.

Tympanum] תף *thoph*, de qua voce vide not. ad Gen. XXXI, 27.

Jucundam cytharam] כנור נעים *chinnor nahim* LXX. Intt. ψαλτήριον τερπνὸν, Aquila κιθάραν εὐπρεπῆ, *Symmachus* λύραν ἡδεῖαν, *Hieronymus* citharam decoram.

Cum Nablio] עם נבל *him nabel*, quod *Aquila* & *Symmachus* bene verterunt μετὰ νάβλας, incommodè LXX. Intt. μετὰ κιθάρας, & Hieronymus, *cum Palterio*. Ejuſmodi nomina non ſunt mutanda, cùm præſertim jam Græcis innotuiſſent. Vide not ad 1. Sam. X, 5.

4. *Clangite tubâ in neomenia*] תקעו בחדש שופר *thikhou bahhodeſch ſchophar*, ſingulis Neomeniis ſolebant tubâ canere. Vide Num. X, 10. XXVIII. 11, 17. Chaldæus vult reſpici ad Neomeniam menſis Thiſri, qui primus fuit in anno Civili. בירחא תשרי, *in Luna Thiſri*, quæ ſollemniùs celebrabatur, quia erat ראש השנה *roſch haſſchanah*, initium anni. Sic hodiéque Orientales, & præſertim Perſæ, omni ſollemnitatis genere ſuum *Neurouz*, vel *novum initium* anni celebrant; ut multis docuit, in Itinerario Perſico, *Joan. Chardinus*.

Joſ. Scaliger pluribus de voce כסה *cheſeh* àgit Lib. III. de Emend. Temporum p 223. Ed. Roverianæ, cujus verba hic exſcribemus:
„ Kalendæ menſium vocantur חדש (*hhodeſeh*)
„ quod νουμηνίαν ſignificat; quamvis nulla nova
„ Luna in iis obſervaretur, non magis quàm
„ in Kalendis menſium Ægyptiorum, quas tamen νουμηνίας vocat *Ptolemæus*. *Thucydides*
„ quoque, ut alibi notamus, νουμηνίαν κατὰ σελήνην
„ dicit, quaſi quædam νουμηνία ſit ἀσέληνος, quales omnes Græcorum menſium civilium e-
„ rant, præter primam & ſecundam Tettaëte-
„ ridis. Τριακάδα autem, ſive ἔνην καὶ νέαν, vo-
„ cabant כסה aut כסא Id ſignificat *numerum*.
„ Thema כסס *numerare*, quòd ultra triceſimum,
„ nullus numerus menſium admitteretur; niſi
„ potiùs quòd Luna tecta eſſet & ſilens, ſi
„ ultima menſis Lunaris etiam vocabatur כסה.
„ Ea dies feſtiva erat, & per tubicinem indiceba-
„ tur.

tempore dici nobis feſti; [5]. eſt enim hoc inſtitutum Iſraëlis, *&* jus Dei Jacobi. [6]. Præceptum Joſepho hoc impoſuit, cùm egreſſus eſſet in terram Ægyptiam; *ubi* linguam, quam ignorabam, audivi.

[7]. Re-

gulis Neomeniis, & ſtatis temporibus. 5. Sunt enim hæc Iſraelitarum inſtituta, & Dei, quem colunt, jura. 6. Hæc in mandatis dedit Joſephi poſteris, cùm deſcenderunt in Inferiorem Ægyptum, terram cujus Linguam non intelligebant.

7. Tum

„ tur. In Pſ. LXXXI. תקעו בחדש שופר בכסה „ ליום חגנו, ἐν ἡμ. καὶ νέᾳ, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς ἡμῶν. „ In Proverbiis Cap. VII. eſt כסא per Aleph. „ Exod. Cap. XVII. diſertè dicitur כסיה (*chesjah*) reſoluto Sagol in Jod —— Anno Lunari accepto, Judæi morem illum priſcum retinuerunt, ut triceſimam menſis & neomeniam per tubicinem indicere ſoleant; ad hanc „ uſque diem. *Philo*, ἐν τῷ περὶ τῶν δέκα λογίων. „ τῆς ἱερομηνίας ἐν σάλπιγγι ὑποσημαίνοντι. Quare „ dicitur προνουμηνία Judith VIII, 6. Ego „ exiſtimo, quod jam reſigi, כסה à *tegendo* „ dictum, quòd ſit tunc interlunium, vel ἕνη „ καὶ νέα —— Inde *Horatius* τὴν τριακάδα Judaïcam vocat *triceſima Sabbatha*; nam omnem feſtivitatem Judaïcam non ſolùm Judæi, „ ſed & Gentiles *Sabbathum* vocant. Judæi „ quidem cùm dicunt Thiſri numquam incipere à feria prima, quarta ſexta, ne duo Sabbatha continuentur; Gentiles autem non alio „ nomine omnes eorum ſollemnitates vocabant, „ *Juvenalis*:

„ *Obſervant ubi feſta mero pede Sabbatha Reges.*

„ Nudipedalia enim Judaïca, quæ nona Ab & „ aliàs etiam, extra Sabbathi diem, ſi ita contingat, celebrantur. Sabbatha igitur triceſima „ *Horatius* dicit τὴν τριακάδα, quæ erat ἱερὰ ἱερομηνία & feſtiva dies Judæis.

Erudita hæc ſine dubio ſunt, & digna, quæ etiam hic legantur. Verùm כסה videtur non ſolùm tempus ſilentis Lunæ reſpicere, ſed primum diem Thiſri, quo Luna adparuerat, aut adpantura erat, aut certè diem primum menſis Civilis; quamvis non incideret in νουμηνίαν καὶ πανσέληνον, ſi modò Judæi iis temporibus Cyclo utebantur. Unde verò dictum ſit id tempus כסה aut כסא, quis poſſit nunc exploratum ſibi eſſe affirmare?

Vir eruditus *Lud. de Dieu* non *Scaligero* quidem par, ſed Linguarum Orientalium peritus, contendit, tempus latentis Lunæ non fuiſſe feſtum tantùm adparentis; non interlunium, ſed novilunium; quæ ſententia eſt Rabbinorum, quam multis confirmavit *Joan. Spencerus* de Rit. Moſis Legg. Lib. III. Diſſ. IV. Sect. 2. Putat ergo è Lingua Syriaca lucem fortè aliquam adſulgere hìc nobis poſſe, in qua כסא *chese*, teſte *Ferrario*, eſt decimus quartus dies Lunæ, ſive plenilunium, & in Syro-Arabico Lexico: *feſta quæ ſunt in medio menſe, feſtum perfectionis Lunæ.* Vult ergo Propheta, ſi Viro Docto credimus, cani in honorem Dei, in novilunio, & plenilunio, initio menſis & medio menſe: poſſitque hìc, vocibus יום חגנו, *jom bhaggenou*, intelligi is dies, qui incidebat בכסא in plenilunium, hoc eſt, Paſcha, quod celebrabatur a. d. XIV. menſis Niſan aut Feſtum Tabernaculorum, quod adfixum erat diei XV. menſis Thiſri. Sed poſterius magis ei placet, quia feſtum Tabernaculorum Hebræis κατ' ἐξοχὴν dicitur חג *bhag*, feſtum, quod probat Præcepto Adfirmativo CCV. éque notis *Micotſi* ad Præceptum Negativum LXXV. Liquet etiam ex Libro precum Judaicarum verſum hunc recitari לראש השנה *principio anni*, quia eò pertinet תקעו בחדש שופר *clangite in novilunio tubâ*. Erat enim initio anni feſtum tubarum. Cui ſtatim rectè adjungitur הכסה medio menſe eodem, in quem incidebat feſtum Tabernaculorum. *Joſephus* etiam Ant. Jud. Lib. VIII. c. 2. ait Scenopegiam fuiſſe ἑορτὴν σφόδρα παρ' Ἑβραίοις ἁγιωτάτην καὶ μεγίστην, unde factum, ut ſimpliciter *Feſtum* diceretur. Sic 1. Reg. VIII, 2. convocantur à Salomone, Templi dedicandi cauſâ, omnes Iſraelitæ בחג בירח האיתנים *in menſe fortium*; nempe, Thiſri; *ad feſtum*, ubi intelligitur feſtum Tabernaculorum; quamobrem etiam additur: *ille menſis erat ſeptimus.*

Sic etiam interpretatur Proverb. VII, 20. illud ליום הכסא *lejom hacheſe*, quæ vox deſinit in Aleph, ut apud Syros. Dicitur verſ. 8. egreſſa domo nocte caliginoſâ; nimirum, per interlunium. Non eſt, inquit illa, periculum, ne jam redeat maritus, quippe qui non ante plenilunium, ubi nox ſubluſtris commodius iter faciet, rediturus eſt. Qua de cauſa, vertit *Hieronymus*: *in die plenæ Lunæ.*

Sed omiſſio conjunctionis, ante hæc verba בכסה ליום חגנו, indicare videtur idem feſtum, quod in ſuperioribus verbis refertur ad Neomeniam בחדש *bahhodeſch*. Videtur etiam hoc Canticum in unum feſtum novi anni ſcriptum. Attamen cùm res non uſque adeò liquida, vertimus generalibus verbis בכסה *ſtatuto tempore*, quaſi vox Hebraïca deducta eſſet à כסס *chaſas* numeravit, aut potiùs à כסה *chaſah*, quod idem ac adfine verbum ſignificavit; nempe, *numerare*; deſignarétque diem numero certo conſtitutum.

5. Inſtitutum Iſraëlis] Verba hæc, ob ſequentia, ita capimus, ut ante Legem latam intelligatur Jacobus in mandatis dediſſe Joſepho filio, ut à poſteris ſuis ראש השנה, *initium anni*, tubarum cantu celebraretur, quod à Moſe prætermiſſum, ut alia. Vide ad Pſ. LXXVII, 18.

Et jus Dei Jacobi] Qui per Moſem conſuetudinem illam confirmavit, Levit XXIII, 23. De origine Feſtorum Neomeniis celebrandorum, vide ad Num. XXVIII, 11.

6. *Cùm egreſſus eſſet*] בצאתו *betſetho*, in egrediendo. Sed ב ſæpe rem præteritam deſignat, & *poſtquam* verti poteſt, ut oſtendit *Chriſtian. Noldius* ad Num. XXI. ejus particulæ. *Egredi in Ægyptum* צאת על מצרים *tſeth hal* (aut אל *el* nam hæ particulæ ſæpe miſcentur) *mitſrajim*, egredi in Ægyptum, perinde eſt, ac egredi ex Chananæa, ut in Ægyptum iret.

Ubi] Supplevimus hîc אשר שם *aſcher ſcham*

Linguam, quam ignorabam] Populum Hebræum hîc quaſi unam perſonam, quæ vixiſſet à temporibus Jacobi ad Pſaltæ ætatem, deſcribit.

7. Removi, *ait Deus*, humerum ejus ab onere, & manus ejus à cophino receſſerunt. 8. In rebus anguſtis invocaſti me, te liberavi, atque exaudivi, in latibulo tonitru, tum exploravi te ad aquas contentionis. Selah. 9. Audi popule mi, téque conteſtabor, ô Iſraël, *ut videam* an auditurus ſis me. 10. Ne ſit, apud te, Deus alienus, neque Numen *ullum* peregrinum adores. 11. Ego *ſum* Jehova Deus tuus, qui te è terra Ægyptia eduxi: os tuum aperito, ego verò id implebo. 12. At non auſcultavit populus meus voci meæ, nec in me adquievit Iſraël. 13. Tum verò eum contumaciæ cordis ſui permiſi, &, pro ſuis *ipſorum* conſiliis, *Iſraëlitæ* vitam inſtituerunt.

14. Utinam verò populus meus me audiret, & Iſraël vias meas ingrederetur! 15. Brevi hoſtes ejus ad humilitatem redigerem, & manum meam in vexatores ejus conver-

7. Tum verò Deus removi, inquit, onus ſervile, quod Ægyptii impoſuerant Joſephi poſteris. 8. Auxilium meum invocaſti, cùm rebus adverſis premebaris, te verò liberavi, ex latebra ætherea, unde fulmina vibro, ad aquas contentionis. 9. Audito, popule mi, nam te ipſum teſtem vocabo, ô Iſraël, ut videam, an me auditurus libenter ſis, 10. Ne ſit apud te ullus Deus alienus, quem colas. 11. Ego ſum Creator Deus tuus, qui te ex Ægypto eduxi, & quem juſſi petere à me, quod velles, à me repulſam nullam laturus. 12. At populus ille mihi non eſt obſequutus, nec in eo, quod offerebam, adquievit. 13. Itaque eum contumaciæ permiſi, &, pro arbitrio ſuo, vitam inſtituit.

14. At utinam populus meus me audiret, & mearum legum obſervans eſſe vellet! 15. Brevi ejus hoſtes ei ſubjicerem, manu meâ in vexatores ejus con-

bit. Vide Gen. XLII, 23. & Pſ. CXIV, 1. Cur autem, hoc in loco, circumſtantia hæc addatur, nemo facilè dixerit; niſi fortè indicare obiter velit Pſaltes, hanc conſuetudinem celebrandi initii anni ab Ægyptiis ad Iſraëlitas non manaſſe, cùm de ea obſervanda mandatum à Jacobo acceperint, antequàm Ægyptiacam Linguam tenerent, & familiariter Ægyptiis uti poſſent. Credibile mihi fit, Ægyptios jactaſſe morem hunc à ſe ad Judæos derivatum, quod ὡς ἐν παρόδῳ confutat Pſaltes.

7. *Removi, ait Deus* &c.] Supplevimus *ait Deus*, quod ſæpe eſt ſubaudiendum, in hiſce libris, ut oſtendimus ad Pſ. L, 5. Vide & Pſ. LXXXII, 2. LXXVII, 4. LXXXIX, 4. XCI, 14. XCV, 8. CV, 15. CXXI, 3. CXXVII, 2. Prov. X, 14.

Humerum ejus ab onere] Effeci, ne ampliùs cogeretur lateres bajulare. Vide Exod. I, 11. & ſeqq. atque illic notata.

A cophino] מדוד *middod*. Sequuti ſumus LXX. Intt. *Symmachum* & *Hieronymum*. Ac ſanè Jerem. XXIV, 2. דוד *dod* eſt caniſtrum. Intelliguntur cophini majores, in quibus paleam luto miſcendam bajulabant Hebræi.

8. *In rebus anguſtis*] *In anguſtia*.

In latibulo tonitru] בסתר רעם *bſether raham*. Nempe, è regione nubium; inter quas exhalationes accenſæ tonitrua pariunt. Ex eo loco Deus fulmina & procellas in Ægyptios demiſerat, & poëticè etiam deſcribitur rebus humanis intereſſe. Vide Eſ. XVIII, 10. & ſeqq.

Tum exploravi te] Vide Exod. XVII, 7. & ſeqq. & Pſ. XCV, 8.

Contentionis] מריבה *mribah*, quod etiam quaſi nomen proprium proferre poſſis, à *Meribæis* ductum; nempe, ex contentione populi cum Moſe & Aharone. In Hiſtoria Moſaica, populus tentaſſe Deum dicitur, non Deus populum. Dum tamen Deus etiam יבחן *jibhhan* exploravit, penuriâ aquæ, quam immodeſtè tulit; quippe qui, cùm ad Deum humilibus & fiduciâ Divinæ potentiæ & bonitatis plenis precibus confugere debuiſſet; cum Moſe & Aharone rixatus eſt, Exodi C. XVII. Unde ſatis conſtitit, populum Hebræum non ſatis rectè de Dei potentia & beneficentia ſenſiſſe.

Téque conteſtabor] אעידה בך *ahidah bach*, teſtabor in te; hoc eſt, palam te docebo, quid mihi debeas, quidve ſim facturus, ſi dicto mihi ſis audiens. Vide Pſ. L, 7.

Ut videam] Perſpicuitatis gratiâ, hoc addidimus. Deus ἀνθρωποπαθῶς deſcribitur, quaſi ex factis demum intelligeret, quis ſit hominum animus. Vide ad Gen. XXII, 12. & quæ illic notata.

11. *Os tuum aperito*] הרחב harhheb, *dilatato*; hoc eſt, quidvis quod tibi verè utile ſit, quódque expediat te habere, de potentia mea & benevolentia ſecurus optato; ídque precibus tuis gratificabor. Hæc enim ineſſe precibus oportet, ut exaudiantur.

12. *In me adquievit*] לא אבה לי *lo abab li*, voluit mihi; hoc eſt, non adquievit in me. Vide Deut. XIII, 8. Prov. I, 30.

13. *Contumaciæ cordis ſui permiſi*] אשלחהו בשרירות לבם aſchallehehou biſchrirouth libbam, *miſi eum malitiæ cordis eorum*. Sic paſſim numeros miſcent Hebræi. שרירות verterunt LXX. Intt. τὰ ἐπιτηδεύματα, *Aquila* σκληρότητα, *Symmachus* ἀρεσκείαν, Hieronymus *pravitatem*, quod conſentit cum uſu Linguæ Arabicæ, in qua שרר *ſcharara* eſt *improbus fuit*. Vide Deut. XXIX, 19. Jerem. III, 17. IX, 13. XVI, 12. Vertimus *contumaciam*, pro uſu Chaldæorum & Syrorum, quia contumacia eſt cum improbitate conjuncta, atque huc quàm maximè facit. At Deuteronomii loco *cogitationem*, quia illic malus vir inducitur loquens, qui ſe nequitiæ, aut contumaciæ reum non ſolet ipſe profiteri. Alii deducunt à שור ſchour, *contemplari*, alii à שרר quod magis cum Analogia conſentit; quamvis ceteroquin adfinia hujuſmodi Themata ſoleant miſceri, derivatáque nunc ab uno, nunc ab altero ſignificationes ſuas trahant. *Mittere* autem hîc idem eſt, ac quod Latini dicunt *permittere*, unde *Symmachus* ἀφῆκα vertit, quod aptius eſt quàm ἐξαπέστειλα LXX. Intt. & *Aquilæ*. Verba in *Hiphil* ſæpe permiſſionem tantùm notant, qua de re *Sal. Glaſſius* Ph. S. Lib. III. Tr. III. Cant. II. Neque enim Deus actione ullâ, malos deteriores reddit; qui nihil prætermittit, ut meliores reddat. Ita ſentire nos par eſt, ſi quâ Dei reverentiâ tenemur.

Pro

verterem. 16. Qui odio habent Jehovam ei adularentur, temporáque eorum *ſecunda* eſſent in perpetuum. 17. Eos alerem adipe frumenti, melléque è rupe *defluente* ſatiarem.

converſâ. 16. Tum verò, qui me oderunt, illi adularentur, iſque perpetuò ſecundis rebus uterentur, & me converterem in ejus vexatores, quos malè haberem. Quicumque me oderunt, ei cogerentur adulari, iſque perpetuà felicitate frueretur. 17. Darem operam, ut abundaret præſtantiſſimo frumento, èque cavis rupibus mel copioſum colligeret.

Pro ſuis ipſorum conſiliis &c.] ילכו במועצותיהם jelechou bmohatſothehem, *ambularunt in conſiliis ſuis.*

14. *Utinam verò populus meus* &c.] לו *lou*, particula optantis. Similiter adhibetur in oratione Dei, qualis hæc eſt, Eſ. XLVIII, 18 LXX. Intt. reddiderunt *εἰ*, quod non *ſi* vertendum, ſed *utinam*; quia ſumitur interdum pro *εἴθε utinam*; nec לו aut לוא hîc miſcendum, cum conditionali אם, *im.* Melius *Hieronymus*, qui utrobique vitavit ambiguitatem & vertit *utinam.* Hæc oſtendunt non tantum per Deum non ſtetiſſe, quominùs Hebræi ipſi morigeri eſſent, negatis eam in rem neceſſariis auxiliis; ſed Deum verè optaſſe, ut ipſi auſcultarent, verum liberè. Aliud eſt, quod Deus vult ipſe facere, & quod ſemper facit, (quid enim potentiæ ejus obſiſteret?) aliud quod ab homine præſtari vult; nimirum, ſibi haberi & obſequium præſtari; quod ut fiat omnipotentiam ſuam non adhibet, ſed permittit arbitrio hominum, ut ſit laudi & vituperationi, præmio & pœnæ, locus. Si ipſe omnipotentiâ ſuâ hoc effectum dare vellet, non multis adhortationibus opus eſſet: & multò minùs exprobrationibus locus daretur, ſi homines id non facerent, quod ſolus Deus facere poſſet. Numquam dixiſſet: *utinam populus meus me audiret!* Sed ipſe rem effectam dediſſet.

15. *Brevi*] כמעט *chimhat. Symmachus ἐν ὀλίγῳ*, nempe *χρόνῳ*. LXX. *ἐν μηδένι*, & *Hieronymus*, *quaſi nihilum*; hoc eſt, levi operâ, nullo negotio. Prius malo. Vide Pſ. II, 12. XCIV, 17.

16. *Ei adularentur*] יכחשו לו *jechahhaſchou lo.* Vide ad Pſ. LXVI, 3.

Tempora eorum ſecunda eſſent &c.] עתם hittham, *tempus eorum*; hoc eſt, Iſraëlitarum, de quibus nunc plurativo, nunc ſingulari numero loquutus eſt Pſaltes; nec vetat, quod pronomen referatur ad remotiora, neque enim rarum hoc in hiſce libris. Vide Pſ. XVIII, 15. XLIV, 3. Fateor etiam עת & עתים, ut bene obſervavit *Schindlerus*, ſignificare ſæpe res adverſas; quod innotuerat etiam Anonymo Scriptori, cujus adnotatio ſubjecta eſt Commentario *Theodori* Heracleotæ, in hunc Pſalmum: *κατὰ Σύρους καὶ Ἑβραίους ὁ καιρὸς συμφορὰ ὀνομάζεται*: *ſecundùm Syros & Hebræos*, tempus *vocatur calamitas.* Attamen cùm עת *tempus* opportunum cujus rei ſignificet, tempus ejuſmodi Iſraëlitis perpetuum fore dici videtur, ad ſignificanda ſecunda eorum, futuro tempore.

17. *Eos alerem adipe frumenti*] *Et aleret eos adipe frumenti* ויאכילהו. Quamvis probè norim, & ad hunc ipſum Pſalmum obſervarim, perſonas frequenter ab Hebræis mutari; fateor tamen mihi hîc, in paucis hiſce verbis Dei de ſe loquentis, adhiberi tertiam perſonam, ſequente proximè primâ, *ſatiarem te*, duriuſculum videri. Sed ſive hoc ſit verè à manu Pſaltæ, ſive non ſit, Latinè loquens non potui non adhibere primam perſonam. *Adeps*, qui animalium proprius eſt, ſumitur apud Hebræos pro præſtantiſſima ſpecie, aut parte rei, de qua ſermo eſt. Vide Pſ. LXIII, 6. de quovis adipe, & Deut. XXXII, 14. Pſ. CXLVII, 14. de *adipe frumenti*, hoc eſt, flore farinæ, vel ſimila, aut etiam tritico præſtantiſſimo.

Melléque è rupe &c.] מצור דבש אשביעך *mitſour dbeſch aſchbihacha*, è lapide melle te ſatiaſſem. *E lapide mel* & mel è lapide fluens, quod interdum contingebat in Chananæa: cùm apes intra cavernam aliquam aut fiſſuram rupis mellificium ſuum inſtituerent, ut 1. Sam. XIV, 25, 26. Sed hîc videtur hoc loquendi genere ſignificari futurum fuiſſe, ut Deus Iſraëlitas gratiſſimo cibo, qualis eſt mel, ſine ullo, aut certè exiguo eorum labore aleret. Vide Deut. XXXII, 13. Hîc quoque eſt mutatio perſonæ, cùm tertiæ plurali ſuccedat ſecunda ſingularis; quod nec LXX. Intt. nec *Hieronymus* ſequi ſuſtinuerunt. Habent enim illi, *καὶ ἐψώμισεν αὐτοὺς ἐκ στέατος πυροῦ καὶ ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς. Hieronymus* verò: *& cibavit eos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturavit eos.*

Deus inducitur Judicibus injuſtitiam exprobrans, quibus minatur pœnas, prout homines eorum iniquitatem experti optant.

PSALM. LXXXII. 1. CARMEN ASAPHI. Deus præeſt cœtui Dei, atque inter Deos jus dicit; 2. & quò usquè, *inquit*, perversè judicabitis, & nocentium rationem habebitis. Selah. 3. Jus dicite tenui & pupillo, indigentémque abſolvite. 4. Servate pauperem & egenum, *eúmque* è manu nocentium eripite 5. *Jus* neſciunt, neque *animum* adtendunt, in tenebris verſantur, & omnia terræ fundamenta nutant. 6. Ego *quidem* dixi, vos

PARAPHRASIS.

1. ASAPHI Carmen. Deus, in cœtu Angelorum, judicat de factis Regum, qui ſunt in terris, 2 & quouſque, inquit, prava & iniqua judicia feretis, & nocentibus favebitis. 3. Jus dicite pupillis ac indigentibus; & innocentem, pauperem licet, abſolvite. 5. Potentes imperiti ſunt juris, neque ſatis ad rem attendunt, ita ut in tenebris vertentur, & fundamenta Societatis Civilis, ipſorum ſocordia, nutent. 6. Ego quidem vos eſſe Deos dixi, & filios ſummi Dei; attamen meminiſſe vos oportet, vos non minùs morti eſſe obnoxios, nec aliter quam plebeios mortem

COMMENTARIUS

In PSALM LXXXII.

1. D*Eus præeſt cœtui Dei*] אלהים נצב בעדת אל *Elohim nitſjab bahadath el.* Hìc eleganti ſchematé deſcribitur Deus veluti præſens in concilio Judicum iniquorum & ſuperborum, eos objurgaturus; ut caſtigationi, quam commeriti erant, majus addatur pondus; nec quidquam iis, quæ hìc habentur, diviná Majeſtate dignius; nam & mera ſunt oracula, & ſæpe, propter Judicum nimiam auctoritatem, à ſolo Deo proferri poſſunt. Dicitur autem conſeſſus Judicum *cœtus Dei*, quia ſunt Dei auctoritate, ad conſervationem Societatis Humanæ, instituti. Vide Deut. I, 17. 2. Ephem XIX, 6. Voculam נצב *nitſjab*, quæ *ſtat* ſæpe ſignificat, vertimus *præeſt*, quia Deus fingi vix poteſt *ſtare*, ſed tantùm *ſedere* in conſeſſu Judicum. *Stare* eſt cauſam dicentis rei, *ſedere* judicis. Sic quando Deus deſcribitur, quaſi actor, contra reos agens, dicitur *ſtare*, adhibitâ hac ipſâ voce Eſai. III, 13. Sed quando contra Judicem agens inducitur, tum verò *ſedet*. Vide Pſ. IX, 5. Eſai. XVI, 5. Zach. VI, 13. Vox verò נצב frequenter ſignificat *præfectum*, vel eum, *qui præeſt*, ut 1. Sam. XIX, 20. ubi de Samuele qui præerat pluribus Prophetis, נצב עליהם *nitſjab halehem*. Vide & Ruth II, 5, 6 1. Reg. IV, 6. XV, 16. aliáque plura loca. Fateor conjungi hoc ſeu verbum, ſeu nomen cum על, ſed *præeſſe in cœtu*, aut *cœtui* planè perinde eſt, & ב miſcetur ſæpe cum על, ejúſque locum obtinet; ut docebit *Chr. Noldius*, ad particulæ ב Num. XXXI Itaque quamvis Veteres Interpp. & Recentiores verterint *ſtetit*, maluimus *præeſt.*

Inter Deos jus dicit] בקרב אלהים ישפט *bkereb Elohim jiſchphot.* Clarum eſt ex verſ. 6. hoſce Deos eſſe *judices*. Vide Exod. XXI, 6. XXII, 8, 9, 28. Pſ. CXXXVIII, 1. Intelligendum autem jus dici à Deo, de ipſis Judicibus, de quibus ſententiam ſequentem pronunciat.

2. *Inquit*] Vide ad Pſ. LXXXI, 7

Perversè judicabitis] תשפטו עול *thiſchephetou havel*, pro בעול behavel *in iniquitate.* Sic *judicare juſtitiam* Prov. XXXI, 9. hoc eſt juſtè. Ita adverbia paſſim exprimunt Hebræi, qui iis minimè abundant.

Nocentium rationem habebitis] פני רשעים תשאו phne reſchahim tiſſcheou, *faciem reorum tolletis.* Loquendi genus notiſſimum.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

3. *Jus dicite tenui*] Ne cognitionem de ejus querelis ſubterfugite, aut differte, quòd eum ſpernatis; aut divitem, quicum ei res eſt, timeatis. Vide Luc. XVIII, 6.

Indigentémque abſolvite] הצדיקו hatſdikou, *innocentem pronunciate*; ſi modò ſit innocens; nam ſolius juſtitiæ in litibus ratio habenda eſt, nec abſolvendus nocens pauper, magis quàm dives. Vide Exod. XXIII, 3. & Lev. XIX, 15.

5. *Jus neſciunt*] לא ידעו *lo jadehou.* Sed ſubaudiri debet משפט *miſchphat*, ex re ipſa.

Neque animum adtendunt] ולא יבינו *velo jabinou*; nempe לבם *libbam*, cor aut animum ſuum, quem numquam adpulerunt ad juris cognitionem.

In tenebris verſantur] בחשכה יתהלכו bahaſchahhah jithallechou, *in tenebris ambulant.* Vide Prov. IV, 19. Eccl. II, 14 Poſſemus vertere: *dant ipſi operam, ut in tenebris verſentur*, aut *vitam agant* Nam ea eſt vis conjugationis *Hithpahel*, & eſt ejuſmodi hominum, qui Judices volunt eſſe, nec Juri cognoſcundo tempus ullum impenderunt, ſpontaneâ ignorantiâ. Quales reprehendit *Theognis* verſ. 54. qui, ut loquitur, Ουτε δίκας ᾔδεσαν, οὔτε νόμους.

Omnia terræ fundamenta nutant] Duplici ſenſu hoc accipi queat, de legibus, quæ ſunt fundamenta Societatum omnium; aut de mutationibus, quibus concutitur Reſpublica malè adminiſtrata. Vid. Pſ. XI, 3. LX, 4.

6. *Vos eſſe Deos*] אלהים אתם *Elohim atthem.* Subaudiendum כי *chi*, ante hæc verba. Alluditur ad loca legis, in quibus judices *Dii* vocantur, quæ citavimus ad verſ. 1.

Filios Altiſſimi] Idem eſt ac *Dii*, etenim *Dii* vocantur Judices, quia poteſtate à Deo acceptâ, & Dei vice jus dicunt; ut filii, qui ſunt à Patre juri dicundo præfecti. Aut ut אדם

vos eſſe Deos, & omnes filios Altiſſimi. 7. Attamen hominis *plebeii* inſtar moriemini & ſicut unus *multorum*, *vos* ô Principes, cadetis.

8. Surge, ô Deus, & jus dicito terræ, nam tu, apud omnes gentes, Dominus es.

Iſraëlitæ divinam juſtitiam implorant, contra hoſtes ſuos, quorum prava conſilia & improba facta exponunt.

1. CANTICUM CARMINIS ASAPHI. Ne taceas, néve quieſcas, ô Deus. 2. Ne ſilentium, ô Deus, tibi *ſervetur*. 3. En enim hoſtes tuos, *qui* tumultuantur, & te odio habentes, *qui* efferunt caput, PSALM. LXXXIII.

4. Con-

tem obituros, quæcumque ſit veſtra dignitas. 7. Vos Proceres non aliter moriemini, quam quivis è media turba.

8. Surge verò, ô Deus, & Iſraelitis jus dicito, tu enim omnium Gentium, quæcumque ſint, Dominus es.

P A R A P H R A S I S.

1. CARMEN Aſaphi. 2. O Deus, ne ſilentium diutius ſerves, dum Prophetas tuos non jubes nos monere; 3. dum hoſtes tui tumultuantur, atque ſuperbè ſe gerunt ii, qui te odiohabent.

4. Con-

אדם & בן אדם, *homo*, & *filius hominis*, idem ſunt: ſic &, in hoc negotio, *Dii* & *filii Dei* ſunt iidem. Cùm ſit admodum credibile vocem אלוה *eloha*, Deus, derivatam à priſca radice אלה, quæ etiamnum, apud Arabas, *colere* ſignificat, ut diximus ad Gen. I, 1. Creator omnium, ſingulari planè ratione, dictus eſt אלוה & אלהים, quia natura nulla eodem modo coli poteſt, & κατ' ἐξοχὴν eſt σεβάσμιος. Hoc nomen tranſlatum tamen etiam eſt ad Judices, qui juxta illum coli debent. Quando autem Judices dico, intelligo eos, à quorum ſententia nulla erat provocatio; & quorum primi erant ipſi Reges, qui judiciorum cauſâ creati.

7. *Hominis plebeii*] כאדם *cheadam*. Notum, hac voce, cum opponitur primariis viris, *hominem plebeium* intelligi, qui & *filius terræ* dici ſolet.

Sicut unus multorum, vos, ô Principes] כאחד השרים *cheebhad haſcharim*. Vett. Intt. hæc verba ſimul conſtruxerunt, Ἓις ἀρχόντων, *unus de principibus*. Perperam. Res ipſa & ἀκολουθίας ratio oſtendunt, hoc velle Pſalten, Judices illos כאחד מבני אדם, *unum*, vel *quemvis è filiis hominis*, interituros. Latinè vertimus *unum multorum*, quod loquendi genus prorſus idem ſignificat, ac Hebraïcum. Notum eſt, אחד האדם *ebbad baadam*, unum hominem, dici quemvis hominem è vulgo. Vide Jud. XVI, 7, 11. Coacta eſt interpretatio virorum, inter Judæos & Chriſtianos, doctorum, qui interpretantur *unum Principum*, nempe, Gentilium, de quibus dictum non erat à Deo, eos eſſe Deos. Judices Ethnicorum tam erant *à Deo*, quàm Hebræi, quod nos docet Paulus Rom. XIII, 1. Quod dicunt accentum non admittere hanc ſtructuram, planè falluntur; quis enim Veterum, & optimorum è Recentioribus Interpretum rationem accentuum habuit? ה' in השרים eſt vocativi nota, de qua vide *Chr. Noldium*. Sed addunt vocis אחד hunc non eſſe uſum; at negare nequeunt, אחד אדם *ebbad adam*, uſitatum eſſe, hoc ſenſu, loco Judicum citato; vocula autem אדם debet ſubaudiri ex antecedente membro, in quo legitur. Sic & אחד העם *ebbad baham* eſt *quilibet è populo* Gen. XXVI, 10. Ceteras interpretationes, quippe ineptiores, prætermittimus, quas vide apud *Thom. Gatakerum* Adverſ. Lib. II. c. 10.

8. *Apud omnes Gentes dominus es*] תנחל בכל הגוים thinhhal bchol haggojim, *poſſidebis in omnibus gentibus*. נחל propriè eſt poſſidere, ita ut ad heredes transmittere id, quod poſſides, queas. Ideóque Pſaltes, ut oſtendat, Deum, optimo jure, eſſe Dominum omnium gentium, hoc verbo utitur. Sed Latinè non potuit verti *hereditabis*, ut fecit *Hieronymus*, poſt Græcos Intt. hîc enim tralaticio ſenſu ſumitur, pro eo quod eſt, *dominus eris*. Alioqui vertendum etiam eſſet: *jure ad heredes transmittendo poſſidebis* prædia *in omnibus gentibus*; non enim hîc eſt את גוים *gentes* in accuſativo, ſed בגוים *in gentibus*. Sed non ſunt interpretanda verba contra mentem Scriptoris.

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. LXXXIII.

1. NE *ſilentium* &c.] Qui ad auxilium vocati ſilent ſatis oſtendunt, ſilentio ſuo, nihil eſſe, cur à ſe auxilium exſpectetur. Ideò *ne ſilentium tibi ſervetur*, *ne taceas*, perinde eſt ac ſi diceret Pſaltes: noli nobis auxilium negare, nos adjuva. Vide Pſ. XXVIII, 1. XXXV, 22. CIX, 1.

Néve quieſcas] Idem eſt ac ſuperiora, nam qui quieſcunt periclitantibus auxilium nullum ferunt.

3. *Efferunt caput*] נשאו ראש *naſcheou roſch* ſuſtulerunt caput. Qui ſibi timent capite ſubmiſſo ambulant, qui verò rebus ſuis confidunt, caput adtollunt. Quare hîc exprimitur audacia

 hoſti-

4. Contra populum tuum callidè ſecretos conventus habuerunt, conſiliúmque inierunt in tuos, qui latent. 5. Dixerunt: agite, exſcindamus eos, ne ſint ampliùs Gens, néve ampliùs memoretur nomen Iſraëlis. 6. Animo enim pariter conſpirarunt, contra te fœdus fecerunt 7. Tabernacula Idumæorum, & Iſmaëlitæ; Moabus, & Hagaræi; 8. Gebal, Hammon, & Hamalekitis; Palæſtina cum incolis Tyri. 9. Etiam Aſſy-

4. Coiverunt clam, conſilia agitantes, contraria iis, qui te ſolam colunt, ſed latent. 5. Se ſe mutuo cohortati ſunt, ad cultores tuos perdendos. 6. Agite, inquiunt, Idumæi, Hagareni, & Gebaleni, Hammunitæ, & Hamalekitæ, Philiſtæi cum Tyriis; 9. Aſſyriis etiam accedentibus, qui jam Loti

hoſtium Judæ, qui bellum apertè ei par:bant. Vide Jud. VIII, 28. Videntur hæc referri ad tempora Jorami, Joſaphati F. in quem vicini populi conſurrexerunt, ipſíque etiam Idumæi, qui Judæ Regibus adhuc paruerant. Hiſtoria exſtat 2. Par. XXI. Scripta autem hæc ſunt à viro pio, qui non viderat, vel non audiverat Epiſtolam Eliæ, de qua illic ſermo eſt, & in qua Regi Judæ infelicem belli exitum prædicit; aut qui certè putaret, poſſe Deum precibus tunc placari, ne minas exſequeretur, ut ſæpiùs contigerat.

4. *Secretos conventus habuerunt*] יערימו סוד *jabarimou ſod*, callidè fecerunt ſecretum; hoc eſt, clam inter ſe coiverunt, nam סוד non tantùm eſt arcanum, ſed coïtus occultus. Vide ad Gen. XLIX, 6. Non eſt hîc יערימו *jabarimou* intranſitivum, ut quidam volunt; eo enim nomen סוד *ſod* regitur, quamvis Latinè res exprimi nequeat.

Qui latent] צפוניך *tſphounecha*, latentes tuos; qui, nempe, propter multitudinem hoſtium, ſe ſuis præſidiis continebant. Videtur hoc referendum ad iteratam rebellionem Idumæorum, qui licet ſemel victi à Joramo ad arma iterum concurrerunt, adjuvantibus viciniis populis.

5. *Ne ſint ampliùs gens*] מגוי miggoi, *à gente*. Hebraïſmus notus, quem bene expreſſit *Symmachus*: μὴ εἶναι ἔθνος, incommodè LXX. Intt. ἐξ ἔθνους, & *Hieronymus*: *de gente*. Non ſunt Hebraïſmi, de quorum ſenſu conſtat, verbo tenus contra Linguæ, qua utimur, ingenium exprimendi. Quod delictum tamen condonari magis poteſt, quàm eorum, quæ non intelliguntur, nimis audaces interpretationes, quas paſſim habeot? Volebant hi populi eos, qui Regi Judæ parebant, aut internecione delere, aut venumdare, eorúmque agros invadere, ne ullum ampliùs Reipublicæ corpus conflare poſſent Hebræi.

6. *Animo enim pariter conſpirarunt*] *Conſilium inierunt corde* (לב leb) *ſimul*.

7. *Tabernacula Idumæorum*] Poteſt quidem fieri, ut אהלי אדום *ohole Edom*, ſint domicilia Idumæorum, ac proinde Idumæi; ſed fortè is populus, à Joramo victus, ſub tabernaculis tunc agebat, quò faciliùs ſedes mutaret, ſi quà hoſtis ingraeret.

Iſmaëlitæ] Qui partem Arabiæ incolebant. Vide ad Gen. XXV, 18.

Hagaræi] הגרים *hagerim*. Hos LXX. Intt. & Hieronymus habent *Agarenos*. 1. Par. V, 10. vocantur ההגריאים *hahaggerim*. Vide quæ illic notata.

8. *Gebal*] Notum eſt vocem hanc Arabicam eſſe, & *montem* ſignificare, unde factum, ut eâ montes ac montanæ regiones vocarentur. Notum iiidem eſt *Gebalenen* vocatam fuiſſe partem *Idumææ*. Sed hîc, poſt memorata *Idumæorum tabernacula*, interpoſitiſque *Iſmaëlitis*, *Moabitis* & *Hagaræis*, addi *Gebalitas* mirum eſt, ſi tota Idumæa dicta fuerit *Gebal*. Eo tempore videtur regio in tres partes diſtincta, quarum una propriè *Edom*, altera *Gebal*, tertia *Hamalek*, quæ poſtea interdum confuſæ, interdum diſtinctæ. Vide quæ de *Gebal* eruditè congeſſit *Hadr. Relandus* Palæſtinæ illuſtratæ Lib. I. c. 15. In hac enumeratione hoſtium Judæ, exigua ratio ſitûs locorum, quæ incolebant, & viciniatis populorum habetur, cùm tria prolata nomina ſeorſim, interpoſitis aliis, memorentur.

Sed eſt alter tractus, qui poſſit ſignari voce גבל *gbal*; nempe, ager urbis Phœnices, ſeptemtrionem verſùs, aut Syriæ ad meridiem, quæ urbs *Gabala* vocabatur, & cujus cives dicuntur גבלים *Giblim* 1. Reg. V, 18. & *ſenes Gebal* Ezek. XXVII, 9. Confunditur hæc ab *Euſebio*, LXX. Intt. ſequuto, in locis Hebraïcis, cum Byblo, aut *Biblo*. Hæc ſunt ejus verba: Βύβλος, πόλις Φοινίκης, ἐν Ἰεζεκιὴλ, ἀνθ᾽ οὗ τὸ Ἑβραϊκὸν ἔχει Γοβάλ: interprete *Hieronymo*: *Byblos civitas Phœnices, cujus meminit Ezechiel, pro qua in Hebræo continetur Gebal.* Sunt qui etiamnum hodie *Giblet* dicant vocari. Vide *Nic. Fullerum* Miſcell. Lib. V. c. 15.

Malim intelligere partem Idumææ, quæ ab urbe fortè *Gebal*, dicta eſt *Gebalene*. Vide *Euſebium* in Α'ιδὼμ, in opere de L. H. ubi paſſim *Idumæa* vocatur *Gebalene*.

Hamalekitis] עמלק *Hamalek*. Tractus magis ad Auſtrum, quàm Gebalene, ſi credimus *Euſebio*, ad vocem Α'μαληκίτης, pro quo ſcribendum Ἀμαληκῖτις.

Palæſtina] פלשת *Phleſcheth*. LXX. Intt. Α'λλόφυλοι more ſuo, cujus rationem reddidimus ad Exod. XV, 14. *Aquila* & *Symmachus* Φυλιστιαία. *Hieronymus*, *Palæſtina*. Notum eum tractum fuiſſe ad mare Internum, Meridiem verſùs, unde poſtea tota Chananæa nomen accepit, gente deletâ.

Cum incolis Tyri] Qui ad eamdem maritimam oram, ut notum, ſeptemtrionem verſùs incoluerunt.

9. *Etiam Aſſyrii*] אשור *Aſſchour*, Moabitis & Hammonitis auxiliares Aſſyriorum copiæ. Videntur etiam auxilium tuliſſe Hammonitis, in bello cum Joſaphato. Adi 2. Paral. XX, 1.

Brachium fuerunt] זרוע *zeroah*; hoc eſt, robur & fiducia, in exercitu. Sic Jer. XVII, 5. *facere carnem brachium ſuum*, eſt hominibu dere, quaſi valido auxilio. Hinc *Symmas* ſi ἐγένοντο σύμμαχοι.

10. *Ve-*

Digitized by Google

Aſſyrii cum illis ſunt conjuncti, & poſterorum Loti brachium fuerunt. Selah.
10. Eos habeto veluti Madianem, inſtar Siſeræ, & Jabinis ad torrentem Kiſonem.
11. Deleti ſunt ad Hen-dorum, facti ſunt fimus terræ. 12. Pone eos, & *præſertim quidem* eorum Principes, eodem loco, quo poſuiſti Horebum, Zeebum, Zebachum, & Tſalmunam, qui omnes *fuerunt* eorum principes; 13. cùm dicerent: adquiramus nobis habitationes Dei. 14. O Deus mi, fac, ut ſint inſtar glumæ, *&* inſtar ſtipulæ, quæ vento rapitur. 15. Quemadmodum ignis comburit ſilvam, & flamma accendit montes: 16. ſic eos perſequere procellâ tuâ, & turbine tuo turba. 17. Imple eorum vultus ignominiâ, & quærant nomen tuum, ô Jehova. 18. Pudore adficiantur & conturbentur in perpetuum, erubeſcant & pereant. 19. Intelligant, te ſolum, cui nomen Jehovæ, altiſſimum eſſe, per omnes terras, *Deum*.

Loti poſteros tutati ſunt.

10. Eos vero, ô Deus, non aliter habeas, quàm Madianitas, atque ut habuiſti Siſeram & Jabinem, ad torrentem Kiſonem. 11. Ad internecionem redacti ſunt ad Hen-dorum, & miſſi fimo terræ. 12. Habeto eos, & quidem eorum proceres, eodem loco, quo habuiſti Horebum, Zeebum, Zebachum & Tſalmunum, qui omnes ſuarum gentium principes fuere; 13. cùm ſeſe mutuò cohortarentur ad invadendam Dei ſedem Jeroſolimam.

14. O mi Deus, fac ut diſſipentur, inſtar glumæ, & ſtipulæ, quæ vento facillimè rapiuntur. 15. Quemadmodum ignis aridam ſilvam & montes ipſos virgultis aridis refertos: 16. ſic quoque tu perſequere eos procellâ, in eos effundendâ, & turbine tuo turba. 17. Fac, ut adpareat, ex ipſo eorum vultu, quantopere eos pudeat cœpti ſui, útque te quærant. 18. Fac, ut rubore vultûs, & pudore adpareat, quantopere turbati ſint, idque in perpetuum patiantur, donec è medio tollantur. 19. Ex talibus pœnis intelligant, te ſolum, qui vocaris nomine, quo Creatio ſignificatur, ſummum per omnes terras eſſe Deum.

10. *Veluti Madianem*] Vide Jud. VI, 7.

Inſtar Siſeræ] Jud. IV, 2. & ſeqq.

Ad Torrenten Kiſonem] בנחל קישון *benahhal Kiſchon*, in torrente Kiſone; hoc eſt, ad torrentem Kiſonem.

11. *Ad Hen-dorum*] עין דור *Hen-dor*. Urbs tribûs Manaſſis. Vide Joſ. XVII, 11. Urbs hæc fuit, ut ait *Euſebius* in L. H. πλησίον τοῦ ὄρους Θαβὼρ, ἐπὶ νότου, ὡς ἀπὸ σημείων δ'. *juxta montem Thabor, ad Meridiem in quarto milliario*, ut habet *Hieronymus*.

Fimus Terræ] דמן לארמה *domen laadamah*, ita ut in agris putrefacta eorum cadavera, iis inſtar fimi fuerint.

12. *Pone eos eodem loco*] שיתמו כערב ſchithemo cheHoreb, *pone eos ut Horeb*. Vide Jud. VII, 25. *& ſeqq.*

Eorum principes] נסיכימו *nſichemo*, ut antea נדיבמו *ndibemo*, quorum eadem poteſtas eſſe videtur. Vide Joſ. XIII, 21. Mich. V, 5.

Cùm] אשר *aſcher*, pro כאשר *chaaſcher*, ut alibi frequenter.

Habitationes Dei] נאות אלהים *neoth elohim*. Agros Hebræorum, quos Deus inhabitare cenſebatur: vel, quia non additur *Iſraëlis* nomini vox *Deus*, egregios agros; nam hæc eſt vis vocis *Dei* cuipiam rei additæ. Vide ad Gen. XXIII, 6.

14. *Fac, ut ſint*] *Pone eos.*

Inſtar glumæ] כגלגל *chaggalgal*, quod verti queat *inſtar rotæ*, cum LXX. Intt. & *Hieronymo*; ſed quia ſequitur כקש *chekeſch*, inſtar ſtipulæ, vertimus *glumam*, quo ſenſu occurrit Eſai. XVII, 13 Sic dicitur à גלל galal *volvit*; quia, vento flante, volvitur.

Quæ vento rapitur] *Ante faciem venti.*

15. *Accendit montes*] Arbores montium, quæ vehementiùs colliſæ interdum flammam concipiunt. Quod ſic deſcribit *Lucretius* Lib. I. 896.

At ſæpe in magnis fit montibus, inquit, ut altis
Arboribus vicina cacumina ſumma terantur
Inter ſe, validis facere id cogentibus auſtris,
Donec fulſerunt, flammaï flore coorto.

Vide & Lib. V, 1095. & *ſeqq.*

17. *Quærant nomen tuum*] Nomen tuum invocent, ut te propitium ſibi faciant; cùm videbunt, non ſine Numine tuo, exercitus ſuos ab Hebræis eſſe fuſos, te tamen eorum preces aſpernante. Optat enim hoſtibus non cognitionem Dei & reſipiſcentiam, quâ eum placent; ſed perniciem, ut ſequentia oſtendunt. Nondum juſſi erant homines, pro hoſtibus, etiam infenſiſſimis, Deum orare, ut nos Chriſtiani.

19. *Te ſolum, cui nomen Jehovæ*] *Te (nomen tuum Jehova) ſolum eſſe* &c. Nomen *Jehovæ*, ut oſtendimus ad Exod. VI, 3. ſignificat eum, qui facit; ut res ſint, quæ antea non erant, & qui promiſſa ſua exſequitur; quò reſpicit hîc Pſaltes, ſed ſi hæc ad Jorami tempora referantur, ad quæ videntur referri, non eſt exauditus.

Per omnes terras] Non in Hebræorum tantùm agris, ut putabant Ethnici, qui unicuique Genti ſuos adſignabant Deos ἐπιχωρίους, ſed per omnes populos. Vide 2. Reg. XVIII, 33.

Laudibus adtollitur Dei Templum, beati prædicantur, qui in eo verſari poſſunt, ut & qui in Deo fiduciam repoſuerunt.

PSALM. LXXXIV.

PRÆFECTO HAGITTHITH, FILIORUM CORACHI CARMEN.
2. Quàm amabilia ſunt tentoria tua, ô Jehova, *Deus* exercituum? 3. Deſiderat *ea*, & deficit etiam animus meus, propter atria *tua*, ô Jehova. Cor meum & caro mea lætas voces edent propter Deum vivum. 4. Etiam paſſer nanciſcitur domum, & palumbus ſibi nidum habet, in quo pullos ſuos collocet; *fac*, *ut habeamus* altaria tua, Jehova, *Deus* exercituum, Rex mi & Deus mi. 5. Felices qui habitant in Æde tua, *& qui* etiamnum te laudant! Selah. 6. Felicem, cui robur eſt in te! viæ ſunt ſtratæ in corde ejus. 7. Tranſeuntes per vallem mori, in ea fontem poſuerunt, *atque*

PARAPHRASIS.

1. PRÆFECTO Corachidarum Carmen &c. 2. Quàm amabilia ſunt tua tentoria, ô Creator, idémque præſes exercituum! 3. Quàm ſunt amabilia mihi atria tua, ô Creator, ne animus mihi deficiat! Cor verò & reliquum corpus meum parata ſunt voces lætas emittere, quòd ſentiant Deum vivere. 4. Etiam paſſer, non rara avicula, facilè ſibi fabricat nidum; at palumbus eo majorem facit, quo pullos ſuos excipiat, qui ſunt majores. Fac etiam, ut habeamus altaria tua, ô Creator, qui exercitibus præes, esque ſimul Rex meus & Deus meus. 5. Felices verò qui habitant circa Templum tuum, atque illic te laudant. 6. Is demum felix eſt, qui, quidquid ineſt ei roboris, à te ſe accepiſſe profitetur, ut ita loquar. 7. Tanſeuntes, per vallem Mori, in eam fontem perennem curarunt derivari, & piſcinas, quas pluvia replet.

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXXIV.

2. QUàm amabilia ſunt &c.] Hinc intelligere eſt hunc Pſalmum, ſtante Templo, ſcriptum fuiſſe. Tabernacula autem, ſeu משכנות *miſchchenoth* dicit plurali numero, ut ſacrarium Dei vocatur Pſ. LXVIII, 8. מקדשים mikdaſchim, *ſacraria*.

Deus exercituum] Supplevimus, ut alibi, vocem *Deus*

Deficit animus meus] Hoc eſt, deliquium animi patior, cupiditate adeundi Tabernaculi tui. Vide Pſ. CXIX, 81. Hæc à pio viro ſcribi potuerunt, tempore, quo ei non licuit Templum adire; propter bellum, aut caſum alium nobis ignotum.

Lætas voces edent &c.] Supplendum: ſi Templum tuum ingreſſus fuero. Sic malim, quàm interpretari ירננו *jerannenou*, de triſti invocatione. Nam hoc verbum *lætum clamorem edere* ſignificat.

4. *Etiam paſſer*] צפור *tſippbor*. Quamvis *avem* ſignificat, ſed propriè *paſſerem*. Videntur in ædificiis, circa Templum, paſſeres nidificaſſe, atque eò reſpici. Vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. I. c. 21.

Palumbus] דרור *dror*, quâ voce ſignificari non *hirundinem*, ut vulgò volunt, ſed columbæ ſilveſtris genus, ut turtures & palumbos oſtendit idem Cap. VIII. ejuſdem Libri, quod adi. *Aquila* prius ἔποπα, alterum στρουθίον interpretatur. LXX. Intt. contra צפור στρουθίον, דרור verò τρυγόνα vertêre. Meliùs. *Hieronymus* priùs *paſſerem*, poſterius *avem*. Incommodè.

Fac, ut habeamus] Hoc ſupplevimus, quia non poterant, in altari, in quo ſacra quotidie fiebant, nidificare aves. *Bochartus* vult voce מזבחות *mizbebboth* ſignificari omnia Templi ædificia, ſed ſine exemplo. Malui ſupplere לנו תן *then lanou*, aut ſimile quid, quo petat Pſaltes ſibi dari facultatem adeundi altare. Vide ſimilium Ellipſeωn exempla apud *Sal. Glaſſium* Phil. Sac. lib. IV. Tr. II. Obſerv 2. & 3.

5. *Qui habitant*] Sacerdotes & Levitæ, qui temporibus ἐφημερειῶν habitabant per ſeptiduum in Templo.

6. *Viæ ſunt ſtratæ in corde ejus*] מסלות בלבבם mſilloth bilbabam, *viæ ſtratæ in cordibus eorum*. Intelligunt nonnulli vias ſtratas ad Templum tendentes, quas in animo ſemper habebant Sacerdotes & Levitæ. Fortè neſcio quid παροιμιῶδες hîc latet, quale hoc eſſet, eos, quorum Deus robur eſt, animo non verſare vias perveniendi ad fines, quas ſibi proponunt, niſi tutas, quales viæ ſtratæ.

7. *Tranſeuntes* &c.] Si hæc allegoricè ſint intelligenda, ut multi putant; profiteor me in eorum numero eſſe, qui non adſequuntur, quid Pſaltes velit, & quos piget inanibus conjecturis, quod nemo novit interpretari. Fortè eſt adluſio ad rem ſat notam, iis temporibus, ſed quæ nos hodie prorſus fugit; fortè παροιμιῶδες quid, cujus rationem reddere non poſſumus. Si qui hæc norint, ſibi gratulentur interim, ſi ita videatur; at eorum bonâ pace, liceat mihi neſcire quod neſcio.

Per vallem mori] בעמק הבכא *bebemek babbacha*. Putant adludi ad locum, cujus mentio fit 2. Sam. V, 23, 24. Sed quid hæc adfine habeant præter vocem בכא bacha, *morus*, non video. Verterunt veteres κλαυθμῶνος, vel κλαυθμῶν, quaſi eſſet à בכה bachah *flevit*.

In ea fontem poſuerunt] מעין ישיתוהו mahjan jeſchithouhou, *fontem poſuerunt eam*; hoc eſt, propriè deductâ illuc aquâ, fontem illinc e-

rum-

atque etiam piſcinas, quas pluvia tegit. 8. Ibunt è robore in robur, *dum* conſpicitur Deus Deorum in Sione.

9. O Jehova, Deus exercituum, exaudi orationem meam, aurem ei præbe, Deus Jacobi. Selah. 10. O Deus, *qui es* clipeus noſter, vide, *quid geratur*; & reſpice faciem Uncti tui. 11. Melior enim eſt dies in atriis tuis, quàm mille *alibi acti*. Malim limen obſervare, in Æde Dei mei, quàm habitare in tentoriis improbitatis, 12. nam Sol *eſt*, & ſcutum *noſtrum* Jehova Deus, gratiam & gloriam dat Jehova, nec prohibet bonum iis, qui in integritate incedunt. 13. O Jehova, *Deus* exercituum, felicem hominem, qui tibi confidit!

replet. 8. Semper ſuas vires augebunt, dum Deus Deorum erit in Sione.

9. O Creator, qui præes exercitibus, aures præbe precibus meis. 10. O Deus, qui nos tutaris, inſtar clipei, qui nullis telis perforari poteſt, oculos converte, converte te ad Unctum tuum. 11. Nam longè melius diem unum morari in tuis atriis, quam millenos alibi. Malim limen in atriis tuis per unum diem, quàm per mille alibi verſari.

Malim obſervare limen, in Æde Dei, quàm habitare in tentoriis improborum, ubi multa admittuntur ſcelera.

12. Nam Creator omnium Deus gratiam & gloriam largitur ſuis cultoribus, nec prohibet divites eſſe eos, qui ſunt integris moribus. 13. O Creator, qui præes exercitibus, quàm beatus eſt is, qui tibi confidit!

rumpere curarunt. Habent hîc LXX. Intt. *εἰς τόπον ὃν ἔθετο*.

Piſcinas, quas pluvia texis] ברכות יעטה מורה *bracboth iabeteb morab*, piſcinas operietur pluvia. Connexus eſt inter *fontem*, *piſcinas & pluviam*; auctus enim fons, aquâ fluvii fundum piſcinarum, alioquin aridum, tegit. LXX. Intt. *Τὰς εὐλογίας δώσει ὁ νομοθετῶν.* Prima quidem vox *benedictiones* verti poteſt, at ſecunda non eſt idem ac *dabit*, ſed *veſtiat*, *tegat*. Tertia eſt potiùs *διδάσκων*, ut habuit Ecl. VI. quàm *leges ferens*. Hinc *Symmachus ὑποδείκτης*, & *Hieronymus*, *doctor*. *Pluviam* vertimus, ut ſumitur Joël II, 23. Propriè pluviam vernam ſignificat, unde *Aquila πρώϊμος*, nempe, *ὄμβρος*, qui opponitur *τῷ ὀψίμῳ* autumnali.

8. *Ibunt è robore in robur*] ילכו מחיל אל חיל *jelecbou mebbajil el bbajil*; hoc eſt, augebunt in poſterum vires ſuas. Sic Jerem. IX, 3. *E malo in malum egreſſi ſunt*, hoc eſt, nequiores evaſerunt. Hæc eſt vis hujus loquendi generis Pſ. CXLIV, 13. Rom. I, 17. 2. Cor. III, 18. LXX. Intt. & *Symmachus ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν*, ſed difficile dictu eſt, an hîc ſignificetur augmentum potentiæ, an roboris, aut rectè & fortiter geſtorum, hæc omnia enim ſignificantur voce חיל *bbajil*.

Dum conſpicietur] Supplevimus עד כי *bad chi*, *dum*. Hoc velle videtur Pſaltes, dum Deus Jeroſolimam habebit ſedem ſuam, perpetuò augebuntur opes, aut fortia facta eorum, qui Deo fidunt, hoc eſt, in perpetuum.

9. *Deus exercituum*] אלהים pro אלהי *elobe*. Vide ad verſ. 5. Pſ. LXXX.

10. *Faciem tui Uncti*] Sunt qui Davidem, nimis diuturno bello implicitum, hæc dicere velint; alii alium, qui loquatur de alio Rege, ſub finem Regni Judæ, ſtante adhuc Jeroſolimâ. Potuit hic Rex eſſe Manaſſa, qui captivus abductus eſt in Aſſyriam, quamvis brevi poſtea tempore, vinculis ſolutus in Judæam redierit, 2. Par. XXXIII. Potuit eſſe Jechonias in captivitatem Babylonem abductus, 2. Reg. XXIV, 9, 10. Non eſt ergo opus, ut Davidem loquentem hîc induci ſtatuamus, cùm præſertim ſint, hoc in Pſalmo, quæ ei non conveniunt.

11. *Melior eſt enim dies &c.*] *Nam bonus eſt dies, in atriis tuis, quam mille.* Poſt *dies* ſubaudiendum אחד *ebbad*, Unus, & ad calcem *alibi acti*; quod oppoſitionis ratio omnino poſtulat.

Malim limen obſervare] בחרתי הסתופף *babbarthi lebiſtbopbeph*, elegi ſervare limen. Verbum hoc, in *Hithpaël*, alibi non occurrit; ſed deducitur è סף ſaph, *limen*, potéſtque ſignificare *ſe conſtituere cuſtodem liminis*, aut onus illud ſponte ſibi imponere, eſt enim vis reciproca ejus conjugationis. LXX. Intt. *παραῤῥιπτεῖσθαι*, *Hieronymus*: *abjectus eſſe*. Vocis propriam ſignificationem ignorarunt. Ceterùm pro *elegi* בחרתי *babbarthi*, vertimus *malim*, cùm ſequatur comparativi nota *Min*. Fortè noſter Pſaltes *Sacerdos* fuit, Sacerdotum autem nobiliora erant in Templo munia, quàm Levitarum, & præſertim eorum, qui *limen obſervabant*, quod munus obtigit Korachitis, ad quos canendus miſſus eſt hic Pſalmus. Vide Exod. XXXVIII, 8. 1. Par. XXVI, 1.

In tentoriis improbitatis] באהלי רשע *beobole reſchab*; non tantùm improborum, ſed in quibus multa improbè facta admittantur.

12. *Sol eſt, & ſcutum*] Qui nos luce Veritatis illuſtravit, nóſque etiam tuetur. Mirum eſt LXX. Intt. vertiſſe *ἔλεον καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ*, quæ ſunt prorſus aliena à verbis Hebraïcis, quorum optimus eſt ſenſus, nec obſcurus. *Hieronymus* rectè: *Sol & ſcutum Dominus Deus.*

Non probibet bonum] Negatio contrarii ſubjecta adfirmationi, vim adfirmationis auget. Vide Pſ. LXXVIII, 67. Proverb. XXI, 26. & plura alia loca.

Hebræi Deum obteſtantur, per beneficia antea ab eo accepta, ut ſe in ſolum patrium reducat, priſtinámque bonitatem in ſe exerceat; quod & futurum ſe ſperare oſtendunt.

PSALM. LXXXV.

1. PRÆFECTO, FILIORUM CORACHI CARMEN. 2. Propitius *antehac* fuiſti, ô Jehova, terræ tuæ, & reduxiſti captivos Jacobi. 3. Pepercisti iniquitati populi tui, & omnia ejus peccata occuluiſti. Selah. 4. Omnem iram tuam revocaſti, & ab excandeſcentia indignationis tuæ, *ad manſuetudinem* rediiſti, 5. Reducito nos, Deus ſalutis noſtræ, & deſine nobis iraſci. 6. An in æternum nobis indignaberis, irámque tuam in futuras ætates produces? 7. Annon tu *ad nos* reverteris, & nobis vitam reſtitues, ac populus tuus propter te lætabitur? 8. Oſtende nobis, Jehova, benignitatem tuam, & liberationem tuam nobis concede.

9. Audiam, quid proloquuturus ſit Deus Jehova; nam adloquetur de pace populum ſuum & beneficos ſuos; nec revertentur ad ſtultitiam. 10. Profectò timentium ejus proxima eſt liberatio, ita ut gloria habitet in terra noſtra. 11. Beneficentia & Fides ſibi viciſſim occurrent, Juſtitia & Pax ſe invicem oſculabuntur. 12. Fides è terra orietur,

PARAPHRASIS.

1. CARMEN ad Corachitas miſſum è Captivitate. 2. Antea, ô Creator, propitius fuiſti regioni tibi conſecratæ, & reduxiſti domum captivos Iſraelitas, ex ea abductos. 3. Pepercisti vitiis populi tui, ac omnia ejus peccata veluti occuluiſti 4. Omnem indignationem in eos priùs conceptam revocaſti, atque ad manſuetudinem tuam rediiſti. 5. Reducito nos in patriam, ô Deus, qui antea ſaluti noſtræ conſuluiſti, omnémque indignationem à te in nos conceptam omittito. 6. An in perpetuum nobis iraſcereris, qui antea tam ſæpe nobis ignoviſti? 7. Annon tu ad nos reverteris, & nobis vitam reddes, ut populus propter bonitatem lætetur? 8. Fac, ô Creator, ut benignitatem tuam experiamur, & liberatione tuâ fruamur.

9. Audiam verò, quid dicturus ſit Deus Creator, nam populum ſuum, & præſertim eos, qui ſunt benevoli & benefici, de pace cum vicinis populis, adloquetur; nec hi ad ſtultitiam redibunt. 10 Profectò brevi ejus timentes liberabuntur ab hoſtibus, ita ut in ſolo noſtro virtutis gloria eluceſcat. 11. Qui ibi habitabunt alii erga alios erunt benefici & fidi, unde Pax & Juſtitia mutuæ naſcentur, atque inter homines erunt. 12. Fides mutua ab hominibus coletur, & Juſtitia è cœlo orta ad eos deſcendet.

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXXV.

2. R*Eduxiſti captivos Jacobi*] שבת שבות *ſchabtha ſchbouth.* Sic habet τὸ *Chethib*, ſed τὸ *Keri* jubet nos legere שבית *ſchbith*, quod idem eſt. Qui his verbis intelligunt reditum è Babylonia, à Cyro conceſſum, volunt ſcriptum eſſe Pſalmum hunc poſtea, ut peteretur à Deo reditus totius Iſraëlis, aut certè omnium Judæ & Benjaminis poſterorum. Alii malunt hæc intelligere, non de toto populo, aut maxima ejus parte; ſed de ſingulis hominibus, è vicinis populis, varias in oras, prædæ loco in captivitatem abductis, deinde dimiſſis. Utramvis ſententiam elegeris, per me licet.

3. *Peccata occuluiſti*] *Occulere peccatum*, ubi de Deo ſermo eſt, perinde eſt, ac ei ignoſcere, quia occulta peccata ab hominibus non plectuntur. Vide Pſ. XXXII, 1. Neh. IV, 5.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

4. *Omnem iram tuam revocaſti*] אספת כל עברתך *aſaphtha chol hebrathecha*; hoc propriè eſt *collegiſti, ut reconderes*, tralatitio ſenſu *revocaſti*, ut eſt in ſequentibus.

Ad manſuetudinem] Latinè loquentes hoc addidimus, perſpicuitatis causâ.

5. *Reducito nos*] Nempe, Hebræos, qui etiamnum captivi detinebantur.

Detine nobis iraſci] הפר כעסך עמנו *hapher chaaſcha bimmanou*, irritam fac iram tuam nobis: hoc eſt, non magis nobis iraſcitor, quàm ſi ſtatuiſſes minas tuas revocare.

7. *Ad nos reverteris*] Quia Deus longè recedere ab iis dicitur, quos non juvat, & cum iis eſſe, quos tuetur.

9. *Audiam, quid* &c.] Libenter audiam, quid per Prophetas ſuos nobis ſit dicturus; per Eaekielem & Danielem, in Captivitate; atque antea per alios.

Adloquetur de pace] ידבר שלום *jedabber ſchalom*, dicet pacem. Vel pacata reſpondebit, vel de incolumitate Iſraëlis loquetur.

10. *Ita ut habitet gloria* &c.] Ita ut populus Hebræus in patriam redux gloriam ſuam recuperet.

11. *Beneficentia & Fides* &c.] Proſopopœa elegans, quâ finguntur Beneficentia & Fides, Juſtitia & Pas, à Deo in Judæorum terram demiſſa ſibi invicem lætanter occurſuræ; hoc eſt, fore, ut inter Judæos floreant, & frequentes ſint.

12. *Fides*] אמת, ut antea, quæ non eſt *Veritas* ſententiarum, ſed virtus, quâ homines fidem datam invicem ſervant. Vide not. ad Gen. XXIV, 27. Hoc vult ergo Pſaltes, homines inter ſe fidei datæ obſervantes futuros. In Oraculis Chaldaicis verſ. 28a. *Οὐ γὰρ ἀληθείης φυτὸν ἐπὶ χθονὶ, neque enim Veritatis planta in terra.* Poſſis etiam dicere *Fidem*, quæ eſt Humanæ Societatis fundamentum, raro creſcere in hominum hortis, hoc eſt, animis, imò numquam, niſi à Deo ſata ſit, & aucta.

Juſti-

tur, & Juſtitia è cœlo deſpiciet. [13]. Jehova adhuc benefaciet, & terra proventum ſuum edet. [14]. Ante ſe curabit Juſtitiam incedere, atque in via greſſus ſuos ponet.

Auxilium David petit à Deo, ſéque eum celebràturum ſpondet.

1. PRECES DAVIDIS. Inclina, ô Jehova, aurem tuam, exaudi me, ſum enim pauper & egenus. [2]. Serva animam meam, quia beneficus ſum; libera, mi Deus, ſervum tuum tibi confidentem. [3]. Miſerere mei, ô Jehova, quia quotidie te invoco. [4]. Exhilara animum ſervi tui, quia ad te, Domine, animum meum erigo? [5]. Tu enim, Jehova, bonus es & propitius; ac multa tua eſt beneficentia, erga omnes, qui te invocant. [6]. Aurem præbe, Jehova, orationi meæ, & precum mearum ſonitum attende. [7]. Quo die in anguſtiis verſatus ſum, te invocavi, quia me exaudieras. [8]. Nul- PSALM. LXXXVI.

ſcendet. 13. Creator terram fœcundabit, quæ proventum ſuum copioſè producet. 14. Deus in terras deſcenſurus præmittet ante ſe Juſtitiam, quâ viam ingredietur.

P A R A P H R A S I S.

1. PRECES DAVIDIS. PRÆBE, ô Creator, aures tuas, atque me exaudi, cùm ſim pauper, & indigeam omnino tuo auxilio. 2. Serva vitam meam, quia beneficus ſum. Serva me ſervum tuum, qui fiduciam in te poſui. 3. Miſereat te mei, ô Creator, quia quotidie preces meas ad te fundo. 4. Exhilara me, qui tuus cultor ſum, atque mentem meam ad te erigo. 5. Tu enim Creator beneficus es & propitius creaturis tuis; erga omnes, qui precibus ad te confugiunt. 6. Rationem habeto, ô Creator, precum mearum. 7. Quandocumque in anguſtiis deprehenſus fui,

Juſtitia è cœlo] Juſtitia, nempe, Dei è cœlo ſervat homines fidei inter ſe, Dei reverentiâ, qui eam, Ratione Experientiáque quotidianâ vitæ & Revelatione uſque adeò commendavit nobis, obſervantes. Juſtitia autem Dei eſt, quâ malos coërcet, ne noceant bonis; hoc enim æquum & juſtum eſt. Nec à Deo interdum omittitur, niſi ut majoribus bonis probos donet, graviúſque malos puniat, niſi ad meliorem frugem redeant.

13. *Proventum ſuum edet*] Quia, nimirum, à frequentibus incolis, quibus caruit, coletur, &, Deo favente, copioſos fructus edet.

14. *Ante ſe curabit Juſtitiam incedere*] Deus poeticè Juſtitiam præmittens inducitur, quâ pios Hebræos tueatur, contra malos, mox, ipſe ad eos beandos venturus. *Symmachus* aliter rem intellexerat, cùm ſic hunc locum verterit: *δικαιοσύνη ἔμπροσθεν προελεύσεται αὐτοῦ καὶ θήσει εἰς ὁδὸν τοὺς πόδας αὐτοῦ.* Legit, pro יהלך *faciet incedere*, prout habent noſtri Codices, יְהַלֵּךְ *incedet*, & ſuffixum in פעמיו *phahaman* retulit ad hominem; incommodè, ut videtur. Multò elegantius eſt intelligere Dei *πρόδρομον* eſſe Juſtitiam, eámque non in cœlo tantùm futuram, ſed ſolo etiam ingreſſuram; quod egregiè conſentit cum proſopopœïa verſûs 11. Simili figurâ deſcribit Juſtitiam, quaſi perſonam, *Heſiodus* Oper. & Dierum verſ. 215, & ſeqq.

C O M M E N T A R I U S.

In PSALM. LXXXVI.

2. A*Nimam meam*] Hoc eſt, me aut vitam meam.

Beneficus ſum] חסיד *hhaſid.* LXX. & *Hieronymus* *ὅσιός εἰμι*, *ſanctus ſum.* Alius interpres Græcus, *ἅγιός ἐγώ.* Propriè *beneficum*, tum etiam *pium* ſignificat. Falluntur, qui putant, hanc vocem paſſivo ſenſu ſumi, & contrarium dudum probavit *Thom. Gatakerus* Adverſ. Lib. II. c. 9. Ac ſanè vox de ipſo Deo occurrit Pſ. CXLV, 17. Jerem. III, 12. & alibi, pluráque nomina, eâdem analogiâ formata, vim activam obtinent. Nec quiſquam offendi poteſt, eò quod ſtatuimus Davidem beneficam ſuam indolem apud Deum proferre; quaſi rationem, quâ impetrabilior fiat, cùm Deus promiſerit, pios & benignos ſe exauditurum, contrà verò improborum & maleficorum preces aſpernaturum ſe minatus eſt. Res nititur Divinâ bonitate, quâ fit, ut imperfectas hominum virtutes gratas ſibi eſſe teſtetur, & præmiis adficiat. Itaque hîc David non quaſi debitor à Deo, quod ſibi deberet, exigit; nemini quidquam debet Deus; ſed ſupplex petit David, ut dignetur rationem habere ſuæ indolis, nequaquam maleficæ.

4. *Animum meum erigo*] נפשי אשא *naphſchi eſſcha*, animam tollo; hoc eſt, non demitto animum meum, ad auxilium ab hominibus petendum, aut exſpectandum; ſed ad te rerum omnium Creatorem, & omnipotentem Deum, animum, ſpretis terrenis omnibus ſubſidiis, erigo. Vid. Pſ. XXV, 1. CXLII, 8.

5. *Propitius*] סלח *ſoleahh*, ignoſcens, vel placabilis. LXX. Intt. *ἐπιεικὴς*, *æquus*, quod non ſatis aptum. *Aquila & Theodotion ἱλαστὴς*, quæ vox, ſi ſana ſit, potiùs deberet ſignificare *placantem*, quàm placabilem; *Symmachus ἀφίων*, parcens. Rectiùs.

Multa tua eſt beneficentia] *Multus es beneficentiâ.*

7. *Quotidie in anguſtiis* &c.] *In die anguſtiæ meæ.*

Te invocavi] *Te invocabo, qui me exaudieras.* In præterito vertimus, quia David expertus erat antea

8. Nullus eſt inſtar tui, inter Deos, ô Domine, nec quiſquam ſimilia tuis opera edidit. 9. Omnes Gentes, quas feciſti, venient, & coram te adorabunt, nominíque tuo gloriam tribuent; 10. qui magnus es, facis mirabilia, & ſolus es Deus.

11. Doce me, ô Jehova, viam tuam, & in veritate tua incedam; adjunge animum meum timori nominis tui. 12. Laudabo te, Domine Deus mi, toto corde, & gloriam tribuam nomini tuo in perpetuum; 13. magna enim eſt erga me benignitas tua, & liberaſti me ex inferiore fovea. 14. O Deus, ſuperbi in me conſurrexerunt, & cœtus hominum violentorum quæſiverunt animam meam, nec te *ſibi* in conſpectu ſuo propoſuerunt. 15. At tu, Domine, Deus miſericors, & qui libenter gratificaris, qui es tardus ad iram, & magnus benignitate & fide, 16. reſpice me, & mihi gratificare; da robur tuum ſervo. 17. Ede mihi ſignum bonitatis tuæ, quo conſpecto inimici mei pudore adficiantur; quia tu, Jehova, me adjuveris & ſolatus fueris.

fui, ad te confugi, quia me ſæpiùs anxium, auxiliumque abs te petentem exaudiſti. 8. Nullus eſt inſtar tui, inter eos, quos homines Deos vocitant, & qui ſimilia tuis opera ediderit. 9. Omnes Gentes, quarum Creator es, venient ad Templum tuum, ut in eo te adorent, tibique gloriam debitam tribuant; qui verò magnus es, qui ſolus mirabilia facis, & ſolus reverâ es Deus.

11. Doce me, ô Creator, rationem, quâ vitam meam inſtitui a me vis, idque ex animo faciam. 12. Laudabo te, ô rerum omnium Domine, ô Deus mi, toto animo, & gloriam tibi debitam, in perpetuum; 13. ſumma enim eſt tua, erga me, benignitas, & me ſæpiùs ex foſſa liberaſti.

14. O Deus, in me inſurrexerant coetus hominum violentorum, qui quæſiverant, qui me è medio tollerent; nec leges tuas in memoriam revocarant, nec adtenderant, quantopere talia molimina improbaris. 15. At tu, Deus miſericors, qui libenter benefacis, qui ſerò pœnas de hominibus ſumis, benignitatem & fidem ſervas. 16. Rationem mei habeto, mihi quod peto gratificare; méque confirma in virtute, atque filium piæ matris confirma, & me incolumem ſerva. 17. Ede ſignum quoddam benignitatis erga me, quo inimici mei pudore ſuffundantur; eo quòd me, ô Creator, juveris, atque ſolatus ſis.

antea ſæpè Dei benignitatem, unde fiebat, ut tantâ fiduciâ, ad eum confugerit.

8. *Inter Deos*] *Dii* dicuntur Angeli in cœlo, & Principes viri in terris; quos omnes longè, imò infinito intervallo ſuperat Deus. Non multum eſſet ſuperare Deos Gentilium, qui erant non אלהים *Dii*, ſed אלילים, *nihila*, ſi ita loqui liceret. Vide Pſ. XCVI, 5. Confertur etiam Pſ. LXXXIX, 7, 8, 9. cum Angelis, ut hìc; aut potiùs negantur illi Deo conferri poſſe, qui cum Creaturis planè eſt ἀσύγκριτος.

Nec ſimilia tuis opera edidit] אין מעשיך *en mahaſchecha*, nullus ſecundum opera tua. Vide Deut. IV, 12. *& ſeqq.*

9. *Omnes gentes* &c.] Hæc ad vocationem Gentium, ad Dei cognitionem pertinentia, impleta demum ſunt ſub Evangelio, & pleniùs etiam fortè, labentibus ſæculis, implebuntur.

11. *Doce me —— viam tuam*] Non ignorabat David, quæ *via Dei* eſſet, qui Legem ejus meditatus fuerat: ſed ita doceri cupiebat, ut eam obſervaret. Non eſt Religio theoretica quædam diſciplina, quæ tota ab intellectu & memoria pendeat, ſed actuoſa; nec teneri cenſetur, niſi ab iis, qui præceptis ejus parent, quam in rem auxilium Dei hìc implorat David; quod multiplex eſt, pro genere vitæ, quod ſequimur, & neceſſarium præſertim Regibus, quos innumera cingunt peccandi pericula. Pro הורני horeni, *doce me*, habebat *Aquila* φώτισόν με, quaſi eſſet ab אור our, *fulgere*. Sed efferetur Imperativus Hiphil verbi אור, האירני *haireni*. Meliùs LXX. ὁδήγησον, & *Symmachus* ὑπόδειξον.

12. *Toto corde*] Vide notata ad Deut. IV, 29. VI, 5.

Gloriam tribuam nomini tuo] Gloriam tuam, ô Deus, qui Jehova, hoc eſt, promiſſa præſtans, vocaris, prædicabo.

13. *Me ex inferiore fovea*] נפשי משאול תחתיה napbſchi miſcheol thahhthijah, *animam meam è ſepulcro inferiore*. Certiſſimum eſt שאול eſſe tantùm locum profundiorem, ſepulcrum & ſtatum mortis; qua de re egimus ad Gen. XXXVII, 35. *Animam meam*, eſſe perinde ac me, non minùs notum. Vide ad Pſ. XVI, 10. Liberatus autem fuerat David à ſepulcro, quia ſæpiùs præſentiſſimo mortis periculo ereptus à Deo erat; cùm quæreretur à Saüle, aut in bellis, quæ geſſit, cum vicinis populis.

14. *Quæſiverunt animam meam*] Vitæ meæ inſidiati ſunt, conati ſunt mihi vitam eripere. Notum eſt loquendi genus.

Nec te ſibi in conſpectu ſuo poſuerunt] לא שמוך לנגדם *lo ſchamouchu lnegdam* Non reputant præſentem ubique eſſe Deum, atque ad ejus Leges componendam eſſe omnem vitam ſuam. Vide Pſ. X, 1. XVI, 8. XVIII, 23. LIV, 8.

Qui libenter gratificaris] חנון *hhannoun* gratificator, ſi ita loqui liceret, à חנן gratificatus eſt. Eſt epitheton ſolius Dei. Vide Exod. XXII, 27. XXXIV, 6. 2. Par. XXX, 9. &c. ſignificátque Dei beneficentiam meritis nullis, præteritis, præſentibus aut futuris, provocatam.

Magnus benignitate] Ut verſ. 14.

17. *Ede mihi ſignum bonitatis tuæ*] עשה עמי אות לטובה haſche himmi oth ltobah, *fac mihi ſignum bonitatis*; hoc eſt, ede miraculum quoddam, in mei gratiam; unde omnibus conſtet, te mihi bene velle, & incolumitatem largiri.

Quo conſpecto, inimici mei &c.] *Et videant oſores mei, & pudore* &c.] Ita ut eos pudeat, quòd eum oppugnarint, cui tu faves. Significatur inſignis aliqua liberatio, nec ſine divino miraculo facta; unde colligere poterant hoſtes Davidis, ſe θεομαχεῖν, dum eum perdere conabantur, quem Deus ſalvum & incolumem præſtabat.

Laus

Laus Sionis & populorum ad eam adgregatio.

1. FILIORUM CORACHI, CARMEN CANTICI. Fundamentum ejus *eſt* in PSALM.
montibus ſacris. 2. Jehova amat portas Sionis, plus quàm habitationes omnes LXXXVII.
Jacobi. 3. Glorioſa dicuntur de te, ô Urbs Dei. Selah.
4. Memorabo Ægyptum & Babylonem, *ait Deus*, inter eos, qui me noverint. En
Pa-

PARAPHRASIS.

1. CORACHIDARUM CARMEN. Templi Deo Sacri fundamenta jacta in montibus, qui collibus Jeroſolimæ cinguntur. 2. Creator præfert Sionem omnibus urbibus Iſraelitarum. 3. Sanè

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXXVII.

1. F*iliorum Korachi carmen*] לבני קרח מזמור *libne Korahh mizmor*; hoc eſt, Pſalmus factus a Korachita quopiam, aut ad Korachitas miſſus, ut eum canerent.

Fundamentum ejus] יסודתו *jeſoudatho*. Si nihil exciderit, initio hujus verſûs; pronomen ſuffixum referendum videtur ad vocem ציון *tſijon*, eáque voce intelligendus non ipſe mons, ſed tota Jeroſolima, ut paſſim. Hîc quidem maſculini generis eſt, quia ſermo eſt de *monte* הר *har*, qui eſt maſculini generis, quamvis συνεκδοχικῶς totam urbem ſignificet, qua de cauſa poſtea eſt fœminini. Oſtendit *Sal. Glaſſius* Phil. S. Lib. III. Tr. 2. Can. XI. aliquando pronomen relativum referri, non ad id, quod anteceſſit; ſed ad id, quod ſequitur. Eum adito. Vult ergo Pſaltes, fundamenta Jeroſolimæ jacta fuiſſe, in montibus Deo ſacris.

In montibus ſacris] *In montibus ſanctitatis.* Cùm Jeroſolimæ eſſet Templum, Deo ſacrum, tota urbs ei conſecrata cenſebatur. Ideò dicitur ἁγία πόλις Matth. IV, 5. XXVIII, 53. *Urbs Deo ſacra*, non ſanctimoniâ conſpicuâ. Montes autem dicuntur Morija, in quo Templum, Sion, & colles ejus partis urbis, quæ à *Joſepho* dicitur Acra; ſi modo, tempore Pſaltæ, ea pars Jeroſolimæ montibus jam erat clauſa. Nonnulla de ſitu eorum montium diximus ad Pſ. XLVIII. ubi hæc urbs laudatur.

2. *Portas Sionis*] Jeroſolimæ. Notum eſt *portas* pro urbibus uſurpari. Vide Pſ. IX, 15. LX, 18. LXII, 10. &c.

3. *Glorioſa dicuntur de te*] נכבדות מדבר בך *nichbadoth medubbar bach.* Prima vox eſt quidem pluralis numeri & fœminini generis, ſed hîc eſt neutrius; unde fit, ut ſequatur participium maſculinum, quod pro neutro etiam ſumitur, idque ſingularis numeri, quia *glorioſa* in plurali eſt pro *quavis re glorioſa.* Sic viri docti conſtructionem loci evolvunt, quaſi eſſet כָּל נִכְבָּד מְדֻבָּר *omne glorioſum dictum*; nec intercedo, ſed facilè anomaliæ, ut ſic loquar, Librariorum poſſunt in figuras Grammaticas mutari.

Urbs Dei] Ob Templum Dei ibi conditum. Sic & in Ægypto multæ urbes fuerunt Deorum, qui in iis colebantur, nominibus adpellatæ

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

4. *Memorabo Ægyptum* &c] Sunt hæc verba Dei. Ideò ſupplevimus: *ait Deus*, in ſequentibus, quod ſæpe omittitur. Vide ad Pſ. LXXXI, 7. Verba autem hæc videntur particula eſſe Prophetiæ, de vocatione Gentium ad cognitionem veri Dei; quæ Gentes eodem loco habendæ eſſent, ac ſi qui ex iis credituri eſſent, Jeroſolimæ cives forent. Quod tamen, non tam in Jeroſolima terreſtri, quàm in ſpirituali, hoc eſt, Eccleſia Chriſti, impletum eſt. Hic רהב *rahab* eſſe Ægyptum conſtat ex Pſ. LXXXIX, 11. & Eſaia, c. LI, 9. Sed quia *rahab* רהב *ſuperbiam* ſignificat, crediderunt Intt. eâ voce ideò deſignari Ægyptios, quod populus eſſent ſuperbiſſimus. At rectè vidit *Sam. Bochartus* Phal. Lib. IV. c. 24. רהב *rahab* & ריב *rib* idem eſſe, ut נחל *nahhal* & נחיל *nehhil*, hoc eſt, Nilus. Vocant autem Arabes inferiorem Ægyptum אלריב *elrib*, aut, ut pronunciant, *errib*, pyrum, quòd τὸ Δέλτα, ut eam Ægypti partem vocant Græci, pyri figuram aliquo modo referat. *Ptolemæi* Tabulas adſpicienti ſtatim adparet *Athribitis* Nomi Metropolin *Athribin* eſſe, in medio illo Nomo τοῦ Δέλτα. Inde autem dicta ea urbs, quòd eſſet veluti *cor pyri*, ut ex *Orione* vetere Grammatico Ægyptio docet Etymologici Magni Auctor, cujus hæc ſunt verba, quorum partem tantùm exſcripſit *Bochartus*: Ἀθρειβὶς πόλις Αἰγύπτου γράφεται καὶ Ἀθλιβὶς, ἧς ὁ πολίτης Ἀθλιβίτης. Νικάνωρ δὲ διὰ τοῦ Ρ. τὸ (lege τοῦ) Δέλτα, ὃ νησονομίτης Αἰγύπτου, ἐστὶ κεφαλὴ, κ̓ ὡς καρδίας σχῆμα τῷ περιεχομένῳ Νείλῳ μεθυσκόμενον (lege μεθυσκομένου) ὅπερ εἴ τις Ἑλληνιστὶ βούλοιτο φράζειν οὐκ ἄλλως ἔχοι λέξαι πλὴν καρδίαν ἀπίου. (ſic rectè *Bochartus*, pro ἀπίαν) οὕτως Ὠρίων. *Athribis, urbs Ægypti, ſcribitur etiam Athlibis, cujus civis Athlibita. Nicanor autem per* R. *ſcribit, τοῦ Delta, id eſt, inſularis Ægypti, eſt caput; inſtar figuræ cordis Nilo cinctis, qui eo rigantur. Unde Nomum vocant Athritin, quod ſi quis velit Græcè exprimere, non aliter poſſit dicere, quàm cor pyri.* Vide & *Stephanum*, de Urbibus in Ἄθλιβις, ubi etiam à *Nicanore*, cui *Arabonem* addit, ſcribi obſervat per R. & quidem rectè, nam ἀθ vel ἑθ eſt *cor*, ut ſcribit *Horus* Hieroglyph Lib. I. c. 7. & ῥὶβ vel ῥιβὶ *pyrum*. Poſſit tamen fieri, ut oraculum ſimul adludat ad Ægyptiorum *ſuperbiam*.

Babylonem] Potuit quidem fieri, ut Judæi, qui in Babylonia ingenti numero erant, quoſ-

 dam

Palæſtinam & Tyrum cum Madianitide: *de multis feretur*: hic natus eſt illic. [4]. De Sione quoque dicetur; quivis in ea natus eſt, atque Altiſſimus ipſe eam firmabit. [6]. Jehova numerabit, in deſcriptione populorum: hic natus eſt illic. Selah. [7]. Cantores ut tibicines, omnes fontes *familiarum mearum* in te.

Preces in graviſſima calamitate Hebræorum, quæ deſcribitur.

PSALM. LXXXVIII. 1. CANTICUM CARMINIS FILIORUM CORACHI, AD MACHALATH, PRÆFECTO, AD RESPONDENDUM, *Carmen* ERUDIENS HEMANIS EZRACHITÆ. [2]. O Jehova, Deus ſalutis meæ, interdiu & noctu coram te

3. Sanè res glorioſæ de te, ô Jeroſolima, prædicantur. Selah.

4. *Memorabo, ait Deus*, inter eos, qui me aliquando coluere, Ægyptios, & Babylonios; adde & Palæſtinæ incolas, *Tyrios*, & *Madianitas*, (*quod contigit, poſtquàm Iſraëlitæ inter eos populos ſparſi fuerant.*) & multorum Iſraëlitarum judicabitur patria, quæ erit apud eos populos. 5. Quinimò Jeroſolima fiet patria multorum alienigenarum, 6. nec tamen Deus ab ea alienabitur, aut alienigenarum loco habebit. Selah.

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM CORACHIDARUM à duobus choris canendum, alterum Hemanis Ezrachitæ, à quo reſpondetur. 2. ô Creator, Numen ſalutiferum, quod interdiu & noctu invocavi,

3. pre-

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXXVII.

...dam Babylonios, præſertim à temporibus Danielis, quibus Babylonii agnoverant Dei Iſraëlis θεότητα, ad Judaicam Religionem adduxerint; ſed multò plures, ex toto Oriente, Chriſtiani poſtea fuerunt.

Inter eos, qui me norunt] ליודעי ljodehai, *noſcentibus me*, ſed ל etiam *inter* ſignificat. Vide Num. III, 40 & *Chr. Noldium* ad ſignif. XIX. particulæ.

Cum Madianitide] עם כוש *him Chouſch*. Sic dici Madianitidem oſtendimus ex *Bocharto* ad Gen. X, 6.

De multis feretur] Hoc addidimus perſpicuitatis, & ſervandæ conſtructionis causâ, quaſi ſcriptum eſſet: de multis Philiſtææ, Tyri & Madianitidis indigenis, *dicetur*, *hic natus eſt illic*; nempe, Jeroſolimæ, ſeu in Eccleſiam Chriſtianam adſcribetur, Deóque non minùs gratus erit, quàm ſi à priſcis Patriarchis proſapiam ſuam traheret.

5. *Quivis*] איש איש *iſch iſch*, quiſque; hoc eſt, quivis, è quacumque Gente natus ſit, non minùs eſt civis Sionis, ſeu Jeroſolimæ ſpiritualis, quàm ſi in ea natus eſſet. *Symmachus* rectè καθ' ἕκαστον, cùm alii habeant ἀνὴρ, ἀνήρ.

Eam firmabit] Quod non fecit Deus Jeroſolimæ terreſtri, niſi ad breve tempus; ſed per multò plura ſæcula Jeroſolimæ ſpirituali, quæ ad finem etiam omnium rerum perennabit.

6. *In deſcriptione populorum*] בכתוב עמים bichtob hammim, *in ſcribendis populis*; hoc eſt, cùm veluti eorum cenſum aget, qui Jeroſolimam ſpiritualem ingreſſi fuerint, & quaſi indigenæ habebuntur, non quaſi adſcriptitii cives.

Cantores &c] ושרים כחללים כל מעיני בך *veſcharim chebbolelim chol mahjanai bach*. Verba ſingula intelligimus, ſed quid ſibi hic velint, fatemur nos ſcire juxta cum ignariſſimis. LXX. Int. ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν σοί. Aut valde corruptum habuerunt exemplar, aut à librariis graviter hìc peccatum crediderunt. Primùm enim deleverunt ושרים *& cantores*; deinde כחללים, quod eſt aut *tripudiantes*, aut *tibiâ canentes*, verterunt *lætantes*, impropriè; denique, pro מעיני *mahjanai*, legerunt מעון *mahon*, quod *habitationem* ſignificat. Si quid mutandum foret, mallem legere מעונים & vertere: *omnes habitationes, quæ ſunt in te, ſunt cantantium, & veluti tripudiantium*; ut hilaritas Jeroſolimitanorum perpetua, propter frequentia ſacra, quæ in ea urbe fiebant, commorationémque Regum, deſcribatur. Quod confirmari partim poteſt auctoritate Chaldæi Int. qui habet: *Et dicunt cantica in choris, omnes ſpecies laudis ad ſacrificia dicuntur in medio tui.* Obſtat tantùm vox *fontes mei*. *Aquila* vertit: καὶ ᾄδοντες ὡς χοροὶ πᾶσαι πηγαὶ ἐν σοί. *Symmachus* verò: καὶ αἰνοῦντες, ὡς ἐν αὐλοῖς, πᾶσαι αἱ πηγαὶ ἐν σοί. *Hieronymus*: *& cantores quaſi in choris, omnes fontes mei in te.* De quibus certi nihil pronunciare poſſumus, niſi hæc verba videri eſſe Pſaltæ ipſius, non Dei.

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXXVIII.

1. *AD Machalath*] Vide Pſ. LIII, 1. Alibi non legitur. LXX. vocem ſervant. *Aquila* ἐπὶ χορείας, *Symmachus* διὰ χορῶν. *Fortè ad tibiam.*

Ad reſpondendum] לענות *lehannoth*. Ut alternis canatur choris, unus, nempe, verſiculus ab uno choro, alter ab altero, qui invicem reſpondeant. Vide Exod. XV, 20. XXXII, 18. 1. Sam. XVIII, 7.

Hemanis] להימן *le Heman*. Fuit Heman nepos Samuelis Prophetæ, è familia Kehatitarum; qua de re vide, 1. Ephem. VI, 33. idémque cantor & præfectus cantorum, tempore Davidis, Ib. XXV, 1, 6. imò etiam *Videns Regis*, in

clamavi. 3. Veniat ante faciem tuam oratio mea, ad clamorem meum aurem tuam inclina. 4. Nam malis ſatiatus eſt animus meus, & vita ſepulcrum adtigit. 5. Habitus ſum inſtar eorum, qui deſcendunt in foveam; viri inſtar, quem defecerunt vires. 6. Inter mortuos ſemotus, ut confoſſi, qui jacent in ſepulcro, quorum nulla eſt ampliùs apud te memoria, quíque à manu tua exciſi ſunt. 7. Poſuiſti me in foſſa inferiore, in tenebris, quæ in profundis locis. 8. Mihi incubuit excandeſcentia tua, & omnes fluctus tui me adflixerunt. Selah. 9. Amoviſti notos à me; feciſti, ut iis abominandus evaſerim; clauſus ſum, nec egrediar. 10. Oculi mihi dolent, præ adflictione, invocavi Jehovam quotidie, & ad te palmas meas tetendi. 11. An in mortuorum

3. preces meæ ad te perveniant, nec aures occlude clamoribus meis, ſed me exauditu; 4. nam malorum ſatietas me cepit, animúſque meus eſt mortis avidus. 5. Me adſcripſerunt eorum numero, qui in foveam deſcendere parati ſunt, quippe quem defecerunt vires. 6. Itaque ſunt, quaſi jam mortui, ut qui jacent in ſepulcro, quorum nulla eſt apud te memoria, & quorum vita à te eſt ablata. 7. Nunc verò, quamvis vivus videor eſſe ſepultus, atque in tenebris ſepulcri jacere. 8. Mihi ira tua incumbere videtur, & omnes fluctus me adfligere. Selah. 9. Amoviſti à me amicos, qui me abominati ſunt; dumo clauſus domi maneo, nec egredi ex ædibus ſuſtineo. 10. Oculi mihi dolent præ lacrimis effuſis in mœrore, nec eo feciùs invocavi te quotidie, & palmas ad te tetendi. 11. An miracula facis in gratiam mortuorum? an

in verbis Dei, Ib. verſu. 5. Sapientia ejus ſummupere laudatur 1. Reg. IV. 5. ubi, ut, Salomonis ſapientia extollatur, ipſo Hemane ſapientior dicitur. Hic ergo erit Pſalmi hujus auctor.

Ezrachitæ] האזרחי *baezrahbi*. Videtur fuiſſe ejus patria, quamvis ubi locus ſitus fuerit non conſtet. Poſſit & quis ſuſpicari *Ezrachum*, fuiſſe principem ejus familiæ. Sed præſtat tacere, quàm hariolari.

2. *Interdiu & noctu* &c.] *Interdiu clamavi, noctu coram te.*

3. *Veniat ante faciem tuam*] Ex Regum uſu deſumtum, in quorum conſpectum libelli ſupplices adferebantur, antequàm reſponderent.

4. *Vita ſepulcrum adtigit*] Parum abfuit, quin interirem & ſepelirer.

5. *Quem defecerunt vires*] אין איל *en ejul*, pro אשר אין איל לו *aſcher en ejal lo*, *cui nulla eſt vis*, aut *fortitudo*.

6. *Inter mortuos ſemotus*] במתים חפשי *bammethim bhophſchi*, in mortuis liber; hoc eſt, ſemotus inter mortuos, ut qui habitabant *bebeth babhophſchith* בבית החפשית, in domo libera, hoc eſt, ſemota ab aliis. Vide 2. Reg. XV, 5. Alioqui poſſint dici *liberi*, à vitæ, nempe, moleſtiis, mortui, ſed eò ſpectare non videtur Pſaltes.

Nulla ampliùs eſt apud te memoria] אשר לא זכרתם *aſcher lo zechartbum*, quorum non meminiſti. Vide ad verſ. 11.

Quíque à manu tua exciſi ſunt] והמה מידך נגזרו *vehemmah mijjadecbu nigzaron*; hoc eſt, quod exciſi ſunt, id à manu, ſeu potentia tua eſt profectum. Nam מן propriè originem ſignificat, aut terminum à quo, ut loquuntur. Vide Lam. II, 9. ſimilia loca.

7. *Poſuiſti me* &c.] Hoc eſt, paſſus es me poni à malis viris, in præſentiſſimo mortis periculo. Deus non rarò facere dicitur, quod patitur fieri. Vide *Glaſſium* de Verbo Cap. XI.

In foſſa inferiore] בבור תחתיות bebor thahhtijoth, *in foſſa inferiorum rerum*. Nam תחתיות eſt neutrius generis, aut refertur ad nomen fœminini.

In tenebris, quæ in profundis] במחשכים במצולות bmahhaſchachim bimtſoloth, *in tenebris*, *in profunditatibus*; hoc eſt in tenebris, quæ in profundioribus ſepulcris, aut cryptis. Unde natæ ſunt, apud Poëtas, deſcriptiones infernarum tenebrarum. Vide ad Job. X, 22.

8. *Mihi incubuit excandeſcentia tua*] עלי סמכה חמתך halai ſamecha bhamathecha, *ſuper me innixa eſt ira tua*; quod gravitatem incumbentis & veluti prementis calamitatis ſignificat.

Selah] Vide ad Pſ. III, 3.

9. *Amoviſti notos à me*] Calamitate mihi immiſſâ, effeciſti, ut me fugerent ii, qui me norant, quaſi renunciatâ amicitiâ.

Feciſti, ut iis abominandus evaſerim] *Poſuiſti me abominationes eis:* Parum fidi erant amici, qui infelicem amicum oderant, quod nec probiores paullò Ethnici faciebant.

Clauſus ſum &c.] Me clauſum domi continui, cùm in publicum procedere non ſuſtinarem; ne me amicorum antea meorum, ſed nunc ſpretorum ludibrio exponerem.

10. *Oculi mihi doluerunt*] *Oculus meus doluit*. Vide Job. XI, 20. XVII, 2. & alibi. Latini dicunt iis *oculos dolere*, qui, quod ſibi diſplicet, vident, ut omnibus notum. LXX. Int. *οἱ ὀφθαλμοί μου ἠσθένησαν*, præ lacrimis. *Symmachus ἐξέῤῥευσε defluxit.*

11. *Num vita functi reſurgent?*] אם רפאים יקומו *im rphaïm jakoumon*. Sic dicuntur *mortui* à רפה *raphab*, defecit, deſiit. Vox hæc *mortuos* ſignificat, Proverb. II, 17. IX, 18. XXI, 16. Eſai. XIV, 9. XXVI, 14. & alibi. Mirum eſt, hoc LXX. Int. ignotum fuiſſe, qui habent hîc *ἰατροὶ*, quaſi eſſet רופאים ropheïm, *ſanantes*, quo nomine medici vocantur. Sic & Interpretes aliquot Orientales. Alibi vertunt *γίγαντας*, aut *γηγενεῖς*, etiam ubi manifeſtò *mortui* deſignantur. *Aquila & Symmachus* etiam *θεομάχους*, nec uſquam, quatenus quidem ex reliquis fragmentis intelligere licet, *θανόντας*, aut *τεθνηκότας*. Verum eſt, רפאים interdum eſſe Gigantes, ſed non ubi de mortuis ſermo eſt. Ceterùm hæc verba & ſequentia ſunt hominis, cui animi immortalitas & corporis reſurrectio ignotæ erant. Nec dixeris eum loquutum de tempore hujus vitæ, quam homines in terris, ante poſtremum Judicium, agunt; nam præterquàm quòd ſine exceptione loquitur, locus erat opportunus adhibendi ſolatii, deſumti ex immorta-

rum gratiam mirabilia facis? num vita functi reſurgunt & te laudant? Selah. 12. In ſepulcróne narratur benignitas tua, & veracitas tua, in ſtatu, in quo ſunt qui perierunt? 13. An in tenebris innoteſcunt mirabilia tua, & juſtitia tua, in terra oblivionis? 14. Ego verò te, ô Jehova, inclamavi, & mane preces meæ anteverterunt te. 15. Quare, Jehova, amoviſti me, & faciem tuam mihi occultaſti? 16. Pauper ego & morti proximus; à juventute, tuli terrores tuos, *ut* animi dubius fuerim. 17. In me ex-

an vita functi? an reſurgunt, ut te laudent? Selah. 12. An mortui celebrant benignitatem & veracitatem tuam in ſtatu, in quo ſunt? 13. An in tenebris ſepulcri poſſunt tua mirabilia & juſta facta ſcire, & in ſtatu oblivionis? 14. Ego verò te ſummo mane invocavi, & preces meæ antevertere eas, quæ, ſtato tempore, tibi offerri ſolent. 15. Quare, ô mi Creator, paſſus es me amoveri à cultu tuo publico, cui me adeſſe non patiuntur inimici mei. 16. Pauper ſum, & morti proximus; à juventute expoſitus fui terroribus, qui mibi objiciebantur. 17. In me, ô Deus, exarſit ira tua, & terrores mihi à te immiſſi propemodum mihi mortem crearunt. 18. Cir-

litate animi & reſurrectione corporis; quâ unâ ſpe, poſt ea dogmata revelata, nitimur ad conſtanter adverſa ferenda. Quis non videt, à meliora edoctis, potuiſſe reſponderi Pſaltæ, à Deo, non nunc quidem, ſed olim, *in gratiam mortuorum mirabilia factum iri*, cùm eos excitabit atque æternâ beatitudine donabit, & tum demum *vita functos*, eâ recuperatâ, *Deum laudaturos*? Quis negat nunc mortuos ſentire *benignitatem*, *veracitatem*, & *juſtitiam* Dei? Quis Deo non gratias agit, ob ſpem alterius vitæ bonorum factam, juſtitiámque ejus non laudat, quòd de malis ſupplicia ſit ſumturus? Quis denique, poſt Evangelii revelationem, loquatur, ut Pſaltes, quamvis ſtatus mortuorum, dum ſæculum præſens durat, non alius ſit, quàm qui olim fuit?

12. *In ſtatu, in quo ſunt qui perierunt*] באבדון *baabaddon*, in pernicie. Circuitione uſi ſumus, ut clariùs loqueremur.

13. *Innoteſcunt mirabilia tua*] *Innoteſcet mirabile tuum*. Tum maximè innoteſcit, cùm animi immortales, corpore mortali exuti, ſentiunt ἀρραβῶνα miſericordiæ & gratiæ divinæ, quæ in hac vita ſperantur tantùm. Locus erat omnino ſolandi bonos, & caſtigandi malos, qui præſentibus bonis inſoleſcebant, ſpernebántque meliores. Si immortalitas animi, reſurrectio corporis præmiáque & pœnæ innotuiſſent; flagitium fuiſſet, talia, in hujuſmodi occaſionibus, diſſimulare, aut etiam paſſim non inculcare. Quis ferret ita ſe hodie gerentes Theologos? Quis non eos, propter bona alterius vitæ, perpetuò gratias agere oportere intelligit? Verùm iis temporibus, pro modulo cognitionis, loquebantur pii; nec carpi poſſunt, quòd res tantas, ſine revelatione, non inculcarent. Alitérne nos feciſſemus, ſi iis temporibus vixiſſemus?

14. *Mane preces*] *Oratio mea*. Cùm nemo beneficia divina antevertat, aut antevertere poſſit, ut eſt apud Jobum XLI, 2. útque res ipſa oſtendit, crediderim Pſaltem hoc unum velle ſe matutino tempore, ita maturaſſe preces ad Deum fundere, ut cultum ejus publicum, qui in Templo peragebatur, anteverteret, ſeu primus omnium Deum precibus adiret. Vid XCV, 2.

15. *Amoviſti me* &c] תזנח נפשי thiznahh naphſchi, *amoviſti animam meam*; hoc eſt, me à te amandaſti, quaſi ſperneres. Vide Pſ XLIV, 10. 24. LXXIV, 1. Vox למה lammah, *quare* hîc non eſt cauſam ignorantis; nemo enim neſcit, ſatis peccatorum admiſiſſe ſe, ut à Deo rejiciatur, ſi Deus jure ſuo uti velit; ſed querentis calamitates ſuas, eo quòd non eſſet iis dignior, quàm multi alii, qui ſecundis rebus fruebantur. Sæpiùs occurrit hæc querimonia in Pſalmis, ut XXII, 2. XLIII, 2. LXXX, 13. Ejuſmodi querelas Deus fert in ſuis, ſi modò adquieſcant in Providentiæ Divinæ ſapientia, & conſtanter eum, quaſi unicum ſuum perfugium, precibus adeant. Chriſtus ipſe, conſummatæ Religionis exemplar & norma, ſimiles querelas in cruce fudit; cùm minimè ignoraret, cur Deus eum tali ſupplicio adfici pateretur, proptereáque ipſe in mundum veniſſet.

16. *Morti proximus*] גוע goveah, *exſpirans*, id eſt, periculo mortis objectus. LXX. Intt. ἐν κόποις, *Symmachus* ἐκλείπων.

A juventute] מנער *minnahar*, quod poſſit verti *ab adoleſcentia*, vel etiam *à pueritia*. Vid. Job XXXIII, 25. & Prov. XXIX, 21.

Terrores tuos] אמיך *emecha*; hoc eſt, varios timores à te mihi objectos. Qui quinam eſſent ſciremus, ſi vita Hemanis nobis notior eſſet; niſi quis velit ab Hemane, in gratiam Davidis, hunc Pſalmum eſſe ſcriptum, eúmque loquentem induci.

Ut animi dubius fuerim] אפונה *aphounah*. Exſtat tantùm in hoc loco verbum hoc, nec ullum adfine habet, in vicinis Hebraïcæ Linguis. Cùm verò particula פן *phen* interdum ſit dubitantis, & *ne fortè* vertatur, conjecerunt viri docti, פון ſignificaſſe *animi dubium eſſe*. Certè LXX. Intt. verterunt hîc: ἐξηπορήθην, *dubius animi fui*. Hieronymus: *conturbatus ſum*. Nec malè loco convenit hæc ſignificatio, qui enim terroribus exagitatur, incidit facilè in ἀπορίαν, ſeu dubitationem de ratione; quâ ex anguſtiis, quibus premitur, ſeſe expedire poſſit. Itaque in hoc ſignificatu adquieſcemus interea, dum certius aliquid inveniatur. *Symmachus* cùm vocem non intelligeret, eam omiſit, ſi verba ejus ſana ad nos pervenerunt.

17. *In me excanduit ira tua*] עלי עברו חרוניך halai haberou hharonecha, *in me incenſæ ſunt iræ tuæ*, hoc eſt, indicia iræ, vel juſtitiæ tuæ undequaque emicuerunt. LXX. Intt. ἐπ᾽ ἐμὲ διῆλθον αἱ ὀργαί σου. *Symmachus*: κατ᾽ ἐμοῦ ... ἐμοῦ ... αἱ ὀργαί σου. Hieronymus *tranſierunt* Adtenderunt ſolitam poteſtatem verbi עבר habar, *tranſiit*. Sed תעבר *thihbar* eſt *ardebit* verſ. 47. עברה hebrah *iram* non infrequenter

excanduit ira tua, & terrores tui conciderunt me. [18]. Circumdederunt me quotidie, inſtar aquæ *exundantis*, circuiverunt me ſimul. [19]. Amoviſti à me mei amantem & ſocium, noti mei *in* tenebris latent.

Laudes & beneficia Dei in Iſraëlem, promiſſáque, Davidis familiæ edita, à Pſalte commemorantur, & preces enixè ad Deum funduntur.

1. CARMEN ERUDIENS ETHANIS EZRACHITÆ. [2]. Beneficia Jehovæ PSALM.
in perpetuum canam; in ætates futuras veracitatem tuam ore meo patefaciam; LXXXIX.
[3]. quia dixi benignitatem in æternum ſtaturam, & in cœlis te veracitatem tuam confirmaturum. [4]. Pepigi, *inquis*, fœdus cum electo meo, juravi electo meo, Davidi ſervo meo: [5]. In perpetuum ſtabiliam poſteritatem tuam, & in futuras ætates ſolium tuum firmabo. [6]. Cœli mirabilia tua, ô Jehova, *& homines* etiam veracitatem tuam, in ſanctorum cœtu, laudabunt? [7]. Quis enim in æthere ſe cum Jehova componet? aut

18. Circumdederunt me quotidie, inſtar aquæ exundantis, ſimulque me cinxerunt. 19. Mei amantes à me amoviſti, & qui me norunt, ideóque mihi amici latent.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN erudiens ETHANIS Ezraïthæ. 2. Semper beneficia Creatoris celebrabo, atque veracitatem ejus laudabo in ætates futuras; 3. quandoquidem dixi benignitatem æternùm duraturam, atque è cœlis veracitatem tuam te confirmaturum eſſe. 4. Pepigiſti, ut ais, æternum fœdus, atque in cœlis veridica tua promiſſa confirmaturum. 4. Pepigiſti, ut ais, fœdus, cum electo tuo Davide, cultore tuo, interpoſito jurejurando, quo pollicitus es, te illi faviturum. 5. In perpetuum ſtabiliam, inquiebas, tibi poſteritatem tuam, atque in omnes ætates futuras confirmabo dignitatem tuam regiam.

6. Cœlorum incolæ miranda tua opera, ô Creator, & homines prædicabunt laudes tuas, in ſanctorum cœtibus, in quibus te extollent. 7. Quis enim

ter ſignificat, & התעבר *hithhabber*, in *Hithpahel*, *excanduit*. Pſ. LXXVIII, 62. Pſ. LXXXIX, 39. & alibi, unde intelligere licet, verbum hoc idem ſignificaſſe, & quidem in hoc loco, ubi de *ira* ſermo eſt.

Conciderunt me] צמתתוני *tſimmethuthouni*, pro צמתוני *tſimmethouni*, exſciderunt me. Duplicatam ultimam radicalem aiunt, ut ſignificaretur certius, aut majus infortunium. Fortè eſt mendum. Vertimus *conciderunt*. LXX. *ἐξετάραξάν με*. *Symmachus*: *κατεσιώπησάν με*. Hieronymus: *oppreſſerunt me*

18. *Inſtar aquæ exundantis*] Addidimus *exundantis*, quia de ejuſmodi aqua agitur, quæ terret, nec facilè vitari poteſt. Notum eſt calamitates, quas vix evadere licet, deſcribi ſub imagine multæ aquæ, & quidem in Pſalmis. Vide ad Pſ. LXIX, 2.

19. *In tenebris latent*] מחשך *mahhſchah*. Supplendum cenſuimus ב, quod paſſim ſubauditur, & addidimus *latent*, nullum eſt enim hîc verbum. Innuit Pſaltes, amicos ſuos non auſos in publicum progredi, propter ipſius calamitatem, quam amoliri ab eo non poterant; aut etiam amicitiam ei diſſimulaſſe.

COMMENTARIUS

In PSALM. LXXXIX.

1. E*Thanis*] Is Ethan vir fuit ſapientiſſimus, cujus mentio fit, ut & Hemanis, 1. Reg. IV, 31. Levita fuit è poſteris Meraris, ut liquet ex 1. Par. VI, 44. idémque Cantoribus à Davide præfectus, Ib. XV, 17.

Ezrachitæ] Vide ad Pſ. LXXXVIII, 1.

2. *Beneficia Jehovæ*] חסדי יהוה *hhaſde Jehovah*, quibus verbis credidi non tam *beneficentiam* Jehovæ, quàm ejus *beneficia* ſignificari; quia ſic צדקה *tſedakah* in ſingulari *juſtitiam* צדקות in plurali *juſtè facta*: גבורה *ghourah*, potentiam, גבורות potenter facta ſignificant.

In ætates futuras] לדר ודר *ldor vador*, in ætatem & ætatem.

3. *In æternum ſtaturam*] עולם יבנה *holam jibbaneh*, in æternum (pro לעולם *leholam*) ædificabitur, vel ædificata erit; hoc eſt, ſtabit, ut ædificium firmis fundamentis nixum & duro lapide ſtructum, quod ſartum tectum diligenter ſervatum, per multa ſecula durat.

In cœlis te &c.] *Cœli, firmabis veritatem tuam in illis*, pro in cœlis.

4. *Pepigi, inquit*, &c.] Hîc ſupplevimus, *inquis*, quod, ubi proferuntur Dei verba, ſæpe omittitur. Vide Pſ. LXXXI, 7. Pro *pepigi* eſt Hebraïcè כרתי *charatthi*, ſcidi, cujus rei rationem vide ad Gen. XV. 10.

5. *Solium tuum firmabo*] בניתי לדר ודר כסאך banithi ldor vador chiſacha, *ædificavi in ætatem & ætatem thronum tuum*; id eſt, regiam dignitatem in poſteris tuis ſartam tectam ſervabo.

6. *Cœli mirabilia tua*] *Mirabile tuum*. Vide Pſ. XIX, 2.

Et homines] ſupplevimus ובני אדם oubne adam, *& filii hominum*, nam hi ſoli laudant in ſanctorum cœtu Dei veritatem. Coacta eſt eorum interpretatio, qui hæc de Angelis intelligunt.

7. *Quis enim in æthere* &c.] בשחק *bſchahhak*, quod paſſim ſuperiorem aëris partem, hoc eſt, æthera

aut ſimilis dicetur Jehovæ, inter filios Deorum? 8. Deus eſt formidandus in arcano, *&* magno *cœtu* ſanctorum, & colendus inter omnes, qui circa eum ſunt. 9. O Jehova, Deus exercituum, quis inſtar tui potens eſt, Jah? & veracitas tua circa te eſt. 10. Tu dominaris elationi maris, cùm adtolluntur fluctus ejus, tu eos compeſcis. 11. Tu quaſi confoſſum hominem, Ægyptum fregiſti, & vi potentiæ tuæ disjeciſti hoſtes tuos. 12. Tui ſunt cœli, tua eſt etiam terra, orbis *terrarum*, & quod eum implet; tu hæc fundaſti. 13. Septemtrionem & Meridiem tu creaſti, Thabor & Chermon nomine tuo perſonabunt, 14. Tibi brachium eſt cum potentia, firma erit manus tua, adtolletur dextra tua. 15. Juſtitia & jus ſunt fulcrum ſolii tui, benignitas & fides

enim in æthere ſe æquaret Creatori, aut ſe cum eo componeret? Quis ei ſimilis diceretur inter eos, qui vocantur Filii Dei. 8. Deus eſt formidandus, in arcano & magno cœtu Sanctorum.

9. O Creator, Deus exercituum: quis potentiam tuam æquat? quis veracitatem tuam æternam imitari queat? 10. Præes tumidis maris fluctibus, quos tumidos, quoties viſum eſt, compeſcis. 11. Tu tumentem ſuâ potentiâ Ægyptum, inſtar unius viri compeſcis. 12. Sunt tui Cœli, eſt tua Terra, orbis totus & quæcumque in iis ſunt, omnes ſunt tuæ Creaturæ. 13. Creaſti quidquid eſt ad ſeptemtriones atque ad meridiem, Thabor & Chermon nomine tuo perſonabunt. 14. Brachia

æthera ſignificat. Reſpicit ad Angelos. Vide Pſ. XL, 6. LXX. Intt. τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ, *Symmachus*: τίς γὰρ ἐν αἰθέρι ἀντιπαραθήσεται τῷ κυρίῳ. Aptiùs, nam ערך *barach*, ſæpe eſt aciem contra alium ſtruere, quaſi, æquo ſaltem Marte, contra eum pugnari poſſet. Vide 2. Sam. X, 9. ubi eſt ἀντιπαρατάξασθαι.

Inter filios Deorum] בבני אלים *bibne elim.* Eorum, nempe, ſedes eſt in æthere, unde liquet Angelos hîc debere intelligi; qui *filii Deorum* dicuntur,* non quaſi ab Angelis, qui *Dii* vocantur, nati ſint, ſed idiomate Linguæ Sacræ, quo *Dii* & *filii Deorum* idem ſonant, ut υἷες Ἀχαιῶν, ſunt ipſi Græci, & υἱοὶ ἰατρῶν ipſi Medici, quamvis ab aliis, qui nec à Græcis, nec à Medicis eſſent nati. LXX. Intt. & *Symmachus* habent υἱὸς Θεοῦ, & Hieronymus *filios Dei*. Sed neſcio an אלים uſquam dicatur de vero Deo, ut אלהים.

8. *Formidandus*] נערץ *nabarats.* Vide Pſ. X, 18. Eſa. VIII, 12, 13. LXX. Intt. ἐνδοξαζόμενος, *Aquila* καλιχορδόμενος, *Symmachus* ἀήττητος, Hieronymus; *inclytus*. Omnes ex conjectura, non ex uſu vocis.

In arcano & magno cœtu ſanctorum] בסוד קדשים רבה bſod Kdoſchim rabbah, *in arcano ſanctorum multo*, aut *magno*. Objiciunt huic verſioni, vocem סוד eſſe aliàs maſculini generis, ſed nihil vetat, quin ſit etiam fœminini, ut multa alia nomina. Durum videtur רבה *rabbah* hîc adverbii locum obtinere, conjungi enim deberet cum נערץ, quod remotum eſt. Crediderim hoc adjectivum, κατὰ τὸ σημαινόμενον conſtrui, cum סוד, quod hîc eſt idem ac עדה *hedah* congregatio, & ſententiam eſſe, timeri Deum, in arcano & magno cœtu Hebræorum. Dicitur cœtus Iſraëlis סוד *arcanum*, non quòd clam, ſed quod ſeorſim ab omnibus aliis populis haberetur, quamvis magnus eſſet; cujus vocis vim ut exprimeremus, coacti ſumus addere *&*, quia uſi ſumus duobus epithetis; nec potuiſſet intelligi, *in arcano magno*. סוד autem non *arcanum* quid tantùm, ſed *cœtum* etiam ſignificare docebunt Lexica. LXX. Intt. ἐν βουλῇ ἁγίων & poſtea μέγας (legentes רב rab) conjungunt cum ſequentibus, non abſurdè. *Aquila*, ἐν ἀπορρήτῳ ἁγίων πλήθους, neglectâ conſtructione. *Symmachus* ἐν ὁμιλίᾳ ἁγίων πολλῇ, meliùs: ſive רב legerit, ſive רבה, ut nunc eſt in Codd. noſtris, ob rationes adlatas.

Per omnes, qui circa eum ſunt] על כל סביביו *hal chol sbiban.* Hîc סביבים *sbibim*, ſunt populi circumquaque Chananææ vicini, quos ſæpe terruerat Deus. Vide Pſ. LXXVI, 12. LXX. Intt. ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ. Sic & *Aquila*, niſi quòd habet κύκλῳ. *Symmachus*, ἐν πᾶσι τοῖς περὶ σεαυτὸν, vult enim Deum hîc compellari. Hieronymus: *in cunctis, quæ circa eum ſunt.*

Potens] חסין *hhaſin.* LXX. Intt. δυνατὸς, Hieronymus: *fortiſſimus*. Quæ ſignificatio confirmatur Linguarum Syriacæ & Arabicæ uſu.

Veracitas tua circa te eſt] אמונתך סביבותיך *emounathcha sbibothecha*, veritas tua circa te; hoc eſt, cinctus es veritate, omnia dicta tua vera ſunt.

10. *Dominaris elationi maris*] Superbiæ populorum, qui maris ad inſtar fremunt, atque extolluntur. Poteſt tamen etiam ad mare Rubrum reſpici.

11. *Ægyptum*] רהב *rahab*, de qua voce vide dicta ad Pſ. LXXXVII, 4. Quæ aptè hîc adduntur, præſertim ſi hic Pſalmus ad Seſoſtris tempora ſit referendus.

12. *Fundaſti*] Creaſti, metaphora ab ædificiis à fundamento inchoatis & abſolutis.

13. *Septemtrionem & Meridiem* &c.] Septemtrionales & meridianas oras. ימין *jamin* eſt pro meridie, quia, ut notum, ſpectanti ortum, ad *dextrum* eſt meridies; unde קדם *Kedem*, oriens, quaſi antica pars, אחור *ahhor*, occidens, quaſi poſtica dicuntur.

Thabor & Chermon] Prior mons in Judæa, ad occaſum Jordanis; poſterior in Syria, ad ortum; quorum nominibus occidentales & orientales terræ deſignantur. Optimè hæc expreſſit *Georg. Buchananus*:

—— Aquilo tibi ſervit & Auſter,
Thabor & Occiduum qui condit vertice ſolem,
Quique rubet radiis Hermon tepefactus Eois
Lætitiâ exſultant.

Nomine tuo perſonabunt] בשמך ירננו *biſchmecha jerannenou*, in nomine tuo lætas voces emittent, nomine tuo à nobis invocato & laudato reſonabunt.

15. *Fulcrum ſolii tui* &c.] Perinde eſt ac ſi dice-

fides ante faciem tuam incedunt. 16. Feliceem populum, qui *tubarum ſacrarum* clangorem novit! ô Jehova, in lumine faciei tuæ incedent. 17. Nominis tui cauſâ quotidie exſultabunt, & propter juſtitiam tuam extollentur; 18. quia tu es roboris eorum gloria, & favore tuo cornu noſtrum extollis; 19. & quia Jehovæ eſt ſcutum noſtrum, & Sanctus Iſraëlis Rex noſter.

20. Tunc adloquutus es, in viſo *nocturno*, beneficum tuum, & dixiſti: mandavi auxilium *homini* forti, atque electum è populo extuli. 21. Nactus ſum Davidem ſervum meum, oleo meo ſancto eum unxi. 22. Cui manus mea, ut eum confirmet, aderit, quémque brachium meum corroborabit? 23. Eum non decipiet hoſtis, neque homo iniquus adfliget. 24. Contundam, *ut fugiant* ab ejus conſpectu, hoſtes ejus, eúmque odio

chia tua, unà cum manibus, firmiſſima ſemper erunt, & dextra tua, quidquid vis, perficit. 15. Juſtitia & Jus ſunt fulcra ſolii tui, benignitas & fides, numquam falſa. 15. Juſtitia & judicium ſunt ſolii tui baſis, beneficentia & veritas te præcedunt. 16. Beatus eſt populus, qui novit lætam vociferationem, ô Creator, in lumine vultûs tui ambulabit. 17. In nomine tuo exſultabit quotidie, atque in juſtitia tua eaſultabit, 18. quia tu es (*ô Deus!*) gloria ejus fortitudinis, atque favore tuo adtolles cornu noſtrum. 19. Creatoris eſt clipeus noſter & *Dei* Sancti Iſraëlis, qui eſt Rex noſter. 20. Tum verò adloquutus es, in viſo *nocturno*, beneficum tuum, & dixiſti, te auxilium *ei* tuliſſe contra potentem, ac te evexiſſe electum è populo. 21. Inveni, inquiebas, Davidem ſervum meum, *&* oleo meo ſacro eum unxi. 22. Manus mea conſtanter ei aderit, & brachium meum vires ei ſuppeditabit. 23. Hoſtis ab eo nihil exiget, nec homo iniquus eum opprimet.

diceret juſtè Deum regnare.

Ante faciem tuam incedunt] יקדמו פניך *jekaddemou phanecha*, antevertunt faciem tuam; quaſi anteambulones magni Regis. Vide Pſ. LXXXV, 14.

16. *Qui tubarum* &c.] יודעי תרועה jodehe throuhah, *ſcientes clangoris*. Qui tubas ſacras audiunt Neomenias & Feſta nunciantes. Vide Num. X, 2. & ſeqq. Hinc *Symmachus* σημασίαν, quæ tubâ fit.

In lumine faciei tuæ &c.] Te favente, vitam beatam agunt. Vide Pſ. LXXX, 4, 8, 20.

17. *Nominis tui cauſâ*] *In nomine tuo*; hoc eſt, propter te, cùm veri Nominis ſe cultores eſſe, beneficiiſque ejus cumulatos reputabunt.

Propter juſtitiam tuam] *In juſtitia tua*; quia pœnas ſumis de populis, qui Iſraëli injuriam inferunt.

18. *Roboris eorum gloria*] Aut *ornamentum*, תפארת עזמו *thiphereth huzzamo*; hoc eſt, robur gloriantur, aut exornantur.

Cornu noſtrum extollis] Vide ad Pſ. LXV, 5. Loquendi genus frequens præſertim in Pſalmis, ut in hoc, ubi ter legitur.

19. *Jehovæ eſt ſcutum noſtrum*] Hoc eſt Deus in ſe ſuſcepit curam nos protegendi. Eodem ſenſu dicitur Deus eſſe *clipeus* Hebræorum. Vide Pſ. LXXXIV, 12. & alios.

Sancto Iſraëlis Rex noſter] Dei, nimirum, veluti vicarius erat Rex, ab eo conſtitutus.

20. *Tunc adloquutus es*] Nempe, cùm Davidi revelaſti, fore ut poſteri ejus in perpetuum regnarent. Vide 2. Sam. VII, 4. & ſeqq.

In viſo nocturno beneficum tuum] Nathanem, nimirum, aut Davidem per Nathanem. Vide locum 2. Samuelis.

Mandavi auxilium &c.] Paraphraſis hæc ſunt eorum, quæ apud Samuelem leguntur. Hebræa hîc habent: שיתי עזר על גבור *ſchiviti hezer hal gibbor*, poſui auxilium ſuper forti; hoc eſt, forti viro mandavi curam auxilii ferendi populo meo. LXX. verbo tenus ἔθέμην βοήθειαν ἐπὶ δυνατόν. *Symmachus* verò: ἐπέθηκα ἀντίληψιν ἀνδρῶν, qui ſcripſit fortè ἀνδρείῳ. Hieronymus: *poſui adjutorium ſuper robuſtum*. Similis conſtructio hujus verbi שוה *ſchavah* cum præpoſitione על occurrit Pſ. XXI, 6. Vide *Chriſt. Noldium* ad ſignificat. hujus particulæ XXXIV.

Electum è populo] בחור מעם *bahhour meham*, LXX. & *Symmachus* ἐκ, vel ἀπὸ τοῦ λαοῦ μου. Hieronymus, *è populo*. Non poterat Rex Iſraëlis eligi niſi è populo Iſraëlis, ex Lege à Deo lata Deut. XVII, 15. Verùm eò non videtur ſpectari, ſed Davidem non fuiſſe electum vult Deus, è ducibus exercituum, aut judicibus, aut præfectis Saülis; ſed à privatis, cùm David etiamnum paſtoritiam vitam ageret, nec ullo munere publico fungeretur. Qui vertunt *è plebe*, quaſi ex infimo hominum genere electus fuiſſet David, non adtendunt eum è primaria Tribu, éque principibus Tribûs ortum. Vide Ruth IV, 20.

21. *Oleo meo ſacro*] *Oleo ſanctitatis meæ*. Quidam volunt idem fuiſſe oleum, quo ungebantur Pontifices Maximi, de quo Exod. XXX, 23, 24. Poſſet fieri, ſed ex hoc loco colligi nequeat, quia *oleum ſacrum* poteſt hîc dici ab uſu, quòd eo Rex conſecraretur.

22. *Cui manus mea, ut eum confirmet, aderit*] אשר ידי תכון עמו *aſcher jadi thiccon himmo*, quod alii vertunt: *cum quo manus mea confirmabitur*, vel *ſtabilis erit*. Sed idem eſt, ac ſi diceretur: אשר ידי עמו תכוננו *quem manus mea cum illo* (qui ei aderit) *confirmabit*; nam *Niphal* habet hîc vim activam, ut Ham. IV, 12. הכון *hiccheon* eſt *para te*. Suadet hoc ſequens membrum: *etiam brachium meum corroborabit eum*. Sic LXX. Intt. ἡ χείρ μου ἀντιλήψεται αὐτῷ. *Symmachus* verò: ἡ δεξιά μου βεβαίως ἔσεται αὐτῷ, unde idem ſenſus oritur. Hieronymus: *cum quo manus mea firma erit*.

23. *Non decipiet hoſtis*] לא ישא אויב בו *lo jaſchi ojeb bo*: hoc eſt, inſidiis non circumveniet eum. *Symmachus* rectè: οὐκ ἐξαπατήσει αὐτὸν ἐχθρός. Hieronymus, *non decipiet hoſtis eum*. Solet alioqui verbum השיא *hiſſcha*, conſtrui cum את, vel ל; ſed nihil vetat, quin conſtruatur etiam cum ב, ut hîc.

Homo iniquus] *Filius iniquitatis*, בן עולה *ben havlah*. Vide 2. Sam. VII, 10.

24. *Ut fugiant ab ejus conſpectu*] מפניו *mipphanau*, quæ vox amotionem ſignificat, quaſi di-

Digitized by Google

dio habentes percutiam. 25. Veritas & benignitas mea ei aderunt, & nomine meo cornu ejus adtolletur. 26. Imponam mari manum ejus & fluviis dextram. 27. Ille invocabit me *his verbis;* tu Pater meus, Deus meus, & rupes ſalutis meæ. 28. Etiam ego primogenitum eum conſtituam, ſublimem inter Reges terræ. 29. In æternum ſervabo ei benignitatem meam, & fœdus meum ſtabile cum eo *erit*. 30. In perpetuum proles ejus ut ſit faciam, & ſolium cœli dies æquabit. 31. Si deſeruerint poſteri ejus legem meam, neque in jure meo inceſſerint; 32. ſi inſtituta mea violarint, nec præcepta mea ſervarint; 33. virgâ eorum defectionem puniam, & plagis iniquitatem. 34. Sed benignitatem meam erga eum non minuam, neque veritatem meam in mendacium convertam. 35. Non frangam fœdus meum, neque quod labiis meis egreſſum eſt mutabo. 36. Semel juravi, per ſanctitatem meam, me Davidi non mentiturum. 37. Poſteritas

met, 24. Ictibus ab eo expellam hoſtes, atque eos, qui eum oderint, percutiam. 25. Veracitas mea, & beneficentia ei aderunt; & nomine meo interpoſito, augebitur ejus potentia. 26. Faciam, ut manum ſuam *ſiniſtram* imponat mari, & dextram fluminibus. 27. Ille me compellabit nomine nunc patris, nunc Dei, & rupis inacceſſæ hoſtibus meis. 28. Eum habebo inſtar primogeniti, quem omnibus Terræ Regibus præferam. 29. In perpetuum erga eum beneficentiam meam oſtendam, & fidelem me præſtabo. 30. Poſteritatem ejus numquam patiar exſtingui, & ſolium æquabo duratione cœlo.

31. Sin poſteri ejus Legem meam ſpernant, neque jura mea obſervent; 33. ſi inſtituta mea neglexerint, nec præcepta mea obſervarint, 33. tum verò pœnas ſumam virgis, & plagis à te. 34. Sed non irritum faciam fœdus meum, nec datam fidem fallam. 35. Non ſpernam meum fœdus, nec revocabo, quod ſemel dixi. 36. Semel juravi, per ſanctitatem meam, numquam fore, ut mentiar Davidi. 37. Soboles ejus in æternum

rit,

dicas: contundam, ne ampliùs ſint in ejus conſpectu.

Imponam mari manum ejus &c.] Faciam, ut à Mari interno ad Euphratis & Orontis fluenta imperium promoveat, quod reverâ factum, & mihi in memoriam revocat verba, quæ *Curtius* Scythis mutua dat Lib. VII. c. 8. in oratione ad Alexandrum: *Si Dii habitum corporis tui aviditati animi parem eſſe voluiſſent, orbis te non caperet; alterâ manu orientem, alterâ occidentem contingeres.*

27. *Rupes ſalutis meæ*] Rupes, quæ me ſalvum & incolumen præſtat; metaphorâ petitâ ab arduis rupibus, quæ adiri non poterant, invitis iis, à quibus tenebantur.

28. *Primogenitum eum conſtituam*] Hîc בכור bechor, *primogenitus*, eximium in ſuo genere, ut volunt viri docti, ſignificat. Sic Job. XVIII, 13. *primogenitus mortis*, eſt morbus omnium maximè lethalis, & *primogeniti pauperum* Eſai. XIV, 30. ſunt pauperrimi. Sequentia verba interpretationi huic favere putant. Ego verò, cum bona eorum venia, exiſtimarim, Deum hîc conſiderari non tantùm quaſi Regum omnium Regem, ſed & veluti *patrem*; qui ſingulis regna adminiſtranda dederit, ſed eum, cui maximè faveret, Davidem, nempe veluti *primogenitum* haberet; unde etiam eum *genuiſſe*, id eſt, Regem conſtituiſſe dicitur Pſ. II, 7. ubi vide notata. Similiter cùm eſſet Deus *Rex*, eſt *pater* omnium *populorum*, nec eò ſeciùs ſingulari ratione populo Hebræo faveret, hunc *primogenitum ſuum* vocat Exod. IV, 22. Eadem de cauſa, David *ſublimis* futurus dicitur, *inter Reges terræ*, & Deum *patrem* ſingulari ratione *vocare*.

29. *Stabile*] נאמנת neemeneth, quod *fidum* etiam poſſis interpretari, ſed fœdus, quod cum fide colitur, eſt etiam ſtabile, & נאמן ſic ſumitur Deut. XXVIII, 59. Eſai. XXII, 23, 25. & alibi.

30. *In perpetuum* &c.] שמתי לעד זרעו *ſchamthi labad zarho*, ponam in perpetuum ſemen ejus: hoc eſt, dabo operam, ne exſtinguatur numquam ejus poſteritas.

Cœli dies æquabit] כימי שמים chime ſchamajim, *ut dies cœli*, repetendum שמתי *ponam*, ſed Latinæ Linguæ & perſpicuitatis cauſâ, aliud verbum addidimus.

32. *Violarint*] יחללו jehhallelou, *profanarint*, Id eſt, quaſi vulgaria jura neglexerint. Vide verſ. 35.

33. *Virgâ eorum defectionem puniam*] ופקדתי בשבט פשעם ouphakadthi bſchebeth phiſchham, *viſitabo fuſte eorum defectionem*. 2. Sam. VIII, 14. eſt בשבט אנשים bſchebeth anaſchim, *fuſte hominum*. Eodem modo hîc res intelligenda. Potuiſſet Deus gladio integram Davidis poſteritatem è medio tollere, ideóque minus ſupplicium fuſti ictibus confertur. Vide Proverb. XXII, 15. XXIII, 13, 14 ubi fuſte plectendi dicuntur immorigeri filii.

Plagis iniquitatem] Non exſtinctione generis, ut dixi, ſed calamitate nec eâ perpetuâ.

34. *Non minuam*] לא אפיר *lo aphir*, propriè, *non irritam faciam*, ſed hîc eſt revocare, minuere, ut Pſ. LXXXV, 5.

Veritatem meam in mendacium convertam] לא אשקר באמונתי lo aſchakker beemounathi, *non mentiar in veritate mea*. LXX. Intt. οὐκ ἀδικήσω ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου. *Aquila*: εἰ ψεύσομαι τὰς ἐπαγγελίας μου. *Symmachus*: εἰ παραβήσομαι. Senſus eſt, quem expreſſimus, qui verbo tenus à Latinis exprimi nequit.

35. *Non frangam*] לא אחלל lo ahhallel, *non profanabo*. Vide verſ. 32.

Quod labiis meis egreſſum eſt] מוצא שפתי motſa ſchphathai, *egreſſionem labiorum meorum*; hoc eſt, quod dixi, ſeu promiſi. Vide Deut. VIII, 3. XXIII. 24

36. *Per ſanctitatem meam*] בקדשי *bkodſchi*, hoc eſt, per me ipſum, qui ſum ſanctus. Deus, ut ſe humanæ imbecillitati adtemperet, jurat quò intelligant rem effectum iri, quidquid contingat.

Me Davidi non mentiturum] *Si Davidi mentiar*

teritas ejus erit in perpetuum, & thronus ejus, inſtar Solis, coram me. 38. Sicut Luna
ſtabilis erit in perpetuum, eique teſtis *promiſſi* in æthere fidelis. Selah.
39. At tu *prolem ejus* amoviſti, faſtidiſti, atque indignatus es Uncto tuo. 40. Fre-
giſti fœdus ſervi tui, in terram *dejectum* diadema polluiſti. 41. Perrupiſti omnes ejus
macerias, & munitiones diruiſti. 42. Spoliarunt eum quicumque illac iter faciebant,
fuitque ludibrium vicinorum ſuorum. 43. Extuliſti dexteram vexatorum ejus, atque ex-
hilaraſti omnes ejus hoſtes. 44. Etiam hebetaſti aciem gladii ejus, neque in prœlio eum
con-

rit, & Solis inſtar coram me ſtabit. 38. Inſtar Lunæ ſtabit in perpetuum, eritque ſidereus teſtis bonæ veſtræ fidei. Selah.

39. Tu vero evertiſti, recuſaſti & indignatus es Uncto tuo. 40. Rejeciſti fœdus ſervi tui, & dejeciſti ejus diadema in terram. 41. Perrupiſti omnes ejus macerias, & munitiones contriviſti. 42. Spoliaverunt omnes eâ via tranſeuntes, quod fuit opprobrio ejus vicinis. 43. Extuliſti dextram hoſtium ejus, ejusque adverſarios exhilaraſti. 44. Aciem

tiar. Τὸ אם im *ſi*, non eſt quidem propriè negativa particula, ſed vim ejus obtinet, in ellipſica hac loquendi ratione. Perinde enim eſt, ac ſi diceret: *ſi mentiar Davidi*, fidem mihi amplius non habeto; quod cùm nolit Deus, eò ipſo negat, fore ut fidem fallat, aut conſilium mutare videatur.

37. *Inſtar Solis*] Quia ſol ad conſummationem uſque rerum ſtabit. Vide Pſ. LXXII, 5.

38. *Stabilis erit in perpetuum*] יכון עולם *jiccbon holam*, pro לעולם. Vide Prov. XVI, 12. XX X, 14.

Eique teſtis promiſſi] ועד בשחק נאמן vehed baſſchahhak neeman, *& teſtis in æthere fidelis*. Perinde eſt, ac ſi diceret; cùm promiſerim regnum Davidis perpetuum fore, & æquaturum tempus, quo Sol & Luna fulgebunt; cùm videbitis Lunam, eam promiſſi hujus mei quaſi teſtem putatote. Sic Iris conſtituta eſt teſtis, & veluti pignus promiſſionis de genere humano numquam è terris, diluvii immiſſione, delendo. Cavendum, ne putemus Deum hîc induci vocantem Lunam quaſi teſtem, ut Poëtæ Græci & Latini ſolebant ſidera, quibus putabant adeſſe divinas Mentes, quæ eas compellantes audiebant; quos imitatus *Buchananus* habet:

Eſto mihi Sol teſtis ad hæc, & conſcia Luna,
Cum quibus æquævum ſceptrum Judæa tenebis.

Ceterùm promiſſa hæc, de æternitate regni, in Davidis prole, in nullo impleta ſunt, niſi in Jeſu, Mariæ Filio, à Davide oriundo, qui etiamnum in cœlo regnat, atque ad conſummationum omnium rerum regnaturus eſt.

39. *At tu prolem ejus amoviſti* &c.] *Prolem ejus* זרעו *zarbo*, repetiimus ex verſ. 37. perſpicuitatis & conſtructionis causâ, quia זנחת ותמאס *zaanhbaſtha vatthimas* incommodè conſtruuntur cum עם משיחך *him mſchibbecha*, cum Uncto tuo. Nec qui excidiſſe ſuſpicaretur multùm fortaſſe aberraret à vero; certè eam vocem omnino poſtulat duorum membrorum commatis *parallelismus*, ut ita loquar.

Indignatus es Uncto tuo] Regem Judæ hîc ſignificari voce *Unctus* obſcurum non eſt; ſed quis fuerit, non ita liquet. Qui Ethanem Ezrachitam, qui Davidi coævus fuit, eſſe Pſalmi hujus auctorem putant, Robohamum, Salomonis Filium, interpretantur, agſque hîc de expeditione Siſaki, vel Seſoſtris Regis Ægypti, in regnum Judæ exiſtimant, de qua 2. Par. X, 11. ubi urbes munitas Judæ cepiſſe, ærariúmque Templi & Regis ſpoliaſſe dicitur, & Robohamum in ſervitutem redegiſſe. Sed quia Robohamus Jeroſolimæ manſit, & regnum filio reliquit, nec eſt tot mala paſſus ab Ægyptiis, quot hîc memorantur; alii maluerunt Pſalmum hunc referre ad extrema Regni Judæ tempora, & Sedekiam interpretati ſunt. Quod ſi verum eſt, ut multis videtur, לאיתן *leEthan*, initio Pſalmi, non ſignificabit *Ethanis*, quaſi *Ethan*, ejus auctor fuerit; ſed poſteris ejus datum, ut ab iis caneretur, ut ſunt Pſalmi לאסף *leAſaph*, ad Aſaphidas miſſi, ut eos canerent.

40. *Fregiſti fœdus*] נארח ברית *neartha brith*. LXX. Intt. κατέστρεψας τὴν διαθήκην. Verterunt ἀπώσατο Jerem. Lam. II, 7. ubi iterum hoc verbum legitur, nuſquam alibi. *Symmachus* εἰς κατάραν ἔδωκας, quia putavit huic verbo eſſe adfinitatem cum verbo ארר *arar*, maledixit. *Hieronymus* hîc *adtenuaſti*, in Threnis *maledixit*.

In terram dejectum diadema polluiſti] חללת לארץ נזרו *hhillaltha laarets nizro*. נזר eſt inſigne regium, quale diadema, aut cidaris certo modo redimita. Metaphoricè, aut etiam propriè hæc intelligi queant, de regiæ dignitatis minutione, in regno Judæ, ab Ægyptiis, vel Babyloniis; vel quòd reverâ alterutri diadema Regis Judæ in terram, contemtûs causâ, jecerint.

41. *Munitiones diruiſti*] שמת מבצריו מחתה ſchamtha mibtſarau mhhitthah, *poſuiſti munitiones ejus contritionem*, aut *terrorem*. Sed quia חתת eſt propriè *frangere*, & tralaticio ſenſu *terrere*, qui tamen frequentior eſt; vertimus quaſi מחתה, *ruinam*, & *everſionem* ſignificaret, quod meliùs loco convenit, ubi de muris & munitionibus ſermo eſt. Sic Chaldæus habet תבירא thbirah, *fractio*. At LXX. Intt. δειλίαν, & Hieronymus *paverem*.

42. *Spoliarunt eum* &c.] Hoc eſt, Regem, in cujus poteſtate ſunt omnia, quæ rapiuntur, quamvis civium propria. Patebant, nempe, omnia, urbium muris dejectis. Vide Pſ. LXXX, 13.

43. *Extuliſti dextram* &c.] Victoriam ingentem eis conceſſiſti, unde fieri *manu elatâ* dicitur, quod fit palam & à victore, aut qui ſibi putat licitum eſſe, quod facit. Vide Exod. XIV, 6. Num. XXXIII, 3. & alia ſimilia loca.

44. *Hebetaſti aciem gladii* &c.] *Feciſti redire aciem gladii ejus*. At LXX. Intt. ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ, & *Hieronymus*: *averſiſti robur gladii ejus*. Sed צור, ubi de cultro, vel gladio ſermo eſt, *aciem* ſignificat. Vide Exod. XIV, 25. Joſ. V, 2, 3.

Conſiſtere paſſus es] הקימתו hekimotho, *ſtare eum feciſti*, hoc eſt, non paſſus eſt ſtare,

conſiſtere paſſus es 45. Effeciſti, ut deſineret ejus munditics, & ſolium in humum dejeciſti. 46. Contraxiſti dies adoleſcentiæ ejus, cúmque ignominiâ cooperuiſti. 47. Quouſque, Jehova, abſcondes faciem tuam? *an* in perpetuum ardebit, ignis inſtar, excandeſcentia tua? 48. Memento ego, quàm *brevis* ævi ſim. Cur vero omnes homines fruſtrà creaſſes? 49. Quisnam eorum vivit, nec mortem videt? *Quis* vitam ſuam è ſepulcro eripit? Selah. 50. Ubi beneficia illa tua priſtina, Domine, *de quibus* Davidi per veracitatem tuam juraſti? 51. Recordare, Domine, opprobrii ſervorum tuorum, *quod* in ſinu fero, *ab* omnibus magnis populis; 52. *&* quomodo probris adfecerint hoſtes tui, ô Jehova; quomodo, *inquam*, opprobrio adfecerint veſtigia Uncti tui. 53. Benedictus ſit Jehova in æternum. Amen, Amen.

LI-

ciem ejus gladii retudiſti, nec ſtare paſſus es eum in prælio. 45. Finem impoſuiſti ejus munditiei & ejus ſolium in humum evertiſti. 46. Dies adoleſcentiæ ejus contraxiſti, & eum pudore perfudiſti. 47 Quouſque, ô Creator, non videberis? an ſemper ardebit ira tua, inſtar ignis? 48. Memento, quam brevis ſim ævi, & quàm fruſtra omnes homines creaſſes. 49. Quis homo vivit, qui non etiam mortem experiatur? Selah. 50. Ubi eſt antiqua beneficentia tua, ô Domine, quàm juraviſti Davidi, pro tua veracitate? 51. Memor eſto, Domine, opprobrii tuorum cultorum, & me geſtare in ſinu multos populos, omnes numeroſos; 52. quos hoſtes tui probris inſectati ſunt, ô Creator, & contumelias, quibus *te* adfecerint, ac veſtigia Uncti tui inſectati ſint. 53. Benedictus ſit Creator in æternum. Amen, amen.

P A-

metu Hebræis injecto. Verba in *Hiphil* non rarò quod quis *patitur* fieri, potiùs quàm id quod *facit*, ſignificant.

45 *Ejus munditiei*] Hoc eſt, cultus veſtium, quo ſolitus erat uti, dum regnum Judæ tenit.

Dejeciſti] מגרת *miggartha*, quod alibi non exſtat, ſed non eſt infrequentis uſûs, apud Chaldæos.

46. *Contraxiſti dies* &c.] Hoc videtur velle Pſaltes, Regem, de quo agit, calamitatibus & miſeriis citius ſolito ſenem eſſe factum. Hinc quinam Rex ſignificetur intelligere fortè liceret, ſi pleniorem Regum Hiſtoriam haberemus.

Ignominiâ cooperuiſti] העטית עליו בושה hehetitha halau bouſchah, *induiſti ſuper eum pudorem.* Vide Pſ. LXXI, 13

47. *Abſcondes faciem tuam*] Vide ad Pſal. XIII, 2.

48. *Memento ego, quàm brevis ævi ſim*] אני מה חלד ani man chaled, *ego quanti temporis.* Vide Pſ. XXXIX, 6. Sub ſua perſona, totum hominum genus deſcribit Pſaltes.

Omnes homines fruſtrà creaſſes] על מה שוא בראת כל בני אדם hal mah ſchave baratha chol bne adam, *cur creaſti fruſtrà omnes filios hominis.* שוא ſæpiſſime pro eo, quod eſt *fruſtrà*, occurrit. Sententia Pſaltæ hæc eſt: ſi tam brevem & tam miſeram vitam agere nos oportet, qualem agimus, fruſtra à te creati ſumus. Atqui erant creati homines, propter alteram vitam; ſed res nondum erat, eo tempore, revelata. Vide not. ad Job. X, 19. ubi ſimiles ratiocinationes, quibus nihil erat, quod reponeretur, præter alterius vitæ ſpem.

49. *Sepulcro eripit*] *Liberabit animam ſuam è manu ſepulcri*, שאול, *ſcheol.*

50. *Beneficia tua*] חסדיך *chaſadecha.* Vide ad verſ. 2.

Per veracitatem tuam juraſti] ישבעת באמונתך jiſchbahtha beemounathecha, *juraſti in veritate tua.* Hæc non habentur 2. Sam. VII. nec 1. Ephem XVII. Sed potuit habere Pſaltes pleniorem Dei orationem, quàm ea eſt, quæ memoratis locis habetur; ſunt enim, ut notum eſt, ex re ipſa, omnes illæ Hiſtoriæ compendiariæ.

51. *Quod in ſinu fero*] שאתי בחיקי *ſcheethi bechheki*, ferre me in ſinu meo; hoc eſt, quod eſt veluti onus, quod in animo perpetuò geſto.

Omnium magnorum populorum] כל רבים עמים *chol rabbim hammim.* Subaudiendum מ, quod præfigendum τῷ כל, מכל micchol, *ab omnibus.* Hîc antecedit adjectivum, quod ſolet ſubſtantivum conſequi, ſed nec hujus ordinis exempla deſunt, à Grammaticis collecta. Intelliguntur populi Hebræis vicini & quidem numeroſiores, ut Ægyptii, Babylonii, Syri & Aſſyrii, qui ſæpe Hebræos & factis & dictis malè habuerant.

52. *Et quomodo*] אשר *aſcher*, pro כאשר *chaaſcher.* Alii *qui* minus commodè.

Veſtigia Uncti tui] Ea, nimirum, quæ fecit: Ut enim vita *via* nomine paſſim deſignatur, ſic & עקבות hikkeboth, *veſtigia*, ſignificant rationem, quâ quis ſe gerit. Vide Pſ. XLIX, 6. LVI, 7.

53. *Amen, Amen*] Qoamvis majoris Emphaſeos causâ, geminetur אמן *amen*, attamen hoc crediderim hîc fieri, propter finem libri, ſic enim Libri claudi ſolent ab Hebræis. *Symmachus* habet ipſam vocem Hebraicam. LXX. Intt. γένοιτο, γένοιτο, quòd referri queat ad verba antecedentia. *Aquila* verò πεπιστωμένως, adludens, more ſuo, ad vocis Etymon.

COMMEN-

LIBER QUARTUS.

Moſes deplorat vitæ humanæ miſerias, & brevitatem, quæ ſunt pœnæ peccatorum; quod ut omnes ad animum revocent, propterèaque magis ſapiant, optat.

1. PRECES MOSIS VIRI DIVINI. Domine, habitatio tu fuiſti nobis, per *omnes* ætates. 2. Priuſquàm montes naſcerentur, & *priuſquàm* formares terram & orbem, & ab æterno, in æternum tu es Deus. 3. Facis, ut homo redeat in tenuem pulverem, cùm dicis: revertimini homines *in terram*, 4. Nam mille anni ſunt, apud te, inſtar heſterni diei, poſtquàm tranſiit, aut inſtar vigiliæ nocturnæ. 5. Irrigas eos ſomno, PSALM. XC.

PARAPHRASIS.

1. PRECES Moſis Viri Divini. Domine, domicilium fuiſti noſtrum, ea ætate in ætatem. 2. Priusquàm montes naſcerentur, & formaſſes terram & orbem, ea æternitate in æternitatem, Deus es. 3. Facies, ut homo redeat in minutum *pulverem*, dicéſque ei: revertimini *in pulverem*, filii hominis. 4. Nam, apud te, mille anni ſunt inſtar diei heſterni, quando tranſierit, & inſtar vigiliæ nocturnæ. 5. Quando rigaſti eos ſomno, ſunt, mane *ſequente*, inſtar herbæ, quæ mu-

COMMENTARIUS

In PSALM. XC.

1. P*Reces Moſis*] *Oratio Moſis viri Dei.* Notum eſt ita dictos Prophetas. Vide Jud. III, 6. 1. Sam. II, 27. IX, 6. &c.

Habitatio tu fuiſti nobis] מעון mahon, *habitatio tu fuiſti nobis*, perinde eſt, ac ſi eſſet מעוז matſor, *habitatio*, nempe, *munita* & tuta; in quam nos, in rebus duris, reciperemus; unde LXX. Intt. καταφυγή. Sic Pſ. LXXI, 3. *fias mihi* לצור מעון, *rupes, in qua habitem, & in quam ſemper me conferam. Hieronymus* tamen Ep. ad Cyprianum T. II. Ed. Ben. Col. 696. notat MAON magis *habitationem*, quàm *refugium*, ſonare. Quod verum quidem eſt, ſi vocis originem ſpectemus, ſed uſûs major habenda ratio. *M. Meibomius* IV. Specim. p 33. vult legi מעוז mahoz, *arx*, aut *caſtrum*, ut vertit. Sequentia ſimiliter, pro arbitrio, mutat, quibus tamen eſt commodior ſenſus, quàm audaci ejus interpolationi. Quare piget homini confutando morari. Si tam mendoſi eſſent Pſalmi, quàm putat, non poſſent ſine ſpiritu Prophetico reſtitui; ac proinde ſatius ei fuiſſet tacere, quàm rem, quæ fieri nequiret, tentare, cùm *nec Propheta, nec filius Prophetæ* eſſet.

2. *Priusquàm montes* &c.] Sic deſcribitur etiam Dei æternitas Prov. VIII, 25.

Formares] תחולל *thebholel. Aquila & Symmachus* ὠδίνειν, *parturire*, verterunt, ex propria verbi ſignificatione. LXX. πλασθῆναι *formari*, quod ſatis eſt; neque enim Deus deſcribitur, quaſi *cum dolore parturiens*, ſed creans, idque facillimè. Vide Gen. I.

3 *Facis, ut homo redeat in tenuem pulverem*] תשב אנוש עד דכא *chaſcheb enoſch had daccha*. Hìc אנוש emphatice dicitur, pro *homine ægro*, ſeu miſero, quæ eſt propria vocis poteſtas. דכא *daccha* hìc eſt ſubſtantivum; alioqui *contritum* ſignificat. *Pulvis* eſt *tenuis*, à ſignificatu adfinis verbi דוך douk, *tundere* in mortario. Manifeſtò alludit Moſes ad antiquiſſimam illam ſententiam in genus humanum latam Gen. III, 19. *Pulvis es & in pulverem redibis.* Itaque minùs rectè LXX. Intt. μὴ ἀποστρέψῃς ἄνθρωπον εἰς ταπείνωσιν. Rectius *Hieronymus*: *convertes hominem uſque ad contritionem*, hoc eſt, in pulverem rediges, ex *Aquila*, aut *Symmacho*. Ipſe tamen *contritionem mortis* interpretatur.

Cùm dicis] Hoc eſt, quando vis. Vide ad Gen. I, 3.

Revertimini homines] Hic eſt, בני אדם *bne adam*, quibus verbis reſpicitur ad hominum originem, quæ eſt אדמה adama. Quare ſupplevimus *in terram*. Græcè diceres, γηγενεῖς ἐπανέρχεσθε εἰς τὴν γῆν.

4. *Mille anni ſunt apud te*] *In oculis tuis.* Opponitur æternitas Dei brevi ævo hominum non tantùm ſingulorum, ſed & eorum, qui per plura ſæcula aliis alii ſuccedunt, ut qui per mille annos naſcuntur & intereunt. Mille enim annorum ſpatium collatum æternitati prorſus evaneſcit, & inſtar nihili reputatur. Res eſt clara, cùm nulla ſit finiti, cum infinito, proportio. Sed nihil vetat hìc addi *Plutarchi* hanc in rem verba, adverſùs eos, qui ægre ferebant, malos tam *longo tempore* à Deo ferri, Tom II. p. 554. λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς τὸν πολὺν χρόνον· ἐπεὶ τοῖς γε Θεοῖς πᾶν ἀνθρώπου βίου διάστημα τὸ μηδέν ἐστι· καὶ τὸ νῦν ἀλλὰ μὴ πρὸ ἐτῶν τριάκοντα τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον τὸ δείλης ἀλλὰ μὴ τὸ πρωῒ στρεβλοῦν ἢ κρεμαννύναι τὸν πονηρόν: *dico autem, pro captu noſtro, longum tempus; nam Diis quidem omne humanæ vitæ ſpatium pro nihilo eſt, & quod nunc, non ante triginta annos, tale eſt quod non mane, ſed veſperi cruciatur aut ſuſpenditur ſceleratus.* Sed efficacius multò loquutus eſt Moſes

Poſtquàm tranſiit] Cùm pro nihilo habetur.

5. *Irrigas eos ſomno*] זרמתם שנה *zaramtham ſchenah*, pro בשנה *in ſomno*. Hæc verba non ſatis intellexerunt Interpretes. Verbum זרם, quod *inundare*, *perfundere* ſignificat, eſt hìc *irrigare*, quia confertur homo cum herba, quæ rore, aut pluviâ matutinâ irrigata nihilo ſeciùs

ſomno, & ſunt mane inſtar herbæ, *quæ* mutatur. [6]. Matutino quidem tempore floret, & creſcit; veſperi verò exſcinditur & ſiccatur. [7]. Nam defecimus in ira tua, & in excandeſcentia tua conturbati ſumus. [8]. Ponis iniquitates noſtras in conſpectu tuo, & occulta noſtra in lumine faciei tuæ. [9]. Nam omnes dies noſtri abeunt in ira tua, conſumi-

mutata eſt. 6. Matutino tempore floret, & mareſcit veſperi, exciditur & ſiccatur. 7. Nam conſumimur irâ, & indignatione tuâ terremur. 8. *Quando* noſtra iniquè facta tibi propoſuiſti, quod à nobis abſcondebatur, exponitur lumini vultûs tui. 9. Nam omnes dies declinant *ad finem*, in ira tua, conſumti

ardore diei exſiccatur. *Rigare* aut *profundere* ſomno dixerunt etiam Poëtæ Latini. *Lucretius* Lib. IV, 761.

—— cùm ſomnus membra profundit,
Mane vigilat.

Et verſ. 906.

Nunc quibus ille modis ſomnus per membra quietem
Irriget, atque animi curas è pectore ſolvat
Suavidicis potius, quàm multis verſibus edam.

Virgilius Æneidos Lib. I. 696.

—— —— placidam per membra quietem
Irrigat.

Ubi vide, ſi plura cupis, Frid. *Taubmannum* & *Joan. Lud. Lacerdam*. LXX. Intt. τὰ ἐξουδενώματα αὐτῶν ἔτη ἔσονται. Hieronymus: *percutiente te eos ſomnium erunt.* Sic *Theognis* περὶ τῆς ἀκμῆς τῆς ἥβης:

—— —— πλεῖον ὄφελεν εἶναι
Ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον γίνεται ὥσπερ ὄναρ.

Diutiùs debebat eſſe, ſed breve eſt inſtar ſomni.

Quî LXX. Intt. invenerint ἐξουδενώματα, in voce זרמתם *zeramtham*, aut quid ejus loco legerint non adſequor. Sed pro שנה *ſchenah* legerunt, aut legendum putarunt שניהם *ſchnehem*, anni eorum. *Hieronymus* verò non facilè probaſſet זרם *zaram* eſſe *percutere*, & שנה *ſchenah*, ſomnium; nam *ſomnus* non eſt idem ac *ſomnium*. Non expendo Recentiorum Interpretationes, quæ multò meliores non ſunt. Satis eſt commodam protuliſſe, in qua vocum notæ ſignificationes ſervantur, nec quidquam ſuppletur niſi ב, quod paſſim deficit, ut omnes norunt, útque, ſi neceſſe eſſet, doceret *Chr. Noldius*, & nos paſſim oſtendimus.

Inſtar herbæ] כחציר *chechatſir*, quod verti poſſit *inſtar fœni*. Vide Pſ. XXXVII, 2. CIII, 15. CIV, 14. &c.

Quæ mutatur] יחלף *jachaloph*, *mutabitur*, Dicitur de re brevi deſinente, quia eſt mutationi obnoxia. Vide Pſ. CII, 27. Cant. II, 11.

6. *Et creſcit*] יחלף *jachaloph*, eſt hîc mutatio in melius. Vide Job. XIV, 3. XXIX, 20. Sic intelligi debet ex oppoſitione ſequentis commatis, *ſcinditur & exſiccatur*. Ut fœnum mane floret & creſcit, veſperi verò ſecatur, & ſiccatur. Sic homines brevi tempore florent & vigent, at paullò poſt in res adverſas incidunt & intereunt.

7. *Deficimus*] Aut *abſumimur*, כלינו *chalinou*. Defecerunt, aut abſumti ſunt Iſraëlitæ, in Arabiæ ſolitudinibus; qui, exceptis perpaucis, Chananæâ ſunt excluſi, propter iram, hoc eſt, juſtitiam Dei. Vide Num. XIV, 32. & ſeqq.

8. *Ponis iniquitates noſtras in conſpectu tuo*] לנגדך lnegdecha, *coram te*. Pœnas de iis ſumis, nam peccata remiſſa dicuntur *poſt tergum* Dei poni. Vide Eſai. XXXVIII, 17.

Occulta noſtra] עלמנו *halumenou*, delicta nempe. Vide Pſ. XIX, 13. LXX. Intt. abſurdè ὁ αἰὼν ἡμῶν, quaſi eſſet à עולם *holam*. *Aquila* παρορίσεις, *Symmachus* ἀμελείας meliùs verterunt, unde Hieronymus: *negligentias*.

In lumine faciei tuæ] למאור פניך lmaor phanecha, *in face*, aut *lampade vultûs tui*; hoc eſt, in clara luce, adeóque ſunt tibi conſpicua Ex more hominum, qui lucem ubi ſunt habent, ideóque vident, quidquid eſt ante ſe. Sententia eſt, Deum non ignoviſſe peccato eorum, qui, exploratorum ſermonibus deterriti, non auſi erant, Deo jubente, Chananæam ingredi, atque invadere.

Abeunt] פנו *phanou*, verterunt ſe; quia, nempe, aliquò abeuntes vultum noſtrum eò vertimus; quamobrem hoc ſolet cum *abire* conjungi. Vide Num. XIV, 25. Deut. XVI, 7. Joſ. XXII, 4. ubi *ſe convertere* & *abire* junguntur. LXX. Intt. ἐξέλιπον, *Symmachus* διέδρων, Hieronymus, *tranſierunt*.

Sermonis inſtar] כמו הגה *chmo hegeh*, quod poſſit etiam verti, *cogitationis inſtar*, nam הגה *hagah*, æquè eſt tacitè quidpiam, apud animum ſuum, reputare, & id proloqui. Si *cogitationis* poteſtas magis adrideat, poterit illuſtrari Græco loquendi genere ὡς νόημα, quod in *Homero* adtributis hymnis, uſurpatur ad deſcribendam celeritatem. Sic loquutus *Theognis*, de celeritate, quâ Juventus præterlabitur, verſ. 979.

Αἶψα γὰρ, ὥστε νόημα, παρέρχεται ἀγλαὸς ἥβη.

Subitò enim, quaſi cogitatio, præterit ſplendida pubertas.

Alioqui potuit Moſes dicere fugere vitam inſtar ſonitûs verborum, qui non diutiùs durat, quàm dum pronunciantur. LXX. Intt. כמו הגה verterunt ὡς ἀράχνη ἐμελέτων, quia, ut bene *Val. Schindlerus*, legerunt כמו quod ex Chaldaïſmo verterunt, ſed abſurdè *Hieronymus*, *quaſi ſermonem loquens*. Φθόγγον verterat *Aquila* Job. XXXVII, 2. ubi vide not. Vult tamen *Hieronymus* idem utraque vertendi ratione ſignificari: *Quomodo enim loquentis ſermo prætervolat:* ita

ſumimus annos noſtros, ſermonis inſtar. [10]. Dies annorum noſtrorum ſunt ſeptuaginta admodum anni, ſi verò robuſtiores ſimus, octoginta; ſed quod eſt in iis præſtantiſſimum, moleſtia & labor inutilis, quia citò tranſit & avolamus.

[11]. Quis novit vehementiam iræ tuæ, & qualis eſt tui reverentia, talem eſſe excandeſcentiam tuam? [12]. Ut numeramus noſtros dies, fac, ut ſic *rem* teneamus, & animum noſtrum ad ſapientiam adpellemus.

[13]. Redi

ſumti ſunt inſtar ſermonis. 10. Dies annorum noſtrorum ſunt in ſe ſeptuaginta anni. Idque, quo ſuperbimus, ſunt ſuperbia, labor & iniquitas; quia *vita* citò reſecatur, & avolavimus.]

11. Quis novit, quæ ſit vehementia iræ tuæ? ſive qualis eſt timor tui, talis ſit indignatio tua? 12. Doceto nos, quomodo *debeamus* numerare dies noſtros,

ita & opus araneæ incaſſum texitur. Sed argutius hoc eſt, & ratio erroris LXX. Intt. patet.

10. *Septuaginta admodum anni*] *In ſe* בהם *bahem*, quod vertit *Symmachus*, ὁλόκληροι ἑβδομήκοντα ἔτη, quem ſequuti ſumus, quòd *in ipſis*, ἐν αὐτοῖς, ut habent LXX. & *Hieronymus*, hîc aliud nihil ſignificare poſſe videatur. Loquitur autem Moſes de pleriſque, nam ipſe & aliquot alii diutiùs vixerunt. *Solon* de vitæ humanæ, quam in decem hebdomadas annorum dividit, apud *Philonem* de Mundi Opificio:

Τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται, μαλακώτερα δ' αὐτοῦ,
Πρὸς μεγάλην ἀρετὴν, γλῶσσά τε καὶ σοφίη.
Τῇ δεκάτῃ δ' εἴ τις τελέσας κατὰ μέτρον ἵκοιτο,
Οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχοι θανάτου.

Nona adhuc quidem valent, ſed languidiores ſunt, ad magnam virtutem, lingua & ſapientia ejus. Decimam verò ſi quis adtigerit, pro vitæ menſura, non præmaturus ſortem habeat mortis.

Si robuſtiores ſimus] בגבורות bigbouroth, *in roboribus*, aut *viribus*. LXX. Intt. ἐν δυναστείαις, Hieronymus, *ſi autem multùm.*

Sic quod iis eſt præſtantiſſimum] רהבם *robbam*, ſuperbia, aut robur eorum. Significatur ea ætas, quâ maxime ſuperbimus, & viribus floremus, & quæ *Virgilio* eſt

Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi.

Intelligitur ætas virilis, quæ laboribus dedita & curis obnoxia. LXX. Intt. verterunt τὸ πλεῖον αὐτῶν, qui videntur legiſſe רבם *robbam*, hoc eſt, *plurimùm eorum*. *Symmachus* verterat παρὰ δόξαν, ut videtur; nam Latinè ejus verba *Hieronymus* vertit, *præter opinionem*, in Epiſt ad Cyprianum. Tom. II. col. 701. Ed. Benedict. ſed de voce רהב conſulenda Lexica.

Moleſtia eſt & labor inutilis] עמל ואון *hamal veaven*. Hæc conjuncta idem ſonant. עמל eſt ſine dubio *moleſtus labor*, idem און ſignificat ex adfini אין *en*, nihil; ita ut ſit irritus adeóque moleſtus labor. Propterea *Aquila* frequenter vertit ἀνωφελὴς & interdum ἀνωφέλειαν, quod ſequutus eſt *Hieronymus* aliquoties. Hæc autem poteſtas adprimè huic loco convenit. LXX. Intt. κόπος καὶ πόνος. *Hieronymus*: *labor & dolor.*

Quia citò tranſit & avolamus] כי גז חיש ונעפה *chi gaz hhiſch venahuphah*. Citò, nempe, *tranſit* ea vitæ pars, quæ רהב *rahab* vocata eſt, quod elegantiſſimè expreſſit *Virgilius* Georg. Lib. III. 66 his verbis:

Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus.

ta cum *Val. Schindlero*, *Edm. Caſtello* aliſsque deducimus à גז *gouz*, quæ vox, ex Chaldaicæ, Syriacæ & Arabicæ Linguæ uſu, ſignificaſſe putatur *tranſire*. Alii volunt eſſe à גז *gazaz* totondit, ſubaudiúntque *Deus*, ſed minùs commodè. Sequuti ſumus *Aquilam*, qui habet διεπέρασεν (lego, διεπέρασεν) ἀνὴρ καὶ ἐπετάσθη, ut Hieronymus: *quoniam tranſibimus citò & avolabimus.* *Symmachus* verò τμηθέντες γὰρ ἄφνω ἀνεπτάμεθα. Sed oporteret legi נגז *niggaz*, in futuro *Niphal* à גז *gazaz*, totondit, ſecuit. At veteres Interpretes plerique parum obſervantes ſunt conſtructionis, & LXX. quidem Intt. minimè omnium, uti nec propriæ ſignificationis vocum: ὅτι ἐπῆλθε πραΰτης ἐφ' ἡμᾶς καὶ παιδευθησόμεθα. In quæ verba ſic *Hieronymus*, Ep. laudatâ, col. 701. *Satis miramur, quid voluerint verbum Hebraicum* AIS (חיש) *Septuaginta, Theodotio & VI. Editio transferre* manſuetudinem, *cùm Aquila, Symmachus & V. Editio* feſtinationem, *& repente, celeritérque tranſtulerint.* Mirum ſanè eſt, ſed in fragmentis editis Vett. Intt. *Aquila* pro חיש vertit ἀνὴρ, quaſi legiſſet איש. Hæc ſanè adverbium, aut nomen, cui fortè ב præfigendum, *in feſtinatione*, alibi non exſtat, ſed cum ſit à חוש *feſtinare*, huic loco adprimè convenit. Sunt qui malint eſſe nomen, cui præfigendum ב, *cum feſtinatione.*

11. *Quis novit vehementiam tuæ iræ*] Non ſunt ita hæc capienda, quaſi homines ignorarent à Deo multos labores hominibus impoſitos, multámque moleſtiam & tandem mortem à natalibus, etiam longævis, non admodum remotam; res enim erat, quæ omnium quotidie oculos percellebat, nec proinde ulli ignota eſſe poterat. Hoc tantùm vult Moſes, non aliter ſe geſſiſſe homines, quàm ſi eam prorſus ignotaſſent, nec ſatis ad animum rem tanti momenti revocaſſe. Vide notata ad Pſ. I, 6. עז אפך *hoz appheca* meliùs vertit ἰσχὺν τοῦ θυμοῦ σου *Symmachus*, quàm LXX. Intt. τὸ κράτος τῆς ὀργῆς, aut Hieronymus *fortitudinem iræ*, intelligitur enim vehementia iræ.

Et qualis eſt tui reverentia, talem eſſe excandeſcentiam tuam] וכיראתך עברתך *oucbiratheba hebratheba*, & ſicut timorem tui iram tuam; hoc eſt, *eſſe*. Senſus eſt, Deum indignari, pro reverentia, quæ ei debita; ſeu pœnas ſumere graviores de hominibus, prout minùs eum reverentur. *Symmachus*: καὶ τὸν φόβον σου τὴν ὀργήν σου. At LXX. Intt. jungunt his verbis primam vocem verſûs ſequentis, cùm vertant: καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου σου τὸν θυμόν σου ἐξαριθμήσασθαι; incommodè.

12 *Ut numeremus* &c.] למנות ימינו כן הודע ונביא

[13]. Redi *ad nos*, ô Jehova, quò uſque *nos aſpernaberis*? Te pœniteat erga ſervos tuos. [14]. Satia nos matutino tempore benignitate tuâ, lætáſque voces emittemus, & hilares erimus per omnes dies noſtros. [15]. Exhilara nos, pro diebus, quibus nos adflixiſti, *& pro* annis, quibus malum vidimus. [16]. Oſtendatur in ſervis tuis opus tuum, & majeſtas tua poſteris eorum incumbat. [17]. Suavitas Jehovæ Dei noſtri nobis inſideat, opus manuum noſtrarum confirma in nobis, opus, *inquam*, manuum noſtrarum confirma.

Co-

noſtros, & auferemus *à te* cor ſapiens. 13. Redi *ad nos*, Creator, quo uſque *videbitur*, & ſolatium capitu; propter ſervos tuos. 14. Satia nos matutino tempore miſericordiâ tuâ, ac lætas voces emittemus, & gaudebimus omnibus diebus noſtris 15. Exhilara nos, pro diebus, quibus nos adflixiſti, & pro annis, quibus vidimus *apud nos* malum. 16. Opus *hoc* tuum conſpiciatur in ſervis tuis, & gloria tua inter eorum filios. 17. Sit apud nos quod eſt jucundum, in Creatore Deo noſtro, atque opus manuum noſtrarum ut ſtabile ſit facito, & confirma apud nos, & *idem illud* opus manuum noſtrarum ſtabile facito.

P A-

ונבא לבב חכמה limnoth jamenou chen hodah *venabi* lbab hhochmah, *ad numerandum dies noſtros ſic fac, ut innoteſcat, & adducamus cor* (ad) *ſapientiam*; hoc eſt, fac ut reputemus, quàm brevis ævi ſimus; quâ re fiet, ut magis ſapiamus. Qui hoc reputant, ut decet, omnem ſuperbiam animo ejiciunt, virtutémque ſectantur, ut breve illud ævum tranquillius traducant. Quæ tamen ſunt hominis alteram, poſt hanc, vitam ignorantis; quiſquis enim eam novit, majorem longè rationem habendam eſſe vitæ futuræ, quàm præſentis, & ſubinde, occaſione datâ, inculcat. Antecedentia etiam oſtendunt rem animo Moſis non obverſatam. *Aquila*, *Symmachus* & V. Edit. τὰς ἡμέρας ἡμῶν οὕτω γνώρισον ἵνα ἔλθωμεν ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς σοφίας. Quid verò eſt *in cor ſapientiæ*? Deteriùs tamen LXX. Intt τὴν δεξιάν σου οὕτω γνώρισον καὶ τοὺς πεπαιδευμένους τῇ καρδίᾳ ἐν σοφίᾳ. *Hieronymus* ſuperiores ſequutus: *ut numerentur dies noſtri, ſic oſtende, & veniemus corde ſapienti.* Sed נביא non eſt *veniemus*, verùm *venire curabimus*, niſi legerint נבוא *nabo*; quæ lectio eſt deterior noſtrâ, in qua conſtructio eſt ſimplicior, & Hebraicæ Linguæ magis conſentanea. Supplemus tantùm אל el. *ad*, ante חכמה *hhochmah*, ſapientiam, quæ particula interdum omittitur poſt בוא bo, *venire*. Vid. Jerem. XXXII, 24 Hagg. II, 7. Rectè *Hieronymus* obſervat LXX. Int. pro ימינו *dies noſtros* legiſſe ימינך jemincha, *dextram tuam.* Eum vide.

13 *Redi ad nos*] Supplevimus, *ad nos*, quia Deus *ſe amovere* dicitur ab iis, quos non juvat. Vide Pſ. VI, 1. LXXX, 15.

Nos aſpernaberis] Hoc, aut ſimile quid ſubaudiendum liquet; quod, perſpicuitatis causâ, ſupplevimus.

Te pœniteat erga ſervos tuos] הנחם על עבדיך *hinnahhem hal habadecha*, te pœniteat ſuper ſervis tuis, hoc eſt, ne ampliùs eos malè habeas. LXX. Int. παρακλήθητι ἐπὶ τοῖς δούλοις σου. Nec abſimiliter *Symmachus*, quod interpretatur *Hieronymus*, contra eorum mentem: *exorabilis eſto ſuper ſervos tuos.* Sed multò rectiùs de *pœnitentia* hæc intelliguntur; hoc eſt, non de mutatione conſilii, quæ in Deum non cadit; ſed de mutatione rationis, quâ ſe gerebat erga Hebræos, quos morti in deſerto obeundæ damnaverat.

14. *Matutino tempore*] Id eſt, maturè, metaphorâ fortè petitâ à rore matutino, quo terra ſatiatur. Vide Pſ. XLVI, 6 CXLIII, 8. & ſimilia loca.

Lætáſque voces emittemus] נרננה *nrannenah*. Plures Intt. αἰνέσομεν, quod lætæ voces, רנים *ronnim*, conjunctæ ſint cum laudibus Dei At LXX. ἠγαλλιασάμεθα Citatur è *Symmacho*, ἵνα ὑπαινέσωμεν, ſed legendum videtur ὑμνήσωμεν, ſic enim & alibi hoc verbum vertit & res ipſa poſtulat.

15. *Pro diebus*] כימות *chimoth*, ut diebus; hoc eſt, penſa mala, quæ paſſi ſumus, bonis contrariis.

Quæ vidimus] Paſſi ſumus. Vide ad Pſ. IV, 7.

16. *Opus tuum*] Auxilium tuum. Pro *in*, eſt Hebraicè אל el, *ad*, quod poſſet etiam Dativo exprimi: *ſervis tuis*.

Majeſtas tua] הדרך *hadarcha*, decus tuum, gloria tua. LXX. Intt. ὁδήγησον, quia legerunt *hadrech* à דרך inceſſit. *Symmachus*, τὸ ἀξιοπρεπές. Intelligitur *favor*. Vide Pſ. XLV, 4, 5.

17. *Suavitas Jehovæ*] נעם יהוה *noham Jehovah*, amoenitas Jehovæ. Vide Pſ. XVI, 11. XXVII, 4. LXX. λαμπρότης, *Symmachus* κάλλος. Hieronymus *decor*. Potiùs, ſuavitas, jucunditas.

Nobis inſidiat] *Supra nos.*

Confirma in nobis] כוננה עלינו *chonenah halenou*, confirma ſuper nobis; hoc eſt, fac, ut bene cedant nobis; nam quæ non confirmantur irrita fiunt. Sic *Symmachus*: ἑδραῖα ποίησον ὑπὲρ ἡμῶν. Sic & Hieronymus, *fac ſtabile*, & *confirma*. LXX. Intt. κατεύθυνον ἐφ' ἡμᾶς, *dirige ſuper nos.* Non malè.

COMMEN-

Cohortatur Iſraëlitas Pſaltes ad fiduciam in Deo reponendam, quòd liberet homines à periculis quibusvis, prout ſui timentibus promiſit.

1. QUI habitat in latebra *Dei* altiſſimi, *& qui* in umbra Omnipotentis commoratur,
2. dicat de Jehova: perfugium meum & munitio mea *eſt*: Deus meus, ei PSALM.
confidam. 3. Nam ille te à laqueo venatoris, à peſte exitiali liberabit. 4. Alâ ſuâ te CXI.
operiet, & ſub alis ejus perfugium invenies, ſcutum eſt & clipeus veritas ejus. 5. Non
timebis pavores nocturnos, neque ſagittam volucrem interdiu, 6. neque peſtem in
caligine

PARAPHRASIS.

De Peſtilentia, cujus mentio fit 2. *Samuelis Cap.* XXIV.

1. QUI habito in receſſu Altiſſimi, *ſeu* in umbra Omnipotentis, 2. dicam Creatori: tu ſpes mea es, & munitio, ô mi Deus; in te fiduciam meam ponam & munitionem, in qua tutus ero. 3. Nam ille, *ô anima mea*, liberabit te à laqueo venatoris, atque a peſte calamitatum. 4. Alâ ſuâ te quaſi umbrâ teget, & pennis ejus erit, quod confidas. Veracitas ejus erit tibi quaſi clipeus & ſcutum. 5. Non erit, quod tibi timeas à pavore nocturno, nec ab interdiu miſſa in te ſagitta: 6. aut a peſte, quæ noctu graſſabitur; & ab exſcidio, quod interdiu & meridie *homines* exter-

COMMENTARIUS

In PSALM. XCI.

1. IN *latebra Dei*] בסתר *bſether. Aquila* & V. Ed. ὁ καθήμενος ἐν ἀποκρύφῳ, prorſus ad verbum, ſed obſcurè. LXX. Int. κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ, quod nec Hebraicum, nec Græcum eſt. *Symmachus* bene; ὑπὸ σκέπην τοῦ ὑψίστου *Hieronymus*, *in abſcondito*, quaſi defuiſſet Linguæ Latinæ nomen ſubſtantivum, quo exprimeretur vox סתר *ſether*. Sed ſæpe vertit potiùs *Aquilam*, ut hîc, aut *Symmachum*, ut alibi paſſim, quàm Hebraica verba.

Et in umbra Omnipotentis] Addidimus *& qui*, quia hæc idem ſonant, ac antecedentia, ſoléntque membra ἰσοδυναμοῦντα conjonctione connecti. Metaphora hæc ducta eſt ab umbra arboris frondoſæ, quæ æſtûs vitandi causâ adiri ſolet, à vicinis: ut prior à latebris ſilvarum, aut montium, vel cavernarum, in quas ſe abdebant, qui ſibi ab hoſte metuebant.

2. *Dicat*] אֹמַר. quod volunt eſſe nonnulli participium, pro אֹמֵר. Sed alii præſenti vertunt *dico*, quæ frequens eſt ſignificatio participii; alii futuro *dicam*, quod aliquando ſignificat participium, & præſertim quidem paullò pòſt futurum (Vide *Sal. Glaſſium* Phil. S. Lib. III. Tr. IV. canon. 6) aut quod ſit prima perſona Futuri Kal. At LXX. Int. ἐρεῖ *dicet*, Hieronymus *dicens*. Sequuti ſumus priores, quia quæ præcedunt verſ. 1. ſunt loco nominativi, quem ſequi debet tertia perſona. Scio eſſe qui vertant, & verba conſtruant, in hunc modum: *habitans in latebra Altiſſimi, in umbra Omnipotentis commoratur*, quaſi hîc deſineret ſententia, ita ut velit Pſaltes, *qui habitat in umbra Altiſſimi*, eumdem *commorari in umbra Omnipotentis*. Quod quidem nemo negarit, ſed utrumque verbum prorſus eodem redit, perindéque eſſet ac qui diceret, eum, qui à Numine protegitur, à Deo defendi.

De Jehova] ליהוה *ladonai*. Hîc ל eſt pro *de* ut ſæpe alibi. Vide Gen. XIII, 13. & *Chr. Noldium* ad ſignif. particulæ X. Alii vertunt dativo, ſed ſequentia obſtant.

3. *Nam ille te* &c.] Pſaltes ſubitâ ἀποστροφῇ ad eum convertitur, de quo in antecedentibus.

A laqueo venatoris] מפח יקוש *mippbabh jakonſch*; hoc eſt, ab inſidiis hoſtium. Vide Pſ. CXIX, 110. CXXIV, 7.

A peſte exitiali] מדבר הוות *middeber havvoth*, à peſte exitiorum, vel calamitatum. Vide Job. VI, 2. XXX, 13. LXX. Int. ἀπὸ λόγου ταραχώδους. Pro דֶּבֶר legerunt דָּבָר. *Hieronymus*: *de morte inſidiarum*.

4. *Alâ ſuâ*] באברתו *beebratho*. Vide Pſ. LV, 7. LXVIII, 14. Metaphora ex avibus deſumta, ut Deut. XXXII, 11. LXX. Int. ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ. Hieronymus: *in ſcapulis ſuis*.

Sub alis ejus perfugium invenies] ותחת כנפיו תחסה *thabhath chnaphan thebbeſeb*. Cùm מחסה *mabbeſeb* ſit *perfugium*, verbum, à quo deducitur, eſt etiam *perfugere* & *perfugium invenire*, ut hîc.

Clipeus] סחרה *ſobberah*. A סחר ſahhar, *circuivit*, quia clipeus corpus circumdat, certè ex parte, dum ſe miles, eo hoſti objecto, circumagit. LXX. Int. ὅπλῳ κυκλώσει σε, quaſi legiſſent יסחרך *jisbberecha*. Hieronymus: *ſcutum & protectio*. *Aquila*: ὡς πανοπλία καὶ περιφορεία Incommodè.

Volucri] יעוף *jabouph*. Subaudi אשר, *quæ volabit*.

6. *Neque peſtem in caligine graſſantem*] מדבר באפל יהלך *middeber beophel jabaloch*, à peſte (*quæ*) in caligine ibit. LXX. Int. ἀπὸ πράγματος διαπορευομένου ἐν σκότει Iterum דָּבָר pro דֶּבֶר. *Aquila* ἀπὸ ῥήματος ἐν σκότει ὁδεύοντος. *Symmachus*: οὐδὲ λοιμοῦ ἐν ζόφῳ ὁδεύοντος. Rectiùs Hieronymus: *à peſte in tenebris ambulante*. Intelliguntur morbus nocte potiſſimùm graſſans, aut

caligine graſſantem; neque perniciem meridie devaſtantem. 7. Cadent à latere tuo *ſiniſtro* millem, & à dextra tua decies milleni, ſed *exitium* ad te non pertinget. 8. Quin oculis tuis ſpectabis, & ultionem improborum intueberis; 9. quia tu *dixeris*: ô Jehova, perfugium es meum, & *quia* habitationem tuam in excelſo loco poſuiſti. 10. Non continget tibi malum, nec plaga accedet ad tabernaculum tuum; 11. quia Angelis ſuis mandata dedit de te; ut te in omnibus viis tuis ſervent. 12. In volis ſuis te geſtabunt, ne pes tuus impingat ad lapidem. 13. Leonem & aſpidem *ſine noxa* calcabis, leunculum & ſerpentem *pede illæſo* premes.

14. Quia (*inquit Deus*) me amat, liberabo eum, & extollam, quoniam nomen meum novit 15. Invocabit me atque exaudiam eum, ei adero in anguſtiis verſanti, liberabo eum, & gloriam ei pariam. 16. Longitudine dierum eum ſatiabo, faciámque, ut ſalutem meam videat.

Pſaltes

exterminabit. 7. Cadent à tuo latere milleni, & quidem decem milleni, ſed ad te peſtis non accedet. 8. Verum tamen adſpicies oculis tuis pœnas, & reorum ultionem videbis; 9. quia tu, ô Creator, fiducia mea, habitaculum tuum in alto *aſſeri* potueris. 10. Nullo caſu ad te perveniet malum, nec plaga accedet ad tuum tentorium; 11. quia ſuis Angelis in mandatis dabit, ut te ſervent, quocumque iveris. 12. In manibus ſuis te ferent, ne pes impingat tuus. 13. Calcabis, *ſine noxa*, leonem & aſpidem, & pedibus premes leunculum & draconem *impunè*. 14. Quandoquidem *ſalus vir* me amplexus eſt, eum etiam eruam, atque attollam, quia nomen meum novit, & reveretur. 15. Invocabit me & ego eum exaudiam, ego ei adſum in anguſtia; eum eruam, & faciam, ut gloriam hinc nanciſcatur. 16. Longâ ætate ita ei ſatisfaciam, ut contentus ſit futurus longitudine vitæ, & facturus, ut videat liberationem meam.

P A-

aut inſidiæ nocturnæ. Fuit etiam timendum frigus nocturnum paſtoribus, ſub dio oves paſcentibus.

Perniciem meridie devaſtantem] מקטב ישוד צהרים *mikketob jaſchoud tſohorajim*, pro אשר ישוד בצהרים, *quæ vaſtabit in meridie*. Aut morbus gravis interdiu, aut incommoda ventorum urentium, quò reſpicit Syrus Int. qui habet, *ventum qui flat meridie*, aut apertum latrocinium. LXX. Intt. ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ, cujus tranſlationis rationem reddimus in *Arte Critica* P. I. C. I, 3 quem locum adeant, ſi ita videtur, Lectores *Aquila* ἀπὸ δηγμοῦ δαιμονίζοντος μεσημβρίας *Symmachus*: ἀπὸ συγκυρήματος δαιμονιώδους μεσημβρίας. Videntur eodem reſpexiſſe ac LXX. Intt. quamvis non intelligamus, qui in voce קטב *keteb* hæc invenerint. Certè nihil ejusmodi ſignificat Deut. XXXII, 24. Eſ XXVIII, 2. Hoſ. XIII, 14. ubi ſolum, præter hunc locum, occurrit. Hieronymus, *e morſu inſanientis meridie*, ad mentem *Aquilæ*.

7. *Cadent*] Hoc eſt, ſi cadant.

Siniſtro] Hoc ſupplevimus, quaſi eſſet השמאלי *haſſchmoli*, ut Ezek IV, 4. quid enim dextro lateri opponi poteſt, præter ſiniſtrum?

9. *Quia tu dixeris*] Quaſi eſſet אמרת *amartha*, ſupplendum, ex verſu ſecundo. Pſaltes eum adloquitur, quem autem? Alioquin orationis ſeries non conſtat

Et quia habitationem tuam] Quia *habitas in latebra Dei altiſſimi* &c ut verſ 1. Poſſis etiam vertere: *& Deum altiſſimum poſuiſti habitationem tuam*, ut Pſ. XC, 1.

In excelſo loco] *Excelſam*, ſi referendum ad מעון mahon, *habitationem*, ſin minus, erit vertendum, ut dixi, ita ut *Deus altiſſimus* ſit ipſa *habitatio*. Sic LXX. Intt. τὸν ὕψιστον ἔθου τὴν καταφυγήν σου, *Symmachus*: ὕψιστον ἔθου ἐν κατοικητήριόν σου At *Aquila* priore modo vertit: ὕψιστον ἔθηκας κατοικητήριόν σου. εἰ modò ὕψιστον ſit Epithetum κατοικητηρίου. Eadem ambiguitate *Hieronymus*: *excelſum poſuiſti habitaculum tuum.*

10. *Non continget*, לא תאנה *lo theanneh*. LXX. Intt. οὐ προσελεύσεται πρὸς σὲ κακά *Aquila*: οὐ μεταχθήσεται πρὸς σὲ κακία *Symmachus*: οὐ κατισχύσει σε κακία. *Hieronymus*: *non accedet ad te malum*. Senſus eſt expreſſus, at non vis verbi אנה *annah* In Pihel eſt *obvium aliquem dare*, in Puhal *facere*, vel *pati*, *ut aliquis occurrat*. Occurrit iterum Prov. XII, 21. eodem ſenſu, atque hîc. Sed cùm non ſemper propria ἐμφάσις conjugationum ſpectetur, ſimpliciter *continget* vertendum ſtatuimus; cùm præſertim vix Latinè vis conjugationis exprimi poſſet.

Plaga] נגע *negah*, quod morbum, peſtem & quodvis aliud malum, quod Deus, pœnæ loco, imponit hominibus ſignificat. LXX. Intt. μάστιξ, *Aquila* & *Symmachus* ἁφή. *Hieronymus* deteriùs *lepra*, quamvis enim dicatur de lepra, ubi de lepra ſermo eſt, נגע tamen abſolutè *lepram* non ſignificat.

11. *Angelis tuis* &c.] Vide Pſ. XXXIV, 8. ubi etiam Angelis curam piorum mandari docemur. Adito & Heb. I, 14.

In omnibus viis tuis] In omnibus cœptis, ut paſſim.

12. *In volis ſuis* &c.] Proverbialis formula, quâ intenta cura ſignificatur. Deſumta eſt à bajulis & nutricibus, qui per vias aſperas puerulos geſtant in ulnis, ne impingant offendiculis & cadant.

13. *Leonem* &c.] Aliud loquendi genus itidem proverbiale, cujus ſententia eſt, hominem pium è maximis periculis evaſurum, nec noxæ quidquam ab improbis accepturum. Addidimus *ſine noxa & pede illæſo*, ex re ipſa, perſpicuitatis causâ. De nominibus שחל *leo*, פתן *aſpis*, כפיר *leunculus* תנין *ſerpens*, conſulendus *Sam. Bochartus*, in Hierozoico.

14. *Quia, inquit Deus*] Duæ poſteriores voces ſupplendæ fuere, ut ſæpe alibi in Pſalmis Vide ad Pſ. LXXXI, 7.

Nomen meum novit] Scit me eſſe Deum verum,

Pſaltes hic oſtendit, quàm neceſſe ſit Deum palam laudare, propter ejus beneficia, atque opera; quamvis hæc non intelligantur à pravis hominibus, qui propterea Deo pœnas dant, dum boni florent.

1. CARMEN CANTICI IN DIEM SABBATHI. 2. Bonum eſt laudare Jehovam, & carmen canere nomini tuo, ô Altiſſime *Deus*, 3. nunciare mane benignitatem tuam, & veracitatem tuam *ſingulis* noctibus, 4. adhibito decachordo nablio, & Higgajone cum cithara. 5. Quia exhilaraſti, Jehova, me opere tuo, propter opera manuum tuarum lætas voces tollam. 6. Quàm magna ſunt opera tua, Jehova! Valde profundæ ſunt cogitationes tuæ. PSALM. XCII.

7. Vir ſtolidus hoc neſcit, neque inſanus adtendit. 8. Cùm germinant improbi inſtar herbæ, cùm florent quicumque vitio addicti ſunt, *id eò ſpectat*, ut in perpetuum perdantur. 9. Sed tu excelſus es in æternum, Jehova. 10. Nam en hoſtes tui, ô Jehova, en hoſtes tui peribunt, disjicientur omnes vitio addicti.

11. Ad-

P A R A P H R A S I S.

Laudes Dei canendæ die Sabbathi.

1. PSALMUS canendus die Sabbathi. 2. Bonum eſt celebrare laudes Creatoris, & Pſalmos canere, *qui te* extollant, ô Altiſſime *Deus*: 3. ut nuncietur mane ejus miſericordia & veracitas ejus in noctibus, 4. adhibitis Decachordo, Nablio, Higgone *&* Cithara. 5. Quia me exhilaraſti, ô Creator, opere tuo & actionibus manuum tuarum, *te* laudabo. 6. Quàm magnifica ſunt opera tua, ô Creator! Valde abſtruſæ ſunt cogitationes tuæ. 7. Vir bardus *eas* non novit, nec ſtultus talia intelliget.

8. Dum florebant improbi, inſtar herbæ, etiam germinarunt quicumque deditι ſunt iniquitati, donec exterminati ſint in perpetuum. 9. Tu vero excelſus eris in æternum, ô Creator, 10. cùm mox inimici tui peribunt; ſegregabuntur *ab aliis* quicum-

rum, & pro ſua cognitione mores ſuos componit. Poſterioris tamen major ratio habetur, quia cognitionem non ſemper ſequuntur mores ei conſentanei, quamvis ſine cognitione non ſint mores ſatis caſtigati.

15. *Et adero* &c.] *Cum eo ego in anguſtia.*

16. *Salutem meam videat*] Liberatione mea fruatur. *Videre bonum* & *malum* eſt ea ſentire, quod ſæpius monuimus. Si Chriſtiano more hæc interpreteris, erit ſalus æterna, ſed prius oſtendendum eſſet, perſpicuè eam revelatam fuiſſe, antequàm in loco ambiguo quæreretur.

C O M M E N T A R I U S.

In PSALM. XCII.

1. *In diem Sabbathi*] Ut caneretur die Sabbathi. Erant ſine dubio certi Pſalmi certis diebus adſignati, ſed qui fuerint non conſtat, nec magni noſtrâ intereſt ſcire. Lege tamen, ſi ita videatur, quæ hac de re habet *Joan. Leightfootius* in Libro *de Miniſterio Templi.*

3. *Nunciare mane* &c.] *Mane* & *veſperi*, aut *nocte*, totum diem complecti ſolent, quod νυχθήμερον vocant.

4. *Higgajone*] עלי הגיון *hale higgajon.* Videtur hîc הגיון inſtrumentum quoddam Muſicum eſſe. Alioquin eâ voce ſignificatur *meditatio* Pſ. IX, 17. XIX, 15. Lam. III, 52. LXX. tamen Int. vertunt hîc μετ' ᾠδῆς, & *Hieronymus*: *in cantico, in cithara.* Sed particula עלי obſtare videtur, quamvis in re tam obſcura, nihil adfirmare quaſi exploratum liceat.

5. *Opere tuo*] בפעלך *bphohalecha*; hoc eſt, auxilio tuo. Vide Pſ. XC, 15, 16.

Opera manuum tuarum] במעשי ידיך *bmahaſche jadecha*, in operibus manuum tuarum &c.

Valde profundæ ſunt] עמקו *hamekon*, hoc eſt, occultæ, atque imperveſtigabiles. Vide 1. Cor. II, 11.

7. *Hoc neſcit* &c.] Hoc eſt, quia rationem, cur Deus certo modo ſe gerat, ignorat, nec ſatis Providentiam ejus adtendit, etiam in iis, quæ intelligi poſſunt, ſi adtentio adhibeatur, Providentiam vituperat; aut etiam in dubium revocat, vel negat prorſus.

Id eò ſpectat, ut in perpetuum perdantur] להשמדם עדי עד *lehiſchamedem hade had*, *ad perdendos eos in perpetuum.* Non quidem conſilio Dei, qui delectetur eorum exitio, quod contrarium eſſet ſolemni jurijurando, quod exſtat Ezek. XXXIII, 11. ſed ſtultitiâ & improbitate malorum; qui ita ſe gerunt, quaſi hoc ſibi propoſuiſſent, ut funditus tandem perirent, & cum omnibus ſuis è medio tollerentur, ſæpe ſiniſterior eventus tribuitur, quaſi finis, hominibus, qui eum fugere alioqui vellent, ſed cæco furore in perniciem ſuam inſcii ruunt. Quod exemplis illuſtravit *Sal. Glaſſius* Phil. Sacræ Lib. III. Tr. VII. Can. 19. Vide Exod. XI, 9. Pſ. LI, 6.

9. *Excelſus es in æternum*] מרום לעולם *marom leholam*, propriè *in altitudine*, nam hæc eſt ſignificatio vocis מרום, ante quam ſubaudiendum ב, *in.* Vide Eſai. XXXIII, 5. Senſus eſt, cœlum in æternum habitat.

10. *Vitio addicti*] פעלי און *phohale aven*, *facientes improbitatem.* Peccandi habitum hoc loquendi genus paſſim ſignificat

11. Adtolles *contrà* cornu meum, ut cornu Orygis, perfundor oleo viridi. 12. Vi-
debit *quæ* dixi oculus meus in inſidiatoribus meis; de malis, qui inſurgunt contra me,
audient *hæc* aures meæ. 13. Juſtus inſtar palmæ florebit, inſtar cedri in Libano cre-
ſcet. 14. Plantati in Æde Jehovæ, in atriis Dei noſtri, germen emittent. 15. Etiam-
num fructus proferent in ſenectute, pingues & virides erunt; 16. ut nuncient rectum
eſſe Jehovam rupem meam, neque iniquitatem ullam ei ineſſe.

Pſal-

cumque iniquis actionibus dediti ſunt. 11. Suſtu-
liſti *cornu meum*, ut cornu *animalis*, *quod* Reem *vo-
catur*, & delibutus ſum oleo viridi. 12. Circum-
ſpexit oculus meus invidos meos, qui conſurge-
bant contra me, & maleficos audiverunt aures meæ.
13. Juſtus inſtar palmæ florebat, & multiplicaba-
tur, ut cedrus in Libano. 14. Plantatus erat in
Æde Creatoris, atque in atriis Dei noſtri flore-
bant. Germinabant adhuc in ſenectute, pingues
& virides erant; 16. ut nunciarent, Creatorem
rectum eſſe & rupem meam, nec ullam iniqui-
tatem in eo eſſe.

PARA-

11. *Cornu meum*] Vide ad Pſ. LXXV, 5.

Orygis] Vide ad Num. XXIII, 22.

Perfundor oleo viridi] בלותי בשמן רענן *ballothi beſchemen rahanan*. Cùm בלול *baloul* ſit ſat frequenter oleo permiſtum, vel perfectum, בלל *perfundi*, vel *inungi*, non ſine ratione, cùm præſertim ſic res ipſa poſtulet, verterunt. Reſpicitur enim ad conſuetudinem ſeſe oleo ungendi, de qua Pſ. XXIII, 5. Nec magna eſt, hac de re, controverſia; at quæritur, quid ſit *oleum viride*, quod Interpretes, quos quidem vidi, fugit. LXX. Int. ὁ γῆράς μου ἐν ἐλαίῳ πίονι. *Symmachus*: ἡ παλαίωσίς μου ὡς ἐλαία εὐθαλής. *Hieronymus*: *ſenecta mea in oleo uberi*. Qui omnes in aliqua voce peccarunt; verum quidem eſt בלותי *ballothi* poſſe verti *ſeneſcere meum*, hoc eſt, ſenectus mea; ſed conſtructio non eſt commoda, *ſenectus mea in oleo*. Præterea רענן *rahanan*, nuſquam eſt πίων *pingue*; nec שמן *ſchemen* eſt olea, ſed *oleum*, & quamvis legeremus כשמן *chiſchemen*, pro בשמן *biſchemen*, non procederet comparatio, *conſeneſcere meum eſt inſtar olei viridis*. Vertimus ergo verba ut verti ſolent, dicimúſque *oleum viride* memorari, quia eſt omnium optimum, cujus rei teſtem damus *M. Catonem* Lib de R. R. c. III. *Si in terra, vel tabulato oleum nimium diu erit, putreſcet, oleum putridum fiet; ex quovis oleo, oleum VIRIDIUS, vel bonum fieri poteſt, ſi tempori facies.* Idem Cap. LXV. docet quî oleum ejuſcemodi fieri queat. *Oleum viride ſic facito; oleum quàm primùm ex terra tollito. Si inquinatam erit, lavato; à foliis & ſtercore purgato. Poſtridie, aut diem tertium, quàm lecta erit, facito.* *Palladius* Octob. tit. x. *Nunc oleum viride faciemus, hoc genere. Olivam quàm recentiſſimam, cùm varia eſt, colliges, & ſi diebus aliquot collegeris, expandes, ne caleſiat ſi qua ibi putris, aut ſicca eſt, removes.* *Suetonius* in D. Julio c. LIII. *Circa victum C. Oppius adeò indifferentem docet, ut quondam ab hoſpite conditum oleum pro viridi adpoſitum, aſpernantibus ceteris, ſolum etiam largius dicat adpetiſſe; ne hoſpitem aut negligentiæ, aut ruſticitatis videatur arguere.* Ad quem locum *Caſaubonus* nos amandat ad *Catonem*, cujus verba exſcripſimus. Addit *Romanicum* id *oleum* fuiſſe vocatum, ſed fallitur. *Romanica* vocat *Cato Aratra*, non oleum viride. At verum eſt *Servium* ad Georg. II, 86. docere ex *Pauſia Bacca* fieri *oleum viride*.

12. *Videbit quæ dixi*] Duo poſteriora verba, quæ referuntur ad verſ. 9. & 10. addenda omnino fuerunt, perſpicuitatis causâ.

Inſidiatoribus] בשורי *biſchourai*, à שור ſchour, *contemplari*, *obſervare*. Hîc tantùm legitur, ſed שורר *ſchorer* frequens eſt, eadem ſignificatione. Vide Pſ. V, 9. XXVII, 11. &c. *Inimicos* etiam quoſvis ſignificat, quia inimicorum eſt *obſervare* in malam partem ſumtum. Hinc LXX. hîc ἐχθροῖς verterunt. *Symmachus* & *Theodotion*: ἀποτειχίζουσι, *muro excludentibus*, quia שור *ſchour* eſt *murus*.

De malis, qui inſurgunt in me] בקמים עלי מרעים *bakkamim halai mrehim*, in inſurgentibus in me malis, ב vertimus *de*, quia ſequitur *audient aures meæ*. Vide *Chr. Noldium*, ad ſignif. XII. particulæ.

13. *Inſtar palmæ*] כתמר *chatthamar*. LXX. Intt. ὡς φοῖνιξ, hoc eſt, ut *palma*, ſic ut habet *Hieronymus*, quod è lingua Hebraica non poteſt eſſe ambiguum. Sed qui Græca tantùm legebant, aut Vetuſtiorem *Hieronymo* Latinam translationem, *Phœnicem* avem interpretati ſunt. Quam fabulam ſat multi confutarunt, inter quos vide inprimis *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. VI. c. 5. ut ne opus ſit nobis rei immorari.

14. *Plantati in Æde Jehovæ*] שתולים *ſchthoulim*, plantati, quod refertur ad totum genus juſtorum, ideòque plurali eſt numero. LXX. Intt. πεφυτευμένοι, ceteri μεταφυτευθέντες, *tranſplantati*, ut habet *Hieronymus*. Putarunt probos elegantius dici *tranſplantatos*, nec Hebræi verba compoſita habent. Nullæ erant arbores in Templo plantatæ, ſed tralaticio ſenſu videntur homines religioſi dici plantati illic eſſe, propter longam & frequentem moram, quam faciebant in Templo.

15 *Fructus proferent*] ינובון *jenoubonn*. LXX. Intt. πληθυνθήσονται *Aquila*: γεννηματίζοντες, *Symmachus*: καρποφορήσουσι, ut & *Theodotion*, alii alios ſunt imitati. Senſus eſt, pios ſenes, etiam in ſenectute, Abrahami inſtar, liberos genituros.

Pingues & virides erunt] דשנים ורעננים יהיו *dſchenim verahanannim jihjou*, hoc eſt, vegeta & virens ſenectus eorum erit.

16. *Ut nuncient* &c.] Doceant minores natu, Deum ſemper ſe juſtum & æquum præſtitiſſe, cùm Majorum ſuorum, tum ſuo ipſorum tempore. Erant, nimirum, imperiti & feroces juvenes, qui, ſi quid gravius paterentur, Divinam Providentiam incuſabant, quos meliora doceri à grandioribus natu neceſſe erat.

COMMEN-

Pſaltes Dei regnum laudat.

1. REGNAVIT Jehova, majeſtatem induit, potentiâ veſtitus eſt Jehova, accinxit ſe, etiam firmabitur orbis, nec nutabit. 2. Firmum ſolium tuum eſt ab eo tempore; tu es ab æterno. 3. Tollant flumina, ô Jehova, tollant flumina vocem ſuam, tollant fluctus ſuos; 4. ſonitu aquarum multarum, vehementibúſ*que* undis maris, potentior eſt in excelſis locis Jehova. 5. Teſtificationes tuæ fideliſſimæ ſunt, *&* decora eſt Ædi tuæ ſanctitas, ô Jehova, in longitudinem dierum. PSALM. XCIII.

Pſal-

PARAPHRASIS.

1. CREATOR oſtendit ſe Regem eſſe Rerum Univerſitatis; Majeſtate & Potentiâ ſuâ ſe induit CREATOR. Orbis etiam firmus erit, neque nutabit. 2. Firmum eſt ſolium tuum, ô Deus, ab eo tempore. Tu es ab æterno. 3. Tollant flumina vocem ſuam, tollant fluctus ſuos. 4. CREATOR tamen longè potentior, in excelſis locis, murmure omnium aquarum, & ipſius maris, permanebit. 5. Verba tua, ô Deus, certiſſima ſunt, & decora eſt Ædes tua ſacra ac longo tempore ſtabit.

P A-

COMMENTARIUS

In PSALM. XCIII.

1. *Majeſtatem induit*] גאות לבש *geouth labeſch*. Eſt à גאה gaah, *altum eſſe*, proprio ſenſu, ut de fumo, déque mari, cùm adtolluntur; deinde translatum eſt ad ſublimem Regum Majeſtatem, ut Eſaiæ XXVIII, 1. tum etiam Dei, ut apud eundem Eſ. XII, 5. ubi Dei facta ingentia ſic vocantur. Nihil commodius viſum hîc voce *Majeſtas*.

Potentiâ veſtitus eſt] לבש עז *labeſch hoz*. Sic *Homerus* Iliad. H, 164.

Αἴαντες θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκήν.

Ajaces Martiam vim induti.

Accinxit ſe] התאזר *hithazzer*. Quaſi gladio. Deus ſemper quidem Regem totius terræ ſe præſtat; ſed aliquando potentiæ ſuæ inſigniora ſpecimina edit. Ad aliquid ſingulare hîc etiam reſpici putem, quamvis ex verbis quidnam ſit ne conjicere quidem liceat.

Firmabitur orbis] Hoc eſt, te regnante & regni curam gerente, omnia per orbem terrarum componentur, nec ullæ ampliùs mutationes fient. De vicinis populis Hebræo infeſtis agi videtur.

2. *Firmum erit*] נכון כסאך *nachon chiſacha*, LXX. ἕτοιμος ὁ θρόνος σου Symmachus meliùs: ἑδραῖος. Hieronymus: *firmum ſolium tuum.* Poſteriores ſequuti ſumus.

Ab eo tempore] מאז *meaz*. Videtur ſupplendum, *quo omnia facta ſunt*, nam מאז ſic ſumitur Prov. VIII, 22.

Tu es ab æterno] אתה מעולם *attha meholam*. Eſt clarior voculæ antecedentis explicatio.

3. *Tollant*] Eſt quidem bis נשאו *naſcheou* in Præterito, ſed quia ſequitur mox ישאו *jiſcheou* in Futuro, vertimus *tollant*. Senſus eſt: tollant licèt fluctus ſuos, idque cum maximo ſonitu; attamen multò iis potentior es, quos coërces, ubi viſum eſt

Fluctus ſuos] דכים *dachjam*. Eſt à דכה *fregit*, aptéque ita vocantur fluctus, quorum alii alios veluti frangunt, franguntúrque littori, vel ripæ adliſi. Eſt vox hoc tantùm loco, ſed res ipſa & vox שבר *ſchebar*, pari ratione formata à שבר *fregit*, oſtendunt de fluctu vehementiore agi. *Frangi* autem dicuntur fluctus, cùm incidentes in rupes retrorſum redire coguntur:

Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terram, ſcopulóſque ſuperjacit undam
Spumeus, extremámque ſinus perfundit arenam
Nunc rapidus retro, atque æſtu reſoluta reſolvens
Saxa fugit. Æneidos XI, 524.

4. *Sonitu*] *Vocibus* מקולות *mikkoloth*, quod quoſvis ſonitus ſignificat. Cùm non rarò populi conferantur cum mari, fremitúſque eorum cum marino; poſſet etiam fieri, ut Deus hîc iis longè potentior eſſe ſignificetur. Vide Eſai. XVII, 12, 13. Jerem. XLVII, 2.

Vehementibúſque undis maris] אדירים משברי ים *addirim miſchbere jam*. Repetendum מן *min* ex ſuperioribus, ſupplendáque conjunctio, quaſi ſcriptum eſſet ומאדירים *oumeaddirim*. Vocant Hebræi אדיר *addir*, quidquid in ſuo genere magnum eſt, ideóque hanc vocem tam fluctibus, quàm Deo addunt, ſed vox Latinè loquenti mutanda fuit. LXX. Intt. utrobique θαυμαστὸς, Hieronymus *grandis*. Aquila ὑπερμεγέθης.

In excelſis locis] במרום bmarom, *in altitudine.*

5. *Teſtificationes tuæ*] עדותיך *hedothecha*, non eſt leges, ut paſſim.

Fideliſſimæ ſunt] נאמנו מאד *neemenou meod*; hoc eſt, neminem fallunt, cùm ſint juſtæ, præmiiſque & pœnis certis ſancitæ, quæ exſequutioni mandantur.

In longitudinem dierum] Hoc eſt, in perpetuum ſanctè habebitur.

Deus oratur, ut plectat malos, quorum improba facta deſcribuntur, & ſtultitia arguitur. Contrà Dei clementia in bonos, auxiliúmque eis præſtitum laudatur.

PSALM. XCIV. 1 DEus ultionum, Jehova, Deus ultionum, effulge *vobis*. 2. Extolle te, qui
terram judicas, redde ſuperbis, quod eis debetur. 3. Quò uſque nocentes, ô
Jehova; quouſque nocentes exſultabunt? 4. Eructant & loquuntur dura; gloriantur
omnes vitio addicti. 5. Populum tuum, ô Jehova, conterunt hereditatémque tuam
affligunt. 6. Viduam & peregrinum occidunt, & pupillos trucidant. 7. Dicent: non
videbit hæc Jah, neque adtendet Deus Jacobi. 8 Stolidi, *qui eſtis* in populo, adtendite;
inſani, quando dabitis operam, ut ſapiatis? 9. Qui plantavit aurem, annon
au-

PARAPHRASIS.

1. O DEUS, qui ulciſceris ſcelera, luce tuâ favente nos illuſtrato. 2. Extolle te, ô qui es Judex Terræ, & mercedem, quam ſuperbis debes, iis reddito. 3. Quouſque malefici, ô CREATOR, quouſque malefici exſultabunt? 4. Dura hactenus aliis minantur, aut garriunt, & gloriantur homines vitio dediti. 5. Populum tuum opprimunt, poſſeſſionemque tuam male habent. 6. Viduam & peregrinum occidunt & pupillos trucidant, 7. putantque, te talia ſcelera ignorare, aut minime punire. 8. O ſtolidi, qui eſtis in populo Hebræo, hæc adtendite; quando tandem dabitis operam, ut ſapiatis? 9. qui nobis ſenſum auditus dedit, an ipſe non audiet? qui formavit oculum, an poteſt ipſe deſtitutus eſſe viſu?
10. Qui

COMMENTARIUS

In PSALM. XCIV.

1. DEus ultionum] אל נקמות *el nkamoth*. Perinde eſt ac Deus juſtus; non qui ulciſcatur ſe ſtudio ultionis, quòd delectetur malis hominum, qui juratus hoc negat Ezek. cap. XXXIII, 11. Vide & C. XVIII, 32.

Effulge] הופיע *hophiah*, nempe, פניך phanecha, *faciem tuam fac ſplendere*, facies enim ſplendida eſt favens. Vide Pſ. XXXI, 17. LXVII, 1. LXXX, 4, 8, 20. *Aquila*, *Symmachus*, *Theodotion* & Edd. V. & VI. ἐπιφάνηθι, *adpare*, quod idem ſignificat. *Hieronymus* ſimiliter: *oſtendere*. LXX Intt. ἐπαῤῥησιάσατο, minus rectè, nam neque hoc ſignificat vox Hebraica, & verbum rectiùs in Imperativo ſumitur.

2. *Extolle te*] הנשא *hinnaſche*, extollaris: hoc eſt, fac, ut ſublimis omnibus videaris, ſive potentior. Vide Pſ. VII, 7.

Quod eis debetur] גמול *gmoul*, mercedem, ſeu pœnam iis debitam. Vulgò *retributionem* vertunt, quod Latinum non eſt.

4. *Dura*] עתק *hathak* Vide Pſ. XXXI, 19. LXXXV, 6. Hic LXX. Intt. ἀδικίαν. *Hieronymus* adludens ad ſonum vocis, quod & alibi facit, *antiquum*.

Gloriantur] יתאמרו *jithammerou*; hoc eſt dabunt operam, ut loquantur de ſe, ſe ſe ad glorioſos ſermones habendos concitabunt. LXX. Intt. λαλήσουσι, Hieronymus: *garrient*. Alibi non extat, niſi fortè Eſai. LXI, 6. ubi tamen ſcribitur תתימרו *thithiammerou*, ſed gloriationem etiam ſignificat.

5. *Conterunt*] ידכאו *jedaccheou*; hoc eſt, reddunt, דכים *dacchim*, tenues, pauperes, Iſraëlitas.

6. *Peregrinum*] גר *ger*. LXX. Intt. προσήλυτον, Hieronymus: *advenam*, qui nullis adfinitatibus, aut conſanguinitatibus fultus, ſpretúſque, quia non eſt de proſapia Jacobi, obnoxius eſt injuriæ. Quare Deus eum humanitati Hebræorum commendarat Exod. XXV, 21. ubi vide notas, & C. XXIII, 9.

7. *Non videbit*] Non magis curabit, quàm ſi non vidiſſet. Vide Pſ. X, 11. LIX, 8.

8. *Adtendite*] בינו *binou*: ſubaudiendum לבבם *libbecham*, ut ſæpe diximus, ut & poſt תשכילו *taſchchilou*, quod ſequitur, & quod vertimus: *date operam, ut ſapiatis*.

9. *Qui plantavit aurem* &c.] Hoc eſt, eum, qui audiendi & videndi hominibus facultates dedit, ſine iis eſſe non poſſe. Natura ſanè, iis deſtituta, numquam eas dotes aliis conferre potuiſſet; imò verò is, à quo datæ nobis ſunt, eò præſtantiore ratione eas complectitur, quò eſt hominibus præſtantior. Qui autem quidquid dicitur audit, & quidquid fit videt, rerúmque omnium eſt dominus, atque idem omnia regit, non poteſt, juſtus cùm ſit, impios ſermones, & improba facta non punire, niſi reſipiſcant,

10. *Qui erudit Gentes*] היסר גוים *hajjiſſer gojim*, eſt quidem propriè *qui caſtigat* verbis, aut etiam *plectit* ictibus: ſed cùm idem ſignificetur voce יוכיח *jochiahh*, vertimus cum *Hieronymo*: *qui erudit*, ita poſtulante ſenſu. Alioquin eſſet mera ταυτολογία. Sic & ante *Hieronymum* LXX. Intt. ὁ παιδεύων ἔθνη. Res maniſeſtò confirmatur verſu 12. Intelligi autem videntur lumina Naturæ à Deo Gentibus data, quibus erudiuntur, ut docet Paulus Rom. II, 14, 15. ad quem vide Intt.

Annon arguit] הלא יוכיח *holo jochiahh*. Pœnis, nempe, immiſſis. Vide Pſ. VI, 2. Prov. III, 12.

Ipſe autem eſt &c.] המלמד אדם דעת *hammelammed adam dahath*, ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν, ut habent LXX. Intt. ſed participium eſt, ut, paſſim, pro præſenti. Addidimus hîc *autem*, quod poſtulat Pſaltæ ratiocinatio.

12. *Quem*

audiet? qui formavit oculum, annon videbit? 10. Qui erudit Gentes, annon arguet?
Ipſe *autem eſt*, *qui* hominem eruditione inſtruit. 11. Jehova cogitationes hominis inanitatem eſſe novit.

12. Felicem hominem, quem, *tu* Jah, erudieris, atque è lege tua docueris! 13. ita
ut ei quies concedatur, in diebus malis, donec fodiatur improbo fovea. 14. Non de-
ſeret enim Jehovah populum ſuum, nec hereditatem ſuam relinquet; 15. quia ad ju-
ſtitiam redibit judicium, & omnes rectæ mentis homines id ſequentur. 16. Quis ſtabit
mecum contra malos? quis aderit mihi contra vitio addictos? 17. Niſi Jehova auxi-
lio mihi *fuiſſet*, parum abfuiſſet, quin anima mea *locum* ſilentii habitaſſet. 18. Si dice-
rem vacillaſſe pedem meum, benignitas Jehovæ me fulciebat. 19. In multis meis
dubitationibus, *quæ* intra me *erant*, conſolationes tuæ animum meum recreabant. 20. An-
non adhæret tibi ſolium iniquitatum, qui laborem fingis, in inſtituti *obſervatione*?
21. Confertim irruerunt in vitam innocentis, & in ſanguinem innocuum ſententiam
dam-

10. Qui docuit omnes gentes quidquid veri norunt, annon is vitia iis exprobrabit? Is ipſe eſt, qui hominibus, quidquid veræ eruditionis habent, dedit, 11. & optimè novit hominum molimina inania frequentiſſima eſſe, aut ipſe irrita facit.

12. Beatum vero hominem, quem tu, ô Creator, docueris Leges tuas; 13. ita ut quietem ei conceſſeris calamitoſis temporibus, donec mali homines, qui calamitatis cauſæ ſunt, è medio ſublati ſint! 14. Neque enim Deus curam populi ſui omnino negliget, & poſſeſſionem hanc ſuam deſeret; 15. quia judices neceſſe eſt, pro jure recepto, ſententias ferre, quod & omnes recti animi homines facient. 16. Quis vero mecum contra improbos ſtabit? Quis mihi auxilium contra improbos feret? 17. Niſi Creatorem habuiſſem adjutorem, parum abfuiſſet, quin animus meus loca ſilentii habitaſſet. 18. Sed ſi faterer pedem meum vacillaſſe, me fulciebat continuò benignitas Creatoris. 19. In multis dubitationibus, quibus vacillabat animus meus, ſolatia tua me recreabant. 20. Annon eſt tibi ſolium iniquum, qui laborem fingis, in inſtitutorum a Deo obſervatione? 21. Confertim irruerunt in vitam innocentium, eoſque dam-

12. *Quem tu erudieris*] אשר תיסרנו *aſcher thejaſſerennou*. Sequens membrum oſtendit verbum hoc ita vertendum, ut verſ. 10. LXX. Int. ὃν ἂν παιδεύσῃς. Hieronymus: *quem erudieris*.

13. *Ita ut ei quies concedatur*] להשקיט לו *lehaſchkit lo*, ad quietem ei præſtandam; hoc eſt, immunitatem ab improborum vexationibus.

14. *Ad Juſtitiam redibit judicium*] עד צדק ישוב משפט *had tſedek jaſchoub miſchphat*. עד eſt pro אל, ad. Senſus eſt, mortuis improbis, qui terrori erant Judicibus, aut ipſi etiam inter eos ſedebant, nec juris ullam rationem habebant; tribunalia ad priſcum judiciorum morem reditura.

Omnes rectæ mentis &c.] *Et poſt illud*, aut *eam*, *omnes recti corde*.

16. *Quis ſtabit*] Aut, *quis ſurget mihi*: מי יקום לי *mi jakoum li*. Hieronymus: *quis ſtabit pro me*, rectiùs quàm LXX. & alii, τίς ἀναστήσεται. Perinde enim eſt ac *reſiſtet*.

Contra malos] עם מרעים *him merehim*, hoc eſt, על *contra*; & Latini dicunt *bellum gerere*, & *pugnare cum aliquo*. Quod eſt etiam uſitatum, apud Hebræos. Vide Gen. XXVI, 20. Exod. XVII, 8. & *Chr. Noldium* ad ſignif. V. particulæ. Jungitur cum verbo קום. Prov. XXX, 31. eodem ſenſu.

17. *Locum ſilentii*] דומה *doumah*, ſilentium; hoc eſt, ſepulcrum. Vide Pſ. CXV, 17. Notum eſt à Poëtis mortuos vulgò *ſilentes* vocari. *Anima mea* perinde eſt ac *ego*.

18. *Si dicerem* &c.] Si Deo faterer me dubitare, an curam piorum gereret, ne laberer in ea re, impediebat. Vide Pſ. LXXIII, 2.

19. *In multis meis dubitationibus*] ברוב שרעפי *brob ſcharhaphai*, *in multitudine dubitationum mearum*. Extat hæc vox Pſ. CXXXIX, 23. pro *cogitationibus*. LXX. Intt. ὀδύνας hîc vertêre, Hieronymus: *cogitationes*. Sed ſignificat hoc loco anxias cogitationes, ſeu dubitationes, quibus qui agitatur

— *animum celerem, nunc huc, nunc dividit illuc*
In partéſque rapit varias, atque omnia verſat.

20. *Annon adhæret tibi ſolium iniquitatum*] היחברך כסא הוות *hajehhobrecha chiſſe hhavoth*. Primum hic ה vertimus, quaſi eſſet הלא *halo*. Exempla vide apud *Chr. Noldium*, ubi de ה interrogativo, pro *annon*. Adloquitur Pſaltes Judices pravos, quibus *adhærere* ait *ſolium iniquitatum*, quòd, dum ſellæ Judicum inſiderent, iniquas ſententias ferebant. LXX. Intt. μὴ συμπροσέσταί σοι θρόνος ἀνομίας; *Aquila*: μὴ μεθέξει σοι θρόνος ἐπιβουλῆς; quod vertit Hieronymus: *numquid particeps erit tuus thronus inſidiarum*? *Symmachus*: μὴ συναφθήσεταί σοι θρόνος ἐπηρείας.

Qui laborem fingit in inſtituti obſervatione] יצר עמל עלי חק *jotſer hamal hale hhok*, fingens moleſtiam, ſuper inſtituto; hoc eſt, qui facis ut laborioſum videatur Moſis inſtituta obſervare, eáque propterea perfringis. עלי חק *hale hhok*, in inſtituto, ut ſumitur עלי Jerem. VIII, 18. Lam. IV, 5. Intelligimus autem *inſtituta Moſis*, quorum, quaſi moleſtorum, obſervationem remitterent pravi Judices. LXX. Intt. ὁ πλάσσων κόπον ἐπὶ προστάγματι. *Aquila*: ἐπὶ ἀκριβασμόν. *Symmachus*: ταλαιπωρίαν ἐπὶ προστάγματι. Hieronymus: *fingens laborem in præcepto*.

21. *Confertim irruerunt in vitam*] יגודו על נפש *jagoudou hal nepheſch* גוד *goud*, eſt *confertim*, aut *globo latrocinantium invadere* Gen. XLIX, 19. ubi vide notata. Confert ergo Pſaltes iniquos judices, cum globo latronum, qui ut junctis viribus vitam innocentium invadunt: ita

judices

damnationis tulerunt *pravi judices.* [22]. Sed factus eſt Jehova mihi editus locus, & Deus meus rupes perfugii. [23]. Rependit iis pro eorum iniquitate, exſcidit eos pro eorum malitia, exſcidit eos Jehova Deus noſter.

Laus Dei, adhortatio ad eum colendum, & dehortatio ab incredulitate.

PSALM. XCV. 1. AGE lætas voces Jehovæ edamus, & rupi ſalutis noſtræ vociferemur. [2]. Laude faciem ejus antevertamus, & carminibus adhibitis clamores ei tollamus. [3]. Nam Deus magnus eſt Jehova, & rex major omnibus Diis; [4]. in cujus manu ſunt terræ infima & fodinæ montium; [5]. cujus eſt mare, quod fecit, & ſicca humus, quam manus ejus formarunt. [6]. Venite, adoremus, incurvemus nos, & genua flectamus coram Jehova, qui nos fecit; [7]. quia ille eſt Deus noſter, nos verò populus paſcui ejus, & minutæ pecudes manûs ejus. Si hodie vocem ejus audiatis, [8]. ne obfirmetis, *ait Deus*, animum veſtrum ſicut Meribæ, & ſicut die, *quo fuiſtis* Maſſæ in ſolitudine; [9]. ubi

damnarunt iniqui judices. 22. Verùm eſt Creator inſtar loci editi, ad quem poſſim confugere. 23. Is rependit iis, pro eorum iniquitate, eóſque è medio ſuſtulit.

PARAPHRASIS.

1. VOCIBUS lætis Creatori gratias agamus, eumque quaſi rupem, in quam confugimus, extollamus, 2. & ejùs laudes carminibus celebremus. 3. Nam Deus eſt magnus Creator, & longè major omnibus Diis, ſeu iis, qui eo nomine vocantur. 4. In ejus manu ſunt terræ infima, & profunda; 5. cui paret mare & ſicca humus, quam manus ejus formarunt. 6. Venite, noſtra incurvemus, ut par eſt; ei noſtra corpora, & genua coram Creatore noſtro flectamus; 7. quia ille Deus eſt noſter, nos verò populus, qui inſtar minutarum pecudum ejus ſumus, & ab eo ſervamur. 8. Ne obfirmetis, ait Deus, animum, quemadmodum Meribæ olim factum eſt, aut Maſſæ in ſolitu-

judices pravi capita conferunt, ut omnium ſententiis damnentur inſontes.

In ſanguinem innocuum ſententiam &c.] דם נקי ירשיעו *vedam naki jarſchibou*, & ſanguinem innocentis reum judicarunt, hoc eſt, ſanguinem inſontis, latâ in eum iniquâ ſententiâ, fuderunt, quaſi reus eſſet. Addidi *judices pravi*, perſpicuitatis causâ.

22. *Editus locus*] למשגב *lmiſchgab*. Locus tutus. Vide Pſ. LX, 10. Vult Pſaltes, cùm ad Deum precibus confugiſſet, ſe tutum fuiſſe non aliter ac qui locum naturâ munitum, urgente hoſte, occupant, eóque ſe tuentur.

23. *Rependit iis pro eorum iniquitate*] *Redire fecit ſuper eos iniquitatem eorum.*

Pro eorum malitia] *In eorum malitia*; quod poſſit etiam ita intelligi, eos in ipſa nequitia à Divina Juſtitia fuiſſe oppreſſos. Plerique Græci: ἐπὶ τὴν πονηρίαν.

COMMENTARIUS

In PSALM. XCV.

1. R*Upi ſalutis noſtræ vociferemur*] לצור ישענו *ltſour jſſchbenou*. Ejus, qui, rupis munitæ inſtar, ſaluti ad ipſum confugientium conſulit, laudes clarâ voce celebremus. Vide Pſ. XLVII, 2. & verſ. 2. Mirè hîc Hieronymus: *jubilemus petræ Jeſu noſtro*; quaſi ישע *jeſchab* non eſſet *ſalus*!

2. *Laude faciem ejus antevertamus*] נקדמה *nkaddemab*. Antequàm coram eo, in Templo, nos ſiſtamus, ut eum laudemus. Vide Pſ. LXXXVIII, 14.

3. *Omnibus Diis*] Judicibus, Regibus. Vide Pſ. LXXXII, 1, 6.

4. *Terræ infima*] מחקרי ארץ *mebhkere erets*, inveſtigationes terræ; hoc eſt, profundiores ejus partes, quæ non niſi fodiendo & perveſtigando innoteſcunt. Itaque *infima* vertimus, nam *perveſtigationes* obſcurum erat, nec tamen aliud ſignificat. *Aquila*, qui voces ex Etymologia vertit, habebat: ἐξιχνιασμοὶ τῆς γῆς, at *Symmachus*, qui rerum majorem rationem habuit, quàm verborum: κατώτατα γῆς, quem nos ſequuti ſumus. LXX. Intt. πέρατα, Hieronymus, *fundamenta* verterunt, non ſatis commodè.

Fodinæ montium] תועפות הרים *thobaphoth barim*. Vide ad Job. XXII, 25. LXX. Intt. τὰ ὕψη τῶν ὀρέων. Hieronymus: *excelſa montium*. Sed fodinas ſignificari oſtendit Jobi locus. *M. Meibomius metalla* interpretatur IV. Speciminis p. 58. At cùm legamus Jobi loco *argentum* תועפות, nec quiſquam dicat *argentum metallorum*, rectius eſt fodinas vertere.

6. *Qui nos fecit*] עשנו hoſchenou *factor noſter*. *Meibomius* legit, עשנו ידיו, *fecit, nos manus ejus*, propter verſum; cui non credimus, uti nec alias audacis hominis mutationes audimus, quibus fucum, etiam doctis, facturum ſe ſperabat.

7. *Si hodie vocem ejus audiatis*] Meliùs tamen hiſce vocibus inchoaremus verſum, ut ille facit.

8. *Ait Deus*] Supplendum hoc res ipſa docet, quod ſæpe faciendum oſtendimus ad Pſ. LXXXI,

9. ubi tentaverunt me, exploraúntque, majores veſtri, & opera mea etiam viderunt. 10. Quadraginta annis faſtidio habui eam ætatem, & dixi, populus ſunt *hominum*, quorum errat animus, & qui vias meas non norunt; 11. cùm juravi in ira mea, eos quietas meas ſedes non ingreſſuros.

Hortatur Pſaltes populum ad laudandum & colendum Deum, regnúmque ejus prædicandum.

1. JEHOVÆ canticum novum canite, canite Jehovæ tota terra. 2. Canite Jehovæ, PSALM.
benedicite nomini ejus, & prædicate quotidie ſalutem ejus. 3. Gloriam ejus, CXVI.
apud Gentes & apud omnes Populos mirabilia ejus facta narrate; 4. nam magnus eſt Jehova, laude digniſſimus, & timendus, plus quàm omnes *alii* Dii, 5. quia omnes Dii

litudine, 9. ubi me explorarunt Majores veſtri, & ubi etiam viderunt Omnipotentiæ meæ ſpecimina. 10. Per quadraginta annos, faſtidium mihi creavit pervicax illa ætas, unde intellexi, eſſe populum erroribus ſuis mordicus adhærentem, & legum mearum imperitum; 11. quare juravi, iis indignatus, eos non ingreſſuros quietas ſedes, quas illis dare ſtatueram.

P A R A P H R A S I S.

1. NOVUM Canticum, Homines, quotquot eſtis, cantate Creatori. 2. Canite ejus laudes, ei benedicite, & prædicate quotidie, quomodo ſervet homines. 3. Gloriam ejus & mirabilia facta gentibus narrate; 4. Nam Creator magnus eſt, laudeque digniſſimus & formidoloſior multo, quam quicumque aliorum Deorum; 5. quia omnes Dii alii ſunt nihili, ſed Creator cœlum fecit,

LXXXI, 7.

Sicut Meribæ] Exod. XVII, 7. כמריבה *chimribah*, pro כבמריבה *chebemribah*, ut in Meriba. Vide Pſ. CVI, 9.

10. *Faſtidio habui*] אקוט *akut*. LXX. Int. προσώχθισα. *Aquila & Symmachus*: δυσηρέστησα, quod ſequutus *Hieronymus*: *diſplicuit mihi*; hoc eſt, ægrè tuli. Sed *faſtidio habui* rectiùs, quæ eſt verbi conſtans ſignificatio. At *Meibomius*, *decerpam ex hac generatione*, aut *hanc generationem ſenſim abſumam*, ſine exemplo, & ratione.

Populus ſunt hominum &c.] *Populus errantium corde illi.*

11. *Cùm*] אשר *aſcher*, pro כאשר chaaſcher, *quando*. Alii vertunt *ideò*, aut *certè*, quæ nec loco malè conveniunt.

Quietas meas ſedes] מנוחתי menouchathi, *quietem meam*; hoc eſt, locum, in quo quietem errorum eis dediſſem.

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. XCVI.

1. T*Ota terra*] Quamvis eo nomine compellari queat ſola terra Hebræorum, tamen hæc & ſequentia, ſublimiore ſenſu, imò & verbis ipſis convenientiore, ſi totam poteſtatis earum amplitudinem ſpectes, potuerunt veluti apud omnes totius terrarum orbis populos, dicta intelligi, & ad vocationem quarumvis gentium ad cognitionem veri Dei pertinere. Nonnulla jam diximus ad hunc Pſalmum, in notis ad 1. Ephem. XVI, 23. & ſeqq. ubi paucis mutatis habetur. Prima verba: *Jehovæ canticum novum canite* deſunt illic.

2. *Prædicate ſalutem ejus*] בשרו ישועתו *baſcherou jeſchouhatho*. LXX. Int. εὐαγγελίζεσθε τὸ σωτήριον αὐτοῦ, quæ verba melius conveniunt liberationi & ſaluti nobis à Chriſto partæ, quàm priſcis populi Hebræi liberationibus. Pro *quotidie* eſt *de die in diem*, quod idem eſt.

3. *Apud omnes populos* &c.] Potuerunt quidem de liberationibus Dei, in gratiam Iſraëlis, multa narrare, apud vicinos populos, Hebræi, per eorum agros ſparſi. Sed hæc pleniùs quadrant in promulgationem Evangelii, per omnes terras.

4. *Laude digniſſimus*] מהלל מאד *mehullel meod*, valde laudatus, aut potiùs laudabilis, vel laude dignus, nam & commenticii Dii laudabantur à ſuis cultoribus, hymnis, quales ſunt *Orpheo* atqoe *Homero* tributi, & qui à *Callimacho* ſcripti, & miris narrationibus de auxilio, quod ſibi miſſum putabant Ethnici à Diis ſuis.

5. *Dii nihili*] אלילים *elilim*. Deos nihili vertimus, quia אליל *elil* eſt nihil. Fit ſimul adluſio ad אלים & אלהים, quaſi dicas: digni non ſunt, qui vocentur *Elim*, vel *Elohim*, ſed *Elilim*, hoc eſt, *nihila*, ſi ita loqui liceret. Eſt παρονομασία, quam Latini Rhetores *agnominationem* vocarunt; eáque figura delectatos non tantùm Græcos & Latinos Scriptores, ſed etiam Hebræos, multis oſtendit *Meric. Caſaubonus*, in Diſſert. de Lingoa Hebraïc. Hanc cùm exprimi Græcè non poſſe viderent *Aquila* & *Symmachus*, ille ἐπικλάσεις, hic ἀνυπαρκτοὺς,

com-

Dii populorum ſunt Dii nihili, ſed Jehova cœlum fecit. [6]. Majeſtas & decor coram illo ſunt, robur & magnificentia in ejus Sacrario. [7]. Tribuite ergo Jehovæ, ô familiæ Populorum, tribuite Jehovæ gloriam & potentiam. [8]. Tribuite Jehovæ gloriam nomini ejus *debitam*, adferte dona & in ejus atria ingredimini. [9]. Adorate Jehovam, in ſplendore ſancto, & tremite coram eo, *incolæ* totius terræ. [10]. Dicite, apud Gentes, Jehova regnat, firmabitur orbis, neque nutabit, recta judicia feret de populis. [11]. Lætabuntur cœli, & exſultabit terra, mugiet mare, & quidquid id implet. [12]. Lætabitur ager & quidquid in eo eſt, arbores omnes ſilvæ lætas voces emittent, [13]. coram

cit. 6. Majeſtate & decore fulget, & magnificentia conſpicua eſt in ejus cœleſti Sacrario. 7. Vos ergo, o familiæ Populorum, tribuite gloriam & potentiam, quantæ ſunt, Creatori. 8. Tribuite ei gloriam, quæ ei debetur, adferte ad eum dona & in atria ejus ingredimini. 9. Adorate Creatorem, in ſacroſancto illo ſplendore, & tremite coram eo, incolæ totius orbis terrarum. 10. Cavete, ne diſſimuletis quidquam, quod ad ejus gloriam pertineat; dicite eum regnare, apud omnes Gentes, res humanas firmatum iri, neque nutaturas, & juſta judicia a Deo exſpectanda, 11. & quidem quæ lætitiam creabunt toti naturæ. Ea re fiet, ut viſura ſit lætitia animadverti in terra, mugiat-

commenticios & non exſiſtentes verterunt, aliis in locis.

Sed Jehova cœlos fecit] Certum argumentum Divinitatis, quam ante omnia feciſſe cœlum, & omnia creaſſe neceſſe eſt. Contra & Phœnices & Græci Deos ſuos Cœlo prognatos eſſe fatebantur, quod pluribus demonſtravit *Euſebius* Lib. I. Præp. Evangelicæ. Quin & Græcorum antiquiſſimi Theologi Cœlum patrem omnium Deorum fuiſſe docebant, ut liquet ex initio Theogoniæ Heſiodeæ, ubi Poëta rem ſæpiùs repetit. Ad hanc aut ſimilem opinionem reſpicere videtur Pſaltes.

6. *Majeſtas* &c.] Nempe, in ſede cœleſti Dei, tum etiam in Sacrario Jeroſolimitano, quod Cœli adumbratio quædam erat.

Magnificentia &c.] Paulò aliter hæc 1. Ephemer. XVI, 27. ubi vide not.

7. *Tribuite*] הבו habou, *date*.

8. *Gloriam nominis ejus debitam*] כבוד שמו chbod ſchemo, *gloriam nominis ejus*: quod Latinè aliter commodè exprimere non potuimus. Eſt gloria, quæ debetur ei, qui verè אלהים *elohim*, id eſt, *σεβάσμιος colendus* & יהוה *Jehovah*, ſeu *ὑπαρκτικὸς*, qui facit ut omnia, quæ ſunt, ſint. Agnoſcere hæc in Deo, ea prædicare, cultúmque tali præſtanti Naturæ exhibere, eſt *gloriam ei tribuere*.

In ejus atria ingredimini] Paullò aliter 1. Eph. XVI, 29.

9. *In ſplendore ſancto*] בהדרת קדש behadroth kodeſch, *in ſplendore ſanctitatis*; hoc eſt, in Sacrario Jeroſolimitano, ſplendidè & magnificè à Salomone exſtructo.

10. *Jehova regnat*] Sic habent omnes Codices Hebraici & Græci, veteréſque omnes Interpretes. Sed *Juſtinus* Martyr viderat Codicem Græcum, ubi additum erat *ἀπὸ τοῦ ξύλου*, *à ligno*; quæ verba cùm convenirent Chriſto, nec tamen exſtarent in aliis Codicibus, invectus eſt in Judæos, quaſi ea deleviſſent, quod confutavimus in Hiſt. Eccleſ. ad ann. CI, 9. Quæſiverunt viri docti, quî hæc verba irrepere in Codicem *Juſtini* potuiſſent; quod putabat *Nic. Fullerus* Miſcell. Sac. Lib. III. c. 13. factum culpâ Librarii, qui hæc verba, à Chriſtiano margini adſcripta, in contextum orationis *Juſtini* intuliſſet. Sed mirum eſt ejuſmodi additamentum, aut interpretamentum, à quoquam fuiſſe adſcriptum. *Mericus Caſaubonus* deteriorem etiam conjecturam protulit, Diſſert. de Lingua Hebraica p. 117. quam apud ipſum legas licet, ut & quod habet ea de re *Sam. Petitus* Var. Lect. Lib. IV. c. 9. Deliriorum præſtat rationem nullam quærere, niſi cum ratione inſanire velimus. Verba nonnulla omiſſa videntur 1. Eph. XVI, 30. Confer. loca.

Firmabitur orbis] Vide ad Pſ. XCIII, 1.

11. *Lætabuntur cœli*] Eſt poëtica magnæ hilaritatis deſcriptio, cum ſingulari mutatione, conjuncta. Hebræi vates mutationes in deterius, graviorésque Reipublicæ clades ita deſcribebant, quaſi cœlum ipſum eadem operâ turbatum fuiſſet, & ſtellæ inerrantes, Sólque & Luna obſcurarentur, ut habemus Eſa. XII, 10. Cœlum etiam commoveri & Terra tremere dicebantur, ut eſt ibidem verſ. 13. Contrà hîc, ubi deſcribitur mutatio in meliùs, univerſa natura lætans & præ lætitia geſtiens inducitur. Similia videas Pſ. CXIV, 3. Eſai. XLIX, 19. LV, 12. & alibi. Non ſunt autem hæc particulatim explicanda, quaſi ſtellæ aliud ſignificarent, aliud Sol, aliud Luna, aliud terra &c. Sed ſimul ſumenda, ut ſignificetur tanta hilaritas, ob regnum Dei inſtauratum, ut ipſæ res animâ deſtitutæ participes ejus eſſe videri queant.

Mugiet mare] ירעם הים jirham hajjam. Cùm Latini *mugitum*, aut *fremitum* maris dicant, non *tonitru*, vertere non potuimus *tonabit mare*, ut habet Pſaltes. LXX. Intt. *σαλευθήτω*, *agitetur*, quaſi legiſſent ירעש *jirhas*, quod eſt perinde ac ירעש, cum puncto ſiniſtro in ש, hoc eſt, movebitur, ut obſervavit *Lud. Capellus*. Hieronymus: *tonet mare*.

12. *Lætabitur ager*] יעלוז שדי jabaloz ſchadai, quod verti etiam queat, *exſultabit geſtiet*. שדי eſt ſingularis numeri *agrúm*que ſignificat. LXX. tamen Intt. *τὰ πεδία*, & Hieronymus: *ager meus*. Sic שדי *ſchaddai* neque *omnipotentes*, neque *omnipotentem meum*, ſed omnipotentem ſimpliciter ſignificat. Non negarim tamen pluralia aliquot inveniri, eodem modo finita; ſi modò librariorum oſcitantiæ, aut longinquitati temporis nihil debeamus. Vide *Joan. Buxtorfii* Theſ. Gram. Lib. I. c. 9. p. 79.

13. *Venit enim, venit*] כי בא כי בא *chi ba, ch*

ram Jehova; venit enim, venit, ut jus terræ dicat; judicabit de orbe juſtè, & de populis pro ſua veracitate.

Laus Dei & Regni ejus.

1. REGNAT Jehova, exſultet terra, lætentur inſulæ multæ. 2. Nubes & caligo ſunt circa eum, juſtitia & jus fulcrum ejus ſolii ſunt. 3. Ignis ante eum præcedit, hoſtéſque ejus circumquaque exurit. 4 Fulgura ejus orbem lumine illuſtrant, videt hoc, & contremit tellus. 5. Montes ceræ inſtar liqueſiunt, à conſpectu Jehovæ, à conſpectu Domini totius terræ. 6. Nunciant cœli juſtitiam ejus, vidéntque omnes populi ejus gloriam. 7. Pudore adficientur omnes ſculptilium cultores, & qui Diis nihili gloriantur. Adorate eum, vos omnes Dii. PSALM. XCVII.

8. Au-

giátque mare, & quæcumque in eo ſunt. 13. Quin & ſilvæ videbuntur lætas voces mittere, coram Creatore, qui veniet, ut iis jus dicat, & faciet pro ſua juſtitia & veracitate.

P A R A P H R A S I S.

1. JAM regnare ſe oſtendit Creator in terris, ſingularem in modum; exſultent ergo continens, & innumeræ illæ inſulæ, quæ, per maria ſparſæ ſunt. 2. Nubes & caligo ſunt circum eum, ne nimio ſplendore occœcet terrarum incolas; ſed juſtitia & jus ſunt ejus ſolii fulcra. 3. Ignis verò fulminum antecedit eum, & hoſtes ſuos undequaque, quando ei lubet, urit. 4. Fulgura verò ejus orbem lumine ſubitò illuſtrant; & terræ incolæ, qui fulgorem vident, tremore corripiuntur. 5. Montes, ſi ita Deo viſum eſt, ceræ inſtar liqueſiunt, in conſpectu ipſius Creatoris, qui Dominus eſt totius terræ. 6. Ipſi cœli oſtendunt juſtitiam ejus, qui uſuram lucis & caloris hominibus, vicibus, concedit, atque operibus ſuis cognoſcendum præbet; quod omnes homines facilè obſervare poſſunt. 7. Pudore profundetur quiſquis, qui ſtatuas colit, & Deos inanes jactat. Adorent verò Deum verum omnes, qui vocantur Dii, propter dignitatem, quam apud populos obtinent.

8. Pro-

chi ba. Elegans repetitio, quæ tamen non eſt 1. Eph. XVI, 33. Pro ſequentibus poſt *dicat*, etiam alia.

Juſtè] *In juſtitia.*

Pro ſua veracitate] *In veritate ſua*; pro ſuis legibus, ex quibus conſtanter jus dicet.

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. XCVII.

1. *LAetentur inſulæ multæ*] איים רבים *ijim rabbim.* Intelliguntur inſulæ maris interni, quæ notiores erant, quàm externi, & magno numero ſunt. Aliquando *inſulæ Gentium* vocantur, ut Gen. X, 5. ubi vide notata Hic Pſalmus, ut nec prior, intelligi nequit de temporibus Veteris Teſtamenti, niſi admodum jejunè; ideóque referenda hæc ad tempora Chriſtianiſmi, qui per omnia illa loca latè ſparſus eſt, radicéſque in iis egit numquam evellendas. *Regnavit* demum Deus, per omnes illos populos, quando ab iis cultus eſt.

2. *Nubes & caligo* &c.] Deſcriptio Dei, genus humanum veluti è nubibus deſpicientis, ut bonos tueatur, déque malis ſupplicium repetat; qualis eſt Pſ. XVIII, 9. & ſeqq.

Juſtitia & jus] Idem loquendi genus eſt Pſ. LXXXIX, 15. Significatur hiſce, & innumeris aliis locis, Deus judicaturus homines, è juſtis legibus eis latis, ſive per Naturæ, ſive per Revelationis lumina; non ex mutabili quodam jure, de quo ii ſomniant, qui volunt *juſtitiam Dei*, eſſe neſcio quid prorſus diverſum ab eo, quod nos homines *juſtitiam* vocamus; quaſi poſſet eſſe planè contraria legibus Juſtitiæ, quas recta Ratio, & Scriptura nos docent. Hæc quàm ſint indigna Chriſtianis oſtendendi locus hìc non eſt.

3. *Ignis ante eum præcedit* &c.] Vide Pſal. XVIII, 5.

4. *Fulgura*] Vide Pſ. XVIII, 15.

5. *A conſpectu Jehovæ*] Hoc eſt propter Dei præſentis majeſtatem, מלפני יהוה milliphne Jehovah, *quia ſunt ante faciem Dei.* Videntur *montes* perinde eſſe hìc, ac Reges & Proceres. Vide Eſ. LXIV, 1.

6. *Nunciant cœli* &c.] Sic & Pſ. L, 6. Auxiliis cœlitus demiſſis, ad piorum tutelam, malorúmque ſupplicia, patet Juſtitia Divina.

Vidéntque omnes &c.] Intelligunt, quænam ſit Dei potentia, & quænam ceteræ ejus virtutes, in quibus propriè ſita eſt Dei gloria.

7. *Pudore adficientur omnes* &c.] Multò pleniùs impleta hæc ſunt, ſub Evangelio, quàm ante Chriſtum; cùm totum Imperium Romanum, ab Idololatria ad cultum unius veri Dei revocatum eſt, & Chriſtiani longè longéque Judæorum numerum ſuperarunt.

Diis nihili] באלילים *baelilim.* Vide not. ad Pſ. XCVI, 5.

Adorate eum vos omnes Dii] כל אלהים *chol elohim.* Non videntur ullo modo contineri hîc vocis hujus poteſtate commentitii Dii, qui *nihil* ſunt, ſed tantùm Angeli & Principes, qui eo nomine adpellantur, Pſ. LXXXII, 11. nam hi omnes poſſunt & debent Deum adorare. LXX. Intt. πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ. Sic verterunt hanc ipſam vocem Pſ. VIII, 6. LXXXVI, 8. CXXXVII, 1. Scriptor Epiſtolæ ad Hebræos C. I, 6. *Cùm introducit* (hoc eſt, cùm deſcri-

8. Audivit verò & lætata eſt Sion; exſultarunt filiæ Judæ, propter judicia tua, ô Jehova; 9. quia, tu, Jehova, ſublimior es tota terra, & ſummopere elatus ſupra omnes Deos. 10. Qui amatis Jehovam odio habetote nequitiam; cuſtodit animos benignorum, éque manu nocentium eos liberat. 11. Lux ſeritur juſto, & lætitia iis, quorum mens recta eſt. 12. Lætamini juſti, propter Jehovam, & ſanctitatis ejus memoriam celebrate.

Pſaltes ad laudem Dei homines hortatur.

PSALM. XCVIII. 1. PSALMUS. Canite Jehovæ canticum novum, quia mirabilia fecit, ſervavit eum dextra ſua, brachiúmque ſanctum. 2. Notam fecit Jehova liberationem ſuam, oculis Gentium aperuit juſtitiam ſuam 3. Memor fuit benignitatis ſuæ ac fidei, erga domum Iſraëlis, *&* fines omnes terræ Dei noſtri liberationem viderunt.

4. Clangite Jehovæ, tota terra, perſonate, lætas voces edite, & carmina canite; 5. carmina,

8. Probè hæc audivit & gaviſa eſt Jeroſolima, lætatæ ſunt urbes ceteræ Judæ, propter judicia tua, ô Creator; 9. quia tu es ſublimior totâ terra, & longè elatior omnibus iis, qui Dii, ab hominibus vocantur. 10. Quisquis amat Creatorem, odio habeat nequitiam; ſervat enim animas eorum, qui bonos ſe præſtant, atque eripit iis, qui maleficos ſe oſtendunt. 11. Res ſecundæ ſervantur bonis, & lætitia iis, quorum animus eſt rectus. 12. Gaudete, ô boni, propter curam quam ſibi oſtendit eſſe veſtri, & ſanctitatis ejus præſtantiam celebrate.

PARAPHRASIS.

1. PSALMUS. Cantate, ô Iſraëlitæ, in honorem Creatoris, Canticum novum; quia miranda fecit, & ſuâ unius potentiâ ſe & populum ſuum defendit, contra molitiones impiorum. 2. Eâ re Creator oſtendit, qui poſſet populum & cultum ſuum tueri, & juſtitiam etiam Ethnicis, in ſe defendendo, aperuit. 3. Simul pateſecit benignitatem ſuam & fidem erga Iſraelitas, & fines omnes

deſcribit Scriptura adventum Meſſiæ) *primogenitum in orbem terræ, dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei* Res ipſa oſtendit, Pſalmum hunc agere de vocatione Gentium ad cognitionem Dei, quod norat Scriptor Sacer, & fortè ita etiam ſentiebant ejus ævi Judæi. Quod cùm ita ſit, mirum non eſt, hæc verba de Chriſto eſſe intellecta, quandoquidem Angelorum & Principum omnium erat, Deum, in Chriſto homine habitantem, colere, ut bene habet *Grotius* ad Heb. 1, 6.

8. *Audivit & lætata eſt Sion* &c.] Intelliguntur pii Judæi, qui, ob Gentium ad cognitionem Dei vocationem, vehementer lætati ſunt.

Propter judicia tua &c.] Deſtructionem Idololatriæ quæ cœpit à tempore, quo Chriſtus Gentes per Apoſtolos vocavit, & paullatim, per trecentos annos, in Imperio Romano, perfecta eſt.

9. *Excelſior es tota terra*] עליון על כל הארץ *heljon hal chol haarets*, excelſus ſupra totam terram; hoc eſt, omnes omnium terrarum populos imperio tuo ſubjectos habes.

Supra omnes Deos] Angelos, ut diximus, & principes omnium populorum, non אלילים *Deos nihili*, qui nullo loco. aut numero habentur.

10. *Qui amatis Jehovam*] Hoc eſt, vos, qui profitemini, à vobis verum Deum amari, oſtendite vos ex animo loqui, odio quo omne nequitiæ genus proſequimini; neque enim Deus amari poteſt, niſi ejus præceptis obſequium præbeatur.

Nequitiam] רע *rah*, quod τὸ κακὸν. vel τὴν κακίαν, non minùs ſignificat, quàm τὸ πονηρόν.

11. *Lux ſeritur juſto*] אור זרוע לצדיק *or zerouahh lattſadik.* Notum eſt *luce* res ſecundas, *caligine* adverſas ſignificari; quod apud Jobum ſæpiùs occurrit, ut Cap. XVIII, 18. XXX, 26 & alibi. Vide & not. ad Gen. XV, 12. Res autem ſecundæ *ſeri juſto* dicuntur, figurâ non Hebræis tantùm, ſed Græcis & Latinis, notâ; cùm juſtè ſe gerens, quaſi *juſtitiam ſereret*, unde ab eo poſtea felicitas, ſuo tempore, meteretur. Vide Proverb. XI, 18. Hoſ. X, 12. De vitio etiam dicitur Job. IV, 8. ubi lege notata Prov. XXII, 8. imò & de vento, hoc eſt, rebus inanibus, Hoſ. VIII, 7. Adi & Intt. ad Jac. III, 18 Attamen LXX. Intt. verterunt ἀνέτειλε, quaſi legiſſent זרח *zarahh*, perperam, ut & *Hieronymus: lux orta eſt.*

Lætitia iis &c.] *Et rectis corde lætitia:* hoc eſt, rectè facta à bonis ſeruntur, è quibus lætitiam metent, cùm fructus rectè factorum videbunt.

12. *Propter Jehovam*] ביהוה *in Jehovah*; quòd, nimirum, eum Deum habeatis.

COMMENTARIUS

In PSALM. XCVIII.

1. S*Ervavit eum dextra ſua*] הושיעה לו hoſehihah lo, *ſalutem ei peperit*; hoc eſt, ut puto, liberavit ab hoſtibus Iſraëlis Templum; res enim Dei agebatur, cujus publicum cultum exſtinctum ibant Ethnici.

3. *Fidei ſuæ*] אמונתו *veritatis ſuæ*, ſeu fidei Iſraëli-

mina, *inquam.* Jehovæ canite, cum cithara; cum cithara & canentium voce, [6]. tubis & ſonitu buccinæ clangite coram Rege Jehova. [7]. Mugiat mare & quidquid illud implet, orbis terrarum & ejus incolæ. [8]. Flumina manibus plaudant, ſimúlque montes lætas voces tollant, [9]. ante Jehovam; quia venit, ut jus terræ diceret. Judicabit orbem juſtè, & de populis rectam ſententiam pronunciabit.

Deſcribitur regnum Dei, & populi ad ei parendum, laudes tribuendas & preces fundendas, exemplo Moſis, Aharonis & Samuelis, excitantur.

1. JEHOVA regnat, contremiſcant populi: Cherubis inſidens *imperat*, nutet terra. PSALM. XCIX.
[2]. Jehova in Sione magnus, & ſublimis ſupra omnes populos. [3]. Laudabunt nomen tuum, *quod* magnum, terrificum & ſanctum eſt. [4]. Robur Regis jus amat, tu firmaſti recta *judicia*, jus & juſtitia in Jacobo *ut eſſent*, tu effeciſti.

[5]. Extollite Jehovam Deum noſtrum, & adorate ad ſcabellum pedum ejus; *nam* juſtus ille eſt. [6]. Moſes & Aharon inter Sacerdotes ejus fuerunt, & Samuel inter eos, qui

omnes eorum liberationem experti ſunt.

4. Clangito Creatori tota terra, & perſonato, lætas voces emittito, & carmina canito. 5. Carmina ei canito, non tantùm voce, ſed & citharâ adhibitâ. 6. Addito & clangorem buccinæ, & tubæ, coram Rege Creatore in Adyto ſuo. 7. Mugiant ſimul fluctus maris, & iis ſe conjungant inſularum ejus incolæ, 8. unâque flumina veluti plaudant, & montium cavernæ reſonent, 9 quia venit, ut jus dicat terrarum incolis, deque populis ſententiam ferat, quæ non poteſt eſſe non juſtiſſima.

P A R A P H R A S I S.

1. CREATOR eſt omnium rerum Rex, quamobrem eſt cur eum populi omnes, cum ſumma reverentia, colant; 2. quamvis, cùm quotieſcumque illi viſum eſt, è Sione potentiam ſuam exſerit in omnes populos. 3. Laudabunt enim nomen tuum, quod magnum eſt, terrificum & ſanctum. 4. Potentia Regis eſt conjuncta cum amore juſtitiæ, túque judicia juſta confirmas, átque jus & juſtitia ſint apud Iſraelitas, facis.

5. Extollite, ô populi, Creatorem Deum noſtrum, idque ad Sacrarium, quod eſt veluti ſcabellum pedum ejus; nam per omnia juſtus eſt. 6. Moſes & Aharon fuerunt primarii ejus Sacerdotes, & Samuel inter eos, qui eum ſolum invocarunt. Illi invocabant unum Creatorem, qui pre-

Iſraëlitis datæ, quam iis præſtiit.

4. *Perſonate*] פצחו *phitſebbou*. Septies hoc verbum occurrit, in Scriptura, & ſexies quidem in Eſaïa, ſemel ſolum Cap. LII, 9. in ceteris locis conjunctum cum רנה *rinnah*, læto clamore, ut XIV, 7. XLIV, 23. &c. unde colligimus eo verbo ſignificari hilarem ore ſonitum emittere. LXX. Intt. ᾄσατε. Hieronymus: *vociferamini.*

5. *Et canentium voce*] Additâ inſtrumentis Symphoniâ.

6. *Tubis*] בחצצרות *babbatſotſeroth*. Sic hoc inſtrumentum deſcribit Joſephus Lib. III. Ant. Jud. c. 11. Εὗρε δὲ καὶ βυκάνης τρόπον, ἐξ ἀργυρέου ποιητάμενος· ἔστι δὲ τοιαύτη· μῆκος μὲν ἔχει πηχυαῖον ὀλίγῳ λεῖπον· [illegible] σύριγξ αὐλοῦ βραχὺ παχυτέρα. Reliqua vide in not. ad Num. X, 2. aliáque ad Joſ. VI, 5.

7. *Mugiat mare* &c.] Has aut ſimiles προσωποποιΐας habuimus Pſ. XCVI, 11. Videntur hi Pſalmi de laudibus Dei, in ſe ſpectatis, ſine ulla ſingulari, quæ ad Pſalteo pertineat, circumſtantia, ſcripti eſſe, in uſum publicum Templi Jeroſolimitani, & fortè ab aliquo pio Sacerdote, aut Levita, qui ſua verba, ſuáſque figuras repetit.

9. *Juſtè*] *In juſtitia.*

Rectam ſententiam pronunciabit] במישרים *bmeſcharim*, in rectitudinibus. LXX. Intt. ἐν εὐθύτησι. *Hieronymus: in æquitatibus.*

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. XCIX.

1. C*Herubis inſidens imperat*] Addidimus *imperat*, quaſi eſſet משל *maſchal*. Certè repetendum eſt מלך *malach*, ex antecedente membro.

4. *Robur Regis*] ועז מלך *veboz melech*, quod vertere etiam queat: *potentia Regis*, quæ eſt cum jure & juſtitia conjuncta, aut potiùs iis nititur. LXX. Intt. τιμὴ βασιλέως, & Hieronymus: *Imperium Regis. Aquila*: κράτος. *Symmachus*: ἰσχύς, rectiùs.

Recta judicia] מישרים *meſcharim*. Vide ad Pſ. XCVIII, 9.

5. *Ad ſcabellum pedum ejus*] להדום רגליו *laba dom raglau*; hoc eſt, ad Arcam. Vide 1. Par. XXVIII, 2. Pſ. CXXXII, 7. Lam. II, 1. Alioquin ipſa Tellus vocatur *ſcabellum pedum Dei* Eſai. LXVI, 1. excluſo etiam Templo. ל ſignificat hîc, ut paſſim, converſionem adorantium Arcam verſùs, quam inſidebat Deus, non quòd adoraret Arcam; ſed Deum, qui, ſingulari ratione, ei aderat.

6. *Inter Sacerdotes ejus fuerunt*] בכהניו *bchohanau*. Nomen כהן *chohen* propriè Aharoni convenit, qui Pontifex Maximus erat, ut more Ro-

qui nomen illius invocarunt. Invocabant Jehovam, *iſque* eos exaudiebat. 7. In columna nubis eos alloquebatur, teſtificationéſque ejus obſervabant, & *ille quidem* inſtituta eis dedit. 8. Jehova, Deus noſter, tu eos exaudiebas, Deus peccatis ignoſcens eis eras, & ultor eorum, quæ faciebant. 9. Extollite Jehovam Deum noſtrum, ad montem ejus ſanctum, nam ſanctus eſt Jehova Deus noſter.

Adhortatio ad Deum laudandum.

Psalm. C. 1. CARMEN LAUDIS. Clangite Jehovæ totius terræ *incolæ*. 2. Colite Deum cum hilaritate, ingredimini in conſpectum ejus, cum lætis vocibus. 3. Scitote Jehovam eſſe Deum; ille nos fecit, non *ipſi* nos, populus ejus & pecudes minutæ paſcui ejus *ſumus*. 4. Ingredimini portas ejus, cum celebratione; atria ejus cum laude, celebrate eum atque benedicite nomini ejus; 5. quia Deus eſt bonus, benignitas ejus in perpetuum, & fides in ætates futuras.

Davi-

preces eorum exaudiebat. 7. E columna nubis eos alloquebatur, & dicta ejus attendebant, quibus inſtituta eis aperiebat. 8. O Creator, Deus noſter, eos exaudiebas; peccatis, iiſdem intercedentibus, ignoſcebas, antea ulciſcebaris. 9. Extollite Creatorem Deum noſtrum, ad montem Sionem ei ſacrum; nam ſanctus omnino eſt Creator Deus noſter.

P A R A P H R A S I S.

1. CARMEN, quo Deus laudatur. Tubâ clangite, in honorem totius Terræ Creatoris, incolæ. 2. Colite eum, cum hilaritate; nec intretis ejus Sacrarium, niſi lætas voces mittentes. 3. Scitote Deum noſtrum eſſe Creatorem, ille fecit noſtrum genus, non nos ipſi fecimus. Sumus tantùm minutorum pecudum ejus grex, qui paſcitur in Dei paſcuis. 4. Ingredimini ejus Atria & Sacrarium, eum laudantes. Celebrate eum & nomen ejus extollite; 5. quia eſt optimus, benedictus in perpetuum, & fidus in omnes ætates futuras, erga nos.

P A-

Romano loquar; Moſi eo ſenſu, quo ea vox ſignificat amicum intimæ admiſſionis, ut liquet è 2. Sam. VIII, 18. collato cum 1. Par. XVIII, 17.

Samuel] Videntur hæc ſcripta, tempore Salomonis, quo recens erat Samuelis memoria, nec dum fuerat, poſt Moſem, major, aut par Propheta, quales fuerunt *Elias* & *Eliſæus*.

7. *In columna nubis*] Refertur hoc, nòn ad Samuelem, ſed ad Moſem & Aharonem. Pronomina non ſemper ad ea, quæ proximè anteceſſerunt, ſed ad remotiora referuntur. Vide Pſ. XVIII, 15. XLIV, 3. Ideóque major ratio habenda rerum, quàm verborum.

Teſtificationes] עדות *bedoth*, hoc eſt, leges, ut paſſim, & præſertim Pſ. CXIX.

8. *Peccatis ignoſcens*] *Exorabilis.*

Ultor eorum, quæ faciebant] Interpretantur hæc de delictis Moſis & Aharonis, propter quæ Chananæa ſunt excluſi, malim intelligere de pœnis, quas Deus ſumſit in deſerto de iis, qui *factis* Moſis & Aharonis, Dei nomine agentibus, adverſabantur; nam accuſativus, qui ſequitur hoc verbum, non tantùm ſignificat peccata, de quibus ultio ſumitur, ſed & ea, propter quæ Deus ultionem ſumit. Vide Deut. XXXII, 42.

C O M M E N T A R I U S

In Psalm. C.

2. *CUm hilaritate*] Præſertim feſtis diebus, qui erant cum hilaritate publica conjuncti.

3. *Ille nos fecit, non ipſi nos*] הוא עשנו ולא אנחנו *hou haſchanou, vlo anahhnou*. LXX. Int. αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς ϗ οὐχ ἡμεῖς. rectè. *Symmachus* verò: αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς οὐκ ὄντας ἡμεῖς δὲ λαὸς, quaſi poſt ולא eſſet ſubaudiendum היינו *hajinou*, & nos non eramus. Hieronymus: *ipſe fecit nos, & ipſius ſumus*, incommodè, quaſi legendum eſſet ולו velo, *& ei*, vel *ejus*.

5. *Fides in ætates futuras*] עד דר ודר אמונתו had dor vador emounatho, *in ætatem & ætatem veritas ejus*. id eſt, ſemper fidem hominibus datam ſervat.

COMMEN-

Davidis mores & inſtituta.

1\. CARMEN DAVIDIS. Benignitatem & jus decantabo; tibi, ô Jehova, carmen recitabo. 2. Viam *hominis* integri docebo. (Quando me convenies?) Incedam in integritate animi mei, intra domum meam. 3. Non ponam præ oculis meis rem pravam. Facinus declinantium *à Lege Dei* odi, non adhærebit mihi. 4. Animus pravus recedet à me, malitiam ignorabo. 5. Calumniantem clam amicum ſuum, ejuſmodi hominem exterminabo; elatum oculis, & vaſto animo, ejuſmodi hominem non PSALM. CI.

PARAPHRASIS.

1\. CARMEN DAVIDIS. Benignitatem & jus celebrabo; tibi, ô Creator, canticum dicam. Vitæ inſtitutum boni viri docebo (quando me convenies?) Domi meæ pro mea integritate me geram. 3. Rem pravam mihi non proponam faciendam. Facinus eorum, qui declinant à Lege Dei, odio habeo, nec mihi adhærere patiar. 4. Pravum animum à me amoliar, neque malitiam mihi adhærere patiar. 5. Calumniantem clam amicum è medio tollam; nec feram ſuperbum,

COMMENTARIUS

In PSALM. CI.

2\. V*Iam hominem integrum docebo*] אשכילה בדרך תמים aſchchilah bderech thamim, *docebo in via integrum*, hoc eſt, docebo hominem integrum, quî ſe gerat; quòd reverà in ſequentibus docet, dum propoſitum vitæ ſuæ deſcribit. Cùm verbum אשכילה ſit activum, eo regi vocem תמים exiſtimavimus. Quòd non ſatis adtenderunt Vett. Intt. cùm LXX. habeant: συνήσω ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ, & *Symmachus*: ἐννοήσω ὁδὸν ἄμωμον. Hieronymus: *erudior in via perfecta*. Poſſet tamen ſubaudiri לבי *libbi*, vel נפשי *naphſchi* & verti: *docebo animum meum in via integra*; hoc eſt, mihi proponam viam, quam ſequar. Sed priùs malim. תמים eſt vir, qui integritate morum excellere cupit, cui David viam monſtrat.

Quando venies ad me?] Eſt parentheſis ad Deum, à quo Pſaltes quærit, quando ſit ad ſe venturus, hoc eſt, favorem priſtinum ſibi oſtenſurus. Vide Exod. XX, 24 Eſai. XXXV, 9. Contrà Deus paſſim deſcribitur, quaſi ſe ſe amovens ab iis, quibus non favet.

Intra domum meam] In rebus domeſticis.

3\. *Non ponam præ oculis meis*] Ut, nempe, eam faciam. Contrà *ponere Deum coram ſe* eſt eum quaſi exemplar, quod ſequaris, tibi proponere. Vide Pſ. LIV, 25 LXXXVI, 14.

Rem pravam] דבר בליעל dbar blijahal, *rem hominis nequam*. Vide Pſ. XVIII, 5. XLI, 9. LXX. Intt. hic πρᾶγμα παράνομον. *Hieronymus* deteriùs: *verbum Belial*.

Facinus declinantium à Lege Dei] עשה סטים haſcho ſetim, *facere declinantium*. Infinitivus hîc ſumitur, pro nomine, ut apud Græcos & Latinos; quod nec apud Hebræos rarum. Vide Proverb. XXI, 3. Addidimus *à Lege Dei*, ne ſenſus ſuſpenſus eſſet. Eſt à שטה, cum puncto ſiniſtro, quod eſt *declinare* à recta via, vel à virtute ad vitium. Vide Proverb. IV, 15. VII, 25. Hoſ. V, 2.

Non adhærebit mihi] לא ידבק בי lo iidbak bi, *non adhærebit in me*. Verbum hoc arctiorem conjunctionem ſignificat, ut liquet ex Gen. II, 24. Pſalm. LXIII, 9. Prov. XVIII, 24. Volebat ergo Pſaltes ſe daturum operam, ne habitum peccandi in Legem contraheret; nam nihil eſt, quod magis adhæreſcat nobis, quàm inveteratus habitus.

4\. *Animus pravus recedet à me*] לבב עקש *lebab bikkeſch*. LXX. habent: καρδία σκαμβή. Alius Interpres στρεβλή, alius διεστραμμένη. Hieronymus: *cor pravum*. Significatur animus callidus, doloſus & à Virtute prorſus alienus. Vide Pſal. XVIII, 27.

Malitiam ignorabo] רע לא ארע *rah lo edah*, quod verti etiam queat *malum hominem non noſcam*; hoc eſt, inter notos & amicos malum virum non habebo. *Malitiam non noſſe* perinde eſt, ac ei addictum non eſſe; nam quæ non novimus, non amamus.

5\. *Calumniantem clam amicum ſuum*] מלושני בסתר רעהו *mluſcheni baſſether rehehon*. Maſſorethæ legunt מְלָשְׁנִי, quæ ſcriptura ſi recta eſt, legendum eſſet analogicè מְלַשְׁנִי. Eſt veluti participium *Pohel*, cum י paragogico. Exſtat & in Futuro Hiphil Proverb. XXX, 10 תלשן thalſchen, *calumniaberis*, vel *deferes*. LXX. Intt. hîc habent καταλαλοῦντα, Hieronymus: *ſequentem contra*. Vox רעהו *rehehon*, poſſet verti etiam *proximum ſuum*; hoc eſt, quemvis Hebræum. Flagitium eſt calumniari quemcumque hominem, ſed atrocius eſt ſcelus eum, cui palam amicum te fingis, clam lacerare, maledicâ linguâ.

Ejuſmodi hominem exterminabo] אותו אצמית otho atſmith, *hunc exſcindam*. Eſt quidem hoc verbum *è medio tollere*, ſed quia gravior eſt hæc pœna, ſatis eſt, expelli ejuſmodi hominem. LXX. Intt. ἀπέκτεινον, *Symmachus*: ἀφανῶς ἐποίουν. Hieronymus: *interficiam*.

Elatum oculis] גבה עינים *gebah benajim*. LXX. Intt. ὑπερηφάνῳ ὀφθαλμῷ. Hieronymus: *ſuperbum oculis*. Superbia, nempe, in oculis micat, dum ſuperbi elato vultu ambulant, & veluti alios deſpiciunt. Vide & Eſa. II, 11. X, 12. & Prov. XXI, 4. Eodem ſenſu dixerunt Græci, ὀφρῦς αἴρειν, vel ἀνασπᾶν, *tollere ſupercilia*, quod & Latini imitati ſunt.

Vaſto animo] רחב לבב rehhab lbab, *latum corde*; hoc eſt, ſuperbum, qui non niſi res

non feram. [6]. Oculi mei *converſi erunt* ad homines fideles terræ, ut habitent mecum; incedens viâ hominis integri, is *demum* mihi adminiſter erit. [7]. Non habitabit intra domum meam dolum ſtruens; neque in conſpectu meo conſiſtet mendacia loquens. [8]. Matutinis temporibus exſcindam omnes nocentes terræ, donec omnes vitio addictos, ex urbe Jehovæ, exterminarim.

Miſeriæ Hebræorum, in Captivitate Babylonica, precéſque ad Deum ſub ejus finem fuſæ, cum ſpe liberationis.

PSALM. CII. I. PRECES HOMINIS ADFLICTI, CÙM ANGORE DEFICERET, ET CORAM JEHOVA ORATIONEM SUAM FUNDERET.
[2]. JEHOVA, audi preces meas, & clamor meus ad te perveniat. [3]. Ne mihi abſcondas faciem tuam, eo die, *quo* anguſtiæ mihi ſunt; inclina ad me aurem tuam eo die, *quo te* invoco; feſtina, exaudi me; [4]. quia ſicut fumus abſumuntur dies mei, &

bum, & vaſto animo. 6. Eligam mihi amicos fideles, ut mecum vivant; & quisquis integer vitâ fuerit, is mihi, in negotiis meis, adminiſter erit. 7. Fraudulentus, & qui dolos ſtruet apud me non erit, neque in conſpectum veniet is, qui in mendaciis deprehenſus fuerit. 8. Matutinis temporibus, ante alia negotia, homines nocentes è medio tollam, donec improbos omnes ex urbe, Creatori ſacra, ejecerim.

PARAPHRASIS.

1. PRECES hominis infelicis, dolentis, & propemodum angore deficientis, profunduntur ad *Creatorem.* 2. O CREATOR, exaudi preces, quas fundo ad te, ita ut intelligam exauditus meas preces tibi non ingratas fuiſſe. 3. Ne differas diutiùs auxilium, quod abs te exſpecto, ſed me exaudire propera, eo ipſo die, quo id exſpecto; 4. quia hæc mea vita, quam vivo, inſtar fumi,

magnas animo agitet, exterósque propterea ſpernit. Vide Prov. XXI, 4.

Ejuſmodi hominem non feram] אותו לא אוכל *otbo lo oucbal*, cum non potero. Subaudiendum שאת *ſcheeth*, ferre. Poſt verbum יכל ſæpe aliud ſubauditur, pro re, de qua ſermo eſt. Vide Pſ. XXI, 12. CXXXIX, 6.

6. *Oculi meè converſi erunt*] עיני בנאמני ארץ henai benemane erets, *oculi mei in fideles terræ.* Oculos, nempe, ſæpiùs convertimus in eos, quos amamus, aut magni facimus; ſive quia eorum adſpectu delectamur, ſive quia eorum curam gerimus. Vide Gen. XLIV, 22. Jer. XXXIX, 12. XL, 4.

7. *Non habitabit* &c.] Hæc cùm ad omnes bonos pertineant, ſunt tamen officii potiſſimùm Regum & Principum; qui fraudulentis hominibus cincti multa peccant, nequitiâ Miniſtrorum, à quibus falluntur, quàm prava indole.

8. *Matutinis temporibus*] לבקרים *labbekarim*; hoc eſt, dabo operam diligentem, ut malos plectam. Quæcumque enim diligentiùs & ſtudioſiùs fiebant in calidis illis terrarum oris manè inchoabantur, aut etiam perficiebantur, quòd negotiis gerendis horæ pomeridianæ, propter æſtum diei, minùs aptæ eſſent. Vide 2. Sam. XV, 2. Jer. XXI, 12.

COMMENTARIUS

In PSALM. CII.

1. H*Ominis adflicti*] לעני *lehani*, quæ vox & *adflictum*, ſeu calamitate preſſum, & *pauperem* æquè ſignificat. Hìc quidem pro utroque ſumi queat, cùm hoc nomine deſcribantur Judæi in Captivitate Babylonica, à multis annis, contabeſcentes.

Cùm angore deficeret] כי יעטף *chi jahaphoph.* Subaudire videtur לבו libbo, *cor ejus*, quod exprimitur Pſ. LXI, 3. LXX. Intt. ἀκηδιάσῃ. Hieronymus: *ſollicitus fuerit. Symmachus: ἀθυμεῖ.*

Orationem ſuam funderet] ישפך שיחו jiſchphoch ſchihho, *funderet meditationem ſuam.* LXX. Intt. ἐκχέῃ τὴν δέησιν αὐτοῦ *Hieronymus: fuderit eloquium tuum.* Vide Pſ. LV, 3. LXIV, 2.

4. *Sicut fumus* &c.] Vide Sap. II, 2, 3. Rectè viri docti contulerunt, cum hiſce Pſaltæ, verba *Senecæ*, verſ. 392. & ſeqq. Troadis:

—— ut calidis fumus ab ignibus
Vaneſcit, ſpatium per breve, ſordidus;
Ut nubes gravidas, quas modò vidimus,
Arctos Boreæ diſperit impetus:
Sic hic, quo regimur, ſpiritus effluet,
Poſt mortem nihil eſt, ipſáque mors nihil.

Oſſa mea, ſicut focus amburuntur] עצמותי כמוקד נחרו *hatſmothai chemoked nibharou.* Vox מוקדה *mokedah*, fœminino genere, Levit. VI, 9. manifeſtò ſignificat *pyram*, aut *focum* altaris, in quo foco ignis ardebat. Vide & Eſai. XXXIII, 4. ubi מוקדי עולם *mokede holam*, ſunt *foci*, aut *pyræ perpetuæ*. Confert, ut videtur, Pſaltes oſſa ſua foco altaris, ſeu craticulæ altari impoſitæ, in qua perpetuus Ignis alebatur; quaſi ardenti toti corpori oſſa eſſent craticulæ inſtar, quæ ardentem materiam ſuſtineret, ejúſque flammâ ambureretur. LXX. Intt. habent ὡσεὶ

& oſſa mea, ſicut focus, amburuntur. 5. Cor meum, ſicut herba, *ardore* percuſſum eſt, & exareſcit, quia obliviſcor comedere panem meum. 6. Propter ſonitum gemitûs mei, os meum carni meæ adhæret. 7. Similis ſum Ardeæ deſerti, factus ſum inſtar Onocrotali ſolitudinum. 8. Vigilo & ſum inſtar avis ſolitariæ, quæ tecto inſidet. 9. Quotidie probris me laceſſunt inimici mei, & furentes contra me jurandi formulam in me inveniunt; 10. quia cinerem, ut panem, comedo, & potum meum lacrimis miſceo; 11. propter indignationem & iram tuam, quippe qui me extuleris & dejeceris. 12. Dies mei ſicut umbra inclinantur, & ego veluti herba exareſco. 13. Tu verò,

fumi evaneſcit, & oſſa mea, inſtar foci, amburuntur. 5. Cor meum, inſtar herbæ, ardore correptum exareſcit, quia cibi obliviſcor. 6. Propter perpetuos gemitus meos, *vix* caro mea oſſibus hæret. 7. Factus ſum ſimilis Ardeæ deſerti, aut Onocrotalo. 8. Per totam noctem vigilo, ſumque inſtar avis ſolitariæ, quæ tectis domuum inſidet. 9. Perpetuis probris me laceſſunt qui me oderunt, & præ odio, quo me proſequuntur, invenerunt formulam jurandi, quâ mihi perpetuum odium indicunt; 10. quia vident os cineribus fœdantem, quaſi iis veſci vellem; 11. propter indignationem tuam, quâ me antea elatum a te, poſtea dejeceris. 12. Dies mei, ſicut umbra declinant, nam ut herba exareſco. 13. Tu verò, ô Creator, ſemper idem es, nec tui obliviſcentur per omnes ætates futuras.

ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν. Aquila: ὡς καῦσις ἐψαθυρώθη. Symmachus: ὡς ὑπόκαυμα ἀναγέγονεν. Hieronymus: quaſi frixa contabuerunt. נחרו *nihharou* eſt Niphal à חרה hharah, *exarſit*, vel à חרר *hharar*, formâ Chaldaicâ, ut nonnulli volunt. *Comburi*, vel *amburi* ſignificat, non *ſiccari*, aut *frangi*, aut *contabeſcere*. Vide Ezech. XXIV, 10. *Multa ſigna collige, accende ignem, abſume carnem* — *& oſſa* יחרו jebharou, *comburantur*, vel *amburantur*.

5 *Sicut herba percuſſum eſt*] הוכה כעשב *houchah cvabeſcheb*; nempe, ardore ſolis herba percuſſa exareſcit. Nam de Solis vi hoc verbum adhibetur Pſ. CXXI, 6. Jon. IV, 8. Hamoſ. IV, 9. Hagg II, 17, 18.

Exareſcit] יבש *jibaſch*. Metaphorâ ex herba ductâ, cor ſibi contabeſcere ſignificat.

Panem meum] לחמי *lahhmi*, panem, vel cibum, quo indigeo. Hinc in Oratione Dominica *panis noſter* dicitur cibus, quo negato natura dolet.

6. *Os meum carni meæ adhæret*] Sic loquitur Jobus c. XIX, 20. ubi vide notata.

7. *Ardeæ deſerti*] לקאת מדבר *likath midbar*. Multis oſtendit *Sam. Bochartus* קאת *kaath* non eſſe *Pelicanum*, ut verterunt LXX. Intt. & *Hieronymus*, ſi propriè dictus *Pelicanus* intelligatur. Sed aliquando confunditur cum *ἐρωδιῷ*, ſeu *Ardea*, quæ *Aſterias* dicitur, & cujus vox eſt admodum abſona & lugubris, ut probat Scriptorum plurium auctoritatibus. Quare eum ſequuti ſumus. Ipſum adeant, quibus res cordi erit, Hieroz. P. 2. Lib. II. c. 24.

Onocrotali] כבוס *chechos*. Plerique Veterum *νυκτικόρακα*, aut *bubonem* verterunt, cujus vox eſt admodum lugubris. Sed ſunt graves rationes, cur *Onocrotalus* eſſe credatur, quas adtulit *Sam. Bochartus* ibidem c. XX. Ejus avis vox etiam eſt magna & horribilis. Eum vide.

8. *Inſtar avis ſolitariæ*] כצפור בודד *chetſippbor boded*. Multis hunc locum interpretatur *Sam. Bochartus* Ibid. Lib. I. c. 22. Vox quidem צפור non tantùm avem quamvis, ſed & *paſſerem* ſignificat, ut Cap. antecedente idem probavit; ſed meritò cenſet avem ſolitariam, quæ tectis inſidet & nocte vigilat, qualis hîc deſcribitur, non eſſe paſſerem, ſed bubonem, aut noctuam. Eum adito.

9. *Jurandi formulam in me inveniunt*] בי נשבעו bi niſchbahou, *jurant in me*; hoc eſt, adhibito nomine meo jurant, his aut ſimilibus verbis: ſi fallam, idem mihi contingat, quod Judæis contigit! Qui ſenſus, non tantùm nuperis Rabbinis, ſed & ex veteribus Chriſtianis Intt. ut liquet è Catena Cordiana, adriſit. Non potuit Latinè exprimi, niſi verborum aliquâ circuïtione. Sic Num. V, 21. ſacerdos mulieri adulteræ: *ſtatuat te Jehova in exſecrationis & perjurii exemplum*, לאלה ולשבעה *lealah veliſchbouhah*; & Eſaiæ LXV, 15. *& relinquetis nomen veſtrum*, לשבועה liſchbouhah, *in jusjurandum electis meis*, hoc eſt, ut ſitis formula exſecrationis & jurisjurandi; qualem jam adtulimus. Sed ejus exemplum inſigne exſtat Jerem. XXIX, 22. ubi poſtquàm dixit Deus, ſe Achabum, Kolajæ F. & Sedekiam, Mahaſejæ F. Pſeudoprophetas traditurum Nebuchadnetſari, Babyloniorum Regi, qui eos in conſpectu populi interfecturus eſſet, *& deſumetur*, inquit, *ab eis imprecatio toti Captivitati Judæ, quæ eſt Babylone, his verbis: habeat te Jehova, ut Sedekiam & Achabum, quos igne torruit Babyloniorum Rex.* Licet Hebraïcè diceret brevius: *malè precabitur populus in Sedekia & Achabo*, ad exprimendum id, quod pleniùs extulit Jeremias. Contrà, in fauſtis adprecationibus, dicebant *benedicere in eo*, ex quo formula benedicendi deſumta erat, ut oſtendimus ad Gen. XII, 3. XLVIII, 20.

10. *Cinerem, ut panem, comedo*] Qui lugebant, cinere ſe adſpergebant, qui poterat pani, aut cibo admiſceri, dum ex capite lugentium in cibos caderet. Vide Joſ. VII, 6. Ezek. XXVII, 30. & ſimilia loca.

Potum meum] שקוי ſchikkuvai, *potus meos*. Vide Pſ. LXXX, 5.

12. *Sicut umbra inclinantur*] *Sicut umbra inclinata* כצל נטוי *chetſel natoui*. *Dies* dicitur *inclinari*, quando eſt fini proximus, ut Jud. XIX, 8. Perinde *umbra inclinata* eſt umbra quæ mox, inſtantibus tenebris, evaneſcet. Vide Pſ. CIX, 23. *Georg. Buchananus*, hoc loco:

Ut ferè in tenebras umbra crepuſculo
Vaneſcit, celeres deproperant dies
In mortem.

13. *Permanes*] תשב theſcheb, *habitabis*; nempe, cœlum, cùm homines morte ſublati ſedes

verò, Jehova, in æternum permanes, & memoria tua erit in ætates *omnes* futuras.
[14]. Tu ſurges & miſeraberis Sionem; quia tempus eſt eam miſerandi, venit enim præſtitutum tempus. [15]. Delectantur enim ſervi tui lapidibus ejus, & pulveris ejus eos miſeret [16]. Tunc timebunt Gentes nomen, Jehova, & omnes terrarum Reges gloriam tuam, *ô Deus*, *videbunt*. [17]. Poſtquàm inſtauravit Jehova Sionem, cernetur in gloria ſua; [18]. *cùm* reſpexerit ad preces ſolitariorum, neque eas ſpreverit. [19]. Scribetur hoc in gratiam poſterarum ætatum, & populus, qui naſcetur, laudabit Jah, [20]. quia proſpexit, ex edito ſanctitatis ſuæ loco, è cœlis, *inquam*, Jehova in terram deſpexit, [21]. ut audiret gemitum vincti, & filios mortis ſolveret: [22]. ut memorarent in Sione nomen Jehovæ, & laudem ejus Jeroſolimæ: [23]. cùm populos & regna congregaſſet, ut ipſum colerent.
[24]. Adflixit in via vires meas,& dies meos contraxit. [25]. Dicam: ô Deus mi,ne in dimidiis meis diebus me abſumito. In ætates *omnes* futuras ſunt dies tui [26]. Antea terram fundaſti, & cœli opus manuum tuarum ſunt. [27]. Peribunt illa, ſed tu permanebis; omnia veſtis inſtar veteraſcent, inſtar indumenti ea mutabis, & mutationem patientur.

ras. 14. Surges, & miſeraberis Sionem, cùm ſit tempus, quo miſericordem te erga eam teſtaberis. 15 Nam ſervi tui delectantur vel ejus ruderibus, quibus maximè adficiuntur. 16. Te iis miſericordiam oſtendente, aliæ Gentes nomen tuum timebunt, & omnes Reges vicini gloriæ tuæ erunt teſtes. 17. Poſtquam Creator Sionem inſtauraverit, cernetur in ſua gloria; 18. cùm rationem habuerit paucorum, qui ſunt ſuperſtites Jeroſolimæ, neque precum illorum vocem ſpreverit. 19. Hoc litteris mandabitur, in gratiam futurarum ætatum; & populus, qui poſtea naſcetur, laudabit Creatorem; 20. quia ex cœleſti ſuo ſolio viderit, quid agatur, in terris; 21. ut audiret gemitus eorum, qui ſunt ab hominibus in vincula conjecti, & morte damnati; 22, faceretque ut tuæ laudes audirentur in Sione, & Jeroſolimæ; 23. cùm in eam urbem gentes convocaret, ut illum, ut par eſt, colerent.
24. Deus tamen multos ita debilitavit, ut breviorem eorum vitam fecerit; 25. quo factum eſt, ut dixerim: ô Deus mi, ne dimidiâ parte vitæ mulctato me. Per omnes ætates, ſeu in æternum eſt duratio tua. 26. Jam antea creaviſti cœlum, & terram, quæ etiamnum permanent. 27. Attamen erit tempus, quo illa peribunt; ſed tu ſemper eris. Omnia, inſtar veſtis, veteraſcent, ſed & ea ipſe ſedes ſuas deſerunt.

In ætates &c.] *In ætatem & ætatem.*

14. *Venit enim præſtitutum tempus*] כא מועד *ba mobed.* Tempus à Jeremia prædictum Cap. XXV, 11, 12. Ergo hæc ſcripta fuerint paullò ante LXX. annum captivitatis Babylonicæ.

16 *O Deus, videbunt*] Addidi, *ô Deus*, propter ἀπεῤῥωφὴν, ſine ea voce duriorem, & *videbunt* יראו *jiron.* è ſequenti verſu, quia *gloria* potiùs cernitur, quàm timetur. Vide Eſai. XL, 5.

17. *Cernetur in gloria ſua*] Quanta ſit ejus gloria, hoc eſt, bonitas & potentia, meliùs intelligent populi.

18. *Cùm*] Nexûs cauſâ, hoc addendum fuit.

Solitariorum] הערער *habarbar*, ſolitarii. LXX. Intt. τῶν ταπεινῶν. Hieronymus: *vacui.* Exiſtimavi vocem deducendam à ערה *nudavit*, & radicalium repetitione ſignificari hominem omni auxilio *nudatum*, ac proinde ſolitarium, cùm præſertim vox jungatur cum *deſerto* Jer. XVII, 26. ubi de homine auxilio deſtituto, quippe quod ab hominibus, non à Deo exſpectarat: *erit*, inquit, *ut ſolitarius* (כערער) *in deſerto*, *nec videbit bonum cùm venerit*, *habitabit loca arida in deſerto*, *terram ſalſuginis*, *in quo non maneas.* Scio LXX. vertere ὡς ἀγριομυρίκη & *Hieronymus: quaſi myricæ*, ut & C. XLVIII, 6. ubi LXX. habent: ὡς ὄνος ἄγριος. Sed & illic optimè *ſolitarii* ſignificatio convenit, & ערירי *bariri*, ex eadem radice, Gen. XXII, 30. *ſolitarium*, ſeu *orbum* ſignificat. Nec commodè dixeris *preces myricæ*, aut *aſini feri.* Chaldæus hîc: מצורין *deſolatorum.*

19. *In gratiam poſterarum ætatum*] לדור אחרון *ldor ahharon ætati poſteræ.*

Qui naſcetur] נברא *hannibra*, creatis. Hic generatio ſpectatur, non *creatio* propriè dicta. Vide notata ad Gen. I, 1.

20. *E cœlis*, *inquam*] Addidi, *inquam*, quia hæc verba repetitio ſunt clarior eorum, quæ dicta ſunt, in proximè antecedente membro.

21. *Filios mortis*] Damnatos morte. Vide Pſ. LXXIX. 11. Quod idioma Hebraïcæ Linguæ tam notum eſt, ut mirum ſit LXX. Intt. vertiſſe hîc υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων, quaſi non putaſſent, legendum בני תמותה *bne themouthah* ſed מומתים *mommathim*, eorum, qui occiſi ſunt. *Hieronymus: filios mortis.* Intelliguntur miſeri Judæi, qui propter flagitia, ſeu vera, ſeu ficta à Chaldæis morte damnati fuerant.

23. *Populos & regna* &c.] Hæc pertinent ad vocationem Gentium, quæ non in paucis proſelytis, qui ſe adjunxerunt olim Religioni Judaicæ; ſed in populorum & regnorum converſione ad Chriſtum impleta eſt.

24. *In via*] בדרך *badderech.* Vita via eſt, cujus finis habetur ſenecta, ante quam ſi quis pereat aut malè habeat, dicitur *in via* perire, aut cum adverſis rebus luctari. Vide Pſ. II, 12.

25. *Me abſumito*] תעלני thahaleni, *faciet me adſcendere*; ut fumum, aut vaporem, qui adſcendentes evaneſcunt. Vide Eſ. V, 24. Jer. XLVIII, 15.

In ætates omnes futuras] *In ætatem ætatum.*

27. *Peribunt illa*] Cœlum & terra. Mirum eſt Hebræis notam fuiſſe παλιγγενεσίαν illam omnium rerum, ita ut non ambiguè de ea loquantur, ut & Philoſophi, qui eam crediderunt, ut Platonici & Stoïci; nec tamen quidquam

Google

tur. 18. Tu verò *idem* es, nec anni tui effluunt. 19. Filii ſervorum tuorum *terram tuam* incolent, & poſteritas eorum, in conſpectu tuo, ſtabilis erit.

Laudatur Deus, ob beneficia ab eo accepta, æterna ejus beneficentia, & miſericordia extolluntur, Angelíque & Homines ad eum cebrandum excitantur.

PSALM CIII.

1. DAVIDIS *Pſalmus.* Benedicito, anima mea, Jehovæ, & omnia viſcera mea nomen ejus ſanctum *prædi ent.* 2. Benedicito, anima mea, Jehovæ, neque præmiorum ejus obliviſcitor. 3. Ignoſcit omni iniquitati tuæ, & omnes morbos tuos ſanat. 4. Liberat è fovea vitam tuam, téque benignitate & miſericordiâ coronat. 5. Satiat os tuum bonis, & adoleſcentia tua, inſtar Aquilæ, renovatur. 6. Juſtitiam exercet Jehova, & jus *dicit* omnibus oppreſſis. 7. Vias ſuas Moſi, opera ſua poſteris Iſraëlis patefecit. 8. Miſericors & liberalis *eſt* Jehova, lentus ad iram *concipiendam*, & magnus benignitate. 9. In perpetuum non contendit, neque in æternum *iram* ſervat. 10. Non ſe gerit erga nos, pro peccatis noſtris, nec pro iniquitatibus noſtris pœnas nobis

ipſe mutabis, inſtar indumenti, nec poterunt, pro arbitrio tuo, non mutari. 28. Tu vero ſemper es & eris, nec vitæ tuæ ullus erit finis, ut nullum fuit initium. 29. Noſtra tamen progenies agros, quos ei dediſti, incolet, videbitque ſuam ſobolem tutò eoſdem agros, quos ſemel occuparit, habitantem.

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS Carmen. O anime mi, laudato Creatorem, atque omnia mea viſcera ſanctiſſimum ejus nomen prædicent. 2. Laudato eum, anime mi, neque umquam beneficiorum ab eo acceptorum ſubeat tibi oblivio. 3. Ignoſcit omnibus tuis iniquè factis, atque omnes morbos tuos curat. 4. Imminentem tibi mortem propulſat téque fructibus benignitatis & miſericordiæ coronat. 5. Satiat os tuum gratis cibis, & videtur revocare juventutem tuam, quemadmodum aquilis. 6. Juſtitiam exercet Creator, & judicat de iis, qui ab aliis opprimuntur. 7. Leges ſuas revelavit Moſi, & opera ſua oſtendit Iſraelitis. 8. Miſericordem & liberalem ſe præbet hominibus, qui eum colunt; ſeróque eò devenit, ut iraſcatur, ſed ſummam benignitatem ſuam iis teſtatam facit. 9. Si contendit cum hominibus, non fit hoc in perpetuum, quaſi placari nolit. 10. Nequaquam nos habet, pro gravitate vitiorum, & delictorum, ut pœnas de nobis, ſine miſericordia, exi-

quam dici de ſtatu animorum, déque ultimo judicio, & præmiis ac pœnis, quæ ſequentur; certè quod non ſit ambiguum.

Permanebis] תעמוד thahamod, *ſtabis.*

Inſtar indumenti mutabis] Nempe, inſtar indumenti detriti, quod abjicitur. Hîc non deſcribitur redactio in nihilum, quam hinc quidam exſculpere conantur, ſed magna mutatio.

28. *Tu idem es*] אתה הוא atthah hou, tu ille; hoc eſt, idem ille, qui fuiſti. Hinc fortè Arabes & Perſæ הו *hou*, nomen Dei eſſe cenſent, qui ſemper *idem* eſt.

Effluunt] יתמו *jethammou*, quod eſt propriè *perficiuntur*, *complentur*; quod more Latino expreſſimus.

29. *Terram tuam*] Hoc addidimus, quod neceſſariò ſubaudiendum, poſt verbum *habitabunt*, quod ſine regimine eſſe Latinè loquentibus non poteſt. Sequens etiam membrum rei favet.

In conſpectu tuo] Non procul à loco, in quo ſingulari ratione antea adfuiſti; hoc eſt, Sacrario.

COMMENTARIUS

In PSALM. CIII.

1. O*Mnia viſcera mea*] Intimæ mentis cogitationes, ut alibi ſæpe.

3. *Iniquitati tuæ*] עונכי *havonechi* Chaldaïco more, pro עונך *havonech*, quod & in ſeqq. repetitur, unde ſuſpicari licet in Chaldæa, aut poſt reditum ex ea regione, ſcriptum hunc Pſalmum, & voculâ לדוד *lDavid* ſignificari ad exemplar Davidicorum, non à Davide, compoſitum.

5. *Inſtar Aquilæ*] כנשר *chanaeſcher*. Multi multa de renovatione juventutis aquilæ commenti ſunt, quæ collegit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. II. c. 1. Sed prudenter cenſet id ſolùm nos amplecti oportere, quod pro vero & certo omnes agnoſcunt; nempe, aquilam, ſtato tempore, veteribus plumis abjectis, alias ſubinde reſumere; atque hoc modo renovari. Vide Eſ XL, 31.

6. *Juſtitiam exercet*] עשה צדקות *hoſcheh tſdakoth*, faciens juſtitias; hoc eſt, juſta judicia profert, eáque exſequitur.

Jus dicit] שפטים *ſchphatim*. Latinè rem expreſſimus, ſed *judicia*, ſunt idem ac *juſtitiæ*.

8. *Liberalis*] חנון *hhannoun*, *gratificans*.

9. *Iram ſervat*] יטור *jittor*, *ſervabit*, id eſt, ſervare ſolet. Supplevimus *iram*, quæ ſæpe poſt hoc verbum ſubauditur. Vide Levit. XIX, 18.

bis infligit. [11]. Sed quanta eſt altitudo cœlorum ſupra terram, tanta eſt benignitas ejus, erga eum timentes. [12]. Quantum diſtat oriens ab occidente, tam procul à nobis defectionum noſtrarum *pœnas* amovit. [13]. Ut patrem miſeret liberorum ſuorum, ſic Jehova ſui timentes miſeratur. [14]. Novit enim id, quo ficti ſumus, & nos pulverem eſſe recordatur. [15]. Hominis dies ſunt inſtar graminis, ut flos agri floret: [16]. *qui* poſtquàm ventus eum adflavit, non eſt *ampliùs*, neque à loco ſuo ampliùs agnoſcitur. [17]. Benignitas verò Jehovæ eſt, erga ejus timentes, ab æterno in æternum, atque illius juſtitia in nepotes: [18]. qui ſervant ejus fœdus, & præceptorum ſunt memores, ut ea exſequantur.

[19]. Jehova in cœlis ſolium ſuum poſuit, & regnum ejus omnibus dominatur. [20]. Benedicite *ergo* Jehovæ, Angeli ejus, quorum magnæ ſunt vires, qui exſequimini verbum ejus, ita ut voci ejus dicto audientes ſitis. [21]. Benedicite ei omnes exercitus ejus, & miniſtri, qui id, quod ei libet, facitis. [22]. Benedicite Jehovæ, omnia opera ejus, in omnibus locis dominii ejus. Benedic *& tu*, Anime mi, Jehovæ.

Crea-

exigat. 11. Verùm qualis altitudo cœlorum ſupra terram eſt; talis ejus bonitas eſt, erga eos, qui eum timent. 12. Quantum diſtat Sol oriens à Sole occidente, tantùm removet à nobis peccatorum pœnas. 13. Qualis eſt miſericordia patris erga liberos; talem ſe prodit Creator erga eos, qui ſunt ejus timentes. 14. Optimè omnium novit unde orti ſimus, & nos è pulvere ortum noſtrum ducere. 15. Vitæ hominum duratio ſimilis eſt durationi graminis, aut florum pratorum; quæ quando ventus paullò calidior adflavit, 16. ſicca cadunt, neque ſervant locum, in quo creverant. 17. Beneficentia Creatoris erga eos, qui eum reverentur, & benevolentia carent initio & fine, & porriguntur, ad eorum nepotes, 18. qui fœderis ejus legum obſervantes ſunt.

19. In Cœlo Deus ſolium ſuum poſuit, atque ab ejus regno pendent omnia terrarum regna. 20. Laudate ergo Creatorem, ô vos Angeli ejus, quorum facultates à Deo ſunt, & qui juſſis ejus pareris, eaque exſequutioni mandatis. 21. Benedicite ei, atque omnibus operibus, & quacumque in parte rerum Univerſitati ſint. Imo tu, Anime mi, laudato Creatorem.

PARA-

18. Jerem. III, 5, 12. Nahum. I, 2. Sic Galli interdum, *la garder à quelcun*; pro eo, quod eſt, pœnam, ſuo tempore infligendam, ſervare.

10. *Pœnas nobis infligit*] יגמל עלינו jigmal halenou, *rependit ſuper nos.* Æquè *pœnas* ac *præmia rependere* ſignificat.

11. *Tanta eſt*] גבר *gabar*, invaleſcit.

12. *Defectionum noſtrarum pœnas*] פשעינו phſchaenou, *defectiones noſtras.* Sic עון *havon* & חטאת *hhatath*, ſumuntur pro iniquitatis & peccati pœna.

14. *Id quo ficti ſumus*] יצרנו *jitſrenou*, hoc eſt, materiam, quâ ficti ſunt homines; nempe, terram, quâ corpus primi hominis fictum. Innuit Pſaltes nos fragiles eſſe, ut teſtacea vaſa, cujus rei memor Deus clementem ſe nobis præbet.

15. *Hominis dies ſunt inſtar graminis*] אנוש כחציר ימיו enoſch chehhatſir jamau, *homo miſer ut gramen*: aut *graminis dies ejus*; hoc eſt, brevis ævi eſt, inſtar graminis.

16. *Poſtquàm ventus eum adflavit*] *Poſtquàm ventus tranſiit in eo.* Intelligitur ventus urens, qui omnem virorem herbarum brevi auſert.

Neque à loco ſuo &c.] Hoc eſt, non ampliùs in loco, in quo fuerat, comparet.

17. *Illius juſtitia*] צדקתו *tſidkatho*, quod aut *juſtitiam*, quâ bonos tuetur, & malorum injurias plectit; aut *bonitatem*, vel *miſericordiam* Dei ſignificat. Nam voce *juſtitiæ* quævis virtus ſignificatur.

18. *Qui ſervant* &c.] לשמרי lſchomere, *obſervantibus fœderis ejus.* Adduntur hæc, ut à ſpe beneficiorum divinorum excludantur poſteri, qui veſtigiis piorum Majorum non inſiſtunt. Nec eſt, cur querantur improbi, ſi degeneres à virtute Majorum pœnas dent nequitiæ; quæ eò major eſt, quòd habeant domeſtica probitatis exempla.

19. *Omnibus dominatur*] Nempe, regnis.

20. *Quorum magnæ ſunt vires*] גברי כח *gibbore choahh*, fortes robore, aut potentiam magnam à Deo nacti.

Ut voci ejus dicto audientes ſitis] *Ut auſcultetis voci verbi ejus.*

COMMEN.

Creatio & Prudentia Dei deſcribuntur; quarum cauſâ, à Pſalte laudatur Deus.

1. BENEDIC, Anime mi, Jehovæ. O Jehova Deus mi, longè maximus es, majeſtatem & decorum indutus es. 2. Amictus es lumine, quaſi veſte, inſtar cortinæ cœlos extendis. 3. Contignat *Deus* aquâ ſuperiora ſua conclavia, utitur nubibus *quaſi* curru, & alis venti fertur. 4. Facit ut venti Angeli ejus ſint, útque ignis ardens ſit ejus miniſtrorum loco. 5. Impoſuit terram baſibus ejus, ne umquam nutet. 6. Abyſſo tamquam veſte, eam *aliquando* texiſti, *ô Deus*; *ſed* aquæ, quæ ſupra montes conſtiterunt, 7. increpatione tuâ fugerunt, ſonitu tonitru tui, præcipites datæ ſunt 8. Adſcenderunt montes, deſcenderúntque valles in locum, quem iis conſtituiſti. 9. Terminum poſuiſti, ne *eum* tranſiliant, néve ad operiendam terram revertantur. 10. Emit- PSALM. CIV.

P A R A P H R A S I S.

1. O ANIMA mi, Creatori tribuas laudes, quæ ei debentur. O Creator, Deus mi, longè maximus es omnium rerum, & majeſtate ea præditus, quæ te decet; 2. amictus enim es Cortinâ cœli. 3. Deus veluti contignat ſua ſuperiora conclavia, nubibus utitur quaſi curru, atque aliò ventis vehitur. 4. Eo volente, venti fiunt inſtar Angelorum, & ignes cœleſtes veluti ejus miniſtri. 5. Terram ſuſtentat, ne umquam nutet. 6. Mari aliquando eam veſtiſti, ô Deus, tamquam veſte; ſed aquæ ſuperiores montibus, tempore Diluvii, increpitæ à te, 7. defluxerunt, ſuntque tuo tonitru præcipites in inferiora terrarum loca deiectæ. 8. Tum viſi ſunt montes, ſplendidiſſimo lumine, quo tectus es, veluti certiores fieri, ut contrà valles deſcendere, quas eis conſtitueras. 9. Fines aquis conſtituiſti, quos non tranſiliunt, ne iterum terras tegant. 10. E con-

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. CIV.

1. L*Ongè maximus es*] גדלת מאד *gadaltha, meod.* LXX. Intt. ἐμεγαλύνθης σφόδρα, hoc eſt, μέγας εἶ σφόδρα, ut habebat *Symmachus.*

Majeſtatem & decorum] הוד והדר *hod vehadar.* LXX. Intt. ἐξομολόγησιν καὶ εὐπρέπειαν, quaſi legiſſent תודה *thodah*, malè. *Aquila* meliùs: ἐπιδοξότητα καὶ ἀξιοπρέπειαν. *Symmachus* verò: ὕμνον καὶ εὐδοξίαν, perperam LXX. Intt. ſequutus. *Hieronymus* rectè: *gloriâ & decore.*

3. *Contignat Deus aquâ ſuperiora ſua* &c.] המקרה במים עליותיו *hammekare bammajim balijothau.* Quibus, nempe, nubes ſunt contignationis inſtar. LXX. Intt. στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ Hieronymus: *qui tegit aquis cœnacula ejus.* Sic *Ennius* citatus *Tertulliano* contra Valentinianos: *cœnacula maxima cœli*, & Jupiter, apud *Plautum* in Amphitr. Act. III. Sc. I, 3.

In ſuperiore qui habito cœnaculo

Utitur nubibus, quaſi curru] השם עבים רכובו *haſcham habim rchoubo*, ponit nubes currum ſuum; hoc eſt, denſas nubes, quibus vates ſacer poëticè deſcribit Deum tectum per ſummum aërem moveri.

Alis venti fertur] *Jens ſuper alis venti.* Vide Pſ. XVIII, 3.

4. *Facit, ut venti Angeli ejus ſint*] עשה מלאכיו רוחות *hoſcheh maleachau ruchoth.* Ut enim Angelis Deus utitur ad ſumendas de hominibus poenas, ita & ventis procelloſis.

Sit ejus miniſtrorum loco] משרתיו אש להט *meſcharethau eſch lohet* miniſtros ſuos ignem ardentem. Sive incendia, ſive fulmina intelligas, fiunt Dei miniſtri, cùm iis homines plectere vult. Vide Diſſert. *de Sodomorum incendio & ſubverſione*, ad calcem Geneſeos.

5. *Impoſuit terram baſibus ejus*] *Fundavit terram ſuper baſes ejus.* Vide Job. XXXVIII, 4, 6.

6. *Abyſſo tanquam veſte*] תהום *thehom*, *pro* בתהום *bithehom*, *in abyſſo.* Vide Genes. I, 2. Si hæc referas ad ſtatum terræ, cùm primùm creata eſſet; aut ejusdem Lib. c. VII, 18. & ſeqq. ſi de Diluvio hæc intelligere mavis.

7. *Præcipites datæ ſunt*] יחפזון *jechappbezoun*: quod poſſes & *feſtinarunt* vertere; hoc eſt, præcipites è montibus in valles deſcenderunt.

8. *Adſcenderunt montes &c.*] In Hiſtoria creationis hæc continentur, Gen. I, 9. cùm juſſit Deus *colligi aquam, quæ erat ſub coelo in locum unum atque adparere ſiccam humum*; in Diluvii verò narratione c. VIII, 4. cum *Arca in montibus Araraticis requieviſſe* dicitur. Tum enim montes adtolli viſi, quod ſic deſcripſit *Ovidius* Metam. Lib. I, 244.

Flumina ſubſidunt, colles exire videntur,
Surgit humus, creſcunt loca, decreſcentibus undis.

Conſtituiſti] *Fundaſti.*

9. *Néve ad operiendam terram*] Hæc favent iis, qui hæc de Diluvio intelligere malunt: cùm poſt Diluvium demum, nulla ampliùs timenda fuerit aquarum ſimilis eluvio.

10. *Emittis fontes in convallibus*] Sive convalles, inter juga montium intelligas, ſive inferiores, perinde eſt. Utrobique fontes è pluviis roribus & nivibus formantur, & per loca devexa fluunt.

Fluunt] *Eunt.*

 11. *Po-*

mittis fontes in convallibus, atque inter montes fluunt. 11. Potum præbent omni fe-
ræ agrorum, & Onagrorum ſitim exſtinguunt.
12. Supra eos volucres cœli habitant, & è ramis vocem ſuam edunt. 13. Irrigat *De-
us* montes, è ſublimibus ſuis conclavibus; & fructu operum tuorum, *ô Deus*, ſatiatur
terra. 14. Germinare curat *Deus* fœnum jumento, & herbam, quæ inſerviat homini,
ac panem producat è terra. 15. Vinum exhilarat cor hominis, *olea eſt*, ut oleo nitorem
vultui ſuo conciliet, ac panis cor ejus ſuſtentat 16. Saturantur *humore* arbores Jehovæ,
ut Cedri Libani, quos plantavit: 17. ubi aves nidificantur, & abietes, *quæ ſunt* do-
mus Ciconiæ 18. Montes editi ſunt Ibicibus, & Muribus ſaxa perfugium.
19. Lunam

convallibus emittis fontes, qui fluunt inter montes. 11. Potum eo modo ſuppeditas feris, quæ illic vagantur, ut ſitim Onagri habeant, quo reſtinguant.
12. Interim aves per aërem volitant, atque ex arboribus, quas inſident, canoras voces emittunt. 13. Irrigat etiam Deus, ex æthereis ſuis domiciliis, & terræ fructibus ſatiantur omnis generis animalia. 14. Facit, ut fœnum germinet alátque eo pecudes, útque panem ſuppeditet hominibus. 15. Vinum, è vite natum, eos exhilarat, atque oleum ex oleis expreſſum, inter alios uſus hunc præſtat, ut nitorem vultui hominum ſuppeditet, dum panis eos alit. 16. Pluviâ etiam aluntur, atque creſcunt arbores, ut Cedri Libani, quos Deus illic primùm creavit, & deinde nutrivit, 17. atque aves nidificaturas excipit, ut abietes Ciconias. 18. Montes altiſſimi ſunt idonei excipiendis

11. *Potum præbent omni feræ* &c.] Non-Memorantur homines, ſed feræ, quia hæ ſolam aquam bibunt; cùm homines vinum etiam, cerevitiam, & ſiceram omnium generum bibant. Providentia Divina, ea in re, egregiè enitet, quod montes receptacula aquarum conſtituerit, unde per valles & campos, quos homines colunt & inhabitant latè ſparguntur; unde terræ etiam rigantur, & quàm commodiſſimè aquæ hauriuntur. Valde ergo errant, qui terram rotundiorem, & teretem elegantiorem futuram fuiſſe ſomniant.

Onagrorum ſitim exſtinguunt] ישברו פראים צמאם *jiſchberou phraim tſomaam*, frangunt Onagri ſitim ſuam; etiam in locis aviis & deſertis, in quibus vivunt. Sed quamvis beneficio Dei utantur quoque feræ, aliæque pecudes, hæc earum cauſâ προηγουμένως facta non ſunt, ſed hominum, qui beneficium Dei intelligunt, & brutis etiam, pro arbitrio, in rem ſuam, utuntur.

12. *E ramis*] מבין עפאים *mibben haphaim*, ex interſtitio ramorum. Hoc ſolo loco, occurrit hæc vox; ſed ſic rectè interpretatur è re ipſa & Chaldæorum uſu Dan. IV, 9. *Hieronymus* vertit: *de medio nemorum*. Minus rectè LXX. ἐκ μέσου τῶν πετρῶν.

13. *Irrigat Deus*] Poſteriorem vocem, neceſſariò ſubaudiendam, expreſſimus, perſpicuitatis cauſâ.

Montes &c.] Unde omnis aqua in inferiora loca, ut diximus, defluit. Vide ad vers. 11.

E *ſublimibus ſuis conclavibus*] מעליותיו *mehalijothau*. Vide ad verſ. 3.

14. *Herbam, quæ inſerviat homini*] לעבדת האדם *leabodath haadam*, Incommodi LXX. & *Symmachus*: τῇ δουλείᾳ & Hieronymus, *in ſervitium*, cùm liceret aliter aptiùs vertere: *εἰς χρῆσιν, in uſum.*

Quæ panem producat.] *Ad producendum panem*; nam prius eſt meſſis in herba, quàm ſpicas emittat, quæ habent grana, quibus molitis fit panis.

15. *Olea eſt, ut oleo nitorem vultui conciliet*] להצהיל פנים משמן *lehatſil phanam miſchemen.* Supplevimus יש זית jeſch zajith, *eſt olea*, ut planior eſſet verborum ſtructura, quæ alioqui Latinè loquenti laborat. Verbum צהל in *Kal* eſt *exſultavit*, *lætatus eſt*, *lætam vocem miſit.* Unde ſequeretur, ut in *Hiphil* ſit *exhilarare.* Sic LXX. Intt. τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον, & *Hieronymus*: *ad exhilarandam faciem.* At *Symmachus*: σίλβειν πρόσωπον, quod magis ad rem facit, ſed hoc quoque eſt hominis hilaris. Sic & Chaldæus: לאנהרא *leanhelah*, unde *Lud. Cappellus* conjecit, legiſſe eum לזהרא à צהר *tſahar*, quod eſt *ſplenduit.* Sed, fieri poteſt, ut *Symmachus* & *Chaldæus* rei majorem rationem habuerint, quàm ſignificationis propriæ, aut etiam, ut liquidæ inter ſe miſtæ aliquando fuerint, quod pluribus exemplis probat *Sam. Bochartus*, Hieroz. P. I. L. II. c. 1. ubi de voce שחל *leo niger*, quam deducit à שחר *nigrum eſſe.* Quare hoc ſequuti ſumus.

Cor ejus ſuſtentat] יסעד *jisbad.* Vide Gen. XVIII, 5. Inde *ſcipio panis* Levit. XXVI, 26. Pſ. CV, 16. Ezek. IV, 16. V, 16.

16. *Saturantur humore arbores Jehovæ*] Addidimus *humore* ex re ipſa & verſu 10. *Arbores Jehovæ* dicuntur; quæ ſine hominum cura creſcunt. Vide not ad Num. XXIV, 6.

17. *Et abietes, quæ ſunt domus ciconiæ*] *Ciconiæ abietes ejus domus*; quæ eſt inverſio Hebraica non infrequens. Vide vers. 25.

18. *Ibicibus*] יעלים *jehelim*, de quibus vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 23.

Muribus ſaxa perfugium] סלעים מחסה לשפנים *ſelahim mahhſeh laſſchephanim.* Idem oſtendit ibidem Lib. III. c. 39. שפן *ſchaphan* non eſſe cuniculum, ſed majoris Muris genus, in Palæſtina, Ægypto & Libya frequens, quod *Herodoto* & aliis dicitur δίπους, LXX. Intt. χοιρογρύλλιος, *Hieronymo* ἀρκτομῦς. Ipſum adi. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion* LXX. Intt. adſenſi ſunt. MSS. *Hieronymi* hic habent partim *herinaciis*, partim *cuniculis.* Idem in Ep. ad Sunniam & Fretelam T. II. col. 658 Ed. Benedict. *Pro quo in Hebræo poſitum eſt* ſphannim, *& omnes* χοιρογρυλλίους *voce ſimili tranſtulerunt, exceptis Septuaginta, qui* lepores *interpretati ſunt.* Reverâ habent Cod. Alexandrinus λαγωοῖς, ſed in Romano eſt χοιρογρυλλίοις, & in Vulg. *herinaciis*, quomodo nemo λαγωοῖς verterit. *Sciendum eſt*, ſubjicit Hieronymus, *animal*

19. Lunam fecit, ad ſtata tempora *deſignanda*; & Solem, *qui* occaſum ſuum novit.
20. Conſtituiſti, *ô Deus*, tenebras, & fuit nox, in qua omnis fera agreſtis prodit;
21. leones rugientes ad prædam, útque petant cibum à Jehova. 22. Orto verò ſole,
ſe recipiunt, atque in luſtris ſuis recubant. 23. Tum egreditur homo ad opus ſuum,
ſuámque agriculturam. uſque ad veſperam. 24. Quàm multa ſunt opera tua, ô Jeho-
va! Omnia ſapienter feciſti, referta eſt terra iis, quæ poſſides: 25. Magno & ſpatio-
ſo illo mari continentur animalia, quorum nullus eſt numerus, beſtiæ parvæ cum
magnis. 26. Ibi naves aguntur, & Cetus ille, quem formaſti, ut in eo ludat.
27. Hæc omnia ſpem in te repoſitam habent, fore ut des iis paſtum, ſuo tempore.
28. *Cùm* iis das, excipiunt; *cùm* aperis manum tuam, ſatiantur bonis tuis. 29. *Si* oc-
cultas

dis Ibicibus, & parvæ cavernæ perfugia murium.

19. Lunam creavit Deus ad ſtata tempora diverſis anni menſibus, deſignanda, ad variorum feſtorum tempora deſignanda. 20. Voluiſti, ô Deus, noctem ſuccedere diei; quod factum eſt, ut, eâ feras tegente, feræ è cavis ſuis tuto exire poſſent, & alimenta neceſſaria a Deo acciperent, quæ mugitibus ab eo petere videntur. 21. Tum enim exeunt leones, prædæ causa, quæ à Deo aluntur. 22. Ortâ vero luce in cavernas ſuis ſe recipiunt, & dum dies eſt, iis ſe continent. 23. Tum verò domibus egreſſi homines ad laborem ſuum redeunt, qualis eſt agricultura, cui incumbunt ad noctemuſque. 24. Quàm multa ſunt tua opera, ô Creator! Sunt tamen omnia ſapienter facta, & terra referta iis, quæ in ea feciſti. 25. Immenſo mari, ſunt tot piſces, ut nullus ſit eorum numerus, tam magnorum, quàm parvorum. 26. Illic naves, ſive remis, ſive velis aguntur; & ingentia cete; quæ formaſti, ut in eo luderent, ſperantes fore ut des iis, ſuo tempore, paſtum ſuum inveniant. 28. Cùm iis das excipiunt, & quantæ vis magnitudinis ſint.

27. Hæc omnia ſpem in te repoſitam habent, aperis liberalem manum, tuis ſatiantur bonis. 29. Si verò faventem te non præbeas, turbantur;
ſique

nimal eſſe non majus herinacio, habent ſimilitudinem muris & urſi, unde in Palæſtina ἀρπαμῦς dicitur, & magna eſt in iſtis regionibus hujus generis abundantia, ſempérque in cavernis petrarum & terræ foveis habitare conſueverunt.

19. *Ad ſtata tempora deſignanda*] למועדים *lmobadim*. Vide not. ad Gen. I, 14.

20. *Conſtituiſti*] תשת rhaſcheth, *poſuiſti*. Sic & Eſai XLV, 3. *tenebras creaſſe* dicitur Deus; hoc eſt, effeciſſe motu Solis, ut olim credebatur, vel Terræ, ut recentiores Aſtronomi oſtenderunt, ut vicibus eſſent nox & dies, & à nocte quidem initium fit, pro more Hebræorum, de quo diximus ad Gen. I, 5.

21. *Utque petant* &c.] Vide & Pſ. CXLVII, 9. ubi ſimilia de pullis corvorum. Latinè loquentes diceremus, ut emolliretur figura: *quaſi petentes cibum à Deo*. Sed Hebræorum ſtylus liberior eſt. Satis alioqui liquet, neque à corvorum pullis, neque à leonum catulis noſci Deum, aut peti cibum à Deo.

24 *Iis, quæ poſſides*] קנינך *kinjanecha*, poſſeſſionibus ſuis. LXX. Intt. verterunt τῆς κτίσεώς σου, ac ſanè קנה hoc aliquando ſignificare videtur. Vide not ad Gen. IV, 1. Attamen *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: τῆς κτήσεως, quo modo fortè etiam ſcripſerunt LXX. Intt.

25. *Magno & ſpatioſo* &c.] *Hoc mare magnum & latum ſpatiis ibi reptile* &c. Inverſio, qualem vidimus vers. 17. Quod vocavimus *ſpatia*, id eſt Hebraicè ידים *jadajim*, quod quidem propriè *duas manus* ſignificat, ſed & non infrequenter *ſpatia* vertendum eſt locis non ambiguis. Vide Geneſ. XXXIV, 21. Jud. XVIII, 10. &c. Quare bene verterant LXX. Intt. εὐρύχωρος, nec erat cur adderent non *Aquila* tantùm, ſed etiam *Symmachus*, *Theodotion*, V & VI. Edd. χερσὶν, quod à Græcis intelligi non poterat, ut nec *manibus* Hieronymianum, Latinis. Erat hæc obſcura diligentia.

Animalia] רמש *remeſch*, quod propriè quidem eſt *reptile*, ſed ſignificat etiam animalia, quæ non repunt, ut hîc aquatilia. Vide ad Gen. I, 24.

26. *Aguntur*] יהלכו jehallechou, *eunt*, quod cujuſvis rei motum ſignificat. LXX. Intt. διαπορεύονται, *pertranſeunt*, ut *Hieronymus*. Aquila περιπατεῖ.

Cetus ille] לויתן *livjathan*. Quæ vox ſignificat non tantùm Crocodilum, ut Job. XL. 20. & ſeqq. ſed etiam piſces majores, ut cetos; quod & obſervavit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. V. c. 16.

27. *Spem in te repoſitam habent*] אליך ישברון *elecha jeſchabberoun*. Exſpectant, aut ſperant ad te; hoc eſt, ita ſe gerunt, quaſi opem tuam exſpectarent, quod pleraque animalia futuri exiguam, aut nullam curam gerant. Ac ſanè Providentia Divina ita omnia diſpoſuit, ut ſuo tempore paſtum conſequi poſſint animalia bruta; ita ut nulla eorum ſpecies intereat, ubique certè, quamvis venationibus, è nonnullis locis, nonnullæ ſint exterminatæ.

28. *Cum iis das*] *Dabis illis*.

Cùm aperis] *Aperies*. Breviloquentiam Hebræorum adſequi hîc non potuimus, ſed neceſſe habuimus ſupplere *cùm* & poſtea *ſi*.

29. *Si occultas faciem tuam*] Hoc eſt, ſi ſolitum auxilium eis neges; nam qui nolunt quempiam in conſpectum ſuum venire, oſtendunt nihil eſſe, cur à ſe auxilium exſpectet. Frequens eſt in Pſalmis hæc negati auxilii deſcriptio. Vide Pſ. XIII, 1. XXII, 3. XXVII, 9. XXX, 8. &c.

Spiritum eorum revocat] תוסף רוחם *thoſeph rouhham*, colligis ſpiritum eorum. *Spiritus* brutorum eſt eorum anima, qualiſcumque ſit, quia eſt conjuncta cum reſpiratione. Vide Eccleſ. III, 24. Colligere יסף *jaſoph* dicitur propriè de fructibus, qui colliguntur & collecti reconduntur; tralatitio ſenſu etiam de ani-
malibus

cultas faciem tuam, conturbantur; *ſi* ſpiritum eorum revocas, exſpirant, & in pulverem ſuum redeunt. 30. *Si* ſpiritum tuum emittis, recreantur, & terræ faciem renovas.

31. Erit Jehovæ gloria in æternum, & operibus ſuis lætabitur. 32. *Si* ſpectat terram, *illa* tremit; *ſi* adtingit montes, fumum emittunt. 33. Canam *laudes* Jehovæ, dum ero in vivis; carmina dicam Deo meo, donec ero. 34. Grata ſit illi oratio mea, ego lætabor in Jehova. 35. Exterminabuntur peccatores è terra, nec nocentes ampliùs erunt. Benedic, Anime mi, Jehovam. Laudate Jah.

Adhortatio ad laudandum Deum, propter fœdus, quod cum Abrahamo feriit, curam, quam geſſit Patriarcharum, in Chananæa peregrinantium, Iſraëlitarúmque in Ægypto, & rationem, quâ eos illinc eduxit, & Chananæâ donavit.

Psalm. CV. 1. LAUDATE Jehovam, invocate nomen ejus, & facta populis patefacite. 2. Canite ei, & carmina recitate, omnia ejus mirabilia dicite 3. Gloriamini nomine ſancti-

ſique eorum vitam revoces, expirant, atque in pulverem redeunt. 30. Sin verò ſpiritum iis reddis, è veſtigio recreantur, & jucundam terræ faciem revocas.

31. Erit verò Creatoris gloria æterna, ſempérque ſuis operibus lætabitur. 32. Si verò minùs favens videatur eſſe terræ, illico tremit; ſique, ô Deus, & montes fumum emittunt, brevi abſumuntur. 33. Laudes Dei canam, dum vivam, carmine eum celebrabo. 34. Grata quidem ei ſit oratio mea, ego verò ejus bonitate gaudebo. 35. Verùm peccatis ſuis indulgentes è terra exterminabuntur, nec mali diutius ferentur. Benedicito, anime mi, Creatori, eumque laudibus debitis cumulato.

PARAPHRASIS.

1. LAUDATE Creatorem, invocate ejus ſolius nomen, & mirabilia facta omnia populis patefacite. 2. Carmina in ejus honorem canite, quibus mirabilia ejus facta celebretis. 3. Gloriemini nomine ſanctitatis ejus; lætetúrque animus eorum, qui Creatorem invocant. 4. Veneremini

malibus, quæ occiduntur. Vide Jud. XVIII, 25. Pſ. XXVI, 9. Hoſ. IV, 3. Soph. I, 2.

In pulverem ſuum] E quo, nempe, deſumta ſunt.

30. *Spiritum tuum emittis*] *Spiritus* hîc vocatur vis illa divina quæcumque ſit, quâ omnibus animantibus vita datur & conſervatur. Vide *Artis Criticæ*. P. 2. Sect. I. c. V, 16. ubi pluribus de ambiguitate vocis רוח *rouahh* egimus.

Recreatur] יבראון *jibbareoun*. Deus non patitur plantarum, animaliúmque genera interire, ita ut nova creatione opus ſit; ſed ſingulas plantas, ſinguláſque animalia ſuo tempore vult perire, vel etiam ſiccitatibus & morbis; majore quàm aliàs numero, exſtinguit. Poſt ea verò demiſſâ pluviâ & remittente morbo, aut planè ſedato, terra virorem ſuum recuperat, radicibus foecundatis, ſeminibus humore & calore tumefactis; animantium verò genera, benignitate & ſalubritate aëris, ciborumque copiâ iterum ſolito numero explentur. Itaque non vertimus *creantur* ſed *recreantur*, cùm præſertim Hebræi careant verbis compoſitis.

Renovas faciem terræ] תחדש thehhaddeſch, *novas*, pro renovas, ob rationem adlatam.

31. *Erit*] יהי *jehi* per ἀποκοπὴν, pro יהיה *jihjeh*.

Operibus ſuis lætabitur] Non diſplicebunt ei ſua opera, nec ea perire patietur, ſed omnibus beneficiis cumulabit. Vide Deut. XXVIII, 63. XXX, 10.

32. *Si ſpectat terram* &c.] Ut, nempe, de hominum delictis poenas ſumat, omnia in ea conturbantur.

Adtingit montes] Nempe fulminibus; nam frequentiùs *feriunt ſummos fulmina montes*, ob rationes notas Phyſicis.

34. *Grata ſit*] יערב *jeherab*, dulcis erit.

In Jehova] Propter Jehovam, mihi faventem; ut paſſim alibi.

Laudate Jah] הללו יה *halelou jah*, quibus verbis deſinunt aliquot Pſalmi, ad laudes Dei celebrandas compoſiti.

COMMENTARIUS

In Psalm. CV.

2. *OMnia ejus mirabilia dicite*] שיחו בכל נפלאותיו *ſchihhou bechol niphleothau*, *dicite*, aut *meditamini*, in omnibus mirabilibus ejus. Hoc verbum conſtruitur cum ב Pſ. LXXVII 13. LXX. Intr. διηγήσασθε πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. *Hieronymus*: *loquimini in univerſis mirabilibus ejus*. Nihil erat neceſſe conſtructionem Linguæ Hebraïcæ ſequi, in re aperta. Hunc Pſalmum ad verſ. 22. habemus 1. Ephem. XVI, 8. & ſeqq. ubi vide notata.

3. *Nomine ſanctitatis ejus*] Nomine ejus ſancto: id eſt gloriemini, quòd Deum ſanctum

ſanctitatis ejus, lætetur animus eorum, qui quærunt Jehovam. 4. Quærite Jehovam
& potentiam ejus; adite ejus faciem ſemper. 5. Memorate mirabilia, quæ fecit, pro-
digia ejus & judicia oris ejus, 6. ô Poſteritas Abrahami, ſervi ejus, ô oriundi à Jaco-
bo, *&* electi ejus.
7. Ille eſt Jehova Deus noſter, per totam terram ſunt ejus judicia. 8. Fœderis ſui
recordatur in æternum, *&* rei, quam præcepit, in mille ætates; 9. fœderis, inquam,
quod feriit cum Abrahamo, & jurisjurandi quod Iſaaco dedit. 10. Conſtituit hoc ut
rem fixam & ratam Jacobo, *útque* fœdus æternum Iſraëli; 11. his verbis: donabo te
terrâ Chananæâ, ut ſit modus hereditatis veſtræ; 12. cùm eſſent homines exiguo nu-
mero & inſtar puſilli *cœtûs*, cúmque in ea peregrinarentur. 13. Ibant de gente ad
gentem, è regno ad populum alium. 14. Sed non paſſus eſt Deus quemquam eos op-
primere, & propter eos Reges caſtigavit. 15. Ne adtingatis, *inquiebat*, Unctos meos,
nec Prophetis meis malefaciatis.
16. Poſtea vocavit famem in terram, & ſcipionem omnem panis fregit. 17. Sed præ-
miſit

ni eum & potentiam ejus, nec definite ejus Tabernaculum adire. 5. Commemorate res mirabiles, quas fecit, prodigiaque ejus, & judicia oris ejus, 6. ô poſteri Abrahami, cultores Dei, poſteri Jacobi, atque Dei electi.

7. Ille eſt Creator, Deus noſter, & cujus judicia per totam terram admiſſa ſunt. 8. Fœderis numquam obliviſcitur, nec rerum, quas præcipit, per mille annos obſervandas: 9. Fœderis, inquam, quod feriit cum Abrahamo & jurisjurandi, quod Iſaaco dedit. 10. Conſtituit hæc, quæ eſſent rata, & leges fœderis æterni cum Iſraële, et his verbis: te terrâ Chananæâ donavi, quaſi modo hereditatis Iſraelitarum; 12. cùm eſſent etiamnum exiguo numero, cùmque in ea eſſent veluti peregrini. 13. Erant adhuc vagi è ſolo ad agros alius tranſeuntes, cùm eſſent adhuc pauci, ſi cum hoſtibus conferrentur. 14. Sed non paſſus eſt Deus eos ab aliis opprimi, & Reges, qui rem tentare voluerunt, pœnas ei dederunt, 15. quaſi diceret, ſe Unctos & Prophetas ſuos nolle malè haberi.

16. Deinde penuria tritici uſus eſt, quâ Chananæos malè haberet. 17. Sed Providentiâ ſuâ paſſus

tum colatis; vel etiam quòd Deus veſter vocetur ſanctiſſimo nomine יהוה *jahwoh*, hoc eſt, qui facit, ut ſint omnia quæ ſunt, ut ſæpius diximus.

Qui quærunt Jehovam] Qui orant Jehovam, vel qui Sacrarium ejus adeunt. Vide ſequentia verba.

Judicia oris ejus] Sententias, quas per Angelos, aut etiam Prophetas de multis populis, aut etiam ſingulis hominibus pronunciavit.

6. *O poſteritas Abrahami*] *Semen Abrahami.* Eſt 1. Ephem. XVI, 13. *Iſraelis.*

Oriundi à Jacobo] *Filii Jacobi.* Hîc bis interpoſuimus compellandi interjectionem *ô*, perſpicuitatis causâ.

Electi ejus] בחיריו *bbbiran.* Omnes poſteri Jacobi ſic frequenter vocantur, quia Deus eos elegerat, ut populus ſuus eſſent. Vide Eſaiæ LXV, 9, 19, 22.

7. *Sunt ejus judicia*] Exempla ſuppliciorum, quæ de malis ſumſit.

8. *Foederis ſui recordatur*] Obſervans eſt promiſſionum, quibus ſe obſtrinxit, erga bonos. Pro זכר *recordatur* eſt 1 Ephem. XVI. זכרו *recordamini* fortè melius.

Rei, quam præcepit] דבר צוה *dabar tſivvoh*, ſubauditur pronomen relativum, *quod.* Vult Pſaltes Deum non mutaſſe leges à ſe latas, ſempérque earum obſervationem exigere. Quod de temporibus, quæ ante Meſſiæ adventum effluxerunt, verum eſt.

9. *Cum Abrahamo*] Vide Gen. XV, 18.

Quod Iſaaco dedit] *Jurisjurandi Iſaaco*; nempe, dati. Vide Gen. XXVI, 3.

10. *Rem fixam & ratum*] לחק *lebbok*, quod non eſt hîc, ut alibi, inſtitutum, aut præceptum ſimpliciter, ſed immutabile quiddam, quo totum foedus continetur, ut antecedentia & ſequentia oſtendunt. Sic & apud Jobum. C. XIV. 13. XXVI, 10. XXXVIII, 10. certum finem, nec tranſiliendum ſignificat. Poſſit etiam verti, ut eſſet præceptum.

11. *His verbis*] *Dicens.*

Ut ſit modus hereditatis tuæ] *Funem hereditatis tuæ*; hoc eſt, unde unaquæque familia modum agri accipiat, quem ad poſteros tranſmittat. Vide Pſ. XVI, 6. Vertimus prædium Pſ. CV, 18. eodem ſenſu.

12. *Cum eſſent exiguo numero &c.*] בהיותם מתי מספר *cùm eſſent homines numeri*; hoc eſt pauci. Vide Gen. XXXIV, 30. Deut. IV, 27. XXXIII, 6. Hæc referenda ad tempora Abrahami, Iſaaci & Jacobi; quibus pauci erant cultores veri Dei, ſi cum Chananæis vel minimo populo conferrentur.

Ut parvus cœtus] כמעט *chimebat*, ut parum. Pro *cùm eſſent* eſt *cùm eſſetis.* 1 Par. XVI, 19.

14. *Reges caſtigavit*] Ut Pharahonem Gen. XII, 17. & Abimelechum Ib. XX, 3.

15. *Inquiebat*] Hoc ſæpe ſupplendum. Vide Pſ. LXXXI, 7.

Unctos meos.] במשיחי *bmſchibbai.* Reſpicit Pſaltes ad Gen. XX, 7. Vide not ad eum locum & ad 1. Ephem. XVI, 22.

16. *Vocavit famem*] Immiſit famem, ſiccitate inſolitâ, aut aliâ quapiam ratione. Vide 2. Reg. VIII, 1. Idem dicitur de ſiccitate. Hagg. I, 1. de frumento Ezek. XXXVI, 29.

Scipionem omnem panis fregit] Hoc eſt, penuriam frumenti tantam induxit, nullum ut ſupereſſet in Chananæa. Vide Gen. XLII, 57. & de hoc loquendi genere ad Levit. XXVI, 26. *Theodorus* Heracleota ait intelligi ἐνεργητικὴν δύναμιν τοῦ συντριβῆναι τὸ στήριγμα ἄρτου· ἵν' ᾖ ἡ φωνὴ τοῦ ἄρτος μὴ στηρίζει τοὺς ἐμπιπλαμένους αὐ-
τὸ

miſit ante eos virum *in Ægyptum*, & Joſephus in ſervitutem venditus eſt. 18. Adflixerunt compede pedem ejus, & ipſe in ferreum *vinculum* incidit; 19. donec advenit tempus prædictionis ejus, verbum Dei eum purgavit. 20. Miſit Rex, qui vincula ei detraheret, & dominus populorum ea ſolvit. 21. Impoſuit eum dominum familiæ ſuæ; & *voluit, ut* omnibus, quæ poſſidebat, præeſſet; 22. ita ut proceres ejus in vincula mitteret, pro arbitrio, & ſenes ejus ſapientiam doceret. 23. Ingreſſus deinde eſt Iſraël Ægyptum, & Iſraël peregrinus fuit in terra Chami.

24. Effecit, ut ſummopere *illic* creſceret populus ſuus, & validiorem reddidit hoſtibus ſuis; 25. mutavítque eorum animum, ut odio haberent ipſius populum & callidè ſervos ejus adgrederentur. 26. Deinde Moſem ſervum ſuum, & Aharonem,

ſus eſt virum in Ægyptum; Joſephum, nempe, Jacobi filium; quaſi ſervum abduci. 18. Eam ſervitutem cùm ſerviret, accuſatus criminis, cujus reus nullo modo erat, in vincula conjectus eſt, ubi pedicis ferreis coercitus eſt; 19. donec advenit tempus prædictionis ejus, quâ Deus eum purgavit. 20. Miſit enim Rex Ægyptiorum, qui ei compedes detraheret, quod factum eſt. 21. Deinde Rex toti familiæ Regiæ & Miniſtris eum præfecit; 22. ita ut Proceres ejus, ſi qua in re malè ſe geſſiſſent, & Senes ipſos Ægyptiorum officii admoneret. 23. Occaſione famis Jacobus ivit in Ægyptum, cum tota familia; quo factum eſt, ut multis annis Iſraëlitæ illic in ſervitute viverent, in terra Chami Noachi filii. 24. Deus vero effecit, ut Iſraëlis poſteritas in Ægypto ingenti multitudine augeretur, & Ægyptiis ſuperior fieret; 25. ita ut iis populus Hebræus invitus fieret, utque illi arte Iſraëlitas adgrederentur. 26. Tum demum Deus Moſem atque Aharonem, quos elegerat

τοῦ, κατὰ τὸ· καὶ ἄρτος στηρίζει καρδίαν ἀνθρώπου. τοῦτο γάρ ἐστι ὃ μάλιστα συμβαίνει ἐν τοῖς λιμοῖς κατ' ὀργὴν θεοῦ γινόμενον, τὸ τοὺς ἐσθίοντας μὴ στηρίζεσθαι· εἶπε δὲ τὸ πᾶν στήριγμα ἀντὶ τοῦ, πᾶν θρέψαι δυνάμενον: *vim efficientem ut contereretur omne panis fulcimentum, ita ut ſi alicubi panis compareret, non fulciret eos, qui eo replerentur, ſecundùm illud*: & panis fulcit cor hominis. *Hoc enim eſt, quod maximè contingit in famibus, quando Deus iratus eſt, comedentes non fulciri. Dixit autem* omne fulcimentum, *pro eo quod eſt omne, quod poteſt nutrire.* Quæ habet ex *Euſebio*, ad hunc locum. At hoc merum commentum eſt hominum ὕμβασιν in Orientalium hoc loquendi genere fruſtra quærentium; neque enim Ægyptiaco frumento θρεπτικὴ δύναμις ablata eſt. Rectiùs *Chryſoſtomus* initio adnotationis ad hunc locum: πᾶν διαθρέψαι δυνάμενον σπανίσαι πεποίηκεν, οὐ μόνον σῖτον, ἀλλὰ καὶ κριθὰς, καὶ ὄσπρια καὶ ἄλλα δι' ὧν διαζῶσιν ἄνθρωποι: *omnia quæ alere poſſunt rara effecit, non tantùm triticum, ſed & hordea & olera, & alia quibus homines aluntur.* Satis hæc fuerant, nec opus erat addi ſequentia: τοῦτο δὲ κατ' ὀργὴν θεοῦ ἐν καιρῷ λιμοῦ εἴωθε συμβαίνειν, τὸ μὴ στηρίζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐσθίοντας: *hoc verò irâ divinâ, tempore famis ſolet contingere, homines comedentes non confirmari.* Quæ etiam in catena Corderiana ex *Athanaſio* laudantur, extántque verbo tenus, apud *Euſebium*. Vide & quæ, hac de re, habemus *Artis Criticæ*. P. 2. Sect. I. c. IV, 13.

17. *Sed præmiſit* &c.] Vide ad Gen. XLIV, 7.

18. *Pedem ejus*] Legimus רגליו raglau, *pedes ejus*, ſed Maſſorethæ puncta addiderunt vocis רגלו *raglo*, pedis ejus. Prius legerunt LXX. Intt. qui habent πόδας αὐτοῦ, & *Hieronymus*, *pedes ejus*, quod melius videtur, uterque enim pes compedibus vincitur.

Ipſe in ferreum vinculum incidit] *Ferrum ingreſſa eſt anima ejus.*

19. *Prædictionis ejus*] דברו dbaro, *verbi ejus*, hoc eſt, prædictionis; quia Hebræi compoſitis carent.

Eum purgavit] צרפתהו *tſaraphathehou*, LXX. Intt. ἐπύρωσεν αὐτόν, *Hieronymus*, *probavit eum.* Verbum eſt deſumtum ex auro & argento, quæ excocta purgantur; & probata fiunt. Sic & calamitas purgavit Joſephum, apud Ægyptios; qui ex eventu intellexerunt hominem eſſe Prophetam, ac proinde innocentem. Vide Pſ. XVII, 3. XXVI, 2. Eſai. I, 25.

20. *Miſit Rex qui vincula* &c.] *Miſit Rex, & ſolvit eum.*

Ea ſolvit] *Et ſolvit eum.*

22. *Ita ut proceres ejus* &c.] *Ad vinciendos proceres ejus.*

Pro arbitrio] בנפשו bnaphſcho, *in anima ſua*; hoc eſt, prout tuliſſet animus. Vide Eccleſ. VI, 2. LXX. Int. τοῦ παιδεῦσαι ἄρχοντας αὐτοῦ, ὡς ἑαυτόν. *Hieronymus*: *erudiret principes ejus, ſecundùm voluntatem ſuam.* Quaſi אסר *aſar*, quod hîc habetur, idem eſſet ac יסר *jaſar*. Incommodè.

Senes ejus ſapientiam doceret] זקניו יחכם zkenau jehhaccheem, *Senes ejus ſapientes faceres eos.* *Senes* dicuntur viri principes & honorati, quales erant apud Ægyptios Sacerdotum & Militum præfecti.

23. *In terra Chami*] בארץ חם *beerets hham.* Vide Pſ. LXXVIII, 51. infra verſ. 27. & Pſ. CVI, 22.

25. *Mutavitque eorum animum* &c.] הפך לבם *haphach libbam*; vertit eorum cor. Nullam vim exſeruit Deus in animos Ægyptiorum, ut eos Iſraëlitis ex amicis inimicos faceret. Sed in Ægypto regnarunt, qui de Joſepho nihil audiverant, quippe peregrini, ut docemur. Exod. I, 8. quique ſibi metuere cœperunt ab ingenti Hebræorum multitudine, ut narratur ibidem verſ. 9. & ſeqq. Notum etiam eſt, quanta ſit indigenarum erga inquilinos, quales erant Hebræi, qui & origine & inſtitutis ab Ægyptiis diverſi erant, invidia; præſertim ſi eos præ ſe florere videant. Nec omnia effecerunt, ut Ægyptii odio Jacobi poſteros haberent, & Joſephi beneficia in oblivionem, ſine ulla vi divina, quæ eorum animos exacerbaret, adduce-

nem, quem elegerat, miſit; 27. *qui* propoſuerunt verba ſignorum ejus, & prodigiorum, in terra Chami. 28. Miſit caliginem, & tenebris *terram* texit, nec *eo ſeciùs* verbo ejus rebellarunt *Ægyptii*. 29. Mutavit eorum aquas in ſanguinem, & occidit eorum piſcem. 30. Produxit terra eorum ranas, in penetralia Regum eorum. 31. Dixit & venere muſcæ caninæ & pediculi, per omnes eorum fines. 32. Effecit, ut pluviæ eorum eſſent grando, & ignis ardens in eorum terra. 33. Percuſſit eorum vitem & ficum, confregitque *omnes* arbores, in eorum finibus. 34. Dixit & venere locuſtæ & bruchus, ſine numero; 35. abſumſeruntque omnem herbam, quæ in terra eorum fuit; & comederunt omnem agrorum fructum. 36. Percuſſit *denique* omnem primogenitum *Ægyptiorum* in eorum terra, omnis eorum roboris primitias. 37. Tum eduxit Iſraë-

legerat; 27. qui interminati ſunt Ægyptiis, poſteris filii Chami, prodigia, niſi Iſraelitas liberos dimitterent, nec quidquam ab iis impetrare potuere. 28. Deus Ægyptum denſâ caligine texit, nec eo citius Ægyptii potuerunt flecti. 29. Poſtea Deus mutavit omnes aquas Ægypti in ſanguinem, quâ mutatione omnes piſces, & quæ in aquis erant, interierunt. 30 E terra tamen erupere ranæ, tanta copia, ut penetralia Regum iis minimè inacceſſa fuerint. 31. Jubente Moſe, muſcæ caninæ & pediculi tanto erupere numero, ut ubique ſpargerentur, per omnes Ægyptiorum fines. 32. Effecit etiam Deus, ut, pro pluvia, è cœlo caderet grando, & præterea ignis per inferiorem Ægyptum. 33. Vitem Ægypti, quamvis non copioſam, ſed & ficus, quæ copioſiores illic ſunt, fregit Deus, una cum arboribus, quæ in Ægypto erant. 34. Juſſu etiam Dei venere locuſtæ & bruchi, quorum numerus non poſſet iniri. 35. Hæc verò inſecta omne gramen, quod in Ægypto fuit, & quidquid inventum eſt fructuum in agris abſumſerunt. 36. Præterea Deus morte ſuſtulit quotquot erant primogeniti in familiis Ægyptiorum, quos primogenitos primitias roboris vocare ſolent. 37. Quibus inauditis calamitatibus, Deus coëgit Ægyptios dimittere Iſraelitas, quot quot

adducere. Res tamen Deo tribuitur, quia quæ diximus, non ſine Dei Providentia, contigerunt, atque Ægyptiorum odii cauſæ fuerunt. Itaque occaſio hîc cum cauſa miſcetur, quod & alibi fit. Lege, quæ collegit, hanc in rem, *Sal. Glaſſius* Phil. Sacræ Lib. III. Tr. III. can. 10. Vide & ad Deut. II, 30.

Callidè adgrederentur] להתנכל *lebithnaccbel.* Vide de hoc verbo Gen. XXXVII, 18. conferque locum cum Exod. 10. LXX. Int. τοῦ δολιοῦσθαι; & *Hieronymus: dolosè agerent.*

26. *Servum ſuum*] Hoc eſt, miniſtrum ſingularem Dei, in liberatione Iſraëlis.

Quem elegerat] Ut eſſet Moſis comes & interpres. Vide Exod. IV, 14

27. *Verba ſignorum ejus*] דברי אותותיו *dibre othothau*, hoc eſt, verba quæ conſequentibus miraculis confirmata ſunt. Scio eſſe, qui velint *verba ſignorum* eſſe idioma Linguæ Hebraïcæ, pro *ſignis*, ut Græci dicunt χρῆμα νυκτὸς pro *nocte*. Sed nulla ſatis firma argumenta, eam in rem, proferunt; cùm conſtet ex perpetuâ conſuetudine Hebræorum, duorum ſubſtantivorum, unà conſtructorum, alterum eſſe adjectivi loco.

28. *Miſit* &c.] Hîc ordo prodigiorum non obſervatur, neque omnia memorantur, quia nihil intererat. Hîc quoque de hiſce non agimus, quæ ſat copiosè ſunt ad Exodum enarrata.

Nec eo ſeciùs &c.] ולא מרו את דבריו *vlo maron eth dbaran*, pro quo Maſſorethæ legunt דברו *dbaro*, verbum ejus. Addidimus hîc *Ægyptii* perſpicuitatis causâ, & ולא *vlo* vertimus non *neque*, ſed *nihilo ſeciùs*; quia particularum Hebraicarum ambiguitate fit, ut pro natura rei, quæ agitur, neceſſe ſit eas interpretari. Hîc autem ſermo eſt, non de Moſe & Aharone, qui negantur rebelles fuiſſe in verbum Dei; ſed de eo, quod fecerunt Ægyptii, cùm tenebris eorum agros Deus texiſſet. Alieno enim prorſus loco hîc Moſis & Aharonis mentio fieret, poſt penultimi vulneris, quod Deus Ægyptiis impoſuit, commemorationem.

32. *Effecit, ut pluviæ* &c.] *Dedit pluvias eorum grandinem, ignem flammarum in terram eorum.*

33. *Eorum vitem*] גפנם *gephnam.* Vitis quidem nominatim non meminit Moſes, ſed ſub nomine omnis viroris & omnis arboris continetur. Attamen *Herodotus* Lib. II. c. 7. negat vites fuiſſe in Ægypto, cereviſiâque uſos Ægyptios ait: οἴνῳ δὲ ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται· οὐ γάρ σφι εἰσὶ ἐν τῇ χώρῃ ἄμπελοι: *vino ex hordeo facto utuntur, non enim iis ſunt in regione vites.* Verùm hæc ſunt intelligenda de maxima parte Ægypti, quæ, nempe, exundationibus Nili tegebatur, non de tota; fuit enim nobile vinum *Mareoticum*, quod è vitibus, circa Maream paludem, non remotam Alexandria, Libyam verſùs, colligebatur; unde *Mareotides* vites à *Virgilio* memorantur, Georg. II, 91. ad quem locum oſtendit, pluribus Veterum auctoritatibus, vinum Ægyptiacum intelligi *Joan. Lud. de la Cerda*; quem adeant Lectores, ſi neceſſe ſit. Unius *Strabonis* verba addam è Lib. XVII. p. 550. Ed. Caſaubon. Genevenſis: ubi de locis Mariæ paludi vicinis: εὐοινία δ' ἐστὶ περὶ τοὺς τόπους· ὥστε καὶ διαχεῖσθαι πρὸς παλαίωσιν τὸν Μαρεώτην οἶνον: *vini copia eſt circa hæc loca, ita ut diffundatur, & diu ſervetur Mareoticum vinum.*

34. *Sine numero*] *Et nullus numerus.*

35. *Abſumſerunt ---- comederunt*] Utrobique eadem vox eſt. ויאכל *vajjocbal*, & edit; *locuſta*, nempe, *& bruchus.* Solent quidem Hebræi in membris, ut ſic loquar, parallelis variare verba; ſed & interdum non variant.

Agrorum] *Terra eorum.* אדמתם *admatham*, *cùm antea fuerit* ארצם *artſam*, quod idem eſt, mutato ſono.

36. *Omnis eorum roboris primitias*] Vide ad Gen. XLIX, 3.

37. *Tum eduxit Iſraëlitas*] *Eduxit eos*, ſed quia, in proximè antecedentibus verbis, id pro-

jus laus audiatur. 3. Felices juris obſervantes, & omni tempore juſtitiam exercentes! 4. Memento mei, Jehova, in favore, quo populum tuum proſequeris, viſe me ſalute tuâ; 5. ut videam felicitatem electorum tuorum, & particeps ſim lætitiæ gentis tuæ, útque glorier cum hereditate tua. 6. Peccavimus, cum patribus noſtris, pravè nos geſſimus, reſque improbas commiſimus, 7. Patres noſtri in Ægypto non adſequuti ſunt mirabilia tua facta, nec memores fuere multitudinis beneficiorum, & rebelles fuere ad mare & in mari algæ. 8. Sed *Deus* eos liberavit, nominis ſui causâ, ut patefaceret ſuam potentiam. 9. Increpuit mare algæ, & ſiccatum eſt, fecitque, ut incederent per abyſſos ad deſertum. 10. Liberavit eos à manu eorum, qui illos odio habebant, & eripuit manui hoſtium. 11. Aquæ texerunt eorum hoſtes, quorum ne unus quidem ſuperſtes fuit. 12. Crediderunt *Iſraëlitæ* ejus verbis, & laudes ejus cecinerunt.

13. Paullò poſt tamen obliti ſunt ejusdem operum, nec ejus conſilium exſpectarunt. 14. Concupiſcentiâ laborarunt, in deſerto, ac tentarunt Deum in ſolitudine. 15. Eis tamen largitus eſt quod petierant, ſed immiſit iis tabem. 16. Præterea inviderunt Moſi, & Aharoni Creatori conſecrato. 17. Verùm terra aperta eſt, & deglutiit Dathanem & texit cœtum Amrami. 18. Exarſit ignis in eorum cœtum, & flamma combuſſit malos. 19. Conflarunt etiam Vitulum ad Chorebum, atque inclinato corpore con-

oratione extollet? 3. Felices legum divinarum obſervantes, & omni tempore juſtitiam exercentes! 4. Memor eſto mei, ô Creator, quotieſcumque populo tuo beneficia confers; 5. ut videam, te mei etiam rationem habere, in liberatione Iſraelis, & una cum tota gente electa læter & glorier.

6. Peccavimus quidem, ut Majores noſtri, & peſſimè nos geſſimus. 7. Non intellexerant magnitudinem tuorum miraculorum in Ægypto, neque ſatis eorum fuerunt memores. In Deum rebellarant ad mare, ad mare, inquam, algæ 8. Attamen Deus eos periculo eripuit, propter ſuum nomen (nam populus Creatoris vocabantur) utque potentiam oſtenderet. 9. Increpuit mare Erythræum, quod recedentibus aquis, tranſitum facilem præbuit, ut in deſerto. 10. Servavit eos è manu hoſtium, 11. & texerunt aquæ contrà Iſraëlitarum vexatores, quorum nullus ſuperfuit. 12. Crediderunt tum verbis Dei, laudesque ejus cecinerunt.

13. Verùm non diu poſtea meminerunt eorum, quæ in gratiam eorum fecerat, nec conſiliorum ejus finem exſpectarunt. 14. Exarſit eorum cupiditas, & Dei, in Arabia deſerta, tentarunt potentiam. 15. Conceſſit tamen iis, quod concupiverant, & cibum eis dedit, ad faſtidium uſque, eorum adpetentiæ. 16. Iidem inviderunt Moſi & Aharoni; quod eſſet alter Propheta, alter verò Sacerdos Creatori Sacer. 17. Verùm ad invidiam illam puniendam & in poſterum etiam antevertendam, Deus juſſit terræ hiatum fieri, quo Dathan & Abiramus, iique, qui illis favebant, abſorpti ſunt; 18. ignis terrà erupit, & eos abſorpſit, qui unà conſpirarant.

19. Poſtea alii, cùm caſtra haberent ad Chorebum, Vitulum ſibi conflarunt, & coram eo genua flexerunt;

In liberatione tua] *In ſalute tua*; hoc eſt, in liberatione à captivitate Babylonica.

5. *Ut videam*] Ut videam liberationem populi tui, eáque fruar, cum aliis.

Bonitatem tuam in electos tuos] טובת בחיריך *tobath bhhirecha*. Vertimus quaſi eſſet טובתך על בחיריך *tobathcha hal bhhirecha*, quia Genitivus ſæpe ſignificat objectum rei, ut verſ. 4. Sed ſignificari etiam queant res ſecundæ Iſraëlitarum, qui ſunt hîc *electi*, ut ſæpe aliàs; nimirum, inter ceteros terræ populos Deus Iſraëlem elegerat, ut peculiaris ipſius populus eſſet. Vide Pſ. CV, 6, 43. *Hieronymus* habet: *bona electorum ſuorum*, rectè. LXX. Intt. minùs commodè: χρηστότητα τῶν ἐκλεκτῶν σου. טובה non tantum eſt bonitas, ſed & felicitas, ſeu bonum quodvis. Vide Eccles. V, 17. VI, 6. De ambiguitate ſignificationis Genitivi egimus *Artis Criticæ* P. 2. Sect. I. c. XII.

6. *Pravè atque improbè nos geſſimus*] העוינו הרשענו *hehevinou hirſchahenou*, ſubaudiendum דרכנו darchenou, *vias noſtras*. Verba enim ſunt activa.

7. *Ad mare, ad mare, inquam, algæ*] על ים בים סוף hal jam bjam ſouph, *ad mare, in mari algæ*. Volunt hîc eſſe ἀναδίπλωσιν, quæ vim addat orationi, quaſi vellet Pſaltes *ad mare, imo ad mare algæ*, in cujus aquarum fiſſione tantum miraculum viderant, & cujus viciniâ admoneri debuerant, ut in Deo fiduciam collocarent. Poteſt quidem reſpici fremitus populi in Moſem, antequam mare trajeciſſet, de quo Exod. XIV, 11, 12. Sed malim hæc accipere etiam de fremitibus Iſraëlitarum ultra id mare in deſerto tendentium, qui fremitus majores multò fuerunt, & iram Dei moverunt, qui querelis eorum, antequàm mare trajicerent, ignoverat. Poſſet etiam quis ſuſpicari על ים *hal jam* gloſſema eſſe, quod è margine tranſlatum eſt in textum, & margini quidem additum fuiſſe, ut בים *bejam* explicaretur, ne quis crederet, in ipſo maris alveo peccaſſe Iſraëlitas. Sed ב paſſim etiam eſt *ad*, ut docebit *Chriſt. Noldius*, & nos alibi non ſemel notavimus.

8. *Propter nomen ſuum*] Ne nomini ipſius detraherent Gentes, quaſi non potuiſſet ſervare populum ſuum. Vide Pſ. CXV, 1.

9. *Increpuit mare algæ*] Cujus, nempe, fluctus ad Auſtrum fugerunt, quaſi eos Deus increpitans recedere juſſiſſet. Vide Pſ. CIV, 7. Adi & Diſſert. *de Trajectione Maris Erythræi*.

In Abyſſis] Per alveum maris, quod retroceſſerat.

Sicut in ſolitudine] כמדבר *chammidbar*, pro כבמדבר *ſicut in deſerto*. Similis omiſſio τοῦ ב eſt. Pſ. XCV, 8.

conflatilem venerati ſunt. 20. Mutarunt *Deum* gloriam ſuam in ſimulacrum bovis, qui gramine paſcitur.

21. Obliti ſunt Dei Servatoris ſui, qui res magnas in Ægypto fecerat. 22. Mirabilia *fecerat* in terra Chami & terribilia in Mari Algæ. 23. Dixit etiam, ſe eos deleturum, & *feciſſet*, niſi Moſes ejus electus *Dux Iſraëlitarum* intereeſſiſſet *inter eos* & vultum Dei, ut indignationem ejus averteret, ne perderet *eos*. 24. Rurſus in terra deſiderata *auxilium Dei* repudiarunt, & verbo ejus fidem non habuerunt, 25. Murmurarunt in tentoriis ſuis, nec auſcultarunt, nec obſequuti ſunt voci Creatoris. 26. Itaque *Deus*, ſublatâ manu, *quaſi juraturus*, ſe effecturum *dixit*, ut caderent in ſolitudine, 27. utque eorum ſoboles caderet & ſpargeretur per terras.

28. Attamen ſe addixerunt Bahali, cui cognomen fuit Phehor, & comederunt ſacra mortuorum.

29. Eſſe-

flexerunt; 20. cùm nihil turpius eſſet, quàm Deum, quo poterant jure gloriari, mutare in figuram bovis, herba veſcentis. 21. Obliti ſunt Iſraëlitæ Dei, à quo ſunt liberati, quique res mirandas in Ægypto, à poſteris Chami occupata, geſſerat, ut & in mari Erythræo. 23. Indignatus iis dixerat à ſe eos perdendos, quod & feciſſet; niſi Moſes, quem elegerat ut imperaret Iſraelitis, interceſſiſſet pro iis, ut iram Dei placaret; quique interceſſorem ſe præſtitit, iramque ejus interceſſione ſuâ placaſſet, ne exſequeretur quod meriti erant. 24. Sed & poſtea faſtidierunt terram optandam, nec in Dei promiſſis adquieverunt, quaſi non facturus eſſet. 25. Deinde faſtidierunt terram, quam concupiverant, nec amplius Deo, ut par erat, fidem habuerunt. 26. In tentoriis ſuis cœperunt tumultuari, & Deo parère noluerunt. 26. Itaque Deus, ſublatâ veluti manu, juravit ſe effecturum ut perirent, in ſolitudinibus Arabicis; 27. utque eorum poſteri, inter varias Gentes ſpargerentur.

28. Poſtea cœperunt colere commentitium Deum,

13. *Properè obliti ſunt*] *Et properarunt & obliti ſunt.*

Nec conſilium illius exſpectarunt] Non exſpectarunt, donec Deus, quod facere ipſe ſtatuerat, ſponte ſuâ exſequeretur; nempe, ut aquam, qua indigere eos probè norat, ſuppeditaret. Vide Exod. 24.

14. *Concupiſcentiâ laborarunt* &c.] *Concupiverunt concupiſcentiam.*

15. *Quod petierant*] Carnem, nempe. Vide Num. XI, 13, 21.

Faſtidium adpetentiæ eorum] רזון בנפשם *razon bnaphſcham*, maciem in animam eorum. Verterunt LXX. Intt. πλησμονὴν εἰς τὴν ψυχὴν *Hieronymus: tenuitatem in animam eorum.* Conſtat ſanè רזון eſſe alibi *maciem* & tenuitatem. Vide Eſa. X, 16. Mich. VI, 10. Sed vocis poteſtas eſt ex ipſa re, quæ habetur Num. XI, 20. petenda, ubi promittit Deus carnem ſe Iſraëlitis daturum, *donec faſtidio ſit* לזרא *lezara*, ubi LXX. Intt. εἰς χολέραν, *Symmachus:* εἰς ἀπεψίαν· Vulgatus: *in nauſeam.* Ac ſanè χολέρα morbus eſt, qui naſcitur ex ciborum cruditate, hoc eſt, ἀπεψία, unde etiam oritur *faſtidium*; quod fit, ſi nimiâ copiâ comedatur. Hoc quoque loco זרא, aut זרון *zaron*, litterarum metatheſi, legendum arbitror; ſive vox ſit ab inuſitata radice, quæ *faſtidire* ſignificarit, vel à זור *alienari*, ut alienationem à cibo, ſeu faſtidium ſignificet. Id ipſum eſt quod voluerunt LXX. Intt. voce πλησμονὴ *ſatietas*, quæ eſt cum nauſea, & faſtidio conjuncta, ſi magna ſit. Hic נפש *nephesch* adpetentiam vertimus, ut Num. XI, 6. ubi vide notata. Sententia eſt à Deo maximam copiam carnis Hebræis datam; nam tum demum faſtidio eſt, cùm eſt nimis copioſa.

16. *Inviderunt, in caſtris, Moſi*] Num. XVI, 3. & ſeqq.

Jehovæ ſacro] קדוש יהוה *kdoſch Jehovah.* Reſpicit Pſaltes ad Sacerdotium Aharonis, ſollemnioribus ritibus Deo propterea conſecrati & πέταλον geſtanti, his inſcriptum verbis: קדש ליהוה, *ſanctitas Jehovæ*, vel res Deo conſecrata. Alioqui tantus Propheta fuit Moſes, ut potiore jure dici poſſit *ſacer*, aut *ſanctus Jehovæ*, quàm ipſe Aharon.

17. *Aperuit os ſuum*] ſupplevimus *os ſuum*, è Num. XVII, 30. & 32. quod aut excidit, aut certè ſubaudiri debet; niſi malis pro תפתח *aperuit* legere תפתח aperta eſt, ἠνοίχθη, ut habent LXX. Intt. quos ſequutus *Hieronymus.*

18. *Exarſit ignis*] Ib. verſ. 35.

19. *Fecerunt vitulum*] Exod. XXII, 2. Factum hoc ante ſuperiora, quare ordo temporis hîc non obſervatur; nec opus eſt in Hymnis.

20. *Gloriam ſuam*] כבודם *cbbodam.* LXX. Intt. τὴν δόξαν αὐτῶν, *Hieronymus: gloriam ſuam*, & Chaldæus: איקר רבנהון *aikar ribbenhon*, gloriam Domini ſui. Rectè, hoc enim vult Pſaltes, tantùm abeſſe, ut *gloriam ſuam*, hoc eſt, Deum, animo conceperint, ut par erat, ut contrà vituli imagine eſtinxerint. Malè ergo Maſſorethæ volunt hîc legendum כבודי, *gloriam meam*, hoc eſt, Pſaltæ, neque enim Deus minùs erat *gloria* aliorum piorum Hebræorum, quàm Pſaltæ. Omnibus Iſraëlitis Deus incorporeus, nullâ imagine corporeâ effictus, honori & decori fuit; quippe qui ſoli de Deo rectè ſentientes rectè eum colere debebant: Vide de hoc & ſimilibus locis *Sal. Glaſſium.* Phil. S. Lib. I. Tr. I. ubi de *Tkikkoun Sopherim*, qui hinc colligere potuit non fidendum per omnia Maſſoræ.

22. *In terra Chami*] Ægyptia. Vide Pſ. CV, 23, 27.

23. *Et feciſſet*] Supplendum hoc eſſe res ipſa oſtendit.

Electus ejus] בחירו *bhbiro*, quem elegerat, ut dux Iſraëlis eſſet, legéſque ei ferret.

In ruinis] בפרץ *bappherets.* Propriè ſignificat partem muri dirutam, per quam hoſtis irrumpere in urbem poteſt, ni fortiſſimi viri in

29. Effecerunt etiam factis ſuis, *ut Deus* irritaretur, & plagâ ſunt percuſſi. 30. At Phinchaſus ſtetit inter eos, *qui plagâ adfecti fuerant* & *alios*; quamobrem prohibita eſt plaga. 31. Quod judicatum eſt juſte factum, per *omnes* ætates, in perpetuum.

32. Irritarunt etiam *Deum* ad aquas Meribæ; quare propter eos malè fuit Moſi 33. Cùm enim eum exacerbaſſent, temerè loquutus eſt. 34. Nec deleverunt populos *Chananæa*, quos Creator *delendos eſſe* iis dixerat, 35. Miſcuerunt ſe Gentibus *Idololatris*, & didicerunt eorum facta. 36. Coluerunt eorum *Deos* ſculptiles, qui fuerunt iis inſtar laquei. 37. Mactarunt filios ſuos & filias ſuas Dæmonibus. 38. Effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum & ſanguinem filiarum ſuarum, quos mactarunt ſculptilibus Diis Chananææ; eaque terra, *ejuſmodi* cædibus: 39. Se polluerunt operibus ſuis. 40. Tum verò

Deum, cui Bahali Phehori nomen impoſuerant homines, & convivæ fuerunt in ſacrificiis mortuis oblatis. 29. Deo irritato ſuis factis, pœnas peſte dederunt. 30. Tum verò Phinchaſus, Aharonis filius, cœpit cauſam Dei tueri, & id fecit, quo facto, plaga deſiit. 31. Hoc vero ejus facinus & illi ætati & ſequentibus omnibus probatum eſt. 32. Iſraclitæ rurſus moverunt indignationem Dei, ad aquas Meribæ, quod Moſi malum viſum eſt; 33. cumque exacerbatus quidquam dixiſſet non ſatis circumſpectum, 34. nec deleverat eos, quot Deus deleri juſſerat. 35. Miſcuerunt ſe gentibus, eaſque imitati ſunt. 36. Coluerunt eorum Deos, quod illos illaqueavit. 37. Mactarunt liberos ſuos Cacodæmonibus Chananæorum, &, pro eorum more, idololatræ facti ſunt. 38. Effuderunt ſanguinem innocuum liberorum ſuorum, quibus cædibus terra, quam ſubegerant, polluta eſt. 39. Polluti ſunt pravis Chananæorum moribus, atque idololatriæ ſe dediderunt. 40. Quare incenſa indignatio Creatoris in populum ſuum, atque ab eo alienus

in ea ſtantes & pugnantes obſiſtant. Vide 1 Reg. XI, 27. Nehem. VI, 1. &c. Metaphora hinc ductâ deſcribitur Moſes precibus obſiſtens, ſeque medium inter Deum & populum interponens, ne Deus populum perderet. LXX. Intt. ἐν θραύσει, *Hieronymus: ſtetiſſet medius.* Bene, ad ſenſum quod adtinet, ſed vim vocis ſat plenè non expreſſit, Latinè melius dicere non licuit, quàm *in ruina*. Gallicè, à *la brèche*, hoc eſt, in perfractâ & dirutâ parte muri.

Averteret] להשיב lehaſchib, *ut redire faceret iram ejus à perdendo.*

24. *Faſtidierunt*] Num. XIV, I. & ſeqq.

Terram concupitam] *Terram cupiditatis*; hoc eſt, quam concupiverant, cum decepti à meticuloſis exploratoribus eam invadere auſi non ſunt.

26. *Juravitque*] Hoc perſpicuitatis causâ addendum fuit. Vide Num. XIV, 28. & ſeqq.

27. *Utque interiret* &c.] *Et ad ſternendum eorum ſemen in gentibus* &c. Vide & Ezek. XX, 23. Intelligenda ſunt hæc de gentibus, aut tribubus Arabum, terríſque, per quas vagabantur, in quibus mortui ſunt Iſraëlitæ, viginti annis majores.

28. *Babal-phehori* &c.] Vide Num. XXV, 3. & ſeqq.

Sacrificiis mortuorum] *Babal* ille, qui in monte Phehor colebatur, Rex fuerat, ut & ceteri בעלים *Babalim*, ac præſertim quidem *Beius* ille Babyloniorum; adeóque omnes erant מתים *mortui*. Quare verus Deus paſſim dicitur *Deus vivens*. Vide not. ad Deut. XXVI, 14.

Comederunt] Vocati, nimirum, ad convivia, quæ oblatarum victimarum carne, poſt datas igni prolicias, celebrari ſolebant. Ea convivia adire vetuerat Deus Exod. XXXIV, 16.

29. *Deum*] Supplendum hoc res ipſa monſtrat, ut & verſ. 32, 43.

Plaga] Num. XXV, 4.

30. *Exortus eſt*] *Et ſtetit.*

Judicium exercuit] יפלל *jephallel*; hoc eſt, exercuit officium τοῦ פליל *phlil*, judicis. Hieronymus: *dijudicavit*. At LXX. Intt. ἐξιλάσατο, & *Aquila*: ἐξευμενίσατο, quæ ſignificatio eſt frequens Conjugationis Hithpahel hujus verbi. Vid. Num. XXV, 11.

31. *Facinus hoc ejus* &c.] תחשב לו לצדקה thehhaſcheb lo litſdakah, *imputata ei in juſtitiam*; hoc eſt, virum & mulierem ſcortantes jure cæſos poſteritas omnis judicavit. Vide ad Gen. XV, 6.

32. *Dei*] Vide ad verſ. 29.

Ad aquas Meribæ] Vide Num. XX, 8, 13.

Malum viſum] ירע *jerab*, malum fuit; hoc eſt, diſplicuit, vel doluit, eorum causâ. Vide Nehem. II, 10. XIII, 7.

33. *Temerè labiis ſuis loquutus eſt*] יבטא בשפתיו *jebatta biſchphathau*. LXX. Intt. διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ, ut & *Symmachus*, nam mendosè ex eo proferri videtur διαστολήν. *Aquila*: διέκρινε ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ. *Hieronymus*: *præcepit labiis ſuis*. Incommodè omnes. Rectiùs Recentiores: *temerè*, vel *inconſideratè loquutus eſt*, ut Levit. V, 4. Prov. XII, 18. Reſpicit Pſaltes ad verba Moſis Num. XX, 10.

34. *Non deleverunt* &c.] Poſt Joſuæ tempora. Vide Joſ. XIII, 1. XVIII, 3. Jud. I, 19. XVIII, 1. &c.

35. *Miſcuerunt ſe* &c.] Commerciis & fortè etiam adfinitatibus, quibus ad illorum peccata imitanda adducti ſunt.

36. *Quæ laqueo eis fuerunt*] *Et fuerunt iis laqueo*; hoc eſt, in gravia delicta eos induxerunt, dum eorum cultores, ſibi amicos, ſtultè imitantur.

37. *Mactarunt* &c.] Vide 2. Reg. XVI, 3. XVII, 17. XXI, 6. 2. Ephem. XXVIII, 3. XXXIII, 6. &c.

Cacodæmonibus] לשדים *laſſchedim*. Vide ad Deut. XXXII, 17.

39. *Chananæorum*] *Eorum.*

Pro eorum moribus] *Scortati ſunt in factis eorum.* Quod de Idololatria & de propriè dicta ſcortatione intelligi poteſt.

41. *Tra-*

verò incenſa eſt ira Creatoris, & hereditatem ſuam eſt abominatus. [41]. Tradidit eam in manum gentium, quæ eis ſunt dominatæ, cùm eos odio haberent. [42]. Hoſtes eos oppreſſerunt, cùm ſub manibus illorum eſſent depreſſi. [43]. Multis vicibus *Deus* eos liberavit; ſed cum illi, in conſiliis ſuis, exacerbarunt, & depreſſi ſunt, propter iniquitatem ſuam.

[44]. Eos reſpexit, cùm eſſent in anguſtia, atque audiret eorum clamorem. [45]. Recordatus eſt, in eorum gloriam, ſui fœderis, & pœnituit eum, pro magnitudine miſericordiæ ſuæ [46]. Fecit, ut miſericordiam nanciſcerentur, apud omnes, qui eos in captivitatem abduxerant.

[47]. Serva nos, ô Creator noſter Deus, & recollige ex gentibus *aliis*, ut celebremus ſanctum tuum nomen, & gloriemur laude tua. [48]. Benedicatur Creator, Deus Iſraëlis, ab hoc ſæculo, & in omne ævum. *Quibus auditis*, dixit omnis populus: Amen, laudate Creatorem.

LIBER

lienus factus eſt. 41. Itaque eum paſſus eſt à Chananæis ſubigi, ita ut iis, quibus inviſi erant, coacti eſſent dicto audientes eſſe. 42. Oppreſſi ſunt ab hoſtibus & ſub eorum jugo humiles facti. 43. Sæpiùs miſericors Deus eos liberavit, nec eo ſeciùs in eum rebelles fuere, datâ operâ; quamobrem ſunt ab hoſtibus adtriti, ut pœnas ſuæ nequitiæ darent. 44. Nihilo ſeciùs Deus eos adjuvit, in arctis rebus laborantes, auditis illorum queſtibus. 45. In eorum gratiam fuit memor fœderis eum iis contracti, & pro magnitudine benignitatis ſuæ, revocavit quod facturus videbatur. 46. Effecit ut qui Iſraëlitas captivos abduxerant, erga eos miſericordiam exercuerint.

47. Incolumes ſerva nos, ô Creator noſter Deus, & revoca ex omnibus gentibus eos, qui iis ſerviunt; ut te laudemus, utque illis ipſis laudibus gloriari poſſimus. 48. Benedictus verò eſto, Creator Deus Iſraëlitarum in æternum, quemadmodum reverâ ab æterno dignus fuit, qui laudaretur.

Huic Pſalmo, cùm primum eum Muſici cecinissent, plauſerunt Jeroſolimitani, exclamaruntque: Amen, laudate Creatorem.

41. *Tradidit Iſraëlitas*] *Tradidit eos.*

44 *Cùm in anguſtia eſſent*] *In anguſtia illis.*

Clamorem] רנתם *rinnatbam*, quod plerumque lætum clamorem ſignificat, ſed hic triſtem.

45. *In eorum gratiam fœderis ſui*] *Memor fuit illis* (להם *labem*) *fœderis ſui*, hoc eſt eorum causâ, nam ל frequenter commodum ejus, ad quem refertur, ſignificat, ut docebit *Chr. Noldius.*

Benignitatis ſuæ] חסדו, quod poſſet efferri *bhasdo*, ſed Maſſorethæ extulerunt quaſi ſcriptum eſſet in plurali חסדיו *bhaſadaw.* Prius ſecuti ſunt LXX. Intt. & *Hieronymus*, qui habent: *τῦ ἐλέυς αὐτῦ, miſericordiæ ſuæ.*

Eum pœnituit] Aliter ſe geſſit, quàm antea prout ſtatuerat apud ſe; mutatio enim conſilii, ſi adcuratè loquamur, in Deum non cadit.

46. *Fecit, ut omnium* &c.] *Dedit eos in miſericordias, coram omnibus, qui eos in captivitatem abduxerant.* Vide Dan. I, 9. Ex his & ſequentibus colligere eſt, ſcriptum hunc Pſalmum ſub finem Babylonicæ captivitatis, aut etiam paullò poſt, cùm nondum multi è captivitate rediiſſent.

47. *Sanctum tuum nomen*] *Nomen ſanctitatis tuæ.*

Laude tuâ gloriemur] להשתבח בתהלתך *lebiſchthabbeabh bithehillathcha*, ad gloriandum in laude tuâ; hoc eſt, ut potentiâ tuâ liberati auſimus inter Gentes gloriari potentiſſimum & optimum Numen à nobis meritò coli & extolli, Deos verò aliorum jure ſperni.

48. *Dixit verò* &c.] Videtur hoc à ſacræ muſicæ præfecto additum, cùm primùm hoc canticum in Iſraëlitarum cœtu cantatum eſſet, à Levitis; quibus ſollemni adclamatione conſenſum ſuum teſtati ſunt omnes Iſraëlitæ, qui aderant: אמן הללויה *Amen halelujah.*

LIBER QUINTUS.

Adhortatio ad laudandum Deum, qui ad ſe confugientes maximis periculis eripit.

PSALM CVII.

1. LAUDATE Creatorem, qui beneficus eſt, & cujus beneficentia eſt æterna. 2. Ita loquantur, qui ſunt ab eo liberati è manu hoſtis, 3. & quos collegit ex omnibus gentibus, ab Oriente, ab Occidente, à Septemtrione atque à Meridie. 4. Sunt qui erarunt in deſerti ſolitudine, quòd non invenirent urbem, in qua habitarent. 5. Famelici erant & ſitiebant, adeò ut deliquium animi paterentur. 6. Illi clamoribus invocarunt Creatorem, cum in anguſtia eſſent, eóſque rebus anguſtis liberavit. 7. Eos duxit rectâ viâ, quâ poſſent pervenire ad urbem probè habitatam. 8. Confiteantur Creatori miſericordiam ejus, & mirabilia *facta* in gratiam hominum. 9. Nam explevit adpetentiam eorum, cùm eſurirent, bonis.

10. Eos

PARAPHRASIS.

1. CELEBRATA Creatorem, quia bonus & benignus eſt, eaſque virtutes in æternum exercebit. 2. Hoc prædicent liberati à Deo ex manibus hoſtium, 3. & qui ex omnibus vicinis populis ſunt iterum collecti ab Oriente, ab Occidente, ab Aquilone, & à Meridie. 4. Vagati erant per avias ſolitudines, ubi nullam urbem cultam invenerant; 5. cùm ipſi tame laborarent, & ſiti, nec viderent, unde poſſent ſe ſuſtentare. 6. Invocarunt Creatorem, ut rebus uſque adeò arctis liberarentur; quod in eorum gratiam fecit. 7. Deus autem fecit, ut rectâ via incederent, donec perveniſſent ad urbem cultam, nec annonâ deſtitutam. 8. Extollant ergo Iſraele oriundi miracula a Creatore in eorum gratiam facta; 9. cum potum copioſum eis ſitientibus ſuppeditarit, atque eſurientibus bonos cibos dederit.

10. Qui

COMMENTARIUS

In PSALM. CVII.

2. H*oc dicant liberati à Jehova*] יאמרו גאולי יהוה *jomerou geoule Jehovah*, dicant, *vel* dicent liberati Jehovæ. *Addidi hoc*, ut faciliùs intelligerent Lectores, juberi eos, qui à Deo ſervati ſunt, & periculis erepti dicere: *laudate Jehovam, quia bonus eſt, quia in æternum eſt ejus benignitas.* Neque enim eſt quò alioqui referri queat *dicant*, aut *dicent*. Vide ſimile quid Pſ. CXVIII, 1. CXXIV, 1.

3. *Quos ex omnibus terris*] In quas miſſi erant à Babyloniis, aut in quas, eorum manibus ut evaderent, profugerant Iſraelitæ.

A Meridie] מים mijjam, *à mari.* Alibi quidem *mare* Occidentem ſignificat, quia mare internum eſt ad occidentem Judææ, ut Gen. XII, 8. XV, 6 &c. Sed hîc cùm *mare* opponatur Septemtrioni, ſatis liquet Meridiem intelligi, ad quem erat mare externum; nec quidquam obſtat, quin Judæi aliquot ſint ad ejus littora amandati, prono Euphratis alveo, à Chaldæis. Poſſet tamen, fieri ut hîc olim lectum ſit מימין *mijjamin*, non מים *mijjam*, extritis duabus litterulis. Notum eſt ימין *iamin*, dextram, dici meridiem, ut ſeptemtrionem שמאל *ſchemol*, ſiniſtram.

4. *Errarunt in deſerto* &c.] Intelligenda hæc ſunt de Judæis nonnullis, qui Chaldæos fugientes in Arabiam deſertam ſeſe abdiderant & per eam palati vix in Syriam, aut in Ægyptum potuerant pervenire.

Per aviam ſolitudinem] בישימון דרך *biſchimon derech*, *in deſertum* (ubi nulla eſt) *via.* Videretur enim excidiſſe לא *non*, quod exprimitur verſ. 40. At LXX. Intt. hanc vocem conjunxerunt cum ſequentibus, ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου οὐχ εὗρον minus commodè. *Hieronymus* duo verba minùs aptè conſtruxit: *in deſerta via*, quæ nuſquam ita conjunguntur.

6. *Cum in anguſtia verſarentur*] בצר להם battſar lahem, *in anguſtia illis*, ἐν αὐτῶν ἀπορίᾳ.

E rebus arctis] ממצוקותיהם *mimmetſoukothehem*, ex anguſtiis ſuis. LXX. Intt. ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν. Hieronymus: *de adflictione eorum.* Intelliguntur στενοχωρίας, tralatitio ſenſu, hoc eſt, *res arctæ*.

7. *Facit, ut per viam rectam* &c] וידריכם *jadrichem*, quod etiam *duxit* vertere queas. Providentiâ, nempe, divinâ factum erat, ut iter facientes per deſertam Arabiam, in qua nulla viarum veſtigia erant, nihilo ſeciùs recta quò pervenire cupiebant, contenderent.

Urbem habitatam] *Urbem habitationis*, ut antea.

9. *Satiat potu hominem ſitientem* &c.] *Satiavit animam ſitientem* (נפש שוקקה nepheſch ſchokekah) *& animam famelicam implevit bono.* LXX. Intt. שוקקה verterunt κενὴν, & *Hieronymus: vacuam.* Eſt propriè *adpetens* à שוק *ſchouk* adpetere; ſed hîc ſumitur pro adpetentia potûs, ſeu ſiti, ut Eſai. XXIX, 8. Aptè autem נפש hic adhibetur, quâ voce cibi & potûs adpetentia ſæpe ſignificatur, ſed Latinè ſic verti vix potuit. Itaque *hominem ſitientem & famelicum* vertimus.

10. *Qui*

[10]. Eos, qui habitabant loca tenebricoſa, & preſſos adflictione & ferro [11]. quia mutaverant oracula Dei, & conſilium Altiſſimi deſpexerant; *eorum* animos, *inquam*, [12]. ad humilitatem redegit labore, cùm deeſt iis, qui eos adjuvaret. [13]. At cùm illi invocaverint Creatorem, in rebus ſuis arctis, eos, in rebus anguſtis, liberat. [14]. Educit eos è tenebris, atque umbra mortifera, ac eorum vincula rumpit. [15]. Laudabunt Creatori ipſius benignitatem & miranda ejus hominibus; [16]. quia rupit portas æneas, & vectes ferreos perrupit.

[17]. Stulti, propter viam prævaricationis ſuæ & inquitates ſuas, adflicti ſunt. [18]. Omnem cibum faſtidit eorum adpetentia, & pervenerunt ad portas uſque mortis. [19]. Invocaverunt verò Creatorem in anguſtia, in qua erant; ïſque eos ex iis anguſtiis ſervavit. [20]. Emiſit verbum, atque eos ſanavit; & depravatione ſuâ liberavit. [21]. Laudent Crea-

10. Qui ſedebant in antris tenebricoſis, quique vincti erant ferreis compedibus, & ſuâ ipſorum calamitate; 11. eò quod rebellarant in verba Dei, & conſilia ejus contemſerant; 12. qui animus eorum moleſtiis depreſſerat, quamobrem nemo iis auxiliabatur; 13. ii, inquam, homines, cum Creatorem, in illis anguſtiis, invocaſſent, ab eo ſunt liberati. 14. Eos eduxit è cavernis, ubi compedibus vincti ſervabantur, & compedes eorum rupit. 15. Laudent illi Creatoris benignitatem, & mirabilia beneficia ab eo in eos collata; 16. cùm, in eorum gratiam, æneas valvas & ferreos vectes ruperit, ut abire poſſent.

17. Stulti, propter rationem, quâ ſe geſſerant, in defectione ſua a Deo, & propter improbitatem ſuam, in morbos ſe conjecerant, per quos erant in periculo mortis. 18. Omnes cibos reſpuebant, & proximi morti judicabantur. 19. At præ metu, invocarunt Creatorem, in anguſtiis, in quibus erant, ſuntque ab eo liberati. 20. Juſſit eos valetudinem reparare, & ſunt perniciei erepti. 21. Laudent verò, in precibus ad Deum fuſis,

10. *Qui ſedebant in tenebris*] In tenebricoſo carcere. Vide Eſai. XLII, 7.

In umbra mortifera] Aut in obſcuriſſima umbra, qualis eſt profundiorum carcerum. Vide not. ad Job. C. X, 21.

Vincti calamitate & ferro] Eleganter dictum, ad deſcribendos homines, non minùs calamitate ſuâ quàm catenarum pondere oppreſſos.

11. *Rebelles fuerant*] המרו *himrou*, à מרה, quod, in *Piel* & in *Hiphil*, *rebellionem movere* ſignificat, ſequente accuſativo: quod adeò frequens eſt, ut miror inventos fuiſſe, qui aliter verterint.

12. *Qui depreſſerat* &c.] ויכנע בעמל לבם *vajjachnah bahamal libbam*, & depreſſerat moleſto labore cor eorum; hoc eſt, ærumnis ſuperbum eorum animum diminuerat. Uſi ſumus pronomine *qui*, ordinis & perſpicuitatis cauſâ.

Impegeruntque] כשלו *chaſchelou*, hoc eſt, in res adverſas inciderunt, ut προσκρούειν Græci & *offendere* Latini uſurpant, tralaticio ſenſu. Vide Prov. IV, 16.

13. *In anguſtia* &c.] Ut verſ. 6.

16. *Confregit portas æneas* &c.] Non minùs liberat carcere, quàm ſi ejus fores æneas & vectes ferreos frangeret; hoc eſt, è carcere, à quo egredi poſſe non videbantur, educit. Vide Eſai. XLV, 2.

17. *In adflictionem ſe conjecerunt*] יתענו *jithhannou*, quæ conjugatio vim habet verborum ἀντιπεπονθότων, ut *media* à Græcis vocantur. Vide Gen. XVI, 9. 1. Reg. II, 26. Heſdr. VIII, 25. Dan. X, 12. Quod vulgò non obſervant. Intt. quia ſenſus non incommodus verbo paſſivo exprimitur.

18. *Eorum adpetentia*] נפשם *napſcham*, anima eorum. Vide ad verſ. 9. Ita erat proſtrata cibi adpetentia, ut quivis cibus ægro faſtidium moveret.

Adtigerant portas mortis] ויגיעו עד שערי מות *jaggihhou had ſchahare maveth*, *adtigerant uſque ad portas mortis*; quaſi diceres: vicini quibus jam erant januæ ſepulcri apertæ, aut mox aperiendæ, ut ei inferrentur. Vide ad Pſ. IX, 14.

Inclamarunt &c.] ut Verſ. 6, 13.

20. *Miſit verbum ſuum*] ישלח דברו *jiſchlahh dbaro*, hoc eſt, jubet, ut in prima creatione deſcribitur Deus omnia verbo faciens; hoc eſt facilè & ſine mora; quo tamen loquendi genere deſcribitur voluntatis divinæ actus, ut diximus ad Gen. I, 3. Vide Pſ. CXLVII, 15. Simili tranſlatione *egredi verbum* à Deo & Hominibus dicitur, de ſignificatione aliqua Dei & Hominum voluntatis, ut Dan. IX, 23. Eſth. I, 19. & alibi.

Eruit è pernicie] וימלט משחיתותם *vimallet miſſchhhithotham*. LXX. Intt. ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν, Hieronymus, *de interitu ſuo*. שחיתה *ſchechhitha* occurit & Thren. IV, 20. Interitum ſignificare videtur, cùm de gravi morbo ſermo ſit, & quo, ſine ſingulari divino auxilio, interiturus erat æger.

22. *Sacrificia laudis*] זבחי תודה *zibhhe thodah*. Vide ad Levit. VII, 12, 16. ubi obſervavimus ita dicta ſacra, quæ ad celebrandum ſingulare quoddam Dei beneficium, fiebant.

23. *Opus facinut*] עשי מלאכה *hhoſche mlachah*, quæ vox commercium hic ſignificare videtur; quòd mitterentur inſtitores, cum mercibus, quas ferrent, aut referrent; nam radix לאך eſt *miſit*, apud Æthiopas, unde מלאך *maleach*, legatus, ut viris doctis eſt obſervatum, & מלאכות *maleachouth*, legatio.

25. *Cùm verbo ſiſteret ventum*] *Et dixit & ſtare fecit ventum* &c.

Maris fluctus] *Ejus fluctus*. Diximus *maris* vitandæ, ambiguitatis cauſâ.

26. *Colliqueſcebat*] תתמוגג *thithmogeg*, liquefaciebat ſe; nempe, propter metum. Vide Pſ. XXII, 15.

27. *Circumagebantur*] יחוגו *jahhogou*, in orbem movebantur; præ vertigine, aut titubatione motu navis creatâ.

Eorum peritia] חכמתם *hhochmatham*, eorum

Creatorem, miſericordiæ ipſius causâ, & mirabilia hominum filiis. 22. Offerant illi ſacrificia laudis, & narrent opera ejus publico præconio.

23. Qui ad mare deſcendunt, ut navibus negotientur, in multis aquis, 24. ipſi viderunt opera Creatoris, ejúſque mirabilia facta in alto mari. 25. Cùm dixit, ſtitit ventum procelloſum; aut ſuſtulit ejus fluctus. 26. Adſcendunt, *qui navigant*, in cœlum, tum deſcendunt in abyſſum; adèo ut animus iis deficiat. 27. Moventur in orbem, & vacillant inſtar ebrii, omníſque eorum peritia abſorbetur. 28. Tum invocant Creatorem in anguſtia ſua; & *Deus* ab iis anguſtiis eos liberat. 29. Siſtit turbinem, ita ut ſileat *procella*, & quieſcant ejus fluctus. 30. Lætantur nautæ, quia ſiluerunt, & *Deus* ducit eos ad portum, quem cupiebant. 31. Celebrant Creatori miſericordiam ſuam, & mirabilia ejus facta erga filios hominum. 32. Extollunt eum in turba populi, atque in ſubſelliis Seniorum eum laudant. 33. Mutat fluvios in deſerta, & eruptionem

fuſis, ejus benignitatem, & mirabilia auxilia, quibus eos juvat.

22. Qui mare navigant, & mercaturam navibus exercent, 24. ii potiſſimùm ſunt experti mirabilia auxilia *Dei*, in profundo; 25. cùm verbo pacaret procelloſum ventum, aut augeret fluctus maris. 26. Viderunt qui navigabant, ſe velut in cœlum adſcendere, dum Maris unda tumida ad nubes attollitur; 27. & contrà, cùm alio undæ feruntur; nautæ circumaguntur, eorumque peritia navigationis irrita eſt. 28. Invocarunt, in illa anguſtia, in qua erant, Creatorem; qui eos ex rebus anguſtis liberavit; 29. & effecit, ut ſiſteretur turbo, ita ut non ſentiretur ampliùs ventus, neque moverentur fluctus. 30. Gaviſi verò quando venti ſiluerunt, Deusque eos duxit ad portum optatum. 31. Laudent, apud Creatorem, ſummam ejus benignitatem, & mirabilia facta erga homines. 32. Extollant eum ex animo, in cœtu populi, atque in procerum conventu.

33. Convertit, quando ei libet, flumina in aridas

rum ſapientia; nempe, nautarum. Tempeſtatis ſimiles deſcriptiones, multis in locis, extant. Unam adferam ex *Ovidio* Lib. I. Triſtium El. II, 10. & ſeqq.

Me miſerum! quanti montes volvuntur aquarum?
Jam jam tacturos ſidera ſumma putes.
Quantæ diducto ſubſidunt æquore valles?
Jam jam tacturas tartara nigra putes. &c.
Rector in incerto eſt, nec quid fugiátve, petatve
Invenit, ambiguis ars ſtupet ipſa malis.

29. *Ita ut ſileret ventus*] לדממה lidmamah, *in ſilentium. Aquila*, & *Theodotion*, poſt LXX. Intt. εἰς αὔραν, hoc eſt, tenuem ventum. Rectiùs *Symmachus:* εἰς γαλήνην, & *Hieronymus: in tranquillitatem.* Sed Hebraïca metaphora Latinè etiam retineri potuit.

Et conticeſcunt fluctus] *Et tacuerunt fluctus eorum*, גליהם *gallehem*. Adfixum refertur ad nomen remotiſſimum מים *majim*, aquarum. Omiſimus, quia res erat clara, nec poterat Latinè exprimi, propter nomen nimis remotum.

30. *Ad portum exoptatum*] אל מחוז חפצם *el mhhoz hhephtſam*, ad portum voluntatis eorum; ſeu in quem tendebant.

32. *Senum*] Rectorum populi, nam *ſenes*, quando opponuntur populo, paſſim Magiſtratus vocantur. Vide, quæ hac de re collegit *Joan. Seldenus*, Lib. I. de *Synedriis Judæorum*. c. XIV.

33. *Convertit fluvios in ſiccam ſolitudinem*] ישם נהרות למדבר jaſchem nehatoth lmidbar, *ponit fluvios in deſertum*, quod hîc pro ſicco loco ſumitur; qualia ſunt deſerta loca, quæ ideò non coluntur, quòd aquâ careant.

34. *In ſalſuginem*] למלחה *limlehhah*. Vide Diſſert. de Statua Salina. S. II. & ad Job. XXXIX, 9.

Propter nequitiam &c.] Hæc ad Sodomam & vicinas urbes pertinere videntur.

35. *Siccum deſertum*] Ut verſ. 33.

Solum ſiticuloſum in ſcaturigines] Fontibus, aut fluviis eò converſis, quod fieri poteſt melius terræ, cujus aperiuntur montes, è quorum occultis receptaculis decidunt eam in partem aquæ, in quam antea nullæ fluunt. *Plinius* Lib. II. c. 80. ubi de terræ motu: *Variè itaque quatitur & motu eduntur opera, alibi proſtratis mœnibus, alibi hiatu profundo hauſtis, alibi egeſtis molibus, alibi* emiſſis omnibus; *nonnumquam etiam ignibus, calidiſve* fontibus, *alibi* averſo fluminum curſu. Scriptor Libri de Mundo c. IV. de ventis ſubterraneis, quibus motum terræ creari putabant Veteres: οἱ δὲ πηγὰς ἀνέφηναν τὰς πρότερον οὐκ οὔσας: *ſunt qui fontium ſcatebras edidere, quæ antea non erant* Quando autem contingit contrarium fieri, ſeu alios meatus aquæ fontium & fluviorum operiri, quæ irrigua antea erant, fiunt ſiticuloſa, ut paullò antea dixit Pſaltes. *Ariſtoteles* Meteorol. Lib. I. c. 14. ἑλώδεις ἐπὶ πλείονα χρόνον ἀναγκαῖον εἶναι τοὺς ἐγγύτερον τῆς προχώσεως, διὰ τὸ λιμνάζειν ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἀεὶ μᾶλλον: *paluſtria enim plerumque tempus neceſſe eſſe, quæ ſunt propiora alluvioni, quia in extremis ſemper magis reſtagnant.* Quibus dictis, ita porrò pergit: μεταβάλλει δὲ τοῦτο καὶ πάλιν εὐθηνεῖ. ξηραινόμενοι γὰρ οἱ τόποι ἔρχονται εἰς τὸ καλῶς ἔχειν· οἱ δὲ πρότερον εὔκρατοι ὑπερξηραινόμενοι γίνονται χείρους· ὅπερ συμβέβηκε τῇ Ἑλλάδι, καὶ περὶ τὴν Ἀργείων καὶ Μυκηναίων χώραν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν Τρωϊκῶν ἡ μὲν Ἀργεία διὰ τὸ ἑλώδης εἶναι, ὀλίγους ἠδύνατο τρέφειν· ἡ δὲ Μυκηναία καλῶς εἶχε· διὸ ἐντιμοτέρα ἦν· νῦν δὲ τοὐναντίον διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν· ἡ μὲν γὰρ ἀργὴ γέγονε καὶ ξηρὰ πάμπαν· τῆς δὲ, τὰ τότε διὰ τὸ λιμνάζειν ἀργὰ, νῦν χρήσιμα γέγονεν: *At id mutatur, atque rurſum in melius evadit; nam loca exſiccata eò deveniunt, ut bene habeant, ut quæ priùs bene temperata erant, præter modum exſiccata deteriora fiant.*

tionem aquarum in locum aridum. 34. Terram fructiferam in ſalſuginem, propter nequitiam eorum, qui eam incolebant. 35. Deſertum *aridum* mutat in ſtagnum aquæ, & ſolum ſitieuloſum in loca, ex quibus erumpunt aquæ. 36. Dat eum locum habitandum famelicis, qui urbem habitandam illic condunt. 37. Illic ſementem fecerunt in agris, & plantarunt vineas, quæ protulerunt fructum proventûs. 38. Benedixit illis *Deus*, & ſummopere creverunt, nec eorum pecudes minutæ ſunt. 39. Sed minuti ſunt & depreſſi tyrannide pravâ & dolore 40. Effudit contemtum in primores, fecítque ut errarent in deſerto, ubi nulla eſt via. 41. Verùm *idem* ſublevat egenos ab egeſtate, & familias *augebit*, ut pecudes. 42. Videbunt hoc homines recti *exemplis*, ac lætabuntur; ſed omnis turba iniquorum os ſuum, *ha de re*, compeſcet. 43. *Si quis* ſapit, hæc obſervabit, atque intelligent miſericordia facta Creatoris.

CAN-

aridas valles; 34. & ſolum per ſe ferax in ſterilem ſalſuginem, ut loci incolæ ei deot pœnas. 35. Ille idem mutat ſolitudinem aridam in ſtagnum aquâ abundans. 26. Collocat deinde illic coloniam, quæ ſedibus carebat, & quæ ibi condit urbem; quæ non caret colonis, eo concurrentibus, qui alibi ſedes non habent. 37. Arant illic ſolum, & plantant vineas, quæ copioſum fructum proferunt. 38. Poſtea Deo iis favente, feliciter omnia illic creſcunt, nec jumentorum numerus minuitur. 39. Si verò novi coloni numero minuuntur, & premuntur illic malâ tyrannide & triſtitiâ; 40. contemtum ſuum oſtendunt in Principes, facítque ut per avia deſerta vagari cogantur. 41. Contrà ſublevat egenum adflictione & familia, ita ut antea minuti numero augeantur. 42. Hæc vident viri boni, & lætantur; ſed iniquis os obturatur. 43. Obſervent hæc qui ſapiunt, déntque operam, ut hæc beneficia Creatoris obſervent.

PARA-

Quid contigit Græciæ & quidem circa Argivorum & Mycenæorum agros. Trojanis enim temporibus, Argivorum quidam agri, quia paluſtres erant, paucos nutrire poterant; Mycenæorum verò bene habebant, ideóque pretioſiores erant. Nunc verò contrà ſe res habet, propter memoratam cauſam. Hi enim ſteriles facti ſunt & prorſus ſicci; illi verò, qui tunc reſtagnantes ſteriles erant, nunc feraces evaſerunt.

37. *Quæ fructuum proventum proferunt*] Et faciunt fructum proventûs.

38. *Deus*] Supplendum hoc, ex ſuperioribus, vel ex re ipſa, ut alibi paſſim.

39. *Si minuuntur*] וימעטו vajjimhatou, & *minuuntur*. Hîc ו vim obtinet conditionalis *ſi*, ut ſæpe alibi. Vide Gen. XXXIII, 13. & *Chr. Noldium* ſignif. LX.

Et premuntur] וישחו *vajjaſchobbou*, & curvantur, ut, nimirum, pondere preſſa.

Mala tyrannide] עצר רעה *hatſer rahah*, LXX. Intt. ὑπὸ θλίψεως κακῶν. *Symmachus*: ἀπὸ συνοχῆς κακῆς. *Hieronymus*: *propter anguſtiam mali*. עצר propriè eſt *actus coërcendi*, vel *cohibendi*, Vide Proverb. XX, 16. Verùm hîc ſignificari videtur vis tyranni, quâ populi coërcentur, ne jure ſuo utantur. De imperio Regio adhibetur verbum עצר *hatſar*, 1. Sam. IX, 17. de tyrannica vi Eſaiæ LIII, 8. Quare eos ſecuti ſumus, qui verterunt *tyrannidem*, quâ nihil aptius eſt, ad accidendas Reipublicæ vires. Conſtruximus etiam cum רעה, cùm non videremus, cur hoc nomen maſculini potiùs, quàm fœminini generis cenſeretur.

Et moerore] ויגון *vejanou*. LXX. Intt. ὀδύνῃ, Hieronymus: *dolorem*. Vide Pſ. XIII, 3. XXXI, 11. Poſſet etiam *oppreſſione*, nam יגה *janah* eſt etiam *oppreſſit*, & quidem tyrannorum more.

40. *Effundit contemtum* &c.] Facit ut contemti Principes deturbentur è dignitate ſua, expulſique in ſolitudines fugere cogantur.

In deſertis aviis] בתהו לא דרך *bthohou lo derech*, in deſerto non, *vel* ſine via. De voce תהו vide ad Gen. I, 2.

41. *Sublevat contrà*] ישגב jeſchaggeb, *adtollit*. Supplevi *contrà*, quia hæc opponuntur proximè antecedentibus.

Ut inſtar minuti pecoris evadant &c.] *Poſuit inſtar minuti pecoris* (כצאן *chattſon*) *familias*: eas auget, non aliter ac augetur minutum pecus.

42. *Claudit os ſuum*] Nihil eſt quod reponat iis, qui in tyrannos invehuntur, nec eos audet defendere.

43. *Quiſquis ſapit*] *Quis ſapiens & ſervet.*

Hæc obſervet] ישמר *jiſchmor*, quod etiam *recondatur* verti queat. Vide ad Gen. XXXVII, 11.

Faciátque ut intelligat] יתבוננו *jitbbonenou*, faciant, vel dent operam ut, intelligant; vel attendant. Hæc enim eſt vis conjugationis *Hithpahel*. Pluralis adhibetur numerus, quia ſermo eſt de pluribus.

COM-

1. CANTICUM CARMINIS DAVIDIS. 2. Paratus eſt animus meus, ô De- PSALM. CVIII.
us, canam & pſallam, *reſonabitque* etiam *cithara*, *quæ* gloria mea *eſt*. 3. Exci-
tamini nablium & cithara, expergiſcar enim ſub auroram. 4. Laudabo te, apud Po-
pulos, Jehova, & carmina tibi canam, inter Gentes; 5. nam altior eſt benignitas tua
cœlis, & ad ætherem veracitas tua *extollitur*.
6. Adtollitor ſupra cœlos, Deus, & ſupra omnem terram *ſit* gloria tua; 7. ut libe-
rentur ii, quos amas, ſerva *eos* dexterâ tuâ, & exaudi me.
8. Loquutus eſt Deus, in Sacrario ſuo; exſultabo, partiar Sichemum, & vallem
Succhotharum metiar. 9. Mihi *erit* Galahaditis, mihi *erit* Manaſſa; Ephraimus *erit*
robur capitis mei, & Juda legiſlator meus. 10. Moabus pelvis *erit*, in qua me ablu-
am, in Edomum projiciam calceum meum, & propter Philiſtæam *terram* clangam.
11. Quis ducet me in urbem munitam? Quis mihi dux erit ad Idumæam uſque? 12. An-
non amoviſti nos, ô Deus, cùm non egrediaris, ô Deus, cum exercitibus noſtris?
13. Concede nobis auxilium, *quo liberemur* ab anguſtia; fallax enim eſt liberatio, *quæ* eſt
ab homine. 14. Cùm Deo fortiter nos geremus, & conculcabit ipſe hoſtes noſtros.

Petit

PARAPHRASIS.

2. PARATUS ſum canendis laudibus tuis, adhibita Citharâ, quà glorior. 3. Excitemini mecum, Nablium & Cithara; nam expergiſcar ſub auroram, ut Dei laudes canam. 4. Te laudabo, audientibus populis, ô Creator, & cantica tibi canam, ab omnibus audienda gentibus; 5. nam Benignitas tua cœlis ipſis eſt ſublimior, & Veracitas tua digna eſt, quæ ad ætherem laudibus tollatur.

6. Deus evehatur à nobis ſupra cœlos, & per omnes ſpargatur terras gloria ejus, hominum laudibus; 7. ut liberentur calamitatibus ubique ii, quos amore tuo dignaris, ô Deus. Serva eos è periculis, in quibus verſantur, atque me exaudito.

8. Ex reſponſo, è Sacrario dato, exſultabo; partiar Sichemum & vallem Succhotharum. 9. Mea etiam erit Galabaditis, ut & Manaſſa, Ephraimus erit robur, quo ſuſtentabor, & Juda Legiſlator meus. 10. Moabus quidem erit veluti pelvis, in qua me abluam; Edomus verò is, in quem jaciam calceos meos. At clangam, propter Philiſtæorum terram. 11. Quis mihi erit dux in eorum urbes munitas? Quis etiam ducet me in Idumæam uſque? 12. At nos ab iis populis amoviſti, ô Deus, cùm non egrediaris, nec exercitus noſtros comiteris in eos. 13. Verùm ſuppedita nobis auxilium, quo è rebus anguſtis liberemur; fallax enim eſt omnis liberatio, quæ ob hominibus exſpectatur. 14. A ſolo Deo adjuti fortiter nos geremus, quia ipſe hoſtes noſtros conculcabit.

PARA-

COMMENTARIUS

In PSALM. CVIII.

1. C*Anticum carminis*] שיר מזמור *ſchir mizmor*, ut Pſ. XLVIII, 1. & alibi. Pro quo habemus מזמור שיר mizmor ſchir, *carmen cantici*, inverſo ordine. Pſ. LXVII, 1. Poſſet fieri, ut fuiſſent *carmina* מזמרים, quæ non canerentur, & שירים *cantica*, quæ non conſtarent carminibus, quale eſſe videri queat Canticum Canticorum.

2. *Paratus eſt animus meus*] נכון לבי *nachon libbi*, quod perinde eſt ac *fert animus*. Sed hæc & ſequentia, paucis mutatis, exſtant Pſ. LVII, 8. ad finem Pſalmi, nec repetemus quæ ibi dicta ſunt, ſed varietates tantùm notabimus.

Etiam .... gloria mea] אף כבודי *aph chbodi* Pſ. LVII, 9. eſt עורה כבודי hourah chbodi, *expergiſcere gloria mea*, quod bis repetitur, ut & נכון לבי *nachon libbi*.

4. *Jehova*] Eſt Pſ. LVII, 10. אדני *adonai*.

5. *Altior eſt cœlis*] גדול מעל שמים *gadol mehal ſchamajim*, magna eſt ſupra cœlos. Pſ. LVII, 11. עד שמים had ſchamajim, *uſque ad cœlos*. Non putem, cum *Lud. Cappello*, cùm utrumque loquendi genus ſit Hebraïcum, ex altero Pſalmum eſſe emendandum; cùm utrumque rectum ſit.

8 *Loquutus eſt Jehova* &c.] Hæc & ſeqq. ad finem, exſtant Pſ. LX, 8. & ſeqq. Unde liquet hunc Pſalmum è duobus conflatum; quod quâ occaſione factum ſit nemo divinarit, ego certè non adſequor.

10. *Propter Philiſtæam terram clangam*] עלי פלשת אתרועע *hale Phelechbeth ethrohah*. Eſt Pſ. LX, 10. עלי *propter me* & poſtea התרועעי *hithrohahi*, clange.

COM-

Digitized by Google

Petit Pſaltes divinam ultionem in hoſtes ſuos, ſuámque ab iis liberationem.

PSALM CIX. 1. PRÆFECTO, CARMEN DAVIDIS. Deus laudis meæ, ne ſileas [2]. os enim improbum & doloſum contra me *hoſtes* aperuerunt; mendace linguâ me adloquuti ſunt. [3]. Verbis odioſis circumvenerunt me, & ſine causâ bello impetierunt. [4]. Pro amore meo, adverſantur mihi, ego verò preces *ad te fundo.* [5]. Reddiderunt mihi malum pro bono, & odium pro amore meo. [6]. Præficito ei, *qui mihi hæc concitat*, improbum, & adverſarius ſtet ad ejus dextram. [7]. Cùm in jus vocatus fuerit, exeat reus, &

PARAPHRASIS.

1. CARMEN Davidis ad Præfectum Cantorum miſſum. O Deus, qui feciſti hactenus, ut laudarer, ne, quæſo, ſileas, nullo mihi ſuppeditato auxilio. 2. Hoſtes mei doloſum os in me aperuerunt & fallace linguâ me adloquentes adgreſſi ſunt. 3. Verbis odioſis me fefellerunt, & ſine ratione bello me impetierunt. 4. Pro amore, quem iis teſtatus eram, inimicitiâ me proſequuti ſunt; dum pro iis ad te preces fudi. 5. Reddiderunt mihi maleficia, pro beneficiis, odiumque pro amore. 6. At tu ei, qui me malè habet, præficito improbum, ejuſque adverſarius ad ejus dextram ſtet. 7. In jus vocatus causâ cadat, & deprecatio pœnæ ſit ei loco delicti, quaſi eo ipſo ſe ſontem fateretur. 8. Sit ejus brevis vita, ejusque muneri quam primùm ſucceſſor eligatur. 9. Sint

COMMENTARIUS

In PSALM. CIX.

DEus laudis meæ] Deus, quem laudo; aut, quo glorior. Vide Jerem. XVII, 14.

Ne ſileas] אל תחרש *al thebberaſch.* Vide Pſ. XXVIII, 1. XXXV, 22. XXXIX, 13. LXXXIII, 22.

2. *Doloſum*] *Doli*, aut *fraudis os.*

Mendace linguâ &c.] *Loquuti ſunt mecum linguâ mendacii.*

3. *Verbis odioſis*] *Verbis odii.*

4. *Pro amore meo*] Pro amore, quo eos proſequutus ſum, reddunt mihi molitiones contra ſalutem meam.

Ego verò preces ad te fundo] ואני תפלה veani thphillah, *& ego oratio.* Subaudiendum ב *in* oratione, ut Dan. IX, 21. Alii ſuppleut איש iſch, *vir*, quod interdum ſubaudiendum, ut Pſ. CXX, 7. *ego pax*, ἀντὶ τοῦ *ego vir pacis*; hoc eſt, pacificus.

5. *Reddiderunt mihi*] *Poſuerunt ſuper me*, ישימו עלי *jaſchimou balai*, impoſuerunt mihi.

6. *Præficito ei*] הפקד עליו *haphked balau*, hoc eſt, *conſtitue ſuper illum.* Frequentiſſima loquutio, quâ ſignificatur *conſtituere præfectum.* Quatuor ſequentia verba addidimus, perſpicuitatis causâ.

Adverſarius ſtet ad ejus dextram] Videtur fuiſſe mos judiciorum, ut actor ad dextram rei ſtaret, coram Judicis tribunali. Vide Zach. III, 1. ubi deſcribuntur Jehoſua, Pontifex Maximus, *ſtans coram Angelo Jehovæ, & adverſarius* (שטן *ſatan, ut hic*) *ſtans ad dextram ejus, ut ei adverſetur.* Vide & verſ. 31.

7. *In jus vocatus fuerit*] בהשפטו *behiſchophto*, cùm judicabitur, aut judicatus fuerit.

Exeat reus] יצא רשע *jetſe raſchab*, exeat malus, hoc eſt, reus. Hinc LXX. Intt. καταδεδικασμένος, & Hieronymus: *condemnatus.* Quæ certa vocis ſignificatio, multis in locis, ab Interpretibus neglecta tenebras peperit.

Ejus deprecatio] תפלתו *thephillatho*, preces ejus, quibus ſibi veniam concedi petet.

Delicti loco] לחטאה *labhataba*, in peccatum; hoc eſt, ita ut ejusmodi preces delictum ejus augeant, apud judices. Hæc & ſequentia, cùm complectantur diras preces in malos quidem, ſed tamen homines; mollientur, ſi intelligamus agi de hominibus pertinaciter vitiis adhærentibus, quibus ſolis pœnas ἀπαραιτήτως minatur Deus; non de iis, qui ex animo reſipiſcerent, & contrarios prorſus mores induerent. Si hæc ſatis eſſe non videantur, eò deveniendum erit, ut dicamus talia fuiſſe temporum, quibus Lex Moſaïca viguit, & quæ nefas eſſe oportet imitari; poſt ea quæ Chriſtus nos, de ignoſcendis injuriis, déque venia à Deo malis hominibus petenda docuit Matth. V. & VI. exemplóque ipſe ſuo è cruce pendens, confirmavit. Sunt qui velint omnia futuro exprimi, ut *Theodorus* Heracleota, cujus hæc ſunt verba: οὐ κατάρας τὰ παρόντα, ἀλλὰ τῶν ἐκβησομένων δήλωσις: *hæc non ſunt maledictionis, ſed futurorum declaratio.* Talia ſanè hæc debent eſſe, in ore eorum, qui ea canunt.

8. *Munus ejus accipiat alius*] Quod *munus ejus* vertimus eſt Hebraicè פקדתו *phkuddatho*, quaſi diceres, *id cui præfectus erat*, hoc eſt, munus. Hîc locus laudatur Act. II, 20. his verbis: τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος, ut habent LXX. Intt. quamobrem vertit *Hieronymus*: *epiſcopatum ejus*, ſed incommodè; quia hæc vox nonniſi de munere Eccleſiaſtico uſurpatur, cùm de quovis agat Pſaltes. Non profertur autem hic locus, quaſi vaticinium, ſed legis inſtar, ex qua munus viri improbi, & quo malè functus eſt, meliori mandari oportet; aut, ut clariùs loquar, Petrus ait id debuiſſe fieri, mortuo Judâ, quod dicit hîc Pſaltes. Talia loca plura non proferuntur quaſi vaticinia, ſed quaſi

& ejus deprecatio ei ſit delicti loco. [8]. Sint dies ejus pauci, munus ejus accipiat alius. [9]. Sint liberi ejus orphani, & ejus uxor vidua. [10]. Vagentur ejus liberi & mendicent; quærant *panem egreſſi* è vaſtitatibus ſuis. [11]. Illaqueet fœnerator quidquid illi eſt, & alieni laborem ejus diripiant. [12]. Ne ſit ei, qui diutiùs benignitatem exerceat, ne ſit qui orphanis ejus gratificetur. [13]. Eò poſteritas ejus deveniat, ut exſcindatur, & in altera ætate nomen ejus deleatur. [14]. In memoriam revocetur iniquitas Majorum ejus, apud Jehovam, nec peccatum matris ejus deleatur. [15]. Sint coram Deo ſemper, atque exſcindant è terra eorum memoriam; [16]. quia benignitatem exercere recordatus non eſt, & inſectatus eſt virum adflictum, egenum & fractum animo, ut *eum* occideret. [17]. Amavit maledictionem, eàque ad eum veniat; non delectatus eſt benedictione, eàque

9. Sint ejus liberi orphani, munerique ejus alienus ab ejus familia ſuccedat. 10. Cernantur in viis publicis liberi ejus mendicantes, è vaſtis locis egreſſi. 11. Fœnerator omnia, quæ habent, ſibi oppignerata habeat, alienique ab ejus familia fructum diripiant. 12. Nullus ſit qui diutiùs erga eum liberalitatem ſuam exerceat, nec qui orphanis ejus benefaciat. 13. Eo ejus poſteri deveniant, ut exſcindantur, atque in ſequente ætate familia ejus exſcindatur. 14. In memoriam revocetur nequitia ejus Majorum, apud Creatorem, nec etiam nequitia ejus matris oblivioni mandetur. 15. Sint ea ſcelera ſemper præſentia Deo, neque eorum memoriam è terra deleat; 16. quia benignitatis omnis oblitus eſt, inſectatuſque homines adflictos, egenos, & fractos animo, ut eos occideret. 17. Juvabat eum malè precari, inque ipſo impleantur diræ preces; Benedictione non dele-

quaſi verba, quæ παροιμιακῶς poſſunt cuipiam rei aptari. Vide quæ diximus ad Matth. II, 15 IV, 14. 15.

9. *Sint liberi ejus orphani*] Qui ejuſmodi viri emendationem primùm, tum etiam felicitatem in hac non minus, quàm in altera vita, petere à Deo ſui officii eſſe putant, quod omnium eſt verè Chriſtianorum; ii ſibi nefas eſſe liberis & viduæ ejus malè precari, facilè intelligunt; neque hæc cauentes malorum uxoribus & poſteritati ſimilia optant, ſed ut meliores ſint iis, & feliciores.

10. *Vagentur*] ונוע ינועו venoah janouhou, *& vagando vagentur.* Domo ſint deſtituti, & panis quærendi cauſâ, varia loca adire cogantur. Vide Pſ. LIX, 16.

Quærant panem] ודרשו dareſchou. Subaudiendum *panem* aut *cibum*: quod in ſe ſimili exprimitur Thren. I, 11, 19.

Egreſſi è vaſtitatibus ſuis] מחרבותיהם mehharbothehem, hoc eſt, è domibus dirutis & deſertis, quarum rudera, præ paupertate, habitant miſeri homines. Quod in Oriente, ubi ſunt multæ antiquiſſimarum urbium rudera, non infrequens eſt.

11. *Illaqueet fœnerator*] ינקש נושה jenokkeſch noſcheh. Hoc eſt, fœneratori omnia ſua pignori dare cogatur, ut habeat unde vivat, neque umquam ſit ſolvendo.

12. *Qui diutiùs benignitatem exerceat*] מושך חסד moſchech hhaſed, *longam faciens benignitatem*; hoc eſt, diu eam exercens. Vide Pſ. XXXVI, 11.

13. *Eò poſteritas ejus deveniat*] יהי אחריתו להכרית jehi ahharitho lehachrith, *ſit poſteritas ejus ad exſcindendum*; hoc eſt, ſint qui eam exſcindant. Conjugatio enim Hiphil ſemper eſt activa, quamvis ea vis ejus non ſemper commodè vertendo exprimi queat. אחרית ahharith eſt *poſteritas*. Jerem. XXXI, 17. Hamos. IV, 2. IX, 1.

Nomen ejus deleatur] ימח שמם jimmahh ſchmam, *deleatur nomen eorum*, ipſius & poſteritatis. Hominis enim mortui, exſtinctis ejus poſteris, nomen & familiæ totius delebatur, neque, ampliùs ſcribebantur, in recenſione civium. Vide not. ad Num. XXVII, 4.

14. *In memoriam revocetur* &c.] Quam imitatus eſt, ejus enim nulla alioquin eſſet memoria. At qui improbitatem Majorum ſuorum, licèt omnibus improbatam, & interdum etiam pœnâ adfectam, pertinaciter imitatur, graviore ſupplicio dignus ſit pertinaciâ ſuâ. Ceteroqui bono viro nemo pœnas Majoribus ejus debitas infligi à Deo optare poſſit.

16. *Fractum animo*] ונכאה לבב venicheh lebab, & fractum corde. LXX. Intt. κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ, *compunctum corde*, ut habet *Hieronymus*. Dubium eſt an נכאה, *nicheh*, deducendum ſit à כאה *chaah*, doluit, vel à נכה *nachah* percuſſit. Sed ſatis liquet ſignificari animum calamitate fractum. Sic & Proverb. XV, 13. רוח נכאה *animus frangitur*, dolore.

17. *Amavit maledictionem*] ויאהב קללה vajjeehab kelalah, delectatus eſt diris precibus, quibus me devovebat.

Eàque ad eum veniat] ותבואהו vattheboehou, quod propter *Vau converſivum*, ut loquuntur Grammatici, vertunt in præterito: ſed res ipſa oſtendit, hîc agi de futuro, non de præterito, cùm Pſaltes non loquatur de calamitate præterita inimicorum atque improborum; ſed de ea, quam iis in poſterum precatur, ut in antecedentibus.

Amoveatur] ותרחק vattirhhak, *& removebitur*, agitur enim, ut dixi, de futura felicitate. Sic LXX. Intt. ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ· καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. Sic & *Hieronymus*: *quæ veniet ei — quæ elongabitur ab eo.* Vide, ſi plura cupias, *Sal. Glaſſium* Phil. Sacr. Lib. IV. Tr. I. Obſerv. 7.

18. *Induit maledictionem*] Hoc eſt, individua fuit ejus comes, inſtar veſtis. Sic dicitur *indui pudor* Pſ. XXXV, 26. CXXXII, 8. *majeſtas* Pſ. CIV, 1. & ſimilia.

Sicut aqua] Quæ pota viſcera perluit. Intelligitur calamitas, quæ hominem per omnia miſerum faciat.

Ejus oſſa penetret inſtar olei] Hoc eſt, ut oleum penetrat, quæ eo perfunduntur: ſic ærumnæ

eáque ab eo amoveatur. [18]. Induat maledictionem, inſtar veſtis ſuæ, & ſicut aqua viſcera ejus ingrediatur, atque ejus oſſa *penetret*, inſtar olei. [19]. Quare ſit illi, ſicut veſtis, *quam* induit; ſicut cingulum, quo ſe jugiter cingit. [20]. Hæc ſit merces adverſariorum meorum à Jehova, eorúmque, qui malè loquuntur de me.

[21]. Tu verò, Jehova Domine, ſic te gere erga me, ut nomen tuum poſtulat; quia bona eſt tua benignitas, libera me. [22]. Sum enim adflictus & egenus, & cor meum intus eſt confoſſum. [23]. Sicut umbra, quando declinat, abii; inſtar locuſtæ, excuſſus ſum. [24]. Genua mea labant, præ jejunio, & caro mea pinguedine exhauſta eſt. [25]. Factus ſum opprobrium iis, *qui me norant*, *& ſi forte* me viderint, caput motitant. [26]. Adjuva me, Jehova, Deus mi, ſerva me, pro benignitate tua; [27]. & ſcient manum tuam hoc,

delectatus eſt, quam utinam numquam experiatur! 18. Malè precandi libidinem amabat, quam induebat inſtar veſtis, eaque oſſa ejus, inſtar olei, pervadit. 19. Quapropter ſit illi, ceu veſtis, quâ induebatur, atque inſtar cinguli, quo ſemper adſtringebatur. 20. Hoc ſit præmium adverſariorum meorum à Creatore, omniumque, qui mihi detrahunt.

21. Tu verò, Creator Domine, ſic te gere erga me, ut nomen tuum poſcit; & quia ſumma eſt benignitas tua, libera me. 22. Sum enim adflictus & egenus, & animus meus intus eſt confoſſus. 23. Abii ut umbra declinans, evanui, ſumque excuſſus, inſtar locuſtæ, quæ excuſſa deſilit. 24. Genua mea labant, præ longo jejunio, & macie exhauſtus ſum. 25. Factus ſum opprobrium, apud eos, qui me norant, & cùm me fortè vident, caput motitant, en quòd ab iis contemnor. 26. Adjuva verò me, ô Creator mi Deus, me incolumem præſta, pro tua ſumma benignitate. 27. Hinc intel-

rumnæ oſſa ejus ſubeant, ſeu ad intimos animi receſſus perveniant. Petita hæc videntur à morbo, quo oſſa corrumpuntur, qui τερηδὼν & σφάκελος Græcè, *Caries* Latinè dicitur. Sic Pſ. XXXI, 11. mentio fit *contabeſcentium oſſium*, & Prov. XII, 4 XIV, 30. *tabis & cariei oſſium*, ad moerores animi, aut pravos adfectus ſignificandos.

19. *Sicut veſtis*] Perpetuò eum ſequatur, ut antea jam diximus. Vide infrà verſ. 29.

Sicut cingulum] למזח lmezahh, *tu cingulum*; hoc eſt, fiat ei inſtar cinguli, quo perpetuò utatur; ſeu numquam eum deſerat.

20. *Hæc ſit merces adverſariorum meorum*] זאת פעלת שטני *zoth phehullath ſchotnai*. Vox פעלה propriè quidem *operam*, ſed & tralaticio ſenſu *operæ mercedem* ſignificat. Vide Levit. XIX, 13. Eſai. XL, 10. XLIX, 4. Digni quidem erant homines ſcelerati, qui Pſalten malè habuerant, contra omne jus & fas, qui Deo ejuſmodi pœnas darent, ſi nequitiæ ſuæ pertinaciter addicti eſſent; ſed non licet Chriſtianis quidquam imprecari vexatoribus, præter id, quod Chriſtus ſuis precatus eſt; reſipiſcentiam, nempe, & delictorum veniam. Talia ferebantur, in egregiis alioqui viris illius ævi, ut Polygamia & Divortium, quæ ſub Evangelio meritò illicita facta ſunt.

21. *Sic te gere erga me* &c.] *Et tu Jehova Domine fac mecum, propter nomen tuum.* Pro יהוה אדני, quod pronunciabant Maſſorethæ *elohim adonai*, habent LXX. Int. κύριε κύριε, *Hieronymus*: *Domine Deus*, cùm debuiſſet, è lectione Judæorum, *Deus Domine* vertere. *Propter nomen tuum*, Latinè cùm careret ſenſu, coacti ſumus hoc verborum circuitu uti: *ut nomen tuum poſtulat*, qui ſenſus ſæpe in Pſalmis occurrit ut Pſ. XXV, 11. XXXI, 4. LXXIX, 9. & alibi. Ingens fama Dei Iſraëlis, apud Iſraëlitas & populos vicinos, quâ negabatur umquam conſtantes ſuos cultores deſerere, ferebatúrque ſemper iis velle & poſſe opitulari, à Deo veluti poſtulabat, ut invocanti Pſaltæ opem ferret. Alii malunt ſupplere טוב *tob*, ut dicat Pſaltes עשה טוב אתי למען שמך *benefacito mihi*, *propter nomen tuum.* Nec mala eſt ſententia, & varia ſunt paſſim ſupplenda, in elliptica Hebræorum dictione.

Quia bona eſt tua benignitas] Sic & Pſ. LXIX, 17.

22. *Cor meum intus eſt confoſſum*] לבי חלל בקרבי libbi hhalal bekirbi, *cor meum eſt vulneratum intra me.* Deſcriptio eſt ſummi doloris, de qua vide notata ad Luc. II, 35. in Additamentis ad *Hammondum* noſtrum.

23. *Quando declinat*] Vide ad Pſ. CII, 12.

Abii] נהלכתי *nahelachthi*, quod verbum, in Conjugatione *Niphal*, hoc ſolo loco, exſtat.

Inſtar locuſtæ excuſſus ſum] נגערתי כארבה *ninhartbi chaarbeh*; hoc eſt, expulſus ſum, nec ullo loco conſiſtere potui, ut locuſtæ, quæ ſaltu huc illuc moventur, nec uſquam diu morantur.

24. *Pinguedine exhauſta eſt*] כחש משמן chahhaich miſſchemen, *macilenta facta eſt ab adipe.* שמן quidem eſt *oleum*, ſed ſic dictum à pinguedine, nam verbum שמן *ſchaman* eſt *pinguefactus eſt.* Poſſet etiam excidiſſe מ & legi primùm ſolitum eſſe מִמִּשְׁמַן *à pinguedine*; ita ut *emaciata à pinguedine*, ſit perinde ac deſtituta pinguedine, ut Eſaiæ: ומשמן בשרו *& pinguedo carnis ejus maceſcet.*

25. *Opprobrium iis*] Cùm להם non haberet quò referretur, ſupplevimus ſequentia verba, è Pſ. XXXI, 12. *opprobrio fui — vicinis meis maximè, tum terror eorum, qui me norant*; ubi etiam alia ſunt antè dictis ſimilia:

Si fortè me viderint] יראוני jirouni, *viderint me.* Subaudi אם *ſi.*

Caput motitant] In deriſionem. Vide Pſ. XLII, 8 XLIV, 15.

27. *Hoc*] Hoc eſt, liberationem meam à te profectam eſſe intelligent. Sunt qui vertant: *manus tua hoc*; id eſt, quod mihi contigit eſſe potentiæ tuæ effectum. Nituntur accentu, quo זאת zoth, *hoc*, à ſequentibus ſeparatur, ſed accentuum nullam rationem habuerunt Veteres, aliis in locis. Poſt עשיתה *feciſti eam*, nempe, rem, elegantior viſa eſt loquutio, ex interpretatione noſtra.

28. *Male-*

hoc, te *inquam*, Jehovam feciſſe. 28. Maledicant illi, tu verò mihi benedicito; inſurgant & pudore adficiantur, ac ſervus tuus lætabitur. 29. Induant adverſarii mei ignominiam, & pudore ſuo, quaſi pallio, tegantur. 30. *Tum* vehementer Deum laudabo, ore meo, & inter multos celebrabo; 31. quia ſteterit ad dextram egeni, ad eripiendam *iniquis* judicibus vitam ejus.

Prophetia de Jeſu Chriſto.

1. PSALMUS DAVIDIS. Dixit Jehova Domino meo: ſede ad dextram meam, donec fecero hoſtes tuos ſcabellum pedum tuorum. 2. Sceptrum roboris tui mittet PSALM. CX.

intelligent hunc eſſe à manu mea, ſeu à te, ô Creator. 28. Maledicant licèt illi, tu benedicito; ſi inſurgant in me, non minus gaudebo. Inſurgant licèt, pudore adficientur, dum ſervus tuus lætabitur. 29. Induant adverſarii mei ignominiam, pudore adficiantur, eóque quaſi pallio tegantur. 30. Tum verò ſummopere Deum laudabo, atque eum multis laudabo; 31. quia ſtetit, adjutor meus, ad dextram meam ut impediret, ne iniqui judices me morte damnarent.

P A R A P H R A S I S.

1 DIXIT Creator Domino meo Meſſiæ: ſede ad dextram meam, donec tibi adverſarios tuos ſubjiciam. 2. Potentiſſimum tuum ſceptrum mittet ad te Creator è monte Sione; dominare ergo, in mediis

28. *Maledicant*] Dicitur hoc καταρατικῶς, quaſi diceret: mihi malè precentur, per me licet, dum modò tu mihi benefacias.

29. *Induant* &c.] Vide ad verſ. 18.

31. *Steterit ad dextram egeni*] *Stare ad dextram* accuſatoris fuiſſe vidimus verſ. 6. Hîc verò eſt patroni, qui fortè medius inter actorem & reum ſtabat, adeóque ad rei dextram. Vide Pſ. XVI, 8.

Iniquis judicibus vitam ejus] משפטי נפשו miſſchophte naphſcho, *à judicibus animæ ejus*; hoc eſt, ab iniquis judicibus capitalem ſententiam alioquin in eum laturis. LXX. Intt. ἐκ τῶν καταδιωκόντων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. *Aquila* & *Symmachus* meliùs: ἀπὸ κρινόντων. Hieronymus: *à judicibus animæ ejus.*

C O M M E N T A R I U S.

In PSALM. CX.

1. *Pſalmus Davidis*] *Davidis* reverâ fuiſſe Pſalmum teſtatur Chriſtus Matth. XXII, 43, 45. Marc. XII, 36. Luc. XX, 42, 44. & Petrus Act. II, 34. Uterque oſtendit, vi verborum, de Chriſto agi, non de alio; qua in re, non aptantur ei verba, quæ & alii convenire queant, ut interdum fit in vaticiniis; ſed ſtatuuntur non poſſe aliter intelligi. Quod niſi eſſet, ratiocinationes Chriſti & Petri nullius eſſent ponderis, quod abſit, ut quiſquam cogitet! *Seb. Munſterus*, *H. Grotius*, *Henr. Hammondus* & *Lud. Ferrandus*, ad hunc Pſalmum, & *Joann. Pearſonius* ad Art. VI. Symboli Apoſtolici, obſervarunt, nonnullos etiam Rabbinos hîc de Meſſia agi faſſos eſſe; quamvis alii ex eadem gente velint agi de Abrahamo, aut de Davide, aut de Salomone, aut de Ezechia, aut de Zorobabele, incertis conjecturis & Pſaltæ verbis minimè conſentaneis. Davidem volunt ſpectari Paraphraſtæ Chaldæi, quos vide.

Dixit Jehova Domino meo] נאם יהוה neüm Jehovæ, *dictum Jehovæ*. Vocem נאם interpretati ſumus ad Gen. XXII, 16. Notum eſt frequentiſſimè quaſi inſcriptionem eam præfigi vaticiniis, & præſertim apud Jeremiam. Ac ſanè hîc loquitur David, qui Propheta fuit. Is autem *Dominum ſuum* non poteſt vocare Salomonem filium, quamvis vivus in eum regiam dignitatem contuliſſet. Tantus Rex neminem, in terris, *Dominum* vocare ſuſtinuiſſet; nec filius hoc magis paſſus eſſet, quàm ſi ſe filii *ſervum* eſſe dixiſſet, quod indecorum prorſus fuiſſet. Quo fundamento nititur ratiocinatio Chriſti, ut *Dominum Davidis* Meſſiam dici probet, nec repugnarunt Phariſæi.

Sede ad dextram meam] Conſtat hoc fuiſſe ſingularis honoris indicium, cùm Reges ſolio inſidentes quempiam, poſitâ ad dextram ſuam ſellâ, ſedere in ea juſſerunt, quo genere honoris matrem ſuam Bathſebam proſequutum eſſe Salomonem legimus, 1. Reg. II, 19. Sed cùm hoc dicatur hîc facere Deus ipſe, non poteſt non ſignificari honor planè divinus; quo enim, quem adloquitur, ſupra omnia extollit, ita ut proximam poſt Deum dignitatem obtinere intelligatur; quod uni Jeſu Chriſto convenit, & tribuitur in Novo Teſtamento Marc. XVI, 20. Act. II, 33, 34. Heb. XII, 2. Cùm verò Chriſtus homo ad dextram Dei ſubvectus, atque illic a Stephano Protomartyre conſpectus dicatur Act. VII, 5. 6. etiam proprio ſenſu intelligi poſſe videtur, de ſeſſione Chriſti ad dextram inconſpicuæ mortalibus lucis, quæ ſymbolum præſentiæ divinæ in cœlo eſt. Vide quæ diximus ad Marc. XVI, 19. in additamentis ad *Hammondum*.

Viri doctiſſimi cum hoc loco contulerunt nonnulla Ethnicorum loca, ex quibus liquet *ſedere ad dextram Jovis* ſimile quiddam ſignificaſſe

mittet Jehova à Sione, dominare in mediis hoſtibus tuis. 3. Populus tuus *eſt populus, qui* ſponte *tibi aderit*, die *quo* exercitus tuus *conveniet*, in decore ſancto; *eſt inſtar ejus, qui*

mediis adverſariis tuis. 3. Populus tuus is eſt, qui ſponte ſuâ tibi aderit, quando exercitus tuus ſpiritualis, decore ſancto cinctus aderit. Eſt enim inſtar eorum, qui prodeunt, decore ſancto cincti,

eaſſe apud Græcos. Sic *Callimachus* Hymno in Apollinem, verſ. 29. de potentia Apollinis:

---- δύναται γὰρ ἐπεὶ Διῒ δεξιὸς ἧσται.

Poteſt enim, cùm ad dextram Jovis collocatus ſit. Vir. Ill. *Ezekiel Spanhemius* potuiſſe ait conjici hauſiſſe hæc *Callimachum*, qui hæc ſcripſit Alexandriæ, ſub Ptolomæis, è Vet Teſtamento à LXX. Intt. Græcè verſo; niſi *Pindarus*, multò antiquior iis temporibus, ſimile quid dixiſſet de Minerva, ut teſtatur *Ariſtides* Hymno in Minervam p. 19. quem jam laudarat *Hugo Grotius*. Verùm ex iis locis liquet *ad dextram ſedere* Regis Deorum dictos Deos majorum gentium Apollinem & Minervam, ut eorum eximia dignitas atque auctoritas deſcriberetur. Nec abſimile vero eſt, *Ariſtidem* aliquid à Judæis, vel Chriſtianis mutuum ſumſiſſe, cum ſic loquatur: Πίνδαρος δ' αὖ φησὶ, δεξιὰν κατὰ χεῖρα τοῦ πατρὸς αὐτὴν καθεζομένην τὰς ἐντολὰς τοῖς θεοῖς ἀποδέχεσθαι· ἀγγέλου γάρ ἐστι μείζων ἥδε, τῶν ἀγγέλων ἄλλοις ἄλλα ἐπιτάττει πρώτη παρὰ τοῦ πατρὸς παραλαμβάνουσα: *Pindarus dicit, ad manum dextram Patris eam ſedentem, mandata à Diis accipere. Eſt enim hæc major Angelo, & Angelis aliis alia mandat priùs à patre accepta.* Vox quidem Ἄγγελος ſedolet Judaïſmum, aut Chriſtianiſmum; ſed res ipſa deſumta eſt à *Pindaro*, ex opinione vulgari de Diis *Parhedris*, *Synedris*, aut *Synthacis*, quorum ſtatuæ una in Templis collocabantur.

Paucis exemplis rem illuſtrabo, ut origo hujus loquendi generis, apud Græcos, magis pateat. Sic ergo *Pindarus* Olymp. II, 139. de Rhadamantho:

Ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἑτοῖμον αὐτῷ πάρεδρον.

Quem pater habet Saturnus paratum ſibi adſeſſorem, VIII, 28. de Themide:

Ἔνθα σώτειρα Διὸς ξενίου
Πάρεδρος ἀσκεῖται Θέμις.

Ubi ſoſpita Jovis hoſpitalis adſidens exercetur Juſtitia. Nemeæorum VII, 1. de Lucina:

Ἐλείθυια πάρεδρος Μοιρᾶν βαθυφρόνων.

Lucina adſidens Parcis alta cogitantibus. Sic denique Iſthmiorum VII, 3. Bacchum vocat:

------ Χαλκοκρότου πάρεδρον
Δαμάτερος

Æricrepæ adſeſſorem Cereris. Sophocles. Oedipi Colonei verſ. 1263. de Reverentia:

Ἀλλ' ἔστι γὰρ καὶ Ζηνὶ σύνθακος θρόνων
Αἰδὼς ἐπ' ἔργοις πᾶσι.

Enim verò etiam Jovis throno adſidet Reverentia, in omnibus operibus. Ibid. 1376. de Juſtitia:

------ ἔστιν ἡ παλαίφατος
Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς, ἀρχαίοις νόμοις.

Eſt apud Veteres celebrata juſtitia, adſidens Jovi, antiquis legibus. Euripides Oreſte, verſ. 1686. de Helena in Deorum numerum relata:

Ἔνθα παρ' Ἥρᾳ, τῇ θ' Ἡρακλέους
Ἥβῃ πάρεδρος Θεὸς ἀνθρώποις
Ἔσται.

Ibi Junoni & Herculis uxori Hebæ adſidebit Dea hominibus. Iidem Dii vocantur etiam σύνθρονοι, σύνναοι, ſed ſatis eſt exemplorum, ut pateat Græcos ab antiquiſſimis temporibus adſeſſores Deos habuiſſe, antequàm de Hebræis quidquam ſcirent.

Donec fecero hoſtes tuos &c.] *Donec poſuero hoſtes tuos* &c. hoc eſt, pedibus tuis ſubjiciam, obnoxios tibi reddam. Vide 1. Reg. V, 3. Pſ. XVIII, 39. Salomoni hæc promiſſa, à Deo, aut ulli mortalium nemo dixerit; cùm Salomoni non defuerint adverſarii, qui eum exercitum habuerunt. 1. Reg. XI, 9 & ſeqq. Neque ullus memorari poteſt, inter Reges Judææ, cui omnes hoſtes ſuos, dum beata quiete fruitur, Deus ſubjecerit. At Chriſtus *ad dextram Dei ſedebit, donec omnes ejus adverſarios ei ſubjecerit*, quod docet apertè Paulus 1. Cor. XV, 24. & ſeqq. Tum demum *erit finis ---- cum evacuaverit omnem principatum, poteſtatem & virtutem. Oportet enim eum regnare, donec ponat* (Deus) *omnes inimicos ſub pedibus ejus; noviſſima autem inimica deſtruetur mors.* Ad quem locum conſulendi Interpretes, qui ad hæc Pſaltæ verba reſpici ab Apoſtolo rectè exiſtimant. Hæc verò in neminem quadrant, niſi in Jeſum Chriſtum.

2. *Sceptrum roboris tui*] מטה עזך *matteh huzzecha.* Sceptrum eſt ſymbolum regiæ poteſtatis, quod conjunctum cum potentia מטה עז *matteh hoz* dicitur Jerem. XLVIII, 17. Ezek. XIX, 11, 14. Hic verò intelligitur Evangelium, quod Sione, ſeu Jeroſolimâ profectum Gentes Chriſto ſubjecit, quæ eum ut Regem cœleſtem admiſerunt. *Sceptrum* autem ejus, per prædicationem Apoſtolorum Jeroſolimæ inchoatam, agnitum eſt ab iis, qui antea inimici ejus erant, id eſt, Gentilibus. Vide Luc. XXIV, 47.

Dominare in mediis hoſtibus tuis] Hoc eſt, dominaberis, magna enim eſt Imperativi & Futuri adfinitas, quâ etiam fit, ut inter ſe miſceantur, quod pluribus exemplis oſtendit *Sal Glaſſius* Phil. S. Lib. III. Tr. 3. Can. XLIII. De nemine etiam dici hæc poſſunt, eo ſenſu, aut qui cum eo aliquo modo conferri poſſit, quo dicuntur

qui prodit ab utero auroræ tibi ros juventutis tuæ. 4. Juravit Jehova, nec eum pœnitebit; tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedeki. 5. Dominus, qui

ſti, ortâ aurorâ, ut ros juventutis tuæ. 4. Juravit Crearor, veſtri causâ, ut intelligatis non ſore, ut eum promiſſi pœniteat, 5. fore ut Meſſias ſit Sacerdos in æternum, initar Melchiſedeki, qui

dicuntur de Jeſu-Chriſto; qui Rex factus hoſtium ſuorum, vel earum Gentium, quæ hoſtiliter Evangelium initio inſectatæ fuerant, ejusque jugo poſtea libenter collum ſubjecerunt.

3. *Populus tuus eſt populus, qui ſponte tibi aderit*] עמך נדבות hammecha ndaboth, *populus tuus* (eſt populus) *ſpontaneitatum*, ut ſic barbarè mentem Pſaltæ explicem; quæ Latinè non potuit, niſi longiore verborum circuitu, exprimi. נדבה *ndabah* eſt adfectio animi ejus, qui נדיב *nadib* dicitur; hoc eſt, ſpontaneus animi motus, quo officio ſuo libens, ſine ulla vi, aut coactione defungitur. Vide Hoſ. XIV, 5. Hinc נדבה paſſim dicitur oblatio ſpontanea, nullâ lege præſcripta, cujus eſt plurale נדבות *ndaboth* non infrequens. Sententia ergo eſt populum Jeſu-Chriſti ei dicto audientem fore, ſine ulla coactione, ſed libero animi motu; quod ſine vi factum eſt, ſolâ Evangelicæ doctrinæ præſtantiâ, quæ hominum animos Chriſto conciliavit.

Die, quo exercitus tuus conveniet] ביום חילך bjom hhelecha, *die exercitûs tui*. LXX. Intt. ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου, hoc eſt, exercitûs, num δύναμις hoc ſæpe ſignificat in ea verſione. *Hieronymus: in die fortitudinis tuæ*. Senſus verborum proprius eſt, cùm dies dicta fuerit, quâ convenire exercitum oporteat, concurſuros omnes populos ſponte ſuâ. Sed eâ imagine ſignificatur liberum obſequium populorum, qui antea Evangelii inimici fuerant, erga Chriſtum; quorum ingentes cœtus, ad eum colendum, conventuri eſſent.

In decore ſancto] בהדרי קדש *behadre kodeſch*, in decoribus, aut majeſtatibus ſanctitatis, quibus verbis ſignificatur propriè Templum, ut & Pſ. XCVI, 9. ubi eſt in ſingulari הדרת קדש *hadrath kodeſch*. Sed hîc ſignificantur Eccleſiæ Chriſtianæ decoris moribus ornatæ, ſi modò ſuperiora verba ſatis adſequimur. Hîc Veteres, qui in claris paſſim cæcutiunt, tenebras plus quàm Cimmerias invenerunt. LXX. Intt. ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων. *Aquila*: ἐν διαπρεπείαις ἡγιασμέναις. At *Symmachus*: ἐν ὄρεσιν ἁγίοις, quaſi legiſſet בהררי *beharere*, quamvis dicatur etiam vertiſſe: ἐν δόξῃ ἁγίων. *Theodotion* & V. Ed. ἐν εὐπρεπείᾳ ἁγίῳ.

Ab utero auroræ tibi ros juventutis tuæ] מרחם משחר לך טל ילדתך *merehhem miſchhar lecha tal jaldouthecha*. Quibus verbis conferri videtur juventus Chriſtiana cum multitudine guttarum roris, quas quotidie parit aurora. Dura videntur nobis Hebræorum ceterorúmque Orientalium populorum loquendi genera non adſuetis; ſed tamen & in aliis Linguis ſunt, quæ Hebræis Veteribus, ſi reviviſcerent, non minùs audacia viderentur. Similis eſt locus Job. XXXVIII, 28, 29 *An eſt pater pluviæ? Quæ eſt, quæ roris guttas peperit? E cujus utero egreſſum eſt gelu, & pruïnam cœli quis genuit?* ſupplevimus hîc כטל אשר יצא, *ut ros qui egreditur*; nempe, ex utero auroræ, *ſic* כן, ros juventutis tuæ. Ellipticus ſtylus Hebræorum in aliam linguam, ſine nimia obſcuritate, transferri nequit, niſi paſſim ſupplementis nonnullis adjuvetur. Mirè hîc ſe geſſerunt Vett. Intt. & LXX. quidem: ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, quaſi, deletis partim, in ipſorum Codice, טל לך *tal lcha*, legiſſent deinde ילדתיך jeladthicha, *genui te*. E qua prava lectione & interpretatione, magno conſenſu, Patres cenſuerunt Verba eſſe Patris ad Filium, generationem ante ſæcula memorantis, aut certè generationem ex utero Virginis; ut videre eſt apud *Euſebium*, *Theodorum* Heracleotam & Catenam ei adjunctam, quod & pluribus teſtimoniis confirmat *Lud. Ferrandus*, ad hunc locum. Adtendiſſe potiùs eos oportuerat aliorum Interpretum verſiones, ſed quidquid facere videbatur, ad dogmatis alicujus, de quo controverſia erat, confirmationem, avidiùs adripiebant, quòd pluris facerent, quàm æquum erat; tranſlationem LXX. Intt. nec rectæ interpretationis canones norant. Quin & addit *Euſebius*, ſe à neſcio quo audiſſe hîc exſtare nomen *Mariam*, quod eſt nomen Virginis; nimirum, propter vocem מרחם *merehhem*, quam imperitus efferebat *Mariam*, quo nihil abſurdius fingi potuit. *Aquila* verterat: ἀπὸ μήτρας ἐξωρθρισμένης σοι δρόσος παιδιότητός σου. *Symmachus*: ὡς κατ᾽ ὄρθρον σοι δρόσος ἡ νεότης σου. *Theodotion*: ἐκ μήτρας ἀπὸ πρωῒ νεότητός σου. V. Ed. ἐκ μήτρας ἀπ᾽ ὄρθρου σοὶ δρόσος ἐν νεότητί σου. VI. denique: ἐκ γαστρὸς ζητήσουσί σε, δρόσος νεανιότητός σου. *Hieronymus* verò: *quaſi de vulva orietur tibi ros adoleſcentiæ tuæ*. Quæ omnia carent ſenſu.

Sunt qui מ, quod antecedit רחם, vertunt *quàm*, hoc ſenſu: *ros juventutis tuæ* copioſior erit *rore uteri auroræ*. Non ſatis, ut mihi videtur, commodè. Ceterùm ילדות *jaldouth* interpretamur non de ætate, ſed de ipſis juvenibus, cùm paſſim Hebræi ſubſtantivis utantur loco adjectivorum, ut שבה ſchebah *canities*, pro homine cano Levit. XIX, 32. & שבות ſchbouth, *captivitas*, pro captivis. Vide & *Sal. Glaſſium* Phil. S. Lib. III. Tr. 1. can. 7.

4. *Juravit Jehova*] Deus cùm rei prædictæ immutabilitatem ſignificare volebat, ſe hominibus ita adtemperabat, ut jusjurandum adderet Vide Heb. VI, 17. & ad eum locum interpretes.

Tu es ſacerdos in æternum] אתה כהן לעולם *atthah chohen lebolam*, quod poſſit etiam verti *eſto tu Sacerdos* &c. vel *eris tu Sacerdos*. Vox כהן *chohen* ſignificat quidem interdum principem, eúmque intimæ admiſſionis, ut diximus ad 2. Sam. VIII, 18. 1. Reg. IV, 5. Sed de Rege propriè dicto nuſquam occurrit. Ideóque LXX. Intt. σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. Quod Jeſu-Chriſto ſoli convenit, quod pluribus ſcriptor Sacer Ep. ad Hebræos illuſtravit, nec ullus alius umquam ita eſt à Deo compellatus. Ceteri omnes Sacerdotes ſucceſſores, poſt

qui eſt ad dextram tuam, die iræ ſuæ, Reges confodiet. 6. Jus dicet apud Gentes, *campos* implebit cadaveribus, & confodiet caput, quod multis terris præerat. 7. E torrente in via bibet, & propterea extollet caput *victor*.

Bene-

qui nec deceſſorem, nec ſucceſſorem habuit. 6. Dominus, qui eſt ad dextram tuam, ut tibi auxilio ſit, die, quo jus hominibus dicet, campus implebit cadaveribus, & confodiet caput, quod multis terris præfuerit. 7. In via è torrente bibet, & poſtea victor caput extollet.

PARA-

mortem, certò habuerunt, hic nullum.

Secundùm ordinem Melchiſedeki] על דברתי מלכיצדק *hal dibrathi Malchitſedek*. LXX. Intr. *κατὰ τάξιν*, ſeu non legerint ׳ poſt vocem דברת *dibrath*, ſeu paragogicum & ſine ſenſu judicarint, ut in aliis pluribus vocibus, quarum magnum numerum collegit *Chriſt. Noldius* in notis ad Conc. Particularum num. 1391. Vide Gen. XLIX, 11. ubi ter occurrit, & infrà Pſ. CXIII, 5. & ſeqq. ubi quinquies eſt hæc Paragoge. Sic quoque interpretatur *Aben-Ezra* על מנהג *hal minhag*, ſecundùm ordinem. Hæc pluribus expoſuit Scriptor ad Hebræos, ad quem vide Interpretes. In ea re potiſſimùm ſimilis fuit Sacerdotalis Dignitas Chriſti Sacerdotio Melchiſedekiano, quòd, cùm non eſſet è proſapia Aharonis, neque anteceſſorem, neque ſucceſſorem in eo munere habuerit: Quod Chriſto ſoli, poſt Melchiſedekum, contigit. Hæc profectò nullo ſenſu ad ullum Regem referri queant. Poſſit & hoc addi, illi ſoli obtigiſſe, ut eſſet à Deo Rex & Sacerdos conſtitutus, quemadmodum Melchiſedekus; quod non contigit principibus Haſmonæis, qui dignitatem regiam Sacerdotali adjunxerunt, vi & fraude, non ex Dei mandato.

5. *Qui eſt ad dextram tuam*] Putant nonnulli hîc eſſe Davidis *ἀποστροφὴν* ad Deum, quaſi diceret: *Domine*, vel ô Deus, *dominus ille meus, qui ad dextram tuam ſedet, die iræ ſuæ, Reges confodiet.* Sed hoc duriusculum eſt. Satius eſt rem ita intelligere, ut Pſaltes adloquatur *Dominum* illum *ſuum*, ut antea; cui hîc, alio planè ſenſu ac verſu 1. Deus dicatur *ad dextram eſſe*, hoc eſt, auxilium ferre, quæ eſt ejus loquendi generis poteſtas Pſ. XVI, 8. XCIX, 31. Sæpe in Litteris Sacris idem loquendi genus, vel idem verbum continuò alio ſenſu occurrit. Vide *Artem Criticam* P. 2. Sect. I. Cap. VI, 12. *& ſeqq.*

5. *Reges confodiet*] Reverà Reges multos, qui adverſati ſunt Chriſtianis, perdidit Deus, à Nerone ad Licinium, ut docet cùm Hiſt. Eccleſiaſtica, tum libellus *L. Cæcilii*, de mortibus Perſequutorum, non ita pridem è tenebris in lucem protractus.

6. *Jus dicet &c.*] *Judicabit in Gentibus*, hoc eſt, pœnas de iis ſumet, ubi agitur de malis, qui ſemper à juſtitiæ amante plectuntur.

Campos implebit cadaveribus] *Campos* addidimus, ne penderet conſtructio, & quia in campis plerumque committuntur prælia. Huc poſſunt referri prælia Conſtantini M. cùm Maxentio & Licinio, in quibus fidei Chriſtianæ inimicos cecidit, quod narrarunt *Euſebius* de vita Conſtantini Lib. I. & alii.

Confodiet caput, quod multis terris præerat] *Caput ſuper terram multam.* Intelligere queas eos, quos memoravi, alióſque ſimiles. Nemo certè ejusmodi titulo gloriari magis poterat, quàm Impp. & Cæſares Romani.

7. *De torrente in via bibet*] Nempe, *caput* quod multæ terræ impoſitum erat. Poſſit hoc intelligi de ſubmerſione ſub Ponte Mulvio Maxentii & eorum, qui cum eo in Tiberi perierunt. *L. Cæcilius* c. XLIV. de Maxentio, falſâ ſpe ex Sibyllinis Libris conceptâ, exercitúmque in Conſtantinum ducente: *Quo reſponſo in ſpem victoriæ inductus procedit, in aciem venit. Pons à tergo ejus ſcinditur. Eo viſo pugna crudeſcit & manus Dei ſupererat aciei. Maxentianus* (exercitus) *proterretur, ipſe in fugam verſus properat in pontem, qui interruptus erat, ac multitudine fugientium preſſus in Tiberim deturbatur.* Pons Mulvius fuit in via Flaminia, ſecundo ab urbe lapide. Rem paullò aliter narrant alii Scriptores; ſed de Maxentii demerſione conſentiunt; qua de re, vide *Nicol. le Nourry* Diſſert. in *Cæcilium* Cap. XI. art. 3. Hæc autem protuli, non quaſi conſiderem ad hanc ſolam hiſtoriam reſpexiſſe Prophetam; ſed ut oſtenderem, hæc & ſimilia id genus ejusmodi fuiſſe, ut impletum in iis vaticinium dici non abſurdè poſſit. Ceteroqui meliora docentibus libenter adſentiar. Sed nihil hactenus vidi, quod ſatisfaceret.

Et propterea extollet caput victor] Addidi vocem *victor*, cùm quia is demum, qui vicit, *caput adtollit*; tum etiam, ut diſtingueretur ab eo, qui ſubmerſus *bibit aquam de torrente*. De victore caput adtollente vide Pſ. III, 4. XXVII, 6. Erat ſanè cur Conſtantinus capite erecto, poſt tantam victoriam, Romam ingrederetur. Hæc non abſurdè dici poſſe videbantur, ſed ita ut, ſi quid melius inveniatur, non ægrè ſim conjecturæ huic meæ nuncium remiſſurus. Hoc unum non facilè cuiquam conceſſero, hunc Pſalmum non ad Jeſum Chriſtum ſolum & quidem directè referri oportere; quod nec diffitebatur *H. Grotius*, qui ceteroquin inſimulatur, quaſi vix ullam prophetiam directè ad Chriſtum ſolum pertinere faſſus ſit. Quod tamen immeritò viro magno objicitur.

COMMEN-

Beneficia Dei erga homines, quos propterea ejus timentes eſſe par eſt.

1. LAUDATE Jah. Celebrabo Jehovam, toto corde meo, in arcano *concilio homi-* PSALM.
num rectorum, & in coetu. 2. Magna opera ſunt Jehovæ, in quæ inquirunt CXI.
quicumque iis delectantur. 3. Opus ejus *eſt* ſplendidum & decorum, juſtitia ejus per-
manet in perpetuum. 4. Fecit, ut memoriæ mandata ſint *facta* ſua mirabilia; clemens
& miſericors eſt Jehova. 5. Victum dat ſui timentibus, & fœderis ſui, in æternum,
recordatur. 6. Potentiâ factorum ſuorum fecit, ut innoteſceret populo ſuo, cùm he-
reditatem Gentium ei daret. 7. Opera manuum ejus *ſunt* veracitas & jus, fidelia *ſunt*
omnia ejus præcepta, 8. firmáque in perpetuum, & in æternum; facta vero rectó-
que

PARAPHRASIS.

1. LAUDATE Creatorem. Celebrabo Creatorem ex animo, in arcano *concilio hominum* rectorum, & in coetu *publico*. 2. Magna ſunt opera Creatoris, in quæ libenter inquirunt, quicumque iis delectantur, propter potentiam & pulchritudinem, quæ in iis micant. 3. Quodvis opus ejus eſt ſplendore & decore inſigne, & Juſtitia ipſius æterna. 4. Effecit, ut memoriæ à nobis mandata ſint mirabilia ejus facta, éſtque in ea re, ut in aliis, clemens & miſericors Creator. 5. Dat operam, ne victus neceſſarius deſit iis, qui eum timent, nec umquam fœderis ſui, cum hominibus contracti, obliviſcitur. 6. Effecit, ut potentiſſima ſua facta innoteſcerent Iſraelitis, cum iis dedit id, quod à majoribus ſuis acceperant, hereditario jure, aliæ gentes. 7. Is eſt, in cujus operibus veracitas & jus elucent, & omnia ſunt fidelia præcepta, 8. atque eadem in æternum utilia ſu-

COMMENTARIUS

In PSALM. CXI.

1. *CElebrabo*] אודה *odeh*. Laudatio eſt alphabethica, in qua ſingula verſuum ὑπό-κωλα litterâ alphabethi ordine incipiunt. Quâ ratione ſcribendi delectatos interdum Hebræos oſtendunt aliquot Pſalmi.

In arcano concilio] בסוד *bſod*, quod poſſit etiam verti *in privato congreſſu*; nam סוד non tantùm rem arcanam, ſed & congreſſum hominum, qui fit privatim, ſignificat. Vide ad Gen. XLIX, 6. Hinc LXX. Intt. ἐν βουλῇ εὐθέων, & *Hieronymus*: *in concilio juſtorum*.

Et in cœtu] ועדה *vehedah*, in conventu, nempe, publico. LXX. Intt. ἐν τῇ συναγωγῇ, quo nomine, eorum Interpretum tempore, Judæi Helleniſtæ vocabant cœtum publicum legendæ Scripturæ & Dei laudandi cauſâ; cujuſmodi erant multi in Ægypto, ut ex *Joſepho* & *Philone* notum. Eò etiam reſpexiſſe videtur Pſaltes.

2. *In quæ inquirunt*] *Inquiſita iis omnibus qui iis delectantur*: Ultima vox eſt חֶפְצֵיהֶם, quod videtur eſſe pro חֲפֵצֵיהֶם, à ſingulari Participii præſentis חָפֵץ. Qui, nempe, factis Dei magnis delectantur, ii demum in ea libenter inquirunt. Coactæ ſunt verſiones, quæ vocem hanc pluralem numerum eſſe ſtatuunt ſingularis חֵפֶץ, hoc modo: *magna ſunt Dei opera quæſita omnibus deſideriis ipſorum*. LXX. Intt. ἐξεζητημένα εἰς πάντα τὰ θελήματα αὐτῦ, quaſi legiſſent חפצו *bhephſau*. Hieronymus: *exquirenda cunctis volentibus eum*, quamvis alii Codd. habeant: *in cunctis voluntatibus ſuis*. Chaldæus: לכל דצבין להון lchol detſabjan lehon, *omnibus qui ea volunt*.

3. *Eſt ſplendidum & decorum*] הוד והדר *hod vehadar*, ſplendor & decor. Prius perperam verterunt LXX. Intt. ἐξομολόγησιν, quaſi idem eſſet ac תודה *thodah*, quod ſic vertere ſolent.

4. *Fecit, ut memoriæ mandata ſint facta ſua mirabilia*] זכר עשה לנפלאותיו *zecher haſchah luiphleothau*, memoriam fecit mirabilibus ſuis. LXX. Intt. μνείαν ἐποιήσατο τῶν θαυμασίων αὐτῦ. Hieronymus: *memoriam fecit mirabilium ſuorum*. Senſus videtur eſſe: curavit ut ſcripto mandarentur mirifica ſua facta, nec oblivione ex hominum animis delerentur. Sic uſurpatur adfine זכרון *ziccharon* Exod. XVII, 14.

5. *Victum dat*] טרף נתן *tereph nathan*, propriè *prædam*, ex lacerata carne, qualis eſt ferarum; ſed ſumitur hîc pro *cibo* quovis, ut Prov. XXXI, 15. LXX. Intt. τροφὴν, & videtur τρέφω ἀπὸ τῦ טרף deducendum, unde & הטריף *hitriph* eſt alere, Proverb. XXX, 8.

6. *Potentia factorum ſuorum*] *Robur factorum ſuorum indicavit*.

7. *Veracitas & jus*] *Veritas & judicium*, nihil, nempe, fecit, quod pugnaret cum promiſſis & juſtitia ſua.

Fidelia ſunt] נאמנים *neemanim*, fida ſunt monita ea obſervaturis utilia, qualia ſunt amicorum in amicos, qui per fidem ſuam nolunt amicos ſuos capi, fraudarſve, ut Juriſconſulti Romani loquuntur.

8. *Firmáque*] סמוכים *ſmouchim*, fulta; auctoritate, nempe, Dei, adeóque à nullo, niſi ab ipſo mutabilia.

In perpetuum & in æternum] לעד לעולם *lahad leholam*. Plerumque alio ordine Hebræi, nempe, לעולם ועד *leholam vahed*, rem exprimunt. Æternitas autem Legum ulteriùs non extendenda, quàm voluntas Legiſlatoris, ut alibi diximus. Significavit verò Deus, per Filium ſuum, pérque ejus Apoſtolos, ſe cærimonias Moſaïcas ab hominibus non exigere; quæ revera erant umbræ, quæ, orto Sole Evangelico, evanuerunt.

Vero rectóque animo] *Facta in veritate & in* recti

que animo. 9. Liberationem miſit populo ſuo, in æternum ſancivit fœdus ſuum, nomen ejus ſanctum eſt & formidandum. 10. Principium ſapientiæ eſt timor Jehovæ. Intellectus bonus eſt omnibus, qui faciunt ea, *quæ jubet*. Laus ejus permanet in perpetuum.

Pſaltes Dei timentem beatum prædicat & deſcribit, malis contrà minatur.

PSALM. CXII. 1. LAUDATE Jah. Felicem hominem, qui Jehovam timet, & præceptis ejus vehementer delectatur! 2. Potens in terra erit poſteritas ejus, *atque* ætati hominum recto-

futura; quippe quæ ſunt à recto, veracique animo profecta. 9. Liberavit populum ſuum ab omnibus periculis, perpetuumque cum eo fœdus ferut; nomènque ejus ſanctum & formidoloſum. 10. Principium omnis ſapientiæ eſt reverentia Creatoris, eiſque demum rectus eſt intellectus, qui parent iis, quæ jubet. 11. Laus ejuſmodi hominum eſt ſine fine.

PARAPHRASIS.

1. LAUDATE Creaturem. O beatum eum hominem, qui eum timet, atque ejus præceptis vehementer delectatur! 2. Is homo habebit poſteros potentes in terra Iſraëlis, qui ab ætate humi-

rectitudine; hoc eſt, neque fallendi, neque nocendi animo facta, ſed ut verè bona & utilia doceret Iſraëlitas. Quod intelligendum potiſſimùm de iis, quæ ſunt æterni juris, nam alia ſunt ingenio populi accommodata.

9. *Sancivit fœdus ſuum*] צוה לעלם בריתו *tſivvah lebolam britho*, præcepit in perpetuum fœdus ſuum; hoc eſt, fœdus ſuum, ſeu leges ſuas (nam *Fœdera & Leges Dei*, idem ſunt) in perpetuum juſſit obſervari.

10. *Principium Sapientiæ* &c] Hoc eſt, omnis vera cognitio Sapientiæ, חכמה *hhochmah*, ſive Ethicæ diſciplinæ, nititur timore Dei; quo ſublato, nulla eſt vera & ſalutaris cognitio virtutis. Vide Prov. I, 7. & quæ illic dicemus.

Qui faciunt ea, quæ jubet] עשיהם *hoſchehem*, quaſi anteceſſiſſet פקודים *phikkudim*, hoc eſt, *præcepta*, quod eſt è verſ. 7. repetendum. LXX. Int. αὐτὸ, quaſi retuliſſent rem ad יראת *jirah*, ſed non dicimus *facere timorem Dei*, & oporteret legere עשיה *hoſcheah*, facientes eam.

Laus ejus] Nempe, *Jehovæ*. Vide Pſ. XXXIV, LXVI, 2, 8.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXII.

3. J*Uſtitia ejus in perpetuum remanebit*] *ſtat in perpetuum*; hoc eſt, perpetuos fructus ſuæ Virtutis percipiet.

4. *Exoritur in tenebris lux*] Ex adverſis, ſi quæ ingruant, liberatur, Hanc eſſe *lucis & tenebrarum* ſignificationem tralaticiam apud Hebræos obſervavimus ad Gen. XV, 12. & ſæpiùs ad Jobum.

Beneficus & miſericors & juſtus eſt] Nempe, vir Dei timens, de quo antea. חנון *hhannoun* eſt libenter, חונן, gratificans, dans, indulgens, ignoſcens &c. uno verbo grata ſponte aliis faciens. רחום *rahhoum*, verò eſt propriè *miſericors*, צדיק *tſaddik* denique eſt *juſtus*, qui unicuique ſuum reddit. Sed quærunt Intt. de quo hæc dicantur, ſeu, ut more Dialectico loquar, quodnam ſit hujus *enunciationis ſubjectum*. Quia hæ virtutes eximiè in Deo ſunt atque elucent, nonnulli volunt ſubaudiri nomen *Deus*. Verum quidem eſt, imò, ut vulgò dici ſolet, vero verius, Deum gratificari, miſereri, & juſtum eſſe, eo modo, cui nihil ſimile apud homines invenire licet. At de Deo hic non agitur, ſed de viro bono, cujus laudes deſcribuntur, ut in ſuperiore Pſalmo Dei habetur Encomium, ibidem alphabethicum. Etiam homines interdum ſunt benefici, miſericordes, juſti; ſed non ut Deus. Itaque enunciationis ſubjectum eſt, *qui Deum timet*, ut videmus ex verſu 1.

5. *Bonus vir eſt*] טוב איש *tob iſch*, quod perinde eſt, ac ſi ſcriptum eſſet האיש ההוא טוב חונן וגו *vir ille*, de quo antea, ſeu Dei timens, *eſt bonus, beneficus* &c. nam, apud Hebræos, adjectivum non antecedit, ſed ſubſtantivum.

Mutuum dat] מלוה *malveh*. Vult Pſaltes à Deo ejuſmodi hominis rem familiarem ita augeri, ut mutuum dare poſſit amicis, ſi fortè indigeant; ipſe quidquam mutuum ab aliis accipere neceſſe non habeat, quia ſemper abundat. Cavendum ne confundatur quod *mutuò*, cum eo quod *fœnori datur*. Hoc enim illicitum erat, ut docemur Exod. XXII, 25. Deut. XXIII, 19, 20. At mutui nullum erat fœnus, nec res vetita erat, cùm fœnus inter Iſraëlitas illicitum eſſet.

Moderatur verba ſua in judicio] יכלכל דבריו במשפט *ichalchel dbarau bmiſchphat*. Verbum כול in *Kal* eſt *metiri* Eſaiæ XL, 12. in *Hiphil* continere, ut 1. Reg. VII, 26. Hinc in *Pihel* interpretantur *moderari*, ſeu *modum imponere*, quod rei, quæ agitur, optimè convenit. Bonus enim vir, in judicio, moderatur verba ſua, ne vehementiora, aut acriora æquo ſint. Hinc LXX. Intt. οἰκονομήσει, & *Hieronymus*: *diſpenſabit*. Symmachus: οἰκονομῶν τὰ πράγματα αὐτοῦ μετὰ κρίσεως.

6. *Nam-*

rectorum benedicetur. 3. Copia & divitiæ erunt domi illius, & juſtitia ejus in perpetuum permanebit. 4. Exoritur in tenebris lux rectis. Beneficus & miſericors & juſtus *eſt*. 5. Bonus vir *eſt* beneficus, & mutuum dat; moderatur verba ſua, in judicio. 6. Numquam enim nutat, & juſti memoria eſt æterna. 7. A mala fama *ſibi* non timet, firmum eſt cor ejus, & fidit Jehovæ. 8. Conſtans eſt animus ejus, nec timet, non metuit ſibi, dum intuetur hoſtes ſuos. 9. Spargit, dat egenis; juſtitia ejus manet in perpetuum, & cornu ejus gloriâ extollitur. 10. Impius videt *hæc*, & iraſcitur; dentibus ſuis frendet, & contabeſcit; nam cupiditas nocentium perit.

Qui colunt Jehovam excitantur ad eum laudandum, propter ejus beneficia.

1. LAUDATE Jah. Laudate ſervi Jehovæ, laudate nomen Jehovæ. 2. Sit nomen Jehovæ benedictum, ab hoc tempore, in æternum. 3. Ab ortu Solis, ad occaſum PSALM. CXIII.

hominum rectorum laudabitur. 3. Divitiis ejus familia abundabit & probitas ejus in perpetuum perennabit. 4. Rectis, in rebus dubiis, exorietur lux rerum ſecundarum, & benefici erunt miſericordes & juſti. 5. Bonus vir erit ſimul beneficus, mutuum egentibus dat, atque in judiciis, aſperioribus verbis abſtinet. 6. Numquam nutat in virtute, ejuſque memoria non extinguitur. 7. A mala fama numquam ſibi timet, animúſque ejus conſtantior eſt, nec metuit ſibi ab hoſtibus ſuis. 9. Liberaliter egentibus largitur, virtus ejus conſtans eſt, & potentia non ſine gloriâ augetur. 10. At improbus hæc, non ſine ira, videt. Dentibus frendit, & contabeſcit, nam cupiditas nocentium exitium illi creat.

P A R A P H R A S I S.

1. LAUDATE Creatorem, laudate ejus numen. 2. Nomen Creatoris ſit benedictum, ab hoc tempore & in æternum. 3. A regionibus orientalibus, ad occiduas extollatur nomen Creatoris.

6. *Numquam enim nutat*] *Quia in æternum non nutabit*; hoc eſt, rebus ſecundis perpetuò uſus paupertate non impedietur, quominùs gratificetur, mutuum det, & modum cupiditati imponat.

8. *Conſtans eſt animus ejus*] *Fultum eſt cor ejus*, סמוך לבו *ſamouch libbo*. Vide Eſai. XXVI, 3.

Dum intuetur hoſtes ſuos.] עד אשר *had aſcher*, non eſt hic *donec*, ſed *dum*, niſi fortè aliquid deſit.

9. *Spargit*] פזר *phizzar*; hoc eſt, liberaliter multis largitur, ſine paupertatis metu. Vide Prov. XI, 24 Avari verò ſibi ſolis omnia ſervant, & quod non poſſunt ſervare indignis largiuntur.

Juſtitia ejus] צדקתו *tſidkatho*, quâ voce poteſt hic ſignificari miſericordia, aut liberalitas in egenos, ἐλεημοσύνη, quâ voce Græcâ Hebraïcam aliquando vertunt LXX. Int. Copioſam largitionem ſonat Hoſ. X, 12. Joël, II, 23. Vide & quæ notavimus ad 1. Sam. XII, 7.

9. *Cornu ejus* &c] Vide ad Pſ. LXV, 5. LXXXIX, 18.

Contabeſcit] *Liqueſit* נמס *namas*. LXX. τακήσεται, *tabeſcet*, ut habet, *Hieronymus*. Effectus eſt invidiæ, quæ invidum tabefacit. Sic & Poëta apud *Stobæum* Florileg. c. XXXVIII.

> Ὁ φθόνος ἐςὶ κάκιςον, ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ,
> Τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην.

> *Peſſima res livor, ſed habet laudabile quiddam,*
> *Liventi quod cor exedit atque oculos.*

Nam cupiditas nocentium peribit] תאות רשעים תאבד *thaavath reſchaim thobed*; hoc eſt, numquam conſequentur quod cupiunt, irrita erit eorum cupiditas.

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. CXIII.

3. AB *ortu ſolis* &c.] Quod poteſt ſignificare à tempore ortûs ſolis, ad ejus occaſum; vel ab orientalibus terrarum plagis, ad occiduas; quod ſenſus eſſe videtur. Vide Pſ. L, 1.

4. *Supra cœlos*] Dixit *Virgilius*, de Populo Romano:

> *Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris.*

Hîc & *ſupra cœlos* gloria Dei extollitur, quod ſit immenſus, & creaturis intelligentibus per Univerſitatem rerum, etiam ſupra adſpectabiles cœlos, innotuerit.

5. *Qui altiſſimè habitat*] המגביהי לשבת hammagbihi laſſchabeth, *adtollens habitando*; hoc eſt, cujus eſt altiſſima habitatio. Eſt י paragogicum, in participio; ut & in ſequenti המשפילי *hammaſchphili*, demittens ſe.

6. *Se demiſit*] Subaudiendum עיניו henau, *oculos ſuos*, ad videnda omnia, quippe, ipſo inferiora.

Cœlos & terram] *In cœlis & in terra*, בשמים ובארץ *baſſchamajim onbaarets.* Sed verbum

caſum ejus, laudetur nomen Jehovæ. 4. Excelſus eſt ſupra omnes Gentes Jehova, ſupra cœlos eſt gloria ejus. 5. Quis eſt inſtar Jehovæ Dei noſtri, qui altiſſimè habitat? 6. Se demittit, ut videat cœlos & terram. 7. E pulvere erigit tenuem, è ſterquilinio adtollit egenum, 8. ita ut curet eum ſedere cum principibus, cum principibus, *inquam*, populi ſui. 9. Facit, ut ſedeat ſterilis *antea* mulier domi mater læta liberorum. Laudate Jah.

Laudat Jehovam Pſaltes, ob eductum Iſraëlem ex Ægypto, miraculáque propterea edita.

PSALM. CXIV. 1. CUM egrederetur Iſraël ex Ægypto, & Jacobi domus è populo barbaro, 2. factus Juda ſacrarium ejus, & Iſraël ejus dominium. 3. Mare *eum* vidit & refugit, Jordanes ſe retrorſum avertit. 4. Montes ſubſilierunt ſicut arietes, & colles inſtar

ris. 4. Elatus eſt Creator ſupra omnes gentes, quæcumque ſint, & gloria ejus ſupra cœlos. 5. Quis eſt, qui poſſit æquari Jehovæ Deo noſtro, qui altiſſimas partes Mundi habitat. 6. Se demittit, ut videat cœlos & terras. 7. Attamen è pulvere erigit humilem, atque è ſterquilinio egenum; 8. ita ut curet eum cum principibus populi ſedere. 9. Facit, ut mulier, quæ ſterilis fuerat, inter liberos ſuos læta ſedeat. Laudate Creatorem.

PARAPHRASIS.

1 CUM Iſraëlitæ ex Ægypto exiſſent, & domus Jacobi populum barbarum fugiſſet; 2. facta eſt Tribus Judæ ſedes ejus Sacrarii & reliquæ illius Tribûs dominium. 3. Quando Mare Erythræum vidit hunc populum receſſit, viámque per alveum ſuum ei aperuit; nec poſtea Jordanis fluvii aquæ perreſerunt deſcendere verſùs inferiora, ſed fontem verſùs retrogreſſæ ſunt. 4. Montes

verbum ראה *vidit*, paſſim cum præpoſitione ב conſtruitur. Vide Pſ. CXII, 19.

7. *Erigit*] מקימי mkimi, *facit ſurgere*. *E pulvere* ſignificat idem ac *è ſterquilinio*, hoc eſt, è ſtatu miſerrimo, niſi quòd poſterius eſt ἐμφατικώτερον.

8. *Ita ut curet eum ſedere*] להושיבי *leboſchebi*, ad faciendum eum ſedere.

9. *Facit, ut ſedeat*] מושיבי *moſchibi*, aut habitet cum familia numeroſa.

Sterilis antea] Addidimus *antea*, perſpicuitatis causâ.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXIV.

1. *E Populo barbaro*] מעם לעז *meham lobez*. LXX. Intt. ἐκ λαοῦ βαρβάρου, quod ſequitur *Hieronymus*. *Aquila*: ἀπὸ λαοῦ ἑτερογλώσσου. *Symmachus*: ἐκ λαοῦ ἀλλοφώνου, quæ idem ſunt. Thalmudici eodem ſenſu vocem uſurpant, & apud Arabas לעז *labaza* eſt *exotica Lingua uti*. Hinc non colligas, tam longâ in Ægypto morâ Linguam Ægyptiacam fuiſſe Hebræis omnibus ignotam. Sed facilè fieri potuit, ut Ægyptiis, qui averſabantur ceteras gentes, familiares non eſſent vulgò Judæi; qui cùm ſeorſim habitarent, potuerunt quidem plerique Linguæ Ægyptiæ eſſe imperiti. Vide & Pſ. LXXXI, 7. Ceterùm vox לעז hoc tantùm loco occurrit. Eſai. XXXIII, 19. נועז *nobez* idem ſignificare videtur nonnullis, ſed locus eſt obſcurus, nec ea vox alibi legitur, aut Radicem notam habet in Lingua Hebraïca.

2. *Factus Juda Sacrarium ejus*] היתה יהודה לקדשו *bajethab Jebouda lkodſcho*: Difficile eſt intellectu, cur verbum ſit fœmininum, cùm *Juda* ſit maſculini generis, niſi fortè ſubaudiatur משפחת miſchphahhath, *familia*, aut ſimile quidpiam. Pronomen ſuffixum ultimæ voci poſſet referri ad *domum Jacobi*, cui Tribus Judæ ſacrarium Jeroſolimæ poſtea tribuit; niſi obſtarent ſequentia verba: *& Iſraël ejus dominium*, quæ non poſſunt ad domum Jacobi pertinere. De Deo dici queant, ſed de Deo nihil præceſſit. Suſpicarer lectum initio fuiſſe היה ליהוה לקדש *facta eſt* (nempe, domus Jacobi) *Jehovæ Sacrarium, & Iſraël ejus dominium*. Quomodo vitatur ſoloeciſmus, conſulitúrque ſenſui, & feriei orationis. *Domus Iſraëlis* facta eſt *ſacrarium* Dei, ejúſque dominium; quia in ea tentorium ſuum collocavit, & ſe dominum ejus, ſingulari ratione, geſſit, & quidem ab eo tempore, quo Iſraëlitæ in ſolitudine erant, quod tempus hîc ſpectatur. Quæ tamen, ſpecioſa licèt, in contextum intrudi nolim.

3. *Mare eum vidit*] Hoc eſt, ſtatim ac Iſraëlitæ in littore Maris Erythræi conſtiterunt, mare refugit.

Se retrorſum avertit] יסב לאחור *jaſob leabbor*. Coërcitæ, nempe, in ſuperiore parte aquæ retrorſum redire coactæ ſunt.

4. *Montes ſubſilierunt*] Mons Chorebus, Exod. XIX, 18. cum omnibus ſuis collibus, & jugis.

7. *A conſpectu Domini*] Præ metu Dei præſentis, non quaſi metuerent montes; ſed quia Deus eos concutiebat, timere videbantur, quòd Hebræi Dei adventum intelligerent.

8. *Qui rupem in ſtagnum aquæ &c.*] ההפכי הצור

ſtar catulorum minuti pecoris. [5]. Quid tibi *eſt* mare, ut refugias, & *tibi* Jordanes, *ut* te retro avertas? [6]. *Cur* ſubſiliiſtis, ô Montes, inſtar arietum, & vos Colles, ut minuti pecoris catuli? [7]. A conſpectu Domini contremiſce, Terra, à conſpectu Dei Jacobi; [8]. qui rupem in ſtagnum aquæ, & ſilicem in fontem convertit.

Pſaltes Deum verum laudat, & commenticios Deos ſpernit, pios omnes ad Deum celebrandum, atque in eo fiduciam collocandam, commemoratione ejus beneficiorum, excitat.

1. NON nobis, ô Jehova, non nobis, ſed nomini tuo gloriam parias, propter benignitatem & veracitatem tuam. [2]. Cur dicerent Gentes, ubi, quæſo, eſt corum Deus? [3]. *cùm* Deus noſter ſit in cœlo, & quæcumque vult faciat; [4]. eorum verò idola ſint argentum & aurum, atque opus manuum hominum. [5]. Os illis eſt, nec loquuntur; oculi eis ſunt, nec vident; [6]. aures illis, nec audiunt; nares, nec olfaciunt; [7]. manus, nec palpantur; pedes, nec incedunt; neque gutture ſuo ſonitum edunt. [8]. Inſtar eorum erunt, qui ea faciunt, & quicumque in iis fiduciam reponunt. PSALM. CXV.

[9]. Iſraë-

tes etiam ſubſilierunt inſtar arietum, & colles inſtar minuti pecoris. 5 Quid vero tibi fuit mare, ut recederes, & tibi Jordanes, ut aquas retro verſus retraheres? 6. Cur etiam ſubſiliiſtis, ô Montes, ut arietes, & vos colles, ut minutum pecus? 7. In conſpectu Domini, Terra, contremiſce, ſpectante Deo Iſraelis, 8. qui rupes in ſtagnum, & ſilices in fontes commutavit.

P A R A P H R A S I S.

1. NE nobis, ô Creator, ne nobis, ſed nomini tuo gloriam parias, propter beneficentiam & veracitatem tuam. 2. Cur Gentes patereris quærere ubi ſit Iſraëlitarum Deus? 3. cùm noſter Deus ſit in Cœlo, & quidquid vult faciat; 4. eorum verò ſimulacra, quæ colunt, ſint argentum & aurum, atque manuum humanarum opera 5. Os habent, ſed eo non poſſunt loqui; oculi ſunt iis, quibus non vident; 6. aures, quibus nihil audiunt; nares, nec olfaciunt; 7. manus, quibus non palpantur; pedes, quibus non incedunt, & guttur, unde nullus ſonitus prodit. 8. Iis fient ſimi-

הצור אגם מים *habophechi hattſour agam majim*, pro לאגם *l-agam* in ſtagnum, ut poſtea למעינו מים *lemahjeno majim*, *in fontem aquæ*, ubi ו eſt paragogicum, niſi legas למעיני *lemahjene*, in fontes, ut LXX. Intt. *πηγὰς ὑδάτων*, *fontes aquarum*, ut Vulgatus.

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. CXV.

1. NOn nobis] Rectiùs Hebræi Codd. hinc novum Pſalmum inchoant, cùm ſit alterum ejus argumentum; quàm Græci, qui ſuperiori adnectunt, quamvis nonnulli etiam Græci Codd. olim ſejunxerint. *Euſebius* ad hunc Pſalmum: *Διέσταλται κἀν ἰδίως ἀφώρισται τοῦ ριγʹ. ψαλμοῦ ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων τὰ προκείμενα, ὥστε εἶναι ριδʹ. ψαλμὸν τὸν μετὰ χεῖρας. ἐπειδὴ δὲ ἐγκύψας αὐτῇ τῇ Ἑβραίων βίβλῳ, τοὺς αὐτῶν χαρακτῆρας συνημμένους εὗρον, ἐπίστευσα καλῶς ἀκολουθῆσαι τῇ Ἑβραίων βίβλῳ, συνάψαι τε τοῖς προτέροις τὰ προκείμενα ὥστε εἶναι μέρος αὐτὰ τοῦ ριγʹ ὕμνου: priùs recitata, in quibusdam exemplaribus, à Pſ. CXIII. diſtincta, ac ſeparata ſunt, ita ut Pſalmus, qui præ manibus eſt, ſit CXIV. at cùm, inſpecto ipſo Hebræorum libro, conjunctos eorum characteres & dictiones repererim, exiſtimavi me rectè ſequuturum Hebræorum librum, & recitata prioribus connexurum; ita ut hæc Pſalmi CXIII. pars ſint.* Videtur inſpexiſſe, in Hexaplis, columnam Hebraïcam, in qua duo hi Pſalmi erant, unâ ſerie, exſcripti; quales Libros memorat etiam *David Kimchi* Sed plures libros Hebraïcos & nonnullos Græcos ſequi præſtat, quàm conjungere ſeparata & ſejuncta, rebus ipſis. Vult eſſe connexa *Euſebius*, ſed quæcumque ad pietatem pertinent facilè connecti poſſunt, præſertim à Veteribus, qui omnibus locis omnia inveniebant. Verùm hîc eſt initium novæ orationis.

Ejus primorum verborum ſententia eſt, non tam agi rem Hebræorum, quàm Ipſius Dei, cui vicinæ Gentes exprobraturæ eſſent Populi Hebræi calamitates, niſi eum liberaret, quaſi non potuiſſet eos hoſtibus eripere. Utitur etiam hac ratione juvandi Hebræos ipſe Deus. Eſai. XLVIII, 11.

Propter benignitatem &c.] Ne parum beneficus, aut parum verax habearis.

2. *Cur dicerent* &c.] Cur occaſionem hoſtibus noſtris ita loquendi præberes? Vide Pſ. XLII, 4, 11. LXXIII, 10, 18. LXXIX, 10. Adde & Exod. XXXII, 12. Num XIV, 15. & ſeqq. Deut. IX, 29. Sic homines, humano more, cum Deo ratiocinantur, Deúſque eorum infirmitati condonat. Alioqui Deus meliùs multò novit, quî ſe gerere ipſum oporteat, nec quidquam, quod eum dedeceat, facere poteſt. Sed hominem exuere homines non poſſunt, aut verbis Majeſtatem divinam æquare.

8. *Cum*

9. Iſraëlitæ verò fidant Jehovæ; eorum ille auxilium & clipeus eſt. 10. Domus Aharonis fidat Jehovæ, ejus ille auxilium & clipeus eſt. 11. Timentes Jehovæ ei confidant, auxilium eorum & clipeus eſt.

12. Jehova recordatus eſt noſtri; benedicet, benedicet, *inquam*, domui Iſraëlis & domui Aharonis. 13. Benedicet iis, qui ipſum reverentur, parvis æquè ac magnis. 14. Pergat Jehova vobis, vobis, *inquam*, & liberis veſtris *benefacere*. 15. Benedicti eſtote Jehovæ, qui fecit cœlum & terram. 16. Cœli, cœli, *inquam*, ſunt Jehovæ, at terrâ filios hominum donavit. 17. Mortui non laudant Jah, neque ulli deſcendentes *in locum* ſilentii. 18. Nos benedicemus Jah, ab hoc tempore in æternum. Laudate Jah.

Pſaltes gratias Deo agit, ob exauditas ſuas preces & impetratam ab eo liberationem, ſeque ad fiduciam in eo collocandam excitat, & gratum animum ac ſacra ei pollicetur.

PSALM CXVI. 1. AMo Jehovam, quòd ſonitum precum mearum exaudiverit. 2. Quia inclinavit aurem ſuam ad me, per dies meos *eum* invocabo. 3. Circumdederant me

ſimiles, qui ea ſimulacra ſibi fieri curant, & quicunque iis fidunt.

9. Verùm Iſraelitæ ſoli Creatori fidant, qui iis eſt auxilio & clipei inſtar, contra ipſorum hoſtes. 10. Aharonis poſteri fiduciam collocent in Creatore, qui eis auxilium eſt ad fugandos hoſtes, atque inſtar clipei, qui hoſtium tela excipiet & obtundet. 11. Eadem de ratione, Creatoris timentes ei fidant; quippe eos adjuturo, & defenſuro contra hoſtes.

12. Creator memor eſt noſtri, & benefaciet Iſraëlis poſteris, & familiæ Aharonis. 13. Ita ſe geret erga eos, qui erunt ipſius reverentes, tam tenuibus quam ditioribus. 14. Pergat Creator vobis, *inquam*, & poſteris veſtris, vos imitaturis. 15. Benefaciat vobis is, qui Cœlum & Terram creavit. 17. Mortui nequaquam laudant Deum, neque ulli eorum, qui in loca ſilentum deſcenderunt. 18. Nos vero eum laudemus ab hoc tempore, neque umquam deſinamus. Laudate Creatorem.

PARAPHRASIS.

1. AMo Creatorem, eò quòd preces meas exaudivit. 2. Quia aures mihi præbuit, hactenus eum conſtanter invocabo, dum ero in vivis. 3. Ita inſidiis circumventus eram, ut in periculo mortis

3. *Cum Deus*] *Et Deus* &c.

4. *Sint argentum & aurum* &c.] Vide not. ad Deut. IV, 28.

7. *Manus* &c.] *Manus eorum, nec palpantur pedes eorum.* Hic ſuffixa perinde valent, ac להם *lahem*; iis, nempe, ſunt.

Sonitum edunt] יהגו *jahegou*, quod tam *ſonare* ſignificat, quàm *meditari*; quod non ſemel diximus. Vide & Prov. VIII, 7.

8. *Inſtar eorum erunt* &c.] Stupidi prorſus fient, in rebus divinis & quorum cuilibet meritò dicere poſſis:

> —— *truncóque ſimillimus Hermæ,*
> *Nullo quippe alio vincis diſcrimine, quàm quòd*
> *Illi marmoreum caput eſt, tua vivit imago;*

ut habet *Juvenalis* Sat. VIII, 55.

9. *Iſraëlitæ fidant*] ישראל בטח *jiſchraël betahh*, ô Iſraël fide. Loquentes Latinè, imperativo & ſingulari uti prohibuerunt ſequentia.

10. *Ejus ille auxilium*] *Auxilium eorum.* &c.

12. *Et domui Aharonis*] *Et benedicet domui.* &c.

13. *Qui ipſum reverentur*] *Reverentur Jehovam.*

14. *Pergat Jehova vobis* &c.] *Adjiciat Jehova ſuper vobis, ſuper vobis, & ſuper filiis veſtris*, ſubaudiendum ברכות *benedictiones*, aut טוב *bonum*, aut ſimile quiddam. Vide & Deut. I, 11. 2. Sam. XXIV, 3.

15. *Benedicti eſtote Jehovæ*] Benefaciat vobis Deus.

17. *Deſcendentes in locum ſilentii*] יורדי דומה *jarede doumah*, deſcendentes ſilentii; hoc eſt, deſcendentes in ſepulcrum. Vide Pſ. VI, 6. XXX, 10. LXXXVIII, 11. & Eſai. XXXVIII, 18.

COMMENTARIUS.

In PSALM. CXVI.

1. AMo *Jehovam*] *Amo*, vèl *amavi*, *quia exaudivit Jehova.* Poſt אהבתי *amavi*, ſubaudivimus *Jehovam*, quod nomen è ſequentibus retraximus, nec repetiimus, quia nihil opus erat. Qui putarunt, hîc *amo* idem eſſe ac ἀγαπῶ Græcè, prout ſignificat *ſatis habeo*, rem exemplo probare debebant.

3. *Funes mortis*] Vide ad 2. Sam. XXII, 6.

Anguſtiæ

Google

me ſunes mortis, & anguſtiæ ſepulcri invenerant me, in angorem & moleſtiam incide-
ram. 4. Nomen Jehovæ invocavi, & *dixi*: quæſo te, Jehova, animam meam erue.
5. Jehova *eſt* beneficus & juſtus, Deus noſter eſt miſericors. 6. Cuſtodit ſimplices
Jehova, adtenuatus eram & ſervavit me.
7. Revertere *ergo*, anime mi, ad tranquillitatem tuam, quia Jehova rependit tibi.
8. Liberaſti, ô Deus, animam meam à morte, oculum meum à lacrima, & pedem
meum ab impulſu 9. Dabo operam, ut incedam coram Jehova, in terris viventium.
10. Credidi *tibi*, ideoque loquutus ſum. Vehementer eram adflictus. 11. Tum dixi,
in trepidatione mea: omnis homo mendax.
12. Quid reddam Jehovæ, cùm omnibus ejus beneficiis cumulatus ſim? 13. Cali-
cem ſalutis accipiam, & nomen Jehovæ invocabo. 14. Nunc vota mea Jehovæ, co-
ram univerſo populo ejus, reddam. 15. Pretioſa eſt, in conſpectu Jehovæ, mors be-
neficorum ejus. 16. O Jehova, quia ego ſervus tuus ſum, ego *inquam*, ſervus tuus
ſum, ancillæ tuæ filius, vincula mea ſolviſti. 17. Tibi ſacrificium laudis offeram, &
no-

mortis verſarer, atque in ſummo angore eſſem, & maximis anguſtiis premerer. 4. Tum verò Creatorem invocavi, ut vitam meam, è periculo, in quo verſabar, eriperet. 5. Creator eſt beneficus & juſtus, idemque miſericors. 6. Cuſtodit etiam ſimpliciores, & cùm eſſem auxilio deſtitutus, me ipſe incolumem præſtitit.

7. Redi vero, anime me, ad priſtinam tranquillitatem, quia Creator rependit tibi, quod adverſarii tui tibi debebant. 8. Liberaſti me, ô Deus, à morte, oculos meos à lacrimis, & pedem meum ab offenſione. 9. Dabo operam, ut, quaſi præſente Deo, dum vivo, dicta & facta mea ad ejus Leges exigam. 10. Quia tibi, ô Deus, credidi, ideo loquutus ſum tantâ fiduciâ, in maximo dolore meo. 11. Tum dixi, in trepidatione mea, omnem hominem eſſe fallacem.

12. Quid reddam Creatori tot beneficiis ab eo cumulatus? 13. Calicem ſalutis ſumam, & nomine ejus invocato, ei ob ſalutem, quam ei debebam, gratiis actis, nomen ejus invocabo. 14. Deinde vota mea Creatori reddam, coram univerſo populo ejus, 15. Pretioſa eſt Deo mors eorum, qui erga alios ſunt benefici. 16. O Creator, quia ſum ſervus tuus, atque ancillæ tuæ filius, propterea impediſti, ne in vinculis manerem. 17. Ideò nunc

Anguſtiæ ſepulcri] מצרי שאל *miſare ſcheol*, anguſtiæ dicuntur hîc terrores, inſtantis mortis, quibus angitur animus. Hinc LXX. Int. ὠδῖνες ᾅδου εὕροσάν με. Sunt qui velint ſignificari dolores, quales, ſuppliciorum loco, patiuntur damnati à Deo. Sed falluntur, nam שאל nuſquam hoc ſignificat. Felicitas & infelicitas, poſt hanc vitam, res non erant, iis temporibus, notæ; & *anguſtiæ* ſunt angores animi etiam vivorum, qui angores magni ſunt, præſertim ubi inſtare ſibi mortem putant.

4. *Animam meam erue*] Me, aut vitam meam periculo mortis eripito.

5. *Beneficus*] חנון *bhannoun*, quod *Symmachus* vertit χαριστικὸς, de quo ad Pſ. CXII, 4.

6. *Simplices*] פתאים *phthaim*. Opponuntur hominibus callidis, aſtutis, doloſis, & ſi quo alio nomine vocentur ii, qui bonæ fidei obſervantes non ſunt. Vide Prov. I, 4.

7. *In tranquillitatem tuam*] למנוחיכי *limmonbhaichi*, in quietem tuam. Eſt adfixum Syriacum fœminini generis, ut & in voce ultima verſûs עליכי *balaichi*.

8. *Ab impulſu*] מדחי *middebhi*, quo aliquis ita impellitur, ut cadat. Vide Pſ. XXXVI, 13. CXL, 5.

9. *Incedam coram Jehova*] Religiosè vivam. Vide ad Gen. V, 24.

In terris viventium] בארצות החיים *beartſoth babhajim*; id eſt, inter vivos. In ſingulari dici ſolet *in terra viventium*, ut Eſ. XXXVIII, 11. LIII, 8. Jerem. XI, 19.

10. *Ideóque loquutus ſum*] כי אדבר *chi adabber*. LXX. Intr. vertunt διὸ, ut & Paulus 2. Cor. IV, 13. Vide *Chriſt. Noldium* ad ſignif. VIII. Sententia eſt, quia tibi credidi, ideò te clara voce oravi.

11. *In trepidatione mea*] בחפזי *bhhophzi*; hoc eſt, in metu meo. Vide Deut. XX, 3.

Omnis homo mendax] כל האדם כזב *chol haadam chozeb*; hoc eſt, non eſt cur humano auxilio quiſquam confidat, omnis enim homo aut fallit ſciens & volens; aut, præ imbecillitate, promiſſa præſtare nequit. Vide Pſ. IV, 3. CVIII, 13

12. *Cum omnibus ejus beneficiis cumulatus ſim*] כל תגמולוהי עלי *chol thagmoulobi balai*, omnia ejus præmia, aut beneficia ſupra me. Primùm ב ſubauditur ante כל *in omnibus*. Sequenti deinde voci additum eſt ſuffixum Chaldaïcum. Vocula עלי *balai*, hîc deſignat non tantùm beneficia eſſe accepta, ſed etiam longè majora quàm pro iis digna rependi poſſet gratia.

13. *Calicem ſalutis accipiam*] כוס ישועות אשא *chos jeſchouboth eſſcha*, calicem ſalutum tollam. Si conſtaret morem hunc obtinuiſſe, apud Hebræos, ut in ſacris euchariſticis Deo calice accepto libarent, quemadmodum apud Ethnicos, eò, ſine dubio, hîc reſpiceretur. Sed nihil hac de re habetur, in Lege Levit. VII, 11. & ſeqq. ubi ſacra illa deſcribuntur. Exiſtimarunt ergo viri docti in conviviis, quæ ex carne ejuſmodi victimarum celebrabantur, eos, qui aderant, adrepto poculo Deo gratias egiſſe, & poculum ebibiſſe. Nec ſanè incredibile eſt, eum, qui ſacra fecerat, ita ſe geſſiſſe. Certè quî aliter hæc poſſint intelligi non adſequimur.

Nomen Jehovæ invocabo] Gratias ei agens, útque porrò beneſacere pergat orans. Judæi certè cœnantes ſolebant adrepto poculo Deo gratias agere, ob creatum fructum vitis, ut docuerunt Viri Docti, in comparatione Paſchatis Judaïci, cum Cœna Euchariſtica Chriſtiana, & inter alios *Paul. Fagius* ad Deut. VIII. & *Joann. Buxtorfius* Fil. in ſingulari Diſſer-

nomen Jehovæ invocabo. ¹⁸. Nunc vota Jehovæ coram omni ejus populo reddam; ¹⁹. in Atriis Ædis Jehovæ, in media Jeroſolima. Laudate Jahm.

Omnes Gentes, propter beneficia à Deo accepta, ad eum laudandum hortatur Pſaltes.

PSALM. CXVII. 1. CELEBRATE Jehovam omnes Gentes, laudate eum omnes Populi; ². quia aucta eſt in nos ejus beneficentia, & veracitas Jehovæ *manet* in æternum. Laudate Jahm.

Adhortatio ad gratias Deo agendas, & gratiarum actio.

PSALM. CXVIII. 1. LAUDATE Jehovam, quia eſt bonus, *&* quia in æternum *eſt* ejus beneficentia. ². Dicat nunc Iſraël æternam ejus eſſe beneficentiam. ³. Dicat nunc Aharonis domus

nunc ſacrificium laudis tibi offeram & nomen tuum clarâ voce invocabo. 18. Nunc, ſpectan te toto populo, quæ voveram tibi reddam 19. in Atrio Templi Jehovæ, coram omni populo 19. in Atriis Ædis Creatoris, in media Jeroſolima. Eum laudate.

PARAPHRASIS.

1. LAUDATE Creatorem, omnes Gentes quotquot eſtis, 2. quia eſt bonus & beneficus, eæque virtutes ſunt æternæ. Dicat nunc Iſraël æternam eſſe ejus beneficentiam. Laudate Creatorem.

PARAPHRASIS.

1. LAUDATE Creatorem, quia eſt beneficus, & quidem in æternum. 2. Quam beneficentiam Iſraëlitæ celebrent, propter ejus æternitatem. 3. Dicat & Aharonis poſteritas ei beneficentiæ

Diſſertatione. Nec quidquam vetat, in conviviis Euchariſticis Hebræorum, ſollemniores, reſque adcommodatas, gratias Deo actas fuiſſe.

15. *Pretioſa eſt mors* &c] Hoc eſt, non faciIè patitur bonos immaturâ morte occidi. Sic Pſ. LXXII, 4. *pretioſus ſanguis* dicitur non temerè effundendus; & *pretioſa anima*, ſeu vita, quæ non facilè eripienda 1. Sam. XXVI, 21. 1 Reg. I, 13, 14.

16. *Ancillæ tuæ filius*] Veluti verna, ſeu domi tuæ ex ſerva natus. Vide Pſ. LXXXVI. 16.

17. *Sacrificium laudis*] זבח תודה *zebahh thodah*. Vide ad Levit. VII, 16.

18 *Nunc vota* &c.] Hæc verba oſtendunt ſcriptum hunc Pſalmum, ſtente Jeroſolimâ, à viro pio è maximis periculis elapſo. Chaldaïcum adfixum, quo utitur, oſtendere videtur è Chaldæorum manibus elapſum. Vide & verſ. 19. ubi תוכבי *thocbechi*, pro תוכך *thocbech*.

COMMENTARIUS.

In PSALM. CXVII.

1. OMnes Gentes] Hæc ad vocationem Gentilium pertinent, ante quam non erat cur Ethnici gratias Deo agerent, cum Judæis, ob communia ab eo beneficia accepta; neque enim ad Gentes pertinebant bona Judæis collata.

2. *Aucta eſt*] גבר *gabar*, invaluit, hoc eſt aucta eſt. Sic & Pſ. CIII, 11.

Manet in æternum] לעולם *leholam*, ſed ſubaudiendum eſt עומדת *ſtans*, hoc eſt, manet, vel eadem eſt. Vide Pſ. CXII, 3, 9.

COMMENTARIUS.

In PSALM. CXVIII.

1. QUia eſt bonus, & quia &c.] *Bonitas* eſt, quâ quis facilè non offenditur, neque temerè, aut nimiùm iraſcitur; *Beneficentia*, quâ benefacit, priorémque virtutem complectitur. Hæ virtutes conjunctiſſimæ ſunt, quam ob rem ſæpe miſcentur.

5. *Ex anguſtiis*] מן המצר *min hammetſar*, ex calamitate, quæ me in magnas anguſtias redegerat. Pſalmus hîc Davidis omnino eſſe videtur, quippe cui omnia ad amuſſim conveniunt, quamvis nomen ejus præſcriptum non ſit; aut certè à Pſalte, ejus nomine, ſcriptus eſt.

In latiorem campum] במרחב bammerhhab, in

domus, beneficentiam ejus eſſe æternam. 4. Dicant nunc Dei timentes æternam ejus
eſſe beneficentiam.
5. Ex anguſtiis invocavi, Jah exaudivit me in latiorem campum *eductum*. 6. Jeho-
va mihi *favet*, non timebo, *ne* quid mihi facere queat homo. 7. Jehova mihi eſt inter
auxiliares meos, *impavidè* intuebor eos, qui me oderunt. 8. Satius eſt fiduciam ponere
in Jehova, quàm fidere homini. 9. Satius eſt fiduciam ponere in Jehova, quàm fide-
re Principibus. 10. Gentes omnes circumdederant me, ſed in nomine Jehovæ eas con-
cîdi. 11. Circumdederant me & cinxerant, ſed in nomine Jehovæ eas concîdi. 12. Cir-
cumdederant me inſtar apum, at exſtinctæ ſunt inſtar ignis ſpinarum, & in nomine
Jehovæ eas concîdi. 13. Impuleras me, *ô hoſtis*, ut caderem, ſed Jehova me adjuvit.
14. Fortitudo mea, & carminis *mei argumentum eſt* Jah, & mihi fuit ſaluti. 15. Vox
lætantium & ſalutis *eſt* in tentoriis innocentium; dextra Jehovæ fortiter ſe geſſit.
16. Dextra Jehovæ elata eſt, dextra Jehovæ fortiter ſe geſſit. 17. Non moriar ſed vi-
vam, & nunciabo opera Jah. 18. Caſtigavit me Jah, ſed morti non dedit.
19. Aperite mihi valvas juſtitiæ, per eas ingrediar, & laudabo Jahm. 20. Hæc eſt
porta

centiæ nullum fore finem. 4. Quod & omnes, qui Deum timent, ſtudioſè prædicent.

5. Cùm rebus anguſtis premerer, Creatorem invocavi, qui me in latiorem campum eduxit. 6. Eo mihi favente, non eſt cur timeam quod mihi homines facere poſſent. 7. Creator autem eſt inter eos, qui mihi auxiliantur; ideóque ſine metu eos intuebor, qui me odio ſine ratione proſequuntur. 8. Satius multò eſt fidere Creatori, quàm hominibus, quicumque ſint. 9. Tutius eſt longè fiduciam ponere in Creatore, quàm in Principibus. 10. Gentes omnes vicinæ me infeſtæ circumdederant; ſed, invocato Creatore, eas concîdi. 11. Circumderant me, ſed licèt me cinxiſſent, invocato Creatoris nomine, eas concîdi. 12. Circumdederant me numeroſæ inſtar apum, ſed invocato Deo eas concîdi. 13. Impuleras, me, ô hoſtis, ut me dejicerem, ſed Creator mihi adjutor fuit, méque erexit. 14. Idem eſt fortitudo mea & carminis mei argumentum, & me ſervavit. 15. Voces lætantium & ſervatorum audiuntur in tentoriis bonorum; nam dextera Dei, quid poſſet, oſtendit. 16. Elata in mei gratiam eſt, & potentiam ſuam oſtendit. 17. Non vult nunc me mori, ſed vivere, ut magna ſua facta à me celebrentur. 18. Me quidem caſtigavit, ſed morte me non punit.

19, 20. Aperite mihi valvas, Sionis, per quas bonos

in latitudine; hoc eſt in meliorem ſtatum tranſlatum.

6. *Jehova mihi favet*] יהוה לי *Jehovah li*, Supplevi Latino more *favet*, quod omnia complectitur; poſſis & עזר *hozer*, adjutor, aut quidpiam ſimile. Alii malunt *mecum eſt*, nec repugno, eodem enim res redit. Vide *Chriſtian. Noldium* ad ſignif. III. particulæ ל. ſed adito & verſ. ſeq.

7. *Impavidè intuebor*] אראה בשנאי *videbo oſores meos*; nempe, ſine metu. Vide Pſ. LIV, 9. LIX, 11. Nimio metu perciti ne intueri quidem hoſtes audent.

8. *Satius eſt*] טוב *tob* bonum, ſed ſequente præpoſitione מן, quâ formatur Comparativus, vertendum eſt *meliùs*. LXX. Intt. ἀγαθὸν ἢ, barbarè pro βέλτιον: Verbotenus vertunt, ubi nihil opus eſt; à verbis recedunt, ubi ſatius eſſet iis mordicùs adhærere.

10. *Gentes omnes* &c.] Videtur reſpici ad bellum, quod conjuratæ plures Gentes Davidi intulerunt, & de quo 2. Sam. VIII.

Sed in nomine Jehovæ] בשם יהוה כי אמילם bhhem Jehova chi amilam, *in nomine Jehovæ, quia eas concîdi*. Aut oportet τὸ כי planè πλεονάζειν, nec vertendum ullâ Latinâ particulâ eſſe; aut metatheſin eſſe, adeò ut כי præponatur vertendo τῷ בשם *bſchem*, & vim adverſandi obtineat. Nec dubium eſt, quin ea particula ſæpe abundet; attamen in ejusmodi loquutione ter abundare vix credibile eſt. Dura quoque eſt metatheſis, ſed quid certius, aut melius hîc dici poſſet non videbam. Prius ſequuti ſunt LXX. Intt. qui eam particulam prætermiſerunt: *Hieronymus* vertit *quia*, incommodè. Chaldæus ellipticam hanc eſſe loquendi rationem eſſe putavit, habet enim: *in nomine verbi Jehovæ confiſus ſum* (רחצית rahhatſith) *ideò abſcidi eos*. Suſpicabar hîc latere jurandi formulam, & ſupplendum נשבעתי niſchbathi, *juravi per nomen Jehovæ, fore ut eos conciderem*; nam verbum נשבע conſtruitur cum ב. Sunt jurandi formulæ admodum Ellipticæ apud Hebræos, ut notum eſt, verborúmque ordo hîc rei favet. Poſſit & ſuppleri בטחתי, *confiſus ſum in nomine Jehovæ fore ut* &c. Verum nihil definio.

Concîdi] אמילם *amilam*. Verbum מול, in *Kal*, eſt *circumcidere*, ſed in *Puhal* eſt *abſcindi* Pſ. XC, 6. ut & in Hithpahel Pſ. LVIII, 8. Hîc tantùm in Hiphil exſtat, ubi eſt *concidere*; nempe, copias hoſtiles. LXX. Intt. ἠμυνάμην, *ultus ſum*, *Hieronymus*; parum commodè, atque ex conjectura.

12. *At exſtinctæ ſunt inſtar ignis ſpinarum*] דעכו כאש קוצים *dahachou cheeſch kotſim*, quod etiam verti queat: *quæ ut exſtinguerentur, inſtar ignis ſpinarum, data eſt opera*. Ea enim vis propria eſt conjugationis *Puhal*. Verbum hoc ſeptem locis σβεννύω, *exſtinguo*, verſum à LXX. Intt. quæ eſt certa vocis ſignificatio, ut è locis colligere eſt. Vide Job. XVIII, 5. 6. XXI, 17. Eſaiæ. XLIII, 17. Sic quoque hîc verterunt *Aquila* & *Symmachus* ἀπεσβέσθησαν, quos ſequutus eſt *Hieronymus*. At hoc ipſo loco LXX. Intt. habent ἐξεκαύθησαν, contrario prorſus ſignificatu. Quæ tranſlatio ſi recta ſit, verbum hoc duas contrarias ſignificationes habuerit, ut nonnulla alia, de quibus egit *Ed. Pocockius* Not. Miſcel. in Portam Moſis C. II. Sed vix adſentiri poſſim LXX. Intt. cùm de contraria ſignificatione conſtet,

 de

porta Jehovæ, juſti per eam ingredientur. 21. Laudabo te, *ô Deus*, quia me exaudiſti, & ſaluti fuiſti. 22. Lapis, quem rejecerant ædificantes, factus eſt potiſſimus *lapis* anguli. 23. A Jehova fuit hoc, quod mirabile eſt oculis noſtris. 24. Hic eſt dies, quem Jehova fecit, eo exſultemus atque lætemur. 25. Obſecro te, Jehova, ſerva nunc *nos, & res noſtras*, quæſo te, Jehova, ſecundato. 26. Benedictus *eſto*, qui venit nomine

bonus tantùm ingredi par eſt, ut eo loco Deus laudetur. 21. Te laudabo, ut par eſt, ô Deus, quia me periclitantem ſervaſti. 22. Lapis, quem rejecerant ædificantes, factus eſt potiſſimus lapis anguli, quo maximè firmatur ædificium. 23. A Deo hoc factum eſt, quod ſine admiratione videre non poſſumus. 24. Hic eſt dies, quem Creator illuceſcere voluit, ut eo exſultemus, & læti ſimus. 25. Obſecro verò te, ô Creator, ſerva nos, & res noſtras ſecundato. 26. Bene ſit ei, qui venit

de hac nullo ex loco, nam huic meliùs conveniat exſtinguendi notio, ubi de exſtinctione, ſeu exſcidio gentium agit Pſaltes. Sæpe mentio fit in Scriptura *accenſionis ſpinarum*, quaſi inutilis, imò & noxii ligni. Vide 2. Sam. XXIII, 7. Eſai. IX, 18. X, 17. XXVII, 4. Senſus autem hîc eſt, Gentes quàm primùm exſtinctas fuiſſe, partim certè, ut ignis ſpinis immiſſus brevi exſtinguitur, pabuli penuriâ; quia brevi tempore in cineres rediguntur ſpinæ. *Ovidius* Metam. II, 809. & ſeqq. ſimili comparatione utitur, ſed alio ſenſu, de lenta conſumtione humidarum ſpinarum, cùm hîc ſermo ſit de ſpinis ſiccis, quas immiſſus ignis citò abſumit:

Feliciſque bonis, non ſeciùs uritur Herſes,
Quam cùm ſpineſis ignis ſupponitur herbis;
Quæ neque dant flammas, lenique tepore cremantur.

13. *Impuleras me, ô hoſtis, ut caderem*] דחה דחיתני לנפל *debbob dhbithani linphol*, impellendo impuliſti ad cadendum. LXX. Intt. ὠσθεὶς ἀνετράπην τῦ πεσεῖν. *Hieronymus: impulſus pellebar ut caderem*, quaſi haberent Hebraica: דחוי נדחיתי *dabboui nidhbethi*. Sed verbum eſt in 2. perſona præteriti *Kal*. Itaque perſpicuitatis causâ, ſupplevimus, *ô hoſtis*, nam ſolus hoſtis poterat Pſalten impellere, ut rueret; hoc eſt, id facere, quò eum perderet.

14. *Carminis mei argumentum*] זמרתי *zimrathi*, carmen meum. Vide Exod. XV, 2. Eſai. XII, 2. & notata ad priorem locum.

15. *Vox lætantium & ſalutis*] קול רנה kol rinnah, *vox lætitiæ*, hoc eſt, lætantium, & qualis mittitur à liberatis è periculo.

18. *Caſtigavit me*] יסר יסרני jaſor jiſſerani, *caſtigando caſtigavit me*] rebus, non verbis.

19. *Valvas juſtitiæ*] Sic dici videtur janua, quâ adibatur locus, in quo erat Arca tempore Davidis, &, per quam intromittebantur *victimæ juſtitiæ*, de quibus Pſ. IV, 6. LI, 21. Vide & not. in Deut. XXXIII, 19.

20. *Hæc eſt porta Jehovæ.*] Talis erat porta, per quam Arca erat intromiſſa, & quam poëtica ἀποστροφῇ adloquitur David Pſ. XXIV, 7, & ſeqq. & quam ſolos juſtus docet dignos eſſe, qui ingrediantur, Ib. 3. & ſeqq.

24. *Lapis, quem rejecerant ædificantes*] Sat notum eſt in firmioribus ædificiis lapides angulorum ſolere eſſe majores, quia geminos parietes connectunt & firmiores reddunt. Sed hîc, cùm de ædificio ſermo non ſit, aliud quiddam ſignificari oportet, quod tamen eatenus angulari lapidi ſimile ſit, quatenus rem totam firmat. Hinc Chaldæus Interpres Davidem ſignificari putavit, cui moles Regni Iſraelis incumbebat, & qui, ne diſſiliret diſcordiâ, impediebat. Ejus hæc ſunt verba: *puerum deſpexerunt ædificatores, qui fuit inter filios Jiſai, & dignus fuit, qui conſtitueretur Rex & dominator.* Sed ſi primo ſenſu ſint ita intelligenda hæc verba, altero & præſtantiore multò conveniunt proli illi Davidis; quæ, rejecta licèt à Judæis, facta eſt lapis angularis ædificii ſpiritualis Eccleſiæ Chriſtianæ. Quare de ſe ipſo hunc locum laudat Chriſtus Matt. XXI, 42, 44. ut & apud Marcum & Lucam, in eadem Hiſtoria. Vide & Act. IV, 11. Eph. II, 20. 1. Pet. II, 6. Davidem quidem rejecerant, qui à familia Saülis ſtabant, & qui *ædificantium* nomine ſignantur, quòd conſervationi ædificii civilis Reip. Hebræorum præeſſent, ſed tandem à toto Iſraële Rex eſt ſalutatus; at Chriſtus pertinaciter à longè maxima *ædificantium*, ſeu Judæorum, parte eſt rejectus; ſed tandem à multò majore numero Ethnicorum admiſſus, & pulcrioris longè ac amplioris ædificii Eccleſiæ Chriſtianæ fundamentum factus eſt.

Potiſſimus lapis anguli] ראש פנה roſch phinnah, *caput anguli*; hoc eſt, potiſſima pars anguli, ut qui majoris molis in fundamentum jacitur. Fit quoque mentio *lapidis angularis*, & quidem in fundamento poſiti, tralaticio ſenſu, Job. XXXVIII, 6. Jerem. LI, 26.

23. *A Jehova fuit hoc*] Victoria de tot hoſtibus relata, de quibus 2. Sam. VIII.

24. *Hic eſt dies*] quo, nempe, David victoriam ſuam ſacrificiis & publicâ hilaritate celebravit. Obſervarunt viri docti *Sal. Jarchium* & *David. Kimchium* retuliſſe hæc ad tempora Meſſiæ; unde colligere licet, apud Judæos, hunc locum eſſe de Meſſia intellectum; ſub cujus regno multò mirabiliora contigerunt, quàm imperante Davide.

Res noſtras — ſecundato] הצליחה נא *hatſlibbab na*; ſecunda, quæſo; nempe דרכינו darchenou, *vias noſtras*, aut quid ſimile. Verbum enim eſt activum. Vide Pſ. I, 3.

26. *Benedictus eſto* &c.] Si dici hæc potuerunt de Davide, eò præſtantiùs de Chriſto dicta, quo ipſe major & quo majora ejus fuerunt in homines beneficia. Vide Matth. XXI, 9.

Vobis ex Æde Jehovæ] E loco Sionis, in quo Davidis tempore fuit Arca. Videntur hæc verba eſſe Sacerdotum, ita ut ſit hîc Dialogiſmus ut Pſ. XXIV. Senſit hoc Chaldæus Paraphraſtes, quamvis ad alios retulerit, hoc modo: ÆDIFICATORES. *A conſpectu Jehovæ hoc fuit.* FILII JISAIS. *Hoc mirabile eſt*

ne Jehovæ; vobis ex Æde Jehovæ bene precamur. 27. Deus *eſt* Jehova, qui illuxit nobis; vincite victimam funibus veſtris, donec ad cornua altaris *venerit*. 28. Tu Deus meus es, te laudabo; ô Deus mi, te extollam. 29. Laudate Jehovam, quia eſt bonus, & quia ejus benignitas in æternum *durat*.

Laudatur Lex Divina, ejúſque obſervantes celebrantur, & ad conſtantem ejus obſervationem excitantur, Deúſque paſſim invocatur, ne deſit virtutem colentibus, útque præcepta ſua eos edoceat.

א.

1. FELICES eos, quorum via eſt integra, *quique* incedunt in Lege Jehovæ! 2. Felices qui obſervant ejus teſtificationes & toto corde eum quærunt! 3. Non admittunt PSALM. CXIX.

venit nomine Creaturis ex Æde ei ſacra. 27. Deus eſt Creator, qui nobis illuxit; vincite victimam, donec ad cornua altaris venerit. 28. Tu Deus mihi faves, téque laudabo, ô mi Deus, atque extollam. 29. Laudate verò Creatorem, propter bonitatem, quâ excellit, & quæ æterna eſt.

Cùm nihil ſit in ſequentibus, quod interpretationis egeat, ea ſola protulimus, ſine Paraphraſi, adjectis aliquot notis.

eſt coram nobis. ÆD. *Hanc diem fecit Jehovâ*: FIL. J. *Exſultemus & lætemur in ea.* ÆD. *Obſecro te, Jehova, ſerva nunc nos.* FIL. J. *Res noſtras, quæſo te Jehova, ſecundato.* ÆD. *Benedictus, qui venit in nomine verbi Jehovæ.* DAVID. *Benedicant vobis ex Æde ſacrarii Jehovæ.* TRIBUS. *Deus eſt Jehova, qui illuxit nobis.* SAMUEL PROPH. *Vincite victimam funibus, ad ſacrificium feſti, donec obtuleritis eam, & effuderitis ſanguinem in cornua altaris.* DAV. *Deus meus es tu, & laudabo te, coram; Deus mi, laudabo te.* SAM. *Laudate, cœtus Iſraëlis Jehovam, coram; quia bonus eſt* &c. Sed non opus erat tot perſonis, ſatis eſt Davidem & ſuos hinc loqui, illinc verò Sacerdotes; nec etiam facile eſt diſtinguere omnia verba, quæ alterutris conveniunt.

27. *Deus eſt Jehova*] *Deus Jehova & illuxit nobis:* ויאר לנו *vajjaer lanou.* Subaudi פניו *faciem ſuam*, ut Pſ. LXXX, 4, 8, 20. Vide ad Pſ. IV. 8. & XXXI, 17.

Vincite victimam] אסרו חג *iſrou hhag.* חג, quod feſtum propriè ſignificat, ſumitur etiam pro victimis, die feſto mactandis. Vide Eſaiæ XXIX, 1.

Donec ad cornua altaris venerit] עד קרנות המזבח, *uſque ad cornua altaris.* Sic rectè viri docti verterunt, non ſolebat enim victima vinciri cornibus altaris, quæ frangi fortè potuiſſent: ſed mactatâ, proſiciæ inter ea cornua igni imponebantur; nec ſanguis infundebatur cornubus altaris, ſed circa altare. Victimæ etiam, antequàm mactarentur, vinciebantur ad annulos ferreos, aut æneos pavimento infixos, ad ſeptemtrionem altaris. Vide *Joan. Lightfootii* Deſcription. Templi Cap. XXXV. & Miniſt. Templi Cap. VIII. Sect. 1. Hunc locum ſic verterunt LXX. Int. συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. Sed עבתים *habothim* ſunt funes, Pſ. II, 3. & verbum אסר iſrou, *vincite* oſtendit hîc de funibus agi. *Aquila*: δήσατε ἑορτὴν ἐν πυκάσμασι, quæ ſenſu carent. *Symmachus*: συνδήσατε ἐν πανηγύρει πυκνάσματα ἕως τῶν κεράτων &c. ſed חג hîc non eſt ἑορτὴ, aut πανήγυρις, ſed *victima* mactanda, quia vota fuerat; nec agitur hîc de Tabernaculorum feſto, ſed de ſacro euchariſtico & votivo; nec frondes vinciebantur cornibus altaris, in quo perpetuus ignis ardebat, & adolendæ erant victimæ, nec atrium Sacerdotum, in quo mactandæ erant impeditum umquam videtur Tabernaculis frondeis. *Hieronymus* verò: *frequentate ſolemnitatem in frondoſis*, quæ Hebraïcis minimè conveniunt. Hæc non notaſſemus, niſi eſſent Interpretes, qui haſce παρερμηνείας defendere ſuſtinent. Videntur autem *cornua* altaris ferrea vel ænea fuiſſe, & adfixa ei fuiſſe ferramentis aut æramentis quibuſdam, quæ impediebant, quo minùs facilè avelli poſſent; quamvis eorum nulla mentio apud Moſem, quòd iis eſſet notiſſima, nec altaria lapidibus, præſertim non cæſis, ſine metallicis vinculis firma nulla fieri poſſent; ſola enim calx ſatis firmum intereſſe vinculum inter lapides poterat perpetuo igne altaris calentes. Sed ut fuit craticula ferrea vel ænea, cui ligna & prunæ imponebantur, ſic quoque altaris latera laminis ferreis, vel æneis vincta inter ſe erant. Iisdem laminis poterant eſſe conjuncta Altaris cornua.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXIX.

1. F*Elices*] אשרי *aſchre.* Vide ad Pſ. I, 1. Alphabethicus eſt hîc Pſalmus, ita ut octo commata eadem Alphabethi litterâ, ab Aleph, ad Thau, inchoentur. Hunc & ceteros Pſalmos alphabethicos ideò ſcriptos puto, ut faciliùs à juventute memoriæ mandarentur, ver-

mittunt etiam iniquitatem, & in viis ejus incedunt. 4. Tu, *ô Deus*, mandata tua *nobis* dediſti, ut diligenter obſerventur. 5. Utinam firmæ ſint viæ meæ, ad inſtituta tua ſervanda! 6. Tum verò pudore non adficiar, cùm reſpiciam ad omnia præcepta tua. 7. Recto animo te laudabo, cum didicero juſtitiæ tuæ jura. 8. Inſtituta tua ſervabo, nec me deſeres uſque quaque.

ב.

9. Quomodo purgabit adoleſcens viam ſuam? Verbum tuum obſervando. 10. Toto animo meo quæſivi te, ne patiaris me à tuis præceptis aberrare. 11. In animum meum recondidi verba tua, ne in te peccarem. 12. Benedictus eſto, tu Jehova, inſtituta tua me doceto. 13. Labiis meis narravi omnia oris tui jura. 14. In via teſtificationum tuarum lætatus ſum, pluſquàm propter omnes opes, *quas ſum nactus*. 15. Præcepta tua meditabor, & tuas ſemitas conſiderabo. 16. Inſtitutis tuis delectabor, nec verborum tuorum obliviſcar.

ג.

verſûſque eorum rebus & temporibus aptarentur.

Quorum via eſt integra] תמימי דרך thmime derech, *integros viæ*, hoc eſt, integros vitæ ut Latini loquuntur. Sed quia *via* paſſim pro moribus & inſtitutis ponitur, nec debuit mutari, cùm ei metaphoræ à multis ſæculis adſueti ſint Chriſtiani; loquendi genus Hebraicum partim ſervavimus.

Incedunt in lege] Vitam ſuam ad Legem Divinam exigunt. Phraſis eſt notiſſima.

2. *Obſervant ejus teſtificationes*] נצרי עדותיו nutſre hedothau, *ſervantes ejus præceptorum*. LXX. Int. ἐξερευνῶντες, qui & alibi hoc verbum ἐκζητεῖν verterunt, ex ſignificatione, ut putabat *Henr. Hammondus*, verbi נצר apud Chaldæos, Syros & Arabas, apud quos non tantùm *ſervare*, ſeu exſequi; ſed & *contemplari* ſignificat, & צ, interdum mutatur in ט, ſed propria poteſtas τῷ נצר potior hîc eſt. *Teſtificationes* hîc ſunt Dei præcepta, ut alibi ſæpe.

Quærunt] ידרשוהו jidreſchouhou; hoc eſt, colunt, orant, ut paſſim. Vide verſ. 10.

4. *O Deus*] Latinè loquenti ſupplendum hoc fuit, ut multis aliis locis, ubi Hebræi ἀπὸ κοινοῦ ex re ipſa intelligi volunt.

5. *Firmæ ſint*] יכנו jicchonou. Vide Proverb. IV, 26. Cùm viæ parantur, firmantur etiam, quoad ejus fieri poteſt; hinc tralaticio ſenſu vox hîc & alibi ſignificat exigi ad voluntatem divinam, quaſi ad vitæ noſtræ normam. Hîc LXX. κατευθυνθείησαν & Hieronymus: *dirigantur*.

6. *Reſpiciam ad omnia tua præcepta*] בהביטי אל כל מצותיך *bebabbiti el chol mitsvothecha*. Subaudiendum hîc עיני *oculos meos*; ut ſit ſenſus, dum faciam ut oculi mei reſpiciant tua omnia præcepta; hoc eſt, rationem eorum habebo. Sic ſumitur hoc verbum Pſ. LXXIV, 20. Eſaiæ XXII, 11. & alibi. Vide infra verſ. 15.

7. *Recto animo*] בישר לבב bjoſcher lebab, *in rectitudine cordis*,

Jura] Aut *judicia* משפטים *miſchphatim*, quæ vox paſſim *jura* ſignificat, ſeu leges divinas, in quibus ſitum erat Jus Hebræorum. Vide verſ. 13.

8. *Nec me deſeres uſquequaque*] אל תעזבני עד מאד *al thahazbeni had meod*, ne me relinquas uſque ad valde. De particulis vide *Noldium*.

9. *Purgabit viam ſuam*] Vitiis & delictis immaculatam vitam ſervabit.

Obſervando] ר *liſchmor*, pro בשמור *biſchmor*, particulæ enim ל & ב interdum miſcentur. Vide *Noldium*, qui docebit τὸ ל ſæpe formare gerundium in DO, hoc eſt, pro ב ſumi.

10. *Quæſivi te*] Vide verſ. 2.

Ne patiaris me — oberrare] אל תשגני *al taſchgeni*. Hîc Hiphil non actionem, ſed permiſſionem ſignificat, ut in omnibus locis, in quibus Deo mali quidpiam tribueretur, niſi ſic intelligeretur; neque enim pii Hebræi Deum auctorem & ultorem delictorum noſtrorum umquam putarunt, cujus & ſanctitatem & juſtitiam ubique ſummopere extollunt. Non debuerunt ergo vertere LXX. Intt. μὴ ἀπώσῃ με ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου, nec *Hieronymus: ne me fac errare*. Alioqui incideremus in ſententiam Manichaiſmo deteriorem, nam vitia, & eorum effectus, *Bono Principio* tribueremus, quod ſoli *Malo Principio* tribuebant. Vide Dionyſ. Petavii Dogm. Theolog. De Deo Deique proprietatibus Lib. VI. c. 5.

11. *In animum meum recondidi*] בלבי צפנתי *blibbi tſaphanthi*; hoc eſt, memoriæ ita mandavi, ut in animo veluti repoſuerim; metaphorâ deſumtâ ab iis, quæ in penum recouduntur, ut uſui ſint, cùm opus eſt. Vide Prov. II, 1.

13. *Jura*] *Judicia*. Vide verſ. 7. Leges Dei aut Prophetarum ejus ore prolatas.

14. *In via teſtificationum tuarum*] In vivendi inſtituto ad præcepta tua exacto.

Pluſquàm propter] כעל *chehal*, quod ita intellexi, quaſi כ abundaret, & על ſignificaret *ſuprà quàm propter*; quòd ſenſus ita poſtulare videretur. Ac ſanè Pſaltes pluris multò faciebat vitam, ex lege divina actam, quàm omnes divitias. Poſſit tamen eſſe ſenſus, ſed frigidior longè: ut lætarer, repertis omnigenis divitiis. In Proverbiis Salomonis Sapientia longè, longéque omnibus divitiis præfertur. Vide verſ. 72. & Prov. C. VIII, 10, 11.

15. *Meditabor*] אשיחה *aſchibbab*. Quod poſſet & *dicam*, verti. CV, 2.

Conſiderabo] אביטה *abbitab*, quod poſſit & *rationem habebo* verti. Vide verſ. 6.

16. *Delectabor*] אשתעשע *eſchthabaſchab*. Vide inf. 47. Ex vi Conjugationis *Hithpahel*, vertas licet: *dabo operam ut delecter*.

18. *Retegi oculos meos*] גל עיני *gal henai*, hoc eſt, amove inſcitiam & adfectus, quibus fit, ut ne rationes legum tuarum adſequar. Vide Num. XXII, 31. XXIV, 4, 26.

18. *E lege tua mirabilia*] נפלאות מתורתך *niphlaoth*

ג.

17. Præmio adficito ſervum tuum, vivam, & obſervabo præcepta tua. 18. Retege oculos meos, atque è lege tua mirabilia videbo. 19. Peregrinus ego ſum in hac terra, ne precepta tua me celaveris. 20. Laborat ſtudioſè omni tempore anima mea deſiderio *cognoſcendi* jura tua. 21. Increpaſti ſuperbos, maledictos, qui à præceptis tuis aberrant. 22. Amove à me ignominiam & contemtum, quia teſtificationes tuas ſervavi. 23. Etiam in conſeſſu principes loquuti ſunt contra me, *quòd* ſervus tuus inſtituta tua meditaretur, 24. *&* teſtificationes tuæ deliciæ meæ *eſſent*, *&* *veluti* conſiliarii mei.

ד.

25. Adhæſit pulveri anima mea; fac ut vivam, ſecundùm verbum tuum. 26. Vias meas narravi & exaudiſti me, inſtituta tua me doceto. 27. Viam mandatorum tuorum fac ut intelligam, & mirabilia tua meditabor. 28. Stillavit animus meus, præ triſtitia; confirma me, ſecundùm verbum tuum. 29. Viam mendacii amove à me, & legem tuam mihi largire. 30. Viam veritatis elegi, *&* jura tua *mihi* propoſui. 31. Adhæſi

laoth mittboratbecha; hoc eſt, quæ ſunt maximè occulta in Lege tua, & quæ mirantur ita habere, qui ſunt conſiliorum tuorum ignari. Tales erant cærimoniæ multæ, quarum, tempore Pſaltæ, ignotæ erant rationes, ita ut nemo aut perpauci ſcirent, cur eſſent inſtitutæ; & plerique jugum pro arbitrio Judæis impoſitum videretur, quo meliores non fiebant. Poſtea ex Evangelio intelligere licuit omnia illa eſſe *στοιχεῖα κόσμου*, ſeu *elementa* quædam Religionis, quæ erant adumbratio tantùm rerum meliorum poſtea futurarum, & ingenio rudi Pop. Hebræi, aut pravæ ejus indoli adtemperata erant. Verùm antea tot ritus, tótque cibi illiciti, non naturâ ſuâ, ſed ex mero Legiſlatoris interdicto, quorum rationes obſcuræ erant, etiam religioſis viris miri videbantur.

19. *Peregrinus ego ſum* &c.] Peregrinum ſe ait in patria Pſaltes, quòd ejus inſtitutorum ſibi ſatis peritus non videretur; cùm eorum rationes ignoraret, non ſecus ac ſi peregrinus eſſet, nec notus & educatus in eo ſolo, in quo obſervabantur. Itaque Deum orat, ne ſibi eas rationes occultas eſſe diutiùs pateretur.

20. *Laborat*] גרסה *garesa*. Exſtat hoc verbum adhuc Thren. III, 16. ubi *frangere*, *comminuere* ſignificat; qui ſignificatus cùm huic loco non conveniat, confugimus ad Chaldaïcam Linguam, in qua *diſcere*, *ſtudere*, *occupari* ſignificat, unde commodo huic loco naſcitur ſententia. At LXX. Intt. *ἐπεπόθησεν* —— *τοῦ ἐπιθυμῆσαι* & *Hieronymus*: *deſideravit deſiderare*. Ex conjectura eáque coacta. Sic tamen etiam *Aquila*, *Theodotion* ac Edd. V & VI. nam *ἐπεποίθησεν*, quod ex iis profertur mendum eſt, pro *ἐπεπόθησεν*, *Symmachus*: *τηκεία ἦν*, quod non melius.

Deſiderio cognoſcendi jura tua] לתאוה אל משפטיך lethaava al miſchphatecha, *cupiditate ad judicia tua*. Scio eſſe accentum Athnach, quo membra diſtingui ſolent, ſub לתאוה; ſed perperam additus eſt, cùm ſit poſterioris membri neceſſaria conſtructio cum priore. Vide verſ. 40.

21. *Increpaſti ſuperbos*] In Lege, nempe, tua; in qua ſæpe caſtigat Deus homines ſuperbos & ſpretores ejus præceptorum. Vide Deut. Cap. XXVIII & XXIX.

23. *Etiam in conſeſſu*] *Etiam ſederunt Principes, in me loquuti ſunt.*

Quod ſervus tuus inſtituta tua meditaretur] עבדך ישיח בחקיך *habdecha jaſchiabh behhukkecha.* LXX. Intt. *ὁ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου.* Incommodè: nam *ἀδολεσχέω* eſt *garrio*, ſed videntur voce Græcâ voluiſſe *colloqui* dicere, contra uſum meliùs loquentium. Hinc *Aquila*: *ὁμιλήσει* & *Symmachus*: *διηγήσεται*. *Hieronymus* rectiùs: *meditabatur*.

24. *Conſiliarii mei*] *Viri conſilii mei.* Mira metaphora, quam ut vitarent LXX. Intt. verterunt *συμβουλίαι μου*. At *Symmachus*: *ὡς ἄνδρες ὁμογνώμονές μου*: Hieronymus: *quaſi viri amiciſſimi mei.*

25. *Adhæſit pulveri anima mea*] Hoc eſt, in pulvere, præ moerore ſedi, nec ſurgere volui. Vide ſimile loquendi genus Pſ. XLIV, 26.

Fac ut vivam] Si hoc referas ad liberationem à calamitate, ſenſus erit, fac ut feliciter vivam; ſin verò ad mores, petet à Deo Pſaltes, ut auxilium ſibi ſuppeditet, quo mores ſuus ad verbi divini normam componat.

Secundùm verbum tuum] Si de liberatione à calamitoſa ſorte agit hîc Pſaltes, *ſecundùm verbum tuum* erit, ex promiſſo tuo; ſive ipſi privatim edito, ſive in Scriptura piis omnibus propoſito.

26. *Vias meas narravi*] Apud te faſſus ſum quidquid peccavi, veniam tuam ſupplex petii & impetravi.

27. *Mirabilia tua meditabor*] אשיחה בנפלאותיך *aſchihha bnipblothecha.* Vide ad verſ. 15 & 28. Pluralia hîc repetuntur, ut haberent homines pii, quæ ſibimet ipſi, aut aliis, pro rebus, & temporibus dicerent, atque inculcarent.

Stillavit animus meus] דלפה נפשי *dalephah naphſchi*, ſtillavit anima mea; hoc eſt, lacrimatus ſum. Sic. Job. XVI, 20. *Ad Deum ſtillat* (דלפה) *oculus meus.*

Secundùm verbum tuum] כדברך *chidbarecha*, ut verſ. 25.

30. *Viam*

hæſi teſtificationibus tuis; Jehova, ne me pudore adficias. 32. Viam præceptorum tuorum decurram, cùm animum meum laxaveris.

ה.

33. Doce me, ô Jehova, viam inſtitutorum tuorum; eámque tenebo, *ad* finem *uſque.* 34. Fac ut *eam* intelligam, & cuſtodiam legem tuam, totóque corde ſervabo. 35. Fac, ut ſemitam præceptorum tuorum calcem, nam eâ delectatus ſum. 36. Inclina cor meum ad teſtificationes tuas, non verò ad lucrum. 37. Fac, ut oculi mei deſinant videre mendacium, & in viis tutis fac ut vivam. 38. Confirma ſervo tuo verbum tuum, quod ad timorem tui ſpectat. 39. Fac, ut prætereat opprobrium meum, quod timui; quia jura tua bona ſunt. 40. En, concupivi mandata tua, juſtitiâ tuâ fac ut vivam.

ו.

41. Veniántque ad me beneficia tua, ô Jehova, & ſalus tua ſecundùm verbum tuum. 42. Reſpondebo exprobranti mihi rem, me verbo tuo confidiſſe. 43. Ne verbum

29. *Viam mendacii*] דרך שקר *derech ſcheker*; hoc eſt, viram doloſam, in qua mendacils ſe viciſſim fallunt aut fallere conantur homines.

30. *Viam veritatis*] דרך אמונה *derech emounab*; hoc eſt, vitam in qua, bonâ fide, ut inter bonos agi oportet, omnia aguntur.

Mihi propoſui] שויתי *ſchivvithi*, poſui; nempe, לנגדי *lnegdi*, coram me, ut mihi ſint inſtar normæ. Vide Pſ. XVI, 8.

31. *Ne me pudore adficias*] תבישני *thebiſcheni*, hoc eſt, ne patiaris ea mihi contingere, quibus à te deſertus videar, & quorum causâ pudorem mihi incutiant mali homines, quaſi fruſtra in te fiduciam meam collocaſſem.

32. *Cùm animum meum laxaveris*] כי תרחיב לבי *chi tharhhib libbi*. Contrahi dicitur animus triſtitiâ, & dilatari, vel laxari gaudio. Vide Eſaiæ LX, 5. Non ſunt autem hæc ita intelligenda, quaſi Pſaltes in adverſis deſiiſſet ſtadium virtutis decurrere; hoc tantùm vult, ſe alacriùs in via tibi propoſitâ perrecturum, quod ſignificatur voce ארוץ *arouts*, decurram.

33. *Ad finem uſque*] עקב *hekeb*, pro לעקב *lehekeb*, ut infra verſ. 112. LXX. Intt. διαπαντὸς, nempe, αἰῶνος. Incommodè *Hieronymus*: *per veſtigium.* Quia עקב eſt ultima pars corporis humani, ideò ſignificat etiam finem cujuſque rei. Sic & Latini *à capite ad calcem*, dicunt, pro eo quod eſt ab initio ad finem. Pro eo quod vertimus *doce* הורני *boreni*, & LXX. Intt. συμβίβασόν με, *Aquila* & *Theodotion* verterant: φώτισόν με, perinde ac ſi legiſſent האירני *haireni*, ab אור *lucere.* Sed rectior eſt lectio noſtra, nam ירה in Hiphil frequentiſſimè *docere* ſonat. Meliùs ergo *Symmachus*: ὑπόδειξον.

34. *Toto corde ſervabo*] Hæc quidem non fucatam legis obſervationem complectuntur, ſed proprius ſenſus eſt, eam ſolam ſervabo; neque animus meus partim ei adhærebit, partim aliis. Multi Hebræi ſolebant ἐπαμφοτερίζειν, & partim ex inſtitutis Moſaicis, partim ex alienis vivere, quod ſub finem vitæ fecit Salomo. Vid not. ad Deut IV, 29. VI, 5.

36. *Non verò ad lucrum.*] Non quò Deus inclinet, aut inclinare poſſit homines ad lucri cupiditatem, quod ſanctitati ejus prorſus adverſatur; ſed quia verbum unum ad duas res ſignandas adhibitum, uni tantùm propriè convenit; nempe, inclinationi animi ad obſervationem legis. Itaque hæc verba perinde intelligenda ſunt, ac ſi dixiſſet Pſaltes: והסר מבצע *vehaſer mibbetſah*, & averte à lucri ſtudio. Vide ſimile loquendi genus 1. Tim. IV, 3. & ad eum locum Intt.

37. *Fac ut oculi mei* &c.] העבר עיני מראות שוא *hahber henai mereoth ſchav*, *fac tranſire oculos meos, ne videant mendacium.* Hic ראות *reoth* *videre*, plus ſignificat, quàm primâ fronte videtur; nam videre fraudem fieri non eſt delictum, ſi eam improbes, nec impedire queas; ſed flagitium eſt, ſi ita *videas*, ut libenter videas & probes, nec velis rem impedire, etiamſi potes. שוא autem hîc non eſt ματαιότης, ut habent. LXX. Intt. & *vanitas* ut *Hieronymus*, ſed שקר *ſcheker*, mendacium. Scio *vanitatem* apud bene Latinè loquentes perinde eſſe ac mentiendi libidinem, & *vanum* mendacem; at non eo modo Eccleſiaſtici Scriprores loqui ſolent, qui *vanum*, inanem, & *vanitatem* inanitatem, vocant. Vide Eccleſ. I, 1. & not. ad Exod. XX, 7.

38. *Confirma*] הקם *hakem*; id eſt, præſta, re ipſâ, quod dixiſti.

Quod ad timorem tui ſpectat] אשר ליראתך *aſcher lirathecha*, quod ad timorem tui, nempe, facit, aut conducit; ex præſtatione enim promiſſorum Dei, bonis etiam reverentia ejus augetur. Poſſis ſupplere יכבן *quod proderit ad timorem tui* hominibus injiciendum.

39. *Quia jura tua bona ſunt*] Non timuerat Pſaltes opprobrium, eò quòd jura Dei ſint bona; ſed quia leges Dei, quas Pſaltes obſervarat, ſunt bonæ, ideò Deum orat, ne earum obſervatio ſibi ſit probroſa, eò quòd à malis videbatur. Unde intelligere licet fuiſſe tum Judæos Semiethnicos, qui meliores impunè ridebant.

40. *Concupivi mandata tua*] תאבתי לפקודיך *thaabthi lphikkoudecha*, cupii ea obſervari cùm à me, tum ab aliis, ac proinde eorum ſervans fui.

Juſtitiâ tuâ ut vivam] *In Juſtitia tua fac me vivere*, hoc eſt, æquum non eſſet, te ſinere

bum veritatis uſquequaque ex ore meo auferto, quia judicia tua exſpectavi. 44. Servabo legem tuam ſemper & in perpetuum. 45. Laxiùs incedam, quia mandata tua quæſivi. 46. Loquar de teſtificationibus tuis, coram Regibus, neque me pudebit. 47. Delectabor præceptis tuis, quæ amo. 48. Tollam palmas meas ad præcepta tua, quæ amo, & inſtituta tua meditabor.

ז

49. Memento verbi ad ſervum tuum, eò quòd voluiſti exſpectare me. 50. Hoc ſolatium meum in adflictione mea, quòd verbum tuum vitam meam ſervavit. 51. Superbi uſquequaque me irriſerunt, ſed à Lege tua non declinavi. 52. Recordatus ſum, ô Jehova, judiciorum tuorum ab *omni* ævo, & ſolatium ſenſi. 53. Me rapuit turbo ab improbis, qui legem tuam deſeruerunt. 54. Inſtituta tua carminibus meis celebrata ſunt, domi peregrinationum mearum. 55. Recordatus ſum noctu nominis tui, Jehova, & legem tuam ſervavi. 56. Hoc contigit mihi, quia præceptorum tuorum obſervans fui.

ח

57. Partem meam dixi, ô Jehova, *eſſe* ut obſervarem verba tua. 58. Precatus ſum faciem tuam, toto corde; miſerere mei, ſecundùm id, quod dixiſti. 59. Ad animum revocavi vias meas, & converti pedes meos ad teſtificationes tuas: 60. Maturavi, nec diſtuli præceptorum tuorum obſervationem. 61. Funes improborum circumdederunt me,

nere me prematurâ morte interire; quandoquidem longævitatem legum tuarum obſervantibus promiſiſti.

42. *Rem exprobranti mihi*] חרפי דבר *hhorphi dabar*. Poteſt דבר connecti cum ואענה *reſpondebo rem*, ut Proverb. XXVII, 11. aut cum חרפי quod ſit pro חרף לי hhoreph li, *exprobrans mihi rem.*

43 *Ne verbum veritatis* &c.] Ne patere me mendacii inſimulari, eò quòd dixerim fore, ut pœnas ſumeres de malis. Hæc enim paſſim *judicia* Dei dicuntur. Contigiſſet autem Pſalten mendacem videri, ſi nulla, ne ſera quidem, de improbis ſupplicia Deus expetiviſſet. Alioqui plerumque, in hoc Pſalmo, שפטים *ſchphatim* dicuntur Dei jura, ſeu leges. Sed res ipſa & verbum יחלתי *jabbolshi*, exſpectavi, oſtendunt de re futura agi.

45. *Laxiùs incedam*] ואתהלכה ברחבה ethhallechah barchhaba, *ambulabo in latitudine*; hoc eſt, nullis adverſarum rerum anguſtiis premar. מצר & מרחב aut רחבה ſæpiùs opponuntur. Vide Pſ. XVIII, 20. XXXI, 9. CXVIII, 5.

46. *De teſtificationibus tuis*] בעדותיך *behedothecha*, in teſtimoniis tuis. Hîc ב eſt pro *de* ut alibi ſæpe. Vide Pſ. LXXXVIII, 3. Plura ſuppeditabit *Chriſt. Noldius* ſignif. XII. quamvis multa etiam perperam exempla proferat.

48. *Tollam palmas*] אשא כפי *eſſeba chapphai.* Signum hoc fuit admirationis, ut, conſpectâ, vel auditâ re, quam maximè mirabantur, manus attollerent. Sic & apud Romanos, ut liquet ex *Cicerone* ad Famil. Lib. VIII. Ep. 5. ubi memorata Epiſtola *Cæſaris*, quâ *Ciceroni* ſponte offerebat, quod mox *Cicero* ab eo petiturus erat: *Suſtulimus*, inquit, *manus & ego & Balbus, tanta fuit opportunitas, ut illud neſcio quod non fortuitum, ſed divinum videretur.*

Inſtituta tua &c.] Vide ad verſ. 15.

49. *Verbi ad ſervum tuum*] Promiſſionis mihi datæ.

Eò quod voluiſti exſpectare me] יחלתני *jibbalshani.* Alioqui ſolet hoc verbum eſſe intranſitivum. LXX. Int. ὧν ἐπ' ἤλπισάς με. Eſt על אשר quod non ſignificat *de quo*, ſed *quia*, nam de quo dicere potiùs ſolent Hebræi אשר עליו *aſcher balau* quàm על אשר. Vide *Joan. Buxtorfii* Theſ. Grammat. Lib. III. c. 8. p. 410. Itaque maluimus vertere *quia*, quæ eſt frequens ſignificatio earum particularum. Vide *Noldium* ad ſignif. primam. Senſus ergo eſt, quandoquidem promiſiſti mihi favorem, ſi Legi parerem, voluiſtſque eum à me exſpectari, nunc memor eſto promiſſionis tuæ.

50. *Vitam meam ſervavit*] *Fecit me vivere*; hoc eſt, dum promiſſis ejus credo, recreatus ſum.

53. *Me rapuit turbo ab improbis*] *Turbo* dicitur זלעפה *zalbaphah*, quæ vox exſtat præterea Pſ. V, 10. XI, 6. Procelloſus eſt ventus, LXX. Int. verterunt ἀθυμίαν, Hieronymus: *horrorem.* Sed Veteres Interpretes ex conjectura verterunt Hebraïca verba.

54. *Carminibus meis celebrata ſunt*] זמירות היו לי *zmiroth hajou li*, carmina fuerunt mihi.

57. *Partem meam*] חלקי *hhelki*; hoc eſt, officium mihi impoſitum Vide Pſ. XVI, 5. Eccleſ. II, 10. Sic & Latini *partes* vocant officia hominibus impoſita. *Horatius* de Arte Poëtica verſ. 315.

Quod ſit conſcripti, quod Judicis officium, quæ
Partes in bellum miſſi ducis.

Et apud alios paſſim.

58. *Faciem tuam*] Hoc eſt, te.

59. *Ad animum revocavi*] Vel *reputavi*, חשבתי hiſſchabthi, *cogitavi.* Vide Prov. XVI, 9.

60. *Obſervationem*] *Obſervare.*

61. *Funes improborum circumdederunt me*] חבלי רשעים עודני *hheble reſchabim hivvedouni.* עדא *bada* & עדי *hedi* ſunt *præda*, apud Chaldeos

me, nec legis tuæ oblitus ſum. 62. Mediâ nocte ſurgam, ut te celebrem propter juſtitiæ tuæ judicia. 63. Socius fui omnium, qui timent te, & præceptorum tuorum obſervantes ſunt. 64. Benignitate tuâ, ô Jehova, plena eſt terra, edoce me inſtituta tua.

ט.

65. Benefeciſti ſervo tuo, ô Jehova, prout dixeras. 66. Bonitatem morum & ſcientiam doce me, quia præceptis tuis fidem habui. 67. Priùs quàm adfligerer errabam, nunc verò verbum tuum obſervo. 68. Bonus tu & beneficus *es*, inſtituta tua me doceto. 69. Conſuerunt contra me mendacium ſuperbi, ego *verò* toto corde mandata tua obſervabo. 70. Pingue, adipis inſtar, factum eſt eorum cor, ego *verò* lege tuâ delectatus ſum. 71. Bene mihi *ceſſit*, quòd adflictus ſim, ut inſtituta tua diſcerem. 72. Melior mihi eſt lex oris tui, quàm milleni aurei & argentei *nummi*.

י.

73. Manus tuæ fecerunt & firmarunt me, fac ut intelligam & diſcam præcepta tua. 74. Timentes tui me videbunt & lætabuntur, quia quod dixeras exſpectavi. 75. Novi, Jehova, judicia tua juſta eſſe & vera, *poſtquàm* adflixiſti me. 76. Sit nunc benignitas tua ſolatio mihi, prout dixiſti ſervo tuo. 77. Obveniant mihi miſerationes tuæ, & vivam, quia lex tua deliciæ meæ fuit. 78. Pudore ſuffundantur ſuperbi, quia per mendacium everterunt me, *dum* meditarer ego tua præcepta. 79. Redeant ad me tui timentes, & qui teſtificationes tuas norunt. 80. Sit cor meum integrum in inſtitutis tuis, ut ne pudore adficiar.

כ.

dæos, unde nonnulli verterant *prædati ſunt me*; ſed quia hoc non ita conſentit cum חבלים *hhabalim* funibus, ſequuti ſumus LXX. Int. qui habent περιεπλάκησαν, & *Hieronymum*, qui vertit: *implicaverunt me*.

66. *Bonitatem morum*] טוב טעם *toub tham*. Vox טעם propriè *guſtum*, tralaticiè interdum *prudentiam*, ut 1. Sam. XXV, 33. interdum *mores* aut *judicium* ſignificat, ut hîc & Prov. XI, 22. LXX. Int. hîc χρηστότητα καὶ παιδείαν. Hieronymus: *bonum ſermonem*.

69. *Conſuerunt contra me mendacium.*] טפלו עלי שקר *taphelou balai ſcheker*. Vide ad Job. XIII, 4. XIV, 17. ubi hoc verbum, præter hunc locum, exſtat. LXX. Intt. qui videntur prorſus ignoraſſe, quid ſibi vellet hoc verbum, habent hic: ἐπληθύνθη ἐπ' ἐμὲ ἀδικία. Hieronymus: *adplicabunt mihi mendacium*.

70. *Pingue, adipis inſtar, factum eſt cor* &c.] טפש כחלב לבם *taphaſch chabbeleb libbam*. Sic vertimus טפש ex uſu Chaldæorum Int. & ſat notum eſt improbis *pingue* cor tribui, ex Eſaiæ VI, 10. quod animum hebetem & pertinacem ſignificat. Vide & Matth. XIII, 15. ubi locus laudatur, & ad eum Interpretes. LXX. Int. ἐτυρώθη ὡς γάλα ἡ καρδία αὐτῶν, *coagulatum eſt inſtar lactis* &c. legerunt חָלָב, pro חֵלֶב. Hieronymus: *incraſſatum eſt, velut adeps, cor eorum*.

71. *Bene mihi ceſſit*] טוב לי tob li, *bonum mihi*: utile, nempe, fuit. Similia habemus verſ. 67. nec quidquam notius eſt, quàm παθήματα eſſe μαθήματα, ut habet. Græcum Proverbium.

72. *Milleni aurei, aut argentei* &c.] Numerus certus pro incerto, quo ſignificantur maximæ & invidendæ divitiæ. Habet Chaldæus ככרין chicchorin, *talenta*, quia nimis parva videbatur ſumma. Sed אלפים *alaphim*, hîc non mille tantùm, aut decem centurias, verùm quemvis maximum numerum ſignificat.

75. *Juſta eſſe & vera*] *Juſtitiam & veritatem*; hoc eſt, te de nemine pœnas ſumere, niſi poſtulante juſtitiâ; nec te, in tuis judiciis, mendacio falli poſſe.

Poſtquàm] Hoc ſupplevi ex re ipſa, atque ex iis, quæ habentur verſ. 67 & 71. *Juſtitia & Veritas* conjunguntur Pſ. LXXXV, 12. nec accentu debuerunt ſeparari. Ergo ſubaudiendum hîc אחרי כן aut אחרי אשר *poſtquàm*.

78. *Per mendacium everterunt me*] שקר עותוני *ſcheker hivvethouni*, Verbum עות *hivveth* propriè eſt *curvavit*, ut liquet ex Eccleſ. I, 15. VII, 13. Sed hîc videtur eſſe *evertere*, *perdere*, ubi ſermo eſt de injuria à ſuperbis hominibus Pſaltæ illata, & quidem ope *mendacii*, nam שקר hîc eſt pro בשקר *bſcheker*. LXX. Intt. ἀδίκως ἠνόμησαν εἰς ἐμέ. *Hieronymus*: *iniquè contriverunt me*.

80. *Ut ne pudore adficiar*] Si Deus de me pœnas poſtea ſumat, tum enim me puderet non obſervatæ tuæ legis.

81. *Dum liberationem* &c.] *Liberationi tuæ*.

Verbum tuum] Promiſſionem, ut paſſim in hoc Pſalmo. Qui cum adverſis paullò diutiùs confligtabantur, homines alioqui religioſi, vix liberationis ſibi à Deo promiſſæ moram ferebant. Hebræi carent voce propriâ, quæ *promiſſionem* ſignificat.

82. *Defecerunt, dum quod dixiſti operior*, &c.] כלו עיני לאמרתך chalou henai leïmrathecha, *defecerunt oculi mei verbo tuo*; ut verſu antecedente. Deſumtum hoc eſt ex iis, qui auxilium exſpectant alicunde, defatigantúrque tandem, dum nimis ſæpe eò, unde adventurum putant, oculos convertunt, & intentiùs proſpiciunt.

Et dico] *Dicendo*.

83. *Quamvis eſſem tamquam utris in fumo*] כי הייתי כנאד בקיטור *chi hajithi chnod bekitor*.

כי

כ.

81. Defecit, *dum* liberationem tuam exſpectat, anima mea; verbum tuum præſtola-
tus ſum. 82. Defecerunt, *dum* quod dixiſti *operior*, oculi me, & dico: quando me
ſolaberis. 83. Quamvis eſſem inſtar utris in fumo, inſtitutorum tuorum oblitus non
ſum. 84. Quot dies ſunt ſervi tui? quando judicium in inſectatores meos exercebis?
85. Foderunt mihi ſuperbi foveas, quod non eſt ſecundùm legem tuam. 86. Omnia
præcepta tua vera ſunt; *at cùm per* mendacium me inſectati ſint, adjuva me. 87. Pro-
pemodum in hac terra abſumſerunt me, nec tamen ego mandata tua deſerui. 88. Fac,
pro tua benignitate, ut vivam, & teſtificationem oris tui obſervabo.

ל.

89. In æternum, ô Jehova, ſtat verbum tuum in cœlo. 90. Veritas tua *erit* in æ-
tates *omnes* futuras; fundaſti terram & ſtabit. 91. Ad judicia tua *audienda* ſtant *homi-
nes* hodie, quia ſunt omnes ſervi tui. 92. Niſi lex tua deliciæ meæ *fuiſſet*, tum verò
in mea adflictione periiſſem. 93. Numquam obliviſcar mandatorum tuorum, quia per
ea vitam mihi ſervaſti. 94. Tuus ſum, ſerva me, quia in mandata tua inquiſivi.
95. Exſpectarunt me improbi, ut me perderent, ſed teſtificationes tuas adtendo.
96. Omni rei, quæ facta eſt, vidi finem eſſe; ſed præceptum tuum latiſſimè patet.

מ.

97. Quàm amo legem tuam! ea quotidie meditatio mea eſt. 98. Feciſti, præceptis
tuis, ut magis ſaperem, quàm inimici mei, quia in perpetuum hæc eſt mihi *norma
vitæ*. 99. Doctior factus ſum omnibus doctoribus meis, quia teſtificationes tuæ medi-
tatio

כי hîc commodiſſimè vertas *quamvis*, ut Exod. XIII, 17. ubi vide notata, & *Chr. Noldium* ad ſignif. XV. particulæ. Utris ſuſpenſus ut fumum excipiat nimis exſiccatur, contrahitur, & diſſuitur, ut nulli poſtea uſui eſſe poſſit. Hinc videtur παροιμιωδῶς dictum de homine, in ſtatu quodam incommodo contabeſcente, eum eſſe *inſtar utris in fumo*. LXX. ἀσκὸς ἐν πάχνῃ, & *Hieronymus: utris in pruina*. Neſcio quare.

84. *Quot dies* &c.] Quàm brevis eſt vita mea?

85. *Foderunt mihi foveas*] Inſidias ſtruxerunt, ut foveæ feris capiendis fodiuntur. Vide Pſ. VII, 16. LVII, 7. &c.

86. *Vera ſunt*] *Veritas*, verè juſta & bona; quod tamen potiore jure dixeris de iis, quæ ſunt æterni & naturalis juris, quàm de ritualibus, uni que genti peculiaribus, nec in perpetuum ei datis.

At cùm per mendacium] &c.] שקר רדפוני *ſcheker rdaphouni*. Cùm ſit hîc ἀντίθεσις, inter prius & poſterius membrum, neceſſe fuit eam Latinè exprimi nonnullis particulis, quæ tamen ſententiæ nihil prorſus addunt.

88. *Teſtificationem oris tui*] עדות פיך *hedouth phicha*, teſtimonium oris tui. Legem Dei ore Moſi traditam.

89. *Stat in cœlo*] נצב בשמים *nittſab baſſchamajim*. LXX. Int. διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ. Hieronymus; *permanet in cœlo*. Immutabile apud Deum eſt, quæcumque mutationes fiant in terris, apud homines.

90. *Veritas tua*] אמונתך *emounathecha*, quod poſſit etiam *veraſitas* verti.

In ætates omnes futuras] לדור ודור *ldor vador*, in ætatem & ætatem.

91. *Ad judicia tua audienda*] Juta, nempe, à Deo accepturi homines.

Sunt omnes ſervi tui] Omnium es dominus, etiam eorum, qui te non norunt; inter quos innocentes tueris, de nocentibus pœnas exigis; pro modulo boni & mali, à Deo.

96. *Omni rei, quæ facta eſt*] לכל תכלה *lchol thichla*, *omni perfectioni*: LXX. Int. πάσης συντελείας. *Aquila*: τῇ πάσῃ συντελείᾳ. *Symmachus*: πάσης κατασκευῆς. Hieronymus: *omnis conſummationis*. Hoc eſt, omnium rerum, quæ factæ ſunt, finem videmus; quod intelligendum de rebus humanis; quidquid enim faciunt homines finibus coërcent, ut & ipſi homines. Leges omnes humanæ nullam vim habent, niſi intra territorium, cui latæ ſunt.

Præceptum tuum latiſſimè patet] רחבה מצותך מאד rechaba mitsvathcha meod, *latum præceptum tuum valde*; hoc eſt, legibus tuis tenentur multò plures, quàm legibus humanis. Cùm רחב, *latus fuit*, pertineat non ad tempus, ſed ad ditionis amplitudinem, hinc intelligere eſt קץ *kets*, in ſuperioribus verbis, non finem temporis ſignificare, ſed *terminum* juriſdictionis, quamvis prior vocis poteſtas ſit multò frequentior. Intelliguntur autem Leges Naturæ, quibus omnes homines tenentur, cùm Legibus Civilibus non pareant, niſi qui earum poteſtatum, à quibus latæ ſunt, territorio continentur. Vide & verſ. 91.

98. *Præceptis tuis*] מצותך *mitsvothecha* pro במצותיך bmitsvothecha, præceptis tuis.

Norma vitæ] Hæc addidimus, quæ reverà antecedens loquendi genus complectitur.

tatio mea *fuerunt*. 100. Senibus prudentiùs me geſſi, quia mandata tua obſervavi. 101. Ab omni mala via pedes meos cohibui, ut verbum tuum ſervarem. 102. A jure tuo non receſſi, quia tu id docuiſti me. 103. Quàm dulcia ſunt palato meo verba tua? Ori meo melle *ſunt dulciora*. 104. Mandatis tuis prudens factus ſum, propterea odio habui omnem viam fallacem.

נ.

105. Lucerna pedi meo eſt verbum tuum, & lux ſemitæ meæ. 106. Juravi & præſtabo, jura juſtitiæ tuæ me obſervaturum. 107. Graviter adflictus fui, fac ut vivam, ô Jehova, prout dixiſti. 108. Spontaneæ oris mei victimæ placeant tibi, ô Jehova, & jura tua doce me. 109. Anima mea perpetuò eſt in manu mea, nec tamen legis tuæ oblitus ſum. 110. Laqueum mihi objecerunt improbi, nec *tamen* à mandatis tuis aberravi. 111. Teſtificationes tuæ fuerunt hereditas mea in perpetuum, quia ſunt illæ animi mei lætitia. 112. Ad inſtituta tua ſervanda in perpetuum, animum meum adpuli.

ס.

113. Cogitationes *humanas* odio habeo, tuam verò legem amo. 114. Tu es latebra mea, & ſcutum meum, id quod dixiſti exſpecto. 115. Abſcedite à me, homines maligni, & præcepta Dei mei ſervabo. 116. Suſtenta me, prout dixiſti, & vivam, nec patia-

100. *Prudentiùs me geſſi*] אתבונן *ethbonan*, quod ſic expreſſi, ne vis activa Conjugationis reciprocæ lateret.

102. *A jure*] *A juribus*, & poſtea *ea*.

103. *Quam dulcia ſunt*] מה נמלצו *mah nimletſou*, LXX. Intt. ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου, Hieronymus: *quàm dulce gutturi meo*. Alibi vox non exſtat; neque ulla ſunt ejus derivata, neque quidquam adfine in Linguis vicinis. At res ipſa oſtendit hanc eſſe verbi poteſtatem. Ceterùm חך *hhech*, quod ſequitur, non eſt λάρυγξ, neque φάρυγξ, ſed organum guſtûs palatum, ut putabant Veteres; jam enim conſtat eſſe Linguam, quamvis non deſint, qui palato guſtum ex parte tribuant.

Melle ſunt dulciora] Supplevimus neceſſariò aut repetiimus ἀπὸ κοινοῦ vocem נמלצו *nimletſou*. Hîc autem *palatum*, *os*, *mel*, *dulcor* ſunt intelligenda πνευματικῶς de animo, leges divinas probante.

104. *Mandatis tuis prudens factus ſum*] Hebraicè מפקודיך אתבונן *mippikoudecha ethbonan*, hoc eſt propriè, *propter mandata tua*, quæ mihi innotuerant, *me prudenter geſſi*; aut *è mandatis tuis prudentiam accepi*. Sed non ſemper Latinè æquè commodè vis ἀντιπεπονθότως exprimi poteſt.

Viam fallacem] *Viam mendacii*.

105. *Lucerna pedi meo* &c.] Lux aut fax, quæ oſtendit ubi tutò incedam, & ubi ſit via; hoc eſt, quæ me docet, quî vita inſtituenda ſit; quò ſpectat Lex divina, imò omnes bonæ Leges. Vide Prov. IV, 18.

107. *Prout dixiſti*] כדברך *chidbarecha*; antea hac voce ſignificata eſt *lex* divina; hîc verò non tam lex tota, quàm promiſſa Dei de adjuvandis piis ad ipſum confugientibus.

108. *Spontaneæ oris mei victimæ*] נדבות פי *nidabotb phi*. Notum eſt ita dici victimas neque lege impoſitas, neque votivas, ſed quæ ſponte offerebantur. Itaque aut ejuſmodi victimæ, quas vir pius offerre ſe velle dixit, quaſque proinde ra verâ offert Deo placere optat Pſaltes; aut etiam laudes, vel cantica ſponte Deo oblata.

109. *Anima mea* —— *in manu mea*] נפשי בכפי *naphſchi bchappbi*; hoc eſt, periculum vitæ meæ adii manifeſtum, nec tamen, ut me eo expedirem, Legem tuam perrupi. De hoc loquendi genere, vide dicta ad Jud. XII, 3.

110. *Laqueum mihi objecerunt* &c.] Exempli gratiâ, Davidi objectus eſt laqueus, cùm coactus eſt fugere in Philiſthæorum terram, & operam ſuam Achiſo eorum Regi offerre; niſi enim Religioni Majorum ſuorum ſummopere addictus fuiſſet, facilè deſertis Hebræis, alii cuipiam populo ſe ſe adgregaſſet.

In perpetuum] לעולם עקב *leholam hakeb*, pro ולעקב *oulehakeb*, & ad calcem; hoc eſt ad finem uſque vitæ meæ. Vide ad verſ. 33. LXX. Intt. δι' ἀντάμειψιν. *Symmachus*: δι' ἀνταπόδοσιν. Hieronymus: *propter æternam retributionem*. Non ſatis aptè.

113. *Cogitationes humanas*] סעפים *ſehaphim*. Vide not. ad Job. IV, 13. XX, 2. ubi ſcribitur per ש. Addimus *humanas*, ut oppoſitionis ratio conſtaret; quibus enim *cogitationibus* hîc opponeretur Lex Divina, niſi humanis?

114. *Id quod dixiſti*] לדברך *lidbarcha*, verbum tuum; hoc eſt, quod promiſiſti. Sic verſ. 16. & ſæpiùs in hoc Pſalmo.

117. *In inſtituta tua perpetuò defixus ero*] ואשעה בחקיך תמיד *veeſchhe bchhukkecha thamid*, & reſpiciam ad inſtituta tua perpetuò. Quod poſſit etiam verti *rationem habebo inſtitutorum tuorum perpetuò*. Vide Gen. IV, 4. Exod. V, 9. Eſai. XVII, 7. 8.

118. *Conculcaſti*] סלית *ſalitha*. LXX. Intt. ἐξουδένωσας, ut & *Theodotion* & Ed. V. *Aquila* verò: ἀπεσκοράκισας, & *Symmachus*: ἀπήλεγξας. Hieronymus, *abjeciſti*. Maluimus ſequi Recentiores. Vide Jer. L, 26. Lam. I, 5. Adfinia verba ſunt סלא *æquari* pretio & סלל *munire* viam. LXX. Intt. ſequuti ſunt Chaldaïcæ & Syriacæ linguæ uſum, in quibus *rejicere*, *reprobare* ſignificat.

Fallax eſt eorum dolus] שקר תרמיתם *ſcheker tharmitham*, mendacium dolus eorum. שקר *ſcheker*

patiaris me, propter exſpectationem meam, pudore ſuffundi. [117]. Fulci me & liberabor, atque in inſtituta tua perpetuò defixus ero. [118]. Conculcaſti omnes errantes ab inſtitutis tuis, quia fallax eſt eorum dolus. [119]. Sicut ſcorias omnes improbos terræ ejeciſti, ideò teſtificationes tuas amo. [120]. Cohorruit, præ metu tui, caro mea, & judicia tua timui.

ע.

[121]. Jus obſervavi & juſtè *me geſſi*, ne permitte me oppreſſoribus meis. [122]. Sponſor eſto tuo ſervo, bene ei futurum, nec opprimant me homines ſuperbi. [123]. Oculi mei defecerunt, dum *exſpecto* ſalutem tuam, & quod dixit juſtitia tua. [124]. Gere te cum ſervo tuo, pro tua benignitate, & inſtituta tua me doceto. [125]. Servus tuus ego ſum, fac ut intelligam & noſcam teſtificationes tuas. [126]. Tempus eſt agendi Jehovæ, *poſtquàm*, *ô Deus*, Legem tuam irritam fecerunt. [127]. Propterea præcepta tua, plus quàm aurum & obryzum amo. [128]. Propterea omnia mandata *tua*, omnia, *inquam*, recta cenſeo, & omnem ſemitam mendacii odi.

פ.

[129]. Mirabiles ſunt teſtificationes tuæ, ideóque animus meus eas obſervat. [130]. Declaratio ſermonum tuorum *animum* illuſtrat, facítque, ut ſimplices intelligant. [131]. Os diſten-

ſcheker ſæpe dicitur quod fallit, non verbis, ſed eventu; qui alius eſt ab eo, qui exſpectabatur. Vide Pſ. XXXIII, 17. Prov. XXXI, 30. Qui diſcedunt ab inſtitutis Dei ſunt in fraudem proni, quâ fallunt eos, quos inani ſpe lactant.

119. *Sicut ſcorias —— ejeciſti*] סיגים השבת *ſigim biſſchaptha*, pro כסיגים *chesigim*, *ſcoriarum inſtar feciſti ut deſinerent*; hoc eſt, eos ejeciſti, ut ſcoriæ à puro metallo ejiciuntur liquefactione & ſeparatione. Veteres plures Intt. legerunt חשבת *bhiſſchabtha*, reputaſti. LXX. παραβαίνοντας ἐλογισάμην, quaſi legiſſent חשבתי סרים *bhiſchabtbi ſarim*. Sed *Aquila*: εἰμφυλα διελογίσω, *vinacea reputaſti*. *Symmachus* verò: σκωρίαν ἐλογίσω. Magis receſſerunt à verbis *Theodotion* & V. Ed. qui habebant: διέκοψας εἰς ὕδίς. סיגים ſine dubio ſunt *ſcoriæ*. Vide Proverb. XXV, 4. Eſai. I, 22, 25.. cum quibus conferuntur mali homines Ezek. XXII, 18.

121. *Jus obſervavi* &c.] *Feci judicium & juſtitiam.*

122. *Sponſor eſto tuo ſervo*] ערב עבדך לטוב harob habdecha letob, *fidejube ſervum tuum in bonum*. *Aquila* & *Theodotion*: ἐγγύησαι, & Hieronymus: *ſponde pro tuo ſervo in bonum*. Rectè, minùs verò commodè LXX. qui habent ἔκδεξαι, & *Symmachus*: ἀνάδεξαι, niſi utrumque verbum ſignificet *ſponde*, quod de poſteriore ſaltem conſtat.

123. *Oculi mei defecerunt*] Vide verſ. 81 & 83.

Quod dixit juſtitia tua] לאמרת צדקך *leimrath tſidkecha*, verbum juſtitiæ tuæ. Si juſtitia ultrix hîc intelligatur, Pſaltes exſpectaverit de malis pœnas ſumi, quas Deus, in Lege, iis minatur; ſin de remuneratrice, de præmiis, quæ Deus pollicitus erat.

126. *Tempus eſt agendi* &c.] Hoc eſt, jam tempus eſt idoneum, quo Deus puniat legum ſuarum ſpretores; neque diutiùs hominum obduratorum pœnitentiam exſpectet, ut adhuc fecit.

128. *Omnia mandata tua, omnia* &c.] כל פקודי כל ישרתי *chol phikkoude chol jiſſcharthi*, quæ nonnulli vertunt, *omnia præcepta omnium* ut, indicentur omnia, ſine exceptione. Proferunt Ezek. XLIV, 30. וראשית כל בכורי כל *vereſchith chol biccboure chol*, & primitias omnium primogenitorum omnium. Sed poſterius כל ibi perinde eſt ac כל אדם *omnis hominis*. Similiter in ſequentibus verbis כל תרומת כל *omnis oblatio elata cujusvis*, nempe, hominis. Hîc deberet ſuppleri תורתך thorathcha, *legis tuæ*; ut intelligantur *omnia mandata totius legis*. Sed Ellipſis paullò durior eſt. Itaque malui voci פקודי *phikkoude* ſubjicere ך ſuffixum, *omnia mandata tua*, quòd ך exciderit propter eamdem litteram, quâ ſequens vox inchoatur, aut etiam ex ea fortè ſeparata, à voce antecedente addita ל, factum ſit כל. Hinc LXX. Intt. omiſſo altero כל, habent πάντας τὰς ἐντολάς σου κατωρθούμην, & Hieronymus: *in univerſa præcepta tua direxi*. Nos verò, poſt alios Interpretes, verbum ישרתי *jiſſcharthi* vertimus non *recta feci*, ſed *recta cenſui*; quia cùm, nonniſi abſurdè, dici poſſit homo recta ut ſint facere Dei præcepta, quæ ſuâ naturâ ſunt recta, & rectè factorum norma minimè fallax; non poteſt res intelligi, niſi de prædicatione, quâ recta agnoſcuntur. Ac ſanè multa ſunt exempla Conjugationis hujus, quâ non actio ſignificatur, ſed tantùm judicium & prædicatio; quæ exempla collegit *Sal. Glaſſius* Phil. Sacræ Lib. III. Tract. III. can. 55. quem adito.

130. *Declaratio ſermonum tuorum*] פתח דבריך phethahh dbarecha, *apertio verborum tuorum*. Ut innoteſcant res clauſæ & reconditæ, aperiri debent apothecæ, in quibus ſervantur; quare *revelatio* rerum obſcurarum hîc dicitur *apertio*. Sic & Latinè *apertus* ſermo dicitur perſpicuus, & minimè obſcurus. Rectè ergo δήλωσιν verterunt LXX. Intt. incommodè *Hieronymus*: *oſtium*.

Animum illuſtrat] יאיר jaïr, *illuſtrabit*. Addidimus *animum*, quaſi eſſet נפש *nephesch*, cùm is ſit ſine dubio loci ſenſus, Latinè obſcurus futurus, niſi hoc addatur. Vide Pſ. XIX,

 9.

diſtendi & ſuſpiravi, quia præcepta tua deſideravi. 132. Reſpice me & miſerere mei, prout ſoles eos, qui amant nomen tuum. 133. Greſſus meos dirige, verbo tuo, neque patere, ut ulla iniquitas mihi dominetur. 134. Libera me ab oppreſſione hominum, & mandata tua ſervabo. 135. Fac ut ſervo tuo illuceat facies tua, atque inſtituta tua me doceto. 136. Rivi aquarum deſcenderunt *ex* oculis meis, quia legem tuam non obſervant.

צ.

137. Juſtus *es*, ô Jehova, & recta *ſunt* judicia tua. 138. Valde præcepiſti juſtitiam teſtimoniorum tuorum, ac veritatem. 139. Conficit me zelus meus, quia hoſtes mei verborum tuorum obliti ſunt. 140. Puriſſimum eſt verbum tuum, *ideóque* id amat ſervus tuus. 141. Parvus ſum & deſpectus, *ſed* mandatorum tuorum oblitus non ſum. 142. Juſtitia tua eſt juſtitia æterna & lex tua veritas. 143. Vexatio & anguſtia invenerunt me, *ſed* præcepta tua deliciæ meæ *ſunt*. 144. Juſtitia teſtificationum tuarum *eſt* in perpetuum, fac *eas* ut intelligam & vivam.

ק.

145. Inclamavi *te* toto corde; exaudi me, Jehova, *atque* inſtituta tua obſervabo. 146. Invocavi te, libera me & teſtificationum tuarum ſervans ero. 147. Anteverti crepuſculo, clamavi, & id quod dixiſti exſpectavi. 148. Prævenerunt oculi mei vigilias, ut verbum tuum meditarer. 149. Vocem meam, pro benignitate tua audi, ô Jehova; pro more tuo fac ut vivam. 150. Adpropinquarunt qui ſectantur ſcelus, *&* à tua lege receſſerunt. 151. Proximus es, Jehova, *piis*, & omnia præcepta tua ſunt vera. 152. Pridem novi *te*, è teſtificationibus tuis, nam in æternum eas fundaſti.

ר.

9. ubi Lex Dei dicitur מאירת עינים *illuſtrans oculos*; nempe, mentis.

131. *Os diſtendi & ſuſpiravi*] פי פערתי ואשאפה *phi phaharthi veeſcheaphah*, quæ ſunt hominis quidpiam cupientis & gemitu cupiditatem ſuam ſignificantis. Vide Pſ. XLII, 3. LXX. Intt. εἵλκυσα πνεῦμα quod eſt hominis ſuſpirantis circumloquutio. Non ſatis commodè *Hieronymus*: *reſpiravi*.

132. *Prout ſoles eos* &c.] כמשפט לאהבי שמך *chmiſchphat leohabe ſchmecha*, ut mos erga amantes nominis tui. משפט non *judicium*, nec *jus*, ſed *morem* ſæpe ſignificat: qui ſignificatus meliùs hîc convenire videtur. Vide 1. Sam. II, 13. & VIII, 9. infra verò hujus Pſalmi verſ. 149.

133. *Greſſus meos dirige*] פעמי הכן *phehamai hachen*, quod poſſit etiam verti *confirma*. Sed vide Proverb. XVI, 3. XXI, 29. LXX. Intt. τὰ διαβήματά μου κατεύθυνον, & *Hieronymus*, *greſſus meos firma*.

Neque patere &c.] אל תשלט בי כל און *al thaſchlet bi chol aven*, ne dominari facias in me omnem iniquitatem. Hîc conjugatio *Hiphil*, ut ſæpe alibi, ſignificat non *facere*, ſed *pati*, *ſinere dominari*. Vide *Sal. Glaſſium* Grammat. Tract. III. can. 28. De dominio peccati, vide Rom. VI, 12. & ad eum locum Intt.

135. *Illuceat facies tua*] Favens ſit; hoc eſt, mihi faveto. Vide Pſ. XXXI, 17.

137. *Recta ſunt judicia tua*] *Rectum judicia tua*; nempe, unum quodque judiciorum tuorum eſt, rectum.

138. *Valde præcepiſti juſtitiam*] Hoc eſt, diligenter præcepiſti nobis, ut obſervantes eſſemus juſtitiæ præceptorum tuorum.

139. *Conficit me zelus meus*] צמתתני קנאתי *tſimmethathni kinathi*, *ſuccidit*, aut *exſcindit me zelus meus*, hoc eſt, abſumor indignatione, quâ ardeo, cùm video hoſtes meos legum tuarum rationem nullam habere. LXX. Intt. ἐξέτηξέ με ὁ ζῆλός σου. *Aquila*: ἐξώλεσέ με ὁ ζῆλός σου, & *Hieronymus*: *conſumſit me zelus meus*. At *Symmachus*: ἀπεποίησέ με ὁ ζῆλός σου. *Zelus tuus*, aut *meus* perinde ſunt; ſignificatur enim indignatio Pſaltæ, ſed quâ accenſus erat, Dei ipſius cauſâ. Quare nolim adfirmare Græcos Intt. hîc legiſſe קנאתך *kineathcha*, *zelus tuus*.

140. *Puriſſimum eſt verbum tuum*] צרופה אמרתך מאד *tſeroupha imrathcha meod*, *purgatum eſt verbum tuum valde*. Metaphora ex auro probè purgato deſumta. Vide Pſ. XII, 7. XXX, 5. Præſtantia legum divinarum omnis miſturæ humanarum cogitationum prorſus expers reſpicitur.

142. *Juſtitia æterna*] צדק לעולם *tſedek leholam*, juſtitia in æternum; hoc eſt, immutabilis & ſemper eadem futura. Intelligenda hæc ſunt de iis, quæ pertinent ad jus Naturæ, in legibus Moſaïcis, de quibus licet omnia dicere, quæ de Lege Naturæ dicta ſunt à Philoſophis: *Legem neque hominum ingeniis excogitatam, nec ſcitum aliquod eſſe populorum, ſed æternum quiddam, quod univerſum mundum regeret imperandi, prohibendique ſapientiâ*, & quæ ſequuntur apud *Ciceronem* Lib. II. de Legg. c. 4. *Eámque non modò ſeniorem eſſe, quàm ætatem populorum & civitatum, ſed æqualis illius cœlum atque terras tuentis atque regentis Dei — Rationem profectam à rerum natura & ad rectè faciendum impellentem, à delicto avocantem; quæ non tum denique inciperet Lex eſſe, cùm ſcripta eſt, ſed tum cùm orta eſt; ortam autem* (meliùs dixiſſet æternam, cùm Deus ſit æternus) *ſimul eſſe cum mente divina; quamobrem Legem veram atque principem, aptam ad jubendum & ad vetandum rationem eſſe re-*

ctam

ר.

153. Reſpice adflictionem meam & me libera, quia legis tuæ immemor non fui.
154. Suſcipe cauſam meam & me libera; ac propter id, quod dixiſti fac ut vivam.
155. Procul eſt à nocentibus liberatio, quia in inſtituta tua non inquiſiverunt. 156. Mi-
ſericordia tua multa eſt, ô Jehova, ſecundùm jura tua fac ut vivam. 157. Multi ſunt,
qui me perſequuntur, atque hoſtes mei ſunt, *ſed* à teſtificationibus tuis non declinavi.
158. Vidi perfidos & averſatus ſum, quia verbum tuum non obſervant. 159. Vide, ô
Jehova, me amaſſe tua mandata, *&* pro tua benignitate fac ut vivam. 160. Summa
verbi tui eſt veritas, & omne judicium juſtitiæ tuæ eſt in æternum.

ש.

161. Principes me, ſine cauſa, inſectati ſunt; à verbo tamen tuo ſibi timuit animus
meus. 162. Lætor propter verbum tuum, *mihi notum*, ut qui multa ſpolia nanciſcitur.
163. Mendacium odi & abominor, at legem tuam amo. 164. Septies in die laudo te,
propter judicia juſtitiæ tuæ. 165. Amantibus legem tuam pax multa *eſt*, nec offendi-
culum *objicitur*. 166. Speravi liberationem tuam, ô Jehova, & præcepta tua exſequutus
ſum. 167. Obſervans fuit animus meus teſtificationum tuarum, eáſque ſummopere amo.
168. Obſervavi mandata tua & teſtificationes tuas, quia omnes viæ meæ coram te.

ת.

169 Adpropinquet clamor meus conſpectui tuo, ô Jehova, prout dixiſti fac ut
prudens fiam. 170 Perveniant ante faciem tuam preces meæ; & prout dixiſti, me li-
berato.

ctam ſummi Jovis; tu dic, *Dei*. Iidem etiam docuerunt ejuſmodi Legem mutationi obnoxiam non eſſe, *Lex autem illa*, ait idem *Cicero* c. 6. *cujus vim explicavi, neque tolli, neque abrogari poteſt*. Hac de re etiam egerat. Lib. III. de Republica, unde hæc verba exſcripſit *Lactantius* Inſt. Div. Lib. VI. c. 8. *Eſt quidem vera Lex recta Ratio, naturæ congruens, diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna; quæ vocet ad officium, jubendo; vetando, à fraude deterreat; quæ tamen neque probos fruſtra jubet, aut vetat: nec improbos jubendo, aut vetando, movet. Huic Legi nec obrogari fas eſt, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt. —— Nec erit alia Lex Romæ, alia Athenis; alia nunc, alia poſthac; ſed & omnes gentes & omni tempore una Lex & ſempiterna & immutabilis continebit; unúſque erit communis quaſi Magiſter & Imperator omnium Deus. Ille legis hujus inventor, diſceptator, lator; cui qui non parebit ipſe ſe fugiet, ac naturam hominis aſpernabitur, hoc ipſo licet maximas pœnas; etiamſi cetera ſupplicia, quæ putantur, effugerit.*

Lex tua veritas] Hoc eſt, è vera honeſti & inhoneſti cognitione manans, & quæ neminem fallere poſſit. Adſentitur *M. Tullio* Quinctus frater ibid. c. 5. *ut quod eſt rectum verum quoque ſit, neque cum litteris, quibus ſcita ſcribuntur, aut oriatur, aut occidat*. Plura hiſce de rebus habent qui de Jure Naturæ ſcripſerunt.

145. *Toto corde*] Nequaquam diviſo inter cultum tuum & cultum alienorum Deorum, ſed à te ſolo pendente & omnia exſpectante; quod de ſenſu hujus loquendi generis non ſemel monuimus, quia videbamus à viris doctis exponi *ſine ſimulatione*. Vide verſſ. 2, 34, 58.

147. *Anteverti crepuſculo*] קדמתי בנשף *kiddamthi banneſcheph*, anteverti in crepuſculo; nempe, cultum omnem publicum. Vide Pſ. LXXXVIII, 14.

148. *Prævenerunt oculi mei vigilias*] Hoc eſt, ante vigilias matutinas, quibus Sacerdotes & Levitæ ad cultum Dei publicum excitarentur, expergefactus ſum.

149. *Pro more tuo*] כמשפטך *chmiſchphatecha*. Vide ad verſ. 132.

151. *Proximus es, Jehova, piis*] Ultimam vocem adjecimus, quæ aut ei ſimilis neceſſariò ſubaudienda. Senſus eſt Deum eſſe paratum iis juvandis, ut contrà *procul receſſiſſe* dicatur ab iis, quos juvare non vult. Vide Pſ. XI, 1. XXXIV, 19.

154. *Suſcipe cauſam meam*] ריבה ריבי *ribah ribi*, litiga litem meam. Eſt propriè, apud Judicem cauſam pro me dicito; ſed tralaticio ſenſu, *defende*, quocumque modo hoc fiat. Vide Pſ. XXXI, 1. XLIII, 1.

158. *Averſatus ſum*] אתקוטטה *ethkotatah* & tædio me adfeci; hoc eſt, averſatus ſum, ut averſamur quæ tædio ſunt. LXX. Intt. ἐξετηκόμην, Hieronymus: *mœrebam*. Impropriè

160. *Summa verbi tui*] ראש roſch, *caput*, quod ſummam ſignificat. Vide dicta ad verſ. 142.

161. *A verbo tamen tuo ſibi timuit* &c.] Hoc eſt, veritus ſemper ſum verbum tuum perfringere.

162. *Mihi notum*] Seu, cùm mihi innotuit; quod opponitur inventioni magnæ prædæ.

164. *Septies in die*] Hoc eſt, ſæpiùs in die. Vide ad Gen. IV, 15. & Levit. XXVIII, 18, 28. &c.

165. *Offendiculum*] מכשול *michſchol*. Idque fit, ut quiſpiam in calamitatem, aut delictum quoddam labatur. Vide Ezek. III, 20. VII, 19. &c. Contra *pax*, שלום *ſchalom*, eſt incolumitas omnium rerum, ſeu proſperitas.

167. *Eáſ-*

berato. 171. Eructabunt labia mea laudem *tuam*, quia me inſtituta tua docuiſti. 172. Proferet verbum tuum lingua mea, quia omnia tua præcepta ſunt juſta. 173. Sit auxilio mihi manus tua, quia mandata tua elegi. 174. Deſideravi ſalutem tuam, Jehova, & lex tua deliciæ meæ *fuit*. 175. Vivet animus, meus & te laudabit, judiciáque tua me adjuvabunt. 176. Erravi, inſtar minutæ pecudis, quæ amiſſa eſt; at quære ſervum tuum, quia præceptorum tuorum non ſum oblitus.

Orat Deum Pſaltes, ut ſe liberet à calamitate & præſertim à mala lingua.

PSALM. CXX. 1. CANTICUM MAHALOTH. Jehovam, cùm in anguſtia verſarer, invocavi, atque exaudiit me. 2. O Jehova, me à labio mendace & doloſa lingua liberato. 3. Quid dabit tibi *Deus &* quid tibi *datis* adjiciet, ô lingua doloſa? 4. Sagittas acu-

PARAPHRASIS.

1. CREATOREM, cùm in anguſtis rebus eſſem, invocavi, méque exaudivit. 2. Ideò ad te, Creator, confugio, ut te orem, me liberes à mendaciis doloſæ linguæ. 3. Quid tibi faciet Deus, ô fallax lingua? 4. Te exponet ſagittis acutis viri fortis, & prunis ardentibus juniperi.

167. *Eáſque amo*] אֹהֲבֵם *ohabem.* Atqui עדות *hedoth* eſt fœminini generis. Attamen habet pronomen maſculinum, ſive ſit *ἐπίκοινον*, quamvis in ſingulari עדה *hedah* terminationem fœmininam habeat, ſive referatur ad פקודים *pikkudim*, præcepta, *κατὰ τὸ σημαινόμενον*, ſive ſit mendum librariorum; qualia multa nomine [illegible] tegi. Adi *Joann. Buxtorfium* Theſ. Grammatici Lib. II. c. 8. pag. 414.

168. *Coram te*] Ita vivo, quaſi reputans te præſentem eſſe. Vide Gen. XVII, 1.

169. *Clamor meus*] רנתי *rinnathi*, quod interdum eſt oratio. Vide Pſ. XVII, 1. LXI, 2.

Prout dixiſti] *Ut pollicitus es*, ut & ſeq. verſu. Nam Deus omnia bona pollicitus eſt legum ſuarum obſervantibus, inter quæ eſt, ſine dubio, prudentia, præſertim in rebus moralibus.

171. *Eructabunt*] תבענה *thabbahena*, Vide Pſ. XIX, 3.

175. *Vivet animus meus*] תחי נפשי thechhi naphſchi, *vivet*, aut *vivat anima mea*; hoc eſt vivam ego, nam mortui Deum non laudant, ex ſententiâ illius ævi.

176. *Erravi*] תעיתי *thahithi*. Sic David per plura loca erraverat, inſtar ovis amiſſæ & vagæ, ſed Deus eum *quæſivit*, & in ovile reduxit; hoc eſt, effecit ut in patriam incolumis rediret. Ad tale quid reſpici putem, potiùs quàm ad errores animi.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXX.

1. MAhaloth] Titulus idem, qui quatuordecim ſequentibus Pſalmis, & qui quid ſignificet nemo adhuc oſtendit. Notum quidem מעלות eſſe *gradus*, ſed cur hi Pſalmi *Cantica graduum* dicantur nemo novit; nec in re tam obſcura conjicere libet, aut aliorum ſomnia proferre.

Cùm in anguſtia verſarer] *In anguſtia mihi.*

2. *Me liberato*] *Libera animam meam.*

3. *Quid dabit tibi Deus* &c.] *Quid dabit tibi & quid addet tibi lingua doloſa:* מה יתן לך ומה יסיף לך לשון רמיה *mahjitthen lecha oumah joſiph lach laſchon remijah.* Qui verba Latinè, tantùm legunt, poſſint ſuſpicari linguam doloſam eſſe nominativum, ad quod referuntur verba, & ſic etiam verterunt eruditi nonnulli Interpretes. Atqui vox לשון *laſchon* eſt fœminini generis, non maſculini, quod eſt verborum genus, nec proinde poteſt cum iis conſtrui. Genus לשון liquet ex adjectivo, cum quo hic conſtruitur, non eſt enim רמיה hic nomen ſubſtantivum, quod *fraudem* ſignificat, ex ſententia certè Maſſoretharum qui לשון in ſtatu abſoluto legunt. Idem etiam intelligere eſt ex Pſ. XII, 4. & Eſai. XLV, 23. Attamen, ut dixi, multi Interpretes rem non adtenderunt. *Sanctes Pagninus* in Ed. Stephani, & Commeliniana, habet: *quid dabit tibi & quid adponet tibi, lingua doloſa*, quod interpretatur *Vatablus*, aut is, cujus opera uſus eſt *R. Stephanus*, ad concinnandas notas in Pſalmos, *quem fructum capies è ſermone fallaci?* Hoc ſequuti ſunt *Sebaſt. Caſtellio*, *Theod. Beza*, *Fr. Junius*, *Joan. Piſcator*, *Simeon de Muis*, & ante omnes Chaldæus Paraphraſtes. Sic etiam in recentioribus linguis plures, quorum nomina non addemus. At LXX. Intt. olim viderant לשון *laſchon* non conſtrui cum his verbis, habent enim: *τί δοθείη σοι καὶ τί προστεθείη σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν*; Hieronymus: *quid detur tibi, aut quid adponetur tibi ad linguam doloſam?* Intellexerunt, omiſſo nominativo, rem non poſſe commodiùs exprimi, quam ſi paſſivum adhiberetur, quod nec rarò in Libris Sacris occurrit. Præterea ante לשון ſubaudiendum putarunt על hal, *ad*, ſed nihil opus erat, ſupplendus enim nominativus אלהים *Deus*, qui ſæpiſſimè omittitur, ut ſuis locis monuimus. Vide not. ad Pſ. LXXXI, 7. Subaudiendum hanc

acutas viri fortis, cum prunis juniperorum. 5. Hei mihi! qui peregrinor *tam* diu, & in tentoriis Kedaris habito. 6. Nimis diu habitavi, cum pacis oſoribus. 7. Ego pacis *amans*, at cùm *de pace* loquor, illi ad bellum *properant*.

Im-

peri. 5. Hei mihi, qui tamdiu à patria abſum, atque in Tentoriis Kedarenis latito! 6 Hei mihi! qui tamdiu habito cum hominibus, qui pacem odio habent! 7. Ego quidem ſemper pacis ſum amans, déque ea colenda loquor, at illi feſtinant ad bellum gerendum.

PARA-

hanc vocem cenſent RR. *Salomo Jarchi* & *David Kimchi*. Deinde formula eſt Hebraïca. *ſic faciat & ſic addat Deus*, frequens in jurejurando. Vide Ruth. I, 17. 1. Sam. XX, 13. XXV, 22. &c. Eſt interrogatio, cui ipſe mox reſpondet Pſaltes, verſ. 4. Similia vide Pſ. XV, 1. XXIV, 3. CXIX, 9. Hoſ. IX, 14. Hinc & *Leo Judæ: quid inferat tibi, Deus, aut quam rem adhibeat tibi, ô lingua doloſa*. Rectè, niſi quòd ab Hebraïſmo nimis receſſit.

4. *Sagittas acutas* &c.] חצי גבור שנונים עם גחלי רתמים *hhitſe gibbor ſchnounim him nabbale rthamim*. Hoc eſt, pœnas quæ tam certò te conficient, quàm ſi ſagittas acutas valido arcu & forti manu excuſſas corpore exciperes, aut ſi ardentiſſimis prunis combura+reris. Sæpe pœnæ à Deo immiſſæ *ſagittæ* ejus vocantur. Vide Deut. XXXII, 23, 42. Job. VI, 4. XXXVI, 7. Pſ. XXXVIII, 3. LXIV, 8. Juniperi etiam prunæ diutiùs ignem conceptum ſervare dicebantur. *Hieronymus* Ep. ad Fabiolam de XLII. Manſionibus, prolato hoc loco: *Ferunt autem, inquit, lignum hoc ignem multò tempore conſervare, ita ut, ſi prunæ ejus cinere fuerint opertæ, uſque ad annum perveniant*. Verúmne ſit hoc, vel ſecus, nihil intereſt; opiniones enim vulgi loquendi multa genera pepererunt, quorum ſignificatio, non origo attendenda. Alii volunt hiſce verbis deſcribi maledicentiam, ſeu calumniam, cujus dicta ſint inſtar *ſagittarum* & *prunarum juniperi*. Sed nulla eſſet reſponſio interrogationi verſ. 3.

5. *Tam diu*] משך *meſech*, pro במשך *bmeſchech*, in longo tractu temporis. Sic intellexerunt Veteres Græci Int. LXX. ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη. Alius: παροικῶν ἐξέλιπον. Alius: προσηλύτευσα τῷ μακρυσμῷ, *Hieronymus* ſimiliter: *peregrinatio mea prolongata eſt*. Alii putarunt agi de gente neſcio qua barbara, quales erant poſteri *Meſechi*, è Japhethidis, quorum mentio fit Gen. X, 2. Ezek. XXIII, 13. & alibi. Sed præferimus ſententiam Veterum, cum *Sam. Bocharto*, Phalegi Lib. III. c. 12. ubi oſtendit verbum משך adhiberi, ubi ſermo eſt de longa mora, vel dilatione. Objiciunt tam eſſe oportere hoc nomen Gentis, quàm *Kedar*; ſed nihil neceſſe eſt, cùm Pſaltes, ſive ſit David, ſive alius, dicere optimè poſſit, ſe *diu peregrinari*, & *habitare in tentoriis Kedarenorum*, qui noti erant Arabiæ populi. Nec ſanè cum Meſechi poſteris, ſeu Moſchis, quidquam commune fuit Kedarenis, tam longo terrarum ſpatio ad meridiem remotis; nec idem apud Moſchos ultra Caucaſum montem, & apud Kedarenos in Petræa Arabia moratus eſt.

In tentoriis] עם אהלי קדר him ohole Kedar, *cum tentoriis Kedarenorum* per Arabiam Petræam, per quam vagabantur ii populi. Celebres erant inter Scenitas, tentoriáque eorum memorantur Cant. I, 5. Vide *Bochartum* Phalegi Lib. IV. c. 2. & *Chriſt. Cellarium* Geograph Lib. III. c. 14.

6. *Nimis diu*] רבת *rabbath*, quod poſſit etiam *nimis multùm* verti.

Cum pacis oſoribus] Kedarenos oportet eo tempore, non ſecus ac Nabatæos, latrocinatos, de quibus *Diodorus* Siculus p. 131. ἔχουσι βίον λῃστρικὸν καὶ πολλὴν τῆς ὁμόρου χώρας κατατρέχοντες λῃστεύουσι, ὄντες δυσμάχοι κατὰ τοὺς πολέμους: *habent vitam prædatoriam, & magnam partem terræ vicinæ percurrentes latrocinantur, cùm difficulter bello ſuperentur*. Tales ab initio fuere, ut intelligere eſt ex Gen. XVI, 12. ubi vide not.

7. *Ego pacis amans*] אני שלום *ani ſchalom*, ſubaudi, אוהב oheb, *amans*, aut ſimile quid, ut איש שלום *vir pacis*; niſi etiam exciderit.

Implorat Pſaltes Dei auxilium, qui ſe invocantibus non deeſt.

PSALM. CXXI. 1. CANTICUM MAHALOTH. Tollo oculos ad montes, unde auxilium mihi advenit. 2. Auxilium meum eſt à Jehova, qui fecit cœlum & terram. 3. Non patietur labare pedem tuum, neque dormitabit qui te cuſtodit 4. Non dormitat, neque dormit qui ſervat Iſraëlem. 5. Jehova cuſtos tuus eſt, Jehova umbra tua, ad manum tuam dextram. 6. Interdiu Sol non feriet te, neque Luna noctu. 7. Jehova cuſtodiet te contra omne malum, ſervabit animam tuam. 8. Jehova cuſtodiet egreſſum & ingreſſum tuum, ab hoc tempore in perpetuum.

Pſaltes docet, læto animo Deum eſſe in templo Jeroſolimitano colendum, ejúſque Ædis petit conſervationem.

PSALM. CXXII. 1. CANTICUM MAHALOTH, DAVIDIS. Lætatus ſum inter dicentes mihi: in Ædem Jehovæ eamus. 2. Stabant pedes noſtri in portis tuis, ô Jeroſolima. 3. Jeroſolima ædificata ſicut urbes, cujus *pars una* alteri conjuncta eſt, ſimúlque *unam*

PARAPHRASIS.

1. OCULOS habeo defixos ad colles Jeroſolimitanos, è quibus exſpecto auxilium à Deo. 2. Ejus auxilii dux eſt Creator, qui fecit Cœlos & Terras. 3. Si ad ejus auxilium confugias, non patietur pedes tuos labare, neque te negliget qui te cuſtodit. 4. Cuſtos Iſraëlis, Deus, nunquam dormit aut dormitat, ut ei populo quid contingat, Deo neſcio. 5. Eſt cuſtos tuus, ô Iſrael, eſt veluti umbra tua ad dextram. 6. Interdiu Sol te non nimiùm urit, neque tibi Luna noctu incommoda eſt. 8. Creator te proteget contra quodvis malum, ſive cùm domo egredieris, ſive cùm domum redibis, ab hoc tempore, in perpetuum.

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM Davidis, interea referendum, quæ Machaloth dicuntur. Lætatus ſum cum iis, qui me invitabant ad eum in Ædem Creatoris. 2. Stetimus in portis tuis, ô Jeroſolima. 3. Ea urbs veluti compoſita eſt variis partibus antea ſeparatis, quæ conjunctæ unam eámque

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXI.

1. T*Ollo oculos ad montes*] Satis quidem conſtat Judæam & vicinas regiones fuiſſe montoſas, ſed qui montes ſignificentur nemo dixerit; niſi fortè intelligantur Jeroſolimitani colles, quorum unum inſederat Templum Dei, unde Pſaltes auxilium ſibi exſpectabat, ut ait verſ. 2.

3. *Non patietur* &c.] Videntur hæc, ad finem uſque, ab altero choro decantata, qui priori ſic reſponderit.

5. *Jehova umbra tua*] Quia umbra arboris tegit ab ardore nimio Solis, ideò protectio hac voce ſæpe deſcribitur. Vide Num. XIV, 9. Eſaiæ XXX, 2, 3. Jerem. XLVIII, 45.

Ad manum dextram tuam] Vide Pſ. CIX, 31. CX, 5. Hoc eſt; tibi proximus & paratus ad te tuendum.

6. *Neque Luna noctu*] Fortè radios Lunæ noctu ſub dio dormientibus parum ſalubres putabant.

8. *Egreſſum & ingreſſum tuum*] צאתך ובואך tſetheha, ouboacha, *exire tuum & ingredi tuum*; hoc eſt, omnibus vitæ tuæ, foris & domi, actibus aderit favens. Nota eſt loquutio.

COMMENTARIUS.

In PSALM. CXXII.

3. C*Ujus pars una* &c.] שחברה לה יחדו ſchehhubbera lah jahhdau, *quæ conjuncta ſibi ſimul.* Senſus eſt eam urbem è variis partibus ſeorſim antea excultis & ſuis peculiaribus muris cinctis, in unam muro uno cinctam coaluiſſe. Nonnulla diximus hac de re ad Pſ. XLVIII, 13. Sed adi ipſum *Joſephum* de B. J. Lib. VI, c. 13. & *Joann. Lighfootium* in Chorographicis Mattheo præmiſſis Cap. XXI. & ſeqq. Sunt quidem illic deſcriptiones Jeroſolimæ, qualis fuit aliquot ſæculis poſt hunc conſcriptum Pſalmum; verùm ſunt etiam antiquiora multa. Ante Davidem Sion non erat pars Jeroſolimæ, nec Millo, quæ ille ei urbi adjunxit, ut habemus 2. Sam. V. Poſtea additus à Salomone Mons Templi urbi & ab aliis alia. Hic omnino videtur eſſe loci ſenſus, qui propter Scriptoris βραχυλογίαν veteres Interpretes

unam urbem conſtat. [4]. Illuc adſcendunt tribus, tribus Jah, ex lege lata Iſraëli, ad laudandum nomen Jehovæ. [5]. Quia illic manent ſellæ judiciorum cauſâ, ſellæ domûs Davidis. [6]. Petite, *à Deo*, pacem Jeroſolimæ; quieti ſint, qui te, *ô Jeroſolima*, amant. [7]. Sit pax in tuo propugnaculo & tranquillitas in altis ædificiis tuis. [8]. Propter fratres & amicos meos, de pace in te nunc loquar. [9]. Propter Ædem Jehovæ Dei noſtri, quæram utilitatem tuam.

Pii Iſraëlitæ, à ſuperbis dominis contemtim habiti, ad Deum confugiunt.

1\. CANTICUM MAHALOTH. Ad te, *ô Deus*, qui in cœlo ſedes, oculos tollo [2]. En ut oculi ſervorum ad herum ſuum, & oculi ancillarum ad heram ſuam *ſunt converſi*; ita & oculi noſtri ad Jehovam Deum noſtrum, donec noſtri miſereatur. PSALM. CXXIII.

que pulcherrimam urbem formarunt. 4. Eo ſe conferunt Iſraëliticæ Tribus Creatoris cultorum, ex lege, ut illic ejus nomen celebrent; 5. & quia in ea urbe ſunt tribunalia Judicum, à domo Davidis. 6. Petite à Deo res ſecundas Jeroſolimæ; & ut quieti ſint, qui ei urbi bene volunt. 7. Pacem habeas in tuis propugnaculis & tranquillitatem in altis tuis ædificiis tuis. 8. In gratiam fratrum & amicorum meorum, de pace intra tua mœnia loquar. 9. Propter Templum Creatoris, Dei noſtri, quæram utilitatem tuam.

PARAPHRASIS.

1\. CANTICUM. Ad te, ô Deus, qui ſedem habes in cœlo, oculos tollo. 2. Ut ſervi adtenti ſunt imperiis herorum, atque ancillæ iis quæ jubentur ab hera; ſic & adtendimus Creatori Deo

pretes fugit. LXX. Intt. habent: ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό, & *Hieronymus*: *participatio ejus ſimul.* *Symmachus*: συνάφειαν ἔχουσα ὁμοῦ. De concordia civium Recentiores interpretati ſunt, de qua nihil hîc eſt, ubi agitur de ædificatione urbis,

4\. *Ex lege lata Iſraëli*] עדות לישראל hedouth lejiſchraël, *teſtimonium Iſraëli*, pro כעדות chehedouth, *ut teſtimonium*, hoc eſt, *ſecundùm legem Iſraëli datam*, nam leges paſſim *teſtificationes* dicuntur, præſertim Pſ. CXIX: Vide & Pſ. LXXXI, 4, 5, 6. Lex exſtat Exod. XXIII, 17. ubi jubentur Iſraëlitæ ter quotannis ſeſe Deo ſiſtere.

5\. *Manent ſellæ judiciorum cauſâ*] ישבו כסאות למשפט jaſchebou chiſoth lemiſchphath, *ſedent throni ad judicium.* ישב, ut notum eſt, non tantùm eſt *ſedere*, aut *habitare*; ſed manere, perſeverare. Hoc ergo vult Pſaltes, Jeroſolimæ conſtituta eſſe Judicum tribunalia, ut de rebus ſacris & civilibus ſententiam ferant. Alii malunt ſupplere *Judices*, שופטים *ſchophetim* & על *hal*, in, quaſi integra loquutio hæc eſſet: שופטים ישבו על כסאות, *judices ſedent in ſoliis*, nec malus eſt ſenſus. Sic apud Danielem C. VII, 9. *Vidi donec throni ſint erecti & ſenex multorum dierum ſedit*, & verſ. 26. ודינא יתיב *vedina jethib*, & ſedens judicium. Chaldæus hîc: מתיתבין כורסון *mithjatthebin chourſavan*, ſtabilientur ſe ſolia, hoc eſt, illic ſedem ſuam fixerunt tribunalia, ſeu δικαστήρια, hoc eſt, judices.

Sellæ domûs Davidis] Hoc eſt, Regum è Davidis ſtirpe.

5\. *Pacem Jeroſolimæ*] Aut, incolumitatem.

7\. *In tuo propugnaculo*] בחילך bhhelech *in munitione tua.* LXX. Intt. ἐν τῇ δυνάμει σου. Alius, qui videtur eſſe *Aquila*: ἐν τῷ προτειχίσματί σου, *Symmachus*: ἐν τῷ περιβόλῳ σου. *Hieronymus*: *in muris tuis.* Vide not. ad 2. Sam. VIII, 15. *Munitionem*, aut *propugnaculum* ſignificari ſatis conſtat, ſed quod genus munitionis non ſatis liquet; præſertim cùm nunc propriè, nunc impropriè vox ſumi queat.

In altis ædificiis tuis] בארמנותיך *bearmenothajich*, quod ſic vertimus, quia eſt à רמה *ramah*, altus fuit. Hinc LXX. Intt. ἐν ταῖς πυργοβάρεσί σου, *in turribus tuis.* At *Symmachus*: ἐν ταῖς βασιλείοις σου, *in regiis tuis*, ex conjectura, quòd regiæ domus & altiores eſſe ſoleant.

8\. *De pace in te loquar*] *Loquar pacem in te*; hoc eſt, ſermones ad pacem ſpectantes in te habebo. Quò hæc pertineant intelligere liceret, ſi ſciremus quo tempore, aut à quo hic Pſalmus ſcriptus ſit. Non malè hæc conveniant poſtremis temporibus, quibus ſtetit Jeroſolima, & quibus Jeremias hortabatur Regem Sedekiam & Jeroſolimitanos ad pacem cum Babyloniis habendam.

9\. *Utilitatem tuam*] *Bonum tuum.*

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXIII.

UT *oculi ſervorum ad Herum ſuum*] אל יד אדוניהם *el jad adonehem*, ad manum herorum ſuorum; hoc eſt, ſunt converſi ad herum. יד aliquando *latus* ſignificat, nec reſpicere אל יד aliud eſt quàm oculos convertere ad latus, in quo res quæpiam eſt. Sic אל יד

 el

reatur. 3. Miſerere noſtri, Jehova, miſerere, ſat enim contemtu ſatiati ſumus. 4. Nimiùm ſatiatus eſt animus noſter, ſubſannatione hominum ſecurè viventium & deſpectu ſuperborum.

Laudant Iſraëlitæ Deum, quòd maximis periculis ab eo ſint erepti.

PSALM. CXXIV. 1. CANTICUM MAHALOTH DAVIDIS. Abſque Jehova fuiſſet, dicat nunc Iſraël, qui nobis adfuit; 2. abſque Jehova fuiſſet, qui nobis adfuit, cùm homines in nos inſurgerent; 3. tum nos vivos deglutiviſſent, dum eorum ira in nos arderet; 4. tum nos aquæ inundaſſent, & ſupra nos tranſiiſſet torrens; 5. tum ſupra nos tranſiiſſent aquæ ſuperbientes. 6. Benedictus ſit Jehova, qui non paſſus eſt nos eſſe dentibus eorum prædam. 7. Vita noſtra, inſtar avis, evaſit è laqueo venatorum;

Deo noſtro, donec noſtri miſereatur. 3. Miſerere noſtri, ô Creator, miſerere noſtri, ſatiati enim, contemtu ſatiati ſumus. 4. Plus ſatis ſatiatus eſt animus ſubſannationibus hominum, qui nimis ſecuram vitam egerunt, & contemtu ſuperbiorum.

P A R A P H R A S I S.

1. CANTICUM Davidis. Abſque Creatore fuiſſet, qui nobis adfuit, dicat Iſrael: cùm homines conſurrexerunt, 3. nos vivos deglutiviſſent, dum eorum ira in nos arderet. 4. Tum verò

el jadi eſt *juxta me*, vel ad latus mei agri 2. Sam. XIV, 30. Eodem ſenſu ליד & על יד dicunt; qua de re vide *Val. Schindlerum.* Quod, cùm ſatis notum ſit, omiſiſſem obſervare, niſi vidiſſem viros doctos hac in re erraſſe. LXX. Intt. πρὸς χεῖρας, Hieronymus: *ad manum.* Si quid mali, aut incommodi paterentur ſervi ab alienis, ſe convertebant ad heros, ut ſibi auxilio eſſent. Pro hero hîc eſt, ut ſæpe alibi, ex idiomate noto Linguæ Hebraïcæ, in plurali אדונים de uno: ut poſtea unius heræ mentio fit.

Ancillarum ad heram ſuam] שפחה אל יד גבירתה ſchiphhha el jad gbirthah, *ancillæ ad manum heræ ſuæ*; id eſt, ad heram, ut dixi. Sic & in ſequentibus verbis: אל יהוה *ad Jehovam.*

4. *Nimiùm ſatiatus eſt animus noſter*] שבעה לה נפשנו ſchabehah lah naphſchenou, *ſatiata eſt ſibi anima noſtra*; hoc eſt, ſatietatem in ſe ſentit. Vide Pſ. CXX, 6.

Securè viventium] השאננים haſſchaanannim, quietorum. Sumitur hæc vox in meliorem partem, de quietis rebus, Eſaïæ XXXII, 18. XXXIII, 20. Sed & interdum in deteriorem, de hominibus rerum ſecundarum fiduciâ, ſecurè viventibus & proſperitate abutentibus. Job. XII, 5. Eſai. XXXII, 9, 11. Hamus. VI. Zach. XI, 5. ut & in hoc loco. Εὐθηνοῦντας, copiis omnibus abundantes verterunt LXX. Intt. & *Symmachus*, *Aquila* verò: ἐνδείζοντας, *exprobrantes*, quaſi idem eſſet ac שננים ſchonenim, *acuentes*, nempe, linguam, hoc eſt, maledici. Qui ſenſus hîc non malè convenit, ſed nec altera lectio ſpernenda; cùm ſecundis rebus inſoleſcere, & detrahere aliis ſoleant homines.

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. CXXIV.

1. ABſque *Jehova fuiſſet*] לולי יהוה שהיה לנו *loule Jehòvah ſchehajah lanou*, niſi Jehova, qui fuit nobis; ſubaudiendum *Deus*, vel *adjutor*, aut quid ſimile. Quàm proximè ad loquendi genus Hebraïcum Latino acceſſimus, quo idem prorſus ſignificatur. LXX. Intt. εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν. & *Symmachus*: εἰ μὴ κύριος, ὃς ἐγένετο ἐν ἡμῖν. Hieronymus: *niſi Dominus fuiſſet in nobis.* Eadem ſententiâ, ſed verbis nonnihil mutatis.

3. *Vivos deglutiviſſent*] Ut ſi quis vivus in mare jaceretur, aut ſepulcro clauderetur, ut fame illic periret, aut terrâ obrueretur. Vide Num. XVI, 30. & Prov. I, 12.

4. *Nos aquæ inundaſſent*] Sic ſolent deſcribi maximæ calamitates, cùm alibi, tum etiam in Pſalmis, pluribus locis. Vide Pſ. XVIII, 17. LXIX, 3, 16. Sic & Latini *mergi*, *demergi*, *merſari*, tralaticio ſenſu uſurpant.

Supra nos] *Supra animas noſtras*, ut & verſ. ſeq.

Aquæ ſuperbientes] המים הזידונים *hammajim hazzedonim*; hoc eſt, magno impetu in nos venientes, & ſe ſe ſupra nos adtollentes. LXX. Intt. τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. *Aquila*: ὡς τὰ ὕδατα, οἱ ὑπερήφανοι, quaſi legiſſet כמים *chammajim.* *Symmachus* & *Theodotion*: τὰ ὕδατα τὰ ὑπερήφανα.

6. *Qui non paſſus eſt nos eſſe*] *Qui non dedit nos.*

7. *Vita*

rum; laqueus quidem fractus eſt, nos verò elapſi ſumus, [8]. Auxilium noſtrum ſit in nomine Jehovæ, qui fecit cœlum & terram.

Pſaltes docet à Deo pios defendi, impios malè haberi.

1. CANTICUM MAHALOTH. Qui Jehovæ confidunt *ſunt* inſtar montis Sionis, qui moveri nequit, ſed manet in perpetuum. PSALM. CXXV. [2]. *Ut* circa Jeroſolimam ſunt montes: ſic & Jehova eſt circa populum ſuum, ab hoc tempore in perpetuum. [3]. Non enim requieſcit virga improbitatis in ſorte juſtorum; ne juſti *etiam* manum improbitati admoveant. [4]. Benefacito, ô Jehova, bonis, iiſque, quorum recti ſunt animi. [5]. Qui verò in contortas vias ſuas divertunt, eos, Jehova, vitio addictis comites adjunget. Pax ſit Iſraëli.

Læ-

rò nos aquæ ſubmerſiſſent & torrens nos texiſſet; 5. tum aquæ ſupra capita tranſiſſent, veluti ſuperbientes. 6. Sed laudetur Creator, qui non paſſus eſt nos fieri prædam dentibus hoſtium. 7. Vita noſtra, avis inſtar, evaſit è laqueis venatorum; nam laqueus fractus eſt, nos verò evaſimus. 8. In poſterum ergo auxilium quæramus in invocatione nominis Creatoris, qui fecit cœlum & terram.

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM. Qui in Creatore fiduciam collocarunt, eamdem firmitatem nacti ſunt, quæ eſt in monte Sionis, qui loco moveri nequit; ſed eodem loco, in perpetuum manebit immotus. 2. Quemadmodum ſunt circa Jeroſolimam montes, quibus tegitur: ſic Creator teget populum ſuum & quidem à tempore præſente, in perpetuum. 3. Neque enim innocentes ſemper virgæ ſubjacebunt, ne & ipſi juſti in partes improborum tranſeant. 4. Benefactor eſto bonis, ô Creator, iſſque quorum recti ſunt animi. 5. Qui vero in contortas vias divertunt, eos Deus eodem modo habeat ac malos. Pax verò ſit probis Iſraëlitis.

PARA-

7. *Vita noſtra*] *Anima noſtra.*
Inſtar avis evaſit] Vide Prov. V, 5.
8. *Auxilium noſtrum ſit in nomine* &c.] Aut *fuit*; hoc eſt, invocato Creatoris nomine, ſervati ſumus.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXV.

1. QUi *moveri nequit*] לא ימוט *le jimmot*, ſubaudi אשר *qui*; qui non movebitur, hoc eſt moveri nequit, quæ eſt frequens ſignificatio Futuri. Pſaltes vult pios à ſolo patrio amotum non iri, Vide Pſ. X, 7, XIII, 5. XXX, 7. &c.

2. *Ut circa Jeroſolimam ſunt montes*] *Jeroſolima montes circa eam ſunt, & Jehova circa* &c.

3. *Virga improbitatis*] Virga improborum, aut virga, quâ improbitas plectitur. De hac ſignificatione vocis שבט *ſchebet*, pro virga, quâ quiſpiam punitur, vide Prov. X, 13. Hîc Genitivus reſpicit objectum.

Ne juſti &c.] Ne, ſi viderent res malorum nimis diu florentes, eos etiam imitarentur. *Admovere manum iniquitati*, aut, ut Hebræi loquuntur, *mittere manus in iniquitatem* eſt iniqua & improba facta admittere.

4. *Iiſque quorum recti ſunt animi*] *Rectis in cordibus ſuis*, qui ſunt ex animo, non verbis tantùm, boni.

5. *In contortas ſuas vias divertunt*] המטים עקלקלותם hammattim hakalkelotham, *declinare facientes contorſiones ſuas*; à vita, nempe, recta; hoc eſt, qui rectæ viæ, quam ſequi eos par erat, præferunt tortuoſas; ſeu probæ vitæ improbam. Vide Jud. V, 6. ubi pro callibus à via regia deflectentibus propriè ſumitur. LXX. Int. στραγγαλιάς, *Aquila*: [illegible], *Symmachus*: σκολιότητας. Sic & Latini *tortuoſa ingenia* dixerunt hominum mentem ſuam datâ operâ occultantium, & quidem fallendi cauſâ.

5. *Comites adjunget*] *Faciet incedere cum addictis* &c.] hoc eſt, iiſdem pœnis adficiet. Videntur פועלי און *addicti vitio* eſſe hic ii, qui palam factis ſuis malos ſe eſſe teſtantur, nec nequitiam ſuam multùm diſſimulant; contrà verò נטים עקלקלותם *declinantes in tortuoſas ſuas vias*, ſimulatores virtutis, qui opponuntur *rectis* corde, ſc. qui ſe ſimulant alios eſſe, quàm ſunt; nec conſtanter virtuti adhærere ſuſtinent. ſed tamdiu tantùm quàm diu bonos videri intereſt. Illa ſunt *multiplicia ingenia & tortuoſa*, quæ amicitiæ veræ parum apta cenſentur à *Cicerone*, de Amicitia c. LVIII.

Lætitia concepta è ſolutione Captivitatis Babylonicæ, quæ à Deo petitur.

PSALM. CXXVI. 1. CANTICUM MAHALOTH. Quando reditum conceſſit Jehova captivis Sionis, fuimus inſtar ſomniantium. 2. Tum os noſtrum riſu implebatur, & lingua noſtra lætis clamoribus. Tum dixerunt inter Gentes: Rem magnam illis Jehova præſtitit. 3. *Reverâ* rem magnam nobis præſtitit Jehova, atque hilares fuimus. 4. Concede reditum, ô Jehova, *ceteris* captivis noſtris, *qui tam erit gratus*, quàm torrentes in maridiana plaga. 5. *Tum verò* qui ſeverint lacrimantes, cum lætis clamoribus metent. 6. Qui

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM. Quando Creator conceſſit reditum captivis Jeroſolimenſibus, apud Babylonios, videbatur res eſſe ſomnium. 2. Tum demum coepimus ex animo ridere, & lætitiam noſtram hilaribus vocibus teſtari. Tum etiam dixerunt Gentes, magnam nobis rem præſtitiſſe Creatorem. 3. Reverâ rem magnam nobis conceſſit, quæ nobis non parvam hilaritatem peperit. 4. Concede etiam reditum aliis noſtratibus captivis, qui æquè erit jucundus, ac ſunt torrentes, in meridianis ſiccisque oris. 5. Tum verò de iis dicere licebit, eos, qui lacrimantes ſeverunt, non ſine

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXVI.

1. R*Editum conceſſit*] *Cùm fecit redire reverſionem Sionis.* Hîc שיבה *ſchibah*, dicuntur qui redeunt, ut שבה *ſchebah*, qui ſunt captivi. Ideóque voce *captivitatis* uſi ſumus, quia reduces captivi priùs fuerant, nec *facere ut reduces redeant* Latinè dici poterat. Sic & Veteres Intt. & plures è recentioribus quaſi eſſet idem ac שבי *ſchbi*, vel שבות *ſchbouth*.

Fuimus inſtar ſomniantium] Videbamur nobis ſomniare, víxque oculis noſtris credebamus, cum juſſu Cyri, Perſarum Regis, in patriam rediimus. Sic & Græci, cùm à T. Quinctio Flaminino Græciam totam liberari audiverunt. *Polybius* in Excerpt. Legationum, c. IX. τὸ δὲ πολὺ μέρος τῶν ἀνθρώπων διαπιστούμενον καὶ δοκοῦν ὡσανεὶ καθ' ὕπνον ἀκούειν τῶν λεγομένων διὰ τὸ παράδοξον τοῦ συμβαίνοντος, ὡς τις (ὥσπερ) ἐξ ἄλλης ἀρχῆς ἐβόα προσάγειν τὸν κήρυκα. Quod ſic expreſſit *Livius* Lib. XXXIII, 23. *Auditâ voce præconis, majus gaudium fuit, quàm quod univerſum homines caperent. Vix ſatis credere ſe quiſque audiſſe; alii alios intueri mirabundi veluti ſomni vanam ſpeciem*, &c.

2. *Dixerunt inter gentes*] Inter gentes, quæ tum Perſarum imperio parebant, lecto, vel audito Cyri edicto, quo Judæis poteſtas fiebat in patriam redeundi.

Rem magnam &c.] *Magnificavit Jehova faciendo cum illis.* Vide Joël II, 20, 21. hoc loquendi genus. LXX. Intt. verbo tenus: ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μετ' αὐτῶν, & Hieronymus: *magnificavit Dominus facere cum iſtis.* Mera eſt κακοζηλία, non fides bonorum Interpretum, quorum non eſt clara obſcurare. Rectè *Symmachus*: μεγάλα ἐποίησεν ὁ κύριος ἐπ' αὐτούς.

4. *Concede reditum* &c.] *Fac redire, Jehova, captivitatem noſtram.* Vertimus: *ceteris captivis noſtris*, quia jam memoratus reditus Iſraëlitarum ſub Cyro contigerat, multíque ex ejus edicto patriam antiquam reviſerant, ut ex libris Eſdræ & Nehemiæ intelligere eſt; ſed multò plures ad ortum Euphratis & fortè etiam Tigridis remanſerunt. Itaque hîc orant reduces Deum, ut ceteros etiam reducat in patriam.

4. *Qui tam gratus erit, quàm torrentes* &c.] Eſt tantùm כאפיקים בנגב chaaphikim bannegeb, *ut torrentes in meridie.* LXX. Intt. ὡς χειμάῤῥους ἐν τῷ νότῳ, *Aquila*: καταῤῥοίας, *Symmachus*: ὀχετούς, V. Ed. ἀφέσεις. Hieronymus *ſicut rivos in auſtro.* Satis conſtat inter omnes Intt. niſi aliquot verba hîc exciderint, eſſe hanc ellipticam orationem, quam ſupplementis variis interpretantur. Nobis viſus eſt huc voluiſſe Pſaltes tam gratum fore reducibus adventum reliquorum Iſraëlitarum, quàm eſt gratus torrens, qui in meridianos tractus ſitientes incidit; ſive propter amorem popularium & conſanguineorum, ſive quòd quò plures in antiquas ſedes redituri erant, eò tutiùs ibi eſſent habitaturi, minúſque invidiæ vicinorum expoſiti.

5. *Qui ſeverint lacrimantes*] *Serentes in lacrima* &c. Proverbium eſt, quo ſignificat Pſaltes Judæos, qui in rebus duris officio tamen ſuo erga Deum functi fuerint, non ſine lætitia ſumma, patriam recuperaturos, ſoréque ut illic omnium rerum copiâ floreant. *Satione* quidem ſæpe deſignantur hominum mores boni & mali; *meſſi* verò merces, quam ex iis referent, ſeu præmia & pœnæ. Vide Job. IV, 8. Prov. XXII, 8. & Hoſ. X, 12, 13.

6. *Pugillum ſementis*] משך הזרע *meſchech hazzerah*, tractum ſeminis, id eſt tantùm ſeminis, quantum ſementem faciens, unâ vice manu in ſaccum immiſſâ, extrahere poteſt. Inde Hamos. IX, 13. משך הזרע moſchech hazzerah, *trahens ſemen* is qui ſerit, quia è ſacco, quem collo ſuſpenſum geſtat, ſementem extrahit. Vult ergo Pſaltes id futurum, reducibus reliquis Iſraëlitis, quod contingit homini, qui pro *pugillo* ſeminis, quod dolens terræ commiſerat, quòd exigua ejus ſuppeteret copia, neque alendæ familiæ par, colligit multos mergites, quos lætus in horreum fert; nimirum, poſt exiguam ſpem melioris ſortis, & multos exantlatos dolores

6. Qui iverat flens, cùm geſtaret pugillum ſementis, veniet cum lætis clamoribus, mergites ſuos referens.

Providentiæ Dei omnia deberi, eúmque piis favere docet Pſaltes.

1. CANTICUM MAHALOTH SALOMONIS. Niſi Jehova ædificet domum, fruſtra laborarint ædificantes; niſi Jehova cuſtodiat urbem, fruſtra vigilarit cuſtos. 2. Fruſtra eſtis, qui mane ſurgitis, differitis ſedere & panem, doloribus partum, comeditis. Similia dabit *Deus* ei, quem amat, *vel in* ſomno. 3. En hereditas à Jehova PSALM. CXXVII.

ſine lætis clamoribus metere. 6. Qui iverat flens & pugillum ſementis terræ commiſerat, veniet cùm meſſuerit eum mergitibus, quos cum lætis clamoribus in horrea referet.

P A R A P H R A S I S.

1. CANTICUM SALOMONIS. Niſi Creator faveat domum ædificantibus; fruſtra laborant; ut, niſi Deus urbem ipſe defendat, fruſtra ſunt vigiles, qui mœnibus defendendis præfecti ſunt. 2. Fruſtra eſtis, qui mane ſurgitis & differtis ſedere, & panem doloribus partum comeditis. Talia ſuppeditat Deus iis, quos amat, vel dormientibus. 3. Filios quaſi hereditatem à Deo acceptam

lores, lætiſſimos futuros & ſecundis rebus fruituros. LXX. Int. & *Hieronymus*, quos ſine neceſſitate mordicus verbis adhærere, ſæpiùs obſervavimus, hîc ubi propriè loquendum fuit à verbis abeunt, & pro נשא משך הזרע, habent *βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν*, & *portant ad ſeminandum ſementem.* De alia ſignificatione vocis משך Job. XXVIII, 18. adi notata ad eum locum.

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. CXXVII.

1. N*Iſi Jehova ædificet domum*] Niſi ædificantium conſilio faveat, & opus eorum tueatur, fruſtra ædificatur domus; quippe quæ concidet, comburetur, aut diruetur, niſi Deus providentiâ ſuâ ei faverit & auxilium tulerit. Quæ de domo & urbe hîc dicuntur, de quibusvis aliis rebus intelligenda ſunt. Sunt qui putent Salomonem reſpicere ad ædificationem Templi, atque excubias, quæ, eo regnante, Jeroſolimam ſervabant. Sed videtur ad quævis hominum conſilia res ſpectare. Multa ſunt in hanc ſententiam Veterum Ethnicorum dicta, ut hîc Senarius incerti Poëtæ:

> Θεοῦ γὰρ οὐδεὶς ἐντυχεῖ βροτῶν ἄνευ.
>
> *Dei abſque nutu nemo fortunam invenit.*

& alter:

> Θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ Τύχῃ.
>
> *Obſiſtere eſt difficile fortunæ & Deo.*

Sic & *Virgilius* Æn. II, 402.

> *Heu! nihil invitis fas quemquam fidere Divis.*

Ad quem verſum nonnulla ſimilia corraſit *Joan. Lud. Lacerda.*

2. *Fruſtra eſtis*] שוא לכם ſchave lachem, *fruſtra vobis.*

Qui mane ſurgitis] משכימי קום *maſchchime koum*; hoc eſt, verbis *Aquilæ*: *ὀρθρίζοντα ἀνίστασθαι*, laboris, nempe, cauſâ.

Differitis ſedere] מאחרי שבת meahhare ſchebeth, *differentes ſeſſionis*; hoc eſt qui quàm diutiſſimè poteſtis labori incumbitis, nec niſi ſerò, quieſcendi cauſâ, ſedetis. *Aquila* rectè: *βραδύνοντες καθίζεσθαι*, quod & alii expreſſerunt, licèt non iiſdem verbis. Malè *Symmachus*: *εἰς τὸ οἰκῆσαι*, nec meliùs Hieronymus: *poſtquàm ſederitis.*

Panem doloribus partum] *Panem dolorum*, Subaudiendum eſt hîc, niſi Deus laboribus veſtris faverit. Genitivus hîc cauſam deſignat.

Similia dabit Deus] *Sic dabit*, ſubaudi *Deus*, quod ſæpe omittitur. Vide not. ad Pſ. LXXXI, 7.

Vel in ſomno] שנא *ſchena*, pro בשנא *in ſomno*; hoc eſt, exiguo, aut nullo ejus labore. Simile fuit proverbium Græcum, *εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ*, *dormienti rete capit*, apud *Diogenianum* & alios Græcos Parœmiographos, quia contingit interdum, ut dormientibus piſcatoribus in retia incidant ſponte ſuâ piſces. Unde Timothei feliciſſimi Athenienſium Ducis inimici, ut homini illuderent, *ἐζωγράφουν τὰς πόλεις εἰς κύρτον αὐτομάτως ἐκείνου καθεύδοντος ἐνδυομένας*, *pinxerunt urbes, ſponte ſuâ, in rete, eo dormiente, incidentes*, ut narrat *Plutarchus* in Apophthegmatibus atque in vita Sullæ.

3. *Hereditas à Jehova*] נחלת יהוה *nahhalath Jehova*, hereditas Jehovæ; hoc eſt, à Jehova, quaſi eſſet מאת יהוה *meeth Jehova.*

Merces fructus uteri] שכר פרי הבטן *ſchecher phri habbeten.* Hic שכר *ſchecher* nonnulli negant

Jehova ſunt filii, merces fructûs uteri. 4. Quales ſagittæ, in manu viri fortis: tales filii adoleſcentiæ. 5. Felicem virum, qui impleverit iis pharetram ſuam! neque enim pudefient, cùm loquentur cum inimicis in porta.

Oſtendit Pſaltes Dei timentem felicem eſſe.

PSALM. CXXVIII. 1. CANTICUM MAHALOTH. Felicem omnem timentem Jehovæ, & in ejus viis incedentem! 2. Labore enim, *quicumque ita te geris*, manuum tuarum veſceris, beatus eris, & bene tibi erit. 3. Uxor tua, inſtar vitis, intra domum tuam, fructum edet. Filii tui erunt inſtar olearum novellarum, circa menſam tuam. 4. En verò ut benedicetur viro Jehovæ timenti. 5. Benedicat tibi Jehova, è Sione, & bonum videas Jeroſolimæ omnibus diebus vitæ tuæ. 6. Filios filiorum tuorum videas, *&* pax ſit Iſraëli.

ceptam habete. 4. Quales ſunt ſagittæ in manu viri fortis, tales ſunt filii in adoleſcentia patris nati. 5. Felicem verò eum, qui ejuſmodi ſagittis pharetram ſuam implevit; neque enim pudefiet, cùm, in porta urbis, contendet verbis cum inimicis.

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM. Felicem qui timens eſt Creatoris, legibusque ejus paret! 2. Labore enim manuum ſuarum veſcetur, & bene ei erit. 3. Uxor ejus erit inſtar vitis, quæ intra domum ejus fructum edit, filiique ejus erunt inſtar olearum novellarum, circa menſam ejus, & fructum edent. 4. Sic bene erit viro Creatoris timenti. 5. Benefaciat tibi Creator è Sione, & videas, per totam vitam, florentem Jeroſolimam. 6. Nepotes tuos videas, & pacem in Iſraële.

PARA-

gant eſſe mercedem propriè dictam; & donum Numinis, merito nullo provocati, interpretantur. Verum ſanè eſt à Deo nihil nobis deberi, à quo omnia accepimus, & cui nec eas grates fidelis obedientiæ rependimus, quas debemus; ſed minimè hoc impedit, quominus Deus, pro ſumma ſua liberalitate & *συγκαταβάσιν*, vocet *mercedem* id quod promittit hominibus, ſi legibus ipſius pareant, & re verâ præſtat; quamvis non ita paruerint, ut par fuiſſet. Inter hæc præmia eſt etiam numeroſa filiorum ſoboles, ut videmus vel è Pſalmo ſequente.

4. *Filii adoleſcentiæ*] Quòd, nempe, pater jam grandior natu adultos eos videat, eorúmque opera utatur, ad rei familiaris adminiſtrationem & tutelam; cùm filii, qui à ſenibus ſuſcipiuntur, in infantia, aut in pueritia relinquantur. Rationem hujus rei adſequuti non erant viri docti.

5. *Qui impleverit iis ſuam pharetram*] Pergit in metaphora, quæ non nimiùm urgenda.

Neque enim pudefient] Non facilè iis illudere audebunt homines mali, qui teneriori ætati illuderent.

Cùm colloquentur cum inimicis in porta] *Porta* locus erat, ut notum eſt, in qua conſeſſus Judicum & honoratorum hominum ſolebat haberi. Vide ad Gen. XIX, I. Videtur autem hîc verbo *colloqui* ſignificari *altercari*, ut in litibus fieri ſolet.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXVIII.

2. L*Abore enim* &c.] יגיע כפיך כי תאכל jegiah chapphecha chi thochel, *laborem manuum tuarum quia comedes*; hoc eſt, ipſe fructibus laborum tuorum veſceris. Contrà inter diras preces, in improbos, hæc fuit, ut *alieni diriperent laborem ejus* Pſ. CIX, 11. Contrarium de viro bono, vide Eſai. III, 10. Addidimus: *quicumque ita te geris*, ad molliendam ſubitam *ἀποστροφὴν*, quamvis Hebræi ita ſoleant; quia Latinè tantùm ſcientes ſenſum non adſequerentur, omiſſâ perſonâ, quam adloquitur Pſaltes.

3. *Intra domum tuam*] בירכתי ביתך bjarchethe bethecha, *in lateribus domûs tuæ*; hoc eſt, intra tuos parietes, ut Hamos. VI, 10. Videtur Pſaltes ita eſſe loquutus, quia lateribus domuum, ut & hodie fieri ſolet, adplicabantur vites, quarum palmites juxta ea extendebantur. Hoc tantum eſt diſcriminis, quòd vitis exteriora latera domûs occuparet, uxor verò intra parietes habitaret. Orientalis eſt hæc comparatio, auribus fortaſſe noſtris non grata; ſed multa talia ſunt in Orientalium ſcriptis.

Inſtar olearum novellarum] משתילי זיתים miſchthile zethim, *ut plantationes olearum*. Vide de ſeminario olearum faciendo *L. Junium Moderatum Columellam* Lib. V, c. 8.

4. *En verò ut benedicetur*] *Ecce quia ſic benedicetur*.

5. *Et bonum videas*] וראה בטוב oureeh btob, *& vide in bono*; hoc eſt, videas florentem Jeroſolimam, qua in re non minimam partem felicitatis ſuæ ponebant Judæi, ex quo facta eſt ſedes Templi & Regum.

6. *Filios filiorum* &c.] *Vide filios filiis tuis*. Hîc, ut & ſuperioribus verbis, Imperativus vim Optativi obtinet, ut Pſ. XLV, 5. & paſſim in votis.

Et pax ſit Iſraëli] שלום על ישראל *ſchalom hal Jiſchraël*; omnia ſecunda ſint Populo Hebræo.

COM-

Google

Deſcribuntur calamitates Hebræorum, & Deus laudatur, qui eos liberavit.

1. CANTICUM MAHALOTH. Multis anguſtiis vexarunt me ab adoleſcentia mea, dicat nunc Iſraël: 2. Multis, *inquam*, anguſtiis, ab adoleſcentia mea, me vexarunt, ſed non potuerunt me *exſtinguere*. 3. In dorſo meo ararunt, *ſicut* aratores, & ſulcum ſuum protraxerunt. PSALM. CXXIX.

4. Sed Jehova, *qui* juſtus *eſt*, improborum funes abſcidit. 5. Pudore ſuffuſi ſunt, & retrorſum receſſerunt, quicumque Sionem odio habebant. 6. Fuerunt inſtar herbæ tectorum, quæ antequàm floreat exareſcit, 7. & quâ meſſor manum ſuam non implevit,

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM. Multæ anguſtiæ me ab adoleſcentia vexarunt, dicat quivis Iſraelita. 2. Multæ, inquam, ærumnæ, ab adoleſcentia mea, me malè habuerunt; nec tamen potuerunt me exſtinguere. 3. Inimici mei ictibus dorſum meum veluti ararunt, ut aratores agros, quos ſulcant.

4. Sed Creator, quippe qui juſtus eſt, improborum funes aliis injectos abſcidit. 5 Ignominiâ adfecti ſunt, & fugere coacti, quicumque Sionem odio proſequuti ſunt. 6. Eos conferre poſſis herbis illis, quæ in tectis creſcunt, quæ exareſcunt, antequam flores emittant; 7. & quibus nullus meſſor manum ſuam implet, nec ſub brachium;

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXIX.

1. *MUltis anguſtiis* &c.] רבת צררוני *rabbath tſeraroumi*. LXX. Intt. πλεονάκις ἐπολέμησάν με, ſed צרר non eſt πολεμεῖν, verùm *in anguſtias conjicere*, quamvis צר interdum *hoſtis* dicatur. Nec rectiùs Hieronymus: *ſæpe expugnaverunt me*.

Ab adoleſcentia mea] מנעורי *minneœurai*. Hîc per Proſopopœiam Populo Hebræo, quaſi uni homini, adoleſcentia tribuitur. Similimodo loquitur Eſaias de populo Babylonico c. XLVII, 12, 15. & Jeremias de Moabitis c. XLVIII, 11. Similis imago obverſabatur *L. Ann. Floro* cùm hæc in Prooemio Hiſtoriæ ſcriberet: *Si quis ergo populum Romanum, quaſi hominem conſideret, totámque ejus ætatem percenſeat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quaſi ad quemdam juventæ florem pervenerit, ut poſtea velut conſenuerit, quatuor gradus, proceſſúſque ejus inveniet.* Quos poſtea ſingillatim recenſet, atque in certa tempora dividit. Neque hoc de Hebræo Populo mera quædam εἰκασία eſt; non rarò enim par eſt hujus rei meminiſſe, ubi Prophetæ eum, quaſi unum hominem, adloquuntur, iiſdem beneficiis à Deo ornatum, iiſdémque vitiis commaculatum, quamvis omnia in eamdem ætatem non incidant. Vide Ezek. c. XVI. ubi Gentem Hebræam, ſub nomine Jeroſolimæ, quaſi puellam & mulierem deſcribit.

2. *Multis, inquam, anguſtiis* &c.] Similem repetitionem vide Pſ. CXXIV, 1, 2. quæ eumdem utriuſque Pſalmi auctorem fuiſſe perſuadent.

Sed non potuerunt me exſtinguere] גם לא יכלו לי *gam lo jacbelou li*. Eſt loquendi genus Hebraicum, quo ſignificat Pſaltes, non potuiſſe Hebræos à vexatoribus ſuperari. Latinè ſine aliqua additione exprimi commodè ubique nequit. Vide Num. XIII, 30. 1. Sam. XVII, 9. Pſ. XIII, 5. LXX. Intt. οὐκ ἠδυνήθησάν μοι Hieronymus: *non potuerunt mihi*. Quæ nec Græca, nec Latina cùm ſint, ne perſpicua quidem ſunt. Alius interpres Græcus, fortè *Symmachus*, multò meliùs: οὐχ ὑπερίσχυσάν μου.

3. *In dorſo meo ararunt*] Poſſet quiſpiam hæc intelligere, quaſi Iſraël velit, ſe virgis ſæpiùs tergum lacerandum præbuiſſe. Sed præſtat hîc audaciorem metaphoram agnoſcere, quæ graviſſimam tyrannidem ſignificet.

Protraxerunt] Vel *longum fecerunt*, האריכו *haarichou*. Hîc ſulcus dicitur מענית *mahanith*, quaſi *reſponſio*, quòd ſulcus proximus alteri longitudine & ductu reſpondeat. Alibi non occurrit, ſed מענה *mahaneh* eſt jugerum, 1. Sam. XIV, 4 LXX. Intt ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, quaſi legiſſent עונם *havonam*. Symmachus: ἐξέτειναν κακώσεις, quaſi legiſſet מענים *mehannim*, in participio *Pihel*. Meliùs *Hieronymus: prolongaverunt ſulcum ſuum.*

4. *Improborum funes*] עבות *haboth*, funes, quibus vinxerant Iſraëlitas. Vidi Pſ. II, 3. CXVIII, 28.

5. *Quicumque Sionem odio habuerunt*] Ante tempora Nebukadnetſaris, qui non fruſtra Jeroſolimam obſedit, captámque ſolo æquavit, & populum captivum abduxit.

6. *Fuerunt inſtar herbæ tectorum* &c.] Hoc eſt, brevis fuit eorum gloria.

Quæ antequàm floreat exareſcit] שקדמת שלף יבש *ſchekadmath ſchelaph jabeſch*. Sequutus ſum quàm proximè *Aquilam & Symmachum*, quorum prior habet: ὃ ἀρχῆθεν ἀνέθαλεν ἐξηράνθη, & alter ἐκκαυλῆσαι. Ἀναθάλλειν enim eſt hîc ἀναθάλλειν *efflóreſcere in altum*, & ἐκκαυλεῖν *caulem emittere*. Sic res poſtulare videbatur. Alioqui שלף *ſchaleph* non jungitur, niſi cum gladio & ſagitta, quæ è vagina, vel pharetra *educuntur*; vel cum calceo, qui *exuitur*. LXX. Intt. *Theodotion* & V. Ed. verterunt: ἐκσπασθῆναι, ut ſenſus ſit, nihil opus eſſe ejuſmodi herbam *evellere* è tectis, nam ſponte eam creſcere. VI. Ed. ἐκτιναχθῆναι, *excutere*. Hieronymus:

Statim

vit, nec brachium ſuum, qui manipulos colligit. 8. Non dicunt tranſeuntes: benedictio Jehovæ vobis ſit, *aut* benedicimus vobis in nomine Jehovæ.

Petitur atque exſpectatur à Deo remiſſio peccatorum.

PSALM. CXXX.

1. CANTICUM MAHALOTH. E profundis locis invocavi te, ô Jehova. 2. Domine, audi vocem meam, intentæ ſint aures tuæ ad ſonitum precum mearum.
3. Si peccata obſervaveris, ô Jah; quis *coram* te conſiſtet, ô Domine. 4. *Sed* quia venia eſt apud te, ideo te reveremur. 5. Exſpectavi *veniam à* Jehova, exſpectavit animus meus, & id quod dixi præſtolatus ſum. 6. Animus meus ad Dominum *confugit precibus*,

chium, inſtar faſciculi, colligit. 8. His conſpectis, numquam homines tranſeuntes precantur, ut propterea eis, qui ferunt, benedicat Creator, aut ut iis benefaciat.

PARAPHRASIS.

1. E PROFUNDIS locis periclitatus invocavi te, ô Creator. 2. Domine, exaudi quæ à te peto, & concede quæ abs te peto precibus meis. 3. Si peccatis adtentus ſis, quis coram te ſtare poterit? 4. Verùm quia apud te ſpes eſt veniæ delictorum, te colimus. 5. A Creatore exſpectavi veniam, quam pollicitus eſt. 6. Ad eum precibus confugi ipſâ nocte, ante vigiliam matutinam. 7. Iſrae-

Statim, ut viruerit, exaruit. Debuiſſet potiùs, *antequàm viruerit.*

7. *Manum ſuam non implevit*] Qui metunt tantum numerum ſpicarum manu ſiniſtrâ adprehendunt, quantum contineri commodè poteſt, cum dextrâ culmos ſecant. Perinde eſt ergo, ac ſi diceret Pſaltes ejuſmodi herbam meti non ſolitam; ut ſignificet hoſtes Iſraëlis ad tantam paupertatem redactum iri, ut nemo eorum ſpoliis ditior fieri potuerit. Reverâ Babylonii a Perſis plura paſſi incommoda jugum eorum ſubierunt.

Nec brachium ſuum] וחצנו מעמר *vechitzno mehammer.* LXX. Int. *τὸν κόλπον αὐτοῦ ὁ τὰ δράγματα συλλέγων*, ut & alius Int. Græcus, cujus nomen reticetur. *Hieronymus: & ſinum ſuum manipulos faciens.* Quod etiam ex Æthiopicæ Linguæ uſu confirmat *J. Ludolfus* Comment. in Hiſt. Æthiopicam. p. 205. Ac ſanè ſinus veſtis eâ videtur ſignificari, Nehem. V, 13. ſed cùm Arabes חצן definiant, ut obſervavit *Guilielm. Guſius*, ad Maſſecheth Zeroïm, Tit. Dea C. VI, 5. partem corporis, quæ eſt inter axillam & hypochondrium, ſitque verbum Arabicum inde deductum, quod ſignificat, *rem ad eam partem corporis adplicatam geſtavit*, ſive ſub axillam inter brachium & latus; credibilius mihi fit hoc quidem ſignificari propriè, ſed & propter viciniam *brachium* hominis, & quidem bajulantis. Quo ſenſu etiam ſumitur Eſaiæ XLIX, 22. Certè qui manipulos à meſſoribus ſectos colligit, ut majores inde faſciculos faciat, utrumque brachium iis implet, deinde conſtrictos manipulos vincit, aut aliis vinciendos præbet. Jam autem ut ex herba, quæ in tecto è ſemine eo, à vento, delato, numquam fiunt manipuli, neque faſces majores; ſic & Pſaltes negat ullam umquam habitum iri rationem hoſtium populi Hebræi. Ac ſanè imperium Chaldæorum concidit.

8. *Non dicunt tranſeuntes* &c.] Poëticum eſt ornamentum, ac veluti *πάρεργον*, quod elegantiam quidem orationi, ſed ſenſui nihil addit; pertinet enim hoc tantùm ad herbam tectorum, quam nemo metit, & cujus proïnde meſſoribus, qui nulli ſunt, nemo benedicit.

Benedictio Jehovæ] Perinde eſt ac: Deus vos bonis omnibus augeat. *In nomine Jehovæ*, eſt invocato aut prolato nomine Jehovæ, ut in antecedente formula.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXX.

1. E *profundis aquis*] ממעמקים *mimmahamakim*; hoc eſt, è profunda aqua, quâ propemodum obruor. *Profundæ aquæ* magnum periculum ſignificant, quale eſt hominis, qui, ſtans in aqua, ne ſubmergatur timet, quòd locum, in quo pedem figat, ſat firmum non inveniat. Vide Pſ. LXIX, 3 & 15.

3. *Si peccata obſervaveris*] אם עונות תשמר *im havonoth thiſchmor.* Heri, qui ſervorum ſuorum delicta ſtudioſè obſervant, eorum rationem habere ſolent, eâque adeò plectunt. Qui contrà ea non adtendunt, multa prætermittere, atque ignoſcere ſe oportere putant. Ideò Deus *obſervaturus* peccata hîc dicitur, hoc eſt, de iis pœnas ſumturus, quo pacto nemini parceret. Ideò LXX. verterunt: *παρατηρήσῃς*, & Hieronymus: *obſervabis.* Poſſet tamen etiam perinde eſſe ac, *memor fueris*, hæc enim eſt non rara ſignificatio verbi שמר *ſchamar.* Vide ad Geneſ. XXXVII, 11. Senſus tamen idem erit, nam *memorem eſſe* delicti, vel delinquentis, eſt pœnas de eo ſumere. Vide Pſ. IX, 13. Pſ. CXXXVII, 7. Contrâ *oblivisci* dicimur injuriarum, quibus condonamus.

Quis coram te conſiſtet?] מי יעמד *mi jahamod*, quis ſtabit; nempe, in judicio aut quis tuam juſtitiam ſuſtinere poterit? Sic LXX. Int. *τίς ὑποστήσεται*, & Hieronymus: *quis ſuſtinebit?* Vide

precibus, ante excubias matutinas; *ante*, *inquam*, excubias matutinas. [7]. Spem ſuam Iſraël reponat in Jehova, quia apud Jehovam eſt benignitas, & liberatio multa. [8]. Liberabit ille Iſraëlem ab omnibus ſuis peccatis.

Humilitatem & ſpem in Deo collocandam docet Pſaltes.

1. CANTICUM MAHALOTH DAVIDIS. Animus meus non eſt elatus, ô Jehova, neque oculi mei ſublimia *ſpectant*, neque verſor in rebus majoribus me, aut *mihi* occultioribus. [2]. Niſi depoſui, aut coërcui cupiditatem meam, *ut fierem* inſtar *infantis* lacte depulſi, *qui* matri ſuæ incumbit; *niſi ſit* animus meus in me, ut PSALM. CXXXI.

7. Iſraëlem par eſt ponere in Creature omnem ſpem ſuam, quia Creator eſt benignus, & liberator. 8. Ac ſanè liberat Iſraëlitas ab omnibus eorum peccatis.

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM MAHALOTH DAVIDIS: Non eſt mihi animus ſuperbus, ô Creator, neque oculi mei ad nimis ſublimia ſpectant, neque verſor in rebus, quæ ſunt ſupra meum captum, aut occultiores, quàm eas intelligere poſſim. 2. Niſi cupiditatem meam depoſui, aut coercui, ut

Vide Dan. VIII, 4, 7. Mal. III, 2. Interrogatio hæc vim negantis enunciationis obtinet.

4. *Venia eſt apud te*] עמך הסליחה *bimmecha haſſelibha*, *secum propitiatio.* LXX. Intt. παρὰ σοὶ ἱλασμός ἐστι. Hieronymus: *secum propitiatio*; hoc eſt, veniam das, ignoſcis; hîc enim de ſacrificiis agi non videtur.

Ideò te reveremur] למען תורא *lmahan thivvare*, ideò timeberis, aut timeris. Dixi, *te reveremur*, mutatâ conjugatione, non ſenſu, propter obſcuritatem, quæ ſe ſe alioquin legentis animo objicit. Mirum enim videtur dici Deum *timeri*, quia ignoſcit, eò quòd *timor* videatur potiùs ſeveritate gigni, quàm clementià. At *timor* eſt hîc non terror; ſed reverentia, conjuncta cum amore, quam virtutem pariunt in nobis bonitas & miſericordia, ſeu placabilitas Dei. Non dicimur *timere* parentes, ſed *revereri*, nec *Timor Dei* eſt hîc, non quod diceres Gallicè: *la peur qu'on a de Dieu*, ſed *le reſpect que l'on a pour lui.* Qui crederent, Dei naturam eſſe prorſus implacabilem, horrerent potiùs eum, quàm revererentur; nec poſſent colere eo cultu, quem Deus poſcit à nobis, hoc eſt, cum grato animo atque amore conjuncto. Cùm hoc non adſequerentur Veteres Intt. non potuerunt ſe hoc loco ſat commodè expedire. LXX. Intt. habent: ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε κύριε, quæ carent ſenſu, nec Hebraica exprimunt. *Theodorus* tamen Heracleota, ex iis citat, διὰ τὸν νόμον σου, ut habet etiam Vulgata, quaſi legiſſent תורה thorah *lex*. *Aquila & Theodotion*: ἕνεκεν τοῦ φόβου, quaſi תורא nomen eſſet, quod *metum* ſignificaret. Symmachus: ἕνεκεν τοῦ νόμου. Editio V. ἐπὶ φόβῳ. Alia: ὅπως ἐπίφοβος ἔσῃ. Hieronymus: *cùm terribilis ſis.*

5. *Exſpectavi veniam à Jehova*] קויתי יהוה *kivvitim Jehova.* Rem ita expreſſi, quaſi è ſuperioribus verbis eſſet repetendum id, quod exſpectabat Pſaltes, & quaſi ſcripſiſſet: קויתי הסליחה מאת יי. LXX. Intt. ὑπέμεινά σε κύριε, & Hieronymus: *ſuſtinui Dominum.* Alius Int. Græcus, cujus nomen non profertur, meliùs, προσδόκησα.

Exſpectavit animus meus] *Anima mea*, ſeu ego. Hæc idem ſignificant, ac ſuperiora & proximè ſequentia verba. Sed ejusmodi repetitio habet quamdam ἔμφασιν cùm in Hebraïca; tum etiam in aliis Linguis; cujus exempla invenientur in Indice Pentateuchi, ad vocem *Synonyma.*

Id quod dixit] לדברו *lidbaro*, hoc eſt, promiſſionis ejus implementum exſpectavi. Sæpiùs Pſ. CXIX. talia occurrunt.

6. *Animus meus ad Dominum confugit*] נפשי לאדני *napſchi ladonai*, anima mea ad Dominum. Poſſis etiam ſupplere *intenta eſt*, קשבה *kaſcheba*, aut ſimile quiddam.

Ante excubias matutinas] משמרים לבקר *miſſchomerim labboker*, ante cuſtodientes manè, nam מן ſignificat interdum *ante*, ut docebit *Chr. Noldius.* Dividebatur nox in tres vigilias, ut oſtendimus ad Jud. VII, 19. Itaque ſignificat Pſaltes, ſe ante horam noctis octavam Deum orare. Vide & ad Pſ. CXIX, 147 & 148.

Ante, inquam, excubias] Repetitur שמרים לבקר *ſchomerim labboker.* Alibi etiam tales repetitiones legentibus occurrunt, ut infra Pſ. CXXXIII, 2. CXXXV, 12. Jerem. XXIII, 2. Attamen LXX. Intt. habent: ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας μέχρι νυκτός, non quòd legerent, in ſuo Codice, לילה *lailah*, pro לבקר *labboker*, ſed quia, ut puto, legendum exiſtimarunt, & quidem perperam. Nec meliùs Hieronymus: *à vigilia matutina, ad vigiliam matutinam*, non enim hîc eſt עד, *uſque ad*, & ſignificaretur ſpatium 24. horarum, ab aurora ad auroram, quod nuſquam ſic deſcribitur.

8. *Ab omnibus ſuis peccatis*] מכל עונותיו *mikchol havonothau*, hoc eſt, ab omnibus pœnis, quas delictis ſuis meriti ſunt.

COMMENTARIUS
In PSALM. CXXXI.

ANimus meus non eſt elatus*] לא גבה לבי *lo gabah libbi*, non elatum eſt cor meum. Modeſtiam ſuam, apud Deum, commemorat Pſaltes, ſeu is David fuerit, ſeu alius. Hæc

loquutio

ut lacte depulſus, *pœnas de me ſumito.* 3. Spem ſuam reponat Iſraël in Jehova, ab hoc tempore, in perpetuum.

Jusjurandum Davidis de conſtituendo in certo loco tabernaculo Dei, & viciſſim Dei de benefaciendo Davidi.

PSALM. CXXXII.

1. CANTICUM MAHALOTH. Memor eſto, Jehova, Davidis cauſâ, omnis ejus adflictionis, 2. qui juravit Jehovæ, & vovit *Deo* potenti Jacobi, *his verbis*: 3. Si ingreſſus fuero tabernaculum domûs meæ, ſi conſcendero lectum mihi ſtratum, 4. ſi

ut fierem inſtar infantis lacte depulſi, qui matri ſuæ incumbit; niſi ſit animus meus in me, ut lacte depulſo, de me pœnas ſumito. 3. Sic ſpem ſuam reponant Iſraëlitæ in Creatote, ab hoc tempore in perpetuum.

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM Mahaloth. Memento, ô Creator, omnis ejus adflictionis, 2. qui tibi juravit & votum hoc concepit, ô Deus omnipotens Iſraelis, in hanc ſententiam. 3. Si intravero domum meam, 4. ſi me lecto compoſuerim, ſi oculis meis ſomnum conceſſerim, 5. donec invenero locum Templo Creatori & ſedes Deo potentiſſimo Iſraëlis; tum de me ſupplicium ſumito. 6. Ephrathæ in agris ſilveſtribus audivimus quo loco poſſet ædificari. 7. Cum verò Templum

loquutio, detractâ negatione, ſuperbiam & rerum ſuarum fiduciam nimiam ſignificat. Vide 2. Par. XXVI, 16. XXXII, 25. Ezek. III, 2, XXV, 17. Additâ, contrarium ſonat.

Sublimia ſpectant] רמו *rumou*, alti ſunt. Sermo eſt non de oculis corporis, ſed de oculis animi, quibus ſe ſublimiora, hoc eſt, ea, ad quæ non dignus erat qui adſpiraret, negat ambiiſſe.

Verſor in rebus majoribus me] *Neque ambulavi in rebus magnis — præ me*: ולא הלכתי בגדולות ממני *velo hillachthi bigdoloth mimmenni.* Notum eſt fœminina pluralia vim obtinere neutrorum. Bene LXX. Intt. καὶ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις, nempe, πράγμασι. Incommodè *Aquila* & *Theodotion*: ἐν μεγαλωσύναις. *Symmachus*: ἐν μεγαλείοις. Atqui גדולות erat nomen adjectivum, æquè ac μεγάλα, nec mutanda erat ratio loquutionis Hebraïcæ, ut minùs Græcè loquerentur.

Occultioribus] נפלאות *niphlaoth*, LXX. Intt. ἐν θαυμασίοις, & ſic ſolent vocem vertere. Sed hîc potiùs *occulta* ſignificant, & quidem occultiora, quàm ut à Pſalte ſciri poſſent. *Symmachus* & *Theodotion*: ὑπερβάλλουσί με.

2. *Niſi depoſui, aut coërcui cupiditatem meam*] אם לא שויתי ודוממתי נפשי *im lo ſchivvithi vedomamthi naphſchi.* Primùm hîc שויתי interpretati ſumus *poſui*, aut *depoſui*, quaſi eſſet שמתי *ſchamthi*, quæ eſt verbi ſignificatio Pſ. XVI, 8. XXI, 6. Deinde דוממתי à דום *doum* quieſcere, ſilere, idem eſſe putavi ac coercui, quæ eſt ſignificatio Conjugationis activæ Pohel. Denique נפש hîc cupiditatem ſignificare omnino videtur, ut Pſ. XXVII, 12. XLI, 3. nihil enim intra nos eſt, cui ſilentium imponendum ſit, aut quies imperanda, præter cupiditatem, intra nos tumultuantem. LXX. Intt. εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ἀλλ' ὕψωσα (quaſi legiſſent רוממתי romamthi) τὴν ψυχήν μου. Sed non ſatis convenit huic ſenſui cum proximè ſequentibus verbis. *Symmachus*: εἰ μὴ ἐξίσωσα καὶ ὡμοίωσα τὴν ψυχήν μου, *niſi æquavi & ſimilem reddidi animum meum*; nec quiſquam negarit, quin שוה *æquare* ſignificet interdum, aut quin verbum דמה *damah*, ſimilis fuit, adfine ſit litteris τῷ דום *doum.*

Ut fierem inſtar infantis lacte depulſi &c.] כגמול עלי אמו chegamoul hale immo, *ut depulſus lacte ſuper matre ſua.*

Niſi ſit animus meus in me &c.] כגמול עלי נפשי chgamoul halai naphſchi, *ut depulſus lacte animus meus ſuper me.* Repetiimus hîc *niſi*, perſpicuitatis cauſâ, ac ſanè eadem repetuntur ac antea, עלי verò vertimus *in me*, quòd ita res poſtularet, eâque particula cum voce נפש eodem modo conjungatur Pſ. XLII, 5, 6, 7, 12. & XLIII, 5. נפש eſt *cupiditas*, ut antea, ſed vitandæ repetitionis cauſâ, vertimus *animum*, qui cupiditatem complectitur. Tandem addidimus: *pœnas de me ſumito*, quod neceſſariò ſubaudiendum, nec ſanè rarum poſterius periodi membrum lectori ſupplendum reliquui. Vide Num. XXXI, 42. & quæ illic notata. In diris ejuſmodi precibus, ſolebat aliquid omitti, ut liquet è Pſ. CXXXII, 5. Similem ſententiam his ipſis verbis tribuerunt veteres Intt. ne penderet ſenſus: LXX. Intt. ὡς ἀνταποδώσεις ἐπὶ τὴν ψυχήν μου. *Symmachus*: ὅπως ἀνταποδοθείη τῇ ψυχῇ μου, & alius: ἀνταποδοθῇ ἡ ψυχή μου. Sed oporteret legi בֵּן גְּמוּל עָלַי נַפְשִׁי *ſic merces* (ſit) *in animam meam.* Hieronymus: *ita ablactata anima mea*, quaſi fuiſſet בֵּן גְּמוּלָה נַפְשִׁי, quod caret ſenſu.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXXII.

3. *LECTUM mihi ſtratum*] *Lectum ſtrati mei.* Quo tempore, hoc ſit votum à Davide, non ſatis liquet. De conſilio Davidis condendi Templi vide 1. Par. XVII. ubi tamen de voto

4. ſi conceſſero ſomnum oculis, & dormitationem palpebris meis, 5. donec invenerim locum Jehovæ, & ſedes *Deo* potenti Jacobi; *tum verò pœnas de me ſumito.* 6. En de ea *ſede, ubi futura eſſet*, audivimus Ephrathæ, invenimus eam, *cùm eſſemus* in agris ſilveſtribus. 7. Ingrediemur in ſedes ejus, & adorabimus ad ſcabellum pedum ejus. 8. Surge, Jehova, *ut te conferas* ad quietam tuam ſedem, tu & Arca potentiæ tuæ. 9. Sacerdotes tui induantur juſtitiâ, & tui benigni lætas voces mittant. 10. Propter Davidem ſervum tuum, ne preces averſeris Uncti tui.

11. Juravit Jehova Davidi, quaſi veritatem, à qua numquam recedet: è fructu uteri tui aliquem collocabo tibi in ſolio. 12. Si obſervarint filii tui fœdus meum, & teſtificationes meas, quas eos docui, & eorum poſteri in perpetuum, in ſolio tuo, ſedebunt; 13. quia elegit Jehova Sionem, & habitationem ſibi eſſe cupiit. 14. Hæc, *inquit*, quieta

plum ædificatum erit in id ingrediemur, eúmque adorabimus veluti ad ſcabellum pedum ejus, qui cœlum ſedes habet. 8. Surge vero, ô Creator, ut ad quietam ſedem tuam in terris, Templum & Arcam, te conferas. 9. Sacerdotes vero tui, non tantum veſtibus Sacerdotalibus induantur, ſed & virtutibus, quibus ornatur animus, & qui, pro legibus tuis, beneficia in egenos exerceant, lætas voces mittant. 10. Davidis, ſervi tui, qui te ſolum colit, ne aſperneris preces, quas tibi fundit

Unctus ille tuus.

11. Creator jurejurando confirmavit Davidi fore ut ex ejus poſteris aliquis ſedeat in regio ſolio Iſraelis. 12. Si filii tui, inquiebat, obſervarint fœdus mecum contractum, iis legibus quas illos docui, eorúmque poſteri in perpetuum, in ſolio tuo poſt te ſedebunt: 13. quia Creator elegit Sionem, quaſi ſedem perpetuam ſibi futuram. 14. Hæc, inquit, quieta mea ſedes, à qua non diſce-

voto nihil, & C. XXII ubi deſcribitur adparatus ejus ad condendum Templum, exponuntúrque quæ ea de re Salomoni in mandatis dedit. Religione ergo hujus voti, quod priùs conceptum oportuit, à Deo ſolutus rem Salomoni perficiendam permiſit. Priùs tamen areato templo condendo ſignavit, ut illic narratur.

5 *Tum verò pœnas de me ſumito*] Hoc neceſſariò ſubaudiendum. Vide not. ad Pſ. CXXXI, 2.

6. *De ea ſede, ubi futura eſſet, audivimus*] Eſt tantùm שמענוה *ſchmahanuha*, audivimus eam. Sed res paullò pluribus verbis, ut vitaretur obſcuritas, exprimenda fuit.

Ephratæ] Nomen Bethlehemi, aut tractûs, circa eam urbem. Vide *Euſebium* in locis, ad hanc vocem, & quæ ibi notavit *Jac. Bonfrerius.* Hinc colligere eſt, cùm illic eſſet David, revelatum ei fuiſſe condendi Templi locum.

7. *Ad ſcabellum* &c]. Vide Pſ. XCIX, 5.

8. *Surge Jehova* &c.] Hinc credibile fit ſcriptum hunc Pſalmum, poſt conditum à Salomone Templum, cùm ei Arca illata eſt. Vide 1. Reg. VIII, 3. & ſeqq.

Ad quietam tuam ſedem] למנוחתך *limnoubhathecha*, ad quietem tuam. Sic vocatur terra Chananæa, in qua Iſraëlitæ, poſt quadraginta annorum errores, quievere, Deut. XII, 6. 1. Reg. VIII, 6. Pſ. XCV, 11. Multis in locis fuerat Arca, ante conditum Templum, de qua re vide 2. Sam. VII. & 1. Par. XVII. Sed ſemel illata Sacrario à Salomone condito numquam inde elata eſt, niſi captâ Jeroſolimâ à Chaldæis. Vide 1. Reg. VIII, 9. & 2. Reg. XXXV.

Arca potentiæ tuæ] Hoc eſt, ad quam potentiæ tuæ ſpecimina ediditſti. Vide 2. Par. VI, 41.

9. *Induantur juſtitiâ*] Non modo veſtibus ſacerdotalibus indutii, ſed & animi virtutibus ornati inferant Arcam Sacrario.

10. *Ne preces averſeris Uncti tui*] *Ne fac redire faciem Uncti tui*, Salomonis, nempe. Hoc eſt, ei largitor, quod abs te petit. Vide 1. Reg. II, 16, 17, 20.

11. *Juravit Jehova Davidi*] Neque in Hiſtoria ipſa 2. Sam. VII, 13. neque in oratione Salomonis ad Deum, 1. Reg. VIII, 25. & 2. Par. VI, 16. mentio ulla fit juriſjurandi Dei, ſed Pſ. LXXXIX, 50. Hiſtoria videtur è Pſalmis ſupplenda, neque enim Davidis ſat plenam Hiſtoriam habemus, & circumſtantiæ Hiſtoriarum Sacrarum prætermiſſæ alienis locis inveniuntur.

E fructu uteri tui] Quia uterus matris ad patrem pertinet.

12. *Fœdus meum & teſtificationes*] Hoc eſt, leges meas.

Et eorum poſteri &c.] In nullam aliam familiam tranſlata eſt regia dignitas, in Tribu Judæ; ſed cum Davidica prole regnum ipſum concidit. Quod non conceſſit Deus Regibus Iſraëlis.

15. *Annonæ ejus benedicam*] *Annona* vocatur hîc ציד *tſajid*, quam meritò *Aquila*, *ἐπισιτισμὸν*, & *Symmachus*, *σῖτον* verterunt. At LXX. Int. θήραν, unde imperiti librarii fecerunt, χήραν, & *Hieronymus*, *venationem.* Reverâ vox *venationem* ſignificat, ſed etiam *annonam* & *viaticum*, ut Gen. XLII, 25. Joſ. IX, 5, 14. atque in hoc loco. Meliùs *Hieronymus*, ad locum Geneſeos, vertit *cibaria*; qua de re hæc habet, in Quæſt. in Geneſin, col. 543. T. II. *Verbum* SEDA, *quod hic omnes, ore conſono* ἐπισιτισμὸν, *id eſt*, cibaria, *vel* ſitarcian *interpretati ſunt, in Pſalterio quoque habetur. Ubi enim noſtri legunt:* viduam ejus benedicens benedicam, *licèt in pleriſque Codicibus pro*, vidua, *hoc eſt, pro* χήρᾳ, *nonnulli legant* θήραν, *in Hebræo habet* SEDA, *id eſt*, cibaria ejus benedicens benedicam. Porrò θήρα venationem *magis poteſt ſonare, quàm* fruges; *tametſi moris ſit Ægyptiorum* θήραν *etiam* far *vocare, quod nunc corruptè* theran *nuncupant.* Verum eſt, ut diximus, voce ציד *venationem* ſignificari ſed hîc certè *annonam* non venationem ſonat, ut ſequentia verba oſtendunt.

15. *Induam ſalute*] Hoc eſt, ſalvos atque incolu-

eta mea ſedes in perpetuum, hîc habitabo, quia eam cupii. [15]. Annonæ ejus benedicam, pauperéſque ſatiabo pane. [16]. Sacerdotes ejus induam ſalute, & ejus beneficî lætas voces emittent. [17]. Illic faciam, ut creſcat cornu Davidis, & paravi lucernam Uncto meo. [18]. Hoſtes ejus induam ignominiâ, at in eo florebit ejus diadema.

Fraterna caritas laudatur & confertur cum oleo, quo Pontifex Maximus unctus erat.

PSALM. CXXXIII. 1. CANTICUM MAHALOTH DAVIDIS. En quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres, etiam unà! 2. *Eſt hoc* inſtar olei boni capiti adfuſi, & quod

diſcedam, hæc habitatio, quia eam volui. 15. Annonæ Jeroſolimæ, ne deſit, benedicam, nec pauperes in ea pane carebunt. 16. Sacerdotes, qui ſacra illic facient, incolumes præſtabo, & liberales omnes viri, qui illic erunt, habebunt cur lætentur. 17. Faciam, ut illic augeatur auctoritas Davidis, eique lucernam perpetuam dabo, quem unctum meum eſſe volui. 18. Contrà hoſtes ejus ignominiâ afficiam, dum ejus diadema florebit.

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM Mahaloth Davidis. Quàm honeſtum & quàm jucundum fratres ſimul habitare! 2. Eam amicitiam comparare poſſis oleo odorifero capiti adfuſo, & defluenti ad barbam uſque

incolumes præſtabo. Loquendi hoc genus occurrit etiam 2. Par. VI, 41. Eſaiæ LXI, 10. Vid. verſ. 18.

17. *Ut creſcat cornu Davidis*] Potentia & gloria poſterorum Davidis. Vide not. ad Pſ. LXXV, 5, 6, 11. Pro eo, quod habemus *faciam ut creſcat*, eſt Hebraïcè אצמיח *atſmiahh*, germinare, aut florere faciam, quod cùm pertineat propriè ad plantas, ſi propriè intelligatur; hîc non poteſt, niſi tralaticio ſenſu gloriæ incrementum ſignificare.

Lucernam] Filium Salomonem. Vide 1. Reg. XI, 36. & not. ad 2. Sam. XXI, 17.

18. *Induam ignominiâ*] Faciam, ut infames fiant. Vide verſ. 15.

Florebit ejus diadema] יציץ נזרו *jatſits nizro*. Hoc eſt, florebunt Reges Davidis poſteri; nam hæc ad eos quoque referuntur.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXXIII.

1. ETiam unà] גם יחד *gam jabbad*; hoc eſt, in iiſdem ædibus concordes agere; laudari enim res, ſine concordia, non poſſet. Sunt qui velint יחד perinde eſſe ac *uno animo*, ſed nulla ſatis certa exempla hujus ſignificatûs proferuntur. Diximus autem, *in iiſdem ædibus*, quia nihil mirum fuiſſet, fratres habitare in eodem terrarum tractu; quod etiam apud Hebræos neceſſe erat, cùm pleri que omnes prædia haberent in ejuſdem Tribûs agris, imò etiam vicina; nam diviſæ hereditatis unius partes vicinæ erant. Poſſit etiam addi, intelligendos fratres, qui ſinguli eſſent patres familias; quos concordes inter ſe vivere difficilius eſt, propter diſſidia, quæ inter mulieres & pueros ſæpe naſcuntur.

2. *Olei boni*] כשמן הטוב *chaſſchemen hattob*: quod poſſit etiam verti: *inſtar optimi illius olei*, propter repetitionem ה emphatici, quæ vim interdum habet ſuperlativi. Confertur fama concordiæ fraternæ, cum odore grato præſtantiſſimi unguenti, quo Pont. Max. ungebatur, Exod. XXX. 23. & cui ſimile conficere nefas erat. Quamvis ejusmodi comparatio aliis Linguis uſitata non ſit, propterea non minùs elegans eſt in Lingua Hebraica.

In barbam, inquam,] Vide ſimilem repetitionem Pſ. CXXX, 6.

In oram veſtium ejus] על פי מדותיו hal phi middothau, *ad os veſtium ejus*. LXX. Intt. ἐπὶ τὴν ὤαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ, quod interpretantur oram ſuperiorem ſeu περιτραχήλιον, ut ex *Theodoreto* habet *Suidas*. *Aquila*: ἐπὶ στόμα ἐνδυμάτων αὐτοῦ. *Symmachus*: ἐπὶ τὴν ὤαν τῶν περιμέτρων αὐτοῦ. מדות hîc non ſunt *menſuræ*, ſed *veſtes*, unde fortè μανδύας, quod indumentum Perſicum ait eſſe *Heſychius*.

3. *Inſtar roris Chermonis*] Conſtat quidem *Chermonem* eſſe jugum altiſſimum Antilibani ad ortum Jordanis, ut diximus ad Deut. III, 9. & in Indice Hebraïco ad Pentateuchum; ſed quinam ſint *montes Sionis*, de quibus mox, non ita liquet.

In montes Sionis] על הררי ציון *hal harere Tſijon*. Quærunt Intt. quî de rore montis Chermonis dicere poſſit Pſaltes: *qui deſcendit in montes Sionis*; cùm Sion mons eſſet intra Jeroſolimæ mœnia, Chermon verò procul illinc ad ortum Jordanis Septemtriones verſùs. *Hugo Grotius* non improbat doctorum, quorum nomina non addit, conjecturam; quâ cenſebant, hîc fuiſſe primùm vocem שיאן *Schion*, quo nomine vocabatur pars aliqua Antilibani, vicina ei, cui proprium nomen fuit Chermoni, & cujus juga erant Chermonicis inferiores, unde fieret, ut è jugis ſuperioribus rores deſcenderent in inferiora. Sed cùm non ita notum eſſet hoc nomen, adfine ſono ei ſubſtitutum fuiſſe à librariis nomen notiſſimum & celeberrimum ציון *Tſijon*, ſeu Sion. Nec abſurda eſt conje-

Digitized by Google

quod deſcendit in barbam; in barbam, *inquam*, Aharonis; quódque defluit in oram veſtium ejus; 3. *vel* inſtar roris Chermonis, qui deſcendit in montes Sionis. Nam illic juſſit Jehova *eſſe* copiam *&* vitam in perpetuum.

Adhor-

uſque; ad barbam, inquam, Pontificis Maximi, cum conſecratur; imò verò ad oram uſque veſtium ejus. 3. Poſſis etiam eam conferre roribus, qui è vertice montis Chermonis, ſparguntur in colles Jeroſolimitanos. Illic Creator juſſit eſſe in perpetuum alimenta vitæ neceſſaria, & quidem copioſè.

PARA-

conjectura.

At vir doctiſſimus *Hadr. Relandus*, nuper, non ſine gravi Litterarum Orientalium jactura, defunctus, Palæſtinæ Illuſtratæ Lib. I. c. 49. hac de re etiam egit, & poſtquàm oſtendit, nullam interpretationum antea adlatarum ſibi ſatisfacere, faſſúſque eſt à ſeipſo nihil inventum, in quo adquieſcere poſſet; nec malè confutat eos, qui à monte uſque adeò à Sione remoto, ac Chermon eſt ad ortum Jordanis, deſcendere in Sionem rores putant; nec veriſimile eſſe putat, Jeroſolimitanum montem vocari hîc *montes Sionis*, cùm ſit unus collis. Itaque mavult Chermonem eum intelligi, qui non longè à monte Thabor nunc hoc nomine notus eſt, & Chermonim jam tempore *Hieronymi* vocabatur; quam in rem profert locum ex Epiſt. Paullæ & Euſtachii, ad Marcellam Tom. IV. P. 2. Ed. Bened. col. 552. *Adparebit oppidum Naim, in cujus portis viduæ filius ſuſcitatus eſt. Videbitur & Hermonim & torrens Endor, in quo ſuperatur Siſara.* Verùm חרמונים dici potuerunt juga montis, qui fuit terminus ſeptentrionalis Iſraëlis, quæ facilè è Galilæa proſpici poterant. Eſt ſimilis locus in Epitaphio Paulæ col. 677. *Scandebat montem Thabor, in quo transfiguratus eſt Dominus. Adſpiciebat procul* (non in vicinia Thaboris) *montes Hermon & Hermonim & campos latiſſimos Galilææ* &c. Putat etiam vir eruditiſſimus *montes Tſion* dici colles vicinos minores, qui הר מצער *mons minor* dicuntur Pſ. XLII, 7. ubi cum *Chermonim* & *terra Jordanis* conjunguntur. At ad eum locum oſtendimus agi, re verâ de tractu ad ortum Jordanis ſito. Fatetur tamen ſe demonſtrare non poſſe illis collibus hoc nomen adhæſiſſe; ſed plura ait eſſe loca, quorum nomina non niſi uni teſtimonio Scriptoris Veteris debentur; nec quia *Tſijon* Jeroſolimitanus mons celebris eſt, illum ſolum hoc nomine dictum eſſe ſequi (plura enim loca idem nomen gerere) & plurali nomine *montium* evidenter eos diſtingui à Sione. Quod nec ipſe negarim.

Denique ſuſpicatur veſtigium nominis *Tſijon* exſtare Joſ. XIX, 17. ubi שיאן *Sion* memoratur urbs Tribûs Jiſſaſcharis vicina monti Thabori, uti *Euſebius* ſcribit ad vocem Σηὼν, adeóque non procul à Chermone. Pronunciationem verò primarum literarum vocum ציון & שיאן eamdem fuiſſe obſervat, apud Græcos. Quæ magis ad rem facerent, ſi eorum, quos *Grotius* laudavit, conjecturam admiſiſſet; de qua planè tacet. Eſt tamen omnium veriſimillima, &, donec meliora inveniantur, ceteris eam omnibus conjecturis præferemus; ita tamen ut conjecturam eſſe, *hoc* eſt, rem incertam ſemper meminerimus.

Nomine autem *roris deſcendentis* ex altiſſimis Chermonis jugis in inferiora Sionis, intelligimus non rorem propriè dictum, vel humorem illum, *quem ſerenis aſtra rorant noctibus*, ut ille eſt; ſed humorem quemvis ex editioribus jugis in humiliora deſcendentem. Rei ipſi & oleo deſcendenti è capite in barbam Aharonis, meliùs huc convenit; quamvis pars humoris illius poſſit roribus conſtare, copioſiſſimi enim rores etiam in montibus altiſſimis cadunt, præſertim æſtate.

Illic] שם *ſcham*, hoc eſt, in Ædibus, ubi fratres concordes habitant.

Copiam] ברכה *brachah*, benedictionem, quæ paſſim *copiam* ſignificat, aut etiam quamvis felicitatem.

Et vitam] Copula ſupplenda eſt. *Significat* Pſaltes non quidem homines in perpetuum illic vivere, quod numquam contigit; ſed numquam illic graſſari peſtilentes morbos, quod ſæpe factum eſt.

COM-

Adhortatur Pſaltes cultores Dei, ut eum laudent benedictionémque ejus iis pollicetur.

PSALM. CXXXIV. 1. CANTICUM MAHALOTH. Benedicite Jehovæ, omnes ſervi Jehovæ, qui in ejus Æde noctu ſtatis. 2. Tollite manus veſtras *ad* Sacrarium, & benedicite Jehovæ. 3. Benedicat tibi è Sione Jehova, qui fecit cœlum & terram.

Pſaltes Hebræos hortatur ad laudandum Jehovam, cujus opera celebrat, & alios Deos ſpernit.

PSALM. CXXXV. 1. LAUDATE Jah. Laudate nomen Jehovæ, laudate ſervi Jehovæ, 2. qui ſtatis in ejus Æde, & in Atriis Ædis Dei noſtri. 3. Laudate Jah, quia bonus eſt Jehova; carmina canite ejus nomini, quia jucundum eſt, 4. quia Jacobum elegit ſibi Jah

PARAPHRASIS.

1. CANTICUM Mahaloth. Laudate Creatorem, eique gratias agite omnes ejus cultores, qui nocte in ejus Æde excubias agitis, tendite manus ad Sacrarium, & laudate Creatorem, eúmque laudate. 3. Is verò vobis benedicito idem, qui cœlos & terram creavit.

PARAPHRASIS.

1. CREATOREM laudate, vos, ejus ſervi, 2. qui cuſtoditis ejus Ædem, atque Atria ejus. 3. Extollite Creatorem, quia beneficus erga vos eſt; carmina canite in ejus laudem, quia beneficum erga vos ſe præſtat, nec jucundius quidquam eſt; 4. & quia Iſraëlitas elegit, ut eſſent ſuum peculi-

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXXIV.

1. B*Enedicite Jehovæ*] *Ecce benedicite*, ubi τὸ הנה *binneh* abundat. Certè Latinè exprimi nequit.

Qui in ejus Æde] *Qui in Æde Jehovæ.*

Statis] העמדים *hahomedim*, *ſtantes*. Referunt hæc ad Levitas, qui excubias ſtantes in Templo agebant; ut docent Thalmudici, in Cod. Middoth C. I, 2.

2. *Tollite manus veſtras ad ſacrarium*] שאו ידכם קדש *ſcheou jedechem kodeſch*, quod pleniùs exprimas: ידיכם אל הקדש *jadechem el hakkodeſch*, manus veſtras ad ſacrarium. Levitæ nimirum, Deo benedicturi, manus ad Sacrarium converſi tendebant; nam *manus tendere* eſt precantium, ut Exod. IX, 29, 33. XVII, 11, 12. & pluribus aliis locis; &, ad Sacrarium quidem converſi erant, ut 1. Reg. VIII, 38. 2. Par. VI, 29 קדש *kodeſch*, ſanctitas, hîc, ut ſæpe alibi, pro מקדש *mikdaſch*, Sacrario. Vide Pſ. XX. 3. CL, 1. Sic ergo tactitare ſolebant Levitæ, ut ceteri omnes, qui in Templo orabant.

3. *Benedicat tibi è Sione* &c.] Videtur hoc veluti reſponſum Levitarum benedictionem Dei adprecantium populo, à quo excitati erant ad Deo benedicendum. Itaque ſuperiora erant populi, aut ejus, qui populi nomine Levitas adloquutus erat.

Qui fecit cœlum & terram] Omnium rerum Creator, quo diſtinguebatur Deus Iſraëlis ab omnibus iis, qui Dii dicebantur, cùm non eſſent, quippe qui Creatores non erant.

COMMENTARIUS.

In PSALM. CXXXV.

1. L*Audate Jah.*] Titulus plurium Pſalmorum, quibus Iſraëlitæ ad Dei laudes excitantur, ut, Pſ. CVI, CXI, CXII, CXIII &c.

2. *Statis in ejus Æde*] Miniſteria, nempe, ſacra obituri. Vide Deut. I, 38. X, 8. & XVIII, 5. Jud. XX, 28.

4. *Jacobum*] *Jacobi poſteros.*

In peculium ſuum] לסגלתו *liſgullatho*. LXX. Intt. περιουσιασμόν, *Symmachus*: ἐξαίρετον αὐτῷ Vox Hebraica pretioſiſſima quæque, etiam Regibus repoſita, ſignificat; ſed ſequuntur Latini Intt. *Hieronymum*, qui *peculium* vertit [illegible], quod propriè eſt id, quod ſervi ſibi liberalitate herorum, aut parſimoniâ ſuâ ſeponebant. Sed & poſtea tranſlatum eſt ad liberorum hominum peculiaria bona, ſeorſim ab aliis repoſita. Vide *Ger. Joan. Voſſium* in Etymologico L. L.

5. *Omnibus Diis*] Non tantùm commentitiis Diis, ſed & iis, qui meliore jure *Dii* vocabantur, ut Principibus & Judicibus.

6. *In cælis, in terra* &c.] Tacitè opponi videtur

Jah, & Iſraëlem in peculium ſuum. 5. Novi enim ego majorem eſſe Jehovam & Do-
minum noſtrum omnibus Diis.

6. Quidquid vult Jehova facit in cœlis, in terra, per maria & omnes abyſſos 7. Ab
extrema terra vapores adtollit, fulgura pluviam præeuntia creat, atque è theſauris
ſuis ventum educit. 8. Percuſſit primogenitos Ægypti, ab homine ad beſtiam. 9. Si-
gna & prodigia in mediam Ægyptum, contra Pharahonem & omnes ejus ſervos, miſit.
10. Gentes magnas percuſſit, & fortes earum Reges occidit; 11. Sichonem, Regem
Emorræorum; Hogum, Regem Baſanitidis, & omnia regna Chananææ; 12. deditque
eorum terram, ut eſſet hereditas, hereditas populo ſuo Iſraëli.

13. O Jehova, nomen tuum in perpetuum; ô Jehova, memoria tui *erit* in omnes
ætates futuras. 14. Jus enim dicet Jehova populo ſuo, & ſervorum ſuorum cauſâ pœ-
nitentiâ ducetur. 15. Idola Gentium *ſunt* argentum & aurum, opus manuum hominis.
16. *Eſt* iis os, nec loquuntur; ſunt iis oculi, nec vident; 17. aures eis ſunt, nec au-
diunt, nec in eorum ore ullus eſt ſpiritus. 18. Inſtar eorum erunt, qui ea faciunt, &
omnes, qui iis fidunt.

19. Do-

peculium. 5. Probè novi, eſſe majorem Creatorem & Dominum noſtrum, quàm omnes alii, qui Dii vocantur.

6. Quidquid Creator facere vult in cœlis, in terra, pérque maria & eorum abyſſum, id facilè perficit. 7. Is ab ultimis terris, vapores excitat, fulgura pluvias antecedentia, atque è theſauris ventos emittit. 8. Idem primogenitos Ægyptios è medio ſuſtulit, tam ex hominibus, quàm ex omnibus brutorum primogenitis. 9. Miracula & prodigia fecit in media Ægypto, contra Regem atque omnes, qui ei parebant. 10. Gentes magnas malè mulctavit, & fortes earum Reges è medio ſuſtulit. 11. Sichonem Emorræorum Regem, Hogum Regem Baſanitidis, & omnia Chananææ regna malè mulctavit; 12. atque Iſraëlitis dedit eorum ditiones, ut hereditario jure ea in poſterum poſſiderent.

13. O Creator, nomen tuum celebrabitur in perpetuum; ô Creator, memoria tua per omnia ſecula florebit. 14. Jus enim dicet populo ſuo, & quamvis graves minas ei fecerit, eas tamen ejus miſertus non exſequetur. 15. Gentium ſimulacra ſunt tantum opera hominum argento atque auro conſtantia, ſine ſenſu, operaque manuum humanarum. 16. Eſt quidem iis os, ſed non loquuntur; ſunt etiam oculi, nec tamen vident; 17. aures, nec audiunt; nec ex eorum ore ullus exit ſpiritus. 18. Qui eos fecerint ſimiles iis fient, ut ii, qui in iis fiduciam collocarint.

19. O

videtur verus Deus, Ethnicorum Diis, quorum potentia certis limitibus, ut putabant eorum cultores, circumſcripta erat; certè apud Græcos, qui *Saturni* filiis ſingula regna diviſerant, & quibus Orientales fortaſſe præiverant.

Omnes abyſſos] *Abyſſus* תהום *thehom*, mare quidem ſolet dici, ſed quia *maris* jam facta mentio eſt, crediderim profundiora omnia terrarum loca ſignari. Eleganter *Georg. Buchananus*:

Verſat enim nutu cœlo, terrâque marîque,
Aut ſi quid cæcis clauſum eſt penetrale tenebris.

7. *Vapores adtollit*] מעלה נשאים mahaleh nſiim, *faciens adſcendere meteora*; hoc eſt, vapores. Prov. XXV, 14. Jerem. X, 13. ubi eadem, quæ hic habentur, qualia plura ſunt ſimilia in eo Propheta & Pſalmis.

Fulgura pluviam præeuntia] ברקים למטר brakim lammatar, *fulgura ad pluviam*. LXX. Intt. ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν, Hieronymus: *fulgura in pluviam*: Ex re ipſa verba ſunt intelligenda de fulguribus, quæ ſæpe pluviam antecedunt.

E theſauris ſuis] מאוצרותיו *meotſerothaiu*. Non quòd ſint loca quædam certa, unde erumpant venti, ſed quòd ex occultis quibusdam receptaculis emitti videantur; quòd homines ignorent, unde & cur oriantur venti. Univerſus aër, cum vaporibus, qui per eum feruntur, videtur dici Dei *theſaurus*, unde ventos mittit.

8. *Percuſſit primogenitos Ægypti*] Exod. XIII, 15.

10. *Gentes magnas percuſſit*] שהכה גוים *ſcheicceba gojim*, qui percuſſit gentes. Omiſi *qui*, ne orationis nexus turbaretur. Gentes autem illæ memorantur, verſu ſequenti.

11. *Sichonem*] לסיחון *lſichon*. Aut ל eſt loco את nota accuſativi caſûs, aut aliquid hîc ſubaudiendum, ut כן עשה *chen haſchah*, ſic fecit. Vide Hiſt. Num. XXI, 21. & ſeqq. Deut. II, 30.

Hogum, Regem Baſanitidis] Vide Num. XXI, 33. Deut. I, 4. III, 1. & ſeqq.

Omnia regna Chananææ] Vide Librum Joſuæ.

12. *Hereditas populo ſuo* &c.] De repetitione hac vide not. ad Pſ. CXXX, 6.

13. *In omnes ætates* &c.] *In ætatem & ætatem.*

14. *Jus enim dicet*] ידין *jadin*, judicabit, ac proinde innoxium à nocentibus liberabit, cùm ſit juſtus & beneficus in populum ſuum. Sic paſſim.

Pœnitentia ducetur] יתנחם *jithnahhem*; hoc eſt, aliter ſe geret quàm antea erga populum ſuum, éque calamitatibus, quibus adhuc eum premi paſſus eſt, liberabit. In Deum enim non magis cadit pœnitentia, quàm ira temerè concepta. Vide not. in Gen. VI, 6. 1. Sam. XV, 10, 29.

15. *Idola Gentium*] Vide eadem Pſ. CXV, 4. & ſeqq. & not. ad Deut. IV, 28. ubi oſtendimus, Ethnicos Sacerdotes finxiſſe etiam ſtatuas loquutas. Adde & locum *Euripidis* in Iphigenia in Tauris verſ. 1384. ubi de ſimulacro

 Dianæ,

[19]. Domus Iſraëlis, benedicito Jehovæ; domus Aharonis, benedicito Jehovæ. [20]. Domus Levis, benedicito Jehovæ, quicumque Jehovam timetis benedicite Jehovæ. [21]. Benedictus ſit Jehova è Sione; qui habitatis Jeroſolimam, laudate Jah.

Eſt ejusdem argumenti ac ſuperior Pſalmus.

PSALM. CXXXVI. 1. LAUDATE Jehovam, quia eſt bonus, & quia in æternum ejus benignitas. 2. Laudate Deum Deorum, quia in æternum *eſt* ejus benignitas. 3. Laudate Dominum

19. O domus Iſraëlis, laudato Creatorem, eíque gratias agito. 20. Poſteri Levis, benedicite Creatori, vóſque omnes, quotquot eſtis, qui eum colitis, eum laudate. 21. Benedicatur Creatori ab iis, qui habitant Sionem, ut & omnes Jeroſolimæ incolæ.

PARAPHRASIS.

1. LAUDATE Creatorem, quia eſt beneficus, atque ejus benignitas æterna. 2. Laudate Deum Deorum, quia æterna eſt ejus benignitas. 3. Laudate Dominum Dominorum, quia ejus benigni-

Dianæ, qui ab Orite avehebatur:

Τὸ δ' οὐρανοῦ πέσημα τῆς Διὸς κόρης
Ἄγαλμα, νηὸς ἐκ μέσης ἐφθέγξατο
Βοήν τιν'.

Quæ de cœlo ceciderat ſtatua filiæ Jovis è media navi edidit vocem quamdam.

21. *E Sione*] Ab incolis Sionis, ſive intelligas familiam regiam, ſive Sion ſit tota Jeroſolima, ut paſſim.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXXVI.

1. QUia eſt bonus &c.] כי טוב כי לעולם חסדו *chi tob, chi lebolam bhasdo.* Paullò pluribus hìc exſpatiabimur, ut gratum erga Numen animum, à quo ſumus fermè, ad metas difficillimi hujus Operis, deducti, teſtemur; útque rem magni momenti Lectorum animis, ſi fieri poſſit, infigamus. *Bonitas* Dei in eo ſita eſt, quod non facilè excandeſcat, nec quidquam Creaturis ſuis nocendi animo faciat, eáſque etiam amet; *Beneficentia* verò, in eo, quod iis reverà benefacit. Prior virtus vocatur טובה *toubah*, Hebraïcè, χρηστότης Græcè; poſterior Hebraïcè חסד *bhaſed*; quæ vox non eſt idem ac ἔλεος, ut Græci vertunt, multíque putant Interpretes Recentiores, ſeu *miſericordia*, ſed εὐεργεσία, *benignitas*, aut *beneficentia*, ut dudum monuimus ad Gen. XXIV, 27. *Miſericordia* propriè ab Hebræis רחמים *rabbamim* vocatur. Si jam à Pſaltæ temporibus fuiſſe conſtaret homines, ſimilia ſentientes iis, quæ tribuuntur veteribus Perſis, aut qui crediſiſſent duo eſſe Principia, Bonum & Malum; non abſurdè ſuſpicari quis poſſet, Pſalten hoc intercalari verſiculo voluiſſe oſtendere Deum unum eſſe & verum, qui in æternum bonus ſit & beneficus. Videmus etiamnum hodie, inter extremæ Aſiæ & Americæ ipſius populos, pravam illam opinionem, de duplici Principio, vigere; unde antiquitas etiam ejus pateт, cùm eam ex iiſdem doctoribus hauſiſſe videantur. Quin etiam fuerunt & ſunt, inter ipſos Chriſtianos, qui ita loquuntur de Deo, quaſi nequaquam bonus eſſet, & quibus res objecta eſt à nonnullis, qui provocarunt eos adrogantiſſimè ad reſpondendum argumentis; quibus bonitatem divinam ex eorum principiis oppugnabant, & quibus negabant, quidquam poſſe reſponderi; tacentibus adhuc iis, quibus hæc exprobrabantur. Nos verò alibi, & aliâ linguâ, Bonitatem Dei defendimus, prout par eſſe putabamus, oſtendimúſque, Deum eſſe *bonum & beneficum in æternum*, ut docet nos hìc Pſaltes; ac ſanè niſi res ita ſe haberet, quis poſſet Deum amare & laudare, gratiáſque ei agere, prout paſſim in Scriptura & Pſalmis præſertim jubemur? Quis poſſet ferre dici à quoquam: *laudate Deum, eique gratias agite quamvis ſit malus ac maleficus?* Quis non ad impiam ejuſmodi vocem totus non cohorreſceret; ſimúlque ad abſurditatem ejuſmodi adhortationis non ſtuperet? Nullus eſt nexus, neque eſſe poteſt, inter malignitatem, aut maleficentiam, & inter laudes aut gratiarum actiones. Itaque adquieſcendum eſt in Pſaltæ adhortatione, & ſi quid obſcuri ſuperſit in modo, quo bonitas & beneficentia Dei ſe ſe erga homines exſerant, aut exſerturæ ſint, minimè tamen dubitandum, quin ſint, ut ceteræ ejus virtutes, & infinitæ atque æternæ, quinve hoc ſimus in altera vita pleniùs intellecturi. Vide de æternitate bonitatis Dei Pſ. XXX, 6. Eſai. XXVI, 20. LVI, 7, 8. 2 Cor. IV, 12.

2. *Deum Deorum*] אלהי אלהים, *elohe elohim*, dicitur & qui eſt *Deus Deorum*, qui ſunt, aut dicuntur in cœlo & in terra, & qui excellentiſſima ac planè ſingulari ratione eſt Deus; nam ut ait Paulus 1. Cor. VIII, 15, *etſi ſunt, qui dicantur, Dii, ſive in cœlo, ſive in terra (ſi quidem ſunt Dei multi & Domini multi) nobis tamen unus Deus, ex quo omnia & nos in illo, & unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum*; qui ideò vocatur Apoc. XIX, 16. *Rex Regum & Dominus Dominantium*, ſimili loquendi genere. Sic *Canticum canticorum* & alia ſimilia, quæ ſunt in ſuo genere prorſus eximia. Ita etiam loquuti recentiores

Dominum Dominorum, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [4]. eum, qui facit ſolus magna miracula, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [5]. qui fecit cœlos ſapienter, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [6]. qui firmavit terram ſupra aquas, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [7]. qui fecit magna lumina, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [8]. qui fecit Solem, ut dominaretur diei, quia in æternum *eſt* ejus benignitas. [9]. Lunam item & ſtellas, ut nocti præſint, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [10]. qui percuſſit Ægyptum, in primogenitis ejus, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [11]. & eduxit ex ea Iſraëlitas, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [12]. manu forti & brachio exſerto,

nignitas eſt æterna; 4. eum, qui inſignia facit miracula ſolus, quia ejus benignitas eſt æterna; 5. eum, qui facit magna miracula ſolus, quia in æternum eſt ejus benignitas; 6. qui terram extulit ſupra aquas, ut ab hominibus habitari poſſet, quia æterna ejus benignitas; 7. qui fecit magna cœli lumina, quia in æternum eſt ejus beneficentia; 8. Solem, nimirum, ut præeſſet diei, quia ſempiterna eſt ejus bonitas; 9. Lunam & ſtellas ceteras, ut noctu lucerent, quia in æternum eſt ejus liberalitas; 10. qui primogenitos Ægypti è medio ſuſtulit, quia æterna eſt ejus beneficentia; 11. & ex ea eduxit Iſraëlitas, quia in æternum eſt ejus beneficentia erga ſuos; 12. qui potentiam ſuam; 12. qui manum potentem & brachium exſeruit contra Ægyptios, quia æterna eſt ejus bonitas erga

tiores Platonici, Chriſtianis aliàs infenſi, ut *Proclus* Theologiæ Platonicæ Lib. II. c. 11. p. 110. Ed. *Æmil. Porti*: πᾶν δὲ τὸ νοητὸν τῶν θεῶν γένος, πᾶν δὲ τὸ νοερὸν ἐξέφηνε, πάντας δὲ τοὺς ὑπὲρ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ θεοὺς ἅπαντας, καὶ Θεός ἐστι θεῶν ἁπάντων, καὶ ἑνὰς ἑνάδων: *omne genus intelligibile Deorum, omne item intellectuale produxit, omnes qui ſunt ſupra mundum, & omnes, qui in mundo Deos, & Deus eſt Deorum omnium & unitas unitatum*; hoc eſt, eximiâ ratione unus.

Quia eſt in æternum] Licet agnoſcerentur Dei æternitas & omnipotentia; niſi ſe bonum nobis oſtendiſſet, timere quidem eum atque horrere; ſed non eum amare, laudare, gratúmque animum ei teſtari poſſemus, prout omnino par eſt.

3. *Dominum Dominorum, quia* &c.] Quamvis intelligeremus eum eſſe rerum omnium dominum, poſſéque genus humanum, ſingulóſque homines graviſſimis calamitatibus premere; non laudaremus, niſi ſimul eſſet clemens & εὐεργέτης. Itaque eos pudere deberet, qui bonitatem Dei, ut ita dicam, deſeruerunt, quæ ab omnibus defendi debuit & debet in æternum.

4. *Eúmque qui facit ſolus* &c.] Qui potentiâ naturæ ſuæ inſitâ, nec ab ullo acceptâ, præter naturæ ordinem, innumera mirabilia facit; nam quicumque miracula fecere, potentiâ ab eo acceptâ, fecerunt, ut Angeli & Prophetæ, qui cum mandatis ab eo miſſi ſunt. Sic Deus 1. Tim. VI, 16. *Solus habere immortalitatem* dicitur; eo, nempe, modo quo habet, & quo æternitatem complectitur; ſine initio, non minùs quàm ſine fine. Sed quæcumque ſit ejus potentia, laudes noſtras non ferret, niſi ea in hominum gratiam uſus eſſet; nam ne homines quidem creaſſet, nec nullo benefaciendi ſtudio nobis notus eſſet.

5. *Qui fecit cœlos ſapienter* &c.] בתבונה *battbebounah*. Non caſu, neque temerè, neque cæcâ quadam neceſſitate, ut quidam ſomniarunt; ſed ea mente, eóque conſilio, ut cœli & ſidera humano generi, aliíſque intelligentibus creaturis, ubicumque ſint, prodeſſent. In cœlis collocati ſunt Planetæ, ubi circa Solem moventur; unde lucem & calorem, res vitæ & fœcundandis terris planè neceſſarias, cum ſumma voluptate trahunt; unde habent diei & noctis, tempeſtatúmque viciſſitudines, quæ non minùs quieti, ſalubritatíque animalium, vegetationi & conſervationi plantarum ſunt neceſſariæ; ut aſtronomicos uſus, & cognitionem inde potentiæ ſummi Numinis omittam. Quis iſta, pulcherrima licèt & immenſæ potentiæ ſpecimina, grato animo laudaret, niſi inde maxima vitæ bona ad nos redundarent, aut ſi nos tantùm læderent?

6. *Firmavit terram.*] רקע *rokeah*, de quo verbo vide not. ad Gen. I, 6. Non extenſa eſt terra ſupra aquas, ſed ita firmata, & ſublata, ut iis conſtanter altior ſit; quod niſi eſſet, diluvio omnia animalia, exceptis piſcibus, interirent.

7. *Magna lumina*] Solem & Lunam, quæ poſtea nominatim memorantur, & quæ oculis ſanè noſtris ſunt maxima lumina. Vide Gen. I. 16. & ſeqq. ibique notata. Uſum horum ſiderum, & conſilium juvandi per ea humani generis, rectè olim intellexerunt Stoici, quorum ſententiam egregiè illuſtravit *Cicero*, de Nat. Deorum Lib. II. c. 19. & ſeqq.

10. *Qui percuſſit Ægyptum* &c.] Duplici de ratione Deus propterea laudandus. Prior eſt, quòd ſic tandem inſontes Iſraëlitas eorum ſævitiæ eripuerit; altera quod etiam prodeſſe potuerit Ægyptiis, cùm perſpicuè oſtendit, ſe ſolum eſſe Deum Omnipotentem, quem colere debuiſſent in poſterum, niſi inſanâ ſuperſtitione fuiſſent occæcati: eoſdémque juſtitiam, æquitatem, & clementiam ſummopere ſibi placere docuerit; tam gravibus ſuppliciis de eorum ſævitia, iniquitate & inclementia exactis, à quibus in poſterum par fuiſſet eos ſtudioſiſſimè abſtinere. Quibus etiam in rebus, non leve, nec dubium, bonitatis ſuæ indicium Deus iis monſtravit, cùm moneri eos ab Aharone & Moſe ſæpiùs curarit, nec ad graviores pœnas devenerit, niſi ſenſim & Ægyptiorum contumaciâ coactus; cúmque maximæ gentis parti pepercit. Quin & hoc in negotio gentibus omnibus vicinis, & ad quaſcumque rei fama pervenit, documenta illuſtria dedit, quibus Deum eſſe Omnipotentem, qui coleretur à Populo Hebræo, eumdémque innocentiæ defenſorem & ſcelerum ultorem; nec tamen, etiam in pœnis, bonitatis ſuæ immemorem, demonſtravit; quod perinde

exſerto, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [13]. qui diviſit mare algæ in partes, quia æterna *eſt* ejus benignitas; [14]. & per medium traduxit Iſraëlem, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [15]. excuſſit Pharaonem atque exercitum ejus, in mare algæ, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [16]. qui duxit populum ſuum per deſertum, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [17]. qui percuſſit Reges magnos, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [18]. & occidit Reges illuſtres, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [19]. Sichonem, Regem Emorræorum, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [20]. & Hogum, Regem Baſanitidis, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [21]. deditque eorum terram in hereditatem, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [22]. in hereditatem Iſraëli, ſervo ſuo, quia in æternum *eſt* ejus benignitas; [23]. qui in humilitate noſtra memor fuit noſtri; 24. &

ga ſuos; 13. qui diviſit mare Idumæum in partes, ut inter eas tranſirent pedibus Iſraelitæ, quia ſempiterna bonitas, 14. & per id mare eos tranſmiſit, quia nullus eſt beneficentiæ finis; 15. qui excuſſit curru Regem Ægypti, ejuſque equitatum ex equis in mare, quia nullus beneficentiæ in ſuos eſt finis; 16. qui dux fuit populi ſui, per Arabiæ ſolitudines, quia bonitatis ejus nullus eſt finis; 17. qui cladibus magnis adfecit magnos Reges, quia in æternum ejus bonitas, erga ſuos, ſe prodit; 18. qui etiam morte adfecit potentes Reges, quia in ſuos æternùm eſt beneficus; 19. atque nominatim Sichonem, Regem Amorræorum, quia æternæ bonitatis ſuæ ſpecimina oſtendit populo ſuo, 20. qui, eadem de cauſa, Hogum, Baſanitidis Regem ſuſtulit; 21. & 22. donavitque ejus ditione Iſraelitas, pro æterna ſua erga eos beneficentia. Is etiam debellatorum populorum agris eos donavit, quæ fuit in ſuos benignitas, cujus nullus eſt finis. 22. & 23. His omnibus pro ſempiterna ſua, erga cultores, liberalitate, donavit Iſraelitas, ut ea hereditario jure poſſiderent; quorum humilitatem nequa-

perinde erat, ac eas ad unius veri Dei cultum invitare. Sed voci ejus non auſcultarunt, inquies; quænam verò, in ea re, culpa Dei, ſi ſponte ſuâ ſplendidiſſimæ luci oculos clauſerint? Oportuítne eos, mutatâ hominum naturâ, ineluctabili quadam vi, ad officium ſuum adduci? Atqui ne Hebræos quidem ipſos ita ſibi conciliavit Deus, quia homines omnes creavit, ut leges eis ferret liberè obſervandas; additis non tantùm pœnis, quas vitare, ſed maximis quoque præmiis, quæ conſequi obſequio ſuo poſſent; ex quo etiam obſequio non ad Deum ulla, ſed ad homines omnis utilitas redundat.

Quia in æternum] Adde & ſuperioribus, Deum, utì bonus, imò optimus fuiſſet, potuiſſe ſuo jure omnes, qui in inſontes Iſraëlitas deliquerant, aut aliorum delicta probarant, è medio tollere; quo exitio involuta, ſine dubio, fuiſſet pars longè maxima Ægyptiorum.

11. *Eduxit ex eo Iſraëlitas*] Quæ fuit etiam ſumma Dei bonitas erga populum non admodum religioſum; ut ſatis oſtendit frequentibus illis fremitibus, quibus in Deſerto, Deum offendit; & erga ipſos Ægyptios, quibus peccandi occaſionem ſubtraxit.

12. *Manu forti*] Vide ipſam hiſtoriam atque ad eam notata. In hac re quoque enituit bonitas Dei erga Iſraëlitas & Ægyptios; quod non occultis quibusdam viis & veluti furto Ægyptiis Iſraëlitas eripuerit; quod utrique caſui, aut prudentiæ humanæ attribuere fortè potuiſſent, cum *Dei digitus* hîc in omnibus animadverteretur. Erat ergo cur laudarent Deum, qui ſe ſe ita ipſis aperuiſſet, cúmque in perpetuum colerent.

15. *Excuſſit Pharaonem*] Veluti è curru dejecit in mare. Vide Exod. XIV, 27.

Quia in æternum &c.] In Iſraëlitas primùm, quos à tyrannide liberavit; tum etiam in Ægyptios, quos truci tyranno eripuit, & tam inſigni vulnere, quod à Deo quin eſſet dubitare non poterant, ad emendatiorem cùm Religionem, tum vitam, veluti clarâ voce vocabat; quod non minùs prodeſſe potuiſſet Ægyptiis, quàm Hebræis, niſi mens læva iis fuiſſet. Verùm ſtolida ſuperſtitio Ægyptiorum impediit, ne in Deum Hebræorum inquirerent; dum Numina commenticia colerent, quæ ſunt ab aliis Ethnicis irriſa.

16. *Per deſertum*] Nempe, incolumem, & demiſſo divinitus cibo nutritum, ad fines uſque terræ Chananææ, quæ ſumma fuit Deo bonitas; qui populum illum contumacem, per quadraginta annos, ἐτροποφόρησε.

17. *Qui percuſſit Reges magnos*] Reorum ſupplicium non Iſraëlitis tantùm prodeſſe potuit, ſed & aliis Gentibus vicinis, qui res tantas Deo omnipotenti, ac proinde digno, qui ſolus coleretur, non tribuere non poterant, ſi tantillùm ſapuiſſent, ac proinde ſolum coluiſſent. Ad eos, qui perierunt, quod adtinet, ita nos ſentire par eſt de Juſtitia Divina, ut credamus, ab eo *ultima ſupplicia ſceleribus ultimis poſita, ut nemo pereat, niſi quem perire* non aliorum tantùm, ſed *etiam pereuntis interſuerit*; ut uſurpem egregia *Senecæ* verba Lib. I. de Ira c. 5. Cum ſumma fuerit eorum populorum nequitia, ut Hiſtoria Sacra teſtatur, nihil mirum eſt fuiſſe eas deletas. Tria ſequitur Juſtitia Divina, *aut ut eum, quem punit, emendet; aut pœnâ ejus ceteros meliores reddat; aut ut, ſublatis malis, ſecuriores ceteri vivant*, ut iterum ejusdem verbis utar è Lib. I. de Clementia c. 22.

21. *Deditque eorum terram* &c.] Hoc eſt, quam in perpetuum poſſiderent, ſi modò præceptorum ipſius obſervantes eſſent; ſed à qua tandem in perpetuum contumaciâ, quâ fidem negarunt ei, quem ad eos miſerat, exciderunt. Quod tunc temporis futurum aliquando, obſcuritate, quæ ineſt omnibus vaticiniis, antequàm impleantur, ne intelligerent, fiebat.

22. *Iſraëli ſervo ſuo*] Iſraelitis, qui eum colebant.

23. *In humilitate noſtra*] Hoc eſt, quotieſcumque ab hoſtibus malè habiti humili prece ad eum confugimus, veniámque peccatorum ab

24. & liberavit nos ab hoſtibus noſtris, quia in æternum *eſt* ejus benignitas, 25. qui dat paſtum omni carni, quia in æternum *eſt* ejus benignitas. 26. Laudate Deum cœli, quia in æternum *eſt* ejus benignitas.

Negant Hebræi Cantores Sacri, ſe in captivitate Babylonica canere poſſe, ſéque immemores umquam futuros Jeroſolimæ, & diris imprecationibus hoſtes proſequuntur.

1. AD fluvios Babyloniæ ſedebamus, & cùm memores eſſemus Sionis, flebamus, PSALM. CXXXVII.
2. *atque* è ſalicibus, in media *regione*, ſuſpenderamus citharas noſtras, 3. cùm illic

quaquam ſprevit. 24. Liberavit eos ab hoſtibus ſuis, quæ eſt benignitas ſua erga ſuos cultores. 25. Quin etiam, pro ſua liberalitate paſtum largitur omnibus hominibus. 26. Laudent ergo, non modò homines Deum, qui paſcit omnia animalia, pro æterna ſua bonitate, ſed etiam cœli incolæ Angeli.

P A R A P H R A S I S.

1. CUM ſederemus in ripis fluviorum, quibus Babylonia rigatur, & memores eſſemus Jeroſolimæ, non poteramus lacrimas cohibere; 2. atque è ſalicibus citharas ſuſpenderamus; 3. petierunt

ab eo petiimus; quam concedere præſertim ſæpiùs provocato bonitatis eſt.

25. *Dat paſtum omni carni*] Poſſunt quidem intelligi etiam bruta animantia, quorum curam quoque gerit Providentia Divina, ut habemus Pſ. CIV, 21. & *ſeqq.* Malim tamen de ceteris hominibus, qui ad Remp. Populi Hebræi non pertinebant, rem intelligere; cùm digniores longè eſſent, ad quos ſe porrigere prædicaretur Providentia divina, quàm ad Bruta; quæ patum decotè, hominibus omiſſis, memorarentur. Sæpe *omnis caro* perinde eſt ac omnes homines. Vide Geneſ. VI, 12. Num. XXVII, 16. Pſ. LVI, 5.

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. CXXXVII.

1. AD *fluvios Babylonis*] Videtur hîc Pſalmus eſſe Levitarum, qui cantores & muſici Templi Jeroſolimitani fuerant. Quamvis autem unus eſſet fluvius, qui Babylonem urbem ſecabat, nempe, Euphrates; attamen plurali numero poſſunt dici, quia in plures alveos circa Babylonem ſectus fuit Euphrates; quod multis oſtendit *Sam. Bochartus*, *Phaleg* Lib. I. c. 8. atque ad eos alveos reſpici omnino putat. Quod ſiquis nolit vocari eos alveos *fluvios Babylonis*, quia unus tantùm alveus urbem permeabat, poterit vertere *Babyloniæ*, ut fecimus, cùm hæc intra mœnia urbis contigiſſe non dicat Pſaltes.

E Salicibus] על ערבים hal harabim, *ſupra ſalices*, quod Latini dicunt potiùs *è ſalicibus*, propter verbum *ſuſpenderamus*. Cùm ſalices gaudeant ripis fluviorum, multæ erant illic conſitæ, unde ager Babylonicus vocatur Eſaïæ XV, 7. נחל הערבים *nahl al haharabim*, vallis ſalicum. Ἰτέας vertunt LXX. Int.. *Salices* Hieronymus.

3. *Qui in tumulos noſtras urbes redegerant*] ותוללינו *vethulelenu*, qui tumulos nos, hoc eſt, noſtras urbes, fecerant. Deduximus à verbo תלל quod apud Chaldæos eſt *aggeravit*, *in tumulos redegit*, unde תל thel, *tumulus* & תלתלים thaltholim, *cumuli* LXX. Int. *ἀπαγαγόντες ἡμᾶς*, & *Hieronymus*: *qui adfligebant nos*; alii aliter, ſed omnes incommodè.

Hilaritatem] שמחה *ſchimhhah*; hoc eſt, canticum, qualia, tempore hilaritatis publicæ, canere ſolebamus.

Canite, inquiebant,] Poſteriorem vocem ſupplevimus, ut alibi ſæpe, ubi loquens quiſpiam inducitur. Vide Pſ. II, 3.

Unum è canticis] משיר miſſchir, *è cantico*: LXX. Int. *ἐκ τῶν ᾠδῶν*, Hieronymus: *de canticis*.

4. *In terra peregrina*] על אדמת נכר *hal admath necar*, in terra peregrini. Nempe, in aliena terra captivi non libenter canebant hymnos ad celebrandam hilaritatem compoſitos, hujuſmodi enim hymnos poſcebant Chaldæi, ut vidimus. Qui volunt nefas fuiſſe in terris Idololatrarum canere, videntur ſuperſtitioſiores Judæos, ſine cauſa, fingere.

5. *Si tui oblitus fuero*] Si ita me geram, dum hilaris ſum, ut tui oblitus eſſe videar, in captivitate.

Sui obliviſcatur dextra mea] תשכח ימיני thiſchchahh jemini, *obliviſcatur dextra mea*; nempe *ſui*; hoc eſt deſinat mihi ulli uſui eſſe in rebus, in quas eam adhibeo, & præſertim quidem pulſandæ citharæ.

6. *Adhæreat lingua* &c.] Dicitur lingua adhætere palato, præ nimia ſiti, ut Pſ. XXII, 16. Job. XXIX, 10. Lam. IV, 4. Sed hîc ſibi malè precatur Pſaltes, niſi ſæpe meminerit deſolatæ patriæ ſuæ, ejúſque calamitates ſæpe queratur; nedum ut, veluti amiſſâ ejus memoriâ, lætis canticis ſe ſe in Babylonia oblectet.

Niſi Jeroſolimam habuero pro ſumma gaudii mei] אם לא אעלה את ירושלם על ראש שמחתי im lo

illic petieruht à nobis, qui nos captivos abducebant, verba Cantici, &, qui in tumulos *noſtras arbes* redigerant, hilaritatem. Canite, *inquiebant*, nobis *unum* è canticis Sionis. 4. Quomodo, *aiebamas nos*, in terra peregrina canticum Jehovæ caneremus? 5. Si tui oblitus fuero, ô Jeroſolima, *ſai* obliviſcatur dextra mea! 6. Adhæreat lingua mea palato meo, niſi meminero tui, & niſi Jeroſolimam habuero pro ſumma gaudii mei.

7. *At tu* recordare, Jehova, propter poſteros Edomi, diei Jeroſolimæ, *quo* dicebant: diruite, diruite ad fundamentum *quidquid eſt* in ea. 8. O filia Babylonis, felicem eum, qui, *cùm* devaſtata *eris*, tibi rependet ultionem, quâ nos ulta es! 9. Felicem qui adprehendet infantes tuos, eóſque ad rupem adlidet!

Gratiæ

tierunt à nobis Babylonii, qui nos illuc captivos abduxerant, & urbes noſtras ſolo æquaverant, ut Canticum quodpiam, ex iis, quæ canebamus Jeroſolimæ ad citharam, cantaremus, ut qua hilares eſſemus. 4. Nos verò, reſpondimus, nos non poſſe quidpiam ejusmodi in alieno ſolo canere. 5. Ac ſanè, ô Jeroſolima, ſi tuæ miſerrimæ ſortis oblitus fuero; tum verò ſui uſûs obliviſcatur dextra mea! 6. Adhæreat lingua palato meo, niſi meminero tui, & niſi inſtauratio tua ſit ſumma votorum meorum!

7. At, tu Creator, recordare poſterorum Edomi, qui captâ à Babyloniis Jeroſolimâ, eos adhortabantur ad eam funditus evertendam. 8. Vos verò, Babylonii, ſcitote, nos felices habituros eos qui de vobis ultionem capient, quam in nos exercuiſtis. 9. Felicem, qui tunc infantes veſtros lapidi adliſerit!

PARA-

lo ahaleh eth Jerouſchalem hal roſch ſchimhhathi, *niſi fecero adſcendere Jeroſolimam ſupra caput*, aut *ſummam gaudii mei*. Eſt orientale loquendi genus, quod verbo tenus transferri nequit. Senſum, ut puto, expreſſi, cùm hoc velle videatur Pſaltes, ſe memoriam Jeroſolimæ habiturum poſthac maximi gaudii loco, ſeu eam ſe prælaturum omni alii hilaritati. Hoc voluiſſe putem LXX. Intt. qui ſic habent: ἀνατάξω τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης μου. Sic legimus in Romano Cod. at in Alexandrino deeſt ὡς, quod omiſerat & *Symmachus*. *Theodotion*, verò & V. Ed. priorem lectionem ſunt ſequuti. *Aquila* verterat: ἐπὶ κεφαλὴν εὐφροσύνης μου. *Hieronymus*: *in principio lætitiæ meæ*.

7. *Propter poſteros Edomi*] לבני אדום libne Edom, *filiis Edomi*. De iis pœnas ſumito, nam qui injuriæ meminit de ea ulciſcenda cogitat, ut qui oblitus eſt, ei ignoſcit.

Diei Jeroſolimæ] Quo, nempe, capta eſt & deleta. Vide ad Abdiæ verſ. 12.

Diruite] ערו harou, *nudate*, quia ut fundamenta terra tectâ diruantur, retegi ea neceſſe eſt. LXX. Int. ἐκκενοῦτε. *Hieronymus*: *evacuate*. Hæc quoque aſt ſignificatio verbi Hebraici. Gen. XXIV, 20. 2. Par. XXIV, 11. Sed aptior eſt prior ſignificatio.

8. *Filia Babylonis*] Hoc eſt, Babylon, ut paſſim *filia Sionis*, aut *Jeroſolimæ*, pro ipſa urbe; hoc eſt, ejus incolis.

Felicem eam &c.] Hæc ſunt eorum temporum, quibus odio habere inimicos & hoſtes fas eſſe putabatur. Sub Evangelio, fas non eſt optare iis, niſi quod tibi ipſe optaveris.

Cum devaſtata eris] השדודה haſchedoudah, *ô devaſtata*. Sed de futuro tempore res intelligenda. Vaſtata quidem eſt Babylon, at non, ut vovebat Pſaltes, ſed viciniâ Seleuciæ, à Seleuco Nicatore non procul conditæ, & negligentiâ Macedonum. Vide quæ collegit, hanc in rem, *Sam. Bochartus*. Phal. Lib. IV. c. 15. ubi de exſcidio Babylonis.

Rependet ultionem, quâ nos ulta es] *Rependet tibi mercedem tuam, quam rependiſti nobis*; excuſſerant enim Judæi jugum Babyloniorum. Sed Babylonii ſervierant Perſis primùm, deinde Græcis, poſt ſubactam ab Alexandro Aſiam; nec umquam caput imperii fuerunt, ac tandem funditus perierunt.

9. *Qui adprehendet infantes tuos* &c.] Hæ diræ nimiæ ſunt, quid enim fecerant infantes, ut adliderentur lapidibus? Sed, antiquis temporibus, bella crudeliùs gerebantur. Notum eſt Heroïcis temporibus, apud Græcos, deletâ Trojâ, è turre præcipitem datum Hectoris filium Aſtyanactem: quod Andromachæ, ut patienter ferat, ſuadet *Taltbibius* apud *Euripidem*, Troadibus verſ. 720. & ſeqq. Vide *Hug. Grotius* de J. B. & P. Lib. III. c. IV, 9. ubi plura ejus immanitatis exempla. Similia videntur feciſſe Babylonii in Judæa, nam Pſaltes par pari referri tantùm petit.

COM-

Gratiæ Deo aguntur, ob liberationem celebratu dignam, prædicatúrque auxilium, quo ſuos tuetur.

DAVIDIS *Canticum.* Celebrabo te, ô *Deus*, toto corde meo, coram Principibus PSALM.
carmina tibi cantabo. 2. Adorabo te ad Templum tibi ſacrum, & nomen tuum, CXXXVIII.
propter benignitatem & veracitatem tuam celebrabo, quia verbum tuum majus omni-
bus tuis cœlis reddidiſti. 3. Die, *quo te* invocavi, exaudiſti me, & animi mei robur
auxiſti.
4. Celebrabunt te, ô Jehova, omnes Reges terræ, quia oris tui verba audierunt.
5. Canent

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS *Canticum.* Celebrabo te, ô Deus, toto corde meo, & coram Principibus carmina tibi canam. 2. Te adorabo ad Templum tibi conſecratum; téque celebrabo, propter benignitatem & veracitatem tuam, quia verbum majus reddidiſti omnibus cœlis. 3. Tu exaudiſti me, eo die, quo te invocavi, & animi mei conſtantiam auxiſti.

4. Celebrabunt etiam te, ô Creator, omnes terrarum Reges, quia leges à te pronunciatas audiverunt.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXXVIII.

1. C*Oram Principibus*] נגד אלהים *neged elohim*, coram Diis. Notum eſt Principes viros Deos dici, vel è Pſ. LXXXII, 1, 6. Plerique Intt. recentiores ita vocem hîc intellexerunt. LXX. verò habent: ἐναντίον Ἀγγέλων. *Aquila & Symmachus*: θεῶν, neſcio quis alius: ἐνώπιον, Hieronymus: *in conſpectu Deorum.* Neſcio annon præſtaret נגד interpretari quaſi ſcriptum eſſet לנגדך *lnegdecha*, coram te: hoc eſt, coram Arca, & vertere: *tibi, ô Deus, carmina coram canam.* Sequentia certè verba interpretationi favent.

2. *Tibi ſacrum*] *Sanctitatis tuæ.*

Verbum tuum] Promiſſum tuum, ut ſæpe, cùm alibi, tum Pſ. CXIX.

Majus omnibus tuis cœlis reddidiſti] הגדלת על כל שמך higdaltha hal chol ſchimcha, *magnificaſti ſupra omne nomen tuum.* Qualem loquutionem alibi mihi occurrere non memini, neque ab aliis adlatam video. Si quis eſſet ejus ſenſus, hunc eſſe oporteret: effeciſti, ut promiſſio à te præſtita major ſit famâ omni tuâ. Tum verò an quiſquam ſatis concoquere poſſit neſcio, cùm ſine exemplo ſit, cúmque per ſe non ſatis rei conveniat. Itaque leviſſimâ mutatione auſus ſum hîc legere שָׁמֶיךָ *cœlos tuos*, fretus ſimilibus locis. Sic Pſ. VIII, 2. de Dei nomine: *gloriam tuam ſupra cœlum patefecit*; & verſ. 14 *cùm video cœlos tuos* שמיך. Pſ. CVIII, 4. *major*, aut *altior eſt benignitas tua cœlis*, גדול מעל שמים & verſ. 6. *attollitor ſupra cœlos, Deus.* Pſ. CXIII, 4. *excelſus eſt ſupra omnes gentes Jehova, ſupra cœlos eſt gloria ejus.* Pſ. CXIX, 89. *ſtat verbum tuum in cœlo.* Pſ. CXLVIII, 4 *laudate eum cœli cœlorum.* Ex quibus colligimus optimè dici poſſe *verbum Dei, majus* aut *altius eſſe omnibus cœlis ejus*; hoc eſt, rem omnium digniſſimam, quæ ad cœlum laudibus feratur, ut more Latino loquar. Itaque tantillam mutationem, nuſquam fermè alibi ſimilia molito, eámque neceſſariam, mihi concedi oportere, judicavi, nec æquos Lectores negaturos ſpero.

3. *Animi mei robur auxiſti*] תרהבני בנפשי עז tharhibeni bnaphſchi hoz. *extuliſti me in anima mea robur.* Hoc verbum vide Cant. VI, 3. LXX. hîc πολυωρήσεις με ἐν ψυχῇ μου δυνάμει σου. *Symmachus*: ἐπίεσας τῇ ψυχῇ μου δυνάμεις μου. Hieronymus: *dilatabo in anima mea fortitudinem*, quaſi idem eſſe putaſſet ac תרחיבני *tharchibeni*, vel etiam ſic legiſſet. At רהב eſt *ſuperbus fuit*, & in *Hiphil*, *facit ut ſuperbiat*, quod in meliorem partem ſumtum, ut hîc, perinde eſt ac *augere*, nempe, *robur animi.*

4. *Omnes Reges terræ*] Si aliquomodo hoc contigit inter proximos Hebræis Reges, aut non admodum remotos, dum ſtabat Regnum Judæ; multo plenius eſt impletum, cùm multò major pars hominum Evangelium amplexa eſt. Itaque huc potiſſimùm reſpici crediderim.

5. *Canent in viis Jehovæ*] Hoc eſt, adducti ad *incedendum in viis Dei*, hoc eſt, ad vitam ad ejus præcepta exigendam. Nihil enim aliud דרכי יהוה *darche Jehovah*, quæ frequentiſſima eſt loquutio, ſignificat. Perpauci fuerunt Reges Ethnici, qui Proſelyti Judaiſmi fuerint, at multi doctrinam Evangelicam animo exceperunt, poſt tempora Conſtantini.

6. *Humilem videt*] Hoc eſt, curat. Vide Exod. III, 7. Deſcribit poëticè Deum in cœlo ſedentem, nec eo ſeciùs homines videntem in terris; nam Pſalmus ſequens ſatis oſtendit, Hebræis notiſſimam fuiſſe eam, quam *Omnipræſentiam* Dei vocamus.

Sublimis licet] וגבה *vegaboah.* Alii non ad Deum hoc verbum referunt, ſed ad hominem *ſuperbum*, quem Deus è longinquo novit, non minus quàm humilem. LXX. Intt. τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκει. *Aquila*: ὑπερήφανον μακρόθεν γνώσεται. *Hieronymus*: *excelſa de longè cognoſcit.* Sic & multi Recentiorum. Attamen ἀντίθεσις non eſt hîc in eo ſita, quòd Deus humilia, quamvis altus; & ſuperba, quamvis procul, videat; ſed in eo quòd altus & ſublimis licet, humilia & remota tamen videat. Homines

5. Canent in viis Jehovæ, quia magna eſt gloria Jehovæ. 6. Nam altus quidem eſt
Jehova, *at* humilem videt, atque, ſublimis *licèt*, è longinquo tamen *eum* agnoſcit.
7. Si in mediis anguſtiis verſer, vitam mihi ſervas, manum injicis in iram hoſtium meorum, & me liberat dextra tua. 8. Jehova rem mihi confectam dabit. Jehova, beneficentia tua eſt in æternum, opera manuum tuarum ne deleras.

Pſaltes Deum laudat, quòd omnia norit, ubique præſens ſit atque omnipotens, eúmque contra hoſtes ſuos invocat, & ſe ex animo religioſum profitetur.

PSALM. CXXXIX.
1. PRÆFECTO. CARMEN DAVIDIS. Jehova, me perveſtigaſti & noſti.
2. Scis quando ſedeam, & quando ſurgam, è longinquo cogitationem meam intelligis. 3. Semitam meam & cubile meum cingis, omnibus viis meis adſuetus es.
4. Nondum eſt oratio in mea lingua, cùm jam totam eam, Jehova, noſti. 5. A tergo & à fronte obſediſti me, mihique manum impoſuiſti. 6. Mirabilior eſt ſcientia *tua*, quàm à me capi poſſit, ſublimior eſt, quàm ut eam pertingere queam.

7. Quò

verunt. 5. Canent, in viis publicis, laudes Creatoris, quia magna erit tua gloria. 6. Nam eſt altus quidem, nec eo ſecius humilis rationem habet; ſublimis licèt, è longinquo eum ab aliis ſecernit. 7. Si rebus adverſis premar, vitam meam ſervas, cohibéſque hoſtium iram, méque eorum manibus eripis potentia tuâ. 8. Creator rem mihi confectam dabit, ejus beneficentia eſt æterna, eumque oro, ne opera manuum ſuarum deleat.

PARAPHRASIS.

1. PRÆFECTO miſſum Carmen à Davide. Animum meum, ô Creator, perveſtigas eúmque notiſſimum habes. 2. Noſti quæcumque faciam, quando ſedeam, quando ſurgam, imo & quid cogitaturus ſim, diu antequàm id animo verſem. 3. Scis ſemitas meas, & cingis undequaque meum cubile, omnes meos mores. 4. Antequam dicam quod volo, noſti, ô Creator, totam orationem meam. 5. A tergo & a fronte me obſides, & manum mihi, quando viſum eſt, injecisti. 6. Mirabilior ſcientia tua, quam ut à me capi queat, ſublimiórque eſt, quam ut eam capere, & ſublimior, quam ut eam attingere poſſim.

7. Quò

mines tam ſuperbi, quàm humiles longiſſimè ſunt à cœlo, Dei ſede, remoti; ſed hic de ſuperbis non agit Pſaltes, à quibus ea ſedes non magis diſtat, quàm ab humilibus. Duo membra, aut cola ſunt inter ſe ἰσοδύναμα, ut ſolent.

7. *Si in mediis anguſtiis*] *Si iero in medium anguſtiæ.*

Manum injicis in iram &c.] *Super iram inimicorum meorum mittis manum tuam*; hoc eſt, manu tuâ coërces improbos conatus inimicorum in me injuſtâ irâ accenſorum.

8. *Rem mihi confectam dabit*] *Perficiet pro me.* יגמר בעדי *jigmar bahadi.* LXX. Intt. ἀνταποδώσεις ὑπὲρ ἐμοῦ, quaſi eſſet תגמל *thigmol.* Alii rectius: ἐπιτελέσει, ἐπιτελῇ aut συντελέσει. Hieronymus: *operabitur pro me.* Hæc vox extat tantùm in Pſalmis, ſed apud Syros & Chaldæos, *perficiendi* ſignificatu, non eſt infrequens. Res autem, de qua Pſaltes agit, eſt ipſius ab hoſtibus liberatio.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXXXIX.

2. QUando ſedeam & quando ſurgam] *Sedere meum & ſurgere meum*; hoc eſt, quando quieſcam, & quando ad opus redeam.

E longinquo cogitationem meam intelliges] בנתה לרעי מרחוק *bantha lerehi merahhok.* LXX. Intt. συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν. *Hieronymus*: *intellexiſti malum meum de longè.* רעה *rahah*, pro eo quod eſt *cogitavit* aut *voluit*, Chaldaïcum eſt, non Hebraïcum. Certè non extat in Libris Sacris. Reſpondet Hebraïco רצה *ratſah*, mutatione ſolemni Linguæ Chaldaicæ τοῦ צ in ע. Sunt tantùm derivata, in uſu Scriptoribus Sacris, inter quæ eſt רע *reah* hîc & verſ. 17. Senſus eſt: diu, antequàm cogitem, ſcis, quid ſim cogitaturus.

3. *Cubile meum*] רבעי *ribhi* Intt. σχοῖνον, quod intelligunt de lecto funibus ſuſpenſo. Malim de ſtorea, quâ ſubſtrati erant lecti, eáque è junco facta, qui σχοῖνος dicebatur. *Suidas*: Σχοῖνοι συμβόλαις, ψιαθοπλόκοι. *Storearum contextores.* Σχοῖνος ἢ ψίαθος: *ſtorea. Hieronymus*, *accubationes.* Apud Chaldæos רבע frequenter eſt *cubuit.*

Cingis] זרית *zaritha.* Quod verbum interpretantur *cingere*, quod זר *zer* ſit limbus, quo quidpiam cingitur. Nec ſenſus ineptus eſt, quiſquis enim vias alicujus *cingit*, ut & *cubile*, ſcit quid foris & domi agat. Alioqui ſignificat *ventilare fruges*, ideóque *Hieronymus* vertit: *eventilaſti.* LXX. Intt. ἐξιχνίασας, *perveſtigaſti*, qua ventilatione fruges veluti inveſtigentur & ſeparentur à gluma.

Adſuetus es] הסכנתה *hiſcbantha.* Vide Num. XXII, 30. LXX. Intt. προεῖδες, & Hieronymus: *intellexiſti*, ex conjectura, ut ſæpe.

4. *Cùm jam eam noſti*] *En, Jehova, noſti eam*

7. Quò irem à ſpiritu tuo, & quò à conſpectu tuo fugerem? 8. Si adſcendero in cœlos, ibi *es*; ſi ſtravero lectum meum in ſepulcro, en tu illic *ades*. 9. *Si* ſumſero alas auroræ, & habitationem meam fixero in ultimo mari; 10. etiam illic manus tua ducet me, & adprehendet me dextra tua. 11. Si dixero, caligo tamen occultabit me; nox, ad me quod adtinet, lux *fiet*. 12. Tenebræ obſcurum nihil tibi facere poſſunt, nox inſtar diei lucet; tenebræ & lux *tibi* perinde ſunt. 13. Tu enim creaſti renes meos, &

7. Quò irem, ut ſpiritum tuum fugerem? quò fugiendum mihi eſſet, ut oculos tuos fallerem? 8. ſi adſcenderem in cœlum, illic eſſes. Si in ſepulcro jacerem, illic, ſi videretur, adeſſes. 9. Si inſtar auroræ terram luſtrarem, & ſedes figerem ad ultimum mare; 10. etiam illic manus tua me duceret, & me adprehenderet. 11. Si me putarem latere poſſe in tenebris, nox ipſa mihi lux fieret. 12. Nihil apud te tenebris tegitur, nox enim eſt tibi inſtar lucis. 13. Tu creaſti renes meos;

eam totam; ubi הן idem eſt ac *jam*. Superiora verba non intellexerunt LXX. Intt. neque hæc rectè cum ſequentibus conſtruxerunt, quæ etiam perperam interpretantur. Paſſim הנה de re proximè futura dicitur.

5. *A tergo & à fronte obſediſti me*] אחור וקדם צרתני *abhor vakedem tſarthani*, poſt & ante obſediſti me; hoc eſt, æquè noſti quid agam, ac ſi me à fronte & à tergo obſideres. LXX. Intt. τὰ ἔσχατα καὶ τὰ ἀρχαῖα· σὺ ἔπλασάς με &c. quaſi legiſſent יצרתני *jatſarthani*, ut Hieronymus: *formaſti me*. Omnia perperam, quia locum clarum obſcurarunt.

Mihi que manum tuam impoſuiſti] Me ita conſtrictum tenes, nihil ut, te inſcio, aut invito facere poſſim, ut qui manu robuſtioris hominis adprehenſus tenetur, nec evadere poteſt.

6. *Mirabilior eſt*] פלאיה pro quo rectè legunt Maſſorethæ, פליאה *phliah*, quæ eſt analogica ſcribendi ratio.

Scientia tua, quàm ut à me capi poſſit] דעת ממני dahath mimmenni, *ſcientia à me*. Notum eſt ſic exprimi ab Hebræis comparativum LXX. Intt. ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ. Quæ mera eſt κακοζηλία, ubi certò conſtat de loquendi generis ſignificatione, apud Hebræos. Rectè *Symmachus*: ὑπερβάλλει με ἡ γνῶσίς σου. *Hieronymus* obſcurius: *ſuper me eſt ſcientia*.

Sublimior eſt, quàm ut eam pertingere queam] משגבה לא אוכל לה miſchgabah lo ouchal lah, *alta, non potero ad eam*; ſupplendum, attingere, גשת *geſcheth*; hoc eſt, intellectu adſequi quomodo omnia noris.

7. *A ſpiritu tuo*] Hoc eſt, à ſpirituali tua natura, quæ ubique adeſt, per ſe.

8. *Si adſcenderem*] אם אסק *im aſſak*. Verbum נסק hoc ſolo loco occurrit, ſed frequens eſt, apud Chaldæos, *adſcendendi* ſignificatu.

Si ſtravero lectum meum in ſepulcro] ואציעה שאול *veatſibah ſcheol*, ſi ſtravero ſepulcrum; hoc eſt; ſi in terræ cavernis, aut ſpeluncis arte factis, ſepeliendorum cadaverum cauſâ, habitarem. Huc facit eximius locus *Platonis* Lib. X. de Legibus, ubi de pœnis improborum, in hac, alteráve vita, ſic loquitur: ταύτης τῆς δίκης οὔτε σὺ μήποτε, οὔτε εἰ ἄλλος ἀτυχὴς γενόμενος ἐπεύξηται περιγενέσθαι θεῶν· ἣν πασῶν δικῶν διαφερόντως ἔταξάν τε οἱ τάξαντες χρεών τε ἐξευλαβεῖσθαι τοπαράπαν. οὐ γὰρ ἀμεληθήσῃ ποτὲ ὑπ᾽ αὐτῆς. οὐχ οὕτω σμικρὸς ὢν δύσῃ κατὰ τὸ τῆς γῆς βάθος· οὐδ᾽ ὑψηλὸς γενόμενος, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσῃ: *ex hoc judicio Deorum, neque tu, neque ullus alius, ſi felix factus ſit, jactaverit ſe evaſiſſe; nam qui hoc ſanxerunt, præ ceteris omnibus judiciis ſanxerunt, debèſque omnino caveri. Numquam enim ab eo negligi poſſis, ne ſi quidem, parvus cùm ita ſis, terræ profundum ſubieris, nec ſi in altum evectus in cœlum avolaveris.*

9. *Si ſumſero*] אשא eſſcha, *ſuſtulero*. Repetendum hic אם *ſi*.

Alas auroræ] כנפי שחר *chanphe ſcahhar*; hoc eſt, ſi eadem celeritate ferar de Aurora; ab ortu in occaſum. Intra viginti quatuor horas, circa terram ab ortu in occaſum ſolem antecedere videtur; ac proinde Hemiſphærium tunc notum dimidio tempore permeare. LXX. Intt. legerunt כְּנָפַי verterunt enim εἰ ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ᾽ ὄρθρον, & Hieronymus: *ſi ſumſero pennas diluculo*. Elegantiſſimum loquendi genus imprudenter corruperunt. Sic *Virgilius* Æn. VIII, 369. Nocti alas tribuit:

Nox ruit & fuſcis tellurem amplectitur alis.

In ultimo mari] Ut naviget Oceanum Indicum; niſi malis vertere, *ad ultimum mare*. Eſt באחרית הים *beahharith hajjam*, in extremitate maris; hoc eſt, in extremo mari, quod eſt ad occaſum. Unde *ultimi* Britanni & Oceanus, quo cingitur, *ultimum* mare dicuntur.

10. *Ducet me*] Ducet me illinc adreptum, quocumque volet.

11. *Caligo tamen occultabit me*] אך חשך ישופני *ach hhoſchek jeſchoupheni*. Verbum hoc Gen. III, 15. & Job. IX, 17. aliud prorſus ſignificat. Hîc, ubi de latebris in caligine quærendis ſermo eſt, vix aliter verti queat, quàm vertimus. Itaque viri eruditi ſignificatûs adfinitatem fuiſſe ſtatuunt inter verba שוף *ſchouph* & נשף *naſchaph*, unde נֶשֶׁף *caligo, crepuſculum*, qualis eſt inter מול & נמל *circumcidere*, רוח & נדח *pellere* & ſimilia.

Nox ad me quod adtinet] לילה אור בעדני *lailah or babadeni*, nox erit lux pro me. *Aquila* & *Symmachus*: περὶ ἐμὲ, & *Hieronymus*: *circa me*. Non malè. At LXX. habent ἐν τῇ τρυφῇ μου. quaſi legiſſent בעדני *behedeni*, nam עדן vertunt τρυφὴν, unde παράδεισος τρυφῆς. Melius *Aquila* & *Symmachus*: περὶ ἐμὲ, & Hieronymus: *circa me*, quæ tamen non eſt propria ſignificatio τοῦ בעדי aut בעדני *babadi*, aut *babadeni*.

12. *Obſcurum nihil tibi facere poſſunt*] *Caligo non obſcurum faciet à te.* Frequens eſt hæc vis futuri, præſertim additâ negatione.

Lucet] *Lucebit.*

Tenebræ & lux &c.] כחשיכה כאורה *chahhaſchecha chaoreh*, ut caligo, ut lux. Hebraiſmus notus.

 13. *Tu*

& me in utero materno texiſti. 14. *Quare* laudabo te, quòd reverentiâ & admiratione *tui à te* adſectus ſim, mirifica *ſunt* opera tua, animus meus hoc probè novit. 15. Non occulta tibi fuerunt oſſa mea, cùm factus ſum in occulto, & formatus in inferioribus locis terræ. 16. Embryon meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcripti

meos, & me in utero materno corpore texiſti. 14. Quamobrem laudabo te, quod reverentia atque admiratione tui adſectus ſim; mirifica ſunt opera tua, hoc mens mea probè novit. 15. Non tibi ignota fuerunt oſſa mea, cùm fierem in occulto, & formarer in inferioribus locis terræ. 16. Embryon meum cum formaretur, vidiſti, atque in libro tuo omnes homines ſcripti ſunt, diésque

13. *Tu enim creaſti*] קנית *kanitha*, quod hîc *creaſti*, non *poſſediſti* verti oportere viſum eſt; quia agit Pſaltes de *creatione*, aut *formatione* corporis humani, non de dominio. Itaque quamvis in aliis locis, in quibus admittit hanc ſignificationem *Sam. Bochartus* Chanaan Lib. I. c. 2. aliter vocem interpretati fuerimus, hîc tamen eum ſequuti ſumus.

In utero materno texiſti] תסכני בבטן אמי *the ſucchені bebetea immi.* LXX Intt. ἀντελάβου μου, hoc eſt, *me ſuſcepiſti*, *me adjuviſti*. Verbum hoc ſignificat *protegere*, Pſ. CXL, 8. Hieronymus: *orſus eſt*, hoc eſt, me inchoaſti, quod ad formationem refertur. Sed intellexerim hîc de involucris, quæ fœtum in utero materno incolumem præſtant, qualia ſunt Amnion & Chorion.

14. *Quod reverentiâ & admiratione adfectus ſim.*] על כי נוראות נפליתי *hal chi noraoth niphlethi*, terriculamentis in admirationem adductus ſum, quaſi eſſet בנוראות *benoraoth*. נפלא & נפלה confunduntur paſſim, ſignificántque promiſcuè *mirabilem fieri* & *ſeparari*; ſed hîc videtur ſignificari non qui *mirabilis eſt*, aut *fit*, ſed qui ipſe miratur. *Reverentiam* ſanè ſui ſeu *timorem*, quod perinde eſt, & *admirationem*, quibus Dei opera proſequebatur, ait Pſaltes, cauſam fuiſſe laudum, quibus eum celebrabat.

15. *Non occulta tibi fuerunt oſſa mea*] לא נכחד עצמי ממך lo nichhad hatſmi mimmecha, *non occultum fuit os meum a te.* LXX. Intt. verbo tenus: οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ. *Aquila*: οὐκ ἐκαλύφθη ὀστᾶ μου ἀπὸ σοῦ, quaſi עֲצָמַי legiſſet. *Symmachus* verò: οὐκ ἔλαθέ σε ἡ κραταίωσίς μου, alius ἡ δύναμις. Reverâ עצם *hatſem*, æquè *robur* ac *os* ſignificat; ſed maluimus *oſſa*; quia ſermo eſt de formatione fœtûs, unde & Hieronymus: *non ſunt operta oſſa mea à te*, ſed נכחד ממך *nichbad mimmecha* eſt Hebraïſmus notus, qui debet verti *occulta ſibi*, non *à te*, quod aliud eſt Latinè, ſignificátque auribus Latinis, Deum ipſum non eſſe auctorem occultationis oſſium, quod non vult Pſaltes. Sententia eſt, Deo, cùm fœtus etiamnum in utero materno eſt, jam nota eſſe omnia ejus oſſa, tenera licèt; hoc eſt, partes interiores corporis, omnémque earum compagem; quarum ipſe auctor eſt, ſive per ſe, ſive per occultos Divinæ Providentiæ miniſtros.

Formatus in inferioribus locis terræ] רקמתי בתחתיות ארץ *rakkamthi bethahhthijoth arets.* Verbum hoc eſſe propriè *acu pingere*, quod Gallicè dicimus *broder*, & Hiſpanicè *recamar*, conſtat è derivatis. Vide ad Exod. XXVI, 1. Hic eleganter aptatur variæ texturæ corporis humani; oſſibus, tendonibus, carnibus, membranis, glandibus, venis, arteriis, aliiſque vaſibus inter ſe mirabiliter implicitis, conſtanti. Optimè verterat *Aquila*: ἐποικίλθην, nec Latinè loquenti tam felici eſſe licet. Itaque generali voce utendum fuit. At LXX. Intt. legerunt, וְקָמָתִי ut ſit nomen, vertérúntque ὑπόστασίς μου, quaſi intelligeretur oſſium compages, quæ reliquum corpus ſuſtinet. Quo ſenſu vocem uſurpavit *Hippocrates*, ut è *Galeno* obſervavit *Joann. Gorraus* in Definit. Medicis. Legiſſe videntur וקימתי *vekimathi*, à קום *ſto, ſurgo*, ſed certa eſt prior interpretatio vocis Hebraicæ atque omnino elegans, nec proinde repudianda. Mirum eſt, *Hieronymum* vertiſſe: *imaginatus ſum*, niſi fortè hoc idem ſit ac ἀπεικονίσθην, *inſtar imaginis factus ſum.*

Inferiora loca terræ] Dicitur hîc uterus, non aliter ac ſepulcrum, quaſi è ſepulcro quodam vivi prodiremus, ut ſepulcro inanimi, exactâ vitâ, inferremur.

16. *Embryon meum*] גלמי *golmi.* Embryon; ſeu fœtus ita dicitur à גלם *galam*, involvit, glomeravit, quod extat tantum 2. Reg. II. 8. ſed non infrequens eſt apud Chaldæos. LXX. & *Aquila*: ἀκατέργαστον, *Symmachus*: ἀμόρφωτον, & Hieronymus: *informem me.* Propriè dicitur ἔμβρυον, nimirum, βρέφος, *creſcens intra uterum*, quod involutæ cuipiam maſſæ ſimile eſt, quamvis intus formata ſint omnia membra.

Viderunt oculi tui] Nota tibi ſunt prima illa initia hominum, etiam quæ nemo vidit. Quæ dicuntur, ut Omniſcientia Divina extollatur. Pulcherrimus eſt locus *Galeni* de Uſu partium Lib III. c. 10 ubi rejectâ, non ſine indignatione, eorum ſententiâ qui audebant opera Dei carpere, docet eos, qui deſcribunt partes Animalium, eorumque ἀλληλουχίαν, re ipſa hymnum de Dei laudibus ſcribere, & habere, ἱερὸν λόγον ὃν ἐγὼ, inquit, τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς ὕμνον ἀληθινὸν συντίθημι, καὶ νομίζω τοῦτ' εἶναι τὴν ὄντως εὐσέβειαν, οὐχ εἰ ταύρων ἑκατόμβας, αὐτῷ παμπόλλας καταθύσαιμι, καὶ τὰ ἄλλα μυρία μύρα θυμιάσαιμι καὶ κασίας, ἀλλ' εἰ γνοίην μὲν αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην, οἷος μέν ἐστι τὴν σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος δὲ τὴν χρηστότητα. τὸ μὲν γὰρ ἐθέλειν κοσμεῖν ἅπαντα τὸν ἐνδεχόμενον κόσμον, καὶ μηδενὶ φθονεῖν τῶν ἀγαθῶν, τῆς τελεωτάτης χρηστότητος ἐγὼ δεῖγμα τίθεμαι, καὶ ταύτῃ μὲν ὡς ἀγαθὸς ἡμῖν ὑμνείσθω· τὸ δ' ὡς μάλιστα κοσμηθείη πᾶν ἐξευρεῖν ἄκρας σοφίας, τὸ δὲ καὶ δρᾶσαι πάνθ' ὅσα προείλετο δυνάμεως ἀηττήτου: *quem ego Creatoris noſtri verum hymnum compono; exiſtimóque in hoc eſſe veram pietatem, non ſi pluribus taurorum hecatombis ſacra fecerim & caſias aliáque ſexcenta odoramenta & unguenta ſuffumigaverim; ſed ſi noverim ipſe primus, deinde & aliis expoſuerim, qualis ſit ejus ſapientia, qualis potentia, & quæ bonitas. Quod enim cultu convenienti exornare omnia, nec ullum ſuis beneficiis privatum eſſe voluerit,*

ſcripti ſunt, diéſque *quibus* formati ſunt, & ne unus quidem *eſt*, in iis, *qui ſcriptus non ſit*.

[17]. Quanto pretio ſunt apud me cogitationes tuæ, ô Deus! quantæ ſunt earum ſummæ! [18]. Numerémne *eas*? plures ſunt quàm arena, cùm expergefactus fuero, adhuc *ero* tecum. [19]. Utinam occidas, ô Deus, improbum & homines cædis reos! (Recedite

que quibus formati; nec unus quidem eſt inter eos, qui in libro naſcentium ſcriptus non ſit.

17. Quanti ſunt à me cogitationes tuæ, ô Deus! quæ quanto numero ſunt? 18. Adgrediárne, in ſomnis, eas numerare? plures ſunt quàm arenæ; cùm experrectus fuero, etiamnum eas numero, nec umquam ad finem enumerationis illius pervenio. 19. Utinam, ô Deus, è medio tollas

luerit, id perfectiſſimæ bonitatis ſpecimen eſſe ſtatuo; & hac quidem ratione ejus bonitas hymnis nobis eſt celebranda. Hoc autem omne inveniſſe, quo pacto maximè omnia exornarentur, ſummæ ſapientiæ eſt. Effeciſſe verò quæcumque voluit, potentiæ eſt invictæ. Plura etiam in ſequentibus, eadem de re, habet, lectu digniſſima; quæ, brevitatis cauſâ, omittimus.

In libro tuo omnia ſcripta ſunt] Hoc eſt, hæc omnia tam noſti, quàm ſi ſingula minutatim in libro à te ſcriberentur. Poëticum eſt dicendi genus. Vide ad Exod. XXXII: 32.

Omnes] כלם *chullam*, omnes illi; hoc eſt, homines, à tempore, quo ſunt concepti. Alioqui ſi de quavis re ad eos pertinente hæc diceretur, potiùs mentem ſuam expreſſiſſet Pſaltes, vocibus כל זאת *chol zoth*, hæc omnia.

Diéſque, quibus formati ſunt] ימים יצרו *jamim juttſaru*. Subaudiendum *quibus*, quaſi eſſet: אשר יצרו בם *aſcher juttſaru bam*.

Et ne unus quidem in iis] ולא אחד בהם *velo ehhad bahem*, quod poteſt referri ad *dies*, ſed malim ad homines; quorum dies natales & emortuales adnotati finguntur, quòd Deus eos norit. Ideò addidimus, *qui ſcriptus non ſit*, quod animo certè ſuppleri oportet à Lectoribus.

17. *Quanto pretio ſunt, apud me cogitationes tuæ*] ולי מה יקרו רעיך *veli mah jakeru rehecha.* Græci Intt. רעיך verterunt, φίλους vel ἑταίρους, Hieronymus: *amicos*. Re ipſâ vox ita verti poteſt, ſed hic ſermo non eſt de iis, quos Deus amat, verùm de infinito prorſus numero cogitationum; quæ intellectui Divino præſentes ſunt, quæque, cùm reputantur à nobis, ſummam admirationem in nobis creant, & Dei naturæ immenſam præſtantiam ut colamus efficiunt. Quis enim, imbecillâ mente humanâ intelligat, qui Deus, ſine confuſione, oblivione, aut cognitionis augmento omnia, quæ fuerunt, ſunt & erunt, intelligat, & quidem ſemper? De voce רע, pro eo, quod eſt *cogitatio*, vide ad verſ. 2.

Quantæ ſunt earum ſummæ] מה עצמו ראשיהם *ma hatſemu raſchehem*, quàm validæ ſunt earum ſummæ! aut, quàm creverunt ſi eas conſideremus, quaſi in libris quotidie ſcribendas; perinde ac ſi Deus Ephemeridas haberet, quæ univerſa cogitata, dicta ac facta hominum, & quidquid iis contigit, complecterentur. Senſum hunc eſſe ſequentia verba oſtendunt, ut & locus Pſ. X, 6. Veteres Intt. in re non admodum obſcura à recta via prorſus aberrarunt. LXX. Intt. λίαν ἐκραταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν, hoc eſt, amicorum Dei. *Aquila*: αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν ἐκραταιώθησαν. *Symmachus*: παρεπλήθυσαν μοι ὥσπερ αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν. *Theodotion*: ἐκραταιώθησαν οἱ πένητες αὐτῶν. Hieronymus: *quàm fortes pauperes eorum*. At ubi agitur de calculo, quemadmodum hic, ראשים *raſchim* ſunt non *capita*, neque *pauperes*, ſed *ſummæ*. Vide Num. I, 2. IV, 2, 22. Fateor hic tantùm plurali numero, hoc ſenſu, occurrere, ſed nihil vetat ita loquutos Hebræos de pluribus ſummis, quod etiam omnino poſtulat hic locus.

18. *Numerémne eas?*] אספרם *eſpherem*, numerabo eas. Subjicienda huic voci interrogationis nota. Commodiùs hoc videtur, quàm ſi ſuppleas *ſi*.

Cùm expergefactus fuero &c.] הקיצתי ועודי עמך *hakiſſothi vehodi himmecha*. LXX. Intt. verbo tenus: ἐξηγέρθην, καὶ ἔτι εἰμὶ μετὰ σοῦ, interprete Hieronymo: *evigilavi & adhuc ſum tecum*. Symmachus: ἐξυπνιζόμην, καὶ εἰς ἀεὶ ἔσομαι μετά σου. Nempe, עודי putavit idem eſſe ac בעודי *behodi*, dum adhuc ſum. Si nihil deeſt, ſenſus eſſe queat: quotieſcumque expergiſcor, ſum adhuc tecum; hoc eſt, ſingulis diebus de Providentia tua meditor, nec umquam exhauritur cogitandi de te materia.

19. *Utinam*] אם *ſi*; quod *utinam* interdum ſignificat, ut hoc loco, quamvis hunc ſignificatum omiſerit *Chriſt. Noldius*. Vide & Num. XXII, 29. Joſ. VII, 7. Job. XVI, 4.

Homines cædis reos] *Homines ſanguinum.*

Recedite à me] Videntur hæc parentheſi claudi oportere, cùm ſeriem orationis abrumpant.

20. *Qui de te loquuntur*] ימרוך *jomerucha*, omiſſo *Aleph*, Librarii, ut puto, culpâ. Intelliguntur ii, qui ſæpe de Deo loquuntur, non quòd eum revereantur, ſed ad fallendum.

Malo animo] למזמה limzimmah, *in fraudulentam molitionem*.

Proferunt nomen tuum ad fallendum] נשוא לשוא *naſchu laſſchav*, נשוא eſt pro נשאו errore, ut puto, librarii. Supplevi, ex ſententia etiam Rabbinorum nonnullorum, שמך *ſchimecha*, *nomen tuum*. Vide Exod. XX, 7. & ibi notata. Certè qui malo animo de Deo loquuntur, dum moliuntur aliquid mali, nomen ejus proferunt, ad mendacii confirmationem, ſeu ut fallant.

Hoſtes tui] עריך *harecha*. Supplevi, *ſunt*, & ſunt ſanè Dei hoſtes, qui nomine ejus abutuntur, ad alios fallendos, LXX. Intt. mirè verterunt: ὅτι ἐρεῖς εἰς διαλογισμόν, λήψονται εἰς ματαιότητα τὰς πόλεις σου, quaſi עריך eſſet à עיר *urbes*; ſine ſenſu. *Aquila*: ὅτι ἀντιλέξουσί σοι εἰς ἐνθύμησιν, ἦραν εἰς εἰκῆ ἀντίζηλοί σου. *Symmachus*: οἵτινες ἀντιλαλοῦσί σοι διαλογισμῷ ἐπήρθησαν ματαίως οἱ ἐναντίοι σου. *Theodotion*: ὅτι ἐροῦσί σε εἰς δια-

λογισ-

dite à me.)

[20]. Qui de te loquuntur malo animo, proferunt *nomen tuum* ad fallendum, *ſúntque* hoſtes tui. [21]. Nonne eos odio habeo, ô Jehova, qui te oderunt, & eos faſtidio, qui contra te inſurgunt. [22]. Prorſus eos odi, & *ipſi* inimici mihi fuerunt.

[23]. Perveſtiga me, ô Deus, & cognoſce animum meum; explora me, & intellige cogitationes meas. [24]. Vide, an in me ſit via moleſtiæ, & me deduc per viam *in* perpetuum.

Pſaltes à Deo petit liberationem ab hoſtibus, ultionémque in eos divinam.

PSALM. CXL. 1. PRÆFECTO. CARMEN DAVIDIS. [2]. Libera me, ô Jehova, ab homine malo, à viro injurio ſerva me, [3]. qui mala animo ſuo excogitant, *&* quotidie contrahunt

tollas improbos, & præſertim cædis reos! (Recedite à me ejuſmodi homines!)

20. Qui de te loquuntur, malo animo ſæpe proferunt nomen tuum, ad alios fallendos, ſuntque hoſtes tui. 21. Eos verò ego quidem odi, qui te odio habent, eóſque faſtidio, qui contra te impiè inſurgunt. 22. Omnino eos odio habeo, ô Creator, quemadmodum & ipſi mihi ſunt éxoſi.

23. Perveſtiga animum meum, ô Deus, eúmque penitus cognoſce, explora me, & cogitationes meas cognoſce. 24. Vide, an ſequar eorum mores, qui moleſtiam aliis creant, ſique rectam viam inivi; quod ſi compereris, per eam viam me ſemper deducito.

PARAPHRASIS.

1. DAVIDIS ad Præfectum *Cantorum* miſſum. 2. Libera me, ô Creator, ab homine malo atque injurio; 3. qualis mala excogitat, & inimicitias quotidie ſibi contrahit. 4. Ejuſmodi homines

λογισμῶν. Se verbis non expediverunt. V. Editio: ὅτι παρεπίκρανάν σε οἱ κακοβουλίᾳ, quia legit יַמְרוּךָ à מרה *amarus fuit.* Hieronymus: *contradicent tibi ſceleratè, elevati ſunt fruſtra adverſarii tui.* Non ſatis verba adtendit. Ex ipſo diſſenſu Interpretum ſatis liquet, eos neque Lexicis, neque Grammaticis inſtructos, quod copioſiùs oſtendi in Quæſtionibus Hieronymianis.

21. *Eos faſtidio*] אתקוטט ethkotath, LXX. ἐξετηκόμην, Hieronymus: *diſtædui.* Parum propriè; nam hoc verbum *faſtidium* & *tædium* ſignificat. Poſſet etiam verti, quia eſt conjugatio activa: *oſtendi me tædere ac pigere eorum, qui in te inſurgunt.*

Qui contra te inſurgunt] Eſt hîc ובתקוממיך *oubitbekomemecha*, pro ובמתקוממיך *oubimitbkomemecha*, ubi primi מ eſt, ut putat *Buxtorfius* Thes. Gram. Lib. I. c. 42. Syncope ne quatuor litteræ ſerviles ab initio occurrerent. Vereor ut mendam Librarii, in tam longa voce dormitantis, nomine figuræ grammaticæ honeſtet.

22. *Prorſus eos odi*] תכלית שנאה שנאתים *thachlith ſchinah ſchnethim*, perfectione odii eos odi. Hæc tribuenda eſſent temporibus fœderis, per quod hoſtes odio habere nefas non fuit; niſi fortè poſſent ad mores potius, quàm ad homines, referri. Meritò negabant Stoïci peccantes eſſe odio habendos. *Seneca* de Ira Lib. I. c. 14. *Peccantes verò*, inquit, *quid habet cur oderit, cùm error illos in ejuſmodi delicta compellat? Non eſt autem prudentis errantes odiſſe; alioquin, ipſe ſibi odio erit. Cogitet quàm multa, contra bonum morem, faciat; quàm multa, ex iis, quæ egit, veniam deſiderent. Jam iraſcetur etiam ſibi. Neque enim æquus Judex aliam de ſua, aliam de aliena cauſa, ſententiam fert. Nemo, inquam, invenietur, qui ſe poſſit abſolvere, & innocentem quiſque ſe dixit reſpiciens teſtem, non conſcientiam.* Qui nollet à Deo odio haberi, propter delicta, non debet alium delinquentem odiſſe. Pulcrè *Auguſtinus* Ep. CLIII, 3. *Facile eſt atque proclive malos odiſſe, quia mali ſunt; rarum autem & pium eoſdem ipſos diligere, quia homines ſunt; ut in uno ſimul & culpam improbes, & naturam adprobes, ac propterea culpam juſtiùs oderis; quòd ea fœdatur natura, quam diligis.* Videmus hoc quotidie à parentibus erga liberos fieri, qui quamvis oderint vitia liberorum, liberos tamen non oderunt; quibus facillimè ignoſcunt, ubi vitiis illis inviſis valedixiſſe eos putant. Sic ſe gerunt fratres erga fratres; ſic amici veri erga amicos, quorum vitia perire, non ipſos cupiunt; ſic omnium virtutum abſolutiſſimum exemplar Deus, qui vitiis hominum, non hominibus indignatur; ſemper quippe paratus iis ignoſcere, qui ad meliorem frugem redeunt.

24. *Via doloris*] דרך עצב *derech hotſeb*; hoc eſt, *doloris*, vel *moleſtiæ*, ſeu vitæ inſtitutum, quo aliis dolorem, vel moleſtiam creem.

In perpetuum] עלם *holam*, pro לעולם *leholam*, hoc eſt, per totam vitam meam, dux mihi eſto. Vide Pſ. V, 9. XXVII, 11.

COMMENTARIUS.

In PSALM. CXL.

1. A *Viro injurio*] *A viro injuriarum.*

2. *Quotidie contrahunt bella*] יגורו מלחמות *jagouron milhhamoth.* Voces quidem ſeorſim notiſſimæ ſunt, ſed conjunctim non occurrunt,

hunt bella 4. Acuunt linguam ſuam inſtar ſerpentis, venenum aſpidis eorum labiis
ſubeſt. Selah. 5. A viri improbi manibus libera me, ô Jehova, contra virum injurium
tuere me, qui excogitavit, quomodo greſſus meos impelleret. 6. Abſconderunt ſuperbi
mihi laqueum, funibus extenderunt rete ad oram orbitæ, & tendiculas mihi objecerunt.
Selah.
7. Dixi Jehovæ, Deus meus es, voci precum mearum aurem præbe, ô Jehova.
8. Jehova Domine, robur ſalutis meæ, texiſti caput meum, die armorum. 9. Ne con-
cedas, Jehova, deſideria improbi, molitionem ejus ne ſecundes, *ne* ſe ſe efferat. Selah.
10. Venenum *ineſt* circumdantibus me, moleſtia labiorum eorum illos operiat. 11. Ca-
dant

mines acuunt linguas ſuas, inſtar ſerpentium, vomuntque venenum, æque noxium ac eſt aſpidum. 5. Ab improbi manibus violentis libera me, ô Creator, contra eum me tuere, qui excogitavit, quomodo me in lapſum incitaret. 6. Sunt enim mali homines, qui mihi laqueos tetenderunt, ut me ad prava facinora præcipitem agerent.

7. Dixi verò Creatori: Deus meus es, quem ſolum colo, precibus meis faventem te præbeto. 8. Domine Creator, cujus potentiâ incolumis ſum, in præliis me incolumem præſtitiſti. 9. Ne patiaris, ô Creator, improborum cupiditatibus & moliminibus ſatisfieri, ne nimiùm ſe efferant. Selah. 11. Cadant in illos fulmina, Deuſque eos proſternat

ſunt, niſi hoc loco. Propriè vertendum putant, *congregant bella*, hoc eſt, bella contrahunt, vel conciliant iis, qui antea pacem inter ſe colebant. Ejuſmodi erant homines, qui Saülem concitabant, ut armatus Davidem inſectaretur. Crediderim verbum גרו traxiſſe hîc eum ſignificatum ab adfini Radice גרה *garah*, ut fieri ſolet, quæ *irritare*, *ad bellum concitare*, aut *ad rixas*, ſignificat, in conjugatione *Hithpahel*, & conjungitur cum מלחמה *milhhamah* Deut. II, 24. Dan. XI, 25. Ergo hîc verbum יגורו eamdem vim obtinet, ac ſi ſcriptum eſſet יתגרו *jithgarou*, dicitúrque de rixarum & bellorum fomitibus. LXX. hîc παρετάσσοντο πολέμους, & Hieronymus: *verſati ſunt in proeliis*.

3. *Acuunt linguam ſuam*] Hoc eſt, habent linguas acutas inſtar ſerpentium, qui linguas vibrant, ita ut acutiores & bifidæ, aut trifidæ, ſi Poëtis credimus, videantur. Qua de re, vide quæ collegit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. I. c. 4. Ceteroqui ſerpentes non nocent linguâ, ſed dentibus, per quos deſcendit humor venenatus in vulnera. Sed vulgus ita loqui ſolitum erat, quaſi venenatæ eſſent ſerpentium linguæ; proptereáque hominum mendacium & doloſorum linguæ, quæ ſermonibus maximè nocent, conferuntur cum linguis ſerpentium; uſus enim omnium idiomatum à populi arbitrio maximè pendet, quòd ſapientes etiam ſequi neceſſe habent. Sed non ſunt ita ad vivum reſecanda, quæ dicunt, cum vulgo; ut per omnia cum eo ſenſiſſe videantur. Vide *Franciſci Redi* eruditas obſervationes *de Viperis*.

Venenum aſpidis &c.] עכשוב *hachſchoub* aſpidem verterunt plerique omnes veteres & recentiores Intt. quorum ſententiam confirmat *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 4.

Eorum labiis ſubeſt] Ineſt eorum verbis.

Selah.] Vide not. ad Pſ. III

5. *Greſſus meos impelleret*] Ita ut caderem.

6. *Abſconderunt* &c.] Ut feræ, cui occulti laquei tenduntur.

Funibus] וחבלים *vehhabalim*, pro ובחבלים *oubehhabalim*.

Ad oram orbitæ] ליד מעגל lejad mahgal, *ad latus orbitæ*, ut ſi fortè vel minimùm declinarem à via, in loco, in quo aſpera, aut lutulenta eſt, inciderem neceſſariò in occulta retia. Sæpe in Pſalmis ſic inſidiæ deſcribuntur, ſeu reverâ tenti ſint laquei, ſeu aliud inſidiarum genus intelligatur, quod veriſimilius.

8. *Jehova Domine*] יְהוִה אֲדֹנָי, LXX. Intt. κύριε κύριε, Hieronymus: *Domine Deus*, inverſâ punctatione Maſſorethicâ, ut & alibi.

Texiſti caput meum &c.] Hoc eſt, ne vulnerarer, quaſi objecto clipeo, impediiſti.

9. *Ne ſecundes*] זממו אל תפק *zemamo al thaphek*, ne molitionem ejus fac procedere, aut progredi; hoc eſt, ne patere ad exitum pervenire. Vide Proverb III, 13. LXX. intt. διελογίσαντο κατ᾽ ἐμοῦ, μὴ ἐγκαταλίπῃς με, incommodè. Nec Hieronymus melius: *ſcelera ejus ne effundantur*. Symmachus: ἐβουλεύσαντο μὴ ἀποβαίνῃ. Græci legerunt זָמְמוּ, Latinus זִמּוֹת, ſed perperam.

Ne ſe ſe efferat] ירומו *jaroumou*, adtollentur. Subaudiendum פן *phen*, ne. Vide Pſ. XXXV, 19. Singulari verti propter antecedentia. Hebræi, cùm de pluribus eſt ſermo, promiſcuè utroque numero utuntur, quod Latinè fieri nequit.

10. *Venenum ineſt circumdantibus me*] ראש מסבי *roſch meſibbai*, LXX. Intt. & *Theodotion*: ἡ κεφαλὴ τοῦ κυκλώματος αὐτῶν, quaſi legiſſent מסבם *meſibbam*. *Aquila*: κεφαλὴ καταστρεφόντων με. *Symmachus*: πικρασμὸς τῶν κυκλούντων με. Hunc ſequuti ſumus. Vide Deut. XXIX, 18. Poſſet hæc quoque eſſe pars dirarum precum; ſed nihil vetat eſſe delictum, quod eas merebatur.

Moleſtia labiorum &c.] Moleſtia, quam creari aliis maledicentiâ ſuâ optant, in eos recidat. Pro *operiat* eſt, יכסומו *jechaſſoumo* in textu, ſed legunt Maſſorethæ יכסימו *jechaſſemo*. Nihil opus erat τῷ י in penultima ſyllaba; nam rectum erat יכסם *jechaſſem*.

11. *Cadant in eos prunæ*] In textu eſt ימיטו *jamitbou*, cui verbo cum deſit nominativus, legerunt Maſſorethæ ימוטו *jimmotou*, movebuntur, hoc eſt, decident, nam ex alto cadunt fulmina. Suſpicarer potiùs legendum ימיש *jamiſ*, dejiciet, & ſubaudiendum *Deus*; quod nomen, etiam ex lectione Maſſorethica, debet ſuppleri, ante verbum ſequens. Unâ voce vertimus גחלים באש *gahhalim baeſch*, carbones in igne, quia prunæ ſunt carbones incenſi. Intelliguntur fulmina. Vide Pſ. XVIII, 13, 14.

dant in eos prunæ, *Deus* dejiciat eos igne in foveas *è quibus* non reſurgant. [11]. Vir *improbæ* linguæ ne conſiſtat in terra. Virum injurium malus inquirat, ut eum *præcipitem* impellat, [13]. Novi Jehovam jus dicturum adflicto, & ſententiam laturum de egenis. [14]. Juſti autem laudabunt nomen tuum, *ô Deus*, & ante conſpectum tuum habitabunt juſti.

Preces ad Deum de liberatione ab improbis, eorúmque conſortio.

PSALM. CXLI. 1. CARMEN DAVIDIS: Jehova, te invocavi, feſtina mei cauſâ, & voci meæ aurem præbe, quando te inclamo. [2]. Rata ſit oratio mea, *ut* ſuffimentum, in con-

nat in foveam, è qua non ſurgant. 12. Vir maledicæ linguæ expellatur è patrio ſolo, & virum injurium quærat alius improbus, ut eum in exitium præcipitem det. 13. Scio fore ut Creator jus dicat adflicto, & adflictis faventem ſententiam pronunciet. 14. Boni viri nomen tuum extollent, ô Deus, atque in terra tibi ſacra ſedes babebunt quietas.

P A R A P H R A S I S.

1. CARMEN DAVIDIS, O Creator, te invocavi; mei cauſâ, feſtinum auxilium accelera, quoticumque te invoco. 2. Oratio mea tibi accepta ſit, ut ſuffimentum tibi ab homine religioſo oblatum. Subla-

In foveas] במהמרות *bmahamoroth*. Huic voci cùm nulla ſit Radix adfinis, in Hebraïca Lingua, nec in vicinis; videntur Intt. ex conjectura vertiſſe. LXX. habent: ταλαιπωρίας, *Symmachus* & *Theodotion*: βοθύνους, ut *Hieronymus*: *in foſſas*. Alius Græcus verterat, ἐπισυρομένους, alius: μετὰ πολλοῦ τάχους, quod deducendam vocem putarent à מהר *mahar*, feſtinavit. Si hîc conjicere liceret, non abſurdè fortè poſſemus ſuſpicari legendum בחמהמרות *bemabhamoroth*, ita ut ſignificentur foſſæ luto, aut bitumine inde hauſto profundiores: nam חמר *bhemar* eſt *bitumen* & *bhomer* eſt *lutum*, ut omnes norunt vel ex Gen. XI, 3 Itaque מהמרה erit ejuſmodi foſſa, in quam ſi quis incidiſſet, præſertim paullò profundiorem, vix ſine celeri auxilio reſorgere poterat, lutóque, vel bitumine alto immerſus perire neceſſe habebat.

12. *Vir improbæ linguæ*] *Vir linguæ*, quo loquendi genere non ſignificatur tantùm *linguax*, vel *loquax*, cui exilium non imprecaretur vir bonus; ſed calumniator, qui mendaciis proximo perniciem creare conatur. Vide verſ. 4. & 10.

Malus inquirat] רע יצודנו rah jetſoudennoo, *malus*, aut *malum venetur*; hoc eſt, quærat & inveniat, ut impellat præcipitem.

13. *Jus dicturum*] כי יעשה דין *chi jabaſcheb din*, facturum judicium.

Sententiam laturum de egenis] משפט אבינים miſchphat ebjonim, *judicium egenorum*; hoc eſt, ſententiâ latâ, egenos liberaturum ab oppreſſione potentiorum.

14. *O Deus*] Hoc addendum fuit, quod ſæpe omittunt Hebræi, ne obſcurior eſſet ἀποστροφή.

Ante conſpectum tuum] את פניך eth phanecha, *cum facie tua*. Quæ loquutio occurrit Pſ. XVI, 11. XXI, 7. & alibi. Videtur ſignificari habitatio in terra promiſſa, cui præſens adeſſe Deus, propter Sacrarium, cenſebatur.

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. CXLI.

2. RAta ſit oratio mea] תכון תפלתי *thiccbon thephillathi*, firmatur oratio mea; hoc eſt, ne ſit irrita; quidquid enim firmum non eſt, irritum ſit. Vide Pſ. CI, 7. Proverb. XII, 19. XX, 18.

Ut ſuffimentum] קטרת *ketoreth*. Supplendum כ vel *ut*. Senſus eſt acceptum ſit ut ſuffimentum meum. Sic LXX. Intt. & alii.

Sublatio manuum mearum] משאת כפי *maſſchath chappbai*; hoc eſt, preces, quæ protentis ad Sacrarium manibus fiebant. Res eſt nota. Intelliguntur autem preces veſpertinæ, ut ſequentia oſtendunt.

Inſtar muneris veſpertini] מנחת ערב *minbbath hereb*, pro כמנחת *cheminbbath*, ut res ipſa oſtendit, quamvis ſimilitudinis particula non ſit hîc à Vett. Intt. ſuppleta. Sæpiſſimè deeſt, ut docebit *Noldius* ad hanc particulam n. 36.

3. *Pone cuſtodiam ori meo*] Ne patere à me mali quidquam proferri.

Serva oſtium labiorum meorum] נצרה על דל שפתי nitſerah hal dal ſchphathai, *cuſtodi ad oſtium labiorum meorum*. דל *dal* idem eſt ac דלת deleth, *janua*. Simile loquendi genus Mich. VII, 5. LXX. Intt. θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου, nempe, τῷ *pone*, quod anteceſſit; quaſi legiſſent, aut legendum putaſſent דל מצור על שפתי *oſtium munimenti ad labia mea*. Sed nullâ mutatione hîc opus eſt: *Homerus* ſic dixit ἕρκος ὀδόντων, *ſeptum dentium*, pluribus locis. Eleganter *Buchananus*:

—— Ad oris januam
Fac excubet cuſtodia.

4. *Ne patere inclinari animum meum*] אל תט *al tatb*, ne inclines. Sed ſæpe Hiphil non actionem, ſed permiſſionem tantùm ſignificat.

Deus

conſpectu tuo; ſublatio manuum mearum ſit *inſtar* muneris veſpertini, 3. Pone, ô Jehova, cuſtodiam ori meo, & ſerva oſtium labiorum meorum. 4. Ne patere inclinari animum meum ad rem malam, aut ad edenda prava facinora, cum viris vitio addictis; neque delicatis eorum cibis veſcar. 5. Percutiat me juſtus, adhibitâ benignitate, & increpet me *propter* unguentum capitis *mei*, ſed ne caput meum frangat; nam etiamnum *ero*, & preces meæ *fundentur* in ejus calamitatibus, 6. ut dejiciantur per loca petricoſa judices ejus, útque audiat verba mea, quia *ei* ſunt jucunda.

7. Non ſecus ac ſi quis proſcidiſſet ac fidiſſet terram: diſperſa ſunt oſſa noſtra, ad oſtium

blatio manuum mearum ad te, ſit tibi perinde ac ſacrum veſpertinum, quod quotidie tibi fit. 3. Os meum, ô Creator, ita coerce, ut nihil illicitum proferat. 4. Ne patere animum meum ad ullam malam rem inclinari ad patranda prava facinora, cum vitiis vitio addictis; neque delicatorum ciborum, quibus veſcuntur, me eſſe participem. 5. Percutiat me vir bonus, adhibitâ moderatione, increpetque ita ut rationem habeat faſtigii regii, mihi unà cum unctione regia collati, nec caput oleo ſacro unctum frangat; nam ſi adhuc vivam, preces ad Deum fundam pro eo, ſi in calamitates incidat; 6. ut judices illi iniqui, è rupibus præcipites dejiciantur, utque verba mea audiat, quæ ſcio ei eſſe jucunda.

7. In tanto periculo verſamur ego, & qui partes meas

Deus nec *inclinat animum ad malè dicendum*, nec inclinare poteſt. Itaque non eſt orandus, ne hoc faciat, ſed tantùm, ne patiatur fieri. Bene *Buchananus*:

Fac mens ſequatur recta, fac in lubricam
Ne flectat erroris viam.

Deteriùs multò *Beza*:

Nec mens hæc facito mea
In omne prona ſcelus feratur.

Meliùs *Junius* & *Piſcator*, quamquam *Bezæ* diſcipuli: *ne ſinas inclinari*: quos rectè ſequutus eſt Italicè & Gallicè *Joan. Diodatus*. Rectè *Chryſippus* in Commet. de diſceptando, & Lib. II. de Diis, ut refert *Plutarchus* de Stoïcorum repugnantiis p. 1049. docuerat: ὡς τῶν αἰσχρῶν τὸ Θεῖον παραίτιον γίνεσθαι οὐκ εὔλογόν ἐστι· *nullâ ratione dici poſſe Deum turpium auctorem eſſe.* ὃν τρόπον γὰρ οὔτε νόμος τοῦ παρανομεῖν παραίτιος ἂν γένοιτο, οὔτε οἱ Θεοὶ τοῦ ἀσεβεῖν: *quemadmodum enim neque lex queat cauſa eſſe legis perfringendæ: ſic nec Dii impietatis.* Reum quidem eum repugnantiæ agit *Plutarchus*, ſed quæ erant his contraria prorſus erant falſa, habentúrque ab omnibus, qui ſapiunt. *Plato* etiam huic ſententiæ favet, quamvis non ſemper ſibi conſtet. Interim Chriſtianos pudere oportet, ſi deteriùs de Dei virtutibus ſentiant, quàm interdum Ethnici, quibus ſemper & per omnia Dei reverentiores eſſe debent.

4. *Ad rem malam*] לדבר רע *ldabar rah* quod æquè verti queat, *ad verbum malam*, aut *ad rem malam*, ſed hîc agitur de factis.

4. *Ad edenda prava facinora*] להתעולל עלילות ברשע lehithholel haliloth breſchah, *ad faciendas actiones in nequitia.*

Neque delicatis &c.] Neque opiparis eorum cibis capiar.

5. *Percutiat me juſtus, adhibitâ benignitate*] יהלמני צדיק חסד *jehelmeni tſaddik bheſed* pro בחסד *bheſed*, in benignitate; vel ex benevolentia, ad mei emendationem. Verbum הלם eſt *comminari* Pſ. LXXIV, 6. ſed & *verberare, tundere*, ſignificat, pro re de qua ſermo eſt, ut ἐπιτρίβειν Græcè. LXX. Intt. παιδεύσει με δίκαιος ἐν ἐλέει. Hieronymus: *corripiet me juſtus in miſericordia.* Alius Græcus, fortè *Aquila*: καταλεάτω, *malleo tundat*, aut *rumpat*.

Increpet me propter unguentum capitis mei] יוכיחני שמן ראש jochihheni ſchemen roſch, *increpet me* (propter) *oleum capitis*; hoc eſt, quòd caput meum ungo, pretioſiore unguento, facilè patiar, ſed ne caput mihi propterea frangat. Eſt hîc παροιμιῶδες quiddam, quo exprimitur, quod antea dictum de caſtigatione intra modum conſiſtente, & utilitatem caſtigati ſpectante, non ad ejus perniciem progrediente. Viri tamen docti hîc שמן ראש, interpretantur, ut בשמים ראש *aromata eximia* Exod. XXX, 23. cum quo conferunt Cant. IV, 14. Ezek. XXVII, 22. Nec nego hanc eſſe interdum vim vocis ראש, ſed ſequentia hîc verba ei interpretationi adverſantur.

Ne caput meum frangat.] אל יני ראשי *al jani roſchi*. Eſt יני pro יניא. Videtur verbum נוא *nou*, propriè eſſe *frangere* corporeum quidpiam, deinde *frangere* animum, & *irritum* quidpiam *facere*; nam ſignificationes actionum corporearum pleriumque ſunt ad res incorporeas translatæ. LXX. Intt. locum non intellexerunt, cùm verterint: ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου, nec *Hieronymus*, qui habet: *oleum amaritudinis non impinguat caput meum*, nam נוא nuſquam ſignificat *impinguari*, aut quidpiam adfine. Aliorum Interpretationes ſunt coactæ, nec ſeriei orationis conſentaneæ.

Nam etiamnum ero &c.] כי עוד ותפלתי ברעותיהם *chi hod outhephillathi berahothehem*, *quia adhuc* (ero) & *oratio mea in calamitatibus eorum*; hoc eſt, dum etiamnum vivam preces ad Deum, pro calamitatibus juſtorum, fundam. Adfixum הם licet plurale refertur ad צדיק *juſtum*, quia non de uno juſto agit Pſaltes, ſed de toto genere innocentium. Frequentiſſimum hoc eſt, apud Hebræos.

6. *Ut dejiciantur per loca petricoſa.*] נשמטו בידי סלע *niſchmetou bide ſelah*, relinquentur vel dimittantur per lapidem; hoc eſt, præcipites dejiciantur per rupes. Supplevi למען lemahan, *ut*, quo hæc verba cum ſuperioribus connectuntur, alioquin ab iis divulſa.

Utque audiat] *Et audient*, non judices è rupibus dejecti, ſed *juſti*, de quibus antea. Mirè hunc verſum tranſtulerunt Veteres, ſed ſunt partim à librariis corrupti. LXX. Intt. κατεπόθησαν ἐχόμενα πέτρας οἱ κραταιοὶ (leg. κριταὶ, *judices*

oſtium ſepulcri. [8]. Quia in te, Jehova, oculi mei *intenti fuerunt*, & in te ſpem meam collocavi, ne animam meam effundas. [9]. Libera me à laqueo, quem mihi tetenderunt, & ab offendiculis eorum, qui vitio addicti ſunt. [10]. Simul in retia Dei incidant improbi, donec ego tranſibo

Preces Davidis, in ſpelunca latentis, & Dei auxilium implorantis.

PSALM. CXLII. 1. CARMEN ERUDIENS. DAVIDIS, CUM ESSET IN SPELUNCA, PRECES. [2]. Voce meâ Jehovam inclamabo, voce meâ Jehovam orabo. [3]. Effundam coram eo meditationem meam, anguſtiam meam in ejus conſpectu nunciabo.

meas ſequuntur, ut poſſim dicere nobis eſſe paratum ſepulcrum, in quod oſſa noſtra mox eſſent inferenda. 8. Verum, ô Creator, quia oculi mei ad te ſemper converſi, ne patere me occidi. 9. Libera me ab inſidiis, quas mihi ſtruxerunt, atque ab offendiculis malorum hominum. 10. Incidant illi in retia Dei, dum ſum etiamnum in vivis.

P A R A P H R A S I S.

1. DAVIDIS. Carmen erudiens, quod compoſuit, quod fecit in ſpelunca, in qua propemodum eſt oppreſſus à Saule. 2. Creatorem invocabo, & preces ipſe fundam. 3. Effundam coram

ces ut habet Vulgatus) *ἀκούσονται τὰ ῥήματά μου, ὅτι ἡδύνθησαν*, *Aquila: ὑπεσπάσθησαν ἐν χερσὶ πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν*, quia intellexit è rupibus dejectum iri judices dici. Sed ex eodem pro כי נעמו adfertur *ὅτι ἰδιοφορήθησαν*, aut *εὐπρεπίσθησαν*, quod multò melius. *Symmachus*: *ἐκινδύνευσαν ἐν χερσὶ πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν. ἀκούσονται ῥήσεις μου ἡδεῖας.* Hieronymus: *ſublati ſunt juxta petram judices eorum. Audient verba mea, quoniam decora ſunt.*

Sunt jucunda] נעמו *nahemou*. David 2. Sam. XXIII, 1. נעים nahim, *jucundus in canticis Iſraëlis*.

7. *Non ſecus ac ſi quis*] *Ut ſcindens ac findens in terra, diſperſa ſunt* &c. Cadavera meorum inſepulta jacent, non ſecus ac ſi quis terram, ubi erant ſepulta, proſcidiſſet & refoſſa paſſim ac temerè jacere paſſus eſſet. Quod inhumanum fuit, apud omnes populos, & apud Judæos lege etiam vetitum. Qua de re adeundi qui de funeribus & jure manium egerunt. Miſerrima & contumelioſiſſima res habebatur videre ſepulcra ſuorum exarari. *Horatius* Epod. XVI, 13. inter ultima mala, quæ bellis civilibus Romæ contingere poterant, hoc habet de victore:

Quæque carent ventis & ſolibus oſſa Quirini

(*Nefas videre!*) *diſſipabit inſolens.*

8. *In te oculi mei*] Vide ad Pſ. CXXXIV, 2.

Ne animam meam effundas] אל תער נפשי *al theor naphſchi*. LXX. Int. *μὴ ἀντανέλῃς τὴν ψυχήν μου.* Qui quidem eſt ſenſus, ſed propriam vocis תער poteſtatem non exprimit. *Aquila*: *ἐκκενώσῃς*, *Symmachus & Theodotion*: *ἀποκενώσῃς*. Hieronymus, *evacues*. Dicitur de Hydria Gen. XXIV, 20. ubi de Rebekka: תער כדה *thear chaddah*, *effudit hydriam ſuam*; hoc eſt, aquam hydria contentam. At hîc id ipſum, quod effunditur, dicitur effundi, nempe, vita, ſeu anima, quæ corpus fugit.

10. *In retia Dei*] *Ejus*. Nempe, mali in retia Providentiæ, cùm nequitiæ ſuæ pœnas luunt, incidiſſe cenſentur.

Donec ego tranſibo] *Cadent in retia ejus, ſimul ego donec tranſeam*: יחד אנכי עד אעבור *ſimul ego donec tranſeam.* Omnino videtur, ut cenſuerunt etiam Judæi nonnulli, hîc eſſe *μετάθεσις* pro: *cadent ſimul* (יחד) *in retia ejus* עד אעבור אנכי had ehebor anochi, *donec tranſeam ego.* LXX. Int. *καταμόνας εἰμὶ ἐγὼ ἕως ἂν παρέλθω.* Hieronymus: *ſimul autem ego tranſibo.* Utrumque incommodè.

C O M M E N T A R I U S

In PSALM. CXLII.

1. *Cùm eſſet in ſpelunca*] 1. Sam. XXII, 1.

3. *Meditationem meam*] שיחי ſchihhi, quod tam *orationem*, quæ fructus eſt meditationis, quàm meditationem ipſam ſignificat. Vide & Pſ. CII, 1.

4. *Cùm deficit in me ſpiritus meus*] בהתעטף עלי לבי *behithhatteph halai libbi*. LXX. Int. *ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου.* Hieronymus: *cùm anxius eſſet in me ſpiritus meus.* Non poteſt Latinè, hoc loco, exprimi commodè vis reciproca vocis Hebraicæ. Diceres Gallicè: *quand mon eſprit ſe troubloit en ſoi même.*

Abditum mihi laqueum] *Abdiderunt laqueum mihi.* Inſidias mihi ſtruxerunt.

5. *Aſpice ad dextram*] Quia ad dextram ſtare ſolebant Hyperaſpiſtæ, aut patroni. Vide Pſ. XVI, 8. CIX, 31. CX, 5.

Nemo eſt, qui me agnoſcat] Nemo notus & amicus, qui me tueatur, & amicum mihi ſe profiteatur.

Qui quærat vitæ meæ] דורש לנפשי *doreſch lnaphſchi.* Supple, ex antecedentibus, מנוס manos, *perfugium.* Sunt qui vertant *animam meam*, quòd דרש conſtruatur cum ל Job. X, 6. ſed illic adverſari potius, quàm juvare, ſignificat, & *quærere animam alicujus* ſemper de

ciabo. 4. Cum deficit in me ſpiritus meus, tu noſti ſemitam meam, atque in via, in qua incedo, abditum mihi laqueum. 5. Adſpice *ad* dextram, & vide; nemo eſt, qui me agnoſcat, periit mihi perfugium, nemo eſt, qui quærat vitæ meæ.

6. Te inclamo, ô Jehova, & dico: tu es ſpes mea, & pars mea, in terra viventium. 7. Adtende clamorem meum, ſum enim valde adtenuatus; eripe me iis, qui me inſectantur, nam ſunt potentiores me. 8. Educito me, è loco, in quo concluſus teneor, ut laudem nomen tuum; nam me boni cingent, cùm mihi præmium conceſſeris.

Petit Pſaltes auxilium Dei ac remiſſionem peccatorum; calamitates ſuas queritur, cupítque à Deo impetrare liberationem ab hoſtibus.

1. CARMEN DAVIDIS. Audi, ô Jehova, preces meas, aurem præbe ſupplicationibus meis; pro veracitate *&* juſtitia tua, exaudi me. 2. Ne in jus voca ſervum PSALM. CXLIII.

coram eo id, quod meditatus eram, & anguſtias, in quibus verſor, exponam. 4. Noſti, ô Deus, in quibus anguſtiis ſim, nec ignoras, qui ſint mei mores, neque inſidias, quæ mihi ſtruuntur. 5. Si ad dextram oculos convertas, nemo eſt, qui me agnoſcat, aut qui velit mihi perfugium præbere, & vitæ meæ conſulere.

6. Ad te verò clamoribus meis confugio, ô Creatur, qui es ſola ſpes mea & pars mea, dum ſum in vivis. 7. Adtende clamorem meum, ſum enim calamitatibus meis admodum adtenuatus. Libera me ab iis, qui me inſectantur, nam ſine auxilio tuo me potentiores ſunt. 8. Fac ut poſſim egredi è loco, in quo me clauſum tenent inimici mei; ut nomen tuum celebrem; nam me boni cinctum comitabuntur, cùm videbunt præmium à te mihi conceſſum.

PARAPHRASIS.

1. CARMEN DAVIDIS. Audi, ô Creator, preces meas, aurem præbe meis precibus, pro veracibus tuis promiſſis & juſtitia tua exaudi me. 2. Ne in jus voces me ſervum tuum, ut ex rigidis

de iis, qui occidere eum cupiunt, uſurpatur.

Pars mea] חלקי *hhelki*. Vide Pſ. XVI, 5. LXXIII. 26.

8. *E loco, in quo concluſus teneor*] ממסגר נפשי *mimmaſger naphſchi*, è clauſtro animam meam; id eſt, me. Reverà in ſpelunca clauſus tenebatur David, ſi occaſione uti ſciviſſet Saül.

Cingent] בי יכתירו *bi jachthiron*, in me cingent; hoc eſt, mihi gratulantes circumfundentur. At LXX. Intt. ἐμὲ ὑπομενοῦσι δίκαιοι. *Aquila:* ἐμὲ παραδοκήσουσι δίκαιοι. *Symmachus:* τὸ ὄνομά σου στεφανώσονται δίκαιοι. Commodior viſa eſt noſtra interpretatio.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXLIII.

1. P*Ro veracitate & juſtitia tua* &c.] *In veritate tua exaudi me, in juſtitia tua.*

2. *Ne in jus voca*] *Ne venias in judicium cum ſervo tuo*; hoc eſt, ne ſummo jure mecum agito, ut qui in jus quempiam vocant. Vide Job. XXII, 4.

Nullus vivens eſt coram te juſtus] *Non erit juſtus ante faciem tuam omnis vivens*; ſi, nempe, mores hominum ad inflexam juſtitiæ normam exigas, omnes ſunt nocentes, & ſupplicio digni.

3. *Inſectatus eſt hoſtis animam meam*] Me inſectatus eſt, aut vitæ meæ inſidiatus.

Adflixit terræ vitam meam] דכא לארץ חיתי *diccha laarets hhajathi*, contrivit in terram vitam meam; hoc eſt, me proſtratum paratus eſt occidere, ſeu in præſentiſſimum mortis periculum conjecit; in quo eſt, qui humi adflictus, nec ſe erigere poteſt, inſtante hoſte, nihil præter mortem à victore exſpectat.

Coëgit me incolere loca obſcura] Habitare nempe, in cavernis, in quas ſe ſubinde abdebat David, metu Saülis. Vide 1. Sam. XXIV, 4.

Qualia incolunt, qui dudum mortui ſunt] כמתי עולם ehmethe holam, *ut olim mortui.* Qui jacent in cavernis, in quibus ſeu nativis, ſeu operâ hominum excavatis, multi ſepeliebantur. Vide ad Gen. XXIII, 4.

4. *Defecit in me* &c.] Ut Pſ. CXLII, 4.

Obſtupeſcit] ישתומם *jiſchthomem*. Vide Eſai. LIX, 16. LXIII, 5. LXX. Intt. ἐταράχθη ἡ καρδία μου. *Hieronymus: ſollicitum fuit cor meum.* Eſt quidem ſenſus, ſed plus ſignificat Hebræa vox; terrorem, nimirum, cum ſtupore conjunctum.

5. *Dies antiquos*] ימים מקדם *jamim mikkedem*, hoc eſt, antiqua tempora, qualia Moſis & Joſuæ, quibus tot miracula in gratiam Iſraëlis edidiſti.

Conſideravi] אשוחחה *aſchobhheabh*, meditatus ſum.

6. *Eſt tibi inſtar terræ ſitientis*] כארץ עיפה *cheerets hajephah.* Vide not. ad Gen. XXV, 29. & Pſ. LXIII, 2. LXX. Intt. ὡς γῆ ἄνυδρος. *Symmachus:* ὡς γῆ διψῶσα. Sic & Hieronymus: *ſitiens*. Senſus eſt: tam exſpectat & expetit auxilium tuum, quàm terra arida aquam cœleſtem deſiderare videtur, ut proventum ſuum edat.

ſervum tuum, nam nullus vivens eſt coram te juſtus. [3]. Inſectatus eſt hoſtis animam meam, adflixit terræ vitam meam, coëgit me incolere loca obſcura, *qualia incolunt* qui dudum mortui ſunt. [4]. Defecit in me ſpiritus meus, atque in me cor meum obſtupeſcit.

[5]. In memoriam revocavi dies antiquos, meditatus ſum omnia tua opera, & facta manuum tuarum conſideravi. [6]. Tendo manus meas ad te, animus meus eſt tibi inſtar terræ ſitientis. Selah. [7]. Feſtina, exaudi me, Jehova; deficit ſpiritus meus, ne mihi faciem tuam occultes, *ne* ſimilis iis fiam, qui in foveam deſcendunt. [8]. Fac, ut mane benignitatem tuam audiam, quia tibi confido; fac, ut ſciam viam, quam ingredi me oporteat, quia ad te animum meum erexi. [9]. Eripe me, Jehova, hoſtibus meis, nam apud te me abdidi. [10]. Doce me facere id quod vis, nam tu Deus meus es; Spiritus tuus bonus me in terram planam ducat. [11]. Propter nomen tuum, Jehova, fac ut vivam; pro juſtitia tua, educito animum meum è rebus anguſtis. [12]. Pro tua *erga me* benignitate, inimicos meos exſcinde, & omnes, qui animum meum ad anguſtias deducunt, perdito; ſum enim ſervus tuus.

David

rigidis legibus ſententiam de me feras; nullus enim hominum, ex legum tuarum rigore, tibi poteſt videri juſtus. 3. Hoſtis meus inſectatus me eſt, ut me occideret, ac ſanè me propemodum in terram adflixit, ut me occideret, & me coegit habitare loca obſcura cavernarum, qualia habitant hominum jam dudum mortuorum cadavera. 4. Mihi deficit animus, nec poſſum comminiſci quomodo ex hoc periculo evadam, uſque adeò obſtupui!

5. In memoriam meam revocavi antiqua tempora, & omnia tua facta & opera, quæ mihi innotuerunt, conſideravi. 6. Tum verò tetendi manus ad cœlum, cùm eſſem beneficiorum tuorum æquè cupidus, ac terra ſicca pluviam ſitiens. Selah. 7. Quamprimùm exaudi me, ô Creator, nam propemodùm deficit mihi ſpiritus; ne mihi favorem tuum oſtendere deſinas, ne ſimilis fiam iis, qui mox ſepeliendi ſunt. 8. Fac, ut matutino tempore audiam nova beneficia à te in me collata, quia fiduciam meam in te collocavi. Fac etiam ut ſciam, quomodo, in præſenti ſtatu rerum mearum, me gerere debeam; quia animum ad te erexi, quaſi ad eum, qui ſolus talia certò me docere potes. 9. Eripe me, ô Creator, iis qui mihi infenſi ſunt, nam protectioni tuæ me credidi, quaſi ſub ea abditum contra inſidias hoſtium meorum. 10. Doce me id facere, quod mei eſt officii; ſpiritus ſapientiæ, à te mihi collatus, ex aſperis rebus, ad planas me transferat. 11. Quia me cultorem tuum profiteor, fac ut incolumis ſim, pro tua juſtitia, & à rebus anguſtis libera me. 12. Pro ſolita tua, erga me, benignitate, omnes inimicos meos, qui reconciliari mihi nolunt, atque anguſtiarum, quibus premor, auctores ſunt, è medio, niſi mutentur, tollito; ſum enim tui ſolius cultor.

PARA-

7. *Ne mihi faciem tuam occultes*] Vide ad Pſ. XII, 2.

Ne ſimilis iis fiam] *Et ſimilis factus ſim.* Ne putent homines actum eſſe de me.

8. *Fac ut mane* &c.] Fac ut cras mane audiam me liberatum eſſe à periculo, in quo nunc verſor, aut quo modo ei eripere me poſſim.

Ad te animum meum erexi] Vide not. ad Pſ. XXV, 1. LXXXVI, 6.

9. *Apud te me abdidi*] אליך כסתי *elecha chiſſithi*, apud te texi; nempe, animam meam; hoc eſt, ad te quaſi ad perfugium, in quo laterem, me contuli. LXX. Intt. πρὸς σὲ κατέφυγον. Hieronymus: *in te confido*; quaſi eſſet בך חסיתי *bcha hhaſithi*.

10. *Spiritus tuus bonus*] Hoc eſt, favor tuus & auxilium, quo animo meo ſalubria conſilia ſuggeris. Nec abſurdè Intt. opponi hunc volunt ſpiritum *malo ſpiritui*, quo interdum Saül agitabatur, 1. Sam. XVI, 5. XVIII, 10.

In terram planam deducat] Nam David iram Saülis fugiebat, per montana Judæ, nec audebat in campis diu morari, ne comprehenderetur. Vide 1. Sam. XXIII, & XXIV. Hebraïca verba ſunt בארץ מישור beerets miſchor, *in terram planitiei.* Quod minùs commodè verterunt LXX. Intt. ἐν τῇ εὐθείᾳ, quod non convenit niſi cum ὁδῷ, *per viam rectam.* Rectiùs *Aquila*: διὰ γῆς ὁμαλῆς, *per terram planam.* *Hieronymus* tamen habet: *in terram rectam*, quod nec rei, nec Linguæ Latinæ conſentaneum eſt. Ubi de terra ſermo eſt מישור ſemper *planitiem* ſignificat, & opponitur locis montoſis. Vide Deut. III, 10. IV, 43. Joſ. XIII, 8, 9, 11. XX, 6. Zach. IV, 7.

11. *Propter nomen tuum*] Quia nomen tuum invoco, & quia famæ tuæ intereſt, eos, qui fiduciam in te collocarunt, non fruſtra videri ita ſe geſſiſſe, nec in ſpe ſua deluſos fuiſſe. Sic paſſim. Vide Pſ. XXV, 11. XXXI, 4. XXXI, 4. CIX, 2.

Pro juſtitia tua] בצדקתך, bitſidkathecha, *in juſtitia tua*; ſita, nimirum, in eo, quòd malos bonis ſemper illudere æquum non eſſe putaret Pſaltes; non quòd Deo ſe paruiſſe, per omnia, putaret, ut ſatis liquet è vers. 2.

È rebus anguſtis] *Ex anguſtia*; in qua vixit David, fermè per totum tempus, quo iram Saülis fugit.

12. *Inimicos meos exſcinde*] Pertinaciter, nempe, futuros, & immortali odio ipſum proſequuturos. Quos tamen cùm nemo norit, Chriſtianos oportet pro inimicis orare, ut meliores fiant, ac proinde in gratiam redire ſecum velint; meliores enim factos facilè in gratiam recipimus, cùm non homines ſed vitia tantùm odio habeamus, prout Deus ipſe facit.

COM-

David omnem fortitudinem ſuam Deo adſcribit, cujus auxilium implorat, ſe laudaturum propterea eum pollicetur, & negat ſe numero filiorum, aut magnitudine opum umquam gloriaturum. Tandem ſoli Deo omnem felicitatem deberi adſirmat.

1. DAVIDIS *Carmen.* Benedictus eſt Jehova, rupes mea, qui manus meas ad prœ- PSALM.
lium, & digitos meos bello erudit. 2. Benignus erga me *eſt*, munimentum CXLIV.
meum, locus editus, liberator & clipeus meus, qui populum meum mihi ſubjicit.
3. Jehova, quid eſt hominum vulgus, ut id cognoſcas; *&* homo miſer, ut ejus rationem habeas? 4. Homo ſimilis eſt inanitati, & dies ejus inſtar umbræ tranſeunt.
5. O Jehova, inclina tuos cœlos, & deſcende, tange montes & ſumabunt. 6. Fulgura, & disjicies eos; mitte ſagittas tuas & eos conturbabis. 7. Exſere manus tuas ex alto, libera me, & eripe ex aquis magnis, è manu peregrinorum, 8. quorum os loquitur falſa, & quorum dextra eſt dextra mendacii. 9. O Deus tibi canticum novum canam, adhibito nablio & decachordo, carmen tibi canam.

10. Qui

PARAPHRASIS.

1 DAVIDIS Carmen. Lauderis ab omnibus, ô Deus, qui es mihi inſtar rupis inimicis meis inacceſſæ, & manus meas ad prælium erudis. 2. Benignitatis tuæ me participem feciſti, es mihi inſtar loci editi, qui facilè defendi poteſt, liberator meus & clipeus, qui tela hoſtium meorum retundit, qui mibi populum ſubegiſti. 3. O Creator, quid eſt hominum vulgus, ut ejus curam ſuſcipias; & homo miſer, ut ejus rationem habeas? 4. Hominem poſſumus conferre inanitati, cùm vita ejus, inſtar umbræ, evaneſcat.

5. O Creator inclina cœlum, ſedem tuam, & deſcende ad nos, fulmine feri montes & fumum emittent. 6. Fulgura accende, eóſque disjicias; mitte fulmina tua quaſi ſagittas, eóſque conturbabis. 7. Exſere manus tuas ex alto, libera me à calamitatibus, quaſi è profundis aquis, quas effuderunt peregrini mendaces, qui mendacia, quibus abundant, manu & armis tuentur. 8. O Deus, tibi novum canticum canam, adhibitis variis inſtrumentis muſicis.

10. O

COMMENTARIUS

In PSALM. CXLIV.

2. B*Enignus erga me eſt*] חסדי hhasdi, *benignitas mea eſt*. Pſaltes uſus eſt hîc ſubſtantivo propter ſequentia nomina ſubſtantiva, *munimentum meum*, *locus editus meus*. Sed nemo Latinè dixerit *benignitas mea*, pro eo, qui erga ſe benignus eſt. Sic loquuntur interdum Hebræi, ut cùm Pſaltes Pſ. LIX, 18. Deum ſic compellat: אלהי חסדי *Deus benignitatis meæ.* Rectè Chaldæus עבד טיבו, *faciens benignè*, aut *rem benignam.*

3. *Hominum vulgus*] אדם *adam*, quæ vox, ut notum, contemtim ſæpe uſurpatur, de vulgo hominum, ſed hîc de omnibus dicitur, qui ſunt reverâ vile vulgus, aut etiam deterius quiddam cum Deo collati; præſertim propter vitia, quibus naturam infecerunt, culpâ ſuâ, cùm gratum ei animum, conſtante obſequio, oſtendere deberent. Vide Pſ. VIII, 5.

Ut id cognoſcas] ותדעהו vathdahehou, *& eum noſti*, ו apud Hebræos particulæ quidem & plerumque poteſtatem obtinet, ſed pro ratione locorum omnium fermè aliarum particularum vim exprimit. In hoc loco, videtur perinde eſſe ac כי chi, *ut*. Poſſet tamen non ineptè verti: *& tamen id cognoſcis. Cognoſcere* interdum eſt curam gerere, ut *ignorare* eſt negligere. Vide Pſ. I, 6. XXXVII, 18. Hoſ. XIII, 5.

Et homo miſer, ut ejus rationem habeas] בן אנוש ותחשבהו *ben enoſch vatschebhaſſchebehou*, filius hominis miſeri, ut eum *reputes*; hoc eſt, ut aliquo loco ſit, apud te, ſeu ut ejus rationem habeas.

4. *Similis eſt inanitati*] Reſpicit Pſaltes ad vitam humanam, quæ brevi evaneſcit, ut ſequentia verba oſtendunt. Sed aliter res ſe habet, ſi de Mente immortali ſermo ſit; at eo tempore, res non ita nota erat. Eſt enim opus Dei, æternùm duraturum per ſe, non indignum ejus cura; imò poſtulant Dei ſapientia, & beneficientia, ut ea curet, quæ æterna eſſe voluit.

5. *Inclina tuos cœlos* &c.] Deſcriptio hæc eſt poëtica eáque elegantiſſima auxilii divini, cujus deſcriptionis ſingulæ partes non ſunt ad vivum reſecandæ, quaſi omnia verba quidpiam ſingulare ſignificarent, ſive ſenſu proprio, ſive tralaticio.

Tange montes] Si vel adtigeris montes, ardebunt; ut, nempe efficaciam divinæ præſentiæ deſcribat, quandoquidem montes fumum Deo accedente emittere incipiunt. Igne autem cinctus Deus in Montem Sinain deſcendit, & fumum è ſummo ejus jugo elicuit; atque eò reſpicit ſacer Poëta. Vide Exod XX, 18. Qui voce *montes* intelligunt regna aut principes viros, de ea re non cogitaverant.

6 *Fulgura* &c.] Similis eſt deſcriptio auxilii divini Pſ. XVIII. nec hujus, nec illius ſingulos ductus, de ſingulis rebus interpretari magis licet; quàm πάρεργα tabulæ pictæ ad imaginem potiſſimam referre, cui ſunt additæ tantum ornatus causâ.

 Sa-

10. Qui das ſalutem Regibus, qui liberas Davidem ſervum tuum, à gladio malorum;
11. eripe me, & libera à manu peregrinorum, quorum os falſum loquitur, & dextra eſt dextra mendacii. 12. Filii noſtri, *inquiunt*, inſtar procerarum plantarum ſunt, in adoleſcentia ſua, & filiæ noſtræ, ſicut anguli inciſi *ad* ornatum palatii. 13. Penus noſtræ ſunt plenæ, quodvis cibi genus ſuppeditantes. Minutæ pecudes noſtræ millenæ & decies millenæ, in caulis noſtris. 14. Boves noſtri ſunt pingues, neque eſt irruptio, aut eruptio, nec clamor ullus eſt in plateis noſtris. 15. Felicem populum, cui ſic *eſt*! *Imò*

10. O tu, qui ſervas Reges, & qui Davidem cultorem tuum non pateris, gladio malorum, contodi, eripe me manus peregrinorum, qui falſa dicunt, & qui dextrâ mendacia tuentur. 11. Filii noſtri, inquiunt, ſunt inſtar plantarum procerarum, à ſua adoleſcentia; filiæ verò noſtræ ſicut anguli inciſi ad ornatum palatiorum. 12. Penus ſunt plenæ quovis genere ciborum, quos ſuppeditant. 13. Pecudum minorum, quas habemus, numerus eſt millenarum, aut decies millenarum, in caulis noſtris.

Sagittas tuas &c.] Fulmina, grandinem &c. ut Deut. XXXII, 23. Pſ. VII, 14. XVIII, 15. & alibi paſſim.

7. *Ex aquis magnis*] Ex ingenti periculo, quod deſcribitur frequenter ſtatu hominis tibi, ne mox ſubmergatur, timentis. Vide Pſ. XVIII, 17. XXXII, 6. &c. & Jobum pluribus locis.

Loquitur falſa] דבר שוא *dibber ſchav* hoc eſt, ea profert, in quibus ipſe fallitur, aut alios de induſtria decipit.

Dextra mendacii] ימין שקר *jamin ſchaker*; quæ, nempe, res falſas tuetur, quales opiniones Gentium de Deo; & præterea id non præſtat, quod promiſerat, ſive imbecillitate, ſive fallendi ſtudio.

9. *Adhibito nablio* &c] בנבל עשור *benebel haſchor*. Satis conſtat עשור eſſe inſtrumentum muſicum ex Pſ. XXXIII, 2. & XCII, 4. aliiſque locis, nec confundendum cum נבל, ſeu *nablio*, à quo diſtinguitur, interpoſitâ conjunctione, Pſ. XCI, 1. Quare eamdem ſupplevimus, ſive exciderit, ſive ſit Hebraicum ἀσύνδετον, ut ſunt innumera.

10. *A gladio malorum*] מחרב רעה *mechherab rahah*, à gladio malo.

12. *Inquiunt*] אשר בנינו *aſcher banenou* filii noſtri. LXX. Intt. habent quidem ὧν οἱ υἱοὶ, quaſi eſſet כנידם *buchem*, & ſic in ſeqq. mutant primæ perſonæ adfixa in adfixa tertiæ; quia non ſatis ſe ſe ex ſtructura expediebant. Verbum, *inquiunt*, ſupplevimus, quia hæc ſunt verba peregrinorum, vel alienigenarum בני נכר *bene nechar*, de quibus antea; quæ κατὰ μίμησιν hîc referuntur, & ante quæ paſſim omittitur verbum *inquam*, *inquit*, aut *inquiunt*. Vide Pſ. II, 3. Ultimis Pſalmi verbis Pſaltes reſpondet jactationibus Gentilium. Poſſet excidiſſe אומרים, *qui dicunt*, poſt אשר, quo hîc verſus inchoatur, & quod alioqui prorſus abundat.

12. *Inſtar procerarum plantarum*] כנטיעים מגדלים *chintihim megudallim*, ſicut plantæ, quæ ut creſcerent data eſt opera, hoc eſt, arboribus probè cultis. Sic comparantur oleis Pſ. CXXVIII, 3.

Anguli inciſi] כזוית מחטבות *chezavijoth mechuttoboth* LXX. Intt. κεκαλλωπισμέναι περικεκοσμημέναι ex conjectura, cùm neſcirent quid verba ſibi vellent. *Aquila*: ὡς ἐπαγώνια διεσκευασμένα, *Symmachus* . . . . κεκοσμημένα. *Hieronymus*: *quaſi anguli ornati*, quo fit, ut credam à *Symmacho* priorem quoque vocem verſam ὡς ἐπαγώνια. Obſervavit *Edm. Caſtellus*, apud *Arabas* זוי *zawa* eſſe *habitu* ac *formâ certâ ornavit* & *in angulos detruſit*, ut liquet ex Arabe Samaritano ad Deut. XXXII, 26. quem ſolum ex omnibus Orientalibus Intt. ſenſum loci vidiſſe putat. Ac ſanè זוי *zevi*, in Chaldaïcis paraphraſibus *angulus* dicitur, pluribus locis. Credibile ergo eſt primùm זוית *zavvijoth* eſſe angulos, & quidem ſculptos, nam חטב ſignificat *cædere* & *ſculpere* etiam ligna Prov. VII, 16. Nihil itaque abſurdè cenſuerit, qui crediderit reſpici ad columnas quaſdem ſculptas, quæ in Oriente ſolebant in ſplendidiorum ædificiorum angulis collocari, & fortè quidem inſtar Caryatidum; quamvis harum columnarum prima origo Lacedæmoniis, & quidem poſt victorias a Perſis relatas, tribueretur, ut docet *Vitruvius* de Architect. Lib. I. c. 1. *Carya, civitas Peloponneſi*, inquit, *cum Perſis hoſtibus contra Græciam conſenſit; poſtea Græci per victoriam glorioſè bello liberati, communi conſilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido capto viris interfectis, civitate deletâ, matronas earum in captivitatem abduxerunt. Nec ſunt paſſi ſtolas, neque ornatus matronales deponere; uti non uno triumpho ducerentur, ſed æterno ſervitutis exemplo, gravi contumeliâ preſſæ, pœnas pendere viderentur, pro civitate. Ideò qui tunc Architecti fuerunt, ædificiis publicis deſignaverunt earum imagines oneri ferundo collocatas, ut etiam poſteris nota pœna peccati Caryatium memoria traderetur.* Nihil vetat ejuſmodi ornamenta antiquiora in Aſia fuiſſe, eòque reſpici à Pſalte, quamvis non eſſent humanæ ſtatuæ ſed columnæ aliter ſculptæ. Meritò enim infenſi ſtatuis erant Hebræi, ob earum, apud Ethnicos, cultum.

Ad ornatum palatii] תבנית היכל *thabnith hechal*. תבנית frequenter quidem *imaginem*, *formam*, ſed hîc ſignificat ornatum ſculptum palatio additum.

13. *Penus noſtræ ſunt plenæ*] מזוינו מלאים *mzavenou mleim*. LXX Intt. ταμεῖα. Hieronymus: *promtuaria*. Hæc videntur ſic dicta, quòd in angulis Ædium, aut penetralium, penus conſtrui ſolerent. Eſt ejuſdem originis ac vox זוית *zevajoth*, de qua ad antecedentem verſum.

Quodvis cibi genus ſuppeditantes.] מפיקים מזן אל זן *mphikim mizzan el zan*, *e ſpecie* (alimenti) *ad ſpeciem educentes*. LXX. Intt. ἐξερευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. Hieronymus: *ſuper effundentia ex hoc in illud*, quaſi legerit idem ac מזו אל זו *mizzou el zou*. Sed rectè videntur Rabbini

imò verò, *inquàm ego*, felicem populum, cujus Jehova eſt Deus!

Pſaltes laudat Dei majeſtatem, *bonitatem & miſericordiam*, *ejúſque regnum extollit.*

1. LAUS DAVIDIS. Extollam te, ô Deus mi, *&* Rex, atque in perpetuum nomini tuo benedicam. 2. Quotidie benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in perpetuum. 3. Magnus *eſt* Jehova, ſummopere laudandus, nec magnitudo ejus perveſtigari poteſt. PSALM. CXLV.

4. *Prior* ætas laudabit *poſteriori* ætati opera tua, & potentia tua facta adnuntiabunt.

5. Deco-

noſtris. 14. Boves noſtri ſunt pingues, neque audiatur irruptio in noſtris plateis. 15. Felicem verò populum, qui eſt ejuſmodi! Imò verò, dixerim ego, beatum populum, cujus Creator eſt Deus.

PARAPHRASIS.

1. LAus Dei, auctore Davide. Te extollam, ô Deus mi, ſimulque Rex, atque in perpetuum 2. quotidie tibi benedicam, atque laudabo in perpetuum nomen tuum. 3. Magnus eſt Creator, & ſummopere laudandus; nec magnitudo ejus perveſtigari poteſt.

4. Prior

Rabbini ex Chaldaïca Lingua *ſpeciem* interpretari; ita ut omnium ciborum ſpecies, quæ quidem licitæ Judæis erant, & quæ in penum recondi ſolent, intelligantur.

Millenæ & decies millenæ] מאליפות ומרבבות *maaliphoth oumrubbaboth*, quaſi diceres multiplicatæ ad millenas & decies millenas, pro magno numero. LXX. Intt. πολυτόκα πληθύνοντα, Hieronymus: *in millibus & innumerabili.*

In caulis noſtris] בחוצותינו *bhhoutſothenou*; hoc eſt, *in externis noſtris*, nimirum villis, vel caulis. Alioqui חוצות dicuntur plateæ urbis, eo quod ſint extra ædes. Sed minutum pecus, extra urbes ipſas, in caulis noctu continebatur, interdiu per paſcua errabat permiſſum paſtorum curæ. LXX. Intt. ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν. Hieronymus: *in compitis noſtris.* Melius Chaldæus: בשקקנא *beiſchkakana*, *in ſtabulis noſtris.* Suſpicari quis poſſit lectum בחוות *bhavoth*, villis, quia & חוות hoc ſignificatu aliud exemplum non extat.

14. *Nulla eſt irruptio*] פרץ *pheretz*, quod non tantum ruptam muri partem, quâ irrumpere in urbem hoſti licet, ſed & irrumpendi actum ſignificat. LXX. Intt. κατάπτωμα φραγμοῦ. *Symmachus*: διακοπὴ, Hieronymus: *interruptio.*

Aut eruptio] יוצאת *jotſeeth*. Eſt quidem participium fœmininum Kal, ſed ſubſtantivi vim hîc obtinet. LXX. Intt. διέξοδος, *Symmachus*: ἐκφορὰ, Hieronymus: *egreſſus*; hoc eſt, nihil opus eſt armatâ manu erumpere per hoſtiles copias, ut nobis conſulamus.

Nec clamor ullus] Pugnantium, ut hoſtes oppidis ejiciantur; quia alta pace fruimur.

15. *Felicem populum* &c.] Sic populi Hebræorum finitimi ſe ſe felices eſſe putabant, quòd omnis generis copiis & pace fruebantur; non quidem ſemper, ſed non minus ac ipſi Hebræi; imò fortè ſæpiùs, eò quòd Hebræi, ut in omnes hoſtiles animos gerebant, ſic & omnium vicinorum populorum odia hoſtilia experiebantur, & bella cum omnibus geſſiſſe leguntur, ſi Sidonios & Tyrios excipias.

Imò verò, inquam ego,] Hæc addimus, ut ἀντίθεσις, quæ in re eſt, etiam in verbis eſſe videatur. Nam Jehova potuit eſſe Deus etiam eorum, quos bonis hujus vitæ ab aliis ſpoliari paſſus eſt, quòd iis eſſent abuſi; cùm interfuit eorum, qui pœnas dabant, ejuſmodi ſupplicium luere; ſine quo virtus fortè omnis, apud eos, extincta fuiſſet. Certè rebus ſecundis nimis diu uſi populi ſæpe, imò ferè ſemper, faciliùs in vitia ruerunt, quàm dùm adverſis conflictarentur.

COMMENTARIUS

In PSALM. CXLV.

1. L*Aus Davidis*] תהלה לדוד *thehillah lDavid*, hoc eſt, *laus* Dei *à Davide ſcripta.* Eſt hæc Ode alphabetica; ſeu cujus ſingula commata è littera alphabeti, pro earum ordine, incipiunt.

O Deus mi & Rex] אלוהי המלך *elohai hammelech*, Deus mi, qui es Rex, ſive Regum ipſorum, ſive omnium hominum.

3. *Magnus eſt Jehova* &c.] Exſtant hæc verba Pſ. LXVIII. 2.

4. *Prior ætas laudabit poſteriori*] דור לדור ישבח *dor ldor jeſchabbahh*, ætas ætati laudabit. Grandiores natu narrabunt junioribus (ſunt enim hæ diverſæ γενεαὶ) cùm ea, quæ à ſuperiore ætate acceperint, tum ea, quæ ipſi viderint; omnéſque, concentu minimè diſſono,

facta

5. Decorem gloriæ magnificentiæ tuæ, & verba, *quibus* mirabilia tua *facta laudantur*, proferam. 6. Robur terrificorum tuorum *geſtorum* proloquentur, & magnitudinem tuam narrabo. 7. Memoriam multæ tuæ bonitatis proferent, & juſtitiam tuam lætis clamoribus celebrabunt. 8. Beneficus & miſericors *eſt* Jehova, lentus ad iram, & magnâ benignitate. 9. Bonus *eſt* Jehova omnibus, & ejus miſericordia ad omnia ejus opera *porrigitur*.

10. Laudabunt te omnia opera tua, ô Jehova, & benefici tui tibi benedicent. 11. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam memorabunt; 12. ut nota faciant filiis hominum potentia tua facta, & gloriam decoris regni tui. 13. Regnum tuum eſt re-

4. Prior ætas laudabit poſteriori opera tua, & potentia tua facta celebrabunt. 5. Gloriam magnificentiæ tuæ, & verba, quibus tua mirabilia laudantur, proferam. 6. Potentiam, quæ elucet in terrificis factis tuis, proloquar, & magnitudinem tuam narrabo. 7. Memoriam multæ tuæ bonitatis celebrabunt tui cultores, & juſtitiæ tuæ laudes canent. 8. Beneficus & miſericors eſt Creator, lentus ad iram, & maximæ benignitatis. 9. Bonus eſt Creator erga omnes, & miſericordia ad omnia ejus opera porrigitur.

10. Conſpectus omnium tuorum operum, ſat oſtendet, quantopere ſis laudandus, & beneficiarii tui tibi benedicent. 11. Gloriam regni tui extollent, & potentiam tuam celebrabunt, 12. ut nota faciant aliis hominibus potentia tua facta, & gloriam regni tui. 13. Regnum tuum per omnia ſæcula vigebit, & imperium per omnes ætates.

14.

facta Dei ſummis laudibus ferent.

5. *Decorem gloriæ magnificentiæ tuæ*] הדר כבוד הודך *hadar chebod hodecha*. Tria hæc fermè ſunt *ἰσοδύναμα*, ſed conjunctim poſita rem augent, ut notum.

7. *Multæ tuæ bonitatis*] רב טובך *rab tubecha*, multitudinem, aut magnitudinem bonitatis tuæ, ſeu beneficentiæ in homines.

Proferent] יביעו jabbihou, *eructabunt*, inſtar fontis ſcaturientis, & ſine fine novam aquam effusè ſubmittentis. Vide Pſ. XIX. 3. CXIX. 171.

Juſtitiam tuam lætis clamoribus &c.] צדקתך ירננו tſidkathecha jerannenon, *juſtitiam tuam læti vociferabuntur*. Ita eſt Deus bonus in homines, ut ſimul juſtus ſit & pertinaciter peccantes puniat.

8. *Beneficus* &c.] Homines cumulat omnis generis bonis cum animi, tum corporis, quatenus hæc ſunt neceſſaria ſuſtentandæ vitæ & virtuti, præſertim in adverſis. Miſeret eum eorum, qui ſtultitiâ ſuâ miſeri facti ſunt, liberátque eos à calamitatibus, quibus premuntur, prout eorum intereſt; nec peccata admiſſa continuò meritis pœnis adficit, ſed pergit peccatoribus benefacere, licet indignis, ut eos ad ſaniorem mentem revocet. Laudes beneficentiæ Divinæ lege etiam Pſ. CXXXVI.

9. *Bonus eſt Jehova omnibus.*] Etiam iis, qui gravioribus delictis juſtitiam ejus provocarunt, quibus *ſolem ſuum oriri* curat non minùs quàm melioribus. Utriſque etiam eam cognitionem offert, quâ poſſint aut in virtute confirmari, aut à vitiis ad ſanctiorem vitam traduci.

Ejus miſericordia ad omnia ejus opera] *Super omnia ejus opera.* Quæ, nempe, miſeriam ſuam ſentiunt, hoc eſt intelligentes Naturas, in quocumque ſtatu ſint. Non tantùm non illico punit, ſed etiam in pœnis ſummam moderationem adhibet, & pro gravitate delictorum & pro infirmitate delinquentium eas temperat. Quod videmus in hac vita frequentiſſimè, ſed clariùs in altera intelligemus; nam ſemper idem erit Deus, qui ſe non tantùm juſtum, ſed etiam miſericordem præſtabit; quamvis hodie multa ſint, in pœnis illis, obſcura. At hoc clarum, nec dubium, Deum ita ſe geſturum, ut eum deceat, utque omnes intelligentes creaturæ rationem ejus juſtitiæ, æquitate ac miſericordiâ ſemper temperatæ, facilè ſint animadverſuræ.

10. *Laudabunt te omnia opera tua*] Hæc quidem potiſſimùm & proprio ſenſu referentur ad naturas intelligentes; ſed tamen & ea, quæ intelligentiâ deſtituta ſunt, eleganter dicuntur *Deum laudare*, cum oſtendunt, quanta laude dignus ſit Deus.

Benefici tui] חסידיך *chaſidecha*, hoc eſt, boni, ut paſſim.

12. *Potentia tua facta*] Eſt in tertia perſona גבורתיו *potentia ejus facta*, & mox מלכותו *regnum ejus*, quamvis ſequantur rurſus adfixa ſecundæ perſonæ. Sed Latinis ita mutare perſonas non licet.

13. *In omnes ætates futuras*] *In omnem ætatem & ætatem.*

14. *Fidelis Creator*] Verba hæc non ſunt in Hebræis Codicibus, in quibus debebant eſſe, duabus de rationibus: Prior eſt, quod cùm Pſalmus hic ſit Alphabeticus; hoc eſt, ſinguli ejus verſus incipiant litterâ Alphabeti, deſit tamen is, qui litterâ נ debuit inchoari. Altera, quòd Vulgatus habeat quæ protulimus, & quæ Hebraicè debuerunt habere: נאמן יהוה בכל דבריו וחסיד בכל מעשיו quæ obſervationes ſunt Viri Docti *Simonis de Muys*, in Commentariis in Pſalmos.

15. *Lapſantes*] הנפלים hannephalim. Hoc eſt, qui mox caderent niſi ſuſtineantur, ideóque vertimus *lapſantes*; nam ſi ſermo eſſet de iis, qui jam ceciderunt, non *fulcire*, ſed *erigere* eos diceretur Deus. Pro סומך *fulciens* eſſet קומם *komem*, aut מעמיד *mahamid*, faciens ut ſtent. Intelliguntur autem ii, qui, ſine divino auxilio, in graves calamitates prolaberentur. Vide Job. IV. 4. Pſ. XX. 9. XXXVII. 24. &c.

Omnes incurvatos] וזוקף לכל הכפופים *vezokeph lechol haccephouphim*. LXX. Int. ἀνοϱθοῖ πάντας τοὺς κατεῤῥαγμένους, hoc eſt, *vi dejectos*. Hieronymus: *erigit jacentes*, minùs rectè. כפופים *chphouphim*, propriè ſunt *curvati*, vel jam inclinati ad cadendum, niſi ſubitò erigerentur. זקף *zekaph* uſitatiùs eſt apud Chaldæos, quàm *zakaph* apud Hebræos, apud quos alterum occurrit tantùm hîc & Pſ. CXLVI. 8. in ſimili loquendi genere. Vox autem *omnes* debet referri ad ſequentia, ita ut intelligantur ii tantùm, qui fulciuntur, aut eriguntur, & qui omnes

Digitized by Google

regnum omnium ſæculorum, atque imperium in omnes ætates futuras. 14. *Fidelis Creator in omnibus verbis ſuis, & benignus in omnibus operibus ſuis.* 15. Fulcit Jehova omnes lapſantes, & omnes incurvatos erigit. 16. Oculi omniuum ad te *converſi ſunt, ſperántque, te ſibi non defuturum*; tu verò tempore ſuo eſcam eis concedis. 17. Aperis manum tuam, & favore *tuo* quidquid vivit ſatias.

18. Juſtus eſt Jehova, in omnibus ſuis viis, & in omnibus operibus ſuis beneficus. 19. Propè adeſt Jehova omnibus, qui eum verè invocant. 20. Facit quod cupiunt ejus timentes, clamorem eorum audit atque illos ſervat. 21. Jehova cuſtodit omnes ejus amantes, omnéſque improbos perdit. 22. Laudem Jehovæ os meum proloquetur, & benedicet omnis caro ſancto ejus nomini, in perpetuum.

Pſaltes

14. [Fidelis Creator eſt in omnibus verbis ſuis, & beneficus in omnibus actionibus ſuis.] 15. Fulcit Creator omnes qui lapſant in vita, curvatóſque erigit 16. Oculi, ô Deus, omnium bonorum ſunt ad te converſi, ea ſpe, quâ ſibi perſuaſerunt, te ipſis nequaquam defuturum; ac reverâ iis eſcam ſuo tempore ſuppeditas. 17. Aperis enim manum tuam, & pro tua bonitate erga Creaturas tuas, omnibus das quo ſatientur.

18. Juſtus eſt Creator in omnibus quæ facit, ſimulque beneficus. 19. Adeſt conſtanter iis, qui eum invocant, ſi modò ex animo ad eum confugiant. 20. Facit quod cupiunt qui eum verè timent, audit illorum preces, atque eos in periculis ſervat. 21. Creator eſt cuſtos omnium qui verè illum amant, & contrà improbos perdit 22. Laudes ejus prædicabo & reliqui homines, ſi ſapiant, idem in perpetuum facient.

PARA-

nes ſalutem ſuam Deo debent; neque enim Deus impedit, ne quiſquam in calamitatem incidat. Vide *Theodori Hakſpanii* Diſput. II. de Loquutionibus Sacris § 3. & ſeqq.

16. *Oculi omnium ad te*] *Oculi omnium* ad eum converſi eſſe dicuntur, à quo omnes auxilium exſpectant; quod loquendi genus frequens eſt etiam Græcis & Latinis.

Sperántque] ישברו *jeſchbberou*, quod refertur ad oculos, ſed Latinè loquenti referendum fuit ad *omnes*. Itaque verba nonnulla addidi, ſed quæ ſententiæ nihil addunt.

Eſcam eis concedis] אכלם *ocblam*, eſcam eorum, quæ, nimirum, ſingulis apta eſt. Agitur hîc quoque de brutis, quæ Divinâ Providentiâ aluntur, ut Pſ CIV, 27. & quæ aut carnes, aut paſcua vel fructus idonea iis ſuppeditat.

17. *Favore tuo*] רצון *ratſon*, pro ברצונך *bratſonchu*.

18. *Juſtus*] Poſſit quidem hoc quoque intelligi de *bonitate* divina, nam צדקה non rarò benignitatem Dei, æque ac juſtitiam, ſignificat: Sed nihil etiam vetat de *juſtitia* rem intelligere, quâ Deus nemini injuriam facit, oſtendítque ſibi vitia diſplicere, de quibus ſupplicium ſumit, ſimúlque revocat à vitiis delinquentes, & deterret alios, ne eos imitentur.

In omnibus operibus ſuis beneficus] Quia homines, nonniſi benefaciendi ſtudio creavit & innumeris etiam bonis, in hac ipſa vita, donavit. Quòd ſi quem plectit, non nocendi animo facit, ſed quemadmodum dixi, ut oſtendat creaturis, ſibi inviſum eſſe vitium, quod non ſatis intelligeretur, ſi malos omnes impunè abire ſineret; deinde ut emendet peccatores, ac tandem caveat, ne aliis exemplo ſuo noceant; quibus in rebus non minùs bonitas Dei, quàm juſtitia elucet. Quod ſi non antevertit, vi ſuâ omnipotente, peccata, id fit ut virtuti ſit locus, quæ nulla eſſet, niſi ab officio creaturæ deſciſcere poſſent. Sic Deus iis poteſt gratias habere & rependere etiam liberi obſequii cauſâ; quod alioqui fieri non poſſet. Malis verò, quæ oriuntur ex abuſu libertatis, Deus ſine dubio eo modo medebitur, propter quem ab omnibus creaturis laudabitur; quamvis res ſit, in hac quidem vita, obſcurior Hoc ſemper conſtet oportet, Deum ſemper eſſe *juſtum & bonum*. Quod in hiſce Commentariis ſæpiùs inculcavimus, quod res ſit odinsè in dubium à neſcio quibus Manichæorum patronis revocata, nec ab aliis ſat bene intellecta. Vide & ad Pſ. CXLVI.

19. *Prope adeſt*] קרוב karob, *propinquus eſt*, nempe ut adjuvet. Vide Pſ. XXXIV. 19. LXXV. 2. & alibi ſæpiùs.

Omnibus qui eum verè invocant] באמת *beemeth*, in veritate; hoc eſt, qui eum invocant ex animo, & quemadmodum vult invocari, qua de re diximus ad Matth. c. VI. 9. in Additamentis ad *Hammondianas adnotationes*. *Verè* Deum non invocant, qui ad Deum confugiunt, tantùm in malis, nec ei antea paruerunt, aut elapſo periculo parebunt. Qui enim animo religioſo Deum invocarent, qui nec eum amarunt, nec exauditi amaturi ſunt? Quaſi Deus iis omnia, ipſi verò nihil Deo deberent!

21. *Cuſtodit omnes* &c.] Cùm hîc ſit ſermo de bonis hujus vitæ, res, cum hac exceptione, intelligenda; niſi aliter Sapientiæ ejus, propter rationes, quæ ſæpe nos fugiunt, viſum fuerit.

22. *Sancto ejus nomini*] *Nomini ſanctitatis ejus.*

COM-

Pſaltes ſemet ipſe ad laudes Dei celebrandas excitat, dehortatúrque homines à fiducia in ſummatibus collocanda, & contrà hortatur ad fidendum Deo; cui credentes felices prædicat, & cujus regnum extollit.

1. LAUDATE Jah. Lauda, anime mi, Jehovam. 2. Laudabo Jehovam in vita mea, carmina canam Deo meo, dum ero.

3. Ne fidite principibus, aut plebeio homini, penes quem non eſt liberatio. 4. Egreditur ſpiritus ejus, & in humum ſuam redit *homo*; quo die, omnes ejus molitiones evaneſcunt. 5. Felicem cui auxilio eſt Deus Jacobi, & cujus ſpes ſita eſt in Jehova Deo ſuo; 6. qui fecit cœlum, terram, mare & omnia, quæ in iis ſunt; qui in æternum fidem ſervat; 7. qui jus dicit oppreſſis, qui victum dat famelicis; *in* Jehova, qui ſolvit vinctos. 8. Jehova aperit oculos cæcorum, Jehova erigit curvatos, Jehova amat bonos; 9. Jehova ſervat peregrinos, pupillum & viduam ſublevat, viámque nocentium evertit. 10. Regnabit Jehova in æternum, Deus tuus, ô Sion, in omnes ætates futuras. Laudate Jah.

Pſaltes

PARAPHRASIS.

1. LAUDATE Creatorem; eum lauda, anime mi. 2. Eum laudabo, quamdiu vivam; carminibus eum celebrabo, dum ero.

3 Contra ne fidite principibus viris, aut plebeis, qui periculo vos eripere non poſſunt. 4 Ex quo animam efflarunt redeunt in terram, ex qua originem ducunt, nec ullam molitionem ſuam exſequi poſſunt. 5. At felicem eum, quem auxilio ſuo juvat Deus Iſraëlis, in quo fiduciam ſuam collocavit! 6. Is creavit cœlum, terram, mare, atque omnia, quæ in iis ſunt, qui fidem ſervat in perpetuum; 7. qui jus dicit iis, qui opprimuntur, nec patitur victum deeſſe famelicis, & qui liberat vinctos. 8. Creator cæcorum oculos aperit, Creator erigit corpora curvata, Creator amat probos. 9. Creator incolumes præſtat peregrinos, pupillum & viduam ſublevat, dum malè viventium artes evertit. 10. Regnabit in æternum Deus tuus, ſeu in omnes ætates futuras, ô Jeroſolima. Laudate Creatorem.

PARA-

COMMENTARIUS

In PSALM. CXLVI.

3. *HOmini plebeio*] בבן אדם *beben adam*, quod ita vertimus, quia opponitur [illegible] נדיבים *nedibim*, principibus.

Penès quem] לו *lo*, quod quamvis Grammaticè non referatur, niſi ad *plebeium hominem*, re tamen ipſâ, complectitur etiam *principes*; perinde ac ſi ſcriptum eſſet להם *lahem*, penès eos. Hinc LXX. Intt. οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία.

4. *Egreditur ſpiritus ejus*] תצא רוחו *thetſe rouhho*; nempe, mens, aut vita.

In humum ſuam redit homo] ישוב לאדמתו *jaſchoub laadmatho*, redit ad terram ſuam, è qua, nimirum, deſumtus eſt. Addidimus *homo*, quia hîc genus verbi mutatur, ne quis de *ſpiritu* agi putet, qui eſt Hebraïcè fœminini generis, cum אדם ſit maſculini.

Ejus molitiones evaneſcunt] אבדו עשתנתיו abadou haſchthonothau, *perierunt cogitationes ejus*; hoc eſt, id quod animo moliebatur. Vox עשתנות hoc tantùm loco exſtat. Deducitur à verbo עשת, quod in *Hithpaël* eſt conſilium inire, vel dare operam, ut conſilium ineatur. Jon. I. 6. Sed frequentius eſt, apud Chaldæos, pro eo quod eſt *cogitare*.

5. *Auxilio eſt*] *In auxilio ejus.*

6. *Qui in æternum fidem ſervat*] השמר אמת לעלם haſſchomer emeth leholam, *ſervans veritatem in perpetuum*. Latinè aptiùs *fidem* vertimus, quod & alibi ſæpe fieri potuiſſet, ubi Hebraiſmum non obſcurum ſervavimus.

8. *Jehova aperit* &c.] Hæc quidem de Divinæ Providentiæ mirabilibus factis rectè intelligantur; ſed proprio magis ſenſu de Chriſto, qui cæcis multis oculorum uſum conceſſit, atque erexit ægros, quos morbi incurvarant.

9. *Peregrinum* &c.] Qui, nempe, auxilio humano, plus quàm ceteri, deſtituti ſunt.

Viámque nocentium evertit] יעות *jehavveth* torquet, quod hîc perinde eſt ac *evertit*, nam *via nocentium* dicitur, ut notiſſimum eſt, eorum conſilia; quæ rectâ ad finem pervenirent, niſi Deus averteret eorum effectus ab innocentibus.

COM-

Pſaltes homines omnes hortatur ad prædicandam Divinæ Naturæ præſtantiam & Providentiam, ac præſertim quidem Jeroſolimitanos.

1. LAUDATE Jah, bonum enim eſt canere Deum noſtrum, quia laus *ejus* jucun- PSALM.
da *&* decora eſt. 2. Jehovah Jeroſolimam inſtaurat, *&* disjectos Iſraëlitas colle- CXLVII.
git. 3. Sanat corde fractos, & eorum dolores curat. 4. Numerum ſtellarum tenet,
ſingulâſque nomine adpellare poteſt. 5. Magnus eſt Dominus noſter, & magnâ po-
tentiâ, neque rerum, quas novit, ullus eſt numerus. 6. Erigit humiles Jehova, &
improbos ad terram uſque deprimit. 7. Alternis Jehovæ canite, in *ejus* laude; car-
mina ad citharam, Deo noſtro dicite. 8. Tegit cœlum nubibus, parat terræ pluvi-
am, facit ut montes gramen emittant. 9. Dat jumento victum ſuum; ut & pullis cor-
vi, cùm *ad eum* crocitant. 10. Robore equi non delectatur, neque tibiis hominum
favet.

PARAPHRASIS.

1. LAUDATE. Creatorem, bonum enim eſt decantare Deum noſtrum, cujus laus eſt jucunda & decora. 2. Creator Jeroſolimam inſtaurat, & ſparſos Iſraëlitas in plura loca iterum colligit. 3. Solatur eos, quorum animi fracti ſunt, & dolores eorum ſanat. 4. Numerum ſolus novit ſtellarum, ſoluſque eas nominibus adpellare poteſt. 5. Maximus eſt Dominus noſter, & omnipotens, & omniſcius, & eorum, quæ novit, numerus iniri nequit. 6. Creator humiles ad majora adtollit, ſed improbos deprimit. 7. Alternis canite laudes Dei, & carmina in ejus laudem canite ad citharam. 8. Nubibus aërem obſcurat, parátque pluvias terræ, & ſimul dat operam, ut montes gramen emittant. 9. Idem ſuppeditat victum jumentis, ut & eorum pullis, & quidem corvorum, cùm crocitant, quaſi paſtum a Deo peterent. 10. Robore equi nequaquam delecta-

COMMENTARIUS

In PSALM. CXLVII.

1. L*Aus jucunda & decora eſt*] נעים נאוה תהלה *nahim navah thehillah*, jucunda decora eſt laus. Ex regulis Grammaticis נעימה ונאוה *nehimah venaavah*, ut duo nomina adjectiva ſint, ejuſdem generis, ac nomen ſubſtantivum, ad quod referuntur. Sic omnino exiſtimarim initio lectum, & majorem multò analogiam in Hebræorum ſtylo fuiſſe, linguâ eorum etiamnum vigente, quàm eſt in ſuperſtitibus Hebraicis Codicibus. Sed quidquid ſit ejus rei, ita vertendum eſt, quaſi legerent eo modo, quem diximus.

2. *Inſtaurat*] בונה *ædificans*, ſed compoſitis carent Hebræi, ſimplicibúſque eorum loco utuntur. Hinc atque ex ſequentibus liquet ſcriptum hunc Pſalmum, poſt reditum è Captivitate.

Diſjectos Iſraëlitas] נדחי ישראל *niddehhe Jiſchraël*, diſperſos Iſraëlis. Sic vocantur homines huc illuc variis calamitatibus è ſolo patrio ejecti. Vide Jud. VI, 2. 1. Sam. XXXI, 7. Eſaiæ XI, 12. LVI, 8. Nempe, Judæi per Imperium Perſarum ſparſi, ex edicto Cyri redierunt in Judæam, præſertim poſtquàm audiverant Jeroſolimam inſtaurari; quamvis multi trans Euphratem ſedes fixerint, & per plura ſæcula habuerint. De quibus vide *Joan. Henr. Hottingerum* Theſ. Philolog. Lib. I. c. 1. Sect. 4.

3. *Sanat corde fractos* &c.] Hoc eſt, Judæis territis atque humilibus, ob longum exſilium, miſeriáſque, quas in eo perpeſſi erant, animos addit. Etiam Latini *frangi animos* calamitate dicere ſolent, ut Hebræi. Vide Pſ. XXXIV, 19. Eſaiæ LXI, 1. Jerem. XXIII, 9. *Sanare* eſt hîc in priſtinum ſtatum fiduciæ & bonæ ſpei reſtituere. Vide Pſ. XXX, 3. XLI, 5. CIII, 3.

4. *Numerum ſtellarum tenet*] *Numerat numerum ſtellarum.* Nec tantùm hoc idoneum eſt ad extollendam Omniſcientiam divinam, apud Vulgus, quod ne eas quidem ſtellas, quas oculis videbat, numerare poterat: ſed etiam apud maximos Aſtronomos, qui, poſt inventa Teleſcopia, multa millia ſtellarum viderunt, ſuſpicantúrque, non ſine veriſimilitudine, innumeras alias, per immenſitatem Univerſi ſparſas eſſe, quarum numerum ſolus novit Deus.

5. *Neque rerum, quas novit* &c.] לתבונתו אין מספר lithbounatho en miſphar, *intelligentiæ ejus nullus numerus*; hoc eſt, rerum ab eo intellectarum. Qua in re Deus verus opponitur Topicis Ethnicorum Diis, qui ſuis tantùm regionibus præeſſe putabantur, aliarum negligentes.

6. *Erigit humiles*] מעודד ענוים *meboded hanavim*, quod alii vertunt *manſuetos*, nec malè; ſed cùm hæc vox tam *humiles*, quàm *manſuetos* ſignificet, maluimus *humiles* vertere, qui rectiùs opponuntur hominibus ad dignitates evectis. De voce מעודד vide Pſ. CXLVI, 9.

7. *Alternis Jehovæ canite*] ענו ליהוה בתודה henou ladonai bethodeh, *reſpondete Jehovæ in laude*; hoc eſt, dum laudes Dei canitis, ſint duo chori, quorum alter alteri reſpondeat. Vide Exod. XV, 21. XXXII, 18. 1. Sam. XVIII, 7. Sic & hujus ipſius Pſalmi, ut & aliorum, primum comma potuit à choro uno cani, ſecundum ab altero, & ſic porrò ad finem; vel etiam ſingula commatum cola, ab alterutro cantata ſunt.

9. *Cùm ad eum crocitant*] *Cùm invocabunt*, vel *clamabunt*. Crocitationem corvorum, poëticâ quadam elegantiâ, quaſi invocationem Dei, ut eſcam ab eo impetrent, deſcribit. Similia habemus Pſ. CIV, 21. CXLV, 15. Vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. II. c. 11.

10. *Robore equi* &c.] Hoc eſt, iis non favet,

ſavet. 11. Jehova favet ipſius timentibus, & à benignitate ejus pendentibus.
12. Lauda, Jeroſolima, Jehovam; lauda, Sion Deum tuum; 13. quia firmat vectes
portarum tuarum, & benedicit filiis tuis, intra te. 14. Facit ut ſit pax in finibus tuis,
téque adipe tritici ſatiat. 15. Mittit mandatum ſuum in terram, & velociter currit ver-
bum ejus. 16. Dat nivem inſtar lanæ, & pruinam ſicut cinerem ſpargit. 17. Proji-
cit glaciem ſuam ſicut buccellas; coram frigore ejus quis conſiſtet? 18. Poſtea mittit
verbum ſuum, & ea liquefacit; excitat ſuum ventum, & fluunt aquæ. 19. Nunciat
verbum ſuum Jacobo, inſtitutáque ac jura ſua Iſraëli. 20. Erga nullam *aliam* gentem
ita ſe geſſit, nec jura ejus ceteræ noverunt. Laudate Jah.

Pſaltes

tur, neque favet tibiis hominis, ſed iis, à quibus timetur. 11. Creator favet iis, qui eum offendere timent, & qui ejus benignitate nituntur.

12. Tu autem Jeroſolima, præ ceteris urbibus; & tu Mons Sionis, laudate Deum veſtrum, 13. quia firmat vectes veſtros, contra hoſtes, & benefacit liberis veſtris intra ejus urbis muros. 14. Pacem concedit finibus tuis, téque egregio frumenti genere donat. 15. Mittit ſua mandata in terram, eóque celerrimè pervenit. 16. Demittit nivem inſtar lanæ candentis, & pruinam inſtar cineris. 17. Dejicit glaciem, quaſi bucellas, cujus frigori ægrè reſiſtimus. 18. Poſtea demiſſo ejus juſſu liqueſit, & tepido vento fluidæ iterum fiunt aquæ. 19. Voluntatem ſuam patefacit, inſtitutáque & jura Iſraëlitis. 20. Nulla eſt alia gens in terris, erga quam ita ſe gerat, nec alii populi jura ejus norunt. Laudate ergo, Iſraëlitæ, Creatorem.

PARA-

vet, qui equitatu valent, & robori equorum ſuorum fidunt, quales Chaldæi.

Tibiis hominum] בשוקי האיש *beſchoke haiſch*, in cruribus viri. Videtur ſpectare Pſaltes ad celeritatem virorum ſtrenuorum, qui majoribus itineribus, quò oportebat, contendere poterant, aut loca ardua & aſpera faciliùs occupare, hoſtémque antevertere. Vide notata à nobis ad 2. Sam. I, 19.

11. *A benignitate ejus pendentibus*] המיחלים לחסדו hammjahhalim lehhasdo, *exſpectantes, vel ſperantes ejus benignitatem.*

13. *Firmat vectes*] Dat tibi, ut firmis vectibus portas tuas claudere poſſis, ne facilè frangi queant.

14. *Facit, ut ſit pax in finibus tuis*] *Ponens terminum tuum pacem*, vel *in pace*, ut שלום pro בשלום ponatur.

Adipe tritici ſatiat] Quia pinguiſſimæ pecudes optimæ cenſebantur, ideò חלב *hhalab* ſeu *pinguedo* dicitur, quod in genere ſuo eſt eximium, & quidem in tritico, ut hîc & Pſ. LXXXI, 17.

15. *Mittit edictum ſuum in terram*] השולח אמרתו ארץ haſſcholeahh imratho erets, *mittens verbum ſuum terræ.* אמרה *imrah*, hîc eſt Dei imperium, aut potiùs Divinæ Providentiæ actio ipſa, quâ fit quod vult. Subaudiendum hîc ל vel אל *el* ante ארץ *erets*, aut ſcribendum ארצה artſah. Vide not. ad Gen. I, 3. & Pſ. CXLVIII, 5.

16. *Dat nivem inſtar lanæ*] Quæ inſtar flocculorum candidæ nivis cadunt. Ex ſimili aliquo loquendi genere, quo nix conferebatur cùm tenuiſſimis pennis candentium avium, videtur, nata fabula Scythica, quam habet *Herodotus* Lib. IV. c. 7. ubi de boreali ejus parte: Τὰ κατύπερθε πρὸς βορέω λέγουσι ἀνέμου τῶν ὑπεροίκων τῆς χώρης, οὐκ οἷά τε εἶναι ἔτι προσωτέρω οὔτε ὁρᾶν, οὔτε διεξιέναι ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων· πτερῶν γὰρ καὶ τὴν γῆν καὶ τὸν ἀέρα εἶναι πλέον, καὶ ταῦτα εἶναι τὰ ἀποκληίοντα τὴν ὄψιν: *quæ autem ad ventum aquilonem ultra eos, qui ſupremi incolæ regionis ſunt, dicunt non poſſe ulteriùs neque proſpicere, neque tranſire quemquam, propter fuſas pennas; pennis enim cùm terram, tum aërem oppletum eſſe, atque has præpedire viſum.*

17. *Glaciem ſuam ſicut buccellas*] קרחו כפתים *korhho chephittim* LXX. Intt. κρύσταλλον αὐτοῦ ὡσεὶ ψωμούς, ubi Vulgatus, *cryſtallum*, incommodè, eſt enim glacies.

Coram frigore ejus &c.] Nimirum, nudo corpore & aëri expoſita. Tum homines indigent denſiore veſte & igne.

18. *Mittit verbum ſuum*] Hîc eſt דברו *dbaro*, quod verſ. 15. אמרתו *imratho*, ubi vide notata. De verno tempore, hæc intelligenda.

Excitat ſuum ventum] יַשֵּׁב רוחו *jaſſcheb rouhho.* Noli vertere cum nonnullis *flabit ſpiritus ejus*, nam verbum eſt in Hiphil, & cùm ſit maſculini generis, refertur ad Deum, non ad ventum, cùm רוח *rouahh* ſit fœmininum. Intelligendus vernus ventus, ab auſtro ſpirans.

20. *Erga nullam aliam gentem* &c.] *Non fecit ſic omni genti.* Sed כל *omnis*, cum negatione, perinde eſt ac *nullus.* Incommodè ergo LXX. Intt. οὐκ ἐποίησεν οὕτως παντὶ ἔθνει, & Hieronymus: *non fecit ſimiliter omni genti*, quæ aliud Græcis & Latinis auribus ſonant. Non deſeruit tamen Deus prorſus Ethnicos, apud, quos lumina naturæ prorſus exſtingui non paſſus eſt; unde innumera præclara de Deo & moribus ſunt à Philoſophis dicta, quæ in eorum Scriptis etiamnum legere licet. Imò nec deleri prorſus ſivit memoriam antiquiſſimi, ſine dubio, dogmatis de immortalitate animi, deque præmiis ac pœnis poſt hanc mortalem vitam. Quæ clarè apud Ethnicos docebantur, ut ex Græcorum & Latinorum ſcriptis intelligere eſt; cùm apud Hebræos vix eorum mentio fieret. Sed erant omnia, apud Græcos turpiſſimis erroribus, fabulis & fœdo Numinis cultu dehoneſtata; dum apud Hebræos omnia eſſent veritati conſentanea. Meritò ergo negavit Pſaltes ullam aliam gentem paribus beneficiis à Deo fuiſſe adfectam; ſed non prorſus deſertas omnes alias à Numine voluit. Vide Rom. I, 19, & ſeqq.

COM-

Pſaltes omnes Creaturas ad Deum laudandum hortatur.

1. LAUDATE Jah. Laudate Jehovam è cœlis, laudate eum, in locis excelſis. PSALM. CXLVIII.
2. Laudate eum omnes ejus Angeli, laudate eum omnes exercitus ejus. 3. Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes lucidæ ſtellæ. 4. Laudate eum, altiſſimi Cœlorum, & aquæ, *quæ eſtis* ſupra Cœlum. 5. Laudate nomen Jehovæ, quia juſſit & *omnia* creata ſunt. 6. Statuit ea in perpetuum, legem *eis* dedit, neque *ullum eorum eam* perfringet. 7. Laudate Jehovam è terra, Ceti & omnes abyſſi. 8. Ignis, grando, nix,

PARAPHRASIS.

1. LAUDATE Creatorem è cœlis, laudate eum, ô Angeli, è cœlis; celebrate eum è locis excelſis. 2. Laudate eum omnes ejus Angeli, atque omnes exercitus ejus. 3. Laudate eum vos, ô Sol & Luna, & omnes lucidæ ſtellæ. 4. Laudate eum altiſſimi Cœlorum, & aquæ, quæ ſunt ſuſpenſæ ſupra Cœlos. 5. Celebrate nomen Creatoris, quia ejus juſſis omnia ſunt creata. 6. Collocavit illa, ubi ſunt, in perpetuum, legéſque iis dedit, quas numquam violabunt. 7. Laudate Creatorem è terra, Ceti & omnes marium abyſſi. 8. Ignes, grandines, nives, vapores, venti procelloſi,

COMMENTARIUS

In PSALM. CXLVIII.

2. E*Xercitus ejus*] Iidem ac Angeli. Vide Pſ. CIII, 21. Luc. II, 13.

3. *Laudate eum Sol & Luna* &c.] Nemo non videt poëticè Pſalten adloqui res inanimas, & ratione deſtitutas. Attamen *Origenes* in libro de Prece §. 24. hinc collegit ſidera eſſe libero arbitrio prædita: ἔτι τι, inquit, καὶ τοῦ ἡλίου ἐφ᾽ ἡμῖν, καὶ αὐτοῦ αἰνοῦντος μετὰ τῆς σελήνης τὸν Θεόν· αἰνεῖτε γὰρ αὐτόν, φησιν, ἥλιος καὶ σελήνη· δῆλον δ᾽ ὅτι καὶ τῆς σελήνης καὶ ἀκολούθως πάντων τῶν ἀστέρων· αἰνεῖτε γὰρ αὐτὸν πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς· ὥσπερ οὖν εἰρήκαμεν τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν ἑκάστῳ τῶν ἐπὶ γῆς καταχρώμενον τὸν Θεὸν εἴς τινα χρείαν τῶν ἐπὶ γῆς καταλελαχέναι εἰς δέον αὐτῷ· οὕτως ὑποληπτέον τῷ ἐφ᾽ ἡμῖν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων ἀραρότι καὶ βεβαίῳ ὄντι καὶ σταθηρῷ καὶ σοφῷ διατεταχέναι πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὴν τῶν ἄστρων ἁρμονίας τῷ παντὶ πορείαν καὶ κίνησιν: *Eſt aliquid etiam in Sole à libero arbitrio profectum, ſi quidem is cum Luna Deum laudet, ait enim Scriptura*: laudate eum Sol & Luna. *Conſtat idem de Luna, & quod conſequens eſt de omnibus aſtris*: laudate enim eum omnes ſtellæ & lumen. *Quemadmodum itaque Deum diximus ſingulorum, quæ ſunt in terra, facultatibus utentem in rerum terreſtrium uſus eodem commodè diſpoſuiſſe: ita exiſtimandum eſt, eum utentem libero Solis & Lunæ, ſtellarúmque arbitrio, quippe apto firmóque & ſtabili ac ſapienti; omnem cæli ornatum & aſtrorum greſſum, motúmque ad mundum adcommodatè ordinaſſe.* Hæc habuit *Origenes* à Platonicis, non à Scriptura, è qua eodem alioqui jure colligere potuiſſet, liberum arbitrium ineſſe non tantum cetis, ſed etiam mari, igni, grandini, nivi, vaporibus, procellis, collibus, arboribus frugiferis & infrugiferis; quia hæc omnia adhortari videtur Pſaltes ad Deum laudandum. Mirum eſt hominem doctum & acutum è figura poëtica ſic eſſe ratiocinatum; cùm ſatis liqueat, hoc unum optare Pſalten, ut omnia, quæ memorat & hortatur ad laudandum Deum, oſtendant hominibus Deum eſſe ſumma laude dignum, eóſque ad Deum laudandum adducant.

4. *Altiſſimi cœli*] *Cœli cœlorum*, hoc eſt, qui cingunt inferiores cœlos, adeóque iis ſuperiores ſunt, ut more humano loquar; quemadmodum nos cingit vicinum cœlum, & nobis altius eſt. Vide Deut. X, 14. & 1. Reg. VIII, 27.

Aquæ, quæ eſtis ſupra cœlum] Nempe, noſtrum, hoc eſt aerem proximum, ſive nubes; nam de aqua ſupra ipſa ſidera poſita deſierunt dudum adcuratiores Philoſophi & Theologi loqui; poſtquàm Sphæras illas Ptolemaïcas, & Scholaſticam Aſtronomiam mera eſſe commenta intellexerunt. Vide not. ad Gen. I, 7.

6 *In perpetuum*] לעד לעלם *lehad lebolam*, quæ ſolent alioqui copulâ conjungi, & inverſo ordine copulari.

Legem eis dedit.] חק נתן *hhok nathan*, quod poſſit etiam verti: *finem dedit*; hoc eſt, certos unicuique terminos, quos non prætergrediantur. Variæ enim creaturæ corporeæ ſuis quæque locis, ſingulari prorſus Divinâ Providentiâ, hærent; alioquin omnia perirent. Facilè hîc poſſemus oſtendere motus veros Planetarum, adeóque noſtræ hujus Telluris circa Solem & motus Stellarum Fixarum, qui tantùm motus videntur, è veriore Aſtronomia, totiúſque rerum Univerſitatis Schemate, liquidò oſtendere Deum omnium eſſe auctorem. Sed non ſunt hæc hujus loci, & adſumuntur quaſi nota iis, qui hoc opus legere adgrediuntur. Adeant, qui cupient hæc penitius cognoſcere, *Guil. Derhami* Theologiam Aſtronomicam, Anglicè Scriptam.

7. *Ceti*] תנינים *thanninim*. Oſtendit *Sam. Bochartus* Hierozoici P. 2. Lib. III. c. 4. תנין *thannin* eſſe *draconem* & *cetum*. *Cetum* hîc interpretandum, propter ſequentia verba: *omnes abyſſi*, quæ de piſce agi oſtendunt. LXX. Interpp. δράκοντες, Hieronymus: *dracones*. Sed agi videtur de abyſſorum incolis.

Omnes Abyſſi] כל תהומות *chol thehomoth*. Quamvis inanimes etiam aquæ, oſtendant Dei potentiam & beneficentiam in humanum genus, quod magna inde percipit commoda; Piſces quoque hîc intelligi cenſuerim.

Ignis] אש *eſch*, Intelligi videntur cœleſtes ignes, ut fulgetrum, fulmen, variáque meteora

nix, vapor, venti procelloſi, qui mandatum ejus exſequuntur; [9]. montes & omnes colles, arbores ſrugiferæ & omnes cedri; [10]. beſtiæ feræ & omnia jumenta, reptilia & volucres; [11]. Reges terræ & omnes populi, principes & omnes terræ judices; [12]. juvenes & virgines, ſenes unà cum pueris, [13]. laudent nomen Jehovæ, quia ſolum eſt ſublime, & majeſtas ejus terrâ & cœlis eſt ſuperior. [14]. Extulit cornu populi ſui, laus *ei debetur* ob omnibus ejus beneficis, poſteris Iſraëlis, & populo ei propinquo. Laudate Jehovam.

Exci-

celloſi, qui mandata ejus exſequuntor; 9. montes item, omnes colles, arbores fructiferæ, & infructiferæ, ut cedri; 10. feræ, jumenta, reptilia & volucres; 11. Reges totius orbis terrarum & omnes populi; principes atque omnes terræ minores Judices, 12. adoleſcentes & virgines; ſenes, unà cum pueris, 13. laudent nomen Creatoris; quia ſolum eſt ſublime, & majeſtas ejus non terris tantùm, ſed etiam cœlis eſt ſublimior. 14. Vires populi ſui auxit, honor ei debetur, ab omnibus ejus beneficis, poſteris Jacobi, & populo, qui ab eo ortus eſt. Laudate Creatorem.

PARA-

teora ignita, de quibus agunt Phyſici. Iis Deus oſtendit mirabilem ſuam potentiam, qui in locis frigidis & ab ignibus omnibus terreſtribus longè remotis, accendit mirabiles flammas, & prælertim fulmina; quorum fragor & ſtupendi effectus effecerunt, ut *vox* & *ſagittæ Dei* dicerentur, & ab ipſo mitti crederentur; quamvis non minùs Providentia Divina interveniat conſervationi generum inſectorum & minimarum plantarum, quas pedibus calcamus, imò etiam mirabiliùs multò, quàm in fulminibus, ut recentiores Phyſici ſatis oſtenderunt. Sed fragore ſuo,

—— *humanas motura tonitrua mentes,*

ut cum *Ovidio* loquar, nos magis percellunt, &, ſi *Democrito* credimus, cauſa fuerunt cur multi crederent Deum eſſe; qua de re, vide *Silvarum* noſtrarum philologicarum Cap. VII.

Grando, nix] Mirabile ſanè eſt ex iiſdem locis, unde fulmina decidunt, grandinem & nivem in terras deſcendere; nec fieri hoc potuit, niſi ſummâ Divini Opificis induſtriâ.

Vapor] קיטור *kitor*, quæ vox ſine dubin vaporem, ſive è ſiccis, ſive à madidis corporibus evehatur ſignificat. Vide Gen. XIX, 28. ubi *fumum fornacis*, aut vaporem ex ea evectum ſignificat, & verſum eſt φλὸξ & ἀτμὶς à LXX. Intt. & à Vulg. *favilla* & *fumus*. Atqui eſt ſine dubio à קטר *ſuffivit*, ac proinde fumum, aut vaporem ſonat. Hîc verò ab iiſdem κρύσταλλος & *glacies* abſurdiùs vertitur. Sed temporibus illis, cùm non exſtarent Lexica Hebraïca, arte confecta, ſæpe ii Interpretes vacillarunt, quod pluribus oſtendimus in *Quæſtionibus Hieronymianis* Quæſt. V. Vapores autem, unde naſcuntnr rores, nives & pluviæ, ſine quibus neque fontes eſſent, neque fluvii, neque ſtagna, non poſſunt non excitare in nobis ſummam admirationem potentiæ & ſollertiæ divinæ, tum etiam Creatoris beneficentiæ, quâ plantis, animantibns brutis & ipſi homini, vaporum operâ conſuluit. Vide dicta, de hoc vaporum uſu, Phyſicæ noſtræ Lib. II. c. 7.

Venti procelloſi] רוח סערה rouahh ſeharah, *venti tempeſtatis*. Quorum ventorum eſt maximus uſus, ut putant viri doctiſſimi, in purgandis regionibus humidioribus, nimiâ vaporum copiâ, quâ parum ſalubres eſſent, niſi vehementioris venti impetu aliò aveherentur, novíſque aëriis ſuccederet.

Qui mandatum ejus exſequuntur] *Faciens verbum ejus*; cùm, nempe Deus plectere vult avaritiam nimiam eorum, qui avidius æquo divitias ſibi è navigatione quærunt; aut etiam ſupplicium de iis ſumere, qui claſſibus fidentes audent aliena invaſum ire. Quibus de rebus Britanni prætertim & Batavi, navigationibus florentes, longas poſſunt texere hiſtorias.

9. *Montes & colles*] E quibus deſcendunt, interiora verſus, fontium latices, ſine quibus animalia vivere non poſſent; in quibus ſunt arbores montanæ, quæ uſui quotidiano ignis & ædificiorum planè ſunt neceſſariæ; & in quibus ſunt paſcua, quibus ingentes armentorum greges per æſtatem alantur, & lac copioſum hominibus ſufficiunt.

Arbores frugiferæ] *Arbor fructûs*, quæ in humilioribus locis meliùs creſcit.

Et omnes cedri] Videntur nomine Cedrorum, quaſi eximiarum arborum, inter eas, quæ fructu carent, omnes ejuſdem generis contineri. Facilè intelligimus quantùm faciat ad laudes Dei, quod nos inſtruxerit arboribus multorum generum, quæ gratiſſimos & ſaluberrimos, imò & utiliſſimos fructus ferunt; tum etiam infrugiferis, quo ad ædificandas domos & naves, ſupellectilia, inſtrumentáque innumera conficienda adhibentur. Si hæc omnia nobis deeſſent, vix ac ne vix quidem poſſemus vivere; ſi magna pars, multò difficiliorem vitam ageremus.

10. *Beſtiæ feræ*] *Beſtia fera.* Quæ quanto ſint uſui pellibus ſuis, oſſibus & dentibus, aliiſque, quæ hîc commemorari nequeunt, nemo neſcit; ad quæ omnia accedat oportet, quòd ſint aliquando juſtitiæ divinæ inſtrumenta.

Omnia jumenta] כל בהמה *chol behemah*, quo nomine propriè armenta ſignificantur, ſub quibus hoc loco, minores etiam pecudes contineri videntur. Quàm ſint hæc neceſſaria cùm veſtibus, tum victui nemo ignorat.

Reptiles & volucres] Voce רמש *remeſch* non tantum deſignantur reptilia, quæ in terra vivunt, ſed & piſces, quæ per maria, fluvios & lacus reptant, ſi ita loqui fas eſt. Vide ad Gen. I, 24.

Volucres] צפור כנף *avis alæ.* De hiſce omnibus conſuli poterit eruditum Opuſculum *Joan. Rai*, Anglicè ſcriptum, *de Sapientia Dei in Operibus Creationis patefacta*, & *Gulielmi Derha-*

Digitized by Google

Excitantur Iſraëlitæ ad Deo laudes, ob accepta ab eo beneficia, tribuendas.

1. LAUDATE Jehovam. Canite Jehovæ canticum novum, laus ejus *audiatur* in PSALM.
cœtu benignorum. 2. Lætetur Iſraël, propter eum, à quo factus eſt, filii Sionis, CXLIX.
ob Regem ſuum exultent. 3. Laudate nomen ejus in choreis, adhibitis tympano & cithara, cum laudent. 4. Nam favet Jehova populo ſuo, humiles liberatione decorat. 5. Exſultabunt benigni, *partâ ſibi ab eo* gloriâ; in cubilibus ſuis, lætas voces edent. 6. Extollunt

PARAPHRASIS.

1. LAUDATE Creatorem; atque in ejus honorem canite Canticum novum; lauſque ejus audiatur in cœtibus bonorum. 2. Lætentur Iſraëlitæ, propter eum, qui eorum Regnum condidit, atque Regem incolumem præſtitit, Jeroſolimæ. 3. Laudate nomen Dei in choreis veſtris, adhibitis tympano & citharâ. 4. Nam, jam favet Deus populo ſuo, atque humiles liberatione honeſtat. 5. Exſultabunt boni, ob ſibi conceſſam ab eo gloriam, atque in ſuis lectis lætas voces emittent. 6. Extollunt jam laudibus ſuis Deum, jamque gerunt ancipites gladios, quibus utuntur ad

rhami Theologia Phyſica eadem linguâ conſcripta, in quibus egregiè oſtendunt Deum ab omnibus ſuis operibus, etiam loquelâ, imò ſenſu, & cognitione omni deſtituris, magnopere laudari; hoc eſt, ſummis laudibus, propter eorum creationem, apud homines eſſe dignum.

11. *Reges terræ* &c.] Qui ſequuntur ii ſunt, qui cùm Deum laudent, ut cetera omnia ejus opera, dotibus, quas ab eo acceperunt, prætereà voce laudes poſſunt prædicere, quas intellectu acceperunt. Nec ad ſolos Hebræos hæc pertinet adhortatio, ſed ad omnes omnino homines; éſtque adeò veluti præludium vocationis Gentilium. Deum enim laudare, ut par eſt, non poſſunt, qui eum non bene norunt, nec eum ſatis norunt, qui Evangelium numquam audiverunt; è quo maximæ Dei laudes efflorefcunt.

13. *Terrâ & cœlis eſt ſuperior*] על ארץ ושמים *hal erets veſchamajim*, ſupra terram & cœlos; hoc eſt, tam latè patet, tam nota eſt, ut non tantùm in terris, ſed & ſupra cœlos, longè latéque creaturis omnibus intelligentibus patefacta ſit. Addere etiam poſſis, omnibus, quæ in cœlo & terra ſunt, longè longéque præſtantiorem eſſe Naturam Divinam.

14. *Extulit cornu*] Vide ad Pſ. LXXV, 5.

Laus ei debetur ab omnibus] Eſt tantùm Hebraïcè תהלה לכל חסידיו *thehillah lechol hhaſidou*, *laus omnibus ejus beneficis*; quæ verba nonnulli referunt ad verbum antecedens *extulit*; quaſi laudem diceretur Deus Iſraëlitis peperiſſe. At LXX. Intt. ὕμνος πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ, & Hieronymus: *laus omnibus ſanctis ejus*; hoc eſt, laudari debet ab omnibus. Sic pii de Deo: *robur & carmen meum eſt Jah* Exod. XVI, 2. Pſ. CXVIII, 14. Eſaiæ XII, 2. Qui ſenſus commodior viſus.

Ei propinquo] קרובו *kerobo*, pro קרוב לו *kerob lo*. Qui ſolus proximè ad Sacrarium ejus accedebat, dum aliæ gentes, etiam ſi qui ex iis proſelyti eſſent, procul ab eo ſtarent, in atrio externo.

COMMENTARIUS.

In PSALM. CXLIX.

2. A *Quo factus eſt*] בעושיו behoſchan, *in factoribus ejus*. LXX. Intt. ἐπὶ τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, & Hieronymus: *in factore ſuo*, quo mihi credibile ſit, eos, hoc in loco, עשים *hoſchim* non aliter intellexiſſe, ac ſolent אדונים adonim, ubi de uno domino ſermo eſt. Sic Chaldæus, qui Trinitatem Perſonarum Divinarum crediditſe non videtur, habet hîc plurali numero עובדיהון *hobadahou*, factores ſuos. Vide not. ad Job. XXXV, 10

3. *In choreis*] במחול *bmahhol*, quod alii interpretantur; *in choro*, alii *in tibia*. LXX. Intt. habent: ἐν χόρῳ, Hieronymus: *in choro*. Alii putant reſpici ad חליל *hhalil*, quod *tibiam* ſonat; alii ad ſignificationem τοῦ חלל, quod ſaltare ſonat.

Adhibitis tympano] בתף *btoph*, de quo inſtrumento vide dicta ad Gen. XXXI, 27.

4. *Humiles liberatione decorat*] יפאר ענוים בישועה *jephaer hanavim biſchouhah*. LXX. Intt. ὑψώσει πραεῖς ἐν σωτηρίᾳ, At Hieronymus: *exaltabit manſuetos, in Jeſu*. Verùm ישועה *jeſchouhah* non eſt Jeſus, ſed ישוע *jeſchouah*; nec ullus umquam Hebræus ſcivit promiſſum liberatorem *Jeſum*, nomine proprio, vocatum iri, antequàm veniſſet & miraculis fidem ſibi, apud Judæos, feciſſet.

5. *In cubilibus ſuis*] Tantâ lætitiâ adficientur, ut vel nocte in cubilibus jacentes lætas voces ſint edituri.

6. *Extollunt Deum gutture ſuo*] רוממות אל בגרונם romemoth el bigronam, *exaltationes Dei in gutture eorum*. Subaudiendum videtur קולות koloth, *voces*: aut ſimile quid, ut ſit ſenſus: *voces erunt exaltantes Deum, in eorum gutture*. LXX. Intt. αἱ ὑψώσεις τοῦ θεοῦ ἐν λάρυγγι αὐτῶν. Hieronymus: *exſultationes Dei in gutture eorum*. Alius Græcus: ὑμνολογίαι, non malè.

Ancipites gladii] חרב פיפיות hhereb phiphijoth, *gladius acierum*. LXX. Intt. ῥομφαῖαι δίστομοι, Hieronymus: *gladii ancipites*; hoc eſt, utrinque ſecantes. Ejuſmodi gladius vocatur Jud. III, 16. *gladius* שני פיות *ſchne phejoth*, duarum acierum.

tollunt Deum gutture ſuo, & ancipites gladii in eorum manibus ſunt, [7]. ut ultionem exerceant in Gentes, & Populos puniant, [8]. ut Reges eorum catenis & viros honoratos ferreis compedibus vinciant; [9]. ut jus eis de ſcripto dicant. Decus hoc erit omnium benignorum ejus. Laudate Creatorem.

Adhortatio ad Deum, omnibus adhibitis inſtrumentis muſicis, laudandum.

PSALM. CL. 1. LAUDATE Creatorem. Laudate Deum, ob ejus ſanctitatem, eum laudate ob firmamentum potentiæ ejus. [2]. Laudate eum, ob potentia ejus facta, laudate

ad ulciſcendas ab hoſtibus ſibi factas injurias; 7. ut ultionem de aliis Gentibus ſumant, & Populos puniant, qui de Iſraelitis malè meriti ſunt; 8. utque Reges eorum catenis & proceres ferreis compedibus, 9. ut jus iis de ſcripto dicant. Decus hoc erit omnium beneficorum eorum. Laudate Creatorem.

PARAPHRASIS.

1. LAUDATE *Iſraëlitæ* Creatorem; laudate Deum ob ejus ſanctitatem, laudate eum ob firmamentum, *opus* potentiæ ejus 2. Celebrate eum ob ejus potentia facta; laudate eum, pro ejus

acierum. Hîc duplicatio radicalium videtur ſignificare *acies acutiſſimas*; ea enim eſt vis duplicationis, apud Hebræos.

7. *Ut ultionem exerceant*] *Ad faciendam ultionem in gentibus, increpationes in populis.* תוכחות *thochebhoth*, ſignificat quidem *increpationes*, quæ verbis fiunt. Sed mentio *gladii* oſtendit de gravioribus pœnis vocem hic intelligendam.

8. *Catenis*] בזקים *bzikkim*. Eſai. XLV, 12. ubi vox hæc occurrit adparet vinculum hoc fuiſſe, aut catenas, aut manicas; eſt enim ילכו בזקים jelechou bazzikkim, *venient in manicis, tranſibunt*; non compedes, quæ impediunt, ne captivi gradi poſſint. LXX. Intt. χειροπέδας, Hieronymus: *manicas* vertunt, & Chaldæus: *catenas*. At hîc πέδας & Hieronymus *catenas*, ut & Chaldæus. Veriſimilius eſt Reges leviùs vinctos.

Ferreis compedibus] בכבלי ברזל *bechable barzel.* LXX. Intt. χειροπέδαις σιδηραῖς, ut Hieronymus: *compedibus ferreis.* Ac ſanè כבל *chebel*, compedes ſignificat Pſ. CV, 18. *adflixerunt compede* (בכבל) *pedem ejus.*

Ut jus eis de ſcripto dicant] *Ad faciendum in illis* משפט כתוב miſchphat chathoub, *judicium ſcriptum*; hoc eſt, non ut ſubitò occidantur, militari impetu: ſed ut prælegatur illis ſententia è ſcripto. LXX. Intt. κρίμα ἔγγραπτον, Hieronymus: *judicium conſcriptum.* Videntur in re gravi Judices de ſcripto ſententiam recitaſſe, quod & apud Romanos fiebat. Sic in Martyrio Cypriani, *Proconſul*, ut habent Acta, *decretum ex tabella recitavit*: Thaſcium Cyprianum gladio animadverti placet.

COMMENTARIUS

In PSALM. CL.

1. OB *ejus Sanctitatem*] בקדשו, *in ſanctitate ejus.* Τὸ ב vertendum *ob*, vel *propter*, ſequentia oſtendunt. LXX. Intt. ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, Hieronymus: *in ſancto ejus*, hoc eſt, in ſacrario. Nec negandum קדש *kodeſch* ſæpiùs occurrere, pro מקדש mikdaſch, *ſacrario.* Sic & Chaldæus. Sed non obſervarunt ſignificationem præpoſitionis ב è ſequentibus colligendam.

Ob firmamentum potentiæ ejus] ברקיע עזו *birkiah bozzo*, propter cœlum quod ſummæ ejus potentiæ ſpecimen eſt.

2. *Pro ejus magnitudinis amplitudine*] כרוב גדלו *ebrob gudlo*; LXX. Intt. κατὰ τὸ πλῆθος μεγαλωσύνης αὐτοῦ. Hieronymus: *juxta multitudinem magnificentiæ ejus.* Sed רב non minùs *amplitudinem* ſignificat, quàm *multitudinem*, quæ huic loco non convenit. Idem eſt ac ſi diceret: pro magnitudinis ejus immenſitate, quæ ſita eſt in adtributorum ejus, limitibus nullis finitorum, præſtantia. Quæ cùm agnoſcimus & prædicamus, laudamus Deum *pro ejus magnitudinis amplitudine*, quatenus hoc fieri poteſt à finitis creaturis; ſemper enim, quidquid cogitemus, aut dicamus, infra ejus majeſtatem immane quantùm conſiſtimus.

4. *In eborea*] ומחול oumabhol. LXX. Intt. καὶ χορῷ, Hieronymus: *in choro.* Quod qui malet ſequi, aut etiam *in tibia* vertere, me repugnantem non habebit. Res enim non liquet, ut dixi ad verſ. 3. Pſalmi antecedentis.

Adhibitis fidibus & organo] במנים ועגב *bminnim vehuggab.* LXX. Intt. ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ, quod *Hieronymus* ſequutus eſt ad verbum: *in chordis & organo.* Quæ rectàne ſint, an ſecus, mihi non liquet, ſed in re obſcura præſtat Veteres ſequi.

5. *Siſtris reſonantibus*] בצלצלי שמע *betſiltſele ſchamah*, *ſiſtris auditûs*; ſeu quorum tinnitus procul auditur. Diximus ad 2. Sam. VI, 5. צלצל *tſiltſel* eſſe ſiſtrum, rationesque ejus rei, non abſimiles vero, protulimus. LXX. Intt. ἐν κυμβάλοις εὐήχοις, *cymbalis ſonantibus*, ut habet *Hieronymus.* Nomen oſtendit non de cymbalis, quæ ſunt Hemiſphæria, quæ colliduntur, ſed de *Siſtris* intelligenda; quæ cave ne cum Cymbalis confundas, ut multi fecerunt. Vide quæ adnotavi ad 1. Cor. XIII, 1. in Addit. ad *Hammondum.*

Siſtris tinnientibus] תרועה *throuhah*, LXX. Intt.

te eum, pro ejus magnitudinis amplitudine. 3. Laudate eum, adhibito clangore tubæ, laudate adhibitis & nablio & citharâ. 4. Laudate eum adhibito tympano, in chorea, laudate eum, adhibitis fidibus & organo. 5. Laudate eum, adhibitis ſiſtris reſonantibus, laudate eum, adhibitis ſiſtris tinnientibus. 6. Quicumque ſpirant laudent Creatorem. Laudate Creatorem.

ejus magnitudinis amplitudine. 3. Laudate eum conjunctu vocibus clangore tubæ, laudate conjunctis nablio & citharâ. 4. Laudate eum, conjunctis tympani ſonitu, & chorea. 5. Laudate eum adhibitis omnis generis ſiſtris. 6. Denique quicumque ſpirantes laudent Creaturem. Laudate Creatorem.

Intt. *ἀλαλαγμῷ*, *tinnientibus* verò *Hieronymus*: Sed hic etiam habent *Cymbala*, quæ dicta nobis videntur מנענעים *menahnehim*, ad locum *Samuëlis*. תרועה propriè quidem non eſt tinnitus, ſed ſonitus infractus tubæ, ant buccinæ, eut etiam clamor hominuum lætantium. Hic tamen interpretati ſumus *tinnitum*, propter inſtrumentum, de quo ſermo eſt, minùs proprio ſignificatu.

6. *Quicumque ſpirant*] *Omnis ſpiratio* כל הנשמה *chol hanneſchamah*. LXX. Intt. *πᾶσα πνοὴ*, interprete Hieronymo: *omne quod ſpirat*.

Quibus verbis, quamvis latiùs patere videantur, intelligentes Creaturæ ſolæ ſignificantur, quippe quæ ſolæ Deum verè laudare poſſunt; etiamſi nemo negat reliqua omnia Dei opera ad ejus laudem facere. Homines præſertim gratias & laudes Deo debent, & debebunt in æternum, ob innumera bona, quæ ab eo acceperunt, atque etiamnum ſperant; quod nos privatim abſolnto opere hujus in Pſalmos Commentarii, eo jnvanta & cœptis noſtris adſpirante, ex animo agnoſcimus, atque in æternum agnoſcemus. AMEN.

FINIS COMMENTARII IN PSALMOS.

LIBER

Digitized by Google

LIBER
PROVERBIORUM
SALOMONIS.

Digitized by Google

LIBER
PROVERBIORUM SALOMONIS.

1\. *Laus libri & ſtudii Sapientiæ.*

1\. PROVERBIA SALOMONIS, DAVIDIS FILII, REGIS ISRAELIS, CAP. I.
2\. ad comparandam Sapientiam & Eruditionem, ad intelligenda verba pruden-

COMMENTARIUS

In CAPUT I.

1\. PROVERBIA SALOMONIS] משלי שלמה *miſchle Schlomoh.* LXX. Intt. *παροιμίαι Aquila: παραβολαὶ*, quod ſequutus *Hieronymus.* Nobis hîc eſſet pluribus agendum, de voce משל *maſchal*, niſi jam oſtendiſſemus ad Job. XXVII, 1. eâ propriè *ſimilitudinem*, deinde *proverbium*, tum *figuratam* quamvis *orationem* ſignificari. Nimirum, in omni Proverbio, & figurata oratione, latet, ut monuimus, ſimilitudo quædam. Quod veriſſimum eſſe experientur quicumque maximam partem hujus Libri ad eam obſervationem exigent. Fateor tamen non tantùm *ſimilitudines*, *proverbia & figurata dicta* hîc haberi, ſed & multas *γνώμας*, ſeu ſententias morales, ſimplici & proprio dicendi genere conceptas, quæ propter adfinitatem משלים *proverbia* dici queant. Sic & vir magnus *Deſiderius Eraſmus*, in ingenti opere *Adagiorum*, multas ſententias morales miſcuit, quæ Adagionis propriè dicti genere cenſeri non poſſunt. Itaque & nos, relictâ ſolitâ libri inſcriptione, nomine *Proverbii* quæcumque hîc habentur contineri poſſe putavimus. Ceterùm hæc uſque ad verſ. 6. ſunt vice inſcriptionis & præfationis, quibus præſtantia & uſus hujus libri oſtenduntur; ſeu ſint à Salomone ipſo, ſeu à viro quopiam erudito Sapientiæ ejus ſtudioſo.

2\. *Ad comparandam Sapientiam* &c.] לדעת חכמה ledahath hhochmah, *ad ſciendum ſapientiam*, ſubaudiendum *idonea*, aut etiam *ſcripta*; nempe, *proverbiâ*. *Sapientia* autem, quæ docetur hiſce ſententiis, eſt tota actuoſa, pertinétque ad mores; ob cujus cognitionem dicti ſunt, etiam à Græcis, *Σοφοὶ*, *Sapientes*. Sunt duæ egregiæ *Senecæ* Epiſtolæ XCIV & XCV. In priore quærit utra, *dogmatica*, an *parænctica* pars Philoſophiæ, utilior ſit, & *Ariſtonis* quidem Stoici rationes, pro dogmatica prolatas, confutat ac *præceptivam*, ut loquitur, ſummis laudibus tollit; quæ legi non poſſunt, ſine admiratione Philoſophiæ Orientalium, quæ tota ejuſmodi erat, éſtque etiamnum hodie, maxima ex parte. Attamen poſteriore Epiſtolâ negat eam ſufficere, dogmaticámque partem ei adjungendam contendit: *Antiqua*, inquiebant Parænetici, *Sapientia nihil aliud, quàm facienda & vitanda præcepit; & tunc longè meliores erant viri. Poſtquàm docti prodierunt, boni deſunt; ſimplex enim illa & aperta Virtus in obſcuram & ſollertem ſcientiam verſa eſt; docemúrque diſputare, non vivere.* Reſpondet verò *Seneca*, his verbis: *Fuit, ſine dubio, ut dicitis, vetus illa Sapientia, cùm maximè naſcens, rudis; non minùs quàm ceteræ artes, quarum in proceſſu ſubtilitas crevit. Sed ne opus quidem erat remediis diligentibus. Nondum in tantùm nequitiæ ſurrexerat, nec tam latè ſe ſparſerat; poterant vitiis ſimplicibus obſtare remedia ſimplicia.* Ut facilè concesſerim tantam non fuiſſe, antiquiſſimis temporibus, in peccando, defendendóque peccato, calliditatem, minorémque luxuriam: ſic & concedi mihi velim peſſimos tamen fuiſſe mores, quod omnes antiquæ Hiſtoriæ nos docent & præſertim Sacra, ac Prophetarum Libri. Non minùs delinquebant homines, quòd vitia ignorarent; nam ſimul & virtutem ignorabant, itáque rudes erant, ut non longis, acutiſque ratiocinationibus, quas non intellexiſſent, poſſent ad meliorem frugem revocari; ſed brevibus ſententiis, è quotidiana experientia petitis, atque ab hominibus magnæ auctoritatis, qualis erat *Salomo*, prolatis deberent admoneri.

Huc pertinentia multa ſunt in Ep. XCIV. quorum pauca proferam, quia ad intelligendum Salomonis ſententiarum uſum faciunt. Sunt hîc complura aperta & nota olim, ut hodie, quæ tamen dicenda fuerunt, ſive ut monerentur qui ſciebant, eorúmque memoriâ efflaxiſſe poterunt; ſive ut rudiores docerentur. *Quid prodeſt*, inquiebant præceptorum minùs amantes, *aperta monſtrare? Plurimùm*, ait Seneca, *interdum enim ſcimus, nec adtendimus. Non docet admonitio; ſed advertit, ſed excitat, ſed memoriam continet, nec patitur elabi. Pleraque ante oculos poſita tranſimus; admonere genus adhortandi eſt, ſæpe animus etiam aperta diſſimulat; ingerenda eſt itaque illi notitia rerum notiſſimarum. Quæcumque ſalutaria ſunt ſæpe agitari debent, ſæpe verſari; ut non tantùm nota ſint nobis, ſed etiam parata. Adjice nunc, quòd aperta quoque apertiora fieri ſolent.* Non dubito, quin tempore Salomonis & ſequentibus, multi etiam fuerint, apud Hebræos, qui aperta illa ignorarint.

Nec opus eſt probationibus. *Etiam ſine probationibus, ipſa monentis auctoritas prodeſt, ſic quomodo Juriſconſultorum valent reſponſa, etiamſi ratio non redditur. Præterea ipſa, quæ præcipiuntur, per ſe multùm habent ponderis; utique ſic aut carmini intenta ſunt, aut proſâ oratione in ſententiam coarctata; ſicut illa Catoniana:*

 Emas

dentiæ; 3. ad capiendum cultum intellectûs, juſtitiam, jus, & recta *conſilia*; 4. ad dandam ſimplicibus aſtutiam *&* puero ſcientiam, ac conſilium. 5. Audiet *hæc* Sapiens & addet *hinc ſibi* doctrinam, & Intelligens *hinc* acumen *ſibi* comparabit; 6. ad intelligendum proverbium, & interpretationem, verba Sapientum & eorum ænigmata.

7. TIMOR Jehovæ eſt principium Scientiæ, *at* Sapientiam & eruditionem ſtulti deſpiciunt.

8. Audi, fili mi, inſtitutionem patris tui, neque legem matris tuæ deſere. 9. Illæ enim addunt capiti tuo gratiam, & gutturi tuo torques.

10. Fili

Emas, non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt. Quod non opus eſt, aſſe carum eſt. *Qualia ſunt illa, aut reddita oraculo, aut ſimilia:* Tempori parce, Te noſce. *Numquid rationem exiges, cùm tibi aliquis hos dixerit verſus:* Injuriarum remedium eſt oblivio. Audentes fortuna juvat. Piger ſibi ipſe obſtat. *Advocatum iſta non quærunt, adfectus ipſos tangunt, &, naturâ vim ſuam exercente, proficiunt. Omnium honeſtarum rerum ſemina animi gerunt, quæ admonitione excitantur: non aliter quàm ſcintilla, flatu levi adjuta, ignem ſuum excitat.* Atque hæc ſatis ſupérque ſunt, ut uſus ſententiarum Salomonis pateat.

Et eruditionem] ומוסר *oumouſar.* Intelligenda *eruditio*, qualis eſt *Sapientia*, quæ anteceſſit; hoc eſt, quâ quiſpiam doctus fit in officiis, quæ ad mores boni & religioſi viri, prout ferebant tempora, pertinent. Voces haſce ſubtilius interpretari eſt nodum in ſcirpo quærere.

3. *Ad capiendum cultum intellectûs*] לקחת מוסר השכל lakehhath mouſar haſchkel, *ad capiendam eruditionem*, vel *caſtigationem intellectûs*, vel *animi*. Vide C. XXIV, 32. Mirum eſt LXX. Int. vertiſſe: δέξασθαί τε στροφὰς λόγων. *Aquila* rectiùs: τοῦ λαβεῖν παιδείαν ἐπιστήμης, & *Symmachus*: παιδείας φρονήσεως. Hieronymus: *eruditionem doctrinæ*. Quaſi legiſſent הַשְׂכֵּל, quamvis infinitivus *Hiphil* poſſit etiam nominis ſubſtantivi vim obtinere. Ideò vertimus *intellectum*, quia hoc verbum eſt *intelligere*, aut *facere, ut alius intelligat*; &c. *cultum intellectûs* diximus, quia מוסר *inſtitutio* eſt animi cultus.

Recta conſilia] מישרים meſcharim, *rectitudines.*

4. *Aſtutiam*] ערמה *hormah*; quod *aſtutiam* quidem & *calliditatem* vituperandam ſignificat, multis locis; ſed hìc in bonam partem ſumitur, pro eximia prudentia, ut & C. VIII, 12. LXX. Int. ἔννοιαν, *Aquila*: αἴσθησιν & *Theodotion*: συλλογισμὸς, non ſatis aptè, verterunt.

Ac conſilium] מזמה *mezimmah.* Hæc vox etiam pravas molitiones ſæpe ſonat, ſed hìc & alibi in meliorem partem ſumitur. Vide C. III, 21. V, 2.

5. *Acumen ſibi comparabit*] תחבלות יקנה *thabbbuloth jikneh.* LXX. Int. κυβέρνησιν κτήσεται, Hieronymus verò: *gubernacula poſſidebit*, quia חובל *hhobel* eſt *nauclerus.* Pro prudentibus & acutis conſiliis ſumitur infrà C. XI, 14. XII, 5. XX, 18. XXIV, 6 nec alibi legitur, niſi Job. XXXVII, 12. Arabicè חבל *hhablo*, prudentem vertunt. Hìc *acumen* vertimus, quia ſermo eſt de intellectione obſcurorum dictorum; quorum ſententia, non ſine acumine ingenii, perſpici poteſt.

6. *Ad intelligendum proverbium*] Vel ſententiam moralem, quæ ſæpe obſcurior eſt, ut norunt qui hunc librum legerunt, útque ex noſtro Commentario magis patebit.

Interpretationem] מליצה *mlitſah* מליץ *melits* eſt *interpres* & מליצה *interpretatio* Habak. II, 6. & quidem ænigmatum. Ex ejuſmodi librorum ſtudio & diligenti lectione, comparatur peritia rectam interpretationem à prava ſecernendi, cavendíque ſibi ab erroribus & delictis, quæ interdum ex erroribus naſcuntur, præſertim in rebus ad mores pertinentibus. LXX. Int. σκοτεινὸν λόγον perperam verterunt, bene *Aquila*: ἑρμηνείαν.

Ænigmata] חידות *hhidoth.* Quale exſtat Eccleſiaſtæ cap. XII. & qualia, ſine dubio, plura olim fuerunt. Alioquin hoc nomine adpellantur etiam acutè dicta, quia ſæpe obſcuri quidpiam complectuntur. Vide Pſ. XLIX, 5. & quæ illic notata.

7. *Timor Jehovæ* &c.] Eſt eadem Sententia Pſ. CXI, 10. niſi quòd, pro דעת *ſcientiæ*, eſt חכמה *Sapientiæ*, quæ tamen magis ſono, quàm re, differunt. Nam *ſcientia* & *ſapientia* ſunt neceſſariò conjunctæ, ſi ſint veræ. Miræ ſunt hic argutiæ Interpretum, de timore filiali Dei, qui ſit non *initium*, quamvis hæc ſit propria ſignificatio vocis ראשית *reſchith*, quæ confirmatur Cap. IX, 10. ſed potiùs præcipua pars Sapientiæ. De re ipſa, ab iis non diſſentio, verùm alieno loco hæc dici mihi videntur. יראת יהוה *jirath Jehovah* hìc eſt, ut multis aliis locis, *Religio*; quam uno verbo non poſſunt exprimere Hebræi, ſenſúſque eſt veræ ſcientiæ de moribus initium eſſe credere Deum eſſe, qui omnia crearit; providentiâ ſuâ omnia eum adminiſtrare, colendum eum eſſe & reverenter adeundum, precibus noſtris; legem dediſſe hominibus ſive Naturâ ipſâ magiſtrâ, ſive Revelatione; Virtutem Deo probari, Vitium contrà improbari, & ſi quæ ſunt alia, neceſſario nexu cum hiſce conjuncta. Sine his enim principiis, nulla eſt vera cognitio rerum moralium; cujus locum obtinent, cum graves errores, tum etiam pravi mores. Dum ignoratur, aut dubitatur an ſit Deus; ignoratur, aut dubia fit cognitio honeſti & inhoneſti, quæ naturâ talia eſſe non putantur, ſed hominum inſtitutione; quod agnovit *Plato* Lib. X. de Legibus, ubi ἀδιαφορίαν illam admittentes confert cum Atheis, & graviſſimè arguit. Ex eo errore naſcuntur mali mores, quibus fit, ut eo præpediti putent fas eſſe vivere, prout fert conſuetudo locorum, ubi ſunt, è quo, ut putant, manat omne honeſti & inhoneſti diſcrimen. Deinde etiam, in uno eodémque loco, omnia audent facere, quæcumque libido ſuadet; ſi modò effugiant pœnas ab hominibus, ſine ratione, ut putant, ſancitas. Nam ad Deum quidem quod adtinet, ſibi ab eo nihil timent, quem aut nullum eſſe, aut res humanas non curare putant. Cùm nihil naturâ ſuâ juſtum ſit, aut

injuſtum,

10. Fili mi, ſi te pellexerint peccatores, ne adquieſcas. 11. Si dixerint tibi: veni
nobiſcum, inſidiemur cædis faciendæ cauſâ; nos abdemus ad *opprimendum* innocentem;
ſine cauſa. 12. Deglutiemus, ſepulcri inſtar, vivos, & integros, quaſi deſcendiſſent
in foveam. 13. Omnes *eorum* opes pretioſas nanciſcemur, & domos noſtras præda
implebimus. 14. Sortem habebis inter nos, crumena una nobis omnibus erit. 15. Fili
mi, ne *eandem* viam, cum illis, ingredere, ab eorum ſemita pedem tuum cohibe.
16. Nam pedes eorum currunt ad malum, & ad ſanguinem fundendum feſtinant. 17. A-
vium

injuſtum, ex eorum ſententia; Religioni non ducunt aliis clam nocere, ut ſibi meliùs ſit; unde tandem probitati ipſi nuncium remittunt, atque adfectibus omnicè indulgent. Contrà ut poſſimus de moribus bene ſentire, neceſſe eſt ſcire eſſe Deum, qui humanum genus creaverit, indideritque ſingulis hominibus facultates; quibus, ut verum & falſum, ſic & honeſtum, ac inhoneſtum, intelligant; qui faveat veri & honeſti amantibus, & contrà mendacibus & improbis adverſetur. Cùm hæc & quæ hinc ſequuntur altè in animum admiſerimus, tum demum ea fundamenta ſapientiæ moralis jecerimus, quibus certam ejus cognitionem inædificare poſſemus. Hoc demum eſt *initium ſapientiæ*, de quo Salomo, & quo carebant Athei illius ævi, & qui poſtea vixerunt, apud Græcos. Multa egregia habet hanc in rem *Cicero* Lib. I. de Legibus.

At Sapientiam &c.] Perinde eſt ac ſi diceret, homines inſipientes, qui eruditionem ſpernunt; nempe, eam, quæ pertinet ad mores, ne Religionem quidem ipſam magni facere; quâ neglectâ, ulteriùs in Ethica Diſciplina progredi nequeant.

8. *Inſtitutionem patris tui*] Hic eſt מוסר *muſar*, ut poſtea תורה *lex*, quæ idem ſunt. Intelligenda tamen hæc, cum exceptione; nempe, ni filius jam adultior intellexerit & quidem certè, ea, quæ à parentibus audivit eſſe falſa, & illicita. Laudaſſet enim, ſine dubio, Salomo Ethnicum, qui patrios mores deſeruiſſet, invitis parentibus, ut Deum verum, unà cum Hebræis, coleret; ſi modò maturiore ætate, ac judicio, & re probè expenſâ ita ſe geſſiſſet. Hinc *Phocylides*, qualem habemus, qui Judæus fuiſſe videtur, priùs Deum colendum, tum parentes docet, verſ. 6. πρῶτα Θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.

9. *Illæ enim* &c.] Sic vertimus, quia *inſtitutio* & *Lex* ſunt fœminini generis; ſed מוסר eſt maſculini & תורה fœminini, nec eo ſeciùs ſequitur הם *hem*, quod maſculinum. Fortè refertur ad הורים *horim*, *parentes*, quod Paroemiographo obverſabatur; ſunt enim, etiam apud Hebræos, conſtructiones παρὰ τὸ σημαινόμενον, ut oſtendit *Joan. Buxtorfius* Theſ. Grammatici Lib. II. c. 8. p. 414.

Addunt capiti tuo gratiam] לוית חן הם לראשך *lvijath bhen hem lroſchecha*. Videtur ſuperfluum eſſe י, nam numero plurali *caput*, apud Hebræos, dici non ſolet. Ac ſanè omiſſum eſt in Regiis Plantini Bibliis & in Edit. ejuſdem in 4. ut alias omittam, jam ab aliis laudatas. LXX. Intt. hîc audaciùs: στέφανον χαρίτων δέξῃ σῇ κορυφῇ. *Aquila* ad verbum: προσθήκη χάριτος εἰσὶ τῇ κεφαλῇ σου & Hieronymus: *ut addatur gratia capiti tuo*. לוית *lvijah* eſt quod adhæret. Hiſce corporis ornamentis intelligendus decor animi.

Gutturi tuo] לגרגרותיך *lgargerothecha*. Idem eſt hoc לגרונך *lgaroncha*, gutturi tuo, quod circa guttur pendeant περιτραχήλια. LXX. Intt. & Vulg. τράχηλον, *collum*, interpretati ſunt. Ex hac voce Hebraïca, aut Phœnicia, acta videtur eſſe Græca γαργαρεὼν, de qua vide Definitiones *Joan. Gorræi*, & *Matth. Martinii* Etymologicon.

10. *Ne adquieſcas*] אל תבא *al thobe*, pro תאבה thobeh, ab אבה *abah*, voluit. Inde LXX. μὴ βουληθῇς, & Vulg. *ne adquieſcas eis*. Alioquin, abſentibus punctis vocalibus, non abſurdè legi poſſet תבא *iveris*; nempe, cum illis.

11. *Cædis faciendæ cauſâ*] לדם *ldam*, *ſanguini*.

Sine cauſa] חנם *bhinnam*, tale nihil de nobis meritum.

12. *Deglutiemus*] Perdemus.

Vivos & integros] Quaſi præcipites vos eſſent in foſſam, vel in barathrum demiſſuri, cùm etiamnum in vivis eſſent & illæſi. Vide Num. XVI, 30. LV, 16. C. XXIV, 3. LXX. Intt. habent: καταπίωμεν δὲ αὐτὸν ὥσπερ ᾅδης ζῶντα, καὶ ἄρωμεν αὐτοῦ τὴν μνήμην ἐκ γῆς. Multa alia παραφραστικῶς, & quidem hac ratione, in hoc libro, verterunt; quæ non notamus omnia, parum quippe ad Hebraica verba meliùs intelligenda facientia.

Quaſi deſcendiſſent in foveam] כיורדי בור *chjorede bor*, ut deſcendentes foveæ; quaſi, nempe, caſu incidiſſent in præcipitem foveam, aut in barathrum.

13. *Omnes eorum opes* &c.] Videntur deſcribi homines pretioſas merces alicunde adferentes, ab hiſce latronibus oppreſſi, in loco ſolo.

14. *Sortem habebis inter nos*] *Sortem tuam cadere facies in medio noſtri*; hoc eſt, particeps eris prædæ noſtræ, cujus partem, quam ſorte acceperis, auferes.

Crumena una &c.] Lucrum commune omnibus erit, atque omnibus ex æquo dividetur. Erant ſine dubio multi, non tantùm Arabes, ſed etiam Hebræi, præſertim in finibus regni habitantes, qui latrociniis vitam ſuſtentabant. Eæ Arabum gentes latrociniis fuerunt infames, ſúntque etiamnum hodie, Synodiiſque mercatorum perpetuò inſidias ſtruunt.

17. *Avium enim quarumvis* &c.] *Nam impunè* (חנם *bhinnam*) *expanſum rete in oculis omnis domini alæ*, בעל כנף *babal chanaph*. Vocula חנם *bhinnam* promiſcuè ſignificat, *ſine cauſa*, ut vidimus verſ. 11. & *gratis*, hoc eſt, *ſine ulla mercede*; unde deflexit ad ſignificandum *impunè*, ut in hoc loco, ubi aliis ſignificationibus locus non eſt. Vult Salomo latrones hoſce non ſtruxiſſe inſidias avibus, quibus impunè retia adpendere liceat; hoc eſt, niſi fallor, hoſtibus populi Hebræi, agros eorum infeſtos viciſſim habentibus, quod fecerunt ſemper Arabes, iiſque miſti alii populi è veteribus

Digitized by Google

vium enim quarumvis oculis impunè oppanditur rete; 18. at illi ſanguini ſuo inſidiantur, & abdunt ſe, vitæ ſuæ periculo. 19. Tales ſunt viæ omnium, qui lucrum ſectantur, animam *hoc* domini ſui auſert.

20. Sa-

atque implacabilibus Iſraëlitarum hoſtibus, quibus inſidiari, ex Legibus, fas juſtúmque erat, non minùs ac avibus quibusvis ſilveſtribus. Alteram partem periodi, huic oppoſitam, ſeq. verſu videbimus, unde major lux adfulgebit. LXX. Intt. hîc: *οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς*, Vulg. *fruſtra autem jacitur rete ante oculos pennatorum.* Sine ullo ſenſu.

18. *At illi ſanguini ſuo inſidiantur*] והם לדמם יארבו *vehem ldamam jeerobou.* Hoc eſt, hi verò homines hominibus gentis ſuæ, ut eos ſpolient, occultas inſidias ſtruunt. *Sanguis latronum* horum dicuntur homines, ex eadem gente, hoc eſt, Iſraelitæ, quibus inſidiari per leges non licuit.

Abdunt ſe vitæ ſuæ periculo] יצפנו לנפשתם jitspheuou lnaphſchotham, *latent* aut *ſe abdunt animabus ſuis. Latere* perinde eſt ac in occultis inſidiis exſpectare (unde dicti *latrones*, hoc eſt qui *latent* in locis ſolis, ad ſpoliandos viatores, quo ipſo nomine etiam dicti milites.) donec tranſeat viator, in quem fiat impetus, ut liquet etiam ex verſ. 11. *Anima* verò paſſim pro vita ſumitur. Itaque *latere animæ ſuæ*, idem eſt ac ſibimet ipſum inſidiari, ſeu inſidias ſtruere, periculo vitæ ſuæ; quando aliter res commodius Latinè exprimi nequit. Eſt oppoſitio inter duos hoſce verſus, in hoc ſita, quòd, cùm in antecedente dicat Vir Sapiens, fas eſſe, per leges, inſidiari quibusvis hoſtibus Hebræorum, eóſque occidere; in hoc verſu adfirmet, eſſe tamen homines tam improbos, ut in *ſanguinem ſuum*, hoc eſt in populares ſuos, ſævire malint; quamvis probè norint, rem fieri non poſſe, niſi certo vitæ ſuæ periculo. In his verbis, antecedens verſus eſt חידה vel *ænigma*, hîc verò מליצה *interpretatio*, è qua priorem intelligere licet. LXX. Intt. hîc magnâ licentiâ verterunt: *αὐτοὶ γὰρ οἱ φόνῳ μετέχοντες θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς κακά, ἡ δὲ καταστροφὴ ἀνδρῶν παρανόμων κακή.* Melius multo Latinus: *ipſi quoque contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes, contra animas ſuas.* Ceterùm contendant licet Lectores noſtram interpretationem, cum aliis, & judicium ferant; nullus enim eſſet finis, ſi omnia omnium commenta exponenda & confutanda eſſent.

19. *Qui lucrum ſectantur*] כל בוצע בצע *chol botſeah batſah*, omnis lucrum lucrantis LXX. Intt. *πάντων τῶν συντελούντων τὰ ἄνομα.* Verum eſt verbum בצע aliquando eſſe *abſolvere*, ut Eſai. X, 12. & alibi ſed nomen eſt tantùm *avaritia, lucrum, quæſtus* illicitus. Hinc *Aquila, Symmachus* & *Theodotion*: *πάντες πλεονεκτοῦντες τὴν πλεονεξίαν.* Sed certum eſt Interpretem Græcum hujus libri, qui ſub LXX. Intt. nomine latet, parum adcuratum fuiſſe. *Hieronymus* rectè: *omnis avari.*

Animam hoc domini ſui auſert] את נפש בעליו יקח eth nephеſch bahalau jikkahh, *animam ejus dominorum capiet.* LXX. Intr. *τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν ἀφαιροῦνται. Symmachus: τὴν ψυχὴν αὐτῶν καὶ αὐτοῦ λήψεται.* Hieronymus: *animas poſſidentium rapiunt.* Verbum יקח *auſert*, refertur ad nominativum בצע *quæſtus.* Dicitur autem *quæſtus auferre animam domini ſui*, pro eo quod eſt ejus, qui cupiditate lucri laboret; nam Hebraiſmus eſt notus, quâ vox בעל conjungitur cum alio nomine, quo adfectio ejus ſignificatur. Vide Prov. XVIII, 9. ubi *dominus linguæ*, eſt qui abutitur lingua, XXII, 24. *dominus adpetentiæ*, adpetens, XXIII, 2. *dominus ſollertiarum*, ſollers, XXIV, 8. *dominus ſomniorum*, ſomniator. &c. Hinc quoque confirmatur interpretatio noſtra verſûs 18. Senſus eſt cupiditatem divitiarum eſſe cauſam, cur vitam omittant, qui eâ laborent; qui iiſdem artibus, quibus aliis inſidiantur, ab iis opprimuntur.

20. *Sapientia*] חכמות *hhochmoth.* Videtur eſſe pro חכמת חכמות *hhochmath hhochemoth*, ſapientia ſapientiarum. Sic בהמות *behemoth* dicitur, apud Jobum, Hippopotamus ingens & horrenda beſtia, quaſi בהמת בהמות *behemath behemoth*, beſtia beſtiarum, aliáque ſimilia. Hîc autem *Sapientia*, ſeu cognitio virtutis, eáque actuoſa, non quæ in mera contemplatione conſiſtit, pro ſtylo τῶν מושלים, quos *παροιμιογράφους* alibi jam vocavimus, deſcribitur inſtar perſonæ; ita tamen, ut perpetuò reſpiciatur ad id, quod re verâ eſt; hoc eſt, ad habitum, qui repetitis actibus adquiritur, dum vita hominum conſideratur, ſedatâ mente, eáque fiunt, quæ ſunt veræ rerum humanarum cognitioni conſentanea; ut è lectione ſequentium magis ac magis liquebit. Vide C. IX, 1. XXIV, 7.

Extra ædes vociferatur] Eſt tantùm בחוץ *extra*, ſed ita loquuntur *κατ' ἔλλειψιν* ad domos. Senſus autem τῶ משל eſt, ab hominibus, ſi adtentè conſiderent, quæ vulgò fiunt apud homines in ipſis viis publicis, plateis urbium, ac foris; ſique rectum de iis judicium ferant, Sapientiam poſſe comparari, experientiâ quotidianâ. Hæc eſt *vociferatio*, hîc *clamor Sapientiæ*; quod ſequentia exempla ſat ſupérque declarabunt; *res*, nimirum, *clamare*, etiam apud Latinos & apud Græcos *βοᾶν*, dicitur id, quod facilè ex ea colligi poteſt.

21. *Initio viarum frequentiſſimarum*] בראש המיות *broſch homijoth*, in capite tumultuantium. Subaudivimus חוצות *hhoutſoth*, ex Eſaiæ C. LI, 20. ubi בראש חוצות eſt *in capite*; aut *initio viarum*; hoc eſt, in compitis, aut triviis, ubi viæ initium ducunt; aut etiam in foris, à quibus viæ ad totam urbem tendunt; aut tandem in portis urbium, unde viæ publicæ inchoantur, extra mœnia. המיות verò vertimus *frequentiſſimas*, quia in ejusmodi viis potiſſimùm, ex hominum commeantium frequentia, ſolent tumultus oriri. Sed cur hîc *clamare* Sapientia dicitur? Annon videri poſſunt compita aut fora eſſe omnium ineptiſſima loca, ad ſapientia dicta proferenda? cùm ſolitudo meditationi aptior videatur. Primùm deſumtum hoc videtur è conſuetudine omnium populorum; qui ſi quid innoteſcere omnibus volebant, per omnia compita, voce præconis pronunciari curabant. Agitur autem res, quam omnium intereſſet probè noſſe. Sed

occul-

Digitized by Google

20. Sapientia extra *ædes* vociferatur, in plateis vocem ſuam mittit. 21. Initio viarum frequentiſſimarum clamat, in oſtiis portarum, in urbe verba ſua fundit 22. Quouſque errantes amabitis errorem, deriſores cupidi erunt deriſionis in ſe *recidentis*, & inſani odio habebunt ſcientiam? 23. Convertimini ad increpationem meam, en vobis ſpiritum

occultius quiddam præterea hîc latet. Nempe, in foris, aut in compitis verſantur omnis generis homines; qui nihil minùs curant, quàm Religionem & Virtutem, proptereáque in graves calamitates incidunt, aut adfectibus ſuis, quaſi carnificibus, lacerantur, familiæque ſuæ & Reipublicæ nocent. Eſt qui vult ad honores, quibus indignus eſt, pervenire, famámve inanem ſibi apud vulgus parere; is in frequentiſſimis locis verſatur, ubi quoſvis benignè adloquitur, adridet aliis, aliis adulatur, omnibus operam ſuam adfert; & omnia molitur, quibus ſe gratum multitudini faciat. Interim uritur intus ambitione, quæ quietem ejus turbat, neque unquam ſibi ſatisfieri patitur. Alius eſt divitiarum adpetens, qui in foro merces tranſeuntibus propemodum obtrudit, aut qui pecuniam conatur quàm maximo fœnori dare, & quovis modo facultates ſuas augere; nec umquam animi tranquillitatem, quæ ſola eſt in terris felicitas, conſequi poteſt. Alius rurſus homo otioſus, voluptarius, aut dicax, qui congerrones, compotores, maledicos & deterioris generis homines quærit, atque invenit; iſſque & ſibi ἀναξίως ſua mala creat, quæ curari nequeunt. Omnibus multa contingunt infortunia quæ malè, aut bene geſtos honores, nimiam pecuniæ cupiditatem, libidinéſque quasvis comitantur, aut ſequuntur, & quibus bona animi, corporis & quæ Fortunæ dicuntur amittunt; dum felicitatem, ubi non eſt, & quidem pravis artibus quærunt. Sunt autem in locis frequentioribus exempla omnis generis improborum & calamitatum; quæ ſi probè adtendantur, tantùm non clamare videntur id, quod habet hîc Sapientia, ſatius eſſe multa audire monita ſapientum & antequàm mala fiant immedicabilia ad ſaniorem mentem redire; nec ſerò demum pravis vitæ inſtitutis intellectis, tum inveteratis malis velle mederi, cùm vix ullum ſupereſt remedium. Hæc vociferabatur Sapientia, in foris, & compitis, & portis urbium, quæ ab omnibus audita olim fuiſſent & nunc audirentur; niſi plerique omnes, ad eas voces ſemper obſurduiſſent.

Hæc in memoriam mihi revocant deſcriptionem morum Populi Romani, quam habebat in Satiris *C. Lucilius*, cujus verba profert *Lactantius* Lib. V. c. 9. Inſt. Divin.

Nunc verò à mane ad noctem, feſto atque profeſto,
Totus item paritérque, die, (non *dies*, ut vulgò legitur)
——— *Populúſque, Patréſque.*
Jactare inde foro ſe omnes, decedere nuſquam
Uni ſe atque eidem ſtudio omnes dedere & arti,
Verba dare ut cautè poſſint, pugnare doloſè,
Blanditiâ certare, bonum ſimulare virum ſe,
Inſidias facere, ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes.

Annon ex ipſo tremitu hominum, ita ſe gerentium, vox prodire videtur iis, qui talia intelligunt, eos abhorrere ab ejuſmodi pravis motibus, & jubens aliter prorſus vitam inſtituere? Annon ipſa res clamat nimis diu homines, ſe ſe ut invicem decipiant, operam dediſſe; & ni deſinant, tandem, ſed nimis ſerò, intellecturos, ſe pro felicitate, quam omnes & ſinguli quærebant, in mala inſanabilia imprudentes delapſos?

In oſtiis portarum] בפתחי שערים *bephithbe ſchebarim*. Prior vox videtur oſtia ipſa, ſive, hiantem partem muri; altera verò valvas ſignificare, quamvis ſæpe hæc miſceantur. Oſtiorum autem portarum fit mentio; quia illic erat cœtus Judicum & conſeſſus virorum honoratorum urbis. Vide ad Gen. XIX, 1. & Joſ. XX, 4.

In urbe] בעיר *bahir*, intra urbem, ubi ſedebant ii, quos dixi, non extra mœnia, ſed intra portam.

Verba ſua fundet] *Dicta ſua dicet.*

22. *Errantes*] פתים *phthajim*. פתי propriè ſignificat hominem, qui facilè, fallitur ſive cui quidvis perſuaderi poteſt, falſum licèt, à verbo פתה *erravit, deceptus eſt*, ſibi perſuaderi paſſus eſt id, cui fidem derogare debuerat. Non eſt vox Latina, neque Græca, quam equidem norim, quæ prorſus Hebraïcæ uni reſpondeat: ut reverâ multa ſunt nomina virtutum & vitiorum, in ſingulis Linguis, quibus nulla in aliis ſimilem per omnia poteſtatem obtinent, ut obſervavimus *Artis Criticæ* P. 2. Sect. II. c. 3. Nec ubique una eadémque vox æquè latè patet, ſive per omnia idem ſignificat. Ideóque non ſemper eodem modo vertenda, qua de cauſa פתאים *phethaim*, quos *ſimplices* vocavi verſ. 4. ubi imperiti dumtaxat videntur reſpici, hîc mihi ſunt *errantes*, ubi acrior eſt increpatio. LXX. Intr. hîc: ὅσον ἂν χρόνον ἄκακοι ἔχονται τῆς δικαιοσύνης ſine ſenſu. *Aquila* meliùs: ἕως πότε νήπιοι ἀγαπᾶτε νηπιότητα. Quod vertit Vulgatus: *uſque quò parvuli diligitis infantiam?*

Deriſionis in ſe recidentis] לצון להם *ltſon lahem*, *deriſionis ipſis*, aut *ipſorum*. *Deriſores* hîc intelliguntur deriſores eorum, quæ de Sapientia probi & verè docti ſentiebant; quod delictum non admittunt, niſi homines, qui prorſus depuduerunt, nec peccant imprudentiâ, aut inconſtantiâ, ſed de induſtria. Hinc graviter paſſim reprehenduntur; ut Pſ. I, Prov. XIX, 29. XXIX, 8. In ejuſmodi autem homines ſerius ocyùs recidit irriſio, cùm ſpretæ virtutis pœnas dant.

Odio habebunt ſcientiam] Quòd eorum pravos mores retegat, atque arguat; quam rem ægrè ferunt, & quâ fit, ut malè oderint cognitionem legum divinarum, eóſque qui eam ſibi compararunt, & magni faciunt.

23. *Convertimini ad increpationem meam*] תשובו לתוכחתי *thaſchubu ltôchachthi* LXX. Int. ὑπεύθυνοι ἐγένοντο ἐλέγχοις fortè, γίνεσθε, ſed de verſione ejuſmodi nihil certò dici queat, propter

ſpiritum meum emittam, faciámque ut verba mea cognoſcatis. 24. Cùm verò me clamante *venire* renueritis, atque, extendente me manum meam, nemo adtenderit, 25. *&* *cùm* rejeceritis omne conſilium meum, & objurgationem meam recuſaveritis *audire*: 26. ego quoque in exitio veſtro ridebo, & cùm aderit pavor veſter, ſubſannabo vos. 27. Cùm venerit, quaſi deſolatio, pavor veſter; atque exitium veſtrum, procellæ inſtar, ingruerit; cùm vobis incumbent anxietas & anguſtia; 28. tum me invocabitis, ſed non exaudiam; mane me quæretis, ſed non invenietis. 29. Quia oderunt ſcientiam, nec timorem Jehovæ elegerunt; 30. *quia* in conſilio meo non adquieverunt, & omnem meam correptionem ſpreverunt; 31. comedent fructum viarum ſuarum & conſiliis ſuis ſatiabuntur. 32. Nam quies imperitorum occidet eos, & tranquillitas ſtultorum eos perdet. 33. At qui me audiverit, ſecurè habitabit, & requieſcet à timore mali.

II. Commoda

pter intolerandam licentiam & obſcuritatem. *Symmachus: ἐπιστράφητε ἐπὶ τὸν ἔλεγχόν μου*, hoc eſt, adtendite meam caſtigationem, *non convertimini ad meam correptionem*, ut habet *Hieronymus*. Qui nolunt audire quidpiam, aliò vultum convertunt, aut abeunt, ne dicentem audiant. Inde שׁוב לתוכחת *redire* aut *converti ad caſtigationem*, eſt eam audire, & quidem animo obſequendi; niſi malis שׁוב eſſe hîc, ut alibi ſæpe, *redire* ad officium. Adcurata rerum humanarum conſideratio, qualem antea deſcripſimus, eas in animo noſtro cogitationes excitat, quibus ad officium revocamur.

En vobis ſpiritum meum emittam] הנה אביעה לכם רוחי hinneh abbihah lachem rouhhi, *en eructabo vobis ſpiritum meum*. Hîc *ſpiritus* ſunt verba, quæ formantur ſpiritu è faucibus per os emiſſo. Unde *ſpiritus labiorum* & *oris Dei* dicitur, quod alibi *verbum* ejus vocatur. Vide Eſaiæ XI, 4. 2. Theſ. II, 8. Quod vertimus *emittam* eſt propriè *eructabo*, aut *ſcaturire faciam*; ſed metaphora Latinè loquenti obſcurior erat, & liquet hîc aliud nihil ſignificari, niſi proloqui. Vide Pſ. XIX, 3. LXXVIII, 2. Prov. IV, 28. LXX. Intt. *προήσομαι ὑμῖν ἐμῆς πνοῆς ῥῆσιν*; *Aquila: ἀναβλύσω ὑμῖν τὸ πνεῦμά μου* Vulg. *proferam vobis ſpiritum meum*.

24. *Cùm, me clamante, renueritis venire*] יען קראתי ותמאנו *jahan karathi vattemanenou*, quia clamavi & abnuiſtis; nempe, ad me venire, vel me audire. Sic ſe gerunt qui, reclamante licèt experientiâ quotidianâ, ex qua liquet neglectu Virtutis fieri, ut in calamitates innumeras ſinguli homines, familiæ, imò & civitates univerſæ incidant, vitiis tamen mordicus adhærent. Poſtquàm enim omnia perierunt; ſerò, heu nimiùm ſerò! ſtultitiam ſuam intelligunt; nec ampliùs iis ſuppetunt remedia, quibus tanta mala curentur.

Extendente me manum meam] *Extendi manum meam*. Geſtus eſt vocantis homines ad ſe. Vide Eſai. XIII, 2. LXV, 2. Experientia, quâ conſtat Societates, familias, & ſingulos virtute beatos, contra vitiis miſeros fieri, invitat homines ad ſaniorem vitam. Abſurdè hîc ineptus Paraphraſtes, ſub nomine LXX. Intt. *ἐξέτεινον λόγους*. *Aquila*, *Symmachus*, *Theodotion* & *Vulg*. *χεῖρά μου*, *manum meam*.

25. *Cùm rejeceritis*] ותפרעו *vattiphrehou*. Quod verbum ſæpiùs hunc ſignificatum obtinet in Proverbiis, licèt eodem verbo Latino ubique verti nequeat. Vid. C. IV, 15. VIII, 33. XIII, 18. XV, 32. XXIV, 14. LXX. Intt. *ἀκύρους ἐποιεῖτε*, *Symmachus* & *Theodotion*: *ἀπενεύσατε*.

26 *In exitio veſtro ridebo*] Hoc eſt, digni eritis, qui ab omnibus Sapientibus rideamini, cùm ſuperbè ſpretæ Sapientiæ pœnas dabitis.

Pavor veſter] פחדכם *phahhdechem*; cùm extrema timebitis mala, in quæ reverâ incidetis, ſtultitiâ veſtrâ.

27. *Quaſi deſolatio*] כשאוה, quod efferendum eſſet *chſchaavah*, ſed Maſſorethæ monent tranſponendam litteram, & legendum כשואה *chſchoah* LXX. Intt. *ἄφνω θόρυβος*, Vulg. *repentina calamitas*. Alii ſubitam *tempeſtatem* ſignificari volunt, alii *vaſtationem*, vel *tumultum*, vel *deſolationem*. Quibus ſenſibus ſæpiùs occurrit, & verbum שאה eſt *perturbavit*, *tumultuatus eſt*, & ſimilia.

28. *Tum me invocabitis* &c.] Tum ſapientia conſilia quæretis, ſed ſerò & fruſtra; cùm nulla prudentia vos liberare poterit.

Mane me quæretis] Diligenter quæretis rectiora conſilia poſt deprehenſam, ipſo exitu, ſtultitiam veſtram. Quod delictum pluribus proverbiis conſinxerunt Græci & Latini, quæ vide in Tit. *Sera Pœnitentia*, in Proverbiorum collectione, aut *ſerò ſapiunt Phryges*, vel *Cumani* in Chiliadibus *Eraſmi*.

31. *Comedent fructum viarum ſuarum*] Sentient, diros effectus pravorum ſuorum inſtitutorum, aut *prout ſeverint metent*, ut *παροιμιωδῶς* loquar. Dum homines adfectibus occæcati & longo præſertim habitu depravati, mala ſibi imminentia non ſentiunt, libidinibus indulgent, & meliora ſuadentes adunco naſo ſuſpendunt; ſed tantùm ex eventu intelligunt, ut è Virtute omnia fluunt bona; è Vitiis, contraria omnia mala manare. Ut intelligant imperiti, antequàm ineluctabilis pernicies advenerit; deſcribendus eſt iis ſtatus Reipublicæ, familiæ, aut etiam ſingulorum hominum, dum Virtutem colunt; eíque opponendus ſtatus eorum, qui Vitiis ſerviunt, ut ex utroque intelligant, quantopere interſit Virtutem ſequi. Non amant præcepta Sapientum, ſed ea irrident; facient ergo omnia contraria, & ſentient, magno malo ſuo, brevi quantopere erraverint. Nulla ſit religio erga Deum, nulla juſtitia aut æquitas, erga homines, Libidinibus ſint omnes infecti; ea exſiſtet Reſpublica, iſque ſtatus familiarum & ſingulorum civium, unde omnes facilè intelligent, nullum eſſe exitialiorem errorem, quàm eorum, qui *virtutem verba putant*, útque ſit humana ſocietas incolumis, ad Virtutem redeundum eſſe; cujus larvâ vel ipſi mali uti coguntur.

32. *Qui os imperitorum*] משובת פתים *mſchoubath phthajim*. Cùm voci משובה adponatur velut

Digitized by Google

II. Commoda, quibus fruentur qui paruerint Sapientiæ, timor & cognitio Dei, juſtitiæ & juris, liberatio à vitiis & hominibus malis, à muliere item impudica. Admonitio de recta via ineunda.

1. FILI mi, ſi verba mea exceperis & præcepta mea apud te recondideris, 2. ita ut CAPUT
adtentam ſapientiæ aurem tuam præbueris, & animum ad prudentiam adpu- II.
leris; 3. imò ſi eruditionem vocaveris, & vocem tuam ad prudentiam edideris; 4. ſi
quæſiveris eam, ſicut argentum, & *theſaurorum* occultorum inſtar perſcrutatus fueris;
5. tunc intelliges quid ſit timor Jehovæ, & cognitionem Dei nanciſcêris.
6. Jehova enim dat ſapientiam, ex ore ejus *prodeunt* ſcientia & prudentia. 7. Re-
condit rectis ſapientiam, clypeus eſt iis, qui incedunt in integritate, 8. ut ſervent ſe-
mitas juris, & viam beneficorum ſuorum cuſtodit. 9. Tunc intelliges juſtitiam ejus,
&

loti ἐν παρακλήσει τῷ שלוה *ſchalvah*, hoc eſt, *ſecuritas & tranquillitas*, exiſtimavimus משובה deducere hunc ſuum ſignificatum non è radice שוב ſchoub, *redire*, ſed ex adnoi ישב *jaſchab*, habitavit, manſit quietè in loco quopiam. Adfinium verborum, apud Hebræos, ſæpe ſignificatus miſcentur. Inde שיבה *ſchibah*, commoratio 2. Sam. XIX, 23. & *habitatio*, apud Samaritas Deut. XXXII, 32. quæ tamen vox ἀναλογητικῶς deducitur à שוב, quàm à ישב. Ita cenſebat *Edm. Caſtellus*, in Lexico Polygl. ubi adfinitatem poteſtatum horum verborum agnoſcit. Vocem hanc non intellexerunt LXX. Intt. qui habent: ἀνθ᾽ ὧν ἠδίκουν νηπίους φονευθήσονται. *Symmachus:* ἀποστροφὴ, quæ reverà frequentior eſt vocis ſignificatio; cujus poteſtas ſemper eſt in deteriorem partem ſumenda.

Tranquillitas ſtultorum] שלות כסילים *ſchalvath cheſilim*. Eſt tranquillitas ſtultorum, ſeu ſecuritas quædam in vitiis; quaſi è flagitioſa vita nihil iis eſſet timendum. Eſt vox שלוה mediæ ſignificationis, quippe quæ de tranquillitate, ſeu ſecuritate tam bonorum, quàm malorum, ſumitur. Addita voci כסילים pravam & ſtolidam ſecuritatem ſignificat. Mirum eſt LXX. Intt. ἐξετασμὸν vertiſſe. *Aquila & Symmachus:* εὐθηνίαν, impropriè, nam שלו *ſchalev* eſt, ſine dubio, *tranquillus & quietus*. Vide ſequentia.

C O M M E N T A R I U S

In CAPUT II.

1. *APud te recondideris*] תצפן thitſphon, *occultaveris tecum*; id eſt, quaſi theſaurum in animo tuo repoſueris, ut eo, prout res feret, utaris. Vid. ad Pſ. CXIX, 11.

2. *Animum ad prudentiam* &c.] *Inclinaveris cor tuum ad prudentiam*; operam dederis ut prudens fias; in rebus, nempe, ad mores pertinentibus.

3. *Si eruditionem vocaris*] כי אם לבינה תקרא chi im labbinah thikra, *imò ſi vocaveris intelligentiam*. Eſt בינה idem ac תבונה *thebounah* & חכמה *hhochmah*; hoc eſt, peritia vitæ rectè ad leges divinas inſtituendæ. *Vocare* autem, vel *invocare* eruditionem, eſt voce clarâ teſtari cupiditatem ejus conſequendæ; ut qui aliquem fugientem, aut prætereuntem ad ſe revocat.

5. *Tunc intelliges quid ſit* &c.] אז תבין יראת יהוה *az thabin jirath Jehovah.* Qui cupidè virtutem quærunt, ii demum quid ſit *timor Jehovæ*, & quis ſit ipſe Deus, quatenus quidem ab hominibus res cognoſci debet & poteſt, adſequuntur; nam, ut ille ait, ὑπὸ ἀρετῆς Θεὸς ὄνομα μόνον. Deus eſt, quod ipſi faſſi ſunt Ethnici, *optimus*, *maximus*, qui nihil nobis impoſuit, niſi juvandi noſtri cauſâ, & omnia poteſt in gratiam eorum, qui eum amant & colunt, ut par eſt.

6. *Dat ſapientiam* &c.] Docet cùm lege naturæ, tum revelatâ, qui poſſimus bene & beatè vivere.

7. *Recondit rectis Sapientiam*] יצפן לישרים תושיה, quod efferunt & emendant Maſſurethæ יצפן *jitſphon*, ut verſ. 1. quamvis, ſervatu τῷ *Chethib*, æquè rectè legere poſſis וצפן *vetſaphan*. LXX. Intt. θησαυρίζει τοῖς κατορθοῦσι σωτηρίαν. Vulgatus: *cuſtodiet rectorum ſalutem.* צפן hîc, ut verſ. 2. eſt repoſitum ſervare, ut in uſus neceſſarios promatur. תושיה *thouſchijah* verò omnino videtur hîc eſſe *Sapientia*, non *ſalus*. Vide Proverb. III, 21. VIII, 14. Eſaiæ XXVIII, 29. ubi cum *conſilio* & *prudentia* conjungitur.

8. *Ut ſervent ſemitas juris*] לנצר ארחות משפט, lintſor orhhoth miſchphat, *ad ſervandas ſemitas juris*, referuntur hæc ad *incedentes in integritate*, ſequentia verò ad Deum. In Pſalmis ſingula commata conſtant ferè duobus membris, quæ unà conjunguntur, & ſeparantur ab aliis, tam antecedentibus, quàm ſequentibus. Sunt enim מזמר *mizmor*; hoc eſt, ſtylus conciſus. At in libris Salomonis, ſæpe res aliter habet, cùm plura ſint commatum membra, quod præſertim in Eccleſiaſtæ Libro obſervare licet. Hîc duo commata 7, & 8. meliùs unum paullò longius, quatuor, nempe, membrorum, conflare potuiſſent.

Viam beneficorum ſuorum cuſtodit] ודרך חסידיו ישמר *vederech hhaſidau jiſchmor*, hoc eſt, facit ut homines benefici proſperè agant.

9. *Intelliges juſtitiam*] Adſequêris cur Deus voluerit homines eſſe juſtos; nimirum, ut iis benefaceret, cùm ſine ſocietate vivere inter ſe nequeant, Societas autem nulla, ſine juſtitia,

 ſtare

& recta conſilia & omnem bonam orbitam. 10. Cùm ingreſſa erit Sapientia cor tuum, & ſcientia animo tuo erit jucunda; 11. conſilium ſervabit te, & prudentia cuſtodiet te; 12. ita ut te liberet à via mala, & à viro, qui perverſa loquitur; 13. *ab iis*, qui relinquunt vias rectas, ut ingrediantur vias tenebrarum; 14. qui delectantur dum malefaciunt, atque exſultant in perverſis *viis* malorum, 15. quorum ſemitæ ſunt pravæ, quique declinant *à recta via* in orbitis ſuis; 16. *cuſtodiet, inquam, te prudentia*, ut te liberet à muliere peregrina, ab alienigena, *quæ* molli ſermone utitur; 17. quæque deſeruit ducem adoleſcentiæ ſuæ, & fœderis Dei ſui immemor eſt. 18. Nam inclinata eſt ad mortem domus ejus, & ad mortuos orbitæ ejus. 19. Quicumque illuc ingreſſi fuerint non revertentur, nec ſemitas vitæ adſequi poterunt. 20. *Cuſtodiet te prudentia*, ut ingrediaris viam

ſtare poſſit. Sed homines indolis violentæ, & rapacis, dum adfectui ejusmodi indulgent, dúmque alienis per vim ſublatis fruuntur, non ſatis intelligunt præſtantiam & utilitatem juſtitiæ, & jura ſibi nata eſſe negant; donec ab aliis ſimili violentiâ & ipſi oppreſſi ſentiant, quantò ſatius eſſet juſtitiam ab omnibus coli.

Jus, recta conſilia] ומשפט ומשרים *oumiſchphat oumeſcharim*, & judicium & rectitudines.

Et omnem bonam orbitam] כל מעגל טוב *chol mahgal tob*. Excidiſſe videtur, ante hæc, copula ו. *Omnis bona orbita*, idem eſt ac *omnis bona via*, ſeu in quavis re quid ſit bonum & rectum. Notum eſt מעגל *mahgal* dici propriè ἁρμαξοτροχιὰν, ſive orbitam, vel ſigno rotarum plauſtrorum, unde viam publicam dignoſcere licet. Attamen LXX. Intt. πάντας ἄξονας ἀγαθοὺς, incommodè, ἄξων enim nuſquam viam ſignificat. *Aquila*: καρποὺς, *Symmachus*: ἱππηλατιμούς. Meliùs Hieronymus: & *omnem ſemitam bonam*, niſi quòd ubi ſunt rotarum veſtigia, ibi potiùs eſt *via*, quàm *ſemita*. Sæpius in Pſalmis occurrit. Vide & infrà verſ. 15. & 18. c. IV, 11, 26.

10. *Scientia animo tuo erit jucunda*] ודעת לנפשך ינעם *vedahath lnaphſchecha jinham*. Atqui דעת eſt fœmininum, ac proinde verbum opotteret eſſe ejusdem generis, ſeu תנעם *thinham*. Scio enallagas generum multas proferri, ſed niſi ſit ſingularis quædam ἐναλλαγῆς ratio, fateor rem mihi eſſe ſuſpectam, ut hoc loco.

11. *Conſilium ſervabit te*] מזמה תשמר עליך mzimmah thiſchmor halecha, *conſilium*, aut *prudentia ſervabit ſuper te*; hoc eſt, tui ſervandi causâ excubias circa te aget. מזמה interdum in malam partem ſumitur, hîc in bonam, ut C. I, 4. & alibi ſæpiùs.

12. *Ita ut te liberet à via mala*] Hæc σωτηρία ſita eſt, in liberatione à vitiis & à molitionibus malorum hominum, qui bonis inſidiantur; quæ omnibus numeris abſoluta eſt liberatio, quicumque enim à calamitatibus vitæ liberantur, intereàque vitiis ſerviunt, non ſunt niſi partim ſervati; imò minùs timendis hoſtibus erepti, formidoloſioribus prædæ ſunt, longè enim præſtat calamitoſum eſſe, quàm malum.

Qui perverſa loquitur] מדבר תהפכות *mdabber thahpkuchoth*. Eſt vox hæc ab הפך *pervertit*, ſignificátque pravos omnes ſermones oppoſitos conſiliis, quæ מישרים *recta* ſæpiùs in hoc libro & alibi vocantur. Vide C. VI, 13. 14. XVI, 28. 30. & Deut. XXXII, 20. LXX. Intt. verterunt: λαλοῦντος μηδὲν πιστόν, quibus verbis ad locum Deuteronomii reſpexiſſe videntur.

13. *Vias tenebrarum*] Quamvis *viis rectis* oppoſitæ non ſint ſenſu proprio *viæ tenebricoſæ*; tralaticio reverâ ſunt; nam ſimplicibus & rectis inſtitutis oppoſita ſunt ea, quibus mala conſilia occultantur, qua de cauſa *viæ tenebrarum* vocantur. Vide hac de re duo poſtrema Capita Ep. Barnabæ, in quarum priore quidem deſcribitur via lucis, in poſteriore verò *via tenebrarum*, quæ dicitur σκολιὰ *tortuoſa* ab initio.

14. *In perverſis viis malorum*] בתהפכות רע *in perverſitatibus mali*, aut negotii, aut hominis. LXX. Intt. ἐπὶ διαστροφῇ κακῇ, Vulg. *in rebus peſſimis*. Meliùs Græci, quàm Latinus.

15. *Quorum ſemitæ ſunt implicitæ*] אשר ארחתיהם עקשים *aſcher orhhotheihem hikkeſchim*. ב priori voci præfigendum; ut ſit *in viis ſuis implicitì*, aut *tortuoſi*. Alii referunt ad *vias*, quæ ſunt fœminini generis. LXX. Intt. σκολιαί, *Symmachus*: σκαμβαὶ, *Theodotion*: στρεβλαὶ, nempe, ὁδοί. Vulgatus, *viæ perverſæ*.

Declinant à recta via, in orbitis ſuis] ונלוזים במעגלותם *nlozim bmangelotham*. Vox נלוזים *nlozim*, ſine dubio, morum pravitates inſignes ſignificat, ſed quid propriè ſibi velit non eſt facile dictu. LXX. Intt. καμπύλαι αἱ τροχιαὶ αὐτῶν. *Aquila*: ἐρριμμένοι ἐν κανθοῖς αὐτῶν. *Theodotion*: μωλυσμένοι ἐν ταῖς ἐπιστροφαῖς αὐτῶν. Vulgatus, *infames greſſus eorum*. Malimus *declinandi* ſenſum ſequi, ut plerique Recentiores, quia agitur de via; ſed ſuppleri neceſſe habuimus à *recta via*. Multis loquendi generibus ejuſdem vocis ratis deſcribuntur, more Hebræorum, malorum prava inſtituta.

16. *Cuſtodiet, inquam, te prudentia*] Hæc addidimus, quia redit Salomon ad id, quod dicere cœperat verſ. 11.

16. *A muliere peregrina*] Hoc eſt, à meretrice, nam non licebat Iſraëlitidibus quæſtum corpore facere, ut habet Lex Levit. XIX, 29. & Deut. XXIII, 17. Itaque *mulier peregrina* meretrix eſt, qualis hîc deſcribitur. Inquilinæ multæ mulieres, Proſelytæ portæ factæ, ut poſſent in agris Iſraëlitarum vivere, pravam hanc artem, apud Gentem, ſponte ſuâ, ſalacem, videntur profeſſæ. Cùm verò ſcortatio ſit fœdiſſimum, ſimulque frequentiſſimum vitium, non mirum eſt à Salomone ſæpiùs in hoc Libro damnatum. In quodnam flagitium vehementiùs atque utiliùs invehi potuiſſet, quàm in id, in quo plurimi juvenes labebantur, & quod hominum vulgo, olim ut hodie, vix pudendum videbatur? Vetabant quidem Leges Iſraëlitidas puellas proſtare, ut vidimus; ſed res aliis gentibus diſertè non vetatur, ſi quæ ad eas pertinebant puellæ Proſelytæ domicilii eſſent, atque inter Iſraëlitas habitarent. Itaque eò magis neceſſariæ fuerunt Salomonis dehortationes à ſcortatione ejuſmodi, quæ nulli civili pœnæ obno-

viam bonorum & ſemitas juſtorum ſerves; 21. nam recti terram incolent, & integri in ea manebunt: 22. dum improbi è terra exſcindentur, & perfidi ex ea exſtirpabuntur.

III. Sapientia vetat Divina præcepta oblivioni mandari; jubet in Deo fiduciam collocari, gratias ei agi, propter opes ab eo acceptas, & caſtigationes ferri; felicem prædicat eum, qui nactus eſt ſapientiam, quâ Deo ſimilis fit; aliaque monita de moribus addit.

1. FILI mi, legis meæ ne obliviſcaris, & præcepta mea cor tuum ſervet; 2. longitudinem enim dierum, annos vitæ, & pacem tibi addent. 3. Benignitas & veracitas Cap. III.

obnoxia erat. Perperam ergo faciunt Interpretes, qui hîc neſcio quos ſenſus *Symbolicos* quærunt, cùm grammaticus ſenſus ſit egregius. Scio eſſe etiam viros doctos, qui *mulierem alienam* aut *peregrinam* hîc interpretentur de muliere quavis, quæ ſit aliena à viro, qui cum ea concumbit. Sed ejuſmodi mulier non dicitur זרה & נכריה *peregrina & alienigena*.

Quæ molli ſermone utitur &c.] אמריה החליקה *amareah hebhelicha*, lævigat verba tua. Subaudiendum *quæ*. Intelligitur mulier, quæ blandis verbis amatorem adlicere conatur. Vide Pſ. LV, 22. Proverb. XXVIII, 23. & alibi. Tales Sermones habentur infrà Cap. V, 3. VI, 24. VII, 5.

17. *Ducem adoleſcentiæ ſuæ*] אלוף נעוריה *allouph nebourea*h. Notum eſt אלוף *allouph* quemlibet ducem vocari, quamvis Principes Idumæorum ita dicantur, ſine dubio ex ipſorum uſu, Gen. XXXVI. 15 & ſeqq. Sed & alii ita vocati Pſ. LV, 14. Mich. VII, 5. Zachar. X, 5, 6. Hinc virum tralaticio ſignificatu dictum putant, & addito *adoleſcentiæ* nomine, eum virum, cui puella, virgo cùm eſſet, collocata eſt. Malim tamen aliunde tranſlationem deducere & אלוף dici *virum* ſtatuere, eò quòd taurus gregis dux diceretur אלוף, ut Pſ. CXLIV, 14. Jerem. XI, 19. Sic & Jerem. III, 4. Gens Hebræa Deo veluti nupta ab adoleſcentia, eum vocare oportere dicitur אלוף נעורי allouph nehourai, *dux adoleſcentiæ meæ*. Significatur ergo hîc mulier, quæ reliquit virum, à quo virgo ducta erat; quòd flagitioſius habebatur, quia primi illi amores conſtantiores eſſe ſolent, & amiſſi ejuſmodi viri cauſâ, major dolor. Vide Joël I, 8. Sic & apud *Homerum*: κουρίδιος ἀνήρ aut πόσις dicitur, cui puella in manum tradita eſt. Vide Odyſſ. Λ, 429. ubi Clytemneſtra ſummopere vituperatur, quòd Agamemnonem, cui puella nupſerat, occidiſſet & Τ, 266. Ω, 145. ubi laudatur Penelope, quæ fida Ulyſſi manſerat. Igitur non fruſtra, ad vituperandam mœcham, additur ab ea deſertum *ducem adoleſcentiæ ſuæ*.

Fœderis Dei ſui immemor eſt] Reliquiſſe, nempe, ſtatuitur Deos patrios, non quòd Deo Iſraelis fidem haberet, ſed ut licentiùs extra patriam peccaret. Poſſumus idem judicium ferre de ejuſmodi hominibus, quod *Seneca* tulit de Sacrilegis Lib. de Beneficiis VII. c. 7. *Injuriam*, inquit, *Sacrilegus Deo quidem non poteſt facere, quem extra ictum divinitas ſua poſuit. Sed tamen punitur, quia tamquam Deo fecit. Opinio illum noſtra ac ſua obligat pœnæ.* Bona Nahomis ſuadebat Ruthæ, quandoquidem *fratria ejus ad populares ac Deos ſuos reverſa erat*, ut & ipſa *ſequeretur fratriam*. Ruth. C. I, 5.

18. *Inclinata eſt ad mortem domus ejus*] שחה אל מות ביתה *ſchabhah el maveth bethah*. שחה eſt tertia perſona maſculina, quaſi à שחה non à שוח, quamvis prior forma ſit inuſitata. Formæ viciniæ ſæpe miſcentur, niſi mavis legere שח *ſchahh* à שחח, quod eſt uſitatum. Eſt propriè *curvari*, *deprimi*, quaſi à domo proſtibuli aperta eſſet via, ad ſedes mortuorum deſcendens. Salomo hoc vult, ejuſmodi libidinibus mortem accelerari, quocumque modo hoc fiat, ſive nimiâ Venere, ſive rixis, quæ in fornicibus oriuntur, unde ad cædes poſtea libidinoſi juvenes deveniunt; ſive alio quocumque modo.

Ad mortuos orbitæ ejus] אל רפאים *el rphaim*. Sic ſæpe vocantur *mortui*, quaſi viribus omnibus *defecti*, nam רפה, quod miſcetur facilè cum רפא, eſt *defecit, remiſſus fuit*. Vide Cap. IX, 18. XXI, 16. Quod γηγενεῖς vocant hîc LXX. Intt. inde ortum eſt quòd רפאים *rephaim* ſignificet etiam *gigantes*, qui *terrâ* nati à Græcis dicebantur.

19. *Quicumque illuc ingreſſi fuerint non revertentur* &c.] Tandem illic pereunt, quocumque modo hoc fiat.

20. *Cuſtodiet te prudentia*] Repetiimus hoc iterum è verſu 10. perſpicuitatis cauſâ, eò enim manifeſtò res referenda.

21 *Terram incolent* &c.] In agris patriis manebunt, nec paupertate cogentur aliò migrare; aut, propter ſcelera, in exſilium abire; aut in captivitatem abducentur.

COMMENTARIUS
In Caput III.

2. L*Ongitudinem dierum* &c.] Quia boni neque libidinibus valetudinem infirmam & mortem ſibi contrahunt, neque violentâ morte pereunt; cùm Magiſtratus eos non puniant, quòd nullius capitalis noxæ rei ſint; nec mali occidant, quia rixas cum iis non habent; cùmque, quæ ſupra omnia eſt, Providentia Divina innocentes, ſingularem in modum, tuetur.

Pacem] Incolumitatem & res ſecundas.

3. *Veracitas*] אמת *emeth*, quod & *fides* rectè hîc verti poſſit, non tamen ea quam Deo habemus;

racitas ne deſerant te, circa fauces tuas eas vincito, & cordis tui tabulæ inſcribito. 4. Tum
conſequêris gratiam & boni intelligentiam, apud Deum & homines.
5. Confide Jehovæ toto corde, nec prudentiæ tuæ innitere. 6. In omnibus tuis viis
eum agnoſce, atque ipſe ſemitas tuas diriget. 7. Ne tibi ſapiens videaris; time Jeho-
vam, ac recede à malo. 8. Sanitas *hæc* umbilico tuo, & irrigatio oſſibus tuis erit.
9. Honorem ex opibus tuis Jehovæ, atque è primitiis omnis proventus tui, exhibe.
10. Tum

bemus, ſed quam hominibus ſervamus. Ambiguitatis tamen vitandæ cauſâ, *veracitatem*, potius quam fidem vertimus.

Circa fauces tuas] על גרגרותיך hal gargerothecha, *ad guttur suum*, ut geras quaſi collare, aut torquem. Vide ad C. I, 9.

Cordis tui tabulæ inſcribito] Altè in memoriam infigito, ut multis exemplis & Scripturæ & τῶν ἔξω *Artis Crit.* P. 2. Sect. I. c. 4. §. 9. & *ſeqq.* probavimus. Vide & Jerem. XVII, 1. Omiſſa hæc in Cod. Romano, at in Alexand. γράψον δὲ αὐτὰς ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας σου, Hieronymus: *in tabulis cordis tui*. Sic & in Complutenſi: ἐπὶ πλακὸς τῆς καρδίας σου, ut & in Aldina.

4. *Conſequeris gratiam*] ומצא חן *oumtſa hhen*, & invenito gratiam. Eſt imperativus pro futuro, ſunt enim hæc promiſſio, non præceptum. Hinc LXX. Intt. εὑρήσεις χάριν, & Hieronymus: *invenies gratiam*. Vide Gen. XXXIV, 10. Pſ. XXXVII, 27.

Et boni intelligentiam] ושכל טוב *veſchechel tob*, quod alii vertunt *& intellectum bonum*. Sed cùm facilè intelligere liceat, quid ſit, *conſequi gratiam, apud Deum & homines*; quid ſibi vellet, *conſequi intellectum bonum, apud Deum & homines*? LXX. Intt. vertunt προνοοῦ καλὰ, quaſi ſcriptum eſſet השכל, in Imperativo *Hiphil*; quomodo etiam legerunt *Aquila, Symmachus* & *Theodotion*, qui verterant: περινόησαι. At Recentiores nonnulli, qui nihil mutant in lectione recepta, volunt hìc eſſe σύγχυσιν, & verba *apud Deum & apud homines* non referunt niſi ad *gratiam*. Sed quid durius excogitari potuit ejuſmodi commenticiâ figurâ? Alii ergo interpretantur ſimpliciter *intellectum bonum*; ad res, nimirum, gerendas, ſive ad Deum, ſive ad homines ſpectent. Vertimus *intelligentiam boni*, hoc ſenſu: ſi benignitatem & fidem colas, conſequeris gratiam apud Deum & homines, ſimúlque etiam melius adſequeris, quid ſit bonum, apud eoſdem. Quod id ipſum eſt, quod Cap. II. pluribus docuit Salomo, ſtudio Virtutis homines fieri juſti & injuſti peritiores. Ac ſanè conſuetudine nocendi & fallendi, multis actibus contractâ, fit tandem, ut homines nequam ea putent ſibi licita eſſe, quæ ſunt prava non tantùm apud Deum, ſed etiam apud ipſos homines. Innumeri ſunt, qui, adminiſtrationi ſummæ rerum adhibiti, ita nocendo & fallendo adſueti ſunt; ut non intelligant, ſe Deo & hominibus inviſos fieri; quales fuerunt multi magnorum Regnorum rectores; qui, conſuetudine peccandi, neque viros bonos à malis, neque Vitium à Virtute ſecernere potuerunt; quod corrupta eſſent animi, in rebus moralibus, αἰσθητήρια. Plures etiam in rebus privatis callidè commoda ſua quærunt, cùm aliorum detrimento, & fidem datam fallunt; nec eò ſecius ſe viros bonos eſſe putant, & habitum iri, apud Deum & homines, ſperant.

5. *Confide Jehovæ* &c.] Poſtquàm omnia feceris, quæ prudenter fieri poſſe putabas, ut quidpiam conſequatis; tamen nullum bonum exitum conſiliorum tuorum ſperato, niſi Deus faverit. Sæpe prudenter ſuſcepta malè ceſſerunt, & quæ fieri non poſſe putabantur contigerunt, pro dicto illo *Euripidis*, quibus plures Tragœdias clauſit, ut Medeam:

Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ,
Πολλὰ δ᾽ ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.
Καὶ τὰ δοκηθέντ᾽ οὐκ ἐτελέσθη,
Τῶν δ᾽ ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.

Multorum promus condus Jupiter eſt, in cœlo, multa præter ſpem perfecerunt Dii. Nec quæ videbantur futura perfecta ſunt, & eorum, quæ non videbantur, Deus exitum invenit.

6. *Eum agnoſce*] דעהו *dahehou*. Hoc eſt, ſcito eum omnibus Providentiâ ſuâ præeſſe, nec quidquam eo volente non contingere, aut invito fieri; ac proinde omnes tuas ſpes ab ejus voluntate pendere intelligito.

7. *Ne tibi ſapiens videaris*] *Ne ſis ſapiens in oculis tuis.* Parum novit humanam naturam, qui magnam ei Sapientiam ineſſe putat; & ſe ipſum prorſus ignorat, qui inſcitiam ſuam neſcit.

8. *Sanitas hæc umbilico tuo*] רפאות תהי לשרך *riphouth thehi lſcharechu*. Voces ſunt ſatis notæ. שרך *ſcharechu* eſt pro שררך *ſcharerecha*, à שֹׁר *umbilicus*. Vide Ezek. XVI, 4. Cant. VII, 3. Sed cur dicitur hìc pietas fore *ſanitas umbilico*? Volunt ex parte omnia viſcera, eorúmque carnea involucra ſignificari. Sed ſi legeremus בשרך bſcharcha, *carnis tuæ*, loquutio eſſet nota, & partem exprimeret corporis, quæ opponitur oſſibus, ut infrà C. IV, 22. *toti ejus carni ſanitas*, nempe, Sapientia & XIV, 30. *Cor ſanum eſt vita carnium, invidia verò tabes oſſium.* Sed nihil muto; multa enim ſunt Orientalium loquendi genera, quorum rationes nemo adſequitur.

Irrigatio oſſibus tuis] שקי לעצמתיך *ſchikkoui lehatſemothechu*. Videtur ſignificari *medulla oſſium*, quâ irrigantur, ne nimis fragilia ſint, & quæ non deeſt, niſi morbidis corporibus. Vide Job. XXI, 24. ubi de homine valente, licet ſubitò mortuo: *carnes ejus plenæ erant adipe & medullâ oſſa ejus irrigabantur.* Senſus loci eſt, pietatem erga Deum & probitatem erga proximum, cauſas eſſe ſanitatis; quòd, nempe, anxietatibus & curis nimiis nos liberent, quæ animi perturbationes ſæpiſſimè morborum cauſæ ſunt, & præſertim languorum.

9. *Ex opibus tuis* &c.] E pecuniis tuis, atque ex agrorum proventu.

E primitiis] Vide Leges hac de re, Exod. XXIII, 19. XXXIV, 26. Levit. XXIII, 10. Num. XV, 20. &c.

10. *Ad*

10. Tum implebuntur horrea tua *ad* ſatietatem *uſque*, & muſto cupæ tuæ redundabunt. 11. Correptionem Jehovæ, mi fili, ne reſpuas, néve increpationem ejus faſtidias. 12. Quem enim amat Jehova *eum* corripit, & quidem ſicut pater filium, *cui* favet.

13. Felicem hominem, *qui* nactus eſt ſapientiam; & hominem, *qui ex animo* depromſit prudentiam! 14. Commercium enim ejus melius eſt argenti commercio, & proventus

10. *Ad ſatietatem uſque*] שבע *ſchebah*, ubi ſubaudiendum videtur עד had, *uſque ad*, aut ל quod idem eſt. Vide Exod. XVI, 3. Ezek. XXXIX, 19.

Cupæ tuæ redundabunt] יקביך יפרצו *jekabecha jip'rotſ u*. יקבים non ſunt *torcularia*, ut habet *Hieronymus*: ſed cupæ, cuibus à torculari vinum è racemis expreſſum fluit, ut LXX. Intt. οἴνῳ αἱ ληνοί σου ἐκβλύζωσι. Vide Hoſ. IX, 2. Hag. II, 16. יפרצו eſt propriè *erumpet*, ſed intelligitur hîc redundantia liquoris extra vas nimis plenum fluentis. Itaque ante תירוש ſupplendum מ, aut ב.

11. *Correptionem*] מוסר *mouſar*, quod non tantùm caſtigationem, quæ verbis, ſed eam etiam, quæ verberibus fit, ſignificat; ut infra C. XIII, 24. XXII, 15. & alibi. Correptiones Dei ſunt morbi noſtri, aut noſtrorum, eorum mortes, jacturæ, calamitates & ſimilia, quæ nobis dolorem creant; & quibus, niſi ſubinde in officio coërceremur, nimis ſuperbiremus, imò & effrenes in gravia delicta rueremus, ac vitiis tandem cooperti eſſemus.

Ne reſpuas] אל תמאס *al thimas*; hoc eſt, ne graviter feras, ita ut eâ nequaquam emenderis; ſed eam ita excipito, ut culpam agnoſcas & melior fias.

12. *Quem enim amat Jehova* &c.] Non ſunt correptiones, aut Dei, aut bonorum Principum ſigna malevolentiæ; neque adhibentur, ut nobis noceant; ſed contrà ut proſint, dum nos à flagitiis & vitiis revocant. Multa hanc in rem dixerunt Veteres Philoſophi, præſertim Platonici & Stoïci, ubi de pœnis egerunt. Sed à ſolo *Seneca* quædam proferam. Sic ergo ille Ep. XCV. de Deo loquitur, ut, non niſi benefaciendi animo, pœnas de hominibus ſumere eum poſſe doceat. *Quæ cauſa eſt*, inquit, *Diis benefaciendi? natura. Errat, ſi quis putat illos nocere velle; non poſſunt. Nec accipere injuriam poteſt nec facere; lædere enim, lædique conjunctum eſt —— Hi nec dant malum, nec habent; ceterùm caſtigant quoſdam & coërcent, & irrogant pœnas, & aliquando ſpecie boni puniunt. Vis Deos propitiare? bonus eſto* &c. Unde liquet Numinis pœnas, quaſi utiles, grato animo excipiendas eum cenſuiſſe. Putabat, ut teſtatur Lib. I de Clementia C. XXII. in vindicandis injuriis hæc tria legem ſequutam eſſe, aut ut eum, quem puniebat, emendaret, aut ut pœna ejus ceteros meliores redderet; aut ut, ſublatis malis, ſecuriores ceteri viverent. Vide & Lib. I. de Ira, Cap. ult. ubi *Platonem* ad teſtimonium citat, cujus adi Protagoram & Libb. IX. & XI. de Legibus, ubi reverâ ſimilia habet: Quod autem aiunt, de hominibus, potiore jure de Numine eum cenſuiſſe dicenda, res ipſa oſtendit. Libro etiam de Providentia contendit *Seneca*, Deum paſſum ſæpe eſſe probos & inſignes viros in magnas calamitates incidere; ut virtutem eorum exploraret, aut confirmaret, non quòd doloribus eorum delectaretur. *Patrium*, inquit C. II. *habet Deus adverſùs bonos viros animum, & illos fortiter amat; & operibus*, inquit, *doloribus ac damnis exagitantur, ut verum colligant robur —— Miraris tu, ſi Deus ille bonorum amantiſſimus, qui illos quàm optimos eſſe atque excellentiſſimos vult, fortunam illis, cum qua exerceantur, adſignat? Ego verò non miror.* Inſeriùs verò Cap. IV. *Ipſis Deus conſulit, quos eſſe quàm honeſtiſſimos cupit, quoties illis materiam præbet aliquid animoſè, fortitérque faciendi, ad quam rem opus eſt aliqua rerum difficultate —— Hos itaque Deus, quos probat, quos amat, indurat, recognoſcit, exercet.*

12. *Sicut pater filium, cui favet*] כאב את בן ירצה *cheab eth ben jirtſeh*. Vertendum quaſi ſcriptum eſſet: אשר ירצה אתו *aſcher jirtſeh otho*, pro more loquendi Hebræorum. Sed frequentes ſunt iis pronominum Ellipſes. Vide vel verſ. ſequentem, ubi bis relativum omiſſum eſt.

13. *Qui ex animo depromſit prudentiam*] יפיק תבונה *jophik thebounah*. Adhibetur hoc verbum de penu, quæ ſuppeditat, quæ in ea repoſita fuerant. Pſ. CXLIV, 13. & Eſai. LVIII, 10. qui ſenſus hîc probè convenit. Addidimus autem *ex animo*, qui ſolus prudentium conſiliorum eſt penus, ne oratio penderet.

14. *Commercium enim ejus* &c.] סחרה *ſahhrah*, propriè *negotiatio*, ſed hîc tralatitio ſenſu ponitur pro conſilii prudentis, in rebus ad mores pertinentibus, ſuppeditatione, aut inquiſitione; non quòd ejuſmodi conſilia argento, vel auro emi, aut vendi debeant. Hoc vult tantùm Sapiens, cupidiùs debere quæri talia, quàm quæ pretioſiſſima vulgò habentur. LXX. Intt. κρεῖσσον γὰρ αὐτὴν ἐμπορεύεσθαι ἢ χρυσίου καὶ ἀργυρίου θησαυρούς. Hieronymus: *melior eſt acquiſitio ejus negotiatione argenti & auri, primi & puriſſimi, fructus ejus.* Sic *Cicero* ex ſententia Stoïcorum Paradox. VI. *nulla poſſeſſio, nulla vis auri & argenti pluris quàm Virtus æſtimanda eſt.* Rectiùs tanti æſtimandam, aut ullâ ratione æquiparandam negaſſet.

Proventus auro potior.] ומחרוץ תבואתה *oumebharouts thabonathah*; nempe, טובה *bona*, quod eſt repetendum ἀπὸ κοινοῦ. Neque hæc monita debent haberi quaſi ſpecioſa Aretologi verba ſed exigui, aut nullius uſûs; propter cupiditatem, quâ homines feruntur in divitias, cùm tanti non faciant cognitionem Virtutis. Fac enim urbis alicujus cives omnes eſſe divites, ſed nullâ prorſus Virtute præditos; contra verò aliûs cives neceſſariis contentos omnibus Virtutibus abundare; quis dubitet priorem infeliciſſimam futuram & brevi perituram, poſteriorem verò beatiſſimam & tamdiu florentem fore, quamdiu Virtutem colet? Eſt ergo Virtus potior omnibus divitiis, etiam in hac vita, ne jam adtingam præmia, & pœnas alterius. Homines tamen ita ſe gerunt, quaſi contraria eſſent vera; nulla alia de ratione, niſi quia ſunt adfecti-

ventus auro *potior*. [15]. Pretioſior eſt margaritis, nec omnia, quibus delectaris, ei æquari poſſint. [16]. Longitudo dierum eſt in ejus dextra, opulentiáque & gloria in ſiniſtra. [17]. Viæ ejus viæ *ſunt* amœnæ, & ſemitæ omnes *ad* pacem *tendunt*. [18]. Lignum vitæ ea *eſt* iis, à quibus adprehenditur, & felices ſunt, qui eam adſequentur. [19]. Jehova Sapientiâ fundavit Terram, & Cœlos firmavit intelligentiâ. [20]. Scientiâ ejus abyſſi eruperunt & nubes rorem ſtillarunt.

[21]. Fili mi, ne *hæc* recedant ab oculis tuis, cuſtodi ſapientiam, & ſollertiam. [22]. Erunt

bus occæcati, quæ obſtant, quo minùs vera bona norint. De Virtutis præſtantia vide Lib. V. Tuſculanarum Diſp. *Ciceronis*, & *Paradoxum* VI.

15. *Margaritis*] מפנינים *mippheninim*. Sic emendant Maſſorethæ, & quidem rectè, pro quo eſt פנינים. Oſtendit multis *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. V. c. 6. eſſe *magaritas*; quæ ſic vocantur.

Nec omnia, quibus delectaris &c.] וכל חפציך לא ישוו בה *vechol bhaphatſecha lo jiſchvou bah*, & omnes delectationes tuæ non æquabuntur ei; hoc eſt, non tantùm nihil eorum, quibus delectaris, ſed ne omnia quidem ſimul ei æquari poſſunt. Multa ſunt ſimilia, apud *Ciceronem* & alios de Virtute, qualia ſunt hæc magnifica è Lib. V. de Finibus c. 30. *An dubium eſt, quin Virtus ita maximam partem teneat in rebus humanis, ut reliquas obruat? Audebo igitur, quæ ſecundùm naturam ſunt, bona adpellare, nec fraudare ſuo veteri nomine, quàm aliquid potiùs novum exquirere* (ut faciebant Stoïci, qui negabant, ea eſſe bona & aliis nominibus vocabant) *Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera lance ponere, Terram, mihi crede, ea lanx & maria deprimet.* Paullò antea dixerat, *tantam eſſe vim virtutis, ut omnia, ſi ex altera parte ponantur, ne adpareant quidem.* Quam *Virtutem* vocat *Cicero*, eadem eſt, quæ dicitur Salomoni *Sapientia*, *Prudentia*, *Scientia*, *Dei timor*, &c.

16. *Eſt in ejus dextra*] Hoc eſt, in ejus poteſtate. Vide ad C. III, 2. In dextra Sapientiæ vita lunga collocatur, non in ſiniſtra, quaſi potiſſimum bonorum, in hiſce terris, & ſine quo reliquis frui non licet.

Opulentiáque &c.] Quæ ſunt ſecundaria bona, quam ob rem ponuntur in manu ſiniſtra. Vide 1. Reg. III, 13. & 2. Par. I, 11, 12.

17. *Viæ ejus viæ ſunt amœnæ* &c.] *Viæ amœnitatis.* Inſtituta Sapientiæ, aut Virtutis, eò omnia ſpectant, ut homines pravis adſectibus, unde omnis generis mala oriri oſtendimus, liberent; ac proinde incommoda, quæ eos ſequuntur, antevertant. Quo ſenſu, verè *amœnæ* dici poſſunt Virtutis viæ. Non negandum interim calamitatibus publicis non minùs preſſos bonos, quàm malos; quin etiam Virtutem interdum privatim odium & invidiam improborum in ſe concitaſſe, quacumque prudentiâ uteretur, incolumi ceteroquin & florente Republica; quod exemplo Davidis, antequàm regnaret, conſtat. Verùm interea, dum innocentia boni viri palam agnoſcatur, quod tandem fit; fruitur ille bene ſibi conſcii animi tranquillitate, & æquo animo fert incommoda, in quæ eum incidere paſſus eſt Deus; ut virtutem ejus exploratam, rebus adverſis, ſimúlque confirmatam, quaſi exemplum, proponat aliis, quod imitentur. Atque hæc habet ſingularia, vir bonus, quibus ejus vita ſit beatior.

Non diffiteor tamen ea, quæ dixi, non pertinere ex æquo ad quaſvis Virtutes, aut Sapientiæ ſtudioſos, incipientes putà ei operam dare, nec dum uſu confirmatos; ſed ad eos, qui jam habitum contraxerunt convenienter Naturæ vivendi. Tironibus aſpera primùm & ardua via eſt, ut ferunt nobiles *Heſiodi* verſus; quæ poſtea planior fit. Difficile primum eſt adſectibus obſiſtere, ſed domitis Ratione & uſu adverſari minimè difficile eſt; imò difficilius eſſet, poſt longam deſuetudinem, iis obſequi. Rem elegantiùs & pleniùs exprimet *Seneca* Ep. XLI. *Rationale*, inquit, *animal eſt homo; conſummatur itaque ejus bonum, ſi id adimplevit, cui naſcitur. Quid eſt autem, quod ab illo Ratio hæc exigit? rem facilimam, ſecundùm naturam ſuam vivere; ſed hanc difficilem facit communis inſania.* Permulta ſunt, de quibus liceat dicere, quod idem habet. Ep. CIV. *Non quia difficilia ſunt, non audemus; ſed, quia non audemus, difficilia ſunt.* Atqui facile eſt, inquies, adſectibus indulgere, difficilius eſt Rationi parere. Cur verò? quia adſueti ſumus, obſequi animi perturbationibus, & rectæ Rationi obniti. Pulcrè idem de Ira Lib. II. c. 13. *Nec, ut quibuſdam dictum eſt, arduum in Virtutes & aſperum iter eſt, plano adeuntur. Non vanæ rei auctor vobis venio. Facilis eſt ad beatam vitam via; inite modò, bonis auſpiciis, ipſiſque Diis bene juvantibus. Multò difficilius eſt facere iſta, quæ facitis; quid enim quiete otioſius animi? quid irâ laborioſius? quid clementiâ remiſſius, quid crudelitate negotioſius? Vacat pudicitia, libido occupatiſſima eſt; omnium denique virtutum tutela facilior eſt, vitia magno coluntur.* Quin ita rem habere, in nobis, experiamur, obſtant vitiorum habitus à pueritia contracti. Quibus ſi contrarios paullatim oppoſuerimus, *amœnas* eſſe *Sapientiæ vias* fatebimur, horridas & aſperas Vitiorum experiemur.

Semitæ omnes ad pacem tendunt] כל נתיבותיה שלום chol nthibotheha ſchalom, *omnes ſemitæ ejus pax*; hoc eſt, ad incolumitatem & tranquillitatem animi ducunt.

18. *Lignum vitæ*] Adludit ad arborem Paradiſi, de qua Gen. III. Vide infrà Cap XI, 30. Senſum vide ad verſ. 2.

Felices ſunt, qui eam adſequuntur] ותמכיה מאשר vethomecheah meüſſchar, *& adſequentes eam, beatus*; hoc eſt, quiſque eorum qui eam adſequitur, beatus eſt. Verb. תמך eſt etiam *adtingere, conſequi* infrà C. V, 5. XI, 16.

19. *Jehova Sapientiâ* &c.] A Sapientia humana, de qua hactenus, digreditur Salomo ad divinam, quamvis infinito intervallo à noſtra remotam; ut innuat non debere mirum videri,

Digitized by Google

runt animo tuo vita, & faucibus tuis gratia. 23. Tunc ſecurè in via tua gradieris, nec pes tuus impinget. 24. Si cubes, non pavebis; & cum cubabis, ſuavis erit ſomnus tuus. 25. Non *tibi* timebis à pavore repentino, aut ab improbòrum deſolatione, cùm venerit; 26. nam Jehova erit fiducia tua, & ſervabit pedem tuum, ne *laqueo* capiatur. 27. Ne prohibeas bonum à domino, cùm erit in manu tua *hoc* facere. 28. Ne dicas proximo tuo: abi & revertere, tum cras dabo; cùm erit apud te, *quod petit*. 29. Ne malum tacitus moliaris contra proximum tuum, dum ipſe ſecurè tecum ſedet. 30. Ne litiges

deri, ſi uſque adeò prædicet Sapientiam, & ad eam comparandam homines tantâ vehementiâ hortetur; quandoquidem maxima Dei opera non ſine Sapientia facta ſunt, & fiunt; útque intelligant lectores à ſe homines non vocari ad aliorum hominum erroribus & delictis obnoxiorum imitationem, ſed ad Sapientiam ipſam Dei falli & delinquere neſciam effingendam, quoad licet. Verùm plura, hac de re, Cap. VIII, ubi dicta vide.

Fundavit terram] יסד ארץ *jaſad arets*; terram quaſi fundamentum omnibus ſubſtravit. Petita hæc ſunt ex eo, quod oculis adparet, nec ſunt ad adcuratam philoſophandi rationem trahenda. Vulgò terram eſſe omnium depreſſiſſimam putamus; cùm ſi adcuratè loquamur, Sol ſit omnium depreſſiſſimus, cum ſit in centro vorticis.

Firmavit] כונן *chonen*. Quòd, nimirum, quamvis moveri cœlum videatur, poli tamen ejus ſemper ſint immoti atque è regione polorum terræ, & reliquæ ejus partes eodem ſemper ordine agantur, certè oculis noſtris.

20. *Abyſſi eruperunt*] תהומות נבקעו *thehomoth nibkahu*; maria & majores omnes aquarum ſcaturigines è terræ viſceribus erumpere viſa ſunt.

Nubes rorem ſtillarunt] Nomine *roris* intelligitur omnis humor, quo conſtant, non tantùm rores, ſed & pluviæ, nives & grandines. In his omnibus ſumma elucet Dei Sapientia, ut recentiores Phyſici, Angli præſertim, egregiè oſtenderunt.

21. *Ne hæc recedant* &c.] Omnia hæc, quæ antea dicta ſunt, & ſimilia mentis tuæ oculis obverſentur. Eſt pro *recedant*, ילזו *jaluzou*. LXX. Intt. μὴ παραῤῥυῇς, Vulgatus: *ne effluant*. Senſus eſt: eorum ſemper memineris. Vide ad C. II, 15. Sæpius, in hoc Libro, occurrit hoc verbum, ſemel apud Eſaiam XXX, 12. nuſquam alibi.

23. *Securè in via tua gradieris*] Quia nullam calamitatem tibi malis moribus creabis, & Deum tibi faventem habebis, nihil erit cur tibi metuas, in iis, quæ adgrediéris Virtuti conſentanea.

Nec pes tuus impinget] Nihil mali tibi contingat; quod etiam Latini verbi *offendere* tralaticiâ poteſtate & Græci verbi προσκρούειν exprimunt. Vide Pſ. XCI, 12.

24. *Si cubes non pavebis*] Hoc eſt, nullo ſubito pavore è ſomno excitaberis. Vide Pſ. III, 6. IV, 9 Prov. VI, 22.

25. *Improborum deſolatione*] משאת רשעים *miſſchoath reſchahim*; hoc eſt, à ſubita invaſione prædonum, loca, in quibus eris, devaſtantium. Vide C. I, 27.

26. *Fiducia tua*] בכסלך bechislecha, *in fiducia tua*; hoc eſt, fiduciæ tuæ ratio erit potentia & voluntas Dei faventis.

Ne laqueo capiatur] מלכד millaked, *à captura*; ſcilicet, laquei. Vid. Pſ. IX, 16 Job. XVIII, 10. Inſidias intelligit, metaphorâ deſumtâ à laqueis, qui feris tendebantur; qualis metaphora ſæpe occurrit in Pſalmis.

27. *Ne prohibeas bonum à domino*] אל תמנע טוב מבעליו *al thimnah tob mibbehalau*. Redde, aut cura reddi rem ejus domino, cùm poteris. Interpretantur de pauperibus, qui ſint domini à Deo conſtituti eorum, quibus indigent; ſed coacta eſt interpretatio, ubi enim pauperes dicuntur *domini* alienorum bonorum? Hoc pacto, concederetur pauperibus rapiendi, undecumque poſſent, quæ neceſſaria ſibi ducerent. Non ſpernenda virtus eſt unicuique ſuum reddere, præſertim ſi ſpecie juris retineri poſſit, & ſine legum metu. Nimis multi ſunt, fuerúntque olim, qui numquam reddiderunt, quod impunè ſibi ſervare potuerunt; & ut hodie ejus generis furti, quod *defraudatio* dici ſolet, neceſſaria eſt reprehenſio, non minùs opportuna fuit, tempore Salomonis.

28. *Abi & revertere*] Hæc, non ſuperiora, ad eleemoſynam pertinent, quam differri vetat Sapiens, cùm poteſt repræſentari; quia interea patitur pauper incommoda inopiæ, potéſtque fieri, ut id incidat, quo fiat, ut ei nihil detur, ut mors aliáque innumera. Numquam ergo differenda beneficentiæ officia, cùm nihil vetat nos iis illico defungi.

29. *Ne malum tacitus moliaris*] אל תחרש על רעך רעה *al thabberaſch hal rehacha rahah*. Verbum חרש eſt *fabricare* & *tacere*. Utramque ſignificationem, quia ambæ adprimè hac faciunt, conjunximus. Ac ſanè molitiones Saülis in Davidem hac voce exprimuntur 1. Sam. XXIII, 9. quamvis de tacito conſilio fortè illic ſermo non ſit, LXX. Intt. μὴ τεκτήνῃ ἐπὶ σὸν φίλον κακά. Vulgatus: *ne moliaris amico tuo malum*. Maluimus vertere *proximum* hîc & verſu antecedente; quia cùm vox רע *reah*, aut רעה *reheh* ſit ambigua, non amicus tantùm, ſed quivis *proximus*, hoc eſt, Hebræus, ſignificari videtur.

Dum ipſe ſecurè tecum ſedet] *Et ipſe ſedens* (יושב joſcheb) *ſecurè tecum*. Malui vertere *ſedere*, quàm *habitare*, quamvis LXX. Intt. verterint παροικεῖν. Eſt gravis perfidiæ genus hominem innocentiâ confidentem, & amicè ſe gerentem, diſſimulatione adhibitâ, perdere.

30. *Ne litiges cum plebeio homine*] לא תריב עם אדם *lo tharib him adam*. Vide ad ſequentia verba.

Et niſi te malo adfecerit] אם לא גמלך רעה *im lo gmalcha rahah*. Addidimus *&*, nam noluit Salomo dicere licere, ſine cauſa, homini, à quo injuriam quis paſſus fuerit, litem intendere, & innocentem damnare; ut de eo ultio, alia

litiges cum plebeio homine ſine cauſa, & niſi te malo adfecerit. 31. Ne viro injurio invideas, neque ullam ejus viarum eligas; 32. quia abominatio Jehovæ *eſt* perverſus; cum rectis verò arcanum ejus. 33. Maledictio Jehovæ eſt domi reprobi, at habitationi juſtorum benedicit. 34. Certè irriſores ipſe irridebit, & manſuetis gratiam dabit. 35. Gloriam ſapientes habebunt, at ſtultos tollet ignominia.

IV. Sapientia parentibus auſcultandum ſuadet, dehortatur à vitio, hortatur ad virtutem.

CAPUT IV.

1. AUDITE, filii, inſtitutionem patris, atque adtenti eſtote, ad comparandam intelligentiam. 2. Quia doctrinam bonam dedi vobis, legem meam ne deſeratis. 3. Filius enim fui patri meo tener, & unicus coram matre mea. 4. Docebat ille me & dicebat: verba mea teneat animus tuus, obſerva præcepta mea & vives. 5. Compara *tibi* ſapientiam, compara intelligentiam, ne obliviſcaris dicta oris mei, néve ab iis declines.

aliâ de ratione, ſumatur. Sceleratum hoc eſſet, & alienum à mente Hagiographi Scriptoris. LXX. Intt μήτι ἐργάσηται κακόν, ſed μήτι non eſt אם לא, nec poteſt verti etiam *ſùm*, ut habet Vulgatus. Senſus eſt, non eſſe litem intendendam homini, etiam plebeio, & parum timendo, ſine cauſâ, & niſi injuriâ prior laceſſiverit. Quod monitum neceſſarium eſt, propter impotentem iram hominum potentium & honoratorum, qui putant, homines è plebe poſſe, ſine cauſâ, in jus à ſe trahi, ut quidpiam extorqueant; quia non poſſunt tenuioris ſortis homines ſe ſe, contra eos, tueri. Miror hîc *Joan. Merſeram*, virum eruditum, qui poſtquàm dixit Salomonem vetare ne lis intendatur innocenti, addere *nullam legem vetare cum eo expoſtulare, vel privatim, vel publicè, apud Magiſtratum, qui te offenderit & injuriâ adfecerit; id eſt, & eam injuriæ arguere, ſi modò id ulciſcendi animo non fiat, neque ad vindictam privatam erumpat.* Atqui non patitur nos lex Evangelica, propter tolerabilem injuriam, proximum in jus vocare; ubi ſemper nonnullas Magiſtratui reus pœnas dat. Alioquin inane eſſet præceptum Chriſti Matth. V, 39. & ſeqq. ubi vide dicta à nobis in adnotationum *Hammondianarum* additamentis, ſecundæ Editionis. Etiam manſuetudo, quam ipſa natura nos docet, tolerandas injurias diſſimulandas ſatis docet, neque rem ignorarunt Ethnici. Fateor per leges civiles jus & fas eſſe, etiam de levibus injuriis, apud Magiſtratum, queri; ſed legibus civilibus omnia viri boni officia non continentur, ut iidem quoque viderunt. Verùm hæc non ſunt hujus loci. Ceterùm verbum גמל hîc adhibetur de eo, qui prior injuriam infert; cùm ſoleat, de ultore injuriæ dici. Itaque non eſt hîc vertendum *retribuere*, ſed *facere*, ut rectè Vulgatus.

31. *Ne viro injurio invideas*] אל תקנא באיש חמס al thekanneh baiſeh hhamas, *ne invidus ſis in virum injuriæ*; eùm, nimirum, eum florere opibus vides, dum juſtus eſt pauper.

Neque ullam ejus viarum eligas] *Neque eligas omnes ejus vias*; hoc eſt, neque imiteris ullam ex ejus nocendi artibus, ut diteſcas; nam ſæpe, apud Hebræos, *non omnis* eſt nullus.

32. *Abominatio Jehovæ eſt perverſus*] Ac proinde ſeriùs ocyùs ei pœnas dabit, niſi reſipiſcat נלוז naloz, *perverſus*, eſt qui à recta via declinat. Vide ad C. II, 15. III, 21.

Cum rectis verè arcanum ejus] ואת ישרים סודו veeth jeſcharim ſodo. Vide ad Job XXIX, 4. LXX. Intt. ἐν δικαίοις οὐ συνεδριάζει. Delenda eſt negatio, quæ, cùm non ſit in Codd. Hebraicis, corrumpit præterea ſenſum. Vulgatus: *cum ſimplicibus ſermocinatio ejus.* Sed סוד eſt arcanus cœtus, non *ſermocinatio.* Fortè ſenſus eſt, Dei voluntatem, quæ malis occulta eſt, piis patere; quia priores nullam ei cognoſcendæ operam dant, nec præpediti adfectibus quid juſtum ſit ſatis vident, aut videre volunt.

34. *Certè irriſores ipſe irridebit*] אם ללצים הוא יליץ im lalletſim hoa jaliſs. אם, quæ alioquin eſt dubitandi particula, hîc adfirmat; cujus ſignificatûs exempla vide, apud *Chr. Noldium* V. ad hanc particulam. Hîc *irriſores*, ut alibi, ſunt qui Virtutem rident; quos Deus viciſſim irridet, cùm eos hominum ludibrio exponit; ſumtis de iis pœnis, quibus eorum ſtultitia aperitur. Vitiorum ipſi effectus neceſſarii, quibus improbi ſubjacent, oſtendunt, quàm ſtultè Virtutem riderent, quæ ſola Humanam Societatem beare poteſt. *Irriſores* ſemper dicuntur, qui Religionem ejúſque Leges flocci faciunt. Vide Pſ. I, 1. ſæpe eo ſenſu hoc libro occurrit.

Manſuetis gratiam dabit] עניים hanijim, ut eſt in textu, vel ענוים hanavim, ut eſt in margine, promiſcuè *manſuetos*, & *pauperes*, aut *adflictos* ſignificat. Hi opponuntur irriſoribus Virtutis, & gratioſi apud homines fore dicuntur, dum ſpernuntur ii, à quibus antea irridebantur; poſtquàm manſuetorum innocentia innotuerit.

35. *Habebunt*] Aut *poſſidebunt*, eſt enim ינחלו jinhhalou.

Stultos tollet ignominia] כסילים מרים קלון cheſilim merim kalon. LXX. Intt. οἱ δὲ ἀσεβεῖς ὕψωσαν ἀτιμίαν, quaſi legiſſent: הרימו herimou quod nullum fundit ſenſum; nam qui putant ſignificari poſſe *ſepoſuerunt*, *elegerunt* ſibi *ignominiam*, exemplo nullo nituntur. *Hieronymus: ſtultorum exaltatio ignominia*, quaſi legiſſet מרום marom. Malim hîc εἰρωνικῶς καὶ σαρκαστικῶς dicere Sapientem, *ſtultos evectum iri ignominiâ*; hoc eſt, pro evectione ad honores, eos contemtum iri.

COM-

clines. 6. Ne deſeras ſapientiam; & te ſervabit; eam amato, & te cuſtodiet. 7. Principium ſapientiæ *hoc eſt*: adquire ſapientiam, & omnibus, quæ poſſides, compara intelligentiam. 8. Viam ejus munito, & te extollet; te honore adficiet, ſi eam complexus fueris. 9. Addet gratiam capiti tuo & diadema decorum tibi dabit. 10. Audi, fili mi, ac dicta mea excipe, & anni vitæ tibi augebuntur. 11. In via ſapientiæ te inſtitui, ut orbitas rectas calcares effeci; 12. *per quas* cùm ibis, non arctabitur greſſus tuus, nec ſi cucurreris, impinges. 13. Tene eruditionem, nec dimitte; cuſtodi eam, quia eſt vita tua.

14. Semitam improborum ne ingrediaris, neque incedas in via malorum. 15. Eam fugito, ne per eam tranſeas, ab ea declina & tranſi. 16. Neque enim dormiunt, niſi malè fecerint, & fugit eorum ſomnus, niſi *quempiam* in lapſum impulerint; 17. quia improbitatis pane veſcuntur, & vinum injuriarum bibunt.

18. Sed

COMMENTARIUS

In Caput IV.

1. I*Nſtitutionem patris*] Adhibitâ tamen exceptione, de qua diximus ad C. I, 9.

Adtenti eſtote] הקשיבו *hakſchibon*. Subaudiendum לבבכם *lebbechem*, cor veſtrum; hoc eſt, adtendite animum, ut prudentiam comparetis. Verbum enim activum poſcit ſemper accuſativum, qui ſubauditur, cùm non exprimitur, ex re ipſa. Vide verſ. 20.

2. *Doctrinam bonam*] לקח טוב *lkahh tob*, Doctrina dicitur לקח *acceptio*, cum ratio habeatur diſcipuli, qui eam accipit; traditio verò מסרה *maſarah*, ubi magiſtri, quia eam tradit.

3. *Patri meo tener*] לאבי רך *leabi rach*, patri meo tenerum. Sic vocatur Salomo 1. Sam. III, 29. 1. Ephem XXII, 5. XIX, 1. ubi de ætate ejus & nupera dignitate regia ſermo eſt. LXX. Intt. ὑπήκοος, Vulg. meliùs: *tenellus*.

Unicus coram matre mea] יחיד לפני אמי *jahhid liphne immi*, unicus coram matre mea. In margine Maſſorethæ habent לבני *libne*, inter filios. LXX. Intt. ἀγαπώμενος ἐν προσώπῳ μητρός μου. Rectè, nam Salomoni fuerunt tres fratres iiſdem parentibus editi, 1. Ephem. III, 5. Obſervarunt viri docti ad *Plauti* Captivorum Act. I. Scen. II, 44 vocem *unicus* apud Græcos & Latinos de eo, qui ſingulari ratione amatur, dici.

4. *Et vivas*] *Et vive*. Imperativus pro Futuro, ut alibi ſæpe, eſt enim promiſſio, non præceptum.

6. *Te ſervabit*] Te incolumem præſtabit.

7. *Adquire Sapientiam*] Da operam, ut habeas & legas antiquiorum ac ſapientiorum virorum monumenta, è quibus ad ſapientiam pertinentia poſſis haurire; magiſtróſque & conſiliarios prudentes adhibeto, qui te doceant, quæ ignoras. Nam reverà initium ſapientiæ eſt ejus cognoſcendæ ſtudio flagrare, nec quidquam omittere, quò poſſit ea cognitio comparari.

8. *Viam ejus munito*] סלסליה *ſalſeleah*. Verbum סלל *ſalal* eſt propriè viam exaggerare, unde tranſlatum eſt ad id, quod pertinet ad quidpiam confirmandum, ut uſui eſſe queat & perennius ſit; etiam in rebus moralibus, ut hîc. Quod non potuimus uno verbo exprimere, pluribus diximus, quaſi eſſet סלסל דרכיה *ſalſel darcheah*.

9. *Addet gratiam capiti tuo*] *Dabit capiti tuo additamentum gratiæ*. Te ornabit.

Diadema decorum tibi dabit] *Diadema decoris dabit tibi*; hoc eſt, diademati tuo, vel dignitati tuæ regiæ ornamento erit. LXX. Intt. στεφάνῳ τρυφῆς ὑπερασπίσῃ σου. Pro τρυφῆς, quod ineptum eſt, *Aquila* habebat: αὐχένος, *Symmachus*: δόξης, *Theodotion*: ὡραιότητος. Sed non docuerunt nos Græculi Scholiaſtæ, qui vertiſſent תמגנך *thamaggenecha*, quod interpretati ſumus *dabit*, cùm ſignificet *tradet* Gen. XIV, 20. Hoſ. XI, 8. Hieronymus: *coronâ inclitâ proteget te*. Unde liquet, putaſſe eum, ut & LXX. Intt. adfinitatem eſſe inter hoc verbum מגן *miggen*, & מגן *magen*, clipeus. Sed loca Geneſeos & Hoſeæ, in quibus ſolis, præter hunc, legitur, oſtendunt perinde eſſe, ac *dare*.

10. *Anni vitæ tuæ* &c.] Ex vi promiſſionis, additæ Decalogi præcepto, de parentibus honorandis.

13. *Eſt vita tua*] Cauſa erit, cur diutiùs vivas & rebus ſecundis fruaris, quæ ſunt Legis Moſaicæ promiſſa.

14. *Neque incedas in via malorum*] ואל תאשר בדרך רעים *al theaſſcher bderech rahim*. Verbum אשר in *Pihel* eſt *incedere*, ubi de via ſermo eſt. Vide Prov. IX, 6. XXIII, 19. LXX. Intt. μηδὲ ζηλώσῃς ὁδοὺς παρανόμων. *Aquila*: μηδὲ μακαρίσῃς ὁδοὺς πονηρῶν. Vulg. *nec tibi placeat malorum via*. Senſus quidem non eſt ineptus, nec alienus à ſignificatu verbi, quod etiam *beatum prædicavit* ſonat. Sed prius πολλῷ meliùs conſentit cum poſteriore, ex noſtra interpretatione.

15. *Eam fugite*] פרעהו *phrahehou*. Quæ vox, licèt de propria ejus ſignificatione non conſtet, ſine dubio ſubjectam habeat *averſandi*, *fugiendi* aut *recedendi* poteſtatem Prov. I, 25. VIII, 33. XIII, 18 XV, 32. & alibi. At nemo dixerit cur LXX. Intt. hîc verterint: ἐν ᾧ ἂν τόπῳ στρατοπεδεύσωσι. Melius Hieronymus: *fuge ab ea*.

16. *In lapſum impulerint*] יכשילו *jachſchilou*; hoc eſt, curarint ut offenderet & laberetur. Supplendus fuit accuſativus, ne penderet oratio. Malè LXX. Intt. οὐ κοιμῶνται, jam enim bis dictum eſt. Meliùs Latinus: *niſi ſupplantarint*. Senſus eſt, malos nullum diem pati abire, niſi cuipiam, in emolumentum ſui ipſorum, nocuerint. Vide Pſ. CVII, 12.

Fugit eorum ſomnus] ונגזלה שנתם *nigzelah ſchnatham*, & rapitur eorum ſomnus; hoc eſt, non poſſunt dormire.

17. *Quia improbitatis pane* &c.] Hoc eſt,

 téque

18. Sed ſemita juſtorum eſt inſtar facis ſplendentis, quæ pergit lucere, donec dies ortus ſit. 19. Via verò impiorum eſt caliginis inſtar, nec ſciunt tranſeuntes, in quid impingant. 20. Fili mi, verba mea adtende, & dictis meis aurem præbe. 21. Ne recedant ab oculis tuis, eáque in animo tuo ſervato; 22. vita enim ſunt ei, qui illa invenerit, & toti ejus carni ſanitas. 23. Serva cor tuum *ſtudioſius* quàm quidvis aliud, quod ſervas; ab illo enim prodit vita. 24. Removeto à te perverſitatem oris, & pravitatem labiorum procul amandato. 25. Oculi tui rectà adſpiciant, & palpebræ tuæ dirigant *viam* coram te. 26. *Ad libellam dirige* orbitam pedis tui, & omnes viæ tuæ firmæ ſint. 27. Ne

téque & familiam ſuſtentant, alienis facultatibus, per vim, aut per fraudem raptis, aut interverſis; nec aliud quidquam animo agitant, niſi quibus artibus aliis eripiant, unde vivant.

18. *Inſtar facis ſplendentis*] כאור נגה *cheor nogah*, inſtar facis ſplendoris; hoc eſt, inſtar facis, vel lampadis latè ſplendentis. אור *or* ſumi videtur pro מאור *maor*, agitur enim de face, quæ noctu accenditur & ad diem uſque perdurat: Videtur conferri vitæ inſtitutum proborum, cum face, quâ noctu iter facientes utuntur, donec dies ortus ſit.

Quæ pergit lucere] הולך ואור holech veor, *iens & lucens*; hoc eſt, pergens lucere, noto Hebraiſmo. Vide 1. Sam. II, 26. XVII, 41. 2. Sam. III, 1. XV, 12. אור *or* eſt etiam participium, ut animadvertit *Joan. Buxtorfius* in Theſ. Grammat. ad Conjug. *Kal*, Defectivorum, ſecundâ radicali Vau.

Donec dies ortus ſit] עד נכון היום had nechon hajjom, *donec firmus* ſit *dies*; hoc eſt, non tantùm ad crepetam, dubiámque uſque lucem, quâ objecta aliquo modo ſecerni incipiunt; ſed diem, quâ clarè cernuntur LXX Intt ἕως κατορθώσῃ ἡ ἡμέρα quia נכון *nachon* poteſt *erectum* ſignificare, ſed Græcè loquenti non licuit dicere κατορθῶσθαι ἡμέραν, ſi modò intelligi vellet *Aquila:* ἕως ἑτοίμης ἡμέρας. *Symmachus:* ἕως ἑδραίας ἡμέρας. *Theodotion:* ἕως ἑτοιμασίας ἡμέρας Rectius fuiſſet, nî fallor, vertere: ἕως ἀνατελλούσης ἡμέρας, cùm hoc ipſum ſignificetur. Hieronymus: *uſque ad perfectum diem.* Latinè diximus *ortam*, cùm non aliter Latini loquantur. Simili comparatione uſus eſt Petrus 1. Ep. I, 19. ubi confert propheticum ſermonem λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ. Sententia eſt, probos viros ſcire quo modo fit, ad Sapientiæ normam, inſtituenda vita, nec quidquam temere facere.

19. *Caliginis inſtar*] Neſciunt, nimirum, quid agant, & quantas à Deo pœnas ſibi contrahant; ut homo, nocte intempeſtâ, per viam ſibi ignotam incedens, neſcit quid ante pedes ſuos ſit, aut in quid impingat, vel impingere poſſit.

20. *Verba mea adtende*] לדברי הקשיבה *lidbarai hakſchibah*; nempe, לבך libbecha, *animum tuum*, ut jam antea monuimus ad verſ. 1.

21. *Ne recedant*] אַל יַלִּיזוּ, alii יַלִּזוּ legunt, quorum prius non eſt analogicum, ſi ſit à אזל. Nam in Hiphil non eſt *Dageſch* in prima radicali. Aiunt *Kamets* in brevem vocalem reſolvi, proferúntque exemplum ſimile es Num. XIV, 36. Sed ubi litteræ eædem ſunt, nec quidquam eſt in re ipſa, quod mutari vocales oportere ſuadeat, fateor me non videre cur Analogiam Linguæ, in punctis, non ſequamur. Nec puto Maſſorethas ſciviſſe, Linguâ Hebraicâ dudum demortuâ, quædam contra analogiam olim prolata, quamvis eſſent eædem litteræ; cùm neſciverint quidem, qui nomina propria, eáque celeberrima ſint pronunciata. Crediderim ergo eos, qui *Dageſch* primæ radicali inſeruerunt, putaſſe verbum hoc deducendum à נזל nazal, *effluxit*, & nominativum hujus verbi eſſe רשעים, quod anteceſſit, hoc ſenſu: *ne mali efficiant ut effluant*, vel recedant, evaneſcant *dicta mea ex oculis tuis.* Qui verò יַלִּזוּ ſcripſerunt deduxerunt à לוז *louz*, & τῷ *Hophal* eamdem ſignificationem tribuerunt ac τῷ *Kal*; nempe, intranſitivam; quod aliquando contingit. LXX. Intr. verterunt: μὴ ἐκλίπωσί σε αἱ πηγαί σου, videntúrque legiſſe מַעְיָנֶיךָ *fontes tui* pro מֵעֵינֶיךָ *ex oculis tuis* & verbum deduxiſſe à נזל *nazal*, effluxit. Sic quoque *Symmachus*, qui habebat: μὴ παραῤῥυησάτωσαν ἐξ ὀφθαλμῶν σου; *ne præterfluant ex oculis tuis* At *Theodotion:* μὴ χλευασθήτωσαν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν σου, quaſi legiſſet ילעיזו *jalitſou*, quod eſt, *ſubſannabunt*, aut quaſi litteras adfines ז & צ confuderint. Eos ſequuti ſumus, qui ita interpretantur, quaſi eſſet ילוזו *jalouzou*, recedent. Vide ad Cap. II, 15. III, 21.

22. *Vita ſunt ei*] Vide verſ. 13

Qui illa invenerit] Hoc eſt, qui repoſita ſervans in memoria, in promtu habebit, ut iis pareat, ubicumque uſus erit.

Toti ejus carni ſanitas] Sanum & incolumem eum obſervata præſtabunt.

23 *Serva cor tuum* &c.] מכל משמר נצר לבך *miccbol miſchmar nitſor libbecha:* plus quàm omnem cuſtodiam, cuſtodi tuum cor. *Aquila* & *Theod.* ἀπὸ παντὸς φυλάγματος, LXX. Intt. πάσῃ φυλακῇ, unde Vulg. *omni cuſtodiâ.* Sed adjectio τοῦ מ, ſigni comparationis, oſtendit ſic vertendum, ut fecimus משמר *miſchmar* hîc videtur ſumi, pro quavis *re ſervari ſolita.* Sententia eſt, cavendum eſſe, ne animus ipſe corrumpatur, aut rapiatur eò, quò rapi non debet; ſeu ne incipiat malè ſentire de Deo & Religione, tum etiam ne vitia adamet, néve ad improba facta ſenſim delabatur.

Ab illo enim prodit vita] ממנו תוצאות חיים mimmennou thotſeoth hhajim, *ex illo exitus vitæ*; hoc eſt, ex eo prodeunt quæ ad longam & beatam vitam conducunt. Videtur Sapiens hæc dicere κατ᾽ ἀντίθεσιν ad curam, quâ Judæi multi, qui ſibi religioſiores ceteris ideò videbantur, abſtinebant ab omnibus cibis immundis, atque à contactu rerum omnium, quæ pollutæ cenſebantur; nec tamen internam animi munditiem, ſeu ſanctitatem multùm curabant. Tales erant etiam, tempore Chriſti, Phariſæi, quorum ſententiam Matth. XV, 11. rejicit his verbis: *Non quod intrat in os coïnquinat hominem,*

27. Ne divertas ad dextram aut ſiniſtram, & remove pedem tuum à malo.

V. Sapientia hortatur ad fugiendas impudicas mulieres, adhærendúmquè uxori in juventute ductæ.

1. FILI mi, ſapientiam meam adtende, & ad prudentiam meam aurem inclina; 2. ut meminetis conſiliorum *meorum*, & ſcientiam labia tua conſervent. 3. Mel ſtillant **Cap. V.**

ne m ſed quod procedit ex ore coïnquinat hominem. Cúmque Diſcipuli eum monuiſſent, offenſos fuiſſe his verbis Phariſæos, tantùm abfuit ut quod dixerat interpretatione emolliret; ut eorum cæcitatem graviter reprehenderit, idémque, Apoſtolis non ſatis adſequentibus, quid vellet; pleniùs & clariùs repetierit, in hanc ſententiam: *non intelligitis quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit & in ſeceſſum emittitur? quæ autem procedunt ex ore* DE CORDE EXEUNT, *& ea coïnquinant hominem; de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ coïnquinant hominem; non lotis autem manibus manducare, non coïnquinat hominem.* Ergo ſtudioſiùs longè *cor* ab omni immunditie, hoc eſt, vitiis immune ſervandum erat, quàm corpus; cùm ſi ſit cor erroribus, ac vitiis infectum, pro vita, cujus eſt cauſa & principium, mortem adferret.

24. *Perverſitatem oris*] עקשות פה *bikkeſchouth pheh*; verbuienus *Aquila* & *Theodotion*: στρεβλότητα στόματος, LXX. Intt. σκολιὸν στόμα. Intelligi videtur omne *tortiloquium*, ut ſic loquar, quo ſe invicem fallunt homines. Vide ad Pſ. CI, 4.

Perverſitatem labiorum] לזות שפתים *lzouth ſchphathajim.* LXX. Intt. ἄδικα χείλη, Vulg. *detrahentia labia.* Propriè eſt ſermo, qui recedit à veritate. Vide ad verſ. 21.

25. *Oculi tui rectà adſpiciant*] עיניך לנכח יביטו *henecha lnochahh jabbitou.* Propriè לנכח eſt *à regione*, ſed qui incedit, è regione ſui oculis converſis, is *rectà* adſpicit. Qui incedens ad latera deflectit oculos, nec quod eſt ante pedes adſpicit, is in perpetuo periculo, ſi via aſpera ſit, cadendi verſatur. Ideò ejuſmodi monitum, cùm ad moralia transfertur, eò pertinet, ut doceamur, ita omnia, quæ facimus penſitanda, ne peccemus; ut nihil temerè & inconſideratè, dum aliud agimus, faciamus.

Dirigant viam coram te] Eſt hîc יַיְשִׁרוּ, quod analogum eſſe ait *Joan. Buxtorfius* Theſ. Gramm. Lib. I, c. 33. quod verum eſt, ſi analogiam verborum perfectorum ſpectemus, eſt enim יַפְקִידוּ in hac perſona Futuri *Hiphil* verbi פקד. Sed non eſt analogum, ſi rationem habeamus analogiæ verborum quieſcentium primâ י, ex qua dicendum fuit יֵשִׁירוּ, quomodo fortè legendum. Vide Pſ. X, 9. LXX. Intt. ſic verterunt hunc verſum: οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, τὰ δὲ βλέφαρά σου νευέτω δίκαια. Hieronymus: *oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.* Sine cauſa à verbis Hebraïcis in poſteriore membro receſſerunt. Priute etiam meliùs verterunt *Aquila* & *Theodotion*: ἐνωπιζέτωσαν κατέναντι, & *Symmachus*: εἰς τὸ εὐθὺ βλεπέτωσαν.

26. *Ad libellam dirige orbitam*] פלס מעגל *phalles mahgal.* Vide not ad Pſ. LXXVIII, 50. LXX. Intt. hîc habent: ὀρθὰς τροχιὰς ποίει. *Aquila*: ὁδοποίει καμπήν, Hieronymus: *dirige viam.* Propriè eſt, viam munito, ita ut plana & recta ſit; tralaticio ſenſu, animo priùs probè intelligito, quid à te fieri jus fáſque ſit, quàm negotium ullum, certè alicujus momenti, adgrediaris. Hinc *Symmachus*: διαλύσονται τοῖς ποσί σου.

Firmæ ſint] יכנו *jicchonou*, quod poſſit æquè verti *paratæ*, ac *firmæ ſint.* Vide ad Pſ. CXIX, 5. LXX. Intt. κατευθύνει. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: ἑτοιμασθήσονται. Vulgatus: *ſtabilientur.* Omnia è conjectura.

27. *Ne divertas* &c.] Viâ, nempe, probè munitâ, & firmatâ, per eam potiùs incedendum, quàm ad ejus latera: ſic &, ubi ſemel quid ſit officii noſtri probè intelleximus, id faciendum quod optimum factu judicavimus, quippe omnium tutiſſimum.

C O M M E N T A R I U S

In Caput V.

2. UT *memineris conſiliorum meorum*] לשמר מזמות *liſchmor mzimmoth.* Sæpe שמר ſignificat *meminit*, & מזמות *conſilia* recta, non minùs quàm mala, præſertim in hoc libro.

3. *Mel ſtillans*] כי נפת תטפנה *chi nopheth thittophnah.* כי hîc abundat, ut non rarò alibi. נפת eſt *favus mellis*, ſed hîc pro melle ipſo ſumitur, hoc eſt, pro liquore alveolis favi contento. Non apud Hebræos tantùm, ſed & apud Græcos & Romanos *mel* blandam & gratam orationem ſignificat. *Mel* ſæpe, apud *Plautum*, puellæ, qualis ea eſt, de qua Salomo, vocantur, earúmque oratio. Addidimus *primùm* propter oppoſitionem ſequentium verborum.

Huc faciunt quæ adoleſcens habet in Truculento Plautina Act. I. Scen. II, 75. ubi Meretricis ancillam adloquitur:

In melle ſunt linguæ ſitæ veſtræ, atque orationes,
Lactéque; corda felle ſunt lita, atque acerbo aceto.
E linguis dulcia dicta datis, corde amara facitis,
Amantes ſi qui non cavent.

Similia leguntur Cant. IV, 11.

lant *primùm* labia peregrinæ mulieris, & oleo lævius eſt palatum ejus; 4. ſed poſtrema ejus *ſunt* inſtar abſinthii amara & inſtar ancipitis gladii acuta. 5. Pedes ejus deſcendunt ad mortem, & ad ſepulcrum greſſus ejus pertinent. 6. Viam vitæ non direxit, vagæ ſunt ejus orbitæ; nec *eam* novit. 7. Nunc ergo, filii, mihi auſcultate, nec à verbis oris mei abſcedite. 8. Viam tuam ab ea amove, neque ad oſtium domûs tuæ adpropinquet; 9. ne aliis honorem tuum concedas, & annos tuos crudelibus; 10. ne ſatientur alieni opibus tuis, & labores tuis ſint in domo aliena; 11. ne poſtea rugias, cùm caro tua & corpus tuum contabeſcent; 12. dicáſque: quomodo inſtitutionem odio habui, & correptionem faſtidivit animus meus, 13. nec auſcultavi voci eorum, qui me doce-

Peregrinæ mulieris] Hoc eſt, meretricis, ut oſtendimus ad C. II, 16.

Oleo lævius eſt palatum ejus] חלק משמן חכה *bhalak miſſcemen bhicchah*, *Palatum* hic ſumitur pro loquelæ organo, cujus pars eſt; dicitúrque *oleo lævius* eſt, propter volubilitatem linguæ, quâ blanda, nec ulla in re aſpera verba pronunciantur. Vide Cap. II, 16. VI, 24. Bene *Symmachus* & *Theodotion*: καὶ λεῖος ὑπὲρ ἔλαιον φάρυγξ αὐτῆς, incommodè LXX. Intt. ἣ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σὸν φάρυγγα.

4. *Poſtrema ejus*] ואחריתה *veabbaritbab*, hoc eſt, poſtrema ejus dicta & facta; cùm, nempe, blanditiis captos homines ad improba facinora & certam pauperiem præcipites trudit. Contrà bonarum artium radices dicuntur *amaræ*, fructus verò *dulces*; quòd, cùm monita facilè diſcantur, in animum ſemel admiſſa, poſtquàm paullo profundiores radices egerunt, innumera pariant bona, Quò pertinet *Libanii* Chria III. in Vol. I. cujus eſt hoc argumentum: Ἰσοκράτης τῆς παιδείας τὴν μὲν ῥίζαν πικρὰν εἶναι ἔφη, τοὺς καρποὺς δὲ γλυκεῖς: *Iſocrates eruditionis radicem quidem amaram eſſe dixit, fructus verò dulces*; quam ſententiam multis Antiochenus Rhetor illuſtrat.

Inſtar abſinthii] כלענה *challabanab*, quod ἀψίνθιον vertit *Aquila*: LXX. Intt. χολῆς. Sed & hanc in rem egregia habet Virtus, quæ Herculem adloquebatur apud *Prodicum* ut habet *Xenophon* Memor. Socratis Lib. II. ubi de iis, qui ſe ſe à Voluptate corrumpi paſſi ſunt: οἱ νέοι μὲν ὄντες τοῖς σώμασιν ἀδύνατοί εἰσι, πρεσβύτεροι δὲ γενόμενοι διὰ γήρως ταῖς ψύχαις ἀνόητοι· ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος, τρεφόμενοι, ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως περῶντες· τοῖς μὲν πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι· τὰ μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι διαδραμόντες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποθέμενοι: *qui juvenes quidem cùm ſunt, corporibus ſunt debiles, ſenes facti animis deſipiunt; ſine labore nitidi per juventam victitant, cum labore ſqualidi ſenectutem exigunt; ante actorum eos pudet, iis verò, quæ gerunt, gravantur; jucundis in juventute decurſis, moleſta ſibi in ſenectutem reponunt.*

Inſtar ancipitis gladii acuta] חדה כחרב פיות *baddab chakhereb phijoth*, acuta ut gladius acierum; hoc eſt, anceps, qui utrimque ſecat. Quibus verbis ſignificatur anceps natura blanditiarum, quæ hinc placent, illinc nocent; aut etiam maxima nocendi facultas, cùm gladius anceps utrimque ſecet. Vide Jud. III, 16. Pſ. CXLIX, 6.

5. *Pedes ejus deſcendunt ad mortem*] יורדות מות *joredoth maveth*, pro אל מות *el maveth*, ut C. II, 18. VII, 27. Senſus eſt dux tibi erit ad certam perniciem, ſi eam ſequaris. Lydus Pædagogus apud *Plautum*, Baſchid. Act. III, S. 1. vſ. 1. lupanari, quod ingreſſus erat, ſe prorepturus:

Pandite atque aperite properè januam hanc Orci, obſecro;
Nam equidem haud aliter eſſe duco, quippe quò nemo advenit,
Niſi quem ſpes reliquêre omnes, eſſe ut frugi poſſiet, &c.
Omnis ad perniciem inſtructa domus opimè, atque opiparè.

Ad ſepulcrum greſſus ejus pertinent] שאול צעדיה יתמכו *ſcheol tſebadecha jithmochen*, ſepulcrum greſſus ejus adtingent. Hîc שאול idem valet ac antea מות *maveth*, mors; adeóque ſenſus eſt libidinibus morbos contrahi, qui vitam breviorem reddunt.

6. *Viam vitæ non direxit*] ארח חיים פן תפלס *orahh khajim phen then thephalles*. פן *phen* hîc vertimus quaſi eſſet לא *lo*, non, quia nihil antecedit, neque ſequitur, unde liqueat ſolito ſignificatu *ne* intelligendum, atque optimè loco convenit mera negatio. Sic cenſuit *Chriſt. Noldius*, in Concord. Particularum, & eruditi Interpretes ad hunc locum. תפלס *thephalles*, ita vertimus, quaſi ſit tertia perſona fœminina, referatúrque ad זרה *peregrinam* mulierem; quæ poſtquàm dicta eſt *greſſibus ſuis ad ſepulcrum pertingere*, negetur *vitam* ita *dirigere*, ut *ad vitam* perveniat longævam, amatoreſque ſuos eam conſequi patiatur. Qui ſenſus ſunt inter ſe connexi. De verbo פלס vide not. ad Cap. IV, 26. & infra verſ. 21. Poſſet tamen eſſe תפלס ſecunda perſona maſculina, & verti ſic locus: *ne viam vitæ dirigas*; hoc eſt, ne velis viam vitæ ejus rectam habere, aut quaſi rectam ſequi; vaga eſt nec quò tendat ſcire poteris. Sed priorem ſententiam ſequi maluimus. LXX. Intt. ὁδοὺς γὰρ ζωῆς οὐκ ἐπέρχεται, & Vulgatus: *per ſemitam vitæ non ambulat.*

Vagæ ſunt ejus orbitæ] נעו מעגלותיה *nahou mahgelotheah*. Opponitur hoc *viæ directæ* ad libellam, τῷ דרך מפלס *derech mphullas*, quam qui deſerit vagatur, & à recto tramite declinat.

Nec eam novit] לא תדע lo thedah, *non ſciet*; hoc eſt, non novit viam vitæ. LXX. οὐκ εὔγνωστοι, Hieronymus: *non inveſtigabiles.* Potior eſt ſenſus, quem ſequuti ſumus.

8. *Viam* &c.] Neque ad illam eas, neque ad te ventitare eam patiaris; ſeu nulla ſit tibi cum ea familiaritas.

9. *Ne aliis honorem tuum concedes*] Hoc eſt, cùm amoribus meretriciis infamis factus fueris & muneri tuo obeundo ineptus; alii tibi ſufficiantur atque in honores tuos ſuccedant.

Annos

docebant, nec inſtitutoribus meis aurem præbui, [14]. *atque* in omni fermè nequitia verſatus ſum, in medio cœtu & congregatione?

[15]. Bibe aquam è ciſterna tua, & ſcaturigines è puteo tuo. [16]. *An* diſpergentur fontes tui foràs, & in plateis fluent aquarum rivi? [17]. *Imò* ſint tibi ſoli, nec alienis quidquam tecum *ſit commune*. [18]. Sit ſcaturigo tua benedicta, atque ex uxore juventutis tuæ lætitiam capias. [19]. Cerva adamata, & ibex grata *ſint*; ejus ubera te omni tempore inebrient, ejus amore jugiter occupator. [20]. Cur, ó fili, alienâ occupareris, & peregrinæ ſinum amplecteréris? [21]. Sunt enim in conſpectu Jehovæ viæ hominis, & omnes orbitas ejus dirigit. [22]. Iniqua ſontis facta cum irretient, & funibus peccati ſui tene-

Annos tuos crudelibus] שנותיך לאכזרי *ſchnothecha leachzari*, annos tuos crudeli. Sunt qui ſtatuant vocem אכזרי *a bzari* compoſitam eſſe ex אך ach, *etiam* & זר zar, *peregrinus*. Satius eſt ad inuſitatam radicem referre. *Annos ſuos concedere* dici queat *homini crudeli* is, qui libidinibus ſuis à munere ejectus videt inimicum ſuum per *annos*, quibus ipſe eo functus eſſet; ſi temperantiùs vixiſſet, id obire, & ſe ipſum malè haberi.

10. *Opibus tuis*] כחך chohhacha, *robore tuo*, quæ vox ſignificat opes, ut Job. VI, 22. Hoſ. VII, 9.

Labores tui] עצביך *batſabecha*; hoc eſt, fructus laborum tuorum, non ſine dolore exantlatorum, ut infrà C. XIV, 23

11. *Ne poſtea rugias*] ונהמת באחריתך venahamtha beahhatithecha, *& rugias in extremis tuis*. נהם de leone dicitur C XIX, 12. XXVI, 2. XXVIII, 15. hîc de hominis gemitibus & querelis, quæ ærumnis & doloribus excitantur; qualès ſunt eorum qui libidinibus valetudinem ſuam corruperunt, & omnia ſua amiſerunt.

14 *In omni fermè nequitia verſatus ſum*] כמעט הייתי בכל רע *chimbat hajithi bchol rah*, quaſi parum fui in omni malo; hoc eſt, me malè factis omnibus ducem, vel comitem præbui, aut vitiis omnibus inquinavi.

15. *Bibe aquam è ciſterna tua*] Metaphoricè, tua uxore utere, ne alienarum cupiditate flagres, ut ſequentia oſtendunt. Eſt hîc משל *maſchal*, ſeu ſimilitudo occultior, quaſi diceret: ut quiſque è ciſterna ſua aquam haurit, non ex aliena: ſic & tu uxore tua contentus eſto, nec alienas quære.

16. *An diſpergentur* &c.] Addidimus hîc interrogationis notam, quæ ſæpe omittitur, quia ex pronunciatione ipſa facilè intelligi potuit interrogatio. Vide *Chr. Noldium* ad ſignific. II. יפצו ergo hîc idem eſt ac היפוצו hajaphoutſou, *an diſpergentur*, & interrogationi reſpondet ſequens verſus. Mirum eſt rem ſatis apertam. ex ipſa ſerie orationis, tot Interpretes fugiſſe; cùm præſertim LXX Intt. & *Aquila* eandem ſententiam, negatione additâ, expreſſiſſent. Habent enim illi: μὴ ὑπερεκχείσθω σοι ὕδατα ἐκ τῆς σῆς πηγῆς, hîc verò: μὴ διασκορπιζέσθωσαν αἱ πηγαί σου ἔξω. Quod ex ipſa re, è qua ſimilitudo ducitur, facilè capi potuit; neque enim, in regionibus ſiticuloſis, aquæ tam parum parci ſolet. Sed clarior fit ἀπόδοσις ſimilitudinis.

18. *Scaturigo tua benedicta*] Hoc eſt, pariat tibi uxor liberos.

Uxore juventutis tuæ &c.] Vide ad C. II, 17 & Mal. II, 15.

19. *Cerva adamata*] אילת אהבים ajeleth ahabim, *cerva amorum*. Sic in amatorio ſermone uxor amata vocabatur, apud Hebræos, ob elegantiam corporis cervorum. Qua de re vide collecta à *Sam. Bocharto* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 18.

Ibex grata] יעלת חן jahalath hhen, *ibex gratiæ*, ubi alterum ſubſtantivum adjectivi, more Hebraico, vicem ſupplet. Elegantes etiam ſunt ibices fœmellæ. Ejuſmodi comparationes plures ſunt, in Cantico Canticorum, & in Orientalium ſcriptis. etiam poſterioris ævi.

Ubera ejus te inebrient] Hoc eſt, amore incendant; nam ut Græci Scriptores dixerunt: μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων *magnitudine rerum geſtarum ebrium eſſe*, ſic Hebræi *amore inebriari*, ut liquet ex C. VII, 18 & Cant. VII, 8. Sunt quibus videtur vox דדיה *daddeha*, mammæ potuiſſe legi *doddeha*, amores ejus, ut C. VII, & loco Cant. laudato habemus: *inebriamur* דודים dodim, amoribus.

Ejus amore jugiter occupator] באהבתה תשגה תמיד *beahabathah thiſchgeh thamid*, in amore ejus errabis perpetuò. Videtur eſſe ducta metaphora ab iis, qui, villæ amœnæ amore capti, per omnes ejus vias & nemora *oberrant*, nec aliò divertunt. Sed ejuſmodi metaphora in Latinam Linguam transferri non potuit. Itaque Rabbinos ſequuti vertimus *occupator*. LXX. Intt. hunc verſum ſic verterunt: ἔλαφος φιλίας καὶ πῶλος τῶν χαρίτων ὁμιλείτω σοι, ἡ δὲ ἰδία ἡγείσθω σου καὶ συνέστω σοι ἐν παντὶ καιρῷ· ἐν γὰρ τῇ ταύτης φιλίᾳ συμπεριφερόμενος πολλοστὸς ἔσῃ. Hieronymus: *cerva chariſſima & gratiſſimus hinnulus. ubera ejus inebrient te, in omni tempore, in amore ejus delectare jugiter*. Græci יעלת חן verterunt: πῶλον τῶν χαρίτων, perperam, cum ſit vox fœminini generis, & reliqua ex conjectura. Latinus *hinnulum* etiam, adlata de cauſa, malè vertit, reliqua tamen aptiùs.

20. *Cur alienâ occupareris*] למה תשגה בזרה lammah thiſchgeh bzarah, *cur occupareris in peregrina*. Vide ad verbum antecedentem. LXX. Intt. μὴ πολὺς ἴσθι πρὸς ἀλλοτρίαν, hoc eſt, ne nimium verſeris cum peregrina. Qui volunt eos vocem תשגה legiſſe, cum puncto ſiniſtro, quia שגה cum puncto ſiniſtro eſt *crevit*, *multiplicatus eſt*, falluntur; neque enim idem eſt ac πολὺς aut πολλοστὸν εἶναι; cùm prius augmentum ſignificet, poſterius frequentiam.

21. *Dirigit*] מפלס *mphalles*. Sententia eſt Deum minimè negligere, aut quaſi ad ſe nihil pertinentia hominum facta prætermittere; ſed contrà legibus ſuis iis viam ad virtutem & incolumitatem munire. Vide not. ad verſ. 6. LXX. Intt σκοπεύει, Vulgatus: *conſiderat*. Impropriè.

22 *Iniqua ſontis facta* &c.] עונותיו ילכדנו את הרשע *bavonothau jilchedunu eth haraſchah*, iniquitates ejus eum capient; nempe, malum.

Digitized by Google

tenebitur. 23. Morietur ille ſine inſtitutione, & magnitudine ſtultitiæ ſuæ errabit.

VI. Multa & varia habet hîc Sapientia de temeraria ſponſione, de pigritia, de fraude, de ſeptem vitiis Deo maximè omnium inviſis, de inobedientia erga parentes, déque impudica muliere, à quibus omnibus homines dehortatur.

CAPUT VI.

1. FILI mi, ſi in gratiam amici ſpopondiſti, & volis tuis alieno *manum* complοſiſti, 2. illaqueatus es verbis oris tui, captus es dictis ex ore tuo. 3. Hoc nunc facito

23, *Sine inſtitutione*] באין מוסר *been monſar*, in nulla inſtitutione; hoc eſt, ſine ullo melioris inſtitutionis ſtudio, non enim ei deſunt admunitiones, verùm eas non audit.

COMMENTARIUS

In CAPUT VI.

1. *SI in gratiam amici*] לרעך *lrebecba* amico tuo; hoc eſt, in gratiam amici, pro amico ſpopondiſti ejus creditori. Τὸ ל frequenter hanc vim obtinet. Vide *Chriſt. Noldium* ad ſign. XXVII.

Volis tuis alieno manum complοſiſti] תקעת לזר כפיך *thakabtha lazzar chappbecba*, complοſiſti alieno volas tuas. Qui, nimirum, pro alio creditori ſpondebat, non tantum ſe fidejubere dicebat, ſed complοſâ manu creditoris, ſe ſoluturum, quod debitori crediderat, pollicebatur, ſi debitor ſolvendo non eſſet. Vide ad Job. XVII, 3. זר autem *alienum* ſignificat, quales erant populi vicini, è quibus homines nonnulli in Iſraëlitide terra peregrinabantur & negotiabantur cum Iſraëlitis, cultu veri Dei ſuſcepto, citra ritus Moſaïcos; qui homines poſtea *proſelyti portæ* dicti, ut omnibus notum. Quin & Sidonii ac Tyrii, quibus pax fuit cum Iſraëlitis, mercaturam apud eos facere poterant, comparatione & permutatione mercium; nec ſine Iſraëlitarum commodis & lucro.

Illaqueatus es verbis oris tui] Quibus nempe, fidejuſſerat, & quæ præſtare neceſſe erat, ſi debitor ſolvendo non eſſet, aut moras necteret. *Clemens* Alexandrinus Strom. Lib. I. p. 351. Ed. Oxon. ubi de dictis illis decantatis Sapientum Græciæ: τὸ δ', Ἐγγύα πάρα δ' ἄτα Κλεομένης μὲν, ἐν τῷ περὶ Ἡσιόδου, Ὁμήρῳ φησὶ προειρῆσθαι διὰ τούτων. —

Δειλαί τοι δειλῶν τε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι.

οἱ δὲ περὶ Ἀριστοτέλην Χίλωνος αὐτὸ νομίζουσιν: *illud autem*: ſponde, noxa præſto eſt, *Cleomenes quidem, in Libro de Heſiodo, ait prius dictum Homero, bis verbis*: miſeræ & miſerorum etiam ſponſiones ad ſpondendum. (Odyſſ. Θ. 351.) *Ariſtoteles verò Chilonis illud putat.* Idem *Clemens* Lib. II. p. 466. à Salomone deſumtum vult. Tertiùm etiam hujus dicti meminit Lib. III. p. 749. Χίλωνος τοῦ Σοφοῦ ἀποφθεγξαμένου Ἐγγύα πάρα δ' ἄτα, Ἐπίχαρμος τὴν αὐτὴν γνώμην ἑτέρῳ ὀνόματι προενέγκατο εἰπών Ἐγγύα ἄτας θυγάτηρ, ἐγγύας τε ζαμία: *cùm Sapiens Chilon dixiſſet*: ſponde præſto eſt noxa; *Epicharmus eamdem ſententiam alio nomine protulit*: Sponſio eſt filia noxæ, & ſponſionis jactura, ut rectè emendavit *Grotius*, cùm abſurdè legeretur ἐγγύα τε ζαμίας. Non eſt autem hæc ſententia tam moralis, quàm prudentiæ, ſed magni momenti, ad rei familiaris conſervationem; ex qua ſæpe boni etiam mores pendent, qui nimiâ paupertate interdum vacillant. Hinc etiam intelligere eſt, ab antiquiſſimis temporibus, ſponſoris fidem ratam fuiſſe.

2. *Illaqueatus es, verbis oris tui*] נוקשת באמרי פיך *nokaſchtha beimre phicha*. LXX. Intt. ad vitandam, ut puto, repetitionem: παγὶς γὰρ ἰσχυρὰ τῷ ἀνδρὶ τὰ ἴδια χείλη.

Veniſti in manum amici tui] Hoc eſt, es in ejus poteſtate, qui ſi ſolvendo non eſt, aut non eſſe videri vult, oportet te tuo ære creditori ſatisfacere. Eſt enim in arbitrio creditoris, non debitorem, ſed fidejuſſorem adpellare. *Cuius* Inſtitut. Lib. II. Tit. IX, 3. *Creditor autem, qui pecuniam dedit, in poteſtate habet ad reddendam pecuniam, quem velit tenere, utrum ipſum debitorem, an fidejuſſorem.* Similia habet *Papinianus* Reſponſorum Tit. XV. Ideóque hîc dicitur fidejuſſor *eſſe in manu* amici, pro quo fidejuſſit.

Subjice te amicis tuis &c.] התרפס ורהב רעיך hithrapphes ourchab rehecha, *conculcandum te prabe & confirma amicos tuos.* Qui, nempe, fidejuſſerat, ne pecuniam reddere ipſe cogeretur, neceſſe habebat eum, pro quo fidem ſuam interpoſuerat, ſi timebat, ne malâ fide, aut negligentiâ, æs alienum diſſolvere non curaret, humilibus precibus orare, ut vellet creditori ſatisfacere, operámque daret, ut præſtituto tempore paratam pecuniam haberet; ne ipſe fidejuſſor de ſuo ſatisfacere creditori cogeretur. רהב eſt propriè *inſoleſcere, ſuperbire*, ſed hîc activo ſenſu ſumitur, pro eo quod eſt *animum addere*, vel *ſuperbum facere*; demiſſis, nempe, precibus ejus, cui alioqui devinctus erat. Superbi eſt hominis & nequam pati ſe precibus exorari, ad id faciendum, quod jure debet; & quidem ab eo, à quo eſt beneficio adfectus. LXX. Intt. παρόξυνε δὲ καὶ τὸν φίλον σου ὃν ἐνεγγυήσω. *Symmachus* & *Theodotion* habebant: παρόρμησον. Vulgatus: *diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum*; ex ſenſu, potiùs quàm ex certa cognitione poteſtatis vocum genuinæ. Legerunt tamen rectè, ut videtur, in ſingulari non רעך, ut habent noſtri codices, cùm de uno viro ſermo ſit.

4. *Ne ſomnum &c.*] Si, nimirum, res agatur,

cito, mi fili, & te expedito, quia veniſti in manum amici tui, ito, jubjice te amicis tuis, cúſque animum addes. 4. Ne ſomnum concedas oculis tuis, nec dormitationem palpebris. 5. Expedito te, ut capra ea è manu *venatoris*, útque avis è manu aucupis.
6. Ito ad formicam, piger, vide vias ejus & ſapias. 7. Cui non eſt dux, præfectus, aut dominus, 8. parat, æſtate, cibum ſuum, colligit in meſſe eſcam ſuam. 9. Quouſque piger jacebis, quando ſurges à ſomno tuo? 10. Nonnihil, *inquis*, ſomni *capiendum*, nonnihil dormitationis, nonnihil complicandæ manus, ut dormiam. 11. Atqui veniet paupertas tua, inſtar viatoris, & penuria tua inſtar *viri* clipeum gerentis.
12. Homo nullius pretii eſt vir iniquus, qui ore perverſo graſſatur;
13. nictat

tur, quæ jacturam non exiguam creare poſſit, fidejuſſorémque in anguſtias nimias conjicere.

5. *E manu venatoris*] Eſt tantùm מיד è *manu*. Excidiſſe videtur ציד tſaiad, *venator*, propter duas poſteriores litteras, quæ eædem ſunt in utraque voce. LXX. ἐκβρόχων. Hieronymus: *è manu*. Vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 25.

6. *Ito ad formicam*] Hunc locum pluribus illuſtravit idem *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. IV. c. 21. quem exſcribere nihil adtinet, cum res agatur omnibus notiſſima.

Et ſapias] וחכם vahhacham, *ſapiens*, nimirum, *eſto*; niſi ſit imperativus.

7. *Cui non eſt dux*] קצין katſin, quod ducem conſtanter ſonat, & ita ſumendum oſtendunt ſequentia ſynonyma, aut adfinis ſignificatûs. At LXX. Intt. γεώργιον, qui legiſſe videntur קטין *katin*, ut obſervat *Bochartus*; quia, nimirum, קטינא *ktina* agellum ſignificat, apud Rabbinos. Sed recta eſt verſio Vulg. Interpretis qui *ducem* habet. Senſus eſt, apes, licet à nemine duce, aut domino cogantur, id facere quod faciunt. Ac ſanè *Ariſtoteles* Hiſt. Animal. Lib. I. c. 1. poſtquàm dixit πολιτικὰ ea eſſe animalia, quorum commune quodpiam eſt opus, qualia ſunt homo, apis, veſpa, formica, grus, καὶ τούτων, inquit, τὰ μὲν ὑφ' ἡγεμόνα ἐστὶ τὰ δ' ἄναρχα. οἷον, γέρανος καὶ τὸ μελιττῶν γένος, ὑφ' ἡγεμόνα· μύρμηκες δὲ, καὶ μυρία ἄλλα, ἄναρχα. *Et horum*, inquit, *ſunt quædam ſub duce, alia verò ſine duce: Grus & genus apum ſunt ſub duce; formicæ & innumera alia ſine duce.* Contrà tamen, quod *Bochartus* non obſervavit, ſentit *Ælianus* Hiſt. Animalium Lib. VI. c. 43. cujus ſunt hæc verba: οἱ δὲ μύρμηκες προϊόντες ἀστερῶν ἐπισημαίνοντες τοῖς μεγίστοις ἕπονται· οἱ δὲ ἄγουσι στρατηγῶν δίκην, καὶ εἰς τὰ λήϊα ἐλθόντες οἱ μὲν νέοι παρὰ τὴν καλάμην ὑφεστᾶσιν, οἱ δὲ ἡγεμόνες ἀνέρπουσι &c. *Cùm autem tamquam ad pabulandum proficiſcuntur, maximas ſequuntur, quæ ducunt ceteras ducum inſtar. Ut verò ad ſegetes pervenerunt, juniores quidem ſub ſtipula ſtant, duces verò adſcendunt.* &c. Multis illic earum induſtriam deſcribit.

Parat æſtate cibum ſuum] Eſt Hebraïcè בקיץ *bakkajits*, quæ vox partem anni calidam ſignificat, quæ ver, & æſtatem in Palæſtina complectitur, imò & nonnullam autumni partem. *Sam. Bochartus* rectè obſervat, ſub voce קיץ *kajits* contineri vernum tempus, ſub cujus finem eſt, iis in locis, meſſis. Sed fallitur vir magnus, dum nomen proprium veris, apud Hebræos fuiſſe negat. Exſtat id Gen. IX, 22. nempe, חום *hhom*, calor; ubi vide à nobis notata.

10. *Non nihil, inquis, ſomni* &c.] Exiſtimavimus hîc eſſe non tantùm deſcriptionem hominum ſomnolentorum, ſed etiam μέμψιν quamdam eorum ſermonum, quos habent, ut aut pigritiam ſuam excuſent; naturam, nempe, hoc poſtulare, ut non nihil indulgeant ſomno, dormitationi, & complicationi manuum, ut ſe ſe ad dormiendum componant. Pro *ſomni* eſt שנות *ſchenoth*, ſomnorum, fortè quòd reſpiciantur hîc non tantùm ſomni nocturni, ſed etiam diurni, ſeu meridiationes. Sequitur etiam תנומות *thnoumoth* dormitationes, quia ſæpiùs dormitabant homines pigri veluti æſtu dici exhauſti. Pro *complicandis manibus* eſt חבק ידים לשכב *hhibbuk jadajim liſchcbob*, complicatio manuum *ad jacendum*; nempe, ſomni cauſâ, quem ut capiamus, circa pectus complicare brachia ſolemus; quod bene vocant LXX. Intt. ἐναγκαλίζῃ χερσὶ στήθη, *pectus ulnis & manibus amplecti*; qui ceteroqui, magnâ licentiâ, hæc omnia verterunt.

11. *Inſtar viatoris*] כמהלך *chkimhallech*, qui, nimirum, non deſinit iter facere, donec eò quò tendit advenerit, nec ullas interponit moras, niſi neceſſariæ quietis. Hoc vult Sapientia, non ſubitò quidem ingruere paupertatem, attamen propiorem in dies fieri iis, qui otiantur, nec rerum ſuarum curam gerunt.

Inſtar viri clipeum gerentis] *Ut vir clipei*; Hoc eſt, ὁπλίτης ſeu gravis armaturæ miles, qui clipeo eſt inſtructus, nec tam celeriter graditur, ac levis armaturæ, ſeu velites; attamen tandem iter ſibi propoſitum conficit. Sic penuria tandem ad eos ipſos, qui locupletes erant, pervenit, ſi otio inerti ſe dedant. Abſurdè verterunt LXX. Intt. ὥσπερ ἀγαθὸς δρομεὺς, nam curſores non gerunt clipeum. Non meliùs antea κακὸν ὁδοιπόρον habent: Additamenta Græca & Latina prætermitto, quæ ſunt ineptæ laciniæ.

12. *Homo nullius pretii*] אדם בליעל *adam blijahal*. Satis liquet hæc verba eſſe *propoſitionis*, ut loquuntur Logici, *prædicatum*, ita ut ſenſus ſit: vir iniquus & mendax eſt homo nullius pretii, aut nullius uſûs, in Republica. Quum autem dicimus eſſe hominum בְּלִי יַעַל *ſine utilitate*, intelligimus noxium, nam qui inutilis eſt, Reipublicæ eo ipſo nocet, cùm ſit omnium officii ſocietati Civili, pro loco, quem in ea obtinet, prodeſſe. Sic & Græci ἀχρεῖον, *inutilem* vocant hominem nihili. Vide *A. Gellium* Lib. VII. c. 11.

Vir iniquus] איש און *iſch aven*, vir iniquitatis. Ad eos ſpectare videtur Sapientia, qui variis artibus, etiam iniquis, Reipublicæ ſe prodeſſe profitentur; quales ſemper fuerunt multi, ſúntque etiamnum hodie, inter eos, qui *Politicorum* nomine gloriantur. Ejuſmodi homines tantùm abeſt, ut humanæ ſocietati proſint, ut contrà ſummopere noceant, dum nonniſi malis

[13]. nictat oculis, loquitur pedibus, docet digitis, [14]. perverſa *ſunt* in ejus animo conſilia, omni tempore fabricatur malum, & contentiones excitat. [15]. Ideò ſubitò veniet interitus ejus, ſubitò conteretur, *ita* ut nullum *futurum ſit* remedium.

[16]. Sex ſunt, quæ odio habet Jehova, imò ſeptem, quæ abominatur. [17]. oculi ſuperbi, lingua mendax, manus ſanguinem innocentem fundentes, [18]. animus fingens cogitationes iniquas, pedes currere ad maleficium feſtinantes, [19]. falſus teſtis, qui mendacia profert, & qui diſſidia excitat inter fratres.

[20]. Serva, fili mi, præcepta patris tui, neu deſere legem matris tuæ. [21]. Ligato ea ad cor tuum jugiter, & ad fauces tuas vincito. [22]. Cùm iveris deducent te, cùm cubabis excubias tui causâ agent, & poſtquàm excitatus fueris te adloquentur.

[23]. Præceptum enim eſt lucerna, lex verò eſt fax, & caſtigationes inſtitutiones *patriæ* via vitæ, [24]. ut te ſervent à muliere mala & à blanditiis linguæ extraneæ. [25]. Ne concu-

lis artibus incolumem eſſe eam & florere poſſe negant.

Qui ore perverſo graſſatur] הולך עקשות פה holech hikkeeſchouth pheh, *ambulans in perverſitate linguæ*, nam eſt pro בעקשות *bbikkeſchouth*; hoc eſt, ita vitam inſtituens, ut Religioni non ducat fallere & mentiri, quotiescumque putat rem ſibi, aut Reipublicæ expedire. Qua in re excellunt recentiores *Politici*, qui pravis illis artibus tandem omnia peſſumdant; quibus, Salomonis temporibus, non deerant ſimiles. Mirum eſt LXX. Intt. vertiſſe: ἀνὴρ ἄφρων ϗ παράνομος πορεύεται ὁδοὺς ὐκ ἀγαθάς. Vulgatus non multò meliùs: *Homo apoſtata, vir inutilis graditur ore perverſo.*

13. Nictat oculis] קורץ בעינו *korets behenau*, nictat oculis ſuis, ut infrà X, 10. & Pſ. XXXV, 19. Erat ſignum, de cujus ſignificatu, inter ejuſmodi improbos homines, convenerat, ſed qui ab aliis ignorabatur. Idem dixeris de ſupploſione pedis, & digitorum motibus, quibus quid vellent, priùs ea de re monitis ſignificabant. Talia etiam ſigna inter amatores, ut præſentes deciperent. *Ovidius* Amorum Lib. III. Eleg. XI, 21.

Turpia quid referam vanæ mendacia Linguæ
Et perjuratos in mea verba Deos?
Quid juvenum tacitos, inter convivia, nutus
Verbáque compoſitis diſſimulata notis?

Art. Am. Lib. I, 137.

Nil opus eſt digitis per quos arcana loquaris,
Nec tibi per nutus accipienda nota eſt.

14. *Perverſa ſunt in ejus animo conſilia*] תהפכות בלבו thaphuchoth blibbo *inverſiones*, aut; *perverſitates in corde ejus.* Senſum expreſſerunt LXX. Intt. his verbis: διεστραμμένη καρδία τεκταίνεται κακά, & Hieronymus: *pravos corde machinatur malum.* Vide Cap. II, 14. & XXIII, 33. quibus adde Deut. XXIII, 20.

Contentiones] Scriptum eſt מִדָנִים, in margine legitur מדינים quod legendum מְדָיְנִים quæ tamen puncta, præter morem, non ſunt addita τῷ *Chethib.*

Excitat] ישלח jeſchalleahh, *mittit.* Vid. verſ. 19.

17. *Lingua mendax*] *Lingua mendacii.*

18. *Fingens cogitationes iniquas*] חורש מחשבות און hhoreſch mahhſchaboth aven, *fabricans cogitationes iniquitatis.* Sic חורש habuimus tralaticio ſignificatu verſ. 14.

19. *Falſus teſtis, qui mendacia profert*] יפיח כזבים עד שקר japhiahh chzabim had ſchaker, *efflabit mendacia teſtis falſitatis*, hoc eſt, perinde ac ſi ſcriptum fuiſſet עד שקר אשר יפיח וג' *teſtis falſus qui profert* &c. LXX. Intt. abſurdè pro יפיח habent: ἐκκαίει *accendit*, quia flatu accenditur ignis. Sed præſtitiſſet ἐκπνεῖ, nam flatu emittuntur verba.

19. *Excitat*] *Mittit*, ut verſ. 14.

21. *Ligato ea ad cor* &c.] Hoc eſt, non magis eorum immemor eſto, quàm ſi collo adligata & ſuſpenſa, in membrana ſcripta è regione cordis penderent. E ſimili loquendi genere, minimè proprio, nata ſunt Judæorum Phylacteria, ut obſervavimus ad Exod. XIII, 9.

22. *Deducent*] *Deducet* & mox *excubias aget*, quia una eadémque lex cenſentur.

Excubias tui cauſâ agent] תשמור עליך *thiſchmor halecha.* LXX. Intt. φυλασσέτω σε, unde dicta: φυλακτήρια, de quibus vide collecta à *Matth. Martinio*, in Etymol. Latino & Græco; qui docebit *amuleta* ita dicta, quæ erant ſuperſtitioſa neſcio quæ ſigna è collo puerorum ſuſpenſa; ut mala, ſcilicet, ab iis averruncarent. Si talia, apud Orientales, jam à temporibus Salomonis nota & uſitata erant; fieri poſſet, ut ad eam conſuetudinem adluſiſſet; non quòd velit præcepta quædam Legis membranæ inſcripta, atque è collo ſuſpenſa poſſe amuletorum vicem ſupplere; ſed ut indicet perpetuam ejus memoriam adeóque obſervationem, apud Deum effecturam, ut hominum ita ſe gerentium *cuſtodiam*, φυλακὴν, in ſe ſuſcipiat, aut Angelis ſuis mandet.

Te adloquentur] Hoc eſt, de iis meditaberis, videberiſque etiamnum parentum tibi ea inculcantium vocem audire. Eſt hìc Hebraicè היא תשיחך *bi thſchihhecha*, quod perinde eſt ac ſi dixiſſet Sapientia תשחח לך *thuſchahh lech*, aut עמך *himmecha*, *adloquitur te*, vel *colloquetur tecum.* Nam שיח in Hiphil eſt *loqui*, aut etiam *meditari*, ſed prius hìc aptius eſt.

25. *Præceptum enim eſt lucerna*] Ut in tenebris lucerna, aut fax oſtendit nobis, quà eundum ſit: in ignorantiæ humanæ caligine, quæ nos, per hanc totam vitam, cingit, revelatio divina nos docet, quid ſit faciendum, quid vitandum. Hæc eſt ſimilitudo, quæ latet in vocibus נר מצוה *ner mitſvah* lucerna eſt præceptum, & תורה אור *thorah or*, lex eſt lux, vel fax. Sic evolvendi oculi משלים *mſchalim*, qui hìc latent, atque unde liber hìc nomen traxit.

Via

concupiſcas pulcritudinem ejus, in animo tuo, neque te palpebris ſuis capiat; 26. nam propter mulierem meretricem ad placentam panis *devenitur*, & mulier, viro juncta, *viri* pretioſam animam venatur. 27. Quiſquamne accipiet ignem in ſinum ſuum, nec *tamen* veſtes ejus comburentur? 28. Si quis ambulaverit in prunis, annon amburentur ejus pedes? 29. Sic ſe res habet cum eo, qui ingreditur ad uxorem proximi ſui; non impunè abibit quicumque eam adtigerit. 30. Non negligent furem, quia furatus fuerit *tantùm* ad explendam adpetentiam ſuam, cùm eſuriret; 31. ſed deprehenſus ſeptuplum reddet, aut, *ſi non ſit ſolvendo*, quidquid habebit domi rependet. 32. Qui mœchatur cum muliere, is amens eſt, & qui hoc facit vitam ſuam perdit. 33. Plagas & ignominiam inveniet, nec ejus infamia delebitur. 34. Zelotypia enim eſt viri excandeſcentia, nec ultionis die parcit. 35. Nullius redemtionis rationem habebit, nec ſi dona multa dederis, adquieſcet.

VII. Sapien-

Via vitæ] Ratio, quâ te in vita gerere par eſt; aut via, quâ pervenies ad vitam beatam.

25. *Palpebris ſuis capiat*] Formoſi enim oculi, eorùmque blanda nictatio facilè juvenes capiunt. *Propertius* Lib. I. Eleg. I. initio:

Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis.

Ad quem locum ſimilium exemplorum, ſi opus ſit, affatim ſuppeditabit *Joan. Paſſeratius.*

26. *Ad placentam panis devenitur.*] *Placenta panis* ככר לחם *chiccar lechem* dicitur exigua victûs copia, quæ remanet iis, quos muneribus exhauſerunt impuræ mulieres. Vide 1. Sam. II, 36. Supplevi *devenitur*, poſſis & *devenies*, quaſi fuiſſet תבוא *thabo*, quia anteceſſit ſecunda perſona.

Mulier viro juncta] אשת איש *eſcheth iſch*, mulier viri.

Viri pretioſam animam venatur] Supplevimus iterum *viri*: nempe, alieni. *Venari* autem ejus *animam* dicitur, quia reverâ vitæ ejus inſidiabatur, cùm adulteri morte pœnas darent. Non tantùm crumenæ retia ſtruit, ſed & rei longè pretioſiori, hoc eſt, vitæ ipſi. LXX. Int. hunc locum ſic verterunt: τιμὴ γὰρ πόρνης, ὅση καὶ ἑνὸς ἄρτου, γυνὴ δὲ ἀνδρῶν τιμίας ψυχὰς ἀγρεύει, & Hieronymus: *pretium enim ſcorti vix eſt unius panis, mulier autem viri pretioſam animam capit.* Prius membrum vertit ex conjectura, quæ à verbis diſſentit.

29. *Sic ſe res habet cum*] כן chen, *ſic*. Eſt ἀπόδοσις comparationis.

Non impune abibit] לא ינקה lo jinnakeh, *non erit innocens*; hoc eſt, poenas dabit. Vide ad Exod. XX, 7.

Adtigerit] Cùm ea concubuerit. Vide Gen. XX, 6.

30. *Non negligent furem*] לא יבוזו לגנב lo jabouzou lagganab, *non ſpernent furem*; hoc eſt, non habebunt homines furtum pro nihilo, nec negligent pœnas propterea à fure exigere, eò quòd eſuriens furatus fuerit, quò fami urgenti ſatisfaceret. Senſus hic pleroſque Interpretes fugit, ſed ſequentibus apertè confirmatur.

Ad explendam adpetentiam ſuam] *Ad explendam animam ſuam.* Sæpe נפש nephesch, adpetentiam ſignificat. Vide not. ad Num. XI, 6. Si, nempe, licuiſſet mendicis, aut egenis furari, ſi modò non plus auferrent, quàm quod eſſet neceſſarium ſublevandæ nimiæ egeſtati; ejuſmodi homines, jure à Lege accepto, alienâ induſtriâ vivere otioſi potuiſſent. Itaque jubentur quidem omnes egenis largiri, ſed petentibus, non auferentibus; at iis, qui ſibi de neceſſariis proſpicere ipſi laborè ſuo non poſſunt, ut pueris, ſenibus, ægris aliiſque ejuſmodi, non ſponte otiantibus & mendicandi artem profeſſis.

31. *Sed deprehenſus ſeptuplum reddit*] *Septuplum* hîc dicitur pro multiplice, fur enim pro bove rependebat quinas boves, pro minuta pecude quaternas, ut liquet ex Lege Exod. XXII, 1. ſi pecudes vendidiſſet, aut mactaſſet; binas verò, ſi etiamnum vivas habere deprehenderetur, ut habetur verſ. 4.

Aut ſi non ſit ſolvendo] Supplenda hæc neceſſariò ſunt; non enim omnia ejus auferebantur, aut ipſe etiam vendebatur, ut habet Moſes verſ. 3. ſi ſolvendo eſſet.

32. *Qui mœchatur cum muliere* &c.] Verborum connexio eſt; ſi tam graviter plectatur reus furti, quamvis egeſtatem furto obtendat; quantò graviores pœnas dabit adulter, qui ſimile nihil cauſari poteſt?

Amans eſt] חסר לב *chaſar leb*, deficit corde. Vide C. VII, 7.

Qui hoc facit &c.] *Perdit animam ſuam, ipſe faciet hoc*; quod ita etiam intelligi queat, ut dicatur mortis ſuæ ipſe auctor eſſe, non qui læditur; cùm Lex morte plectat adulterum.

33. *Plagas* &c.] Præter mortem à viro, quem læſit, talia patitur; cùm læſus iræ non temperet.

34. *Zelotypia enim* &c.] Conjuncta eſt zelotypia cum maxima ira; quæ modum in ultione non ſervat.

35. *Nullius redemtionis rationem habebit*] לא ישא פני כל כפר *lo jiſſa pene chol chopher*, non accipiet faciem omnis redemtionis. *Accipere faciem* propriè dicitur de homine, cujus perſonæ ratio habetur. Hîc tralaticio ſenſu de re, nempe, כפר *chopher*, pretio, quo quis vitam ſuam redimit. Vide Num. XXXV, 31, 32. 1. Sam. XII, 3.

Si dona multa dederis] כי תרבה שחד *chi tharbeh ſchochad*, ſi vel cùm multiplicaveris munus; quòd, nempe, exiſtimationem ſuam, quam pluris facit quàm munera, læſam putet, infamiſque futurus eſſet, ſi pretio uxoris pudorem veluti venderet.

VII. Sapientiæ ſtudium commendatur, quâ ſcortatio vitetur, ad quam meretricum illecebræ deſcribuntur, quas ſequitur pernicies juvenum, unde vitanda ſcortatio colligitur.

CAPUT VII.

1. FIlI mi, memor eſto dictorum meorum, & præcepta mea, apud te, reconde. 2. Serva præcepta mea & vive, legémque meam, inſtar pupillæ oculorum tuorum, *habeto.* 3. Vincito ea digitis tuis, & tabulæ cordis tui inſcribe. 4. Dic Sapientiæ: ſoror mea es; & familiarem Prudentiam voca. 5. Ut ſervet te à muliere aliena, *quæ* ſermones ſuos lævigat.

6. Per feneſtram enim domûs meæ, per cancellos cùm proſpicerem, 7. vidi inter imprudentes, & conſideravi, inter filios, adoleſcentem vecordem, 8. tranſeuntem per plateam, juxta angulum. Viam autem domûs ejusmodi *mulieris* ingreſſus erat, 9. in crepuſculo, ſub veſperam diei, atque in tenebris noctis & caligine. 10. Ecce verò obviam ei venit mulier, meretricio habitu & callido animo. 11. Strepera erat & contumax, domi non habitabant ejus pedes. 12. Nunc foris, nunc in plateis, & juxta omnem

COMMENTARIUS

In CAPUT VII.

1. MEmor eſto] שמר ſchmor, *ſerva*; nempe, in memoria; unde ſequitur: *apud te recondo*, altè apud animum tuum reponas, ut quotiescumque opus fuerit, eorum memor ſis.

2. *Et vive*] וחיה vehhejeh; hoc eſt, *& vives*, vel etiam vitæ tuæ conſule.

Habeto] Quaſi תהי לך *thebi lcha* ſubaudiendum: *lex mea inſtar pupillæ oculorum tuorum tibi ſit.*

3. *Vincito ea digitis*] Ne magis obliviſcitor, quàm ſi digitis tuis vincta eſſent. Vid. ad C. VI, 21, 22.

Tabulæ cordis tui inſcribe] Semper eorum ut memor ſis operam dato. Vide Cap. III, 3. & quæ de hoc loquendi genere collegimus *Artis Criticæ* P. 2. Sect. I. C. IV, 9. & ſeq.

4. *Dic Sapientiæ* &c.] Sis ſemper cum ea conjunctiſſimus, ut frater cum ſorore.

Familiam] מודע modah, *notam.*

5. *A muliere aliena*] A peregrina, quæ corpore quæſtum facit, ut antea. Vide ad C. II, 16.

Sermones ſuos lævigat] Ibidem hac loquutione utitur Sapientia.

6. *Per feneſtram domûs meæ*] Talia enim è feneſtris ædium poterant proſpici, in urbe in qua hoc vitium graſſabatur, atque impune erat peccantibus.

Per cancellos] אשנבי *aſchnabbi.* Vide Jud. V, 28. LXX. Intt. εἰς τὰς πλατείας. Vulg. *per cancellos.* Videtur radis inuſitata שנב ſignificaſſe *refrigerationem*, cujus rei veſtigia ſunt etiamnum in vocibus ab ea derivatis, quibus utuntur Arabes. Apertas, nempe, feneſtras habebant, nec aliter clauſas, quàm clathris vento perviis, ut frigus eo modo, per æſtatem, captarent, in regionibus calidis, quod videre eſt etiamnum hodie, in Hiſpania & alibi.

Inter filios] בבנים *babbanim*, quâ voce hîc juvenes ſignificari videntur.

Vecordem] חסר לב *bhaſar leb*, ut C. VI, 32.

9. *In tenebris noctis*] Aut intelligendum hoc de initio noctis, quod antecedentibus verbis deſcribitur, aut ſi de ſeriore tempore ſermo ſit, facem adhibitam oportet, ita ut è vicinis ædibus res cerni poſſet.

10. *Meretricio habitu*] שית זונה *ſchith zonah*, LXX. Intt. εἶδος ἔχουσα πορνικόν, *Aquila*: θέσει πόρνης, *Symmachus*: τάξιν πόρνης. Aliter: σχῆμα πόρνης. Gallicè, ſervatâ metaphorâ, *miſe comme une courtiſanne.* Nam שית eſt à שות *ſchouth*, ponere.

Callido animo] נצרת לב ntſurath leb, *ſervato corde.* Hoc opponitur τῷ חסר לב, *defecto corde*, quod de juvene antea dictum, cùm hæc mulier callida eſſet, & minimè vecors; quaſi diceret Sapientia, ſervatam ab improba muliere omnem aſtutiam, qualis deſcribitur *callida, docta & faceta* meretricula apud Plautum, Pœnulo Act. I. Sc. II, 25. & alibi ſæpe, Malè. LXX. Intt. ἣ ποιεῖ νέων ἐξίπτασθαι καρδίας, & Vulgatus: *præparata ad capiendas animas.* Tale nihil voce נצורת *netſourah* ſignificatur.

11. *Strepera erat & contumax*] הומיה היא וסוררת *homijah hi veſorereth.* המיה eſt ab המה *ſtrepuit, tumultuatus eſt*, nec aliter potuit verti, quàm *ſtrepera*, hoc eſt, garrula; ut habet Latinus. Intt. Græci: ἀνεπτερωμένη ſatis incommodè, ut paſſim in hoc libro. סוררת *ſorereth*, contumacem vertimus, quia eâ voce indomita juvenca vocatur Hoſ. IV, 16. & סוררים dicuntur viri parere neſcii Eſaiæ I, 23. Hoſ. IX, 15. & alibi. Ἄσωτος verè quidem, ſed minùs commodè vocant LXX. Intt. nec rectiùs *quietis impatientem Hieronymus.* Meliùs *Aquila*: ἀφισταμένη, & *Symmachus*: ἀφιστῶσα.

12. *Nunc foris, nunc in plateis*] פעם בחוץ פעם ברחובות phaham bahhouts, phaham barhhoboth, *vice unâ foris, vice alterâ in plateis. Vagam* unâ voce diſeris, quam vocem adhibuit antea Latinus, ubi neceſſe non erat.

13. *Adprehenſum oſculata eſt*] *Et adprehendit eum & oſculum ei tulit.*

Obſirmato vultu] העזה פניה *hebezah phaneab*, confirmavit vultum ſuum; hoc eſt, impudenti vultu ei dixit. עז פנים *hoz phanim* eſt impudens & audax Deut. XXVIII, 50. Dan. VIII, 23. Hinc LXX. Intt. ἀναιδεῖ δὲ προσώπῳ. *Symmachus*: ἐτόλμησε πρόσωπον αὐτῆς, & *Theodotion*: ἀναιδεύσατο ἐν προσώπῳ.

14. *Victimæ*

nem angulum inſidiabatur *prætereuntibus*. 13. Tum illa adprehenſum oſculata eſt, & obfirmato vultu ei dixit. 14. Victimæ ſalutaris ſacri apud me ſunt, vota mea hodie reddidi. 15 Ideóque tibi obviam egreſſa ſum, ut te quærerem, atque inveni. 16. Stragulis ornavi lectum meum, è ſculptis *columnis* fune Ægyptio *ſuſpenſum* 17. Cubile meum myrrhâ, aloë & cinnamomo unxi. 18. Veni, inebriemur amoribus, ad matutinum uſque tempus, lætemur amantium deliciis. 19. Vir enim meus non eſt domi, in iter longinquum abiit. 20. Sacculum argenti in manum ſumſit, die *tandem* neomeniæ domum ſuam veniet. 21. Multo ſermone eum flexit, & blanditiis labiorum hominem perpulit.

22. Eam ſequutus ſtatim, ut bos, ad mactationem venit, & veluti compede *captus* ut ſtultus erudiretur; 23. donec ſagitta jecur ejus tranſadegit: ſicut avis ad laqueum properat, dum neſcit vitæ ſuæ eum *paratum*.

24. Nunc verò filii, auſcultate mihi & oris mei ſermones adtendite. 25. Ne in ejus vias divertat animus veſter, ne in ejus ſemitis erretis; 26. multos confoſſos ſtravit, & fortiſſimi quique ab ea ſunt occiſi. 27. Viæ ſepulcri ſunt domus ejus, deſcendúntque ad mortis penetralia.

VIII. Sapien-

14. *Victimæ ſalutaris ſacri*] זבחי שלמים *zibbhe ſchlomim*, hoſtiæ ſalutarium, ad quarum carnes abſumendas amicos invitabant. Vide Levit. VII, 15. & ſeqq.

15. *Ut te quærerem*] *Ut quærerem faciem tuam*. Cuivis talia impudentes dicebant..

16. *Stragulis ornavi*] מרבדים רבדתי *marbadim rabadti*. Hæc vox מרבד *marbad* occurrit hic & infrà C. XXXI, 22. inter veſtes muliebres. LXX. Intt. κειρίαις τέτακα, Latinus: *intexui funibus*. Sed hoc ſequentibus verbis dicitur. *Aquila* & *Theodotion*: περιςρώματι περιέςρωσα, quod ſequuti ſumus.

E ſculptis columnis fune &c.] חטבות אטון מצרים hhatuboth ethoun mitſrajim, *cælaturis funem Ægypti*. LXX Intt. ἀμφιτάποις δὲ ἔστρωκα τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου, & Hieronymus: *ſtravi tapetibus pictis ex Ægypto*. *Theodotion*: διαγέγραμμαι ζωγραφίων Αἰγύπτου. Certè חטבות ſunt *ſculpturæ*. Quare *columnas ſculptas* intellexi. אטון *etoun* non verterunt Intt quod hoc tantum loco exſtat; ſed cùm non infrequenter *funem*, apud Chaldæos, ſignificet, *funem* vertimus, & funes intelligimus lineas, aut *faſcias* ex Ægypto, culcitam ſuſtentantes, quæ Gallicè vocantur *ſangles*; quæ ſunt faſciæ funiculis contextæ, ut culcitas & corpora cubantium facilè ſuſtineant, nec lædant.

17. *Myrrhâ, aloë & cinnamomo* &c] Vide ad Pſ. XLV, 9. Videntur unguenta hiſce conſtantia ſignari, quibus lecti columnas unxerat, ut grato odore cubantium nares adficerent.

18. *Inebriemur amoribus*] נרוה דדים *nirveh dodim*. Vide ad Cap. V, 19. At Græci Intt. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion* legerunt hîc *daddim*, verterunt enim: μεθυσθῶμεν τιτθῶν, & Vulg. *uberibus*. LXX. Intt. verò ut nos: ἀπολαύσωμεν φιλίας.

Lætemur amantium deliciis] נתעלסה באהבים *nithhalleſah baohabim*. LXX. Intt. ἐγκυλισθῶμεν ἔρωτι, *Aquila* & *Symmachus*: συμπεριπλακῶμεν ἐν ἀγάπαις. Hieronymus: *fruamur cupitis amplexibus*. Verbum tamen Hebraïcum potius eſt *lætari*, *ſe exhilarare*, quàm id quod habent.

20. *Sacculum argenti*] צרור הכסף *tſeror hacchesſeph*. Signatur propriè faſciculus, aut ſaccus ligatus. Hinc LXX. Intt. ἔνδεσμον, & alius βαλάντιον, Vulgatus, *ſacculum*. Peregrina eſt, quæ loquitur, deſcribitque virum ſuum, negotiationis cauſâ, procul profectum, quod fieri poterat à Sidoniis, Tyriis aliisque è vicinis gentibus viris. Hebræi enim non ſolebant peregrinatum ire, niſi egeſtate coacti; quippe qui, commerciorum cauſâ, vicinos non adibant.

Die neomeniæ] ליום הכסא *lyom bacheſe*. Rectè *Aquila*: εἰς ἡμέραν πανσελήνου, & Vulg *in die plenæ Lunæ*. LXX. Intt. δι' ἡμερῶν πολλῶν, incommodè. Vide dicta ad Pſ. LXXXI, 4. *Longum* hîc iter aliquot dierum, inter duas Neomenias, dicitur, quod longiora tunc temporis rarò fierent; periculoſæ enim erant peregrinationes. Sunt tamen excipiendæ navigationes Phœnicum.

21. *Multo ſermone*] ברב לקחה *brob lekehhah*, ad verbum *captu*; ſed quod ita Latinè dicitur vix hîc ſpectare videtur, ſed *ſermo*, qui *accipi* dicitur ab audiente, ut *tradi* à loquente. Vide ad Cap. I, 15. LXX. Intt. πολλῇ ὁμιλίᾳ, & Latinus: *multis ſermonibus*. Malè *Theodotion*: ἐν πλήθει δομάτων, ejusmodi enim mulieres accipiunt quidem munera amantum, ſed nulla dant.

22. *Eam ſequutus*] *Jens poſt eam*.

Ut bos ad mactationem venit.] Quod, nempe, redeat vir & pœnas de mœcho ſumat. Hinc verſ. 26. & 27. multos mortem inveniſſe in adulteræ ædibus docet Sapientia.

Veluti compede captus] ככעס *chechehes*, quod ita intelligendum, quaſi ſcriptum eſſet כבכעס נקש chibchehes nokeſch, *quaſi compede illaqueatus*; niſi malis referre ככעס ad verbum יבא *venit*, ſed tum legendum eſſe בכעס bechees, *in laqueum*.

Ut ſtultus erudiretur] *Ad eruditionem ſtulti*; hoc eſt, ut ſtulti, ejus exemplo edocti, ſibi caveant à nuptarum blanditiis.

23. *Sagitta tranſadegit*] Miſſa, nempe, ab adulteræ viro.

Vitæ ſuæ eum paratum] כי בנפשו הוא chi bnaphſcho hou, *quod in animam ſuam ille*. Perſpicuitatis cauſâ, addidimus *paratum*

25. *Animus veſter*] *Cor tuum*, licèt anteceſſerit *filii*; more Hebraico, quem Latinè loquentem ſequi non oportuit.

Erretis] *Erres*; hoc eſt, à recta via in tortuoſas ſemitas deerretis.

26. *Multos confoſſos ſtravit*] Mulier adultera, quæcumque ſit; de una enim, quaſi omnium exemplo, Sapientia loquitur.

Ab ea ſunt occiſi] *Omnes occiſi ejus*.

VIII. *Sapientia omnes compellat, ſuámque præſtantiam edocet, & ut ſibi auſcultent adhortatur.*

CAPUT VIII.

1. ANNON Sapientia clamat, & Prudentia vocem ſuam edit, 2. in vertice tumulorum ad viam, quò ſemitæ coëunt, ſtans, 3. & ad portas, ad oſtium urbis, quò eſt valvarum ingreſſus, clarâ voce loquitur?

4. Vos, viri, voco, & filios hominum vox mea compellat. 5. Intelligite imprudentes Prudentiam, vóſque ſtulti animum advertite. 6. Audite me, nam eximia proloquar, & aperiendo labia recta *conſilia depromam*; 7. quia veritatem palatum meum proferet, & labia mea improbitatem abominantur. 8. Cum juſtitia *conjuncti* ſunt omnes oris mei ſermones, in iis nihil contortum & pravum. 9. Sunt omnes aperti prudentibus, & recti

COMMENTARIUS

In CAPUT VIII.

1. S*Apientia clamat* &c.] Vide ad C. I, 20. & ſeqq.

2. *Quò ſemitæ coëunt*] בית נתיבות *beth nthiboth*, domi ſemitarum. Sic vocari volunt Hebraicè, quod vocatur ab Ezekiele אם הדרך *em badderech*, mater viæ. Verum eſt, Hebræos vocare *domum* alicujus rei quidquid eam continet, ſeu thecam, ut *domum vectium* vocat Moſes Exod. XXV, 23. XXVI, 29. At ſimilia non ſunt hæc loquendi genera. LXX. Intt. pro בית legerunt בין ben, *inter*, habent enim: ἀναμέσον τῶν τριβῶν ἕστηκε, & Vulgatus: *in mediis ſemitis ſtans.* Chaldæus etiam: בינת שבילי *benath ſchbile* inter ſemitas, à quo non dubito ſuſpectam ſubinde Verſionem Latinam.

3. *Ad oſtium urbis*] לפי קרת lphi karath, *ad os urbis.*

Quò eſt valvarum ingreſſus] מבוא פתחים mbo phthahhim, *in ingreſſu portarum.* Ad Cap I. oſtendimus cur Salomo loca frequentiſſima, quaſi Sapientiæ auditoria conſtituat.

Prudentiam] ערמה *hormah*, quod aſtutiam quidem ſignificat, & in malam partem ſumitur; ſed hic eſt & ſæpiùs in hoc libro pro *Prudentia.*

6. *Eximia proloquar*] נגידים אדבר *ngidim adabber*, duces loquar. Quod loquendi genus ſignificaret Latinis auribus actum iri in ſequentibus de ducibus, ut in illis Horatianis:

> —— *modò Reges, atque Tetrarchas*
> *Omnia magna loquens.*

Atqui non eſt hæc mens Sapientiæ, quæ hoc vult ſe אמרי נגידים imre ngidim, *verba ducum*, vel ducibus digna prolaturam. Hinc LXX. Intt. σεμνά, *Symmachus* & *Theodotion*: ἡγεμονικά. Poſſet & quiſpiam ſuſpicari integram loquutionem eſſe דברים נגידים dbarim ngidim, *orationes*, quæ ſint hominibus quaſi *duces* in vitæ hujuſce itinere, dum quid ſequendum, quid fugiendum ſit docent; quaſi Græcè diceres λόγους ἡγεμόνας. Propriâ enim ſignificatione נגיד *nogid* eſt qui ambulat לנגדנו lnegdenou, *coram nobis*, ut viam monſtret, à quo ſignificatu ad ducem exercitûs deſignandum vox eſt tranſlata.

Aperiendo labia &c.] מפתח שפתי מישרים miphthahh ſchphathai meſcharim, *apertio labiorum meorum recta* conſilia.

7. *Veritatem*] Non quamvis, ſed pertinentem ad bonos mores.

Labia mea improbitatem &c.] *Abominatio labiorum meorum improbitas.* Solent improbitatem, hoc eſt vitium damnare; unde liquet, non hic theoreticam tantùm, ſed actuoſam præſertim Sapientiam laudari; quod ex toto libro ſatis liquet.

8. *Cum juſtitia conjuncti*] *In juſtitia omnia verba oris mei.*

9. *Aperti prudentibus*] נכחים למבין *nechohbim lammebin*, obvii prudenti; nam videtur vox derivanda à voce נכח *nechoahh* coram, unde LXX. Intt. verterunt: ἐνώπια, & alius εὐθέα. *Theodotion*: εὐθεῖα & Vulg. *recta*, ut & recentiorum plures. Commodior viſa prior interpretatio, quia in ſequente colo eſt ישרים *recti.* Hoc ſolo loco exſtat, ſed fœmininum נכחה *nechohha* aliquoties, ubi *recta* vertitur; quod tamen an propriè vox ſignificet neſcio.

11. *Margaritis*] מפנינים *mippheninim.* Qua voce margaritas ſignificari multis oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. V. c. 6. Habent LXX. Intt. λίθων πολυτελῶν, *Symmachus* verterat: ἐσωτάτων, quia פנים aliquando interiorem partem ſignificat.

Quibus delectantur homines] חפצים *hhaphatſim*, delectationes. חפץ propriè eſt ſenſus ipſe voluptatis, quo delectamur aliquâ re; ſed ſumitur hìc pro eo, quod ſenſum illum in nobis excitat. LXX. Intt. τίμιον, Vulgatus, *deſiderabile*, non ſatis propriè verterunt.

12. *Habito cum Prudentia*] ערמה *hormah*, quod jam antea obſervavimus perinde eſſe ac תבונה, ſeu *prudentiam.* Itaque hìc חכמה hoc eſt, Peritia magnarum quarumque rerum, ut divinarum, moralium &c. quæ in hoc libro quaſi Perſona quædam loquens inducitur, ait ſe habitare cum תבונה *thebounah* cum Prudentia, quæ etiam ut perſona & quidem Sapientiæ comes inducitur, ut verſ. 1.

Scientiam excogitandi] דעת מזמות *dahath mzimmoth*, ſcientiam excogitationum.

13. *Timor Jehovæ eſt odiſſe malum*] Hoc eſt, Religio, quæ Deo maximè placet, eſt ante omnia odio habere Vitium, unde neceſſariò ſequitur, ut ametur Virtus.

Superbiam, faſtum] גאה וגאון *geah vegaon.* Has quidem voces conſtat nunc in bonam partem,

recti iis, qui ſcientiam nacti ſunt. [10]. Accipite diſciplinam meam, non aurum; & ſcientiam, potiùs quàm aurum electum; [11]. quia melior eſt ſapientia margaritis, & omnia, quibus delectantur *homines*, ei æquari non poſſunt.

[12]. Ego Sapientia habito *cum* Prudentia, & ſcientiam excogitandi inveni. [13]. Timor Jehovæ eſt odiſſe malum; ſuperbiam, faſtum, viam malam, & os perverſum odio habeo. [14]. Mihi eſt conſilium & certa cognitio, ego ſum Intelligentia, mihi eſt potentia. [15]. Per me Reges regnant, per me viri graves juſta decernunt. [16]. Per me Principes imperant, & omnes judices terræ munifici ſunt. [17]. Ego mei amantes redamo & ſtudioſè quærentes me invenient. [18]. Opulentia & gloria apud me ſunt, veteres opes & juſtitia. [19]. Fructus meus melior eſt auro & obrizo, & proventus meus argento electo. [20]. In via juſtitiæ, & in mediis juris ſemitis gradior; [21]. ut poſſideant mei amantes, *quod verè* eſt, & theſauros eorum impleo.

22. Je-

tem, nunc in malam ſumi, cùm interdum *ſublimitatem*, atque *excellentiam* ſignificent, interdum *ſuperbiam* & *faſtum*, ut hoc loco; ſed poteſtatis diſcrimen nullum invenire licet. Fortè conjonguntur Synonyma, etiam ejuſdem originis, ut omnis generis ſuperbia ſignificetur, Hebraico more. Sic ut ingens *vaſtitas* deſcribatur שואה & משואה *ſchoab* & *meſchoab*, quæ vaſtitatem æquè ſonant, Job XXX, 3. XXXVIII, 27. Sophon. I, 15. Vide & ſimile exemplum Eſai. III, 5.

Os perverſum] *Os perverſitatum*, fallax & mendax.

14 *Certa cognitio*] תושיה *thouſchijah*. Vide C. II, 7. III, 21. XVIII, 1. Nunc *ſapientiam* nunc *divitias*, ſeu *rem* ſignificat: ſæpius apud Jobum occurrit. Vide not. ad Job. V, 12. & XI, 6.

15. *Per me Reges regnant*] Qui, nimirum, bene &, ut decet ποιμένας λαῶν, regnant, non ſine ſapientia munere ſuo defunguntur. Imò qui malè regnant, eò quòd inſipienter ſe gerunt, ſæpe regno excidunt; dum ſuos aut alienos, præter modum irritant.

Viri graves] רוזנים *rozenim*. Quæ vox cum Principibus & Judicibus conjungi ſolet & hîc reverà *judices* ſignificat, ut ſequentia verba oſtendunt. Deduci omninò videtur non à רזה *emaciavit*, neque à רזי *arcanum*, ſed à priſca radice רזן *razan*, quæ, apud Hebræos, *gravem eſſe moribus*, *moderatum* & *ſedatum*, quas poteſtates, apud Arabas obtinet, ſignificarit. Sine ſapientia, quæ non meditatione tantùm, ſed etiam uſu vitæ adquiritur, jus non dicunt Judices.

16 *Munifici ſunt*] נדיבים *ndibim*, aut ſi mavis *principem locum obtinent*, utrumque enim eâ voce ſignificatur.

17. *Mei amantes redamo*] אהבי אהב ahabai eheb, *amantes mei amabo*. Quid hæc ſibi velint docent ſequentia: *ſtudioſè quærentes me invenient*. Qui quærunt, nempe, ex animo, veram ſapientiam eam inveniunt, ejúſque ſummam utilitatem experiuntur. Contrà qui eam non amant, numquam ad ejus cognitionem perveniunt & graves ignorantiæ ſuæ pœnas luunt. Rectè *Auguſtinus* de Mor. Eccleſ. Cathol. Lib. I. c. 91. *Si Sapientia & Veritas non totis animi viribus concupiſcatur, inveniri nullo pacto poteſt; at ſi quæretur, ut dignum eſt, ſubtrahere ſe ſe, atque abſcondere à ſuis dilectoribus non poteſt. —— Amore petitur, amore quæritur, amore pulſatur, amore revelatur, amore denique, in eo quod revelatum fuerit, permanebitur.*

18. *Opulentia & gloria*] Qui ſe, nimirum, ſapienter & prudenter gerit in eo rerum ſtatu, in quo eſt à Providentia collocatus; ſibi, pro modulo ſuo, eas opes comparat, quas ſolus optare licet, hoc eſt; quibus fit, ut nulla re neceſſaria careat & ſæpe plura longè habeat. Idem etiam exiſtimationem ſibi parat, atque ad honores Reipublicæ pervenit; niſi in infeliciſſima tempora incidat, quibus nulla ratio virtutis habetur; *multum enim intereſt*, ut habet *Plinius*, *in quæ tempora virtus incidat*.

Veteres opes] הון עתק *hon bathek*, quarum vocum poſterior non עָתֵק, ut hîc, ſed עָתָק alibi ſemper effertur. *Durum* ſignificat, & quidem *ſermonem*; at hîc, cum opulentia conjunctum, aliud ſonet neceſſe eſt. LXX. Intt. κτῆσις πολλῶν. *Aquila:* ὕπαρξις μετ' εἰρήνης. *Symmachus:* βίος παλαιὸς, *Theodotion:* ὕπαρξις παλαιά. Hieronymus: *opes ſuperbæ*. Radix ipſa עתק *bathak* in Arabica & Chaldaica Lingua interdum eſt *inveteravit*, ideóque etiam plerique recentiorum *opes antiquas* vertunt; quæ ſicubi diu manent, in hominum prudentium manibus diu manent. Satis eſt hæc ἐπὶ τὸ πολὺ contingere.

19. *Fructus meus*] *Fructus* aut *proventus ſapientiæ* ſunt incolumitas & felicitas familiarum, ipſiúſque adcò Reipublicæ; quæ majoris longè momenti ſunt, quàm opes privatæ. Divitiæ enim, ſine ſapientia, certam perniciem & familiæ & Reipublicæ adferunt, & quo majores eo periculoſiores: contrà verò ſapientia, etiam ſine divitiis, ad omnium neceſſariorum adquiſitionem & conſervationem, imò etiam plurium ſatis eſt. Fac ditiſſimam eſſe Remp., aut familiam, nec quemquam eſſe, qui ei prudenter præſit, brevi vitiis omnibus opprimitur, & mox etiam perit. Sit contra ſumma poteſtas prudentiâ & ſapientiâ inſtructa; ſit pater familias iiſdem virtutibus ornatus, brevi & Reſpublica & familia ad meliorem ſtatum tranſlata florebit, aut certè ex adverſis emerget.

20. *In via juſtitiæ*] Hæc adduntur, ne Sapientia, quod faciunt multi, cum Calliditate confundatur. Calliditas præſentem dumtaxat & privatam utilitatem ſpectat, juris exiguam, aut nullam rationem habet; quod Sapientia per omnia obſervat: quippe ex quo perpetua ad omnes utilitas manat.

21. *Quod verè eſt*] להנחיל אהבי יש *lehanhhil ahabai jeſch*, ad faciendum ut poſſideant amantes mei (*quod*) eſt. LXX. Intt. ἵνα μερίσω τοῖς ἀγαπῶσί με ὕπαρξιν. Vulgatus, *ut ditem diligentes me*. Subaudiverunt ante יש *eſt* relativum אשר *quod*. Uno verbo vocatur hoc antea תושיה

22. Jehova poſſedit me, initio viæ ſuæ, ante ſua opera, ab eo tempore *fui*. 23. Ab *omni* ævo principatum obtinui, à principio, antequàm eſſet Terra. 24. Cùm nullæ eſſent

thouſchijah, de quo antea. *Quod verè eſt* videtur hîc eſſe divitiæ jure partæ; quæ vera ſiunt bona, cùm bonis artibus conjunctæ, ſuâ alioqui naturâ, nec bonæ, nec malæ, ſed mediæ; & quæ proſunt bonis & prudentibus, nocent malis, & temerè vitam agentibus. Rationes cur ita ſentiam, ſunt ſequentia verba; *ut theſauros eorum impleam*, & quia הוֹן *divitias* ſignificat, quod eſt a [illegible] *eſt*. Sic &, apud Græcos, οὐσία dicuntur *facultates*, etiam apud optimos Scriptores.

22. *Jehova poſſedit me initio viæ ſuæ* &c.] Hîc Sapientia altiùs ſe tollit, & poſtquàm beneficia ſua erga homines deſcripſit, Deum ipſum nihil, ſine Sapientia, feciſſe ait, ſéque ante Creationem mundi, apud eum, fuiſſe. Quod non parum facit ad Sapientiæ commendationem, quam liquet hinc neque hominum inventum fuiſſe, & leges ejus prorſus immutabiles, quippe à Deo profectas: cujus voluntas non poteſt cum natura ejus, prorſus immutabili non conſentire.

Philoſophi etiam ſapientiores ſimilia ſenſerunt, ut intelligimus e *Ciceronis* Lib. II. de Legibus c. IV. ubi ita loquitur: *Hanc igitur video ſapientiſſimorum eſſe ſententiam, Legem neque hominum ingeniis excogitatum, nec ſcitum aliquod eſſe populorum, ſed æternum quiddam, quod univerſum mundum regeret, imperandi, prohibendique Sapientiâ. Ita principem Legem illam & ultimam, mentem eſſe dicebant omnia ratione aut agentis aut vetantis Dei.* Poſtea etiam nonnulla habet cum Salomonis non re tantùm, ſed etiam verbis conſentientia, quæ mox proferemus.

Nemo dubitat, aut certè jure dubitare poteſt, quin ab initio libri Sapientia κατὰ προσωποποιΐαν deſcribatur, quod hîc quoque, cur non fiat, nulla ratio eſt. Quod vidit etiam *Dionyſ. Petavius*, cujus hæc ſunt verba Lib. II. de Trinitate C. I, 10. *Ea Sapientia non eſt divina illa præciſè, quâ Deus ſapiens eſt, non illa ab æterno genita & producta, quæ* Λόγος Verbum & Filius *nominatur; ſed confuſâ notione, neſcio quam deſignandi & conſtituendi operis intelligentiam exprimit, cujuſmodi Deus cum intelligentibus Naturis communem habet. Hanc, per Proſopopœiam poeticam, virginis inſtar ac reginæ à Deo ante omnia genitæ ac procreatæ, & eâ productione acquiſitæ & poſſeſſæ, Salomon exhibet. Teſtis eſt* Auguſtinus *Serm. LVIII, de verbis Dom. ſec. Joannem ejuſmodi doctiſſimorum hominum fuiſſe ſententiam:* Multi quidem, *inquit*, doctiſſimi viri hoc ex perſona illius Sapientiæ dictum adſerunt, quam Salomon ad judicandum regendúmque populum acceperat. Hæc *Petavius*, unde intelligere eſt *Sapientiam*, ex ejus ſententia, hîc eſſe ideam Sapientiæ, ut Scholaſtico more loquar, *abſtractam & generalem*, more parabolico τῶν משלים, in perſonam mutatam. Sed ejuſmodi idea, ſeu εἶδος, ſi ſit vera, in Dei quoque intellectu eſt concepta, reféntque Sapientiam Deo inſitam

Quo circa, ſubdit vir doctiſſimus, *magis eſt ut creatam Sapientiam, cum nonnullis Patrum iſtic intelligas; hoc eſt, prudentiam & ſcientiam, quæ futura diſponit, quæque in omni hominum vita dominatur; quàm æternam & increatam, niſi quatenus hæc ad externorum molitionem operum, ac gubernationem demittitur. Neque verò in externis tantùm opificiis, hoc eſt, creatis rebus, ac mundi partibus adminiſtrandis; ſed etiam in moderandis ejus naturæ, quæ ratione prædita eſt, ac lege cuique præſcribenda faciendorum ac fugiendorum; in quo Virtus uſum ac locum obtinet. Tametſi, ut paullo antè docui, abſolutè ac ſimpliciter, neque ut creata, ſed ut omnium creandorum, ratio eſt ac diſpoſitio, illo in loco Sapientia deſcribitur. Atque hæc poëtica & allegorica perſonæ fictio ſic habere putanda eſt; ut ſi quis diceret Deum, priuſquàm hominem procrearet, Legem ac Regulam honeſtatis, ſive Juſtitiam illam, quæ omnia in ſe virtutum officia complectitur, quaſi puellam condidiſſe, eámque conſtituto à ſe homini moderatricem ac velut nutriculam adhibuiſſe; ut ejus, in omnibus, ductu ac diſciplinâ regeretur. Qui hanc adumbraret effigiem Legis, aut Juſtitiæ, vel Virtutis, neque Verbum iſ æternum ac Dei Filium neceſſariò proponeret, neque verò certam aliquam, de creaturarum numero, ſubſtantiam; ſed abſtractam ab utraque conditione ac forte, & confuſam ac fictam rei per ſe non exiſtentis imaginem.* Eam Proſopopœiam imitatus eſt Sirachides Cap. XXIV. à verſ. 1 ad 22. Sic Pſ. LXXXV, 11. & ſeqq. Beneficentia, Fides, Juſtitia & Pax, perſonarum inſtar deſcribuntur. Sic Proverb. IX, 13. Stultitia, ut mulier deſcribitur, Zachar. VII, 3. Improbitas. Tabula *Cebetis* ſimiliter tota conſtat προσωποποιΐαις Vitiorum & Virtutum, iiſque elegantiſſimis. *Prodicus*, apud *Xenophontem*, ἀπομν. Lib. II. initio Virtutem & Vitium quaſi perſonas certantes inducit, quod imitatus eſt *Philo*, Lib. de mercede Meretricis. *Lucianus* in Timone inducit Adrogantiam, Jactantiam, Molliciem, Inſolentiam, Fraudem, Paupertatem, Laborem, Tolerantiam & Fortitudinem, ut perſonas. *Martianus Capella*, ad id exemplum nuptias Philologiæ ſcripſit.

Hæc cum ita ſint, nihil erat cur Ariani hoc loco uterentur, ad probandum Λόγον fuiſſe creatum; nec cur Patres aliter ſentientes hîc quærerent naturam humanam Chriſti, quæ omnia ſunt contorta, ut liquebit legentibus Caput *Petavii* è Lib. II. de Trinitate antea laudatum.

Poſſedit me] קָנָנִי *kananı*. LXX. Int. verterunt: ἔκτισέ με, ut habet etiam Sirachidea XXIV, 8. & 9. cùm vox propriè *poſſidere* ſignificet, non *creare*, *condere*, aut conſtituere. Ac ſanè Deus verè ideam Sapientiæ poſſidebat, quam in omnium rerum creatione atque adminiſtratione adhibuit; nec ulla ratio eſt, cur aliter vox קָנָנִי vertatur. *Vis hæc*, ut bene *Cicero* loco antè laudato, *non modò ſenior eſt, quàm ætas populorum & civitatum, ſed æqualis illius cœlum ac terras tuentis & regentis Dei; neque enim eſſe Mens Divina, ſine Ratione poteſt, nec Ratio Divina non hanc vim, in rectis pravíſque ſanciendis, habere. —— Erat enim Ratio profecta*

Digitized by Google

eſſent abyſſi, formata ſum; antequàm eſſent fontes *& fluvii* graves aquis. [25]. Antequàm montes *terræ* defixi eſſent, ante colles formata ſum. [26]. Cùm nondum feciſſet Terram,

fecta à rerum natura & ad rectè faciendum impellens & à delicto avocans; quæ non tum denique incipit lex eſſe, cùm ſcripta eſt, ſed tum cùm orta eſt; orta autem ſimul eſt cum Mente Divina. Quamobrem lex vera atque princeps apta ad jubendum & ad vetandum, Ratio eſt recta ſummi Jovis. Si hæc adtendiſſent ii, qui verterunt ἔκτισε, numquam ſic vertiſſent, nec eos ſequutus eſſet Chaldæus, qui habet hîc בראני *barani*, qui homo ſæpe aut LXX. Intt. aut Vulgatum ſequitur, etiam cùm abeunt à verbis Hebraïcis. *Aquila* verò, *Symmachus* & *Theodotion*: ἐκτήσατό με *me poſſedit*, rectè, ſed propterea non fuit arguenda lectio LXX. Intt. erroris, quaſi depravata fuiſſet, ut nonnulli fecerunt, è Veteribus. *Epiphanius* verò Hæreſi LXIX, num. 25. vult aptiùs poſſe verti, ἐνόσσευσέ με, quaſi hîc קנני eſſet à verbo קנן quod eſt *nidificavit*, ſed propriè hoc eſt *nidulari* in Piel, non *pullos edere*. Mirum eſt, cùm num. XX. ſermonem de Chriſto hîc eſſe negat, eum non aperuiſſe qua de re ageretur, quod non erat difficile intellectu

Initio viæ ſuæ] ראשית דרכו *reſchith darcho*, pro בראשית *breſchith*, in principio. Ut *via hominis* dicitur vita, ſeu ejus facta: ita & *via Dei* eſt creatio Dei, quæ potiſſima eſt actionum divinarum, pro noſtra certè intelligendi ratione. At LXX. Intt. ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, *Aquila*: ἐκτήσατό με κεφάλαιον τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ, *Symmachus*: ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, *Theodotion*: ἀρχὴν ὁδοῦ αὐτοῦ. Rectiùs Vulgatus: *poſſedit me in initio viarum ſuarum*, nihil enim frequentius ellipſi particulæ ב *in*, & res ipſa ſat clara eſt.

Ante ſua opera] קדם מפעליו *kedem miphhalav*, ante opera ſua; hoc eſt, antequàm quidquam feciſſet. Alioqui קדם ſignificat, ubi de tempore ſermo eſt, *olim*. LXX. Intt. non ſunt adſequuti quid eſſet, habent enim εἰς ἔργα αὐτοῦ. *Aquila*: ἀρχῆθεν κατεργασμάτων, obſcurè. Meliùs *Symmachus* & *Theodotion*: πρὸ τῆς ἐργασίας. Vulgatus: *antequàm quidquam faceret à principio*, ubi duæ poſteriores voces abundant.

Ab eo tempore fui] מאז meaz, ἐξ *tunc*. Addidi *fui*, perſpicuitatis causâ.

23. *Principatum obtinui*] נסכתי niſſachthi, *uncta ſum*. Vide Pſ. II, 6. A cærimonia initio principatûs adhibita, deſignatur ipſe principatus; LXX. Intt. πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. *Theodotion*: προκεχείρισμαι. Vulg. *ab æterno ordinata ſum*. Hæc & ſequentia dicuntur, ut pleniùs intelligantur Sapientiæ decreta non eſſe nupera hominum inventa, eáque proinde mutabilia, ſed divini & immutabilis juris, ut jam diximus, quamvis non ita pridem ſcripta. Quod ſenſere etiam, apud Ethnicos, ſapientes viri. *Nec quia nuſquam erat ſcriptum*, ait *Cicero* loco antè memorato, *ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus adſiſteret, à tergóque pontem interſcindi juberet, idcirco minùs Coclitem illum rem geſſiſſe tantam, fortitudinis lege atque imperio, putabimus. Nec ſi, regnante Tarquinio, nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris, idcirco non contra illam legem ſempiternam Sex. Tarquinius vim Lucretiæ, Tricipitini filiæ, adtulit. Erat enim ratio profecta à rerum natura & ad rectè faciendum impellens & à delicto avocans; quæ non tum denique incipit lex eſſe, cùm ſcripta eſt, ſed, tum cùm orta eſt, orta eſt autem cum Mente Divina* &c. Rectiùs dixiſſet *Cicero* Legem illam numquam ortam fuiſſe, quia Deus, cui neceſſariò ineſt, æternus eſt. Sed in rebus tam arduis & ſublimibus, mirum minùs eſt eum ceſpitaſſe, quàm tam egregia hac de re dixiſſe.

Antequàm eſſet Terra] מקדמי ארץ *mikkadme erets*.

24. *Cùm nullæ eſſent abyſſi*] Hoc eſt, nulla maria, quæ dicuntur Hebræis תהמות *thehomoth*, & quæ ante omnia creata ſunt, ut docet Moſes Gen. I, 2. Præponitur hîc *fontibus & fluviis*, quod è maris vaporibus oriantur, ut ab adcuratioribus Phyſicis eſt demonſtratum.

Formata ſum] חוללתי *hholalthi*, quod poſſit etiam *concepta*, aut *nata ſum* verti. Sapientia verò tum nata eſt, cùm in divino intellectu concepta; hoc eſt, ab omni æternitate, quamvis ſerò Creaturis intelligentibus, χθὲς καὶ πρώην natis, innotuerit.

Fontes & fluvii graves aquis] מעינות נכבדי מים *mahjanoth nechbede majim*, Supplevi ונהרים ounehatim *& fluvii*, quia adjectivum hîc eſt maſculinum; nec poteſt referri ad ſubſtantivum antecedens fœmininum Significatur magna aquarum copia, quibus abundant majores fluvii; nam quamvis in *Niphal* נכבד *nichbad*, eo ſenſu non occurrat, conjugatio Kal ſæpiùs abundantiam ſignificat

25. *Terræ defixi eſſent*] הטבעו *hothbahou* demerſi eſſent. Sed tralaticio ſenſu verbum hoc ſignat defixionem in profundam humum Vide Job XXXVIII, 6 & Lam. II, 9. Altè ſunt in terram defixæ radices montium.

26. *Cùm nondum feciſſet*] עד לא *had lo*, quod hîc non *donec non*, ſed *nondum* ſignificat, ut Eſaiæ XLVII. 9.

Piſcinas] חוצות *hhoutſoth*. Sunt qui interpretentur, *quæ extra ſunt*, ſed cùm vox nuſquam alibi eo ſenſu occurrat, quid præterea eſt *terra & quæ extra ſunt*? Alii *plateas*, quæ eſt vocis ſolita ſignificatio, ſed hîc ſermo eſt de prima terræ formatione, ante urbes conditas, ac proinde ante *plateas*. Qui *rura*, *campos*, aut loca cultui idonea, quæ opponantur montibus, & ſimilia volunt intelligi, nullum exemplum earum ſignificationum ex Hebraïca Lingua, aut è vicinis proferunt. Nos *piſcinas* interpretamur ex Arabicæ radicis חוץ *hhada*, ubi ultima eſt *Dad* ſeu *Tſade* blæſum, ſignificatu, qui eſt *piſcinam facere*, intelligimúſque præſertim *lacus* & *ſtagna*, quibus continetur aqua piſcibus alendis apta. Nec obſtat quod *maria*, *fontes* & *flumina* commemorarit jam Sapientia, poſſunt enim hæc ab iis diſtingui; nec in hoc ſtylo repetitiones vitantur, aut tanta ἀκρίβεια exigitur. Veteres jam in hac voce vertenda, non minùs ac Recentiores ſudaverant, nec tamen ſe ſe ſat feliciter expediverant. LXX. Intt. habent: χώρας καὶ ἀοικήτους, ſed nuſquam alibi ארץ χώρας & חוצות ἀοικήτους ſignificant, neque quidquam huc faciunt.

Aquila

Terram, piſcinas & initium pulveris orbis; 27. cùm pararet cœlos, ibi ego *eram*; cùm deſcriberet ambitum ſupra abyſſum, 28. cùm ex alto nubes firmaret, & ſtabiliret fontes abyſſi; 29. cùm terminum mari poneret, cujus oram non ſuperarent aquæ; cùm conſtitueret fundamenta terræ; 30. eram apud eum *inſtar* alumni, deliciæ *ejus* quotidie, ludens coram eo omni tempore; 31. ludens, *inquam*, in orbe terræ ejus, & deliciæ meæ *ſunt* cum filiis hominum.

32. Nunc verò audite me, filii; felices, qui vias meas obſervabunt! 33. Audite inſtitutionem, ſapientes eſtote, neque rejicite *me*. 34. Beatum hominem, qui me audit, ita ut ad fores meas quotidie vigilet, ut oſtii mei poſtes ſervet! 35. Qui enim invenit me, invenit

Aquila & *Symmachus* verterant: γῆν καὶ ἐξόδους, obſcurè & contra uſum Linguæ. *Hieronymus flumina*, ſine exemplo, aut Linguarum vicinarum ſubſidio.

Initium pulveris orbis] ראש עפרות תבל roſch hapharoth thebel, *initium*, aut *caput pulverum orbis*; quibus verbis ſignificari videntur loca ſicca, ſeu pulverulenta; quæ opponuntur iis, in quibus ſunt *ſtagna* & *lacus*.

27. *Ibi ego eram*] Quòd, nempe, non ſine ſumma ſapientia Deus cœlos crearet.

Cùm deſcriberet ambitum ſupra abyſſum] בחקו חוג על פני תהום bhhukko bhog hal phne thehom, cùm deſcriberet circulum in facie abyſſi. LXX. Intt. ὅτε ἀφώριζε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων, quaſi ſcriptum eſſet כסאו על רוחות chiſo hal rouhhoth, quod nimis à noſtra lectione remotum. Meliùs, *Aquila* & *Theodotion*: ἐν τῷ ἀκριβάζειν γῦρον ἐπὶ πρόσωπον ἀβύσσου, & Vulgatus: *quando certâ lege & gyro vallabat abyſſos*. Eſt ſimiſis locus Job. XXVI, 10. quamvis eadem de re ſermo non ſit. Hîc Sapientia reſpicit ad id, quod dicitur Gen. I, 7. de *firmamento*; hoc eſt, aëre qui abyſſi ſuperficie incubuit, terrámque circumquaque in orbem cinxit.

28. *Cùm ex alto nubes firmaret*] Cùm, nempe, interpoſito aëre, aquas ſuperiores, hoc eſt, nubes, ſeorſim ab inferioribus, ſeu mari ſuſpenſas teneret, ut eodem Geneſ. loco docemur.

Stabiliret fontes abyſſi] Ut marium aqua certo loco maneret, nec unquam deeſſet uſibus hominum neceſſaria.

29. *Cùm terminum mari poneret*] Vid. Job. XXXVIII, 8. & ſeq. Jerem. V, 22.

Cujus oram non ſuperarent aquæ] *Et aquæ non tranſibunt os ejus*, פיו phiv; hoc eſt, oram termini. Vide Gen. XXIX, 2. Eſai. XIX, 7.

30. *Inſtar alumni*] אמון amoun, quod variè verſum. LXX. Intt. ἁρμόζουσα, quod nihil ad rem. *Aquila* meliùs: τιθηνουμένη, nutritia. *Symmachus* & *Theodotion*: ἐστηριγμένη Vulg. *cuncta componens*. *Aquilam* bene vertiſſe oſtendunt ſequentia verba, quibus Sapientia ſub imagine alumni, quo delectabatur Deus, deſcribitur. Cùm autem Sapientia quaſi à Deo nata deſcripta ſit, conſequens erat, ut diceretur hîc ei fuiſſe *inſtar alumni*, quia Deus conſtanter ſapientiæ, quam intellectu concipere intelligitur, leges ſequitur, nec umquam deſerit.

Deliciæ ejus] שעשועים ſchabaſchouhim. Deus, nimirùm, non poteſt non delectari, ſapientibus ſuis conſiliis; ſeu antequàm exſequutioni mandentur, ſeu poſtquàm ea exſequutus eſt ex ſapientiæ ſuæ legibus; quod Moſes deſcripſit Gen. Cap. I. his verbis, ubi poſt opus confectum *& vidit*, inquit, *Deus hoc eſſe bonum*.

Quotidie ludens coram eo] משחקת לפניו miſchaḥheketh lphanau, *ridens ante faciem ejus*. Niſi ſit hoc hujus eximiæ tabulæ πάρεργον, quod ad ornatum, magis quàm ad rem, faciat; poſſint his verbis ſignificari effectus ſapientium Dei conſiliorum æterno illi atque immenſo Artifici fuiſſe quaſi ludum, vel rem quâ delectaretur, ab initio mundi ad ſequentia omnia tempora.

31. *Ludens in orbe terræ ejus* &c.] Quæcumque rectè fiunt, aut facta ſunt, in terris, ea omnia conſentanea ſunt ſapientiæ illi Divinæ, cujus ἀπαύγασμα quoddam rectam Rationem eſſe in hominibus voluit. Quare Sapientia hæc deſcribitur *ludens in orbe terrarum* & veluti *ſe ſe delectans* in juvandis hominibus, qui ad ejus præſcripta, hoc eſt, rectam Rationem vitam inſtituunt. Sirachides, qui Paraphraſin hujus loci Salomonis habet C. XXIV. inducit Sapientiam dicentem ſe *apud omnes populos & gentes fuiſſe*; ſed tandem, juſſu Dei, cùm quæreret quietas ſedes, apud Hebræos juſſam eſſe conſiſtere, ubi ſummopere floruerit. Quæ oſtendunt, eum Proſopopœiam hanc intellexiſſe eo modo, quem expoſuimus, aut non multò aliter.

Non poſſum diſſimulare non tantùm à Veteribus, qui parum adcurati Interpretes Scripturæ fuerunt, intellecta hæc omnia eſt de *Sapientia*, & Λόγῳ, qui in terris verſatus eſt, hoc eſt, de Divinitate Chriſti. Nec ſanè intercedo, quo minùs dicant ab eadem illa Sapientia & Ratione, quæ in Chriſto fuit & carnem induit, omnia eſſe facta ab initio, & res humanas providentiâ ejus adminiſtratas. Docet hæc initio Evangelii ſui Joannes, ad quod Diſſertationem, eam in rem edidimus, quæ exſtat in Edit Lipſienſi Adnotationum *Hammondi* noſtri. Verùm eò reſpexiſſe Salomonem non puto, uti nec credidit *Petavius*, vir pius ſatis Veterum interpretationibus addictus. *Epiphanius* ad Hæreſ. LXIX, 20. ubi primùm incipit de hoc loco loqui; οὐ πάντως τοῦ ἐβεβαίωσε γραφὴ οὐδὲ ἐμνήσθη τις τῶν Ἀποστόλων τῆς λέξεως ταύτης ἵνα παραγάγῃ αὐτὴν εἰς ὄνομα Χριστοῦ· ὥστε οὐ δὴ πάντως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λέγει: *nuſquam Scriptura* (locum hoc ſenſu intellectum) *firmavit*, *neque ullus Apoſtolorum loci meminit*, *ut Chriſto adcommodaret*. *Itaque de filio Dei nullo modo loquitur*. Attamen, ex conſuetudine perperam recepta, locum de Humana Natura Chriſti parum commodè interpretatur. Nos ratione ejus verbis prolatâ utimur, ne quis nobis invitis imponere velit vulgarem interpretationem. Interim ex iis, quæ diximus, ſatis liquet æternam Rationem, quæ in Chriſto fuit, eamdem fuiſſe, à qua omnia facta ſunt.

Deliciæ meæ ſunt &c.] Quia in terris nullum animal eſt Rationis & ſapientiæ capax, præter homines, Pulcre *Cicero* Lib. I. de Legibus,

invenit vitam, & favorem ſibi conciliabit à Jehova. 36. Peccans in me ſibi ipſe injurioſus eſt; omnes, qui me oderunt, mortem amant.

IX. *Sapientia omnes vocat ad dapes ſuas, hoc eſt, ad eruditionem, ſed fruſtra Stultitia ei adverſante.*

CAPUT IX.

1. SAPIENTIA ædificavit domum ſuam, exſcidit columnas ſuas ſeptem. 2. Mactavit pecudes, miſcuit vinum, inſtruxit etiam menſam. 3. Miſit ancillas ſuas, & clamavit

gibus, c. VIII. *Solum eſt, ex tot animantium generibus atque naturis, particeps rationis & cogitationis; cùm ceteræ ſint omnia expertia. Quid autem, non dicam in homine, ſed in omni cœlo, atque terra, Ratione divinius? quæ, cùm adolevit atque perfecta eſt, dicitur Sapientia.*

33. *Neque rejicite*] ואל תפרעו *veal thiphrahou*. Verbum quod ſæpe, hoc in Libro, occurrit. Vide C. I, 25. IV, 15. XIII, 18. XV, 32.

34. *Ita ut ad fores meas quotidie vigilet*] Cùm nuſquam legamus diſcipulos ſolitos eſſe vigilare ad fores Magiſtrorum; credibilius mihi fit, hanc loquutionem eſſe deſumtam ex amantium conſuetudine, ex Poëtis Comicis & amatoriis notiſſima, qui ad fores excubabant, donec admitterentur. Vide vel *Propertii* Eleg. XVI. Lib. 1. & ad verſ. 22. *Joan. Paſſeratium*. Hinc *jacere ad fores* puellæ perinde eſt ac eam amare, apud eumdem Poëtam Lib. II. El. V, 2.

Non ita complebant Ephyreæ Laidos ædes,
Ad cujus jacuit Græcia tota fores.

Neque is mos Orientalibus prorſus ignotus fuit, ut intelligere eſt ex Job. XXXI, 9. Quod ſi tamen inde rem deduci nolis, ſumta erit hæc loquendi ratio à vigilibus, qui ad fores excubabant Templi, aut etiam Regiæ. Quod ſi placeat, *ad fores meas vigilet* perinde erit ac *me anxiè ſervabit*.

35. *Invenit vitam*] Vitam, eámque beatam; nam miſera vita non eſt, quam propterea Græci vocant ἀβίωτον. Tales erant promiſſiones Legis, quæ, ſtante Republicâ Iſraelis eáque liberâ, atque è Lege Moſaica adminiſtrata, beatos reddere bonos & prudentes viros, ut plurimum apta nata erat; nam in calamitate publica, vel ab hoſtibus externis, vel à tyrannico Regimine Regum Idololatrarum, boni & mali nullo diſcrimine habebantur.

Favorem ſibi conciliavit] יפק רצון *japhek ratſon*. *Symmachus*: ἀρύσεται εὐδοκίαν παρὰ Κυρίου, & Vulgatus: *hauriet ſalutem à Domino*. Malè LXX. Intt. ἑτοιμάζεται θέλησις. Eſt *proferre, educere*. Vid. C. III, 13.

36. *Peccans in me ſibi ipſe injurioſus eſt*] חוטאי חומס נפשו *bhoteï bhomes naphſcho*, ubi חוטאי eſt חוטא לי vel עלי & נפשו *naphſcho*, animam ſuam, perinde eſt ac *ſe*.

Mortem amant] Hoc eſt, ita ſe gerit, quaſi mortem amaret & vitæ præferret; cùm à legum neglectu, nihil niſi malum naſcatur, & ſæpe etiam miſera, ac immatura mors.

COMMENTARIUS

In CAPUT IX.

1. *Ædificavit domum ſuam &c.*] Deſcribitur hîc Sapientia eadem, quæ antea; hoc eſt, perſona quædam parabolica & conficta ex Ideâ Sapientiæ, quaſi homines ad convivium invitans; hoc eſt, ut ſpiritualium ejus ciborum participes ſint, ſeu ut diſcant, quid fugere, quid ſequi oporteat, ut bene ac beatè vivant. Non ſunt autem ſingulæ hujus parabolæ circumſtantiæ ad vivum reſecandæ, quaſi ſingulæ diſtinctum quidpiam ſignificent; ſumma dumtaxat rerum eſt adtendenda. In hiſce ſpiritualibus tabulis eſt ferè ſemper πάρεργον, quod ad ſummam rei nihil facit.

Exſcidit columnas ſuas ſeptem] Ut veluti porticus ex iis fiat, in qua adparetur convivium. *Septenarius* autem numerus, pro quovis numero perfecto, ut ſæpe aliàs, ſumendus.

2. *Mactavit pecudes*] טבחה טבחה *tabebhah tibhbah*, eſt propriè *mactavit mactationem*, ſeu quidquid mactandum erat; quod, pro convivarum numero, pluribus aut paucioribus pecudibus conſtabat. Vide & 1. Sam. XXV, 18. LXX. Intt. ἔσφαξε θύματα. Vulg. *immolavit victimas*, quia de victimis ſalutaribus ſolebant convivari; nec fortè ſolemniora convivia fiebant, ſine victimis, ubi certè ſacra facere licebat.

Miſcuit vinum] מסכה יינה maſechah jenah, *miſcuit vinum ſuum*. Hoc eſt, paravit vinum, quod convivis bibendum præberet, quia vinum aquâ temperare, aut aromatibus miſcere ſolebant, etiam cùm merum præbebatur. Qua de re, vide quæ collegit *Thom. Gatakerus* Adverſ. Poſtumorum Cap. V. ubi multis hoc de negotio.

3. *Clamavit earum ore &c.*] Addidimus *earum ore*, quia ancillas mittere fingitur hîc Sapientia, non ipſa invitatum ire convivas; quamvis, more Hebræorum, inducantur loquentes, eodem modo, ac Hera ipſa loqueretur. Vide Indicem in Pentateuchum ad vocem *Nuncius*.

E vertice collium urbis] על גפי מרומי קרת *hal gaphe merome kareth*. Hoc tantum loco exſtat vox גפי *gaphe*, quam meritò interpretantur גבי *gabbe*, nam גב *gab* eſt quidquid eminet, & tumulus. Fortè etiam ita ſcribendum, quia licèt ב frequenter à Chaldæis miſceatur cum פ, tamen apud eos hæc ipſa vox per ב ſcribitur.

clamavit *earum ore* è vertice collium urbis. 4. *Quis*quis eſt ſimplicior, huc divertat;
amenti etiam dixit: 5. Venite, veſcimini pane meo & bibite vinum, *quod* miſcui.
6. Deſinite imprudentes & vivetis, ingredimini viam intelligentiæ. 7. Corripiens irri-
ſorem contemtum ſibi *inde* refert, & caſtigans, improbum quaſi maculoſus irridetur.
8. Ne increpa irriſorem, ne te odio habeat; increpa ſapientem & te amabit. 9. Doce
ſapientem & ſapientior fiet; fac ut juſtus ſciat, *quod ignorat*, & augebit doctrinam *ſuam*.
10. Ini-

Vertunt hîc LXX Intt. abſurdè: *μετὰ ὑψηλῶ κηρύγματος ἐπὶ κρατῆρα.* Vulg. non multò meliùs: *ad arcem & ad mœnia civitatis.* Alludit Salomon ad colles Jeroſolimæ, aut aliarum urbium, ſi quæ colles mœnibus complecterentur.

4. *Quiſquis eſt ſimplicior*] מי פתי mi phethi, *quis ſimplex.* פתי ſimplicem, tum nequitia, ſolet ſignificare.

Amenti] חסר לב *hhaſar leb*, corde defecto, quod de amente præ nequitia uſurpatur Cap. VII, 7.

5. *Veſcimini pane meo*] לחמו בלחמי *lahhamou blahhami*; hoc eſt, comedite cibos meos. Animo præcepta admittite.

6. *Deſinite imprudentes*] עזבו פתאים *hizbou phthaim*; hoc eſt, *relinquite imprudentes*; nempe, imprudentiam. Alii interpretantur פתאים *imprudentias*, ut C. I, 22. פתי *phthi*, errorem ſignificat.

Et vivetis] *Et vivite.*

Ingredimini viam] אשרו בדרך *iſchrou bderech*, quod vertas etiam licet *incedite*, ſed hîc ſumitur pro initio inceſſûs; nam ii, quos adloquuntur ancillæ Sapientiæ, nondum eam viam erant ingreſſi. Alioquin hoc verbum ſimpliciter *incedere* ſignificat C. IV, 13. XXIII, 19. LXX. Intt. *κατορθώσατε ἐν γνώσει σύνεσιν.* Vult *M. Meibomius* ſignificationem *erecti*, aut *beati*, omnibus locis, ubi hoc verbum, aut ejus derivata inveniuntur, obtinere, & hoc quidem loco vertit: *erecti ſtate in via prudentiæ.* Sed ubi agitur de via recta, potius eſt *κατευθύνεσθαι*, ut habebant hîc *Symmachus* & *Aquila*, quàm *κατορθοῦν*, & ſatius eſt vertere *incedere*. Omnia ſolet ille torquere, ut ad præceptam ſemel opinionem flectat. Vide tamen eum *Speciminis* III. p. 7. & ſeqq.

7. *Corripiens irriſorem* &c.] Hæc non pertinent ampliùs ad invitationem, cùm ſint ei contraria. Verùm ante hæc verba animo ſupplendum Sapientiam, cùm irritam eſſe ſuam invitationem vidiſſet, nemine ad eam veniente, ſic eſſe loquutam: *Corripiens* &c. לץ lets, *irriſor*, ſemper, in Scriptura, peccatorem obduratum ſignificat, quales ſunt qui irrident monita, nedum ut ſe deliquiſſe fateantur.

Contemtum ſibi refert] לוקח לו קלון lokeahh lo kalon, *accipit ſibi ignominiam*, aut *contemtum.* Gallicè optimè: *n'en reçoit que du mépris.* LXX. Intt. bene: *λήψεται ἑαυτῷ ἀτιμίαν.* malè Vulgatus: *ſibi ipſi injuriam facit.*

Quaſi maculoſus irridetur] Eſt tantùm מומו *momo*, maculam, aut vitium ejus; ſed eſt repetendum, è priore membro, לוקח *lokeahh accipit.* Senſus eſt, qui improbum vitii arguit, ab improbo ſimilem exprobrationem audit, quaſi ipſe perinde eſſet maculoſus; nam vitia extrema, ut ille ait, *caſtigata remordent*, non tantùm ubi à *fictis Scauris*, ut idem loquitur, reprehenduntur, ſed etiam à verè probis, מום, quod propriè vitium corporis ſignificabat, transferebatur etiam ad animi vitia, ut Deut. XXXII, 5. LXX. Intt. hîc incommodè: *μωμήσεται ἑαυτὸν*, niſi idem hoc ſit ac *μωμηθήσεται ὑπ' αὐτῶ*, vel *μῶμον ἑαυτῷ λήψεται.* Alioqui vox Græca ex Hebraica videtur omnino derivata. Latinè non poteſt tam commodè verti. Incommodè *Hieronymus*: *ſibi maculam generat*, niſi idem, quod modò dixi, voluerit.

8. *Ne te odio habeat*] Quod non eſt ita intelligendum, quaſi improbi numquam eſſent reprehendendi, ne in odium eorum incurratur. Contrà ſe geſſerunt veteres Prophetæ, Chriſtúsque & Apoſtoli, qui eos acriter ſæpe caſtigarunt, à quibus ſatis norant, ſe nihil niſi odium relaturos; ut officio, nempe, ſibi a Deo mandato, defungerentur. Sed ſunt tempora & homines, quorum vitia adtingi prudenter debent, ne exacerbentur intempeſtivâ caſtigatione & immedicabilia fiant, plúſque libera reprehenſio noceat, quàm proſit; dum interim contrariæ virtutes aliis conſtanter inculcantur, ne exemplo delinquentium labefactentur. Prudentia, hac in re, ut in ceteris omnibus, eſt conſulenda.

Increpa ſapientem &c.] Hoc eſt, licet reprehendere hominem ſapientem, qui infirmitate aut perturbatione peccat, non inveteratâ nequitiâ; monitus enim culpam agnoſcit atque ex amore reprehendenti, adhibita hîc quoque prudentia, gratias habet.

9. *Doce Sapientem*] *Da* (תן then) *ſapienti & ſapiet adhuc.* Ut *accipere* eſt doceri: ſic *dare*, ac *tradere* eſt docere, apud Hebræos, Græcos & Latinos. Res ita nota eſt, ut exemplis non egeat.

Augebit doctrinam ſuam] יוסף לקח *joſeph lekahh*, addet acceptionem; hoc eſt, quæ à te acceperit addet iis, quæ jam norat. Mirum eſt LXX. vertiſſe ſuperiora verba: *δίδου σοφῷ ἀφορμὴν*, & Vulg. *da ſapienti occaſionem*, cùm de occaſione non agatur ſed de *διδασκαλίᾳ*. Hîc habent Græci: *προσθήσει τοῦ δέχεσθαι*, præſtitiſſet *τὸ δέχεσθαι*, & Vulgatus: *feſtinabit accipere*, cum debuiſſet potiùs *perget accipere*.

10. *Initium ſapientiæ* &c.] Vide ad C. I, 7.

Intelligentia] בינה *binah*, quæ eadem eſt ac Sapientia, hoc eſt cognitio Religionis & officiorum, quæ à nobis exigit. Hæc erat Sapientia Hebræorum, non theoretica Philoſophiæ pars.

11. *Augebuntur dies tui*] Nam qui ſapiunt à multis abſtinent, quibus homines improbi in præmaturam mortem incidunt.

Tibi addentur anni vitæ] יוסיפו לך *joſiphou lcha*, addent tibi. Subaudiri videtur nominativus פקודי *phikkoudai* mandata mea aut quid ſimile, niſi fortè exciderit. Verti quaſi eſſet יוספו *thivvaſephou* in futuro Niphal, quia ita commodius

10. Initium ſapientiæ eſt timor Jehovæ, & ſcientia ſanctorum eſt intelligentia. 11. Per me augebuntur dies tui, & tibi addentur anni vitæ. 12. Si fueris ſapiens, eris tibi ſapiens; ſi illuſeris *aliis*, *pœnas* ſolus feres.

13. Mulier ſtulta ſtrepera eſt, illecebras *habet*, nec quidquam *aliud* novit. 14. Sedit ad oſtium domûs ſuæ, in ſolio, in collibus urbis; 15. ut vocet per viam prætereuntes, *&* *aliò* ſemitas dirigentes. 16. *Quis*quis eſt, *inquit*, ſimplicior, huc divertat; & dementi dicit. 17. Aqua furto ſublata eſt dulcis, & panis, qui clam *comeditur*, eſt ſuavis. 18. Nec novit

dius Latinè loquenti viſum. Ceteroqui non facilè Conjugationi *Hiphil* tribuendam ſignificationem paſſivam non puto.

12. *Eris tibi ſapiens*] חכמת לך *hhachamtha lach.* Duplex horum verborum ſententia eſt. Altera quidem, eum, qui ſapit, eùm timebit, ne alios offenderet ſuâ ſapientiâ, eam potius diſſimulaturum; quod, ut vidimus, interdum licet, interdum nefas eſt. Altera verò, eum, qui ſapiet, potiſſimùm fructum ex ſapientia ſua ipſum capturum, quod veriſſimum eſt; quamvis aliis eſſet inutilis, non culpâ viri ſapientis, ſed aliorum.

Si illuſeris aliis] ולצת *velatſtha*, hoc eſt, ſi fueris in eorum numero, qui Religionem & rident ac *verba putant*, quos ſcriptura לצים *letſim* vocat, ſeu irriſores, ut diximus.

Pœnas ſolus feres] לבדך תשא *lbadcha thiſſcha*, ſolus feres; nempe, עונך *iniquitatem tuam*, ſeu nequitiæ tuæ pœnas. E re ipſa enim ſerò cognoſcens & maximo tuo malo, Religionem & Virtutem prorſus eſſe neceſſarias tuendæ humanæ Societati, adeóque pravæ tuæ opinionis pœnas dabis; cùm, nimirum, quiſpiam, te nequaquam deterior, gravi injuriâ te adſecerit; dum putat, ut tu eum docueris, nihil ſibi à Deo propterea eſſe timendum, quippe qui, ut aiebas, nullus eſt, & tutò poſſe in homines delinqui, modò ne auctor ſceleris innoteſcat. Qua de re, multa habet *Cicero* Libro I. de Legibus, quæ digniſſima ſunt lectu. Solus autem homo Atheus & improbus fert pœnas ſuæ nequitiæ, cum quia ſibi conſcius eſt ſcelera in ipſum admiſſa, ſuæ opinionis legitima eſſe conſectaria; tum etiam quia ab aliis ridetur, cùm audiunt detonantem in ſcelus, quod quaſi rem mediam & indifferentem habendum contenderet; & querentem fortunas ſuas, eò quòd paſſus ſit flagitium, propter quod alios querentes antea ludibrio habuerat. Sic nemo incommoda, in quibus verſatur, ſublevat, aut adloquio, aut quovis alio auxilio hominem juvat.

13. *Mulier ſtulta*] Hìc eſt contraria Proſopopœia ſuperiori, nam poſtquàm Sapientiæ idea deſcripta eſt, ſub imagine mulieris, non erat præter rem, ut ſtultitia, ſeu idea inſanæ vitæ, ſub ſimili imagine pingeretur. *Pro muliere ſtulta* eſt אשת כסילות *eſcheth chſiloth*, mulier ſtultitiæ.

Strepera eſt] הומיה *homijah.* Vide Cap. VII, 11.

Illecebras habet] פתיות *phthajuth.* Quæ vox alibi non occurrit. Sed ex re ipſa intrepretati ſumus *illecebras*, ac ſanè פתה eſt *decipi*, *errare*, & in Hiphil *in errorem inducere*; quod faciunt improbæ mulieres illecebris, unde *illices* apud *Plautum* dicuntur. Poſſis etiam *fraudem* & *fallaciam* interpretari. Addidimus *habet*, ne penderet conſtructio, & ſubaudiri poteſt עם him, *cum*, quod ſæpe aliàs ſuppletur, ut oſtendit *Chr. Noldius* ad hanc particulam num. XXII.

14. *Sedet ad oſtium domûs ſuæ*] Ut vocet atque alliciat prætereuntes.

In collibus urbis] Quaſi illic haberet domum in loco edito, ubi poſſet proſpici è longinquo & videre per valles, aut clivos commeantes, eóſque ad ſe vocare. Quibus rebus deſcribitur illiciendi ſtudium, quod eſt cum nequitia conjunctum, quà quicumque laborant conantur alios adlicere, ut venenum ſuum quàm latiſſimè ſpargant. Vide ad verſ. 3.

15. *Aliò ſemitas dirigentes*] Qui alia in loca ire ſtatuerant, nec ad nequitiam diverterent, niſi vocarentur.

16. *Quiſquis eſt* &c.] Imitatur verba Sapientiæ verſ. 4.

17. *Aqua furto ſublata* &c.] Furtivas & illicitas voluntates plerique intelligunt & quidem rectè. *Clemens* Alexandrinus Pædagogi Lib. III. p. 295. Ed. Oxon. prolatis his verbis: τὴν ἐπίκλοπον ταύτην ἀφροδίτην λέγει: *furtivam hanc Venerem dicit.* Tum ſubdit: Ἔνθεν ὠφελημένος ὁ Βοιώτιος Πίνδαρος, γλυκύ τι, φησὶν, κλεπτόμενον μέλημα Κύπριδος: *hinc adjutus Bœotius Pindarus*, dulcis eſt, *inquit*, furtiva cura Veneris. Rectè collata hæc inter ſe loca nemo dubitat, ſed *Pindarus* vix à Salomone quidquam mutuatus videtur, & res agitur, quæ experientiâ vitæ facilè intelligi poterat. Quot alii Poëtæ furta Veneris memorarunt, & jucunda eſſe dixerunt? Sic *Ovidius* Amor. Lib. II. El. VIII, 3. de Cypaſſi, quæ dominam ejus comebat:

Et mihi jucundo non ruſtica cognita furto.

In Epiſt. Paridis ad Helenam verſ. 289.

Jupiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis,
Hæc tibi, nempe, patrem furta dedere Jovem.

Sed plures Poëtarum, hac de re, Ineptias colligere nec lubet, nec vacat.

Panis qui clam comeditur] לחם סתרים lehhem ſtharim, *panis arcanorum*; hoc eſt, qui clam comeditur. Iterum hìc: ἐπίκλοπον ἔθος Veneris tangitur.

18. *Nec novit*] Nempe, qui ſe adlici patitur à muliere libidinoſa.

Mortuos] רפאים *rphaim.* Vide ad Cap. II, 18. *Aquila* retinuerat ῥαφαεὶν, LXX Int. more Poëtarum γηγενεῖς, *Symmachus*: θεομάχοι, *Theodotion*: γίγαντες. Hi à Poëtis etiam ad Tartara detruſi dicebantur, ut videre eſt apud *Heſiodum* ſub finem Theogoniæ. Sed non ſunt hæ fabulæ miſcendæ cum ſacris.

In profundis ſepulcris eſſe] בעמקי שאול behimke

novit *imprudens* illic eſſe mortuos, atque ab ea vocatos in profundis ſepulcris eſſe.

X. *Miſcellæ Salomonis ſententiæ.*

CAPUT X.

1. PROVERBIA SALOMONIS. Filius ſapiens lætitiam creat patri, ſed filius ſtultus eſt matris ſuæ mœror.
2. Non proſunt theſauri improbitate *parti*, ſed juſtitia à morte liberabit.
3. Non patietur Jehova juſtum eſurire, ſed pravitatem perfidioſorum expellet.
4. Pauperem facit manus remiſſa, ſed manus induſtriorum ditat.
5. Colligit æſtate filius ſapiens; *at* dormit in meſſe filius *parentes* pudefaciens.

6. Bene-

ke ſcheol, *in profunditatibus ſepulcri.* Mira eſt corruptio, aut mira aberratio in verſione LXX. Intt. qui habent : *ἐπὶ πέταυρον ᾅδου συναντᾷ.* Certè non video quis *petaurus* poſſit eſſe in inferis, præter rotam Ixionis, ad quam quis eredat reſpexiſſe hos Interpretes? De *Petauro* & *Petauriſtis* egit olim, in Funambulo ſuo, Vir Doctiſſimus *David Clericus*, patruus meus; quem adeant licet, qui quid ſit ignorant. *Aquila* verò, *Symmachus* & *Theodotion* : *ἐπὶ τοῖς βάθεσι τοῦ ᾅδου.* Melius vertiſſent : *τοῦ τάφου*, nam *ᾅδης* Græcè inferos ſignificabat, ſeu loca pœnarum & præmiorum ; qua de re, hîc non agitur. Vide ad C. VII, 27.

COMMENTARIUS

In CAPUT X.

1. PRoverbia Salomonis] Hic voce משלים *mſchalim*, ſententiæ, ſeu gnomæ breves ſignificantur; nam quæ antea fuerunt longioribus ratiocinationibus conſtant; quamvis ſint etiam משלים, ſeu figuratæ orationes, *ἐσχηματισμέναι ῥήσεις.*

Lætitiam creat patri] *Matri* etiam, ut & *patris moeror* eſt filius ſtultus, non minùs quàm *matris*; ſed elegantiæ fuit ita rem exprimere, ut ſæpius videre eſt in hiſce ſententiis. Vide Capp. XVII, 25. XXIII, 24, 25. XXX, 17.

2. *Theſauri improbitate parti*] *Theſauri improbitatis.* Intelligendum hoc, ita ut negentur opes malis artibus comparatæ prodeſſe apud Deum; aut apud homines probos potiſſimum; ſed & interdum etiam apud improbos. Sic Verri, qui Siciliam expoliaverat, non profuerunt divitiæ, apud Judices, quamvis non optimos; quia ejus latrocinia erant nimia & nimis aperta, quàm ut poſſent ſine Judicum infamia diſſimulari. Sed Mario illi profuerunt; de quo *Juvenalis* Sat. I, 47.

—— damnatus inani.
Judicio (quid enim ſalvis infamia nummis?)
Exſul ab octava Marius bibit & fruitur, Dis
Iratis, at tu, victrix Provincia, ploras.

Quibus exemplis multa alia antiqua & nova quivis adjicere poteſt. Sed hæ ſententiæ non ſunt Axiomata Mathematica, quæ nullâ exceptione laborent.

Juſtitia] Innocentia, quâ agnitâ, falſò accuſatus abſolvitur; certè ſæpe.

3. *Non patietur juſtum eſurire*] לא ירעיב יהוה נפש צדיק *lo jarbib Jehovah nepheſch tſaddik.* Ubi conjugatio Hiphil non actionem, ſed permiſſionem ſignificat. Hoc quoque intelligendum ut antecedentia, ſunt enim tempora & caſus, quibus homines innocentiſſimi egent, ut ſub tyrannide, atque in bello, bonos ac malos, ſine diſcrimine, miſcente; aut etiam culpâ parentum, qui innocentes liberos, gulâ & libidinibus facultatibus amiſſis, egentes relinquunt. Sed Deus tamen hos juvat, ſi modò prudentiam cum innocentia conjungant.

Pravitatem perfidioſorum] Hoc eſt, pravos ac perfidioſos homines ſedibus ſuis pellet; nempe, quorum pravitas ac perfidia uſque adeò creverint, ut Reipublicæ interſit eos expelli, niſi tamen Rex improbus eos auctoritate ſuâ tegat. Deus enim ſemper nec per ſe, nec per Angelos, pœnas ab hominibus malis exigit, ſed per alios homines.

4. *Manus remiſſa*] כף רמיה *chaph remijah.* Vox quidem poſterior plerumque *dolum* ſignificat. Sed hîc & aliis aliquot locis, *remiſſionem & inertiam* ſonat, ubi ſenſus ita poſtulat. Vide infrà C. XII, 24, 27. XIX, 15. Nempe רמה *ramah* eſt *projecit*, *dejecit*, unde deducitur is ſignificatus.

Manus induſtriorum] יד חרוצים *jad bharoutſim.* LXX. Intt. *χεῖρες ἀνδρείων*, Vulgatus: *manus fortium.* Non tam *fortes*, quam *induſtrii* ſignificantur C. XII, 24. XIII, 4. XXI, 5. Videtur deducendum à חרץ quatenus ſignificat *movit*, ut Exod. XI, 7. Joſ. X, 21. Sunt enim induſtrii: *ἐνεργητοὶ πρὸς ἔργον.*

5. *Colligit æſtate*] Propriè quidem hoc refertur ad meſſem, quæ fit æſtate, quâ fruges, quibus per totum annum veſcaris, in horrea conduntur, ſed *παραβολικῶς* ſignificatur tempus, quo licet laborare, & quo qui induſtriè utitur habet neceſſaria tempori, quo labori incumbere non licet, et quando ſenecta obſtat.

Parentes pudefaciens] מביש mebiſch, *pudefaciens*; nempe, parentes. Vide C. XXIX, 15. LXX. Intt. *υἱὸς παράνομος*, non ſatis commodè, ut alia multa, quæ prætermitto. *Aquila* : *υἱὸς αἰσχύνης*, & Vulg *filius confuſionis.* Sed eſt hîc participium activum, poſt quod accuſativus ſubau-

6. Benedictiones capiti juſti *incumbunt*, os verò improborum teget injuria.
7. Memoria juſti erit in benedictionem, verùm nomen improborum putreſcet.
8. Is, cui cor ſapit, accipit præcepta, ſtultus labiis offenditur.
9. Qui incedit in integritate, it ſecurè, *ut* qui implicat vias ſuas innoteſcit.
10. Nictans oculo dolorem creat, & ſtultus labiis offenditur.
11. Os juſti *eſt* vitæ ſcaturigo, os verò improborum occultat injuriam.
12. Odium excitat rixas, ſed amor tegit omnia delicta.
13. In labiis *hominis* intelligentis invenitur ſapientia, ſed virga dorſo hominis vecordis *paratur*.
14. Sapientes occultant ſcientiam, at ori ſtulti proximus eſt terror.

15. Copiæ

ſubaudiendus.

6. *Capiti juſti incumbunt*] Hoc eſt, in juſtum. Formula eſt nota, ſed præſertim in diris precibus ut 1. Sam. XXV, 39. 2. Sam. I, 16. 1. Reg. II, 37 VIII, 22. Pſ. VII, 17. &c. Græcis etiam & Latinis ignota non eſt.

Os verò improborum teget injuria] Hoc eſt, os improbi occludet injuria, quam aliis fecerit, cum & ipſe viciſſim injuriam patitur; non habet enim, quod queratur, qui id tantùm patitur, quod ipſe antea fecit. Sic Job. V, 16. *iniquitas os ſuum compeſcit.* LXX. Intt. hîc πένθος ἄωρον, quod planè alienum à vocis חמס *bhamas* ſignificatu, quæ *injuriam* tantùm ſonat. *Aquila* & *Symmachus*: ἀδικίαν, *Theodotion*: ἁρπαγήν, non ſatis aptè.

7. *In benedictionem*] לברכה *librachah*; hoc eſt, vir bonus non præſens tantùm, ſed & mortuus laudabitur; quæ demum laus vera eſt, non ex adulatione orta.

Nomen improborum putreſcet] Perinde eſt peribit, nemo de eo loquetur, magis quàm ſermo eſt de fructu, qui computruit, & cujus memoria prorſus intercidit.

8. *Cui cor ſapit*] *Sapiens corde.*

Labiis offenditur] שפתים ילבט *ſchphatajim jillabat*, ſupplendum ב, ante priorem vocem. Alteram vertimus *offenditur*, quia verbum hoc apud Samaritas *dolorem creare* ſignificat in activa conjugatione, ac in paſſiva *dolorem concipere*, vel *offendi*, ubi de verbis ſermo eſt, quod optimè huic loco convenit. Vide Int. Samariticum Gen. XV, 13. XVI, 6. XXXI, 50. LXX. Intt. χείλεσι σκολιάζων ὑποσκελισθήσεται, *Aquila*: δαρήσεται, *Symmachus*: βασανισθήσεται, *Theodotion*: φυρήσεται. Vulgatus: *cæditur.* Quæ nec verbi ſignificatione notâ nituntur, nec rei conveniunt. Occurrit לבט tantùm verſ. 10. & Hoſ. IV, 14. quibus locis ſignificatio *doloris*, vel *adflictionis* optimè convenit.

9. *It ſecurè*] ילך בטח *jeleeh betahh.* Certè nullum ſibi, ex injuria aliis illata periculum creat; quod in pace & Republica bene inſtituta ſecuritatem parit, quamvis bello, aut tyranno graſſante, non ſemper contingat.

Qui implicat vias ſuas] מעקש דרכיו *mhakkeſch drachau.* Vide C. II, 15. Intelligitur homo fraudulentus, qui operam dat, ne quiſquam norit, quò ſpectet, ut faciliùs quod cupit, injuſtum licèt, conſequatur.

Innoteſcit] Fraus ejus & doloſus animus tandem innoteſcunt, & ut in aliis diffidentiam creavit, nemini ipſe fidere audet.

10. *Nictans oculo*] Vide ad VI, 13. Plerumque hoc fit ad nocendum, qui enim bona & recta ſuadent, non indigent ejuſmodi ſignis.

Labiis offenditur] Vide ad verſ. 8. Nempe, ſtulti offenduntur, cùm quis apertè dicit, quid ſentiat, de eorum ſtultitia, nec vident nictationes oculorum magis eſſe noxias; quippe quæ non intelliguntur, niſi à moniis.

11. *Vitæ ſcaturigo*] מקור חיים *mkor bhajim.* Ex eo, nempe, nihil prodit, niſi ſalubre & bonum.

Occultat injuriam] יכסה חמס *jechaſſah bhamas.* Hæ voces aliud hîc ſignificant, quam verſ. 6. quod ἀντίθεσις membrorum oſtendit. Itaque hîc, *tegit*, vel *occultat injuriam*, perinde eſt ac, verba fundit, quæ reverâ eò tendunt, ut noceant, quamvis occultè.

12. *Excitat rixas*] Quia odinm facit, ut delicta hominum inviſorum diligentius æquo obſerventur & caſtigentur acerbius, ceteráque enim mediæ naturæ in malam partem ſumantur.

Tegit omnia delicta] Aut *defectiones*, פשעים *phſchahim.* Πάντα στέγει, ut ait Paulus 1. Cor. XIII, 7. nempe, ἁμαρτήματα. Quod eſt intelligendum de peccatis, quæ celata non nocent aut delinquenti, aut aliis, in quos deliquit. Boni viri eſt facilè occultare talia, dum ſpes eſt delinquentem interim emendatum iri, & dum modò ii, in quos deliquit, incommodum nullum inde patiantur, aut certè leve.

Alioquin eſſet conſpirare cum improbis, quos ſciremus emendari nolle; dum celamus eorum malefacta, aliiſquè patimur ab iis noceri; præſertim ſi paullò gravior eſſe noxa ſtatuatur.

13. *Sed virga dorſo* &c.] Oppoſitionis ratio eſt cum intelligentibus viris gratias debeamus, propter ſapientia conſilia; vecordibus hominibus, qui virtutem ignorant, & oderunt, nec cuiquam conſilio aut operâ prodeſſe poſſunt, nihil niſi fuſtuarium deberi, niſi ad ſaniorem mentem redeant.

14. *Occultant ſcientiam*] יצפנו דעת *jitſphenu dahath.* LXX. Intt. κρύψουσιν αἴσθησιν. *Aquila*: συγκρύψουσι γνῶσιν. Vulgatus: *abſcondunt ſcientiam*: Duplex verborum eſſe ſenſus poteſt. Alter eſt, ab hominibus ſapientibus non jactari ſcientiam, ſed potius occultari, ac ſilentio diſſimulari; alter verò recondi, quæ propria eſſe videtur ſignificatio verbi צפן *tſaphan*, hoc eſt comparari & memoriæ mandari ſcientiam à ſapientibus, quâ ſuo tempore utantur. Sequens membrum favet priori ſententiæ.

Ori ſtulti proximus eſt terror] מחתה *mebbittbab* quod *terrorem* aut etiam *contritionem* vertunt. Qui, nempe, effutiunt, quidquid norunt, omni tempore & loco, in maximas calamita-

Digitized by Google

15. Copiæ divitis *ſunt* ejus urbes munitæ, verùm egeſtas *eſt* terror pauperum.
16. Opus innocentis ad vitam, proventus nocentis ad peccati pœnam *ſpectat*.
17. *Calcat* viam ad vitam, qui ſervat inſtitutionem, ſed qui deſerit caſtigationem, in errorem conjicit *alios*.
18. Qui occultat odium labiis mendacibus, & qui malum rumorem profert, *hic & ille* ſtultus eſt.
19. In multitudine verborum non deeſt delictum, intelligens labia ſua cohibet.
20. Lingua juſti eſt argentum electum, cor verò improborum exigui pretii.
21. Labia juſti paſcunt multos, at ſtulti in *ſua* vecordia moriuntur.
22. Benedictio Jehovæ ditat, neque ſecum dolorem adfert.

23. Quemad-

tes, aut certè terrores incidunt, ne graves pœnos intempeſtivæ παῤῥησίας luant.

15. *Copiæ divitis* &c.] Divitiæ faciunt, ut dives fiduciâ earum multa dicat & faciat, quæ alioqui numquam auderet facere aut dicere; paupertas verò impedit, ne quid egenus audeat, quia ſibi timet.

16. *Opus innocentis ad vitam*] Nihil non facit, quod ad vitam, eámque beatam ei conſervandam non ſpectet; legibus enim parere & omnibus boni viri officiis defungi, multum faciunt ad vitæ tranquillitatem; dum certè ſtat Reſpublica, atque ex legibus regitur, nam temporibus tyrannidis, aut belli, omnia turbantur.

Proventus nocentis ad peccati pœnam] תבואת רשע לחטאת *thebouath raſchah lehhatath*. Hìc חטאת eſt *pœna peccati*, ut *ferre peccatum* eſt peccati pœnas luere Levit. XXII, 9. Frequentiſſima eſt hæc phraſis, cum voce עון *havon*, iniquitas.

17. *Calcat viam ad vitam*] ארח לחיים *arahh lehhajim*. Subaudiendum דורך *dorech*, calcat, aut quid ſimile, ut הולך holech, *incedens*, aut etiam אורח *oreahh*, quod idem eſt.

Inſtitutionem] מוסר *mouſar*, quod verti etiam poſſit *correptionem*; nempe, juſtam.

In errorem conjicit] מתעה mathhe, *facit errare*: ejus enim exemplum facit, ut alii, caſtigationibus ſapientum ſpretis, putent inania eſſe, quæ da Virtute & Vitio dicuntur.

18. *Qui occultat* &c.] Qui blanditur ei, quem odit.

Labiis mendacibus] *Labiis mendacii*.

Malum rumorem profert] מוציא דבה *motſi dibbah*, faciens exire malum rumorem; hoc eſt, proferens, aut etiam ſpargens in publicum.

Stultus eſt] כסיל *cheſil* & אויל *evil*, quæ propriè *ſtultum* ſignificant, in hoc Libro & alibi, non eum tantùm, qui ſtultitiâ laborat, ſeu imbecillitate judicii, miſericordia potius quàm ira dignâ; ſed hominem nequam, quique præ adfectu ſciens & volens peccat.

19. *In multitudine verborum* &c.] Loquaces enim multa falſa & noxia dicunt, etiam imprudentes.

20. *Eſt argentum electum*] Hoc eſt, ſermones habet magni pretii, ſeu monienti.

Exigui pretii] כמעט chimehat, *quaſi parvum quid*. Non ſunt intelligendi mali ſermones, qui ad contemtum Virtutis & laudem Vitii ſpectant, aut innocentibus detrahunt; non enim ſunt dumtaxat exigui pretii, ſed noxii & venenati; verùm ſermones per ſe boni, qui in ore improborum, exigui ſunt ponderis, quia iis contrarii ſunt ipſorum mores, qui pondus omne verè & rectè dictis detrahunt. Quin & iram movent bonis, qui rectè loquuntur, dum pravè vivunt. *Menander* Pellice:

Μισῶ πονηρὸν χρηστὸν ὅταν εἴπῃ λόγον.
Cùm recta fatur improbum odi maximè.

21. *Paſcunt multos*] ירעו רבים *jirhou rabbim*. Quod poteſt intelligi de paſtu animi, in veris & rectis ſermonibus ſito; aut de regimine morum; nam *paſcere* eſt etiam regere, ut quando de Regibus dicitur.

In ſua vecordia] בחסר לב *behheſar leb*. in defectu cordis moriuntur. Nempe, ex animi paſtu nihil accipiunt, moriuntúrque, antequàm quidquam de Virtute didicerint, ita ut moribus eam exprimant. Hoc Græcè dixeris ἄνοιαν, Latinè *amentiam*.

22. *Neque ſecum dolorem adfert*] *Neque addet dolorem ſecum*. Quod dicitur, ut opponatur benedictio divina, quâ fit, ut animus tranquillè iis, quibus indiget vita, utatur; divitiis malè partis, quæ ſecum morbos conſcientiæ atque anxietates maximas trahunt; dum mali timent, ne retegantur malæ artes, quibus, eam in rem, uſi ſunt, earúmque tandem pœnas dent.

23. *Inſtar ludi*] כשחוק *chiſchhhok*, quaſi ludere, aut ridere. Mali viri quaſi per ludum & jocum, ſcelera admittunt; nempe, qui ſunt longo habitu in nequitia obdurati. Similiter boni, qui Sapientiæ præcepta animo prorſus imbiberunt, nullo negotio iis præceptis etiam difficilioribus, ut vulgò videntur, obtemperant. *Sapientia* hìc vocatur vita ad ejus præſcriptum instituta & acta.

Viro intelligenti] *Viro intelligentiæ*, ſeu *prudentiæ*. Ad hoc membrum liquet repetendum eſſe כשחוק, *inſtar ludi*. Ut malus facillimè peccat, & difficillimè convenienter Virtuti ſe gerit, propter longum nequitiæ habitum: ita & probus lubentiſſimè Virtutem ſequitur, ægerrimè eam deſerit.

24. *Id quod formidat improbus*] מגורת רשע *mgourath raſchah*, formido improbi; ut retectio occultorum ejus facinorum, pœnæ, quas propterea debet, bonorum & vitæ jactura, aliáque ſimilia.

Quod cupiunt juſti] *Cupiditatem juſtorum*.

Dabit] Nempe, *Deus*, quæ vox ſæpe ſubaudienda, ut oſtendimus in Jobum & Pſalmos. Vide exempla ad Pſ. LXXXI, 7.

25. *Ut præterit procella*] Quod, non ſine divina Providentia, ſæpe contigit inſignioribus ſceleratis, ut Sejano, Stiliconi, Rufino, Eutropio, aliis.

Funda-

Digitized by Google

23. Quemadmodum dementi inſtar ludi *eſt*, ſcelus admittere. *Sic* viro intelligenti ſapientia *inſtar ludi eſt*.

24. Id quod formidat improbus ei continget, & quod cupiunt juſti dabit *Deus*.

25. Ut præterit procella, ſic *ſubitò* nullus *erit* improbus; juſtus verò eſt fundatus in æternum.

26. Quod acetum dentibus, quod fumus oculis, id ipſum *eſt* piger cum mittentibus.

27. Timor Jehovæ adjicit dies, ſed anni improborum contrahuntur.

28. Exſpectatio juſtorum *in* lætitiam *deſinit*, ſed ſpes improborum irrita eſt.

29. Munimentum *viro* integra eſt via Jehovæ, ſed vitio addictis terror.

30. Juſtus numquam nutabit, ſed improbi non habitabunt terram.

31. Os juſti proferet ſapientiam, at lingua perverſa exſcindetur.

32. Labia juſti noverunt quod *Deo* gratum eſt, ſed os impii *nihil* niſi res perverſas.

XI. Variæ

Fundatus in æternum] יסוד עלם *jeſod holam*. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: θεμέλιος αἰώνιος. Vulg. *fundamentum ſempiternum*. Unde liquet, eos eodem modo legiſſe ac Maſſorethas. Alioqui poſſet quiſpiam ſuſpicari legendum *jaſoud*, in Participio Pahul, ſed quidquid ſit, *inſtar fundamenti æterni*, ut legimus, & *fundatus in æternum* idem ſunt, & ſic Latinè loquendum putavimus! Hoc quoque ſæpe contigit, ſtante Republicâ, & vigentibus legibus, ſed non ſemper.

26. *Quod acetum* &c.] *Ut acetum dentibus & ut fumus oculis, ſic* &c. Servus, nempe, deſcribitur, qui ab hero miſſus, ut celeriter redeat, adferátque aut nuncium, aut id quod exſpectatur, & quidem animo moræ vix patiente; interimque moratur, ſine neceſſitate, in via. Monitum ergo eſt ad eos pertinens; qui quidpiam celeriter adminiſtrare juſſi ſunt, aut nuncium quàm primùm referre. Pro *aceto* eſt Hebraicè חמץ *hhomets*, quod verterunt. LXX. Intt. ὄμφακα, quòd legerint חומץ *hhoumats*, quod, apud Rabbinos, uvam acerbam ſignificat, ut bene *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 7. Ac ſanè ὄμφαξ comeſus ſtuporem linguæ & dentibus crear, ut experientiâ conſtat, ſicque docet Ezekiel C. XVIII, 2. ſed ubi acerba uva vocatur בסר *boſer*.

27. *Adjicit dies*] Hoc eſt, facit ut vita ſit longior, quàm cæteroqui foret, tum quòd vir religioſus flagitiis ſibi mortem non contrahat, nec libidinibus, aut gulâ ſanitati ſuæ noceat; cùm etiam quia Deus, ſi ita ei videatur conducere homini pio, Providentiâ ſuâ ei longiorem eſſe vitam curet.

Anni improborum contrahuntur] Contrariis rationibus iis, quas longævitatis bonorum cauſas eſſe diximus, ad antecedens πάλιν.

28. *In lætitiam deſinit*] Eſt tantùm שמחה ſchimchah, *lætitia*, ſed ſenſus eſt, quem expreſſimus; nam ipſa exſpectatio non eſſet *lætitia*, ſed eventus exſpectationi conſentaneus.

Irrita erit] תאבד thobed, *peribit*; hoc eſt; quod exſpectant numquam erit, perinde ac ſi prorſus periiſſet.

29. *Munimentum*] מעוז *mahoz*; hoc eſt, vita, è legibus divinis acta tutum præſtabit bonum virum; haud aliter, ac ſi loco munito ſe ſe contineret.

Vitio addictis terror] *Terror facientibus iniquitatem*; nimirum, in iis, quos oderunt animadverſa. Quod contigit Hamani, intimæ admiſſionis purpurato, apud Achaſuerum, cui religio Judaica, deprehenſa in Mardochæo, cui infenſus erat, terrori fuit. Vide Eſtheræ Cap. VI, 13.

30. *Numquam nutabit*] Frequens hoc verbum eſt in Pſalmis. Vide Pſ. X, 6. XIII, 7. XVI, 8. &c. ubi eodem ſignificatu de mutatione in deterius, aut etiam tranſlatione, vel fuga in ſolum alienum, ut hîc.

30. *Non habitabunt terram*] In captivitatem ab hoſtibus abducentur, aut paupertatis, vel ſcelerum causâ, ſolum vertere cogentur.

Proferet ſapientiam] ינוב חכמה *jenoub hhochmah*. Verbum נוב *noub* eſt *fructum proferre & creſcere*. Vide Pſ. LXII, 11. XCII, 15. Hic, metaphorâ è terræ fructibus ſumtâ, os juſti dicitur fructus ſapientiæ proferre.

Lingua perverſa] *Lingua perverſitatum*. Alterum nomen ſubſtantivum eſt adjectivi loco, apud Hebræos. Vide Cap. ſequentis verſum 1.

32. *Quod Deo gratum eſt*] רצון *ratſon* quod frequenter rem Deo acceptam ſignificat. Vide C. XI, 2, 27. XII, 2. &c.

COM-

XI. Variæ Salomonis ſententiæ.

CAPUT XI.

1. STATERA doloſa eſt abominationi Jehovæ, at pondus integrum ei placet.
2. Venit ſuperbia, *ſimul* & ignominia venit; ſed cum modeſtis *eſt* ſapientia.
3. Integritas rectorum *hominum* dux iis eſt, at perverſitas perfidorum eos vaſtat.
4. Nihil proſunt divitiæ, die iræ, ſed juſtitia liberat à morte. 5. Juſtitia viri inte-
gri dirigit viam ejus, at in improbitate ſua cadit malus. 6. Juſtitia rectorum *virorum*
eos liberat, ſed pravitate perfidi capiuntur. 7. Cùm moritur homo improbus, ſpes pe-
rit & exſpectatio opum interit. 8. Juſtus ex anguſtia liberatur, atque in locum ejus
venit improbus. 9. Ore *ſuo* ſimulator perdit proximum, at ſcientiâ juſti eripiuntur
periculo.

COMMENTARIUS

In CAPUT XI.

1. *STateru doloſu*] *Stateru doli.* Ejuſmodi eſt cujus alterâ lanx gravior altera, aut in qua dexteritate quadam alterutra deprimitur, quæ alioqui non deprimeretur: aut ubi pondera falſa ſunt, ita ut quod venditur majoris ponderis videatur eſſe, quàm reverà eſt. Fraus hæc eſt, juſtitiæ manifeſtò contraria, ac proinde à Deo improbatur. *Statera adulterina* vocatur ab *Ulpiano* L. 6. de extraordinariis criminibus. §. 1. ubi Trajanus Edicto *pœnam legis Corneliæ in eos ſtatuiſſe* dicitur, *perinde ac ſi Lege teſtamentariâ, quòd teſtamentum falſum ſcripſiſſent, ſignaſſent, recitaſſent, damnati eſſent.* Poſſet etiam, pro ratione parabolica, intelligi de quovis judicio, aut quavis actione, quibus elevatur quod eſt gravis momenti, aut quod non tanti eſt quaſi magni momenti deſcribitur; ſive in rebus malis, ſive in bonis. Hiſce omnibus læditur Juſtitia.

Pondus integrum] אבן שלמה eben ſchlemah, *lapis integer.* Loquutio nata videtur ex eo, quod ponderibus uterentur, non metallo conſtantibus, ut nunc, ſed lapideis. Hoc quoque manifeſta eſt juſtitiæ violatio, cùm venditor pondus levius æquo adhibet, venditque quaſi certi ponderis, id quod levius eſt; aut emtor arte quadam mercem graviorem, quàm debet eſſe, ſibi dari curat. Damnantur ergo fraudes omnes, quæ in vendendo & emendo committi poſſunt, & quæ multiplices ſunt. Senſu etiam ſpirituali, *pondus* non eſt *integrum*, cùm res gravioris momenti elevatur, aut cùm quiddam majoris pretii exigitur pro alia re, quæ tanti non eſt. Quivis exempla poteſt ſibi facilè fingere.

Ei placet] רצונו *retſ.no.* Vide ad verſ. 32. ſuperioris Capitis.

2. *Et ignominia venit*] Qui enim ſuperbiùs ſe gerunt, ſi præſertim ſuperbia ſit intoleranda, ſpernuntur ab omnibus, qui rem animadvertunt.

Sed cum modeſtis &c.] צנועים *tſnouhim.* Exſtat verbum in conjugatione Hiphil Mich. VI. 8. nuſquam alibi. Sed non infrequens eſt, hoc ſignificatu, in Paraphraſibus Chaldaicis.

3. *Dux iis eſt*] תנחם *thanhhem*, ducet eos; nempe, per viam tutam & rectam.

Perverſitas perfidorum eos vaſtat] וסלף בוגדים ישדם *veſelaph bogedim jeſchaddem.* Hîc in Codd. LXX. Intt. omnia ſunt ab Hebraïcis verbis aliena. In Codice Vaticano quodam, inter aſteriſcos eſt: τελειότης εὐθείων ὁδηγήσει αὐτούς, καὶ ὑποσκελισμὸς ἀθετούντων προνομεύσει αὐτούς. Vox סלף *ſeleph* hîc tantùm & Proverb. XV, 4. legitur, ubi opponitur ſanitati verborum; ſed verbum סלף *ſilleph* in Pihel ſæpiùs occurrit & *pervertere* ſignificat infrà C. XIX, 3. *Eos vaſtat* perinde eſt ac cauſa eſt, cur vaſtentur; hoc eſt, cur eorum agri, permittente Deo, vaſtentur ab hoſtibus; aut aliquid ipſi patiantur, quod cum ejuſmodi vaſtatione conferri poſſit.

4. *Die iræ*] Tempore, quo grave ſupplicium de improbis ſumetur, ut cùm hoſtes regionem devaſtabunt.

Liberat à morte] Quam Deus, Providentiâ ſuâ, ab iis, quos ſervatos vult, avertit.

5. *Dirigit viam ejus*] תישר דרכו *thejaſcher darcho*; hoc eſt, efficit ut ita vivat, quemadmodum virum bonum decet, eúmque proinde liberat ab incommodis, aut pœnis, quæ improbitatem ſequuntur, præſertim ſi ſit inſignis.

Cadit malus] In gravia incommoda, aut etiam in ipſam mortem.

Capiuntur] ילכדו *jillakedou*, hoc eſt, irretiuntur, aut deprehenduntur. LXX. Intt. ἁλίσκονται. *Aquila, Symmachus* & *Theodotion*: συλληφθήσονται. Vide C. III, 26. V, 22. & Eſai. VIII, 16.

7. *Spes perit*] Hoc eſt, moriens, ante tempus, nec conſequutus, quæ ſperaverat, ſerò intelligit inanem ſuam ſpem fuiſſe. Singulari Providentiâ ſæpe intereunt mali, ſæpe etiam ipſi nimiâ improbitate ſuâ perniciem ſibi creant.

8. *Ex anguſtia liberatur*] Aut perſpectâ ejus innocentiâ, quæ ei bonorum auxilium conciliat; aut peculiari Dei Providentiâ.

In locum ejus venit improbus] Ejus loco in anguſtiam incidit; ut cùm deprehenditur reus ſceleris, cujus innocens falſò accuſatus fuerat.

9. *Simulator perdit*] חנף ישחית *hhaneph jaſchhhith.* Notum eſt חנף dici *ſimulatorem* virtutis, unde *Aquila, Symmachus* & *Theodotion*, hîc habent: ἐν στόματι ὑποκριτῶν, & Vulgatus: *ſimulator ore* &c. LXX. Intt. ἀσεβῶν, quod nimis generale eſt. ישחית autem hîc ſumi videtur, perinde ac ſi eſſet *conatur perdere*, nam hæc eſt ſæpe vis Conjugationis Hiphil, cùm res agitur, quam quiſpiam effectam dare omni ratione nititur.

At ſcientiu juſti &c.] Juſti, vel innocentes eripiuntur

Digitized by Google

periculo. 10. Cùm bene eſt juſtis, exſultat urbs; & cùm* perit improbus, læta *auditur* vociferatio.

11. Benedictione rectorum *virorum* extollitur urbs, at ore improborum evertitur.

12. Vecors proximum deſpicit, ſed vir prudens tacet. 13. Qui doloſè ſe gerit, revelat arcanum; at fidelis animo rem occultat.

14. Ubi nulla ſunt conſilia, corruit populus, verùm ſalus *eſt* in multitudine conſiliariorum.

15. Malè conteritur, qui pro peregrino ſpoponderit, ſed qui odit ſponſores, ſecurus eſt.

16. Mulier gratiâ prædita, honorem, & viri fortes opulentiam conſequuntur.

17. Vir beneficus ſibi præmium parat, ſed *qui* crudelis eſt carnem ſuam turbat.

18. Im-

eripiuntur periculo, ſcientiâ judicum, qui ſimulatoris artes deprehendunt & damnant.

10. *Cùm bene eſt juſtis*] בטוב צדיקים btoub tſaddikim, *in bono juſtorum*; hoc eſt, cùm boni quidpiam contingit bonis, aut in eorum ſecundis rebus.

11. *Benedictione rectorum*] Dum Deum laudant, & hominibus bene precantur, à Deo toti urbi res ſecundas impetrant; nam *extolli* eſt paſſim potentiam augere.

Ore improborum] Qui de Deo contumelioſè loquuntur, & proximo detrahunt; quibus rebus fit, ut urbs, talia probans, Deo pœnas luat.

12. *Proximum deſpicit*] בז לרעהו *boz lrebehou*, contemtim loquitur de proximo, ſi quid deliquerit, cùm reputare eum oporteret, viros, etiam bonos, interdum labi; nec eſſe contemnendos delinquentes, ſi ad meliorem mentem redeant, meliúſque in poſterum ſe gerant.

Vir prudens tacet] *Vir prudentiarum tacebit*, quia iniquum eſt naturæ humanæ infirmitati inſultare, æquum verò tempus concedere delinquenti ad bonam frugem redeundi; quamobrem laudari poteſt.

13. *Qui doloſè ſe gerit*] הולך רכיל *holech rachil*, pro ברכיל *brachil*, incedens in fraude. LXX. Intt. δίγλωσσος, *Aquila*: διάβολος, *Symmachus*: δόλιος. Crediderunt eſſe nomen adjectivum. Vulgatus: *fraudulenter*, ut ſit nomen ſubſtantivum; quod, addito ב, vim obtineat adverbii. Quinquies exſtat, in eadem conſtructione, ſemper ſine ב Vide Levit. XIX, 6. infrà XX, 19. Jerem VI, 28. IX, 3. Ezek. XXII, 9. Fraudem ſignificat, quæ mendacio, aut delatione fit.

14. *Nulla ſunt conſilia*] באין תחבולות *bein thahhbouloth*, Vide ad C. I, 4.

Conſiliariorum] יועץ *jobets*, conſiliarii; quia, nempe, pauci Conſiliarii faciliùs errant inſcitiâ, aut adfectu, quàm plures. Vid. C. XV, 22. XXIV, 6.

15. *Malè conteritur*] רע ירוע *rah jeroah*, contritione conteritur; hoc eſt, malè perit. Vide Eſai. XXIV, 19.

Qui pro peregrino ſpoponderit] Hoc eſt, pro proſelyto, inter Hebræos habitante, aut etiam pro mercatore peregrino, qui alibi domum habet; & quorum uterque facilè ſolum vertere poteſt, & ſponſori obligatam fidem impunè fallere. Vide ad C. VI, 1.

Qui adit ſponſores] שונא תוקעים *ſchoneh thokehim*, complodentes, quod fuit hominis ſpondentis pro alio. Vide ad C. VI, 1. Qui odit ſponſores ipſe ſibi cavet ne ſit. LXX. Intt. תוקעים בוטח vertertunt: ἦχον ἀσφαλείας, malè quidem, ſed videntur intellexiſſe ſonitum manus complodentium, ut creditor ſecutus eſſet de recipiendo ære. *Symmachus*: ἐμπαγάς, *Theodotion*: παγιδεῦσαι, Hieronymus: *qui cavet laqueos*. Nihil hîc de laqueis, ſed de complodentibus ut ſpondere ſe oſtenderent. Vide & C. XVII, 18. XXII, 26.

16. *Mulier gratiâ prædita* &c.] *Mulier gratiæ*. Non videtur tamen intelligenda gratia vultûs, quæ ſæpe amatores quidem adlicit ſed dedecus iis parit. Ceperim hæc de gratia ex prudenti rei familiaris adminiſtratione, atque modeſtis ſermonibus nata. Additur תתמך *thithmoch*, adſequetur; ſed omiſi, quia verbum repetitur ad calcem.

Viri fortes] עריצים *haritſim*, quæ vox violentos quidem & viribus præfidentes ſignificat; qui ſanè è latrociniis poterant ſibi opes parare. Malim tamen intelligere de milite è juſto & pio bello ſpolia referente. Inde fortè deducendum nomen Ἄρης Dei, qui bello præeſſe à Græcis putabatur.

17. *Vir beneficus ſibi beneficium rependit*] גומל נפשו איש חסד *gomel naphſcho iſch hheſed*, rependit animæ ſuæ vir beneficii, quæ verbo tenus verti nequeunt. Sententia tamen eſt certa, virum, nempe, beneficum, dum aliis benefacit, parare ipſum ſibi גמולה *gmoulah*, hoc eſt, gratum animum, aut beneficia mutua eorum, in quos beneficus fuit. Adfines huic ſententiæ ſunt *P. Syri* mimi ſenarii:

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Beneficium ſæpe dare, docere eſt reddere.

Non intellexerunt argutiam hujus loci Interpretes. *Aquila* & *Theodotion* גמל rectè vertunt: ἀμείβεται. Non ſatis aptè LXX. Intt. ἀγαθὸν ποιεῖ, & *Symmachus*: εὐεργετεῖ.

Carnem ſuam turbat] עכר שארו *hocher ſcheero*. Non malè. LXX. Intt. ἐξολλύει δὲ αὐτοῦ σῶμα. *E Symmacho* laudatur: ταράσσει δὲ ἴσως ἑαυτοῦ, ſed legendum οἰκείους, nam οἰκεῖοι dicuntur conſanguinei; qui, apud Hebræos, *caro* ejus dicuntur, qui ſunt ſanguine conjuncti. Unde vertit *Hieronymus*, qui *Symmachum* frequenter ſequitur: *etiam propinquos abjicit*. Si hanc ſequamur interpretationem, ſenſus erit, hominem, in alios crudelem, propinquis ſuis malum creare. At ſi *caro* ipſum hominem ſignificet, qui à carne ſua, ſeu corpore ſejungi non poteſt, dicetur ſibi met ipſe mala accerſere. Verbum

18. Improbus facit opus fallax, ferenti verò juſtitiam merces *eſt* certa.
19. Sic juſtitia *tendit* ad vitam. Sed qui nequitiam ſectatur, ad mortem.
20. Abominationi Jehovæ ſunt animo perverſi, at qui integrè ſe gerunt favorem ejus experiuntur.
21. Impunis non erit malus de manu in manum; ſed juſtorum poſteritas evadit.
22. Mulier formoſa, deſtituta judicio, *eſt* annulus aureus in nare porci.
23. Quod cupiunt juſti, id tantùm bonum eſt, at exſpectatio improborum eſt furor.
24. Eſt qui profundit, & *cui* adhuc additur; eſt qui cohibet ſe plus quàm rectum eſt, & tamen ad penuriam *tendit*.

25. Is

עכר hoc ſignificat infrà v. 17. & C. XV, 27. Vide & Joſ. VII, 25. Jud. XI, 35. 1. Reg. XVIII, 17, 18.

18. *Facit opus fallax*] עשה פעלת שקר *hoſcheh phebullath ſcheker*, facit opus mendacii; hoc eſt, id opus facit, ex quo, cùm ad ſe reditura commoda ſperaret, nihil recipiet: ut qui agrum *mendacem* arat & ſerit; qua tranſlatione etiam Latini uſi ſunt. Sic & *panis mendacii* dicitur infrà XX, 17. XXIII, 3. cibus qui non alit.

Serenti juſtitiam] Vide not. ad Job. IV, 8. Pſ. XCVII, 11.

Merces eſt certa] שכר אמת ſchecher emeth, *merces veritatis*; quam, nempe, innocentes verè accipiunt.

20. *Qui integrè ſe gerunt*] *Integri viæ.*

Favorem ejus experiuntur] רצונו rtſono, *favor ejus*, eadem ratione quâ *abominatio Jehovæ* antea dicuntur, quos Jehova abominatur.

21. *Impunis non erit malus*] יד ליד לא ינקה רע jad lejad lo jinnake rah, *manu ad manum non innocens erit malus.* יד ליד eſt *de manu in manum*, quaſi eſſet מיד *mijjad.* Senſus eſt, ut ſequentia oſtendunt, impunitatem nequitiæ, in familia quapiam, de manu in manum, propagatum non iri. De verbis לא ינקה vide not. ad Exod. XX, 5.

Evadit] נמלט *nimlat*; hoc eſt, liberatur à periculis, in quæ incidit.

22. *Mulier formoſa* &c.] *Annulus aureus in nare porci mulier formoſa & deſtituta* &c. Sed ſat liquet *mulierem formoſam* eſſe *ſubjectum*, ut Logici loquuntur, propoſitionis. Adde & eas voces eſſe perinde intelligendas, ac ſi eſſet: *forma in muliere judicio deſtituta eſt, ſicut annulus aureus, in roſtra porci*; nam non *mulier* ſed *forma* confertur cum *annulo aureo.* Eſt ἄκυρον, quale verſ. 22.

Deſtituta judicio] וסרת טעם *veſorath tabam*, & recedens à judicio. טעם *tabam*, eſt propriè *ſapor*, deinde *guſtus*, poſtremò *judicium*, *conſilium*, *prudentia*, ut 1. Sam. XXV, 33. Job. XII, 20 Prov. XXVI, 16.

Annulus aureus] נזם זהב *nezem zahab.* Eſt annulus, quem alterâ nare ſuſpenſum gerebant mulieres, de quo diximus ad Gen. XXIV, 47. Senſus adagionis eſt, non magis decere formam mulierem fatuam, quàm annulum aureum, quo mulieres ſolent narem ornare, deceret roſtrum porci; hoc eſt, mulierem fatuam tam pulcritudine indignam eſſe, quàm ſus annulo aureo, quo nares ejus trajiciantur. Fortè & reſpicitur ad conſuetudinem aliam, quæ iis in locis obtineret, in quibus tuberes naſcuntur; quos ſub terra latentes retegunt porci, roſtro in terram immiſſo, ſed trajecto annulo ferreo; cujus ope retrahuntur, ne devorent tuberes, quorum avidiſſimi ſunt.

23. *Eſt furor*] עברה *hebrah*, ira, furor. Senſus eſt, furioſas eſſe cupiditates malorum, & noxias aliis. LXX. Intt. legerunt: עָבְרָה hoc eſt, *tranſiit*, habent enim ἀπολεῖται. Alter etiam Græcus Int. dicitur vertiſſe ἀπόλλυται, tertius ἀπέρχεται, unde liquet eos eodem modo vocem hanc protuliſſe. Sed ratio ἀντιθέσεως favet noſtræ lectioni.

24. *Eſt qui profundit*] יש מפזר jeſch mphatzer, *eſt diſpergens*, hoc eſt, profusè largiens, ut Pſ. CXII, 9. LXX. Intt. σπείροντες, *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: σκορπίζοντες. Vulg. *dividunt.*

Et cui adhuc additur] ונוסף עוד venoſaph hod, *& additur adhuc.* Subaudi לו lo, *illi.* Multi ſunt, qui liberales fuerint in egenos, & tamen divitias auxerint.

Eſt qui cohibet ſe] וחושך vehhoſchech, *& cohibens*, hoc eſt, ſervans & parcens, qui opponitur largienti. Poſſimus etiam vertere, *qui parcit ſuo.* LXX. Intt. οἱ συνάγοντες, *Aquila* & *Symmachus*: ὁ δὲ φειδόμενος. Malè Vulgatus: *alii rapiunt non ſua.*

Plus quàm rectum eſt] מישר *mijjoſcher*, à rectitudine; hoc eſt, magis quàm ut rectum haberi poſſit. Hæc non infrequens ſignificatio eſt particulæ מ. Vide *Chr. Noldium* ad ſign. XXVI.

Ad penuriam] אך למחסור ach lmahhſor, *attamen ad penuriam*; nempe, tendit, aut ſimile quiddam. LXX. Intt. ἐλαττονοῦνται, *Theodotion*: ἀπὸ εὐθύτητος εἰς ὑστέρημα. Hieronymus: *& ſemper in egeſtate ſunt.* Quod fieri poteſt jacturis non exſpectatis, aut à Deo immiſſis, ad pœnas de avaritia ſumendas.

25. *Is, cui eſt animus munificus*] *Anima benedictionis*, נפש ברכה *nepheſch brachah*; hoc eſt, homo beneficus, ſeu munificus, nam ברכה *brachah*, munus etiam ſignificat. Vide not. ad Gen. XXXIII, 11. 1. Sam. XXV, 27.

Qui irrigat etiam ipſe irrigatur] ומרוה גם הוא יורא *ummarveh gam hou jore*, irrigans etiam ipſe; neceſſe eſt ut vertatur, *rigatur.* Itaque יורא erit pro יוּרָא tertia perſona conjugationis Hophal, ubi pro ה, quæ tertia eſt radicalis, eſt adfinis א, quod frequens eſt. Eleganter beneficia conferuntur cum aqua, quâ ſitientes agri rigantur, & qui *rigavit* alios dicitur ipſe *rigandus*, beneficiis, nempe, à Deo vel hominibus adficiendus.

26. *Clauſum retinenti frumentum*] מנע בר *moneah bar*, claudenti, vel ſubtrahenti frumentum; tempore, nempe, caritatis annonæ, ut pretium ejus magis ac magis intendat.

Malè precatur] יקבהו לאום *jikkebabou leom*, maledicunt ei populus LXX. Intt. συνέχων σῖτον ὑπολείποιτο αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι. *Aquila* rectiùs: καταρώνται αὐτόν. *Symmachus*: ὁ πωλῶν σῖτον

λαοκα-

25. *Is, cui eſt* animus munificus, pingueſcit, & qui irrigat etiam ipſe irrigatur.
26. Clauſum retinenti frumentum malè precatur populus, atque in vendentis caput fauſtas preces *recidunt*.
27. Qui bonum inveſtigat, quærit rem *Deo* gratam; ſed malum quærenti *malum* obvenit.
28. Confidens divitiis ſuis cadit, ſed juſti ſicut folia revireſcunt.
29. Conturbans domum ſuam poſſidet ventum, & ſtultus *fit* ſervus homini, cui cor ſapit.
30. Fructus juſti *eſt inſtar fructûs* arboris vitæ, & ſapiens animos adlicit.
31. En de juſto in terra pœna ſumitur, quanto magis de improbo & delinquente?

XII. Variæ

λαοκατάρατος. *Theodotion:* δημοκατάρατος. Alius, τιμωλκῶν σῖτον. Hoc conſtat, in caritate annonæ, eos, qui nolunt vendere frumentum congeſtum, quod fit à divitibus avaris, maledictis à populo inceſſi.

In vendentis caput fauſtæ preces] וברכה לראש משביר oubrachah lroſch maſchbir, *& benedictio in caput vendentis.* Formula eſt Græcis etiam & Latinis non ignota. *Dardanarii* vocabantur ejuſmodi σιτοκάπηλοι, ut vox, in Veteribus Gloſſis vertitur. *Ulpianus* Lib. de Extraordinariis criminibus: *Annonam adtentare & vexare vel maximè Dardanarii ſolent, quarum avaritiæ obviam itum eſt, tum Mandatis, quàm Conſtitutionibus. Mandatis denique ita cavetur*: præterea debebis cuſtodire, ne Dardanarii ullius mercis ſint; ne aut ab his, qui coëmtas dapes ſupprimunt, aut à locupletioribus, qui fructus ſuos æquis pretiis vendere nollent, dum minùs uberes proventus exſpectant, annona oneretur. *Pœna autem in hos variè ſtatuitur; nam plerumque, ſi negotiantes ſunt, negotiatione eis tantùm interdicitur, interdum & relegari ſolent, humiliores apud publicum dari.*

27. *Qui bonum inveſtigat*] שוחר טוב ſchobher tob, quod ex Etymologia vertit *Aquila*, ſuo more, ὀρθρίζων ἀγαθὸν ζητεῖ εὐδοκίαν, quia non שׁוֹחֵר ſed שַׁחַר legit, & טוב non τὸ ἀγαθὸν ſed τὸν ἀγαθὸν eſſe putavit. *Hieronymus* partim eum ſequutus vertit: *bene conſurgit diluculo, qui quærit bona.* Incommodè. Senſus eſt, quisquis inveſtigat quid bonum & honeſtum ſit, non tantùm ut norit, ſed & ut faciat eam rem Deo gratam quærere. LXX. Intt. τεκταινόμενος ἀγαθὰ ζητεῖ χάριν ἀγαθήν. Rectè eatenus, quòd putarint hîc ſermonem eſſe de actionibus bonis, ſed רצון eſt quod Deo placet, etiam aliquoties vidimus, ut verſ. 20. & c. X, 32.

Malum quærenti] Ut, nempe, faciat. Sic *quærere malum* alicui, perinde eſt ac moliri. Num. XXXV, 23. Pſ. LXXI, 24.

28, *Cadit*] Inſtar arboris putrefactæ, quæ lapſa non revireſcit, ut ἀντίθεσις ſequens conveniat.

Sicut folia revireſcunt] Sicut arbor, quæ, licèt folia amiſerit, ea recuperat ſequente vere. Alioqui non ſatis aptè conferretur vir bonus cum foliis, quæ brevi tempore virent. Hinc *Symmachus:* ὡς θάλλος δίκαιοι βλαστήσουσι, alioqui φύλλα dixiſſet. Vide Pſ. I. 3. Proverbia paſſim habent ejuſmodi ἄκυρα. Vide verſ. 22. & 30.

29. *Conturbat domum ſuam*] עכר ביתו hocher betho. Intelligitur homo ſuis moleſtus & gravis, ut jam vſ. 17. vidimus, qui dives licèt ſit nihil poſſidet, quia nec ipſe opibus fruitur, nec ſinit alios uti. *Aquila, Symmachus & Theodotion:* ταράσσων, verbotenus. LXX. Intt. ὁ μὴ συμπεριφερόμενος τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ, eodem ſenſu, nam συμπεριφέρεσθαί τινι eſt *ſe præbere commodum & facilem alicui.*

Stultus fit ſervus &c.] *Servus ſtultus ſapienti corde.* Stultus eſt *ſubjectum*, cetera *prædicatum.* Qui ſtultè ſe gerunt ab hominibus prudentioribus, aut callidioribus tandem reguntur; qui temporibus ſuis uti norunt, & imprudentiores etiam inſcios in ſuam ſententiam trahunt, aut adverſantes coërcent, in ipſorum etiam utilitatem, ſi modò, qui regunt alios, verè ſapiant. Huc referendum quod habet *Ariſtoteles* Polit. Lib. I, c. 5. ubi poſtquàm dixit, Mentem imperare corpori: ὅσοι μὲν ἂν inquit, τοσοῦτον διεστῶσι, ὅσον ψυχὴ σώματος, καὶ ἄνθρωπος θηρίου· (διάκεινται δὲ τοῦτον τὸν τρόπον, ὅσων ἐστὶν ἔργον ἡ τοῦ σώματος χρῆσις, καὶ τοῦτ' ἔστ' ἀπ' αὐτῶν βέλτιστον) οὗτοι μέν εἰσι φύσει δοῦλοι, οἷς βέλτιόν ἐστιν ἄρχεσθαι ταύτην τὴν ἀρχὴν, εἴπερ καὶ τοῖς εἰρημένοις· ἔστι γὰρ φύσει δοῦλος ὁ δυνάμενος ἄλλου εἶναι: *quicumque tantùm* (à ceteris hominibus) *differunt, quantùm mens à corpore, & homo à fera (eo autem modo ſunt adfecti, quorum opus eſt uſus corporis, quorùmque hoc optimum proficiſci poteſt) hi ſunt ſervi naturâ, quibus melius eſt huic imperio parere, ſi quidem & iis, qui ſupra dicti ſunt; eſt enim ſervus naturâ, qui alterius eſſe poteſt.* Quæ omnia ſtultis conveniunt, ſi comparentur cum ſapientibus.

30. *Fructus juſti eſt inſtar fructûs arboris vitæ*] Addidi, perſpicuitatis causâ, *inſtar fructûs*, nam fructus cum fructu confertur, non cum arbore. Rationem comparationis ſequentia verba docent. Ejuſmodi ἀκυρολογίας exempla vidimus verſſ. 22. & 28.

Et ſapiens animos adlicit] ולוקח נפשות חכם velokeahh nphaſchoth hhacham, & *capit animas ſapiens*: ut fructus arboris vitæ potuiſſet capere adſpicientes. Hoc ſenſu ſumitur verbum לקח lakahh antea C. VI, 25. VII, 21. Sic & apud Latinos verbum *capere*.

31. *De juſto pœna ſumitur*] צדיק ישלם tſadik jeſchullam. Verbum hoc in *Pihel* ſignificat rependit, ſive delicti, ſive benefacti alicujus causâ; hoc eſt, aut punivit, aut præmio adfecit; in *Puhal* verò præmio aut pœnâ adfectus eſt. Hîc pœnam ſignificat, & ſenſus eſt homines, ceteroqui bonos, delicti non ita magni graves pœnas luere. Vide 1. Pet. IV, 17, 18.

Quanto magis] אף כי aph chi. Vide C. XV, 11.

XII. *Variæ gnomæ.*

CAPUT XII. 1. QUi amat inſtitutionem amat ſcientiam, & qui odit caſtigationem inſanit.

2. Bonus favorem à Jehova *ſibi* conciliat, at vir pravarum molitionum damnationem *ſibi* contrahit.

3. Nemo ſtabilietur improbitate, ſed radix juſtorum non movebitur.

4. Uxor impigra eſt corona viri ſui, ſed quæ *eum* pudore adficit, *ei eſt*, ut caries in oſſibus.

5. Cogitationes juſtorum *nihil niſi* jus *ſunt*, ſed conſilia improborum fraus *mera*.

6. Verba improborum *ſunt* de inſidiis ſtruendis ad ſanguinem *fundendum*, ſed os juſti liberat eos, *quos perditos cupiunt*.

7. Everte, *ô Deus*, improbos, & nulli erunt, ſed domus juſtorum ſtet.

8. Pro

COMMENTARIUS

In Caput XII.

1. CAſtigationem] *Correptionem*, poſtquàm, ſcilicet, admiſſum eſt delictum.

Inſanit] *Inſanus*.

2. *Favorem à Jehova ſibi* &c.] Vide Cap. VIII, 35.

Damnationem ſibi contrahit] ירשיע *jurſchiah*, quod alii ad Deum referunt & vertunt *damnat*. Malim ſubaudire נפשו *animam ſuam*; hoc eſt, damnationem ſibi contrahit.

3. *Stabilietur*] יכון *jichon*, quod & *ſtabilis erit* verti queat. Vide infra C. XVI, 12. XXV, 5. XXIX, 14.

Radix juſtorum &c.] Perinde eſt ac ſi diceret, juſtos fore inſtar arborum, quæ altas radices jaciunt, nec niſi ægrè evelli poſſunt.

4. *Uxor impigra*] אשת חיל *eſcheth hajil* mulier, aut uxor roboris; hoc eſt, induſtria, impigra. Vide Ruth. III, 11.

Corona viri ſui] Hoc eſt ornamento eſt viro ſuo. Vide C. IV, 9. & Phil. IV, 1.

Quæ eum pudore adficit] Pravis moribus, aut pravà rei familiaris adminiſtratione, vel liberorum educatione parum prudente.

Caries in oſſibus] רקב בעצמותיו rekab behatsmothau, *caries in oſſibus ſuis*; hoc eſt, angor, qui non magis curari poteſt, quàm oſſium caries. Vid. C. XIV, 3. Hab. III, 15. LXX. Intt. comparationem mutarunt, cùm habeant: ἐν ξύλῳ σκώληξ, ſine ratione; nam σὴς, aut σφάκελος, aut τερηδὼν ἐν ὀστέοις, non minùs bene intellectum fuiſſet, & multò ἐμφατικώτερον erat.

6. *De inſidiis ſtruendis* &c.] ארוב דם *erob dam*, inſidiari ſanguini, ſeu vitæ, quæ, effuſo ſanguine, nulla eſt.

Quos perditos cupiunt] Perſpicuitatis causâ hoc adjecimus, nam juſti eos monent, ſervántque ſuâ admonitione, quorum vitæ reſciverunt inſidias ſtrui.

7. *Sed domus* &c.] Aut, *& domus juſtorum ſtabit*, cùm non erunt mali, à quibus evertatur.

9. *Cui eſt ſervus*] ועבד לו vehebed lo, *& ſervus ei*. LXX. intt. & *Symmachus* legerunt עובד לו *hobed lo* ſerviens ſibi, cùm habeant: δουλεύων ἑαυτῷ, & Hieronymus *ſufficiens ſibi*. Sed ratio oppoſitionis non conſtat. Præfertur enim ſors contemta, cui tamen neceſſaria non deſint, ſorti ejus, qui ſe jactat quaſi honeſtioris loci, nec eò ſeciùs caret pane, ſeu neceſſariis.

10. *Rationem habet animæ jumenti ſui*] ידע צדיק נפש בהמתו jodeah tſaddik nepheſch behemtho, *novit animam jumenti ſui*. Quia ignotorum rationem nullam habemus, neque curam gerimus, ideò *noſſe* contrarium interdum ſignificat. Vide Exod. I, 8. Jud II, 10. Pſ I, 6. Prov. XXIX, 7. Significatur miſericordia boni viri tanta eſſe, ut ne jumenti quidem vitam parvi faciat, nedum ut homini eam eripere ſuſtineat. Sævitia in bruta eſt tirocinium crudelitatis in homines. Vide not. ad Gen. IX, 4.

Miſericordia improborum eſt crudelis] רחמי רשעים אכזרי rahhame rſchahim achzari, *miſericordiæ malorum crudelis*. Fortè legendum אכזרים in plurali; certè nulla eſt causâ, cur hîc adjectivum numero non conveniat cum ſubſtantivo. *Miſericordia crudelis* dicitur, quæ ægrè exercetur, miſeris exprobratur, & dum parcit aliqua in re, in ceteris noxia eſt; ut ſi difficulter vita concedatur calamitoſo, nec niſi eâ lege, ut reus pœnas det, citra mortem, omnes, carcerem, infamiam, virgas, exſilium, publicationem bonorum &c.

11. *Satiatur pane* &c.] Panem habet, quo ſatietur; hoc eſt, victum neceſſarium, quem nemini debet, niſi Providentiæ Divinæ & induſtriæ ſuæ.

Qui inania ſequitur] מרדף ריקים *mraddeph rekim*, ריקים & res & homines inanes ſignificat. Prius ſequuti ſumus, intelligimúſque favorem divitum, Magnatum, aut Principum, qui ſæpe fruſtra ambitur; aut inanes occupationes, è quibus nullum emolumentum capitur. LXX. Intt. διώκοντες μάταια, *Aquila & Theodotion*: κενά, *Symmachus*: ἐπιτηδεύων εἰς ἀπραγίαν. Vulg. *qui ſectatur otium*. Sed. ריקים non eſt *otium*, ſed res, aut homines inanes.

12. *Munimentum malorum*] מצוד רעים *mtſod rahim*. Qui מצוד *mtſod* deducunt à צוד *venari*, *rete* interpretantur; quam ſignificationem ſine dubio alibi obtinet. Sed qui derivari à מצד *mtſad* volunt *munimentum* vertunt, quæ eſt vocis poteſtas Eccleſ. IX, 14. quæ meliùs hic convenit. Improbus ſibi exoptat perfugium,

quod

8. Pro intelligentia ſua vir laudatur, ſed *homo* animi perverſi contemtui erit.

9. Potior eſt contemtus, cui *eſt* ſervus; quàm jactator, qui pane caret.

10. Juſtus rationem habet animæ jumenti ſui, ſed miſericordia improborum eſt crudelis.

11. Colens terram ſuam ſatiatur pane, at qui inania ſequitur vecors *eſt*.

12. Cupit improbus munimentum malorum, ſed radix juſtorum *firmitatem* dat.

13. In delicto labiorum *eſt* laqueus malus, ſed juſtus ex anguſtia egredietur.

14. E fructu oris, quiſque ſatiatur bono, & præmium manuum hominis rependit ei *Deus*.

15. Via ſtulti ei recta eſt; ſed qui conſilium audit ſapiens eſt.

16. Stulti *eodem* die, *quo contumeliam acceperit*, innoteſcit ira; ſed qui ignominiam celat, eſt prudens.

17. *Qui* veritatem profert, quod juſtum eſt aperit; ſed falſus teſtis dolum *molitur*.

18. Qui

quod videt malis eſſe; nempe, divitias, auctoritatem &c.

Sed radix juſtorum firmitatem dat] ושרש צדיקים יתן *veſchoreſch tſaddikim jithhan*, & radix juſtorum dat. Quid tandem? מצוד *munimentum firmum*. Ideò, perſpicuitatis & varietatis causâ, ſupplevi *firmitatem*. Viderunt hoc LXX. Intt. ſed *tamquam per nubila Lunam*, niſi corrupta ſint eorum verba, habent enim: *ἐπιθυμίαι ἀσεβῶν κακαὶ, αἱ δὲ ῥίζαι τῶν εὐσεβῶν ἐν ὀχυρώμασι.* Viderunt, *ὀχύρωμα* vertendum, ſed inverterunt verborum ordinem, nec ſatis aptè verterunt. Hoc oſtendit & lacinia antecedenti verſui addita, de qua tamen nihil dicemus, ut nec de aliis; quia non eam Verſionem, ſed Codicem Hebræum illuſtrare, ſuſcepimus. *Hieronymus* habet; *deſiderium impii munimentum eſt peſſimorum, radix autem juſtorum proficiet.* De *radice juſtorum* diximus ad verſ. 3. ubi Parœmiographus negat eam *moveri*, quod hìc etiam facit.

13. *In delicto labiorum* &c.] Hoc eſt, in Sermonibus pravis improborum, quibus in Deum delinquunt, multa ſunt inſidioſa, & quibus vir probus capi poſſet; ſed Deus ex ejuſmodi anguſtia eum liberabit. Videmus in Evangeliis Chriſto doloſis ſermonibus ſæpiùs veluti laqueos, quibus caperetur, fuiſſe objectos; à quibus eum liberavit Sapientia Divina, quæ in eo fuit. Vide Matth. XXII, 16. & ſeqq.

14. *Fructu oris*] *Fructus oris* eſt fructus, qui capitur ex iis, quæ verè dicta ſunt, fidelibúſque & rectis conſiliis, quæ aliis data ſunt; nimirum, ſama ſapientis & boni viri, & gratus animus eorum, qui inſtitutione ejus & conſiliis feliciter uſi, unde naſcitur auctoritas & ſecuritas. Ubicumque non eſt nimia opinionum & morum depravatio: qualis erat tempore Chriſti, apud Judæos, qui, exceptis paucis, ſapientiam ejus & monita ſpreverunt & pro gratiis, quas ei debebant, crucem rependerunt; ac tempore Socratis, apud Athenienſes, à quibus eſt morte damnatus. Sed mutatis temporibus & hominibus, ut in pretio fuit Philoſophia: ſic & Evangelium eſt à pluribus auditum, & tandem à rerum potientibus admiſſum. A quo tamen ævo, cùm corruptum fuerit, ab iis, à quibus ſartum tectum ſervari debuerat; attamen ſæpe boni & ſapientes viri ſæculo ſuo convicium dicentes auditi ſunt, à multis, nec omnem *fructum labiorum* amiſerunt. Sic & olim Prophetæ aliquando ab Hebræis auditi ſunt, quamvis nimis ſæpe ſpreti fuerint, ut ex eorum Scriptis intelligimus.

Præmium manuum hominis] גמול ידי אדם *gmoul jede adam*; Hoc eſt, rectè factorum; quod ſi non ſemper contingit, certè in terris; non tamen numquam factum eſt.

Rependit ei Deus] Supplevimus hìc, poſt ישיב לו *rependit ei*, vocem אלהים, quam frequenter ſubaudiri ſæpe animadvertimus. Vide ad C. X, 24. XIII, 21. Qui præferunt τὸ קרי τῷ כתיב, ſic ſentiant oportet. Scribitur enim יבוא jabo, ſed legitur יביא jahi. Nec videtur *Jod* mutatum in *Vau*, niſi ab iis, qui ignorabant Ellipſin ſolitam vocis *Deus*.

15. *Recta ei eſt*] *Recta in oculis ejus*; quamvis eam temerè, aut indulgens pravis adfectibus iniverit, nullo priùs audito conſilio.

Qui conſilium audit &c..] Res eſt per ſe clara, quia vix quiſquam in rebus ſuis acutùm, præ adfectu, videt; nemo etiam tam inſtructus eſt ab experientia, ut nihil iis, quæ novit, addi poſſit. Attamen quia interdum, ut ait *P. Syrus:*

Fortuna plus homini, quàm conſilium, valet;

ideò, omiſſo conſilio, caſui ſe regendos tradunt. Sed ſi interdum *conſilium caſu vincitur*, multò ſæpiùs fortuita conſilium regit, & ſemper exclamare licebit:

Qui pote conſilium fugere, ſapere idem poteſt?

16. *Stulti eodem die* &c.] *Stulti in die cognoſcetur ira ejus.* Quo verò die? nempe, quo contumeliam acceperit; quam multò tutius eſt tacere, quàm præter modum iraſci, ut fit in ſubita ira. Tempore accedente placatur ſenſim ira, & ſæpe nihil verius eſſe intelligitur oraculi Mimici reſponſo:

Injuriarum remedium eſt oblivio.

Ignominiam celat.] Quam omnibus patefacit, multiſque ſimul ſpernendum ſe, aut ridendum præbet, qui, apud omnes, ea de re, queritur.

17. *Qui veritatem* &c.] *Qui efflabit veritatem, nunciabit juſtitiam.*

Falſus teſtis] *Teſtis mendaciorum*, qui teſtimonio ſuo mendacia credibilia facere tentat.

Dolum molitur.] Addidi hoc verbum, quia hìc *dolus operiri* dici nequit, qui quàm maximè occultatur.

18. Qui *celanda* effutit, veluti vulnera gladio *infert*, at lingua ſapientum *eſt inſtar* curationis.

19. Labium verax firmum erit in perpetuum; verùm lingua fallax *tantùm* momentum *valebit*.

20. Dolus eſt in animo machinantium malum, aſt iis, qui pacem ſuadent, lætitia *erit*.

21. Juſto nulla continget calamitas, ſed improbi malis opplebuntur.

22. Abominatio Jehovæ ſunt labia mendacia, fideliter verò ſe gerentes amor ejus.

23. Homo prudens occultat ſcientiam, at ſtultorum animus ſtultitiam clamat.

24. Manus ſedulorum dominatur, ſed remiſſa vectigalis fiat.

25. Triſtitia in animo hominis eum dejicit; verùm bona verba exhilarant.

26. Abundabit *copiis* præ proximo ſuo juſtus, ſed via ſontium in errorem eos inducet.

27. Non

18. *Qui celanda effutit* &c.] *Eſt effutiens ut confoſſiones gladii:* יש בוטה כמדקרות חרב *jeſch boteh chmadkeroth chereb.* Verba, quoad licuit, expreſſimus מדקרות *madkeroth*, eſt à דקר *dakar*, confodit. Similem comparationem vide Pſ. LV, 22 LVII, 5. LIX, 8. LXIV, 4.

Lingua eſt inſtar curationis] Sermones prudentes ſapientum curant vulnera malarum Linguarum.

19. *Firmum erit* &c.] Quod enim verum ſemel fuit ſemper eſt verum, neque umquam mutatur.

Lingua fallax tantùm ad momentum &c.] ועד ארגיעה לשון שקר *vehad argihah lſchon ſchaker*, & uſque ad momentum lingua mendacii. Repetendum תכון *thichon*, quod expreſſimus voce *valebit* ארגיעה eſt *momentum* etiam Jer. XLIX, 19. L, 44. Idem ergo eſt ac רגע *regah*, quod frequentius occurrit. Mendacia plerumque citò innoteſcunt. *Stobæus* Flor. Tit. XII. è *Sophocle*:

Ἀλλ' οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου:

Mendacium recuſat ætatem pati. LXX. Intt. χείλη ἀληθινὰ κατορθοῖ μαρτυρίαν, μάρτυς δὲ ταχὺς γλῶσσαν ἔχει ἄδικον, quaſi legiſſent, aut legendum putaſſent: תָּכִין לְעֵדָה *diriget ad teſtimonium* pro לָעַד תִּכּוֹן *firmum erit in perpetuum*; deinde וְעֵד & *teſtis* pro וְעַד. Cetera licenter, ut paſſim in hoc Libro. Primæ duæ voces verſæ ſunt ab *Aquila*, *Theodotione* & *Symmacho*: ἴσοι μαθήσεται εἰς ἔτι, unde liquet eodem modo legiſſe eos, ac nos, Vulgatus verò: *Labium veritatis firmum erit in perpetuum*, & hactenus nobiſcum; poſtea diverſus abit, cùm vertat: *qui autem teſtis eſt repentinus concinnat linguam mendacii*; parum aptè.

20. *Dolus eſt*] מרמה *mirmah*; hoc eſt, fallaces quidem ſunt, qui malum aliis machinantur, ſed ſoli auctores pacis ſolidum gaudium ſentient. Quod *gaudium* opponitur dolori eorum, qui malè ſibi ceſſiſſe dolos ſuos animadvertunt.

Iis qui pacem ſuadent] *Conſiliariis pacis.*

21. *Nulla continget calamitas*] לא יאנה לצדיק כל און *lo jeunneh lattſadik chol aven*, nullus dolor continget juſto; nempe, quem ſibi culpâ ſuâ contraxerit, ſtante præſertim Republicâ, & dum ex legibus regitur. Nam, cadente Republicâ, & ab hoſtibus oppreſſâ, innocentes cum nocentibus miſcentur, & æquam partem doloris ferunt, ac ſub regno tyranni, nec meliùs habentur, quàm alii Contraria omnia malis contingunt, dum floret & bene adminiſtratur Reſpublica; quia pœnas judicibus dant ſuorum malefactorum; ut jam omittam ſupplicia, quæ à Providentia Divina de iis ſumuntur.

22. *Fideliter ſe gerentes*] עשי אמונה hoſche emounah, *facientes veritatem*, aut *fidelitatem.*

Amor ejus] רצונו rtſonoh, *favor*, aut *amor* ejus. LXX. Intt. ὁ δὲ ποιῶν πίστεις δεκτὸς παρ' αὐτῷ, Rectè. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion* habebant: εὐδοκία. Vulgatus: *qui autem fideliter agunt placent ei.* Bene.

23. *Occultat ſcientiam*] Non oſtentat, non jactat.

Stultitiam clamat] יקרא אולת *jikra ivveleth*, in omnibus eorum ſermonibus patefacit ſtultitiam, quam occultare eorum intererat. Sed ſi ſcirent ſtultitiam occultare, eo ipſo ſaperent.

24. *Sedulorum*] חרוצים *bharontſim.* Vide ad Cap. X, 4.

Remiſſa] Vide ad eumdem locum.

Vectigalis fit] תהיה למס *thijeh lemas*, erit in vectigalem, aut ad laborem ſervilem adigetur. Vide ad Exod. I, 11. Populi ſtrenui non tantùm libertatem ſuam tuentur, ſed & ignavis, qui finitimi ſibi ſunt, imperant.

26. *In errorem eos inducet*] תתעם thathhem, *faciet eos errare*; hoc eſt, vivendi eorum inſtitutum impediet, quo minùs eò perveniant quò tendunt; ad potentiam nimirum & opes; nam mali viri inviſi tandem, infeſtique fiunt omnibus, & malè pereunt.

27. *Non torrebit*] לא יחרך *lo jabbaroch*, LXX. Intt. οὐκ ἐπιτεύξεται. Vulg. *non inveniet.* Alii è Chaldaïſmo *non aſſabit*, quod ſequuti ſumus. Proverbium eſt, quo homo remiſſior negatur rem facturus; petitum à venatore pigro, qui nihil capit, ac proinde non torret ferinam à ſe captam, ut eam comedat. *Nic. Fullerus* Miſcell. Lib. VI. c. 3. vertendum cenſet *clathris claudet quod venatus fuerit*: Hoc eſt, vivam feram non capiet, quam clathris includat adſervandam & ſpectandam. Nititur hæc interpretatio ſolo loco Cant. II, 9. ubi חרכים *bharacchim*, dicuntur *clathri*. Maluimus *torrebit*, nec revocamur ab hac ſententia, quod verbum חרך, apud Chaldæos, *comburere* potiùs quàm *torrere* ſignificat, adfines enim ſunt hi ſignificatus, nec in Proverbiis vitantur ἄκυρα.

Homo remiſſus] Eſt tantùm רמיה *remijah* & ſequitur

17. Non torrebit *homo* remiſſus, quod venatus fuerit, at divitiæ hominis pretioſæ ſeduli *erunt*.

18. In via innocentiæ vita eſt, ſed via ſemitæ ad mortem *ducit*.

XIII. *Miſcellæ ſententiæ.*

1. FILIUS ſapiens increpationem patris *audit*, at irriſor caſtigationi non auſcultat. CAPUT XIII.

2. E fructu oris quiſque comedet bonum, ſed animus perfidorum injuriam *patietur*.

3. Qui cuſtodit os ſuum animam ſervat, verùm qui *temerè* aperit labia ſua, ei *imminet* calamitas.

4. Concupiſcit piger, nec quidquam adpetentia ejus conſequitur; adpetentia verò ſedulorum explebitur.

5. Verba

ſequitur צדו *tſedo*, venationem ſuam, unde intelligere licet aut excidiſſe, aut certè ſupplendam eſſe vocem איש *iſch*, vir; ut intelligatur homo piger & qui vires numquam intendit, ſed remiſſo corpore & animo vivit. Vide ad Cap. X, 4. & XIII, 26

27. *Seduli erunt*] חרוץ *bharouts*, pro לחרוץ חרוץ *ſeduli*, aut *induſtrii erunt*.

28. *In via innocentiæ*] בארח צדקה *beorahh tſedekah*, in via juſtitiæ. Homo innocens vitæ ſuæ annos explebit; ſed homo malus ad mortem ibit, aut damnatus à Judice, aut occiſus ab iis, quos injuriâ adfecerit, aut Dei manu è medio ſublatus.

Via ſemitæ] ודרך נתיבה *vederech ntbibah*. Confunduntur quidem ſæpe hæ voces, ſed hîc, ubi junguntur, diſtingui omnino videntur; ita ut דרך *derech*, viam quamvis ſignificet, & נתיבה *ntbibah*, *ſemitam* quâ à via regia divertitur, quæ & *trames* dicitur & Græcè ἀτραπὸς. Hæc autem via opponitur hîc *viæ regiæ*, quâ innocentes gradiuntur.

Ad mortem] אַל מָוֶת *non mort*, aut *ne mors*, quæ carent planè ſenſu, quid enim eſt, *via ſemitæ non mors*, aut *ne mors*? Ubi exemplum ejuſmodi ſtructuræ orationis? Itaque legimus hîc cum Intt. Græco & Latino & Chaldæo, qui ſæpe eos ſequitur, אֶל *ad mortem*, Græcus: ὁδοὶ δὲ μνησικάκων εἰς θάνατον. Latinus: *iter autem devium ducit ad mortem.* Chaldæus וְאוּרְחָא דְעִוְיָתָא לְמוֹתָא & *via perverſa*, aut *detorta ad mortem*. Eſt quoque Editio Veneta in 4. an. 1518. habet אֶל in margine, quam lectionem *Lud. Cappellus* meritò, ut mihi quidem videtur, Vulgatæ præfert, quidquid contrà vitilitiget *Joan. Buxtorfius*. Vult. אל מות eſſe immortalitatem, ſed nuſquam ſimile exemplum.

COMMENTARIUS

In CAPUT XIII.

1. *AUdit*] Perſpicuitatis causâ שמע, è ſequente membro, repetii.

2. *E fructu oris quiſque*] מפי איש *mipphi iſch*, quod qui vertunt *è fructu oris viri*, verbo ſequenti nominativum eripiunt. Vide ad C. XII, 14.

Animus perfidorum injuriam patietur] ונפש בוגדים חמס *venephesch bogedim hhamas*. Repetendum, è priore membro, יאכל *jochel*, comedet; ſed quia ſic non loquuntur Latini, ejus loco ſubſtituimus *patietur*. Qui fidem datam fallunt, pro beneficio, quod veracibus rependitur, accipiunt injuriam.

3. *Qui cuſtodit os ſuum*] Ne quid temerè, aut falſò proferat.

Animam ſervat] שמר נפשו ſchomer naphſcho, *ſervat animam ſuam*; hoc eſt, ſe ipſum, aut vitam ſuam.

Qui temerè aperit labia ſua] פושק שפתיו *phoſchek ſchphathan*. Verbum hoc *dilatare* & *divaricare* ſignificat. Semel adhuc reperitur Ezek. XVI, 25. Hîc adhiberi videtur ad loquacitatem nimiam & temerariam ſignandam.

Ei imminet calamitas] מחתה לו mehhitthah lo, *contritio*, aut *terror ei*. LXX. Intt. πτοίησιν ἑαυτῷ. Vulgatus: *ſentiet mala*. *Theodotion* malè: αἰσχύνη αὐτῷ.

4. *Concupiſcit piger*] מתאוה ואין נפשו עצל *mithavvah veajin naphſcho hatſel*, concupiſcit & nulla anima piger. Ordo eſt מתאוה עצל concupiſcit piger & nulla anima ejus; hoc eſt, & appetentia ejus nihili eſt, ſeu effectum nullum conſequitur. Legendum מתאוה in maſculino, quòd referatur ad עצל non ad נפש. נפש ſæpe obſervavimus eſſe ciborum & potûs adpetentiam. Vellet quidem piger omnia habere, quæ ad ſuſtentationem corporis neceſſaria ſunt; ſed cùm nihil faciat, ut ea conſequatur, inanis eſt ejus adpetentia.

Adpetentia ſedulorum explebitur] ונפש חרוצים תדשן venephesch hharutſim theduſchan, *& anima impigrorum ſaginabitur*; hoc eſt, explebitur, nam qui pinguis fit expletur cibis. Eſt conſequens, pro antecedente. LXX. Intt. ſic hunc verſum verterunt: ἐν ἐπιθυμίαις ἐστὶ πᾶς ἀεργός, χεῖρες δὲ ἀνδρείων ἐν ἐπιμελείᾳ, ex conjectura. *Symmachus* initium ſic vertit: ἐπιθυμεῖ καὶ οὐ θέλει ὀκνηρός, unde Vulgatus: *vult & non vult piger, anima autem operantium impinguabitur*; receſſit à verbis, ubi nihil opus erat; & mordicus iis adhæſit, ubi ab iis recedere oportuerat, ut Latinè tantùm ſcientes intelligerent quid velit Salomon. Nec meliùs multi recentiorum. De *anima*, pro adpetentia cibi, vide dicta ad Num. XI, 6.

5. Verba

5. Verba falſa odio habet juſtus, ſed improbus dat operam, *ut alii* fœtcant & pudore adficiantur.

6. Innocentia virum integrum ſervat, improbitas verò peccatorem evertit.

7. Eſt qui divitem agit, nec quidquam *ei eſt*, & qui pauperem ſe ſimulat, *cui* magnæ divitiæ.

8. Divitiis vir vitam ſuam redimit, ſed pauper exprobrationem non audit.

9. Fax innocentium lætitiam creat, at nocentium exſtinguitur lucerna.

10. *Homo* levis, præ ſuperbia, litem intendet, ſed cum conſultis eſt ſapientia.

11. Divitiæ ex inanitate *comparatæ* minuuntur, verùm qui ſub manu colligit *eas* auget.

12. Spes dilata cordi dolorem creat, at deſiderium, quod expletur, arbor vitæ.

13. Qui

5. *Verba falſa*] *Verbum mendacii.*

Dat operam, ut alii fœteant] יבאיש jabiſch, *faciet fœtere*; hoc eſt, mendaciis facit ut infamentur alii. *Fœtere* enim dicuntur qui ſunt infames. Vide Gen. XXXIV, 30 Exod. V, 21.

6. *Innocentia* &c.] *Juſtitia cuſtodiet integrum viâ*; hoc eſt, tutum præſtabit, dum leges valent, nec hoſtis ingruit. Nam tyranni, aut hoſtes innocentiæ aut legum, vix ullam rationem habent.

Improbitas verò peccatorem evertit] תסלף חטאת theſalleph hhattath, *evertit peccatum*. Carebant hoc verſu LXX. Intt. ſuppletúſque fuerat, præmiſſo Aſteriſco, his verbis ex alia Verſione: *δικαιοσύνη φυλάσσει ἀκάκους, τοὺς δὲ ἀσεβεῖς φαύλους ποιεῖ ἁμαρτία.* *Symmachus* alterum membrum ſic verterat: *ἀδικία δὲ ἐπισπάσεται ἁμαρτίαν*, parum commodè, Vulgatus: *impietas autem peccatorem ſupplantat*, melius. חטאת eſt hic pro איש חטאת homine peccati, ſeu peccatore; ſive exciderit vocula איש, ſive ex re ipſa ſupplenda ſit, ut C. XII, 27.

Evertit] תסלף *theſellaph*. Vide C. XXI, 12. XXV, 12.

7. *Qui divitem agit*] מתעשר mithhaſſcher, *faciens ſe divitem*, hoc eſt, ſimulans, quæ eſt interdum vis conjugationis *Hithphahel*. Vide Joſ IX, 4. 2. Sam. XIII, 5.

Nec quidquam] *Et non omne*; hoc eſt, nihil, omnia ei deſunt.

Pauperem ſe ſimulat] מתרושש *mithroſcheſeh*; ut verbum antecedens intelligendum. LXX. Intt. *ταπεινοῦντες ἑαυτούς*. *Symmachus*: *πτωχευόμενοι*. *Theodotion* melius: *πτωχοφανής*. Vulg. *eſt quaſi pauper*. Utrumque eſt æquè fatuum, & amborum nunc frequentiora ſunt exempla, quàm umquam fortè fuerunt.

8 *Divitiis vir vitam ſuam redimit*] *Redemtionis* (כפר chopher) *pretium animæ viri ejus divitiæ*. Seu in crimine deprehenſus mulctâ vitam ſuam redimat, vel pecuniâ Judices corrumpat, aut à latronibus captus numeratâ pecuniâ dimittatur.

Exprobrationem non audit] Cùm nemo ei divitiarum, quas non habet, causâ, indignetur, non exprobratur ei id quod divitii. LXX. *οὐχ ὑφίσταται ἀπειλήν*. *Aquila, Symmachus & Theodotion*: *ἐπιτίμησιν*. Vulgatus: *increpationem non ſuſtinet*.

9. *Fax innocentium* &c.] אור *or*, lux, quod facem alibi ſignificat, ut C. IV, 18. Hoc eſt, per longos annos in tentoriis innocentium fax nocturno tempore ab omnibus, non ſine lætitia, cernitur.

Exſtinguitur lucerna] Mortuis omnibus, aut exſulantibus, qui illic habitabant. Vide not. ad Job. XVIII, 6.

10. *Homo levis*] רק *rak*, quod pleſumque eſt adverbium, hîc eſt nomen, maſculini generis, unde רקה *rakkah* fœmininum, quod dicitur de vaccis macilentis & deformibus Gen. XLI. 20. 27. Hinc & רקא *Raka*, Syriacum, de quo Matth. V, 22. quod Babylonii pronunciabant ריקא *reka*.

Litem] מצה *mattſah*, quod exſtat tantùm Cap. XVII, 19. & Eſai. LVIII, 4. à radice נצה quæ in conjugatione Niphal eſt *diſceptavit*. LXX. Intt. *μετ' ὕβρεως πράσσει κακά*, incommodè, ut paſſim. *Aquila, Symmachus & Theodotio*: *ἐν ὑπερηφανίᾳ δώσει μάχην*

11. *Ex inanitate comparatæ*] מהבל *mehebel*, hoc eſt, quadam inani ratione, exempli gratiâ, adſentatione erga Principes, aliiſque ejuſmodi comparatæ. LXX. Intt. *ἐπισπουδαζομένη μετ' ἀνομίας*, minùs rectè. *Aquila* meliùs: *ἀπὸ ματαιότητος*. Latinus: *feſtinata*, perperam. Nota eſt ſignificatio vocis הבל *habel*, vel ex Eccleſiaſte Salomonis, in quo omnia mortalium opera eo nomine adpellat. Sed cùm omnia non ſint æquè *inania*, nec ſit *inanius* quidquam ejuſmodi adſentatione; quam tamen magnis & ſubitis præmiis adficiunt Principes; eò, aut ad ſimile quiddam reſpici crediderim.

Qui ſub manu colligit &c.] *Et colligens ad manum augebit*, על יד *hal jad* frequenter ſignificat *ſub manu*, aut in poteſtate alicujus, quod docebit *Chriſtian. Noldius*. Vide 1. Sam. XVII, 22. 2. Reg. XXII, 5. 9. Neque, hoc in loco, aliam hujus loquendi generis ſignificationem quæſiverim. Vult Salomon eum deſignare, qui labore ſuo & induſtriâ indefeſſâ ſibi repoſuit, quod à neceſſariis ſumtibus ſubtrahere potuit, ſenſimque adgregavit pecuniæ ſummam; quem ait, eam ſummam aucturum, fore enim ut pergat, quemadmodum cœpit. Contrà qui, ſine labore & inani adſentatione, brevi divitias ſibi comparavit; idem oſtentatione & inani ſpecie liberalitatis brevi quod nactus erat dilapidat.

12. *Spes dilata* &c.] Quo diutiùs differtur quod ſperamus, eò magis creſcit cupiditatis nondum expletæ moleſtia. Sententiam hujus verſûs illuſtrat Epigramma *Macedonii* Cap. XXV. Lib. I. Anthologiæ:

Εἰ βίον ἐν μερόπεσσι τύχης παίζουσιν ἑταῖραι
Ἐλπίδες, ἀμβολάδην πάντα χαριζόμεναι.

Παίζομαι,

Digitized by Google

13. Qui verbum contemnit damnum capiet, ſed præceptum reveritus præmio adficietur.

14. Lex ſapientis *eſt* ſcaturigo vitæ, ut recedat à laqueis mortis.

15. Intellectus bonus gratiam conciliat, ſed via perfidorum dura eſt.

16. Omnia ſcienter facit cautus, ſed demens aperit ſtultitiam.

17. Nuncius improbus in malum incidet, at legatus verax ſanitatem *adfert.*

18. Paupertas & ignominia *imminent* deſerenti caſtigationem, verùm qui increpationis memor eſt, ditatur & gloriam conſequitur.

19. Deſiderium, quod expletur, dulce *eſt* animo; abominatio *eſt* ſtultorum recedere à malo.

20. Qui

Παίζομαι, οἱ βροτός εἰμι· βροτὸς δ' οὐ οἶδα καὶ αὐτός
Θνητὸς ἐὼν δολιχαῖς δ' ἐλπίσι παιζόμενος.
Αὐτὸς ἑκοντὶ γίνεσθαι πλανώμενος· εἰ δὲ γενοίμην
Εἰ κρίσιν ὑμετέρην πικρὸς Ἀριστοτέλης·
Τὴν γὰρ Ἀνακρείοντος ἐνὶ πραπίδεσσι φυλάσσω
Παρφασίην, ὅτι δεῖ φροντίδα μὴ κατέχειν.

Interprete *Hug. Grotio:*

Fortunæ ſpes blanda comes mortalia ludit
Pectora, quæ vel nil, vel dare tarda ſolet.
Mortalem ſcio me, ludi me ſentio; vita
Eſt brevis in longum ſpem tamen ire ſino.
Decipior, ſed ſponte meá, procul abſit ut in me
Ipſe ego ſim cenſor, qualis Ariſtoteles!
Parebo potiùs tibi, Teïa Muſa, monenti,
Mœſtitiæ nemo debet adeſſe ſuæ.

Arbor vitæ] *Arbor vitæ cupiditas adveniens*; hoc eſt, tam jucundum eſt impleri quod cupierat, quàm jucundum fuiſſet fructu *arboris vitæ* veſci. Βραχυλογία proverbiorum ejuſmodi eſt, ut ſæpe plura ſint animo ſupplenda, ut intelligantur.

13. *Qui verbum contemnit*] Verbum, nempe, admonitionis, ut ſequens membrum ſuadet.

Damnum capiet] יחבל *jehbabel.* Verbum eſt quod *pignerari* & *corrumpi* ſignificat, ut liquet ex Eccleſ. V, 5. Eſai. XXXII, 7. LIV, 16. Hîc conjunctum cum לו *corrumpetur ſibi*, & collatum cum ſequente antitheſi, videtur perinde eſſe ac *damnum capere.* LXX. Intt. *καταφρονηθήσεται.* Alius: *κατακριθήσεται.* Vulg. *ipſe ſe in futurum obligat*, quaſi diceret, contemtu admonitionis ſe velut oppigneratum eſſe, ut pœnas det, ſi res ei malè cedat. Quæ non ſpernenda eſt ſententia.

14. *Lex ſapientis*] Hoc eſt, lex quam ſibi ipſe impoſuit, pietatis, temperantiæ, juſtitiæ &c.

Scaturigo vitæ] מקור חיים mkor hhajim, *fons vitæ.* Hoc eſt, ejus ope vitam longam & beatam ducet. Metaphora ſequens *recedere à laqueis mortis* cum hac non conſentit, ſed Hebræi contenti ſunt rem rei oppoſuiſſe, nec metaphorarum conſenſum, aut adcuratas ἀντιθέσεις multùm curant. Quod ſtatim intelligent qui in haſce ſententias oculum conjicient.

15. *Intellectus bonus*] שכל טוב *ſchechel tob*, intellectus, ſeu prudentia boni viri, & quæ bonum quaſi finem ſuum ſpectat.

Via perfidorum dura eſt] איתן *ethan*; hoc eſt, ſunt duris & aſperis moribus, quibus facilè alios offendunt: Vide Jerem. V, 19. ubi גוי איתן *goi ethan* dicuntur Chaldæi, homines duri, & ſuperbi.

17. *Nuncius improbus*] מלאך רשע *maleach raſchah.* LXX. Intt. *βασιλεὺς θρασὺς*, quaſi legiſſent מלך melech, *rex*; malè, ut oppoſitio oſtendit. *Aquila, Symmachus & Theodotion: ἄγγελος ἀσεβὴς.* Vulg. *nuntius impii.* Intelligitur nuncius nequam, qui id narrat, quod non contigit, ut ἀντίθεσις docet.

Legatus verax] *Legatus veritatum*, qui renunciat, quæ verè facta ſunt.

Sanitatem adfert] מרפא *marphe* ſanitas; quia ex eo, quod verè renunciavit, ſalubria conſilia capiuntur. *Aquila & Symmachus: ὅμηρος πίστεως ἴασις.* Sed ציר *tſir*, non eſt ὅμηρος *obſes*, verùm *legatus. Theodotion: φύλαξ πίστεως ἴασις*, quaſi pro ציר legiſſet נצר notſer *ſervans.*

18. *Ditatur & gloriam conſequitur*] יכבד *jechubbad.* Verbum hoc unicum utrumque ſignificatu ſuo complectitur, atque utrumque expreſſimus, quia in priori membro non tantùm *paupertas*, ſed & *contemtus* prædicitur homini contumaci, qui caſtigationes omnes ſpernit. Gens Judæa, ut ex Hiſtoria Sacra & Prophetis intelligere eſt, ſemper contumax fuit, & monitorum impatiens; ideóque tam ſæpe à Salomone caſtigatur ferocitatis causâ, quâ adfectibus, neglectis omnibus admonitionibus, indulgebat. Sed hæc etiam dici de multis Chriſtianorum utinam non poſſent, qui meris factionibus agitati à caritate Chriſtiana, admonitionibúſque nimis quàm veris audiendis abhorrent!

19. *Deſiderium, quod expletur*] *Cupiditas exſiſtens* (תאוה נהיה *thaavah nihjah*) *dulcis eſt animæ.* Sequutus ſum Vulgatum, qui, ut videtur, bene habet: *deſiderium ſi compleatur delectat animam*; nam verbum היה in Niphal ut hîc, perinde eſt ac *fieri, contingere.* Vide & Deut. IV, 32. XXVII, 9. Senſus eſt egregius, nihil enim verius eſt, quàm dulce eſſe homini adfectu quovis æſtuanti, expleri eo, quod cupit; nec minùs verum eſt, inter cauſas depravationis & pertinaciæ hominum hanc eſſe non ultimam, quòd ei voluptati ſuccumbamus. Hoc etiam docet hîc Salomo, priore enim membro commatis rationem reddit poſterioris; nam quamvis maximus harum ſententiarum numerus conſtet antitheſibus, quibus Vitium opponitur Virtuti; ſunt multæ etiam, quibus nulla ἀντίθεσις ſubeſt.

Abominatio eſt ſtultorum &c.] Ideò non recedunt à malo, quòd adfectibus obſiſtere, ſi iis ſimus dudum adſueti, durum eſt; obſequi

 verò

20. Qui verſatur cum ſapientibus ſapiens fit, ſed qui amicus eſt ſtultorum conteretur.

21. Peccatores inſequetur calamitas, verùm juſtis bonum præmii loco tribuet *Deus*.

22. Bonus natis natorum hereditatem tranſmittet, & opes peccatoris juſto ſunt repoſitæ.

23. Multus *oritur* paſtus *ex* agro pauperum, ſed eſt qui abſumitur, dum jus negligit.

24. Qui virgam ſuam cohibet, filium ſuum odit, qui verò eum amat, maturè caſtigationem adhibet.

25. Juſtus comedit, donec adpetentiam ſuam expleat, ſed ventri improborum deeſt *cibus*.

XIV. Variæ

verò & indulgere dulce & jucundum. Eadem ratio eſt omnium habituum.

20. *Qui amicus eſt ſtultorum conteretur*] רעה כסילים ירוע *robeh ebſilim jeroah*. Eſt hîc agnominatio inter רעה & ירוע, ut Cap. III, 34. Hîc autem רועה non vertimus *paſtens*, ſed *qui amicus eſt*, ut C. XXII, 24. XXIX, 3. LXX. Intt. συμπορευόμενος ἄφροσι, meliùs Vulgatus: *amicus ſtultorum*. Laudantur Intt. Græci, ſine nomine, quorum unus verterit συμπλανώμενος, alii συῤῥεμβόμενος, quaſi legiſſent תועה *thobe*, pro רועה *robeh*.

21. *Peccatores*] Hac voce idem ſignificatur, hoc loco, ac vocibus פועלי און *facientes iniquitatem*, hoc eſt, homines prorſus addicti vitiis; ceteroqui nemo eſt mortalium, qui *peccator* non ſit.

Inſequetur calamitas] ירדף רעה jeraddeph rahah, *ſequetur malum*; nempe, quod *phyſicum* dici ſolet; ſeu *malum pœnæ*, quo Deus pertinaciùs delinquentes, ſeriùs, ocyùs, plectit. Sic etiam Ethnici loquuti, ut *Horatius* Carm. Lib. III. Od. II, 32.

Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

Ubi vide not. *Dionyſ. Lambini*, qui plura habet hujus loquendi generis exempla. Si quis tamen mallet רעה interpretari de *malo morali*, ſeu pœnæ; non diffitemur improbos, longâ delinquendi conſuetudine, vitioſiores in dies fieri, ut vitia eos ſequi & tandem adſequi videantur. Sic etiam loquitur *Socrates*, apud *Platonem*, in Apologia, non procul à fine: μὴ οὐ τοῦτ' ᾖ χαλεπὸν θάνατον ἐκφυγεῖν, ἀλλὰ πολὺ χαλεπώτερον πονηρίαν, θᾶττον γὰρ θανάτου θεῖ· καὶ νῦν ἐγὼ μὲν, ἅτε βραδὺς ὢν καὶ πρεσβύτης, ὑπὸ τοῦ βραδυτέρου ἑάλων, οἱ δ' ἐμοὶ κατήγοροι, ἅτε δεινοὶ καὶ ὀξεῖς ὄντες ὑπὸ τοῦ θάττονος τῆς κακίας: *haud quidem eſt difficile mortem effugere, ſed multò difficilius pravitatem. Velociùs enim ea currit, quàm mors. Atqui ego nunc, utpote propter ſenectutem tardior, à tardiore captus ſum, accuſatores autem mei, utpote vehementes ac veloces, ab ea, quæ eſt celerior, ſeu pravitate.*

Præmii loco tribuet Deus] Supplenda eſt vox *Deus* ex lectione noſtra, quæ habet יְשַׁלֶּם *tribuet*, ſed ſi puncta conjugationis paſſivæ adderemus, legeremúſque יְשֻׁלַּם nihil eſſet ſupplendum, ſic Vulgatus: *juſtis retribuentur bona.* Prius tamen meliùs eſt, quia conſtruitur hoc verbum cum nomine accuſativi caſûs את צדיקים *eth tſaddikim*, & frequentiſſimè vox *Deus* ſuppletur, ut ſæpe diximus. Vide ad C. XII, 14.

22. *Juſto ſunt repoſitæ*] צפון *tſophoun*, ſequitur חיל hhel, *occultæ ſunt divitiæ peccatori*; hoc eſt repoſitæ, ut dentur bono viro.

23. *Multus oritur paſtus ex agro pauperum*] רב אכל ניר ראשים *rob ochel nir raſchim*, *multitudo cibi* in, vel ex *novali pauperum*. Hîc ניר pro quovis agro ſumitur, & fortè etiam pro *agello*, quia de pauperibus ſermo eſt.

Dum jus negligit] *Sine jure*, בלא משפט *blo miſchphat*. Vide infrà C. XVI, 9. Jerem. XVII, 11. Hoc comma adſequuti non ſunt, qui nomine LXX. Intt. hunc librum verterunt, cùm habeant: δίκαιοι ποιήσουσιν ἐν πλούτῳ ἔτη πολλὰ, ἄδικοι δὲ ἀπολοῦνται συντόμως, quæ nihil ad rem. Vulgatus: *multi cibi in novalibus patrum*, quaſi ראשים eſſet idem ac ראשי אבות *capita patrum*. Sed eſt idem ac רשים *raſchim*, pauperes, ut res ipſa oſtendit. Poſtea etiam parum feliciter: *& aliis congregantur, ſine judicio.*

24. *Filium ſuum odit*] Hoc eſt, tantùm abeſt, ut paternum animum præſtet filio, ut contrà non minùs ei noceat, quàm ſi odiſſet. Eſt antecedens pro conſequente; qui enim odit, is non curat eum, quem odio habet, ut bonum virum evadere.

Maturè caſtigationem adhibet] שחרו מוסר *ſchibbaro mouſar*, quod eſt pro שחר לו *ſchibbar lo*, *quærit ei maturè caſtigationem*; ſeu maturè caſtigat, ne inoleſcant vitia. LXX. Intt. ἐπιμελῶς παιδεύει, Vulg. *inſtanter erudit.* Sed hîc non tantùm de inſtitutione, ſed & de caſtigatione ſermo eſt, cum qua conjunguntur verbera, ſi neceſſe ſit.

25. *Adpetentiam ſuam expleat*] *Ad ſaturitatem animæ ſuæ*; hoc eſt, habebit ſatis, ut adpetentiæ ſuæ ſatisfacere poſſit; non erit opus, ut præ paupertate, neceſſarios cibos ſibi ſubtrahat.

Ventri improborum deeſt cibus] *Et venter improborum egebit.* בטן רשעים תחסר *bethen rſchabim thebhſar*, venter malorum egebit; hoc eſt, carebit iis, quæ ventriculo latranti placando neceſſaria ſunt. LXX. Intt. ψυχαὶ ἀσεβῶν ἐνδεεῖς, cur non γαστέρες, quod optimum erat & clarius multò? Vulgatus: *venter impiorum inſaturabilis*; imò carebit cibis, quibus ſatiatur.

COM-

XIV. Variæ gnomæ.

Caput XIV.

1. SApiens mulier domum ſuam ædificat, ſed ſtulta eam diruit.
2. Qui rectè ſe gerit, timet Jehovam; at qui deflectit vias ſuas, eum ſpernit.
3. In ore ſtulti eſt virga ſuperbiæ, verùm labia ſapientium eos ſervant.
4. Cùm non ſunt boves, præſepe eſt mundum; ſed è viribus bovis *oritur* proventuum copia.
5. Teſtis verax non mentitur, at falſus teſtis mendacia profert.
6. Quærit irriſor ſapientiam, nec *invenit*; verùm intelligenti facilis eſt *inventu* ſcientia.

7. Abi

COMMENTARIUS

In Caput XIV.

1. S*Apiens mulier*] חכמות נשים *hhachmoth naſchim*, ſapientes mulierum; hoc eſt, quævis mulier ſapiens. Sequitur nomen plurale verbum ſingulare בנתה *banethah*, quia ad unamquamque ſingillatim refertur. Quæ conſtructio frequens eſt, apud Hebræos. Vide in Operibus Salomonis Eccleſ. II, 7. X, 1, 12. LXX. Intt. σοφαὶ γυναῖκες ᾠκοδόμησαν οἴκους, Vulg. *Sapiens mulier ædificat* &c. Loquendi verò generi, *ſapientes mulierum*, ſimiles ſunt hæc, *ſtultus hominum* infrà C. XV, 20. XXI, 20. *ſapiens artificum* Eſai. III, 3. *mendici hominum*, XXIX, 19. & ſimilia. Sic & apud Homerum: δῖα γυναικῶν & δῖα θεάων, *divina mulierum* & *divina Dearum* ſunt, pro eximiis mulieribus & Deabus. Vide Scholiaſten minorem ad Iliad B. 714.

Domum ſuam ædificat] Alibi *ædificare domum*, ſi de muliere ſermo ſit, eſt multam prolem & quidem virilem parere, quâ domus, ſeu familia ſit firmior & perennior. Vide Gen. XVI, 2. XXX, 3. Deut. XXV, 9. Verùm hîc videtur non tam de prole agi, quàm de augmento divitiarum, quo modo ſumitur hæc phraſis Pſ. CXXVII, 1. Proverb. XXIV, 3. & Jer. XLII, 10. Ejuſmodi eſt mulier, quæ deſcribitur infra C. XXXI.

Stulta eam diruit] Quia rei familiaris curam nullam gerit, imò eam dilapidat, quod quotidie fieri videmus.

2. *Qui rectè ſe gerit*] הולך בישרו *holech bjoſchro*, ambulans in rectitudine ſua; hoc eſt, homo qui ex animo Virtutem amat, neque fuco, aut fallaciis graſſatur. Vide ſup. C. II, 13. IV, 11. & infrà X, 9.

Timet Jehovam] *Timens Jehovæ*; hoc eſt, leges divinas obſervat, atque ab iis recedere veretur. Sententia ergo eſt: ſi quis eſſet, qui virtutis amans eſſet, indoliſque probioris, ejuſmodi hominem Legis etiam Moſaicæ obſervantem fuiſſe. Non eſt putandum, veram Religionem ineſſe animo hominis ceteroquin à virtute alieni; cùm tamen multi ſint, qui puritatem fidei ſuæ jactant, dum improbè vivunt. Ejuſmodi homines reſpicere videtur hîc Salomo, quales apud Judæos multi erant temporibus Eſaiæ, cujus vide Cap. XXXII, 6. LXV, 5. &c. Chriſti quidem ævo in Phariſæorum grege, qui cum peſſimis moribus, quos larvâ pietatis tegebant, conjungere ſe poſſe putabant obſervationem legis, quam mille modis perfringebant, ut adfectibus indulgerent.

Qui deflectit vias ſuas] נלוז דרכיו *nloz drachau*, viarum ſuarum declinans; nempe, à recta via divertens. Vide C. II, 14. III, 32.

Eum ſpernit] Legibus ejus parere detrectat, quod eſt contemtûs indicium, quia ſunt ejus adfectibus contrariæ. Qua de re egimus ad Joann. III, 19. in additamentis Hammondianis.

3. *Virga ſuperbiæ*] חטר גאוה *hhoter gaavah*, quibus verbis non intellexerim verba ipſa inſanientium, quæ ſint quaſi virga, quâ alios feriunt; ſed contrà virgam, quâ de ſuperbia ſupplicium ſumitur. Homines enim ſtolidi verbis ſuis capiuntur, eorúmque causâ pœnas dant. Notum eſt quàm varie Genitivi conſtructio ſumatur, de qua egimus *Artis Criticæ* P. 2. Sect. II. C. XII, 11. Oppoſitio ſequentis membri oſtendit, hîc agi de pœna ſermonum, in inſanum, qui ea protulit, redundante: illic verò de ſapientis orationis, ad hominem prudentem, redeuntibus commodis.

Eos ſervant] Vel *cuſtodiunt*, תשמרם *thiſchmarem*, pro תשמרום *thiſchmaroum*, in plurali; hoc eſt, incolumes eos præſtant, quia neminem offendunt.

4. *Præſepe eſt mundum*] Videtur in eos dictum, qui munditiem præſepium, aut ædium oſtentabant, quæ tamen erat indicium defectûs boum, qui cum plures ſunt, tum munda eſſe præſepia nequeunt; quia fœno immunda fiunt: ut nec ædes, quibus multi excipiuntur, tam mundæ eſſe non poſſunt, quàm quæ à nemine aut perpaucis adeuntur.

Sed è viribus bovis &c.] *Multitudo proventuum in viribus bovis.* Quaſi diceret: præſtat verò eſſe præſepe immundius, dum modò ſint plures boves, quia eorum ope coluntur agri & uberiores fruges proferunt. Aptari hoc poteſt παροιμιωδῶς caſibus non diſſimilibus, ut ſi quis jactet perpetuam munditiem ædium, quod eſt indicium à paucis eas adiri, ac proinde earum dominum paucos habere amicos, aut ſui obſervantes.

5. *Teſtis verax* &c.] Hoc eſt, teſti, de cujus integritate & veracitate experientiâ conſtat, fides habetur.

Falſus teſtis] *Efflabit mendacia teſtis falſitatis*; hoc eſt, qui habetur pro mendace, quòd ſæpiùs fefellerit, fidem ampliùs non invenit.

6. *Quærit irriſor.*] לץ lets, *irriſor* dicitur, in

his

7. Abi è conſpectu hominis ſtulti, annon labia erudita noſti?

8. Sapientia hominis cauti eſt prudenter viam ſuam inſtituere; verùm fallax eſt inſanorum ſtultitia.

9. Stulti irrident delictum, ſed inter rectos eſt benevolentia.

10. Cor novit amarorem animi ſui, nec lætitiæ ejus miſcetur alienus.

11. Domus nocentium diruitur, at rectorum tabernaculum floret.

12. Recta videtur non nemini via, cujus extrema ad mortem tendunt.

13. Etiam in *ipſo* riſu animus dolet, & lætitiæ extrema ſunt triſtitia.

14. Viis ſuis ſatiatur is, cujus animus *à recto* eſt averſus, ſed vir bonus ab eo *eſt alienus.*

15. Sim-

his libris, non homo tantùm facetus, & qui jocos amat, ſed qui ipſam Virtutem & Religionem ridet. Vide Pſ. I, 1. & quæ illic notata.

6. *Nec invenit*] ואין veen, *& non*; hoc eſt, nulla ei eſt, non invenit. Qui, nempe, Religionem & Virtutem rident, numquam veram Sapientiam; Moralem, nempe; invenire poſſunt, quamvis alioquin acuti; quia Sapientiæ omnia fundamenta evertunt. Quî poſſent intelligere quæ ſit norma, ad quam mores exigendi ſunt, qui omnem Religionem & naturalem & revelatam rejiciunt, omniáque è ſuis adfectibus metiuntur.

Intelligenti facilis eſt inventu] לנבון נקל *lnabon nakal*, propriè, *prudenti levis eſt*, hoc eſt, *facilis eſt*; quia quod levius eſt faciliùs bajulatur. Latini etiam, ut notum eſt, *leve* interdum dicunt pro facili. *Intelligens* autem hîc eſt, non acutus & doctus, in theoreticis doctrinis, ſed vir ſapiens in rebus moralibus; non tantùm quod ad theoriam adtinet, ſed qui in uſum ipſum vitæ omnia deducit. Vide C. I, 5. X, 13. Pariter *ſapientia & ſcientia* ſitæ non ſunt tantùm in cognitione theorematum, ſed actuoſæ ſunt. Reverâ vir, qui iis moribus eſt, qui ſunt conſentanei rerum naturæ, nec adfectibus præpeditus iis contrariis, facilè videt, quid ex legibus Virtutis fieri, aut omitti debeat, & quam præſtantes ſint eæ leges ſentit. Finge tibi contrà *irriſorem*, ut loquitur Salomon, aut, ut nos, ſcepticum quemdam, qui ſemper quærit, nec quidquam invenit; quia ejus eſt indolis, ut apud ſe Virtutem omnem & Religionem, verba eſſe ſciſcat. Ejuſmodi homo ne demonſtrationibus quidem mathematicis, aut mathematicarum evidentiam æquantibus movebitur, nec ſanctiſſimarum humanæ ſocietatis legum præſtantiam & neceſſitatem intelliget.

8. *Sapientia* &c.] חכמת ערום הבין דרכו hhochmath baroum habin darcho, *ſapientia cauti prudenter viam ſuam inſtituere.* Alii הבין vertunt *intelligere*, maluimus *prudenter inſtituere*, quæ eſt etiam vis verbi tranſitivi. Ac ſanè ſapientia non tantùm ſita eſt in *intelligenda via ſua*, ſed potiſſimùm in ea *prudenter inſtituenda.* Sic השכיל *hiſchchil* & הצליח *hitſliahh*, cum accuſativo rei, eſt facere ut ea res feliciter cedat, & poſterius quidem hoc ſignificat conjunctum cum voce דרך *derech.* Pſ. XXXVII, 7.

Fallax eſt] *Dolus*, מרמה *mirmah*; nempe in eum ipſum, qui ſtultè ſe gerit.

9. *Irrident delictum*] אוילים יליץ evilim jalits, *ſtulti ridet*, hoc eſt, unuſquiſque ſtultorum. E delicto alieno occaſionem captant ejus irridendi, cùm deberent potiùs ejus vicem dolere. Eſt יליץ *jalits* poſt אוילים *evilim*, ſed ſubauditur *quiſque*, more Hebræorum. Perperam *Aquila* & *Theodotion*: ἄφρονας χλευάζει πλημμέλεια.

Eſt benevolentia] רצון *ratſon*; non quòd delictum probent, ſed quòd delinquenti bene velint, ei ignoſcant, & auctores ſint, ne eo modo poſtea delinquat.

10. *Cor novit* &c.] Hoc eſt, non magis novit alius moerorem dolentis, qui in animo latet, quàm intelligit lætitiam. Sunt quidem utrinſque adfectûs externa indicia, ſed numquam intimus animi ſenſus ſatis exprimunt. Obſervant Maſſorethæ hîc in ר vocis מרת *amaror* eſſe *dageſch*, ut & in aliquot aliis locis; ſed videntur hæc eſſe librariorum menda, cùm ſint analogiæ linguæ contraria.

11. *Domus*] *Domus & tentorium* ſumuntur hîc pro iis, à quibus incoluntur.

12. *Non nemini*] לפני איש liphne iſch, *ad facies viri*; hoc eſt ei, qui eam ingreditur.

Ad mortem tendunt] Vide C. VII, 27.

13. *Etiam in ipſo riſu* &c.] Agnoverunt hoc ipſi voluptarii, ut docebit *Lucretius* Lib. IV, 1114. *& ſeqq.* ubi hæc verba:

—— medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angit,
Aut quòd conſcius ipſe animus ſe fortè remordet,
Deſidioſè agere ætatem, luſtríſque perire &c.

14. *Viis ſuis ſatiatur*] Ad ſatietatem uſque indulget adfectibus ſuis.

Animus à recto eſt averſus] סוג לב *ſoug leb*, averſus corde; nempe à Deo, vel a Virtute alienum. Vide Pſ. XLIV, 18, 19. LXII, 4. LXXVIII, 37. LXXX, 19.

Vir bonus ab eo eſt alienus] מעליו איש טוב mehalau iſch tob, *ab eo*, vel *procul ab eo vir bonus*; hoc eſt ſibi cavet ne nimis genio indulgeat. LXX. Intt. ἀπὸ δὲ τῶν διανοημάτων αὐτοῦ ἀνὴρ ἀγαθός. *Lud. Cappellus* Crit. Sacr. Lib. IV. Cap. XVII, 6. vult LXX. Intt. legiſſe מעלליו *mehalalau*, aut ממעלליו *mimmohalalau*. Quid legerit Interpres, hujus libri non facilè eſt dictu, quia maximâ licentiâ uſus eſt & ſententias, quas non adſequebatur, finxit. Præterea nec עללים *halalim*, nec מעללים *mahalalim*, ſignificat διανοήματα, aut ita vertitur à LXX. Intr. Ezekielis tantùm C. XIV, 23. עלילות vertitur: ἐνθυμήματα. Frequentiſſima & nativa ſignificatio voculæ מעל *mehal* eſt *ab*, ubi ſermo eſt de motu *à loco* quopiam; unde tranſlatitia orta eſt, ubi agitur animi alienatio. Sic Deut. XIII, 10. *avertere à Jehova*, מעל יהוה *mehal Jehovah*,

hoc

15. Simplex credit omni verbo, cautus verò greſſum ſuum adtendit.
16. Sapiens timet ſibi, atque à malo recedit, at ſtultus *leges* tranſgreditur & confidit.
17. Qui citò iraſcitur, ſtultè ſe gerit, & vir verſutus odio eſt.
18. Simplices ſtultitiam poſſident, ſed cauti ſcientiæ coronâ *caput ſuum* cingunt.
19. Incurvant ſe mali coram bonis, & improbi ad fores juſti *exſpectant*.
20. Etiam amico ſuo inviſus eſt pauper, at multi divitem amant.
21. Qui ſpernit proximum ſuum peccat, qui verò pauperes miſeratur beatus eſt.
22. Annon errabunt, qui moliuntur malum, beneficentia verò & fides eos, qui moliuntur bonum, *manent*?

hoc eſt, alienare à cultu Jehovæ, vel Dei Hebræorum. Hîc autem ſubauditur ילך jelech, *ibit*, aut quid ſimile, ut bonus vir ab eo diverſus ire (animo, nempe) dicatur. *Super eum* habet Vulgatus, ſine ſenſu. Chaldæus, à *timore ſuo*, incommodè.

15. *Simplex credit omni verbo*] פתי יאמין לכל דבר *phethi jaamin lcbol dabar*. LXX. Intt. rectè: ἄκακος πιστεύει παντὶ λόγῳ, & Vulg. *innocens credit omni verbo*. Deſcribitur non malus quidem, ſed imperitus & præter modum credulus, nec ſibi ab impoſtoribus cavens; ex qua indole natæ ſunt pleræque omnes falſæ Religiones, quæ fabulis temerè creditis nitebantur, & credulitate poſteritatis tandem conſecratæ ſunt. Credere oportet Chriſtianos, ſed rationibus firmis, non *cuivis verbo*, ut nimis multi faciunt, aut certè facere videri volunt, quaſi *fides* & ſtulta *credulitas* idem eſſent.

Greſſum ſuum adtendit] יבין לאשרו *jabin leaſchuro*. Subaudi לבו libbo, *animum ſuum*. Hoc eſt, cavebit ne quam ingrediatur viam, quam probè non expenderit, ſeu ne quid admittat, quod verum eſſe non compererit.

16 *Transgreditur*] מתעבר *mithhabber*, facit ut tranſgrediatur, nempe, leges divinas. Frequens eſt ſignificatio tranſgrediendi conjugationi *Kal* verbi עבר *habar*; in Hithpaël, eſt *excandeſcere*, ſed nihil vetat, quin hîc ſignificet *transgredi*. Non ſunt tantùm voces μοναδικαὶ, ſed etiam loca ſingularia, in quibus vox aliàs nota ſingulari ſignificatu, & qui nuſquam alibi occurrit, ſumitur. Sic Vulg. *tranſilit & confidit*. LXX. Intt. πεποιθὼς μίγνυται ἀνόμῳ, ut & Chaldæus מתחלט בסכלותא *miſcet ſe in ſtultitia*, quaſi legiſſent, aut legendum putaſſent מתערב *mithharob*, ut bene *Cappellus*. At rectior eſt lectio noſtra.

17. *Qui citò iraſcitur*] קצר אפים *kezar apphajim*, brevis naribus, hoc eſt, iræ; ſeu qui iram non premit, ſed facilè & citò iraſcitur, ὀξύθυμος, ut habent LXX. Intt. ut contra ארך אפים *erech apphajim*, longus iræ, eſt qui difficulter iraſcitur, nec niſi ſerò iram ſuam teſtatam facit, dum ei nimis indulget. Vid. vſ. 29.

Stultè ſe gerit] *Facit ſtultitiam*, hoc eſt, rem cui non ægrè ignoſcitur, quia non oritur ex nequitia.

Vir verſutus] איש מזמות *iſch mzimmoth*. LXX. Intt. Φρόνιμος πολλὰ ὑποφέρει, quaſi pro ישנא *odio habebitur*, quod ſequitur, legiſſent ישא iſſchaferet, & ſuppleviſſent πολλὰ. Meliùs *Theodotion*: ἀνὴρ διαβουλιῶν μισηθήσεται. Συμβουλευτικὸν verterat *Symmachus*. Verùm tamen *homo conſiliarius* odio non habetur, ſed homo qui recondit odium, ut certiorem & acriorem ultionem, commodiore tempore, ſumat. Quod Lege vetitum erat. Vide Levit. XIX, 17. & quæ ad eum locum notavimus. Itaque re ipſâ adducti, neque repugnante Hebraïcæ Linguæ uſu, vertimus *hominem verſutum*, qui diſſimulat iram, nec tamen ignoſcit.

18. *Scientiæ coronâ caput ſuum cingunt*] יכתירו דעת *jachthiru dahath*. Notum eſt כתר *chether* eſſe coronam, cúmque verbum hîc ſit activum, non dubitavimus ita vertere, quaſi ſubaudiatur ראשיהם raſchehem, *capita ſua*. LXX. Intt. κρατήσουσι αἰσθήσεως, incommodè, nec meliùs *Aquila*: ἀναμένουσι γνῶσιν, & Vulgatus eum ſequutus: *exſpectabunt ſcientiam*. Rectiùs multò *Theodotion*: στεφθήσονται γνῶσιν, hoc eſt, ornabuntur prudentiâ, quaſi coronâ. Vide C. IV, 9 & infrà verſ. 24.

19. *Incurvant ſe mali* &c.] Hoc eſt, humiles ſe præbent, quando, nimirum, deprehenſi in flagitio, ne pœnas dent metuunt, proptereáque bonorum gratiam humilibus ſalutationibus ambiunt, ut ſupplicio eripiantur. Alioqui mali nihil ſibi timentes & opibus florentes bonorum gratiam non magni faciunt.

Ad fores juſti exſpectant] Ut exeunti cauſam ſuam commendent, ſive ſit ipſe judex, aut judicem velit adire, ut eum flectat.

20. *Etiam amico ſuo inviſus eſt pauper*] Multa poſſent ſimilia Veterum dicta colligi, ſed quid opus eſt illuſtrari Veterum ſententiis quod videmus quotidiè? Unam tantùm ex *Menandri* Adelphis huic ſimillimam proferam. Sic ille:

—— ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ
Πενητός ἐστ'· οὐδεὶς γὰρ ὁμολογεῖ
Αὐτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινὸς
Δεόμενον· αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ.

Difficile eſt invenire cognatum pauperis, nemo enim fatetur ſe cognatione contingere eum, qui auxilio quopiam eget, nam ſemel exſpectat à ſe quidpiam poſtulatum iri.

21. *Pauperes miſeratur*] מחונן ענוים *mhhonen hanavim*. Confunditur poſterior vox cum עניים *hanijim*, quamvis *humiles* & *modeſtos*, pro ratione locorum, etiam ſignificet.

Beatus eſt] *Beatitudines ejus*, aut *beatè illi*. Quia, nimirum, ſe Deo gratum præſtat, qui pauperis curam geri juſſit. Vid. verſ. 31.

22. *Annon errabunt*] Quippe qui experientiâ deprehendent, ſe perverſam viam iniviſſe, ad bene beatéque vivendum; quod nemo conſequi poteſt qui malignus, ac maleficus habetur.

Beneficentia verò & fides &c.] Omnes beneficis bene volunt & fidem libenter præſtant.

Eos qui moliuntur &c.] חורשי טוב *hhoreſche tob*. Subaudienda particula ל ante חורשי, quam expreſſimus verbo *manent*.

23. In omni labore eſt lucrum, ſed labiorum garrulitas ad egeſtatem tantùm *ſpectat*.
24. Opes ſapientum ſunt iis *inſtar* coronæ, at dementium ſtultitia *nil niſi* ſtultitia eſt.
25. Teſtis verax vitam *exitio* eripit, verùm profert *homo* mendax doloſa *verba*.
26. In timore Jehovæ *eſt* firma *homini* fiducia, filiiſque ejus eſt perſugium.
27. Timor Jehovæ eſt ſcaturigo vitæ, ut *homo* à laqueis mortis recedat.
28. In multitudine populi *ſitum eſt* decus regis; ſed ubi non eſt populus, timet princeps.
29. Lentus ad iram prudentiâ pollet, qui citò iraſcitur ſtultitiam extollit.

30. Cor

23. *In omni labore*] Honeſto, nempe, licèt non ſine moleſtia exantlando, quod voce עצב *hetſeb* ſignificatur.

Labiorum garrulitas] *Verbum labiorum*. Quia, nempe, homines garruli tempus, labori tribuendum, inanibus ſermonibus terunt.

24. *Inſtar coronæ*] עטרת *hatereth*, pro בעטרת *chebatereth*, ut corona. Vide ad verſ. 18.

Nil niſi ſtultitia eſt] Nulli eſt ornamento, ſed tantùm dedecori.

25. *Vitam exitio eripit*] Nempe, innocentis à falſis teſtibus capitalis noxæ accuſati.

Profert homo mendax &c.] יפיח כזבים מרמה *japhiahh chzabim mirmah*. Supplendum aut עד *teſtis*, aut איש *vir*. *Vir mendaciorum* aut *teſtis mendaciorum efflat fraudem*. Vide C. XII, 17.

26. *Eſt firma homini fiducia*] *Fiducia fortitudinis*. Supplevimus לאדם leadam, *homini*, quia ſequitur mox לבניו *filiis ejus*, quod Latinè loquenti vix potuiſ referri ad nomen non expreſſum. Sed Ellipſes ejuſmodi ſunt Hebræis non infrequentes. Vide Cap. XIX, 23. XXV, 21.

Eſt perfugium] יהיה מחסה *jihjeh mahhſeh*; nempe, Deus.

27. *Scaturigo vitæ*] Vide C. X, 11. XIII, 14.

28. *Princeps*] רזון *razon*, quod idem ac רזן *rozen*, C. VIII, 15. ubi vide notata. LXX. Intt. hîc δυνάστου, Hieronymus *principem* vertit.

29. *Lentus ad iram* &c.] ארך אפים רב תבונה *erech apphajim rab thebounah*, lentus naribus multus prudentia; quod poſſit etiam verti & fortè melius: *qui prudentiâ pollet lentus eſt ad iram*. Vid. Pſ. LXXXV, 15. Subaudiendum videtur איש *vir longitudinis iræ*. LXX Intt. μακρόθυμος ἀνὴρ πολὺς ἐν φρονήσει. Vulgatus incommodè: *qui patiens eſt multa gubernatur prudentiâ*.

Qui citò iraſcitur] קצר רוח *ketſar rouahh*, brevis ſpiritu. Eſt idem ac קצר אפים verſ. 11. LXX. Intt. ὀλιγόψυχος, melius vertiſſent: ὀξύθυμος ut verſ. 17.

Stultitiam extollit] מרים אולת *mrim ivveleth*, ſtoltitiam ſuam omnibus conſpicuam reddit, ut ſunt quæ extolluntur.

30. *Cor ſanum*] לב מרפא *leb marphe*, cor ſanitatis. Idem eſt ac *mens ſana* Latinis, hoc eſt, animus exitialibus omnibus adfectibus vacuus, ac proinde tranquillus. מרפא eſt *ſanitas* C. XV, 4. XVI, 24. Contrà *mens ægra* tam Græcis, quàm Latinis, eſt mens adfectibus perturbata, & νόσοι ac *ægritudines* ſunt adfectus, quod nihil adtinet hîc probare. Jam nemo dubitet, quin tranquillitas animi multùm ad ſanitatem corporis conducat, ut contrà anxietas morbos creat.

Vita carnium] Valetudo corporis, aut potiùs ejus cauſa. Vide Cap. IV, 22.

Tabes oſſium] Hoc eſt, lentum venenum, quod intrinſecus omnia corrumpit. Vide ad C. XII, 4. Hunc locum, ut multos alios παραφραστικῶς nimium verterunt LXX. Intt. πραΰθυμος ἀνὴρ καρδίας ἰατρός, σὴς δὲ ὀστέων καρδία αἰσθητική. Ubi nolim mutare αἰσθητική in ζηλωτική, cum *Sam. Bochario*, quia in tanta vertendi licentia, nihil eſt certi. *Ovidius* in deſcriptione Invidiæ Metam. II, 780.

— *Videt ingratos intabeſcitque videndo*
Succeſſus hominum, carpitque & carpitur unà
Suppliciúmque ſuum eſt.

Deinde de effectu Invidiæ in Aglauro; verſ. 800.

—— *piceâmque per oſſa*
Diſſipat & medio ſpargit pulmone venenum

& 835.

—— *dolore*
Cecropis occulto mordetur, & anxia nocte,
Anxia luce gemit, lentâque miſerrima tabe
Liquitur.

Epigramma Græcum, apud *Joan. Stobæum* Florileg. Tit. XXXVIII.

Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστον ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ·
Τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην·

Peſſima res livor, ſed habet laudabile quiddam,
Liventis quòd cor exedit atque oculos.

Hinc jam ſatis liquet quàm eleganter Invidia *tabes oſſium* dicatur à Salomone. Vide & locum *Menandri* à *Grotio* prolatum.

31. *Probro creatorem afficit*] חרף עשהו *hhereph hoſchehou*. Hoc proverbium videtur omnino niti hac ſententiâ, quam ſuam etiam fecit Chriſtus Matth. Cap. XXV, 35. & ſeqq. nimirum, Deum ita interpretari injurias pauperibus illatas, aut eorum contemtum, quaſi in ſe ipſum talia eſſent admiſſa; eò quod pauperes plerumque neminem haberent, qui eorum cauſam, contra oppreſſores, defendendam ſuſciperet. Videtur & apud Græcos, & & quidem antiquiſſimos, eadem opinio obtinuiſſe, ut intelligere licet à verbis Nauſicaæ de Ulyſſe, qui nudus in Phæacum inſulam adpulerat, Odyſ. H, 206.

Ἀλλ' ὅδε τις δύστηνος ἀλώμενος ἐνθάδ' ἱκάνει,
Τὸν νῦν χρὴ κομέειν· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
Ξεῖνοί τε πτωχοί τε.

Sed

30. Cor ſanum eſt vita carnium, invidia verò tabes oſſium.

31. Opprimens pauperem probro creatorem ejus adficit, at qui egenum miſeratur, ei honorem præbet.

32. Nequitiâ ſuâ exterminatur improbus, ſed innocens *vel* in morte ſua ſperat.

33. Animum prudentis inſidet ſapientia, quæ in mediis ſtultis innoteſcit.

34. Juſtitia gentem extollit, & benignitas populorum *eſt* victima pro peccato.

35. Favor Regis *eſt* erga miniſtrum ſapientem, ſed indignatio ejus *eſt* in eum, qui *dominum* pudore adficit,

XV. Morales

Sed hic infelix errans huc venit, quem nunc curare oportet, à Jove enim ſunt omnes hoſpiteſque & mendici. Quæ poſtrema verba repetuntur Odyſ. Ξ, 57. ut videantur propemodum eſſe παροιμιῶδη; unde colligere eſt, crediditſe eos, hoſpites & mendicos veluti à Deo venire; nec ſine contumelia ejuſdem Dei, poſſe negligi, aut ſperni.

32. *Exterminatur improbus*] ידחה רשע jiddahhe raſcha, *expelletur malus* è loco, nempe, in quo erat.

Vel in morte ſua ſperat] In periculo mortis ſe evaſurum putat. Vide Pſ. IX, 4 XXXIII, 19. LVI, 14. &c.

33. *Animum prudentis*] *In corde prudentis requieſcet ſapientia.*

34 *Gentem extollit*] Ad gloriam & opes evehit, cùm nec ſine Juſtitia florere Civilis Societas poſſit, & ejus Virtutis operâ unicuique ſuum ſervetur & omnium induſtria excitetur; quæ nuſquam major eſt, quàm ubi homines ſuo fruuntur ſecurè, & ſine ullo rapinarum metu. Nihil opus eſt hìc proferri conſentientes hominum ſapientum auctoritates; cùm res ipſa, vel minimo vitæ uſu innoteſcat. Qui talibus indigebit adeat vel Tit. IX. & X. Florilegii *Joan. Stobæi.*

Benignitas populorum eſt victima &c.] חסד לאמים חטאת *hheſed leammim hhatath*, benignitas populorum peccatum; hoc eſt, victima pro peccato, quæ eſt poteſtas non infrequens vocis חטאת *hhataah*, ut omnibus notum. Similem ſententiam habemus infrà C. XVI, 6. *Benignitate & fide piatur delictum.* Senſus eſt etiam planus & egregius; nempe, Deum peccata ignoſcere iis, qui veniam eorum petunt, in poſterum ab iis abſtinent, & virtutibus omnibus, ac præſertim quidem Beneficentiæ, operam dant. Eò ſpectat conſilium Danielis Nabachodonoſori datum, C. IV, 24. Non erat ergo, cur Veteres à tam pia ſententia abirent. LXX. Int. ἐλαττονοῦσι δὲ φυλὰς ἁμαρτίαι, quaſi legiſſent, aut legendum ſtatuiſſent חסרו & חטאות *minuunt, populos peccata. Symmachus:* ὄνειδος δὲ λαοῖς ἁμαρτία, quia חסד uno loco, nempe, Levit. XX, 17. flagitium probroſum ſignificat. Hieronymus: *miſeros autem facit populus peccatum.* Videntur hìc quoque voluiſſe eſſe ἀντίθεσιν, inter duo membra, ſed ſunt hìc quoque multæ ſententiæ, inter quarum membra nulla eſt.

Recentiores etiam inter ſe diſſentiunt. Pro Veteribus ſtant, ut aliquot exempla proferam, *Sanct. Pagninus: ignominia eſt populis peccatum. Joan. Mercerus: pietas populorum* (idololatriæ deditorum) *eſt peccatum. Franc. Junius* & *Joan. Piſcator: probro eſt nationibus peccatum. Seb. Schmidius: opprobrium gentium eſt peccatum.* Eumdem ſenſum ſequuntur Genevenſes, & *Joan. Diodatus* in Italica & Gallica verſionibus. Sic & alii, pars magna, ut opinor, ne videretur hìc locus favere meritis bonorum operum; quibus tamen non magis favet, quàm C. XVI, 6. & Dan. IV, 24. Deus non placatur pœnitentiâ, hoc eſt, dolore ex peccato concepto, ſed ejus emendatione & bonis operibus; quaſi victimis, quæ mereantur, ſummo jure, apud eum, veniam; unica eſt Chriſti victima, quæ propriè expiet peccata, propter quam preces noſtræ, quibus veniam petimus, & reſipiſcentia apud Deum, ex mera ejus miſericordia, valent. Itaque non erat propterea hìc locus malè vertendus. Bene *Sebaſt. Caſtellio: populorùmque benignitas eſt piaculum,* & Leo Judæ: *beneficentia eſt populis ſacrificium expiatorium.*

COM-

XV. *Morales ſententiæ variis de rebus.*

CAPUT XV. 1. RESPONSIO mollis avertit excandeſcentiam, at verbum aſperum indignationem auget.
2. Lingua ſapientium ſcientiam meliorem facit, ſed os dementium eructat ſtultitiam.
3. In omni loco, oculi Jehovæ bonos & malos ſpeculantur.
4. Sana lingua eſt arbor vitæ, ſed perverſitas in ea eſt fractio ſpiritûs.
5. Stultus reſpuit caſtigationem patris ſui, ſed qui obſervans eſt objurgationis prudenter ſe gerit.
6. Domi juſti eſt magnus theſaurus, & in proventu improbi conturbatio.
7. Labia ſapientum ſcientiam ſpargunt, at non ita cor ſtultorum.
8. Victima improborum abominatio eſt Jehovæ, orationi verò rectorum favet.
9. Abominatio Jehovæ eſt via improbi, at innocentiam ſequentem amat.
10. Correptio mala *eſt* ei, qui à *recta* via divertit, ſed odio habens caſtigationem morietur.

11. Sepul-

COMMENTARIUS

In CAPUT XV.

1. V*Erbum aſperum*] *Verbum doloris adſcendere facis iram.* LXX. Intt. λόγος λυπηρός, *Aquila:* σκληρός, *Symmachus:* θρασύς, *Theodotion:* πονικός. Vulg. *durus.*

2. *Scientiam meliorem facit*] תיטיב דעת thetib dahath, *bonam facis ſcientiam*; quia res prudenter prolata melior videtur.

3. *In omni loco* &c.] Vid. Job. XXXIV. 21. Pſ. XI, 4. XXXIII, 13. Jerem. XXXII, 19.

4. *Sana lingua*] *Sanitas linguæ*; hoc eſt, ſalubres ſermones.

Arbor vitæ] Cujus monita ſi ſequaris, vitæ tuæ conſules, quaſi è fructu *arboris vitæ* comediſſes. Vide C. III, 18. XI, 30. XIII, 12.

Fractio ſpiritûs] שבר ברוח ſcheber brouahh, *fractio in ſpiritu.* Hoc eſt, eo tendit, ut hominibus ei credentibus triſtitiam creet. Sic *frangi cor* dicitur calamitate Pſ. XXXIV, 19. Jerem. LXI, 1. Latinè *frangere ſpiritus* eſt ferocitatem domare. Vide inf. verſ. 13.

5. *Prudenter ſe gerit*] Aut *fit*, יערים jaherim, *faciet prudentem*, vel *cautum*; nempe לבו *cor*, aut *animum ſuum*. Vide C. XIX, 25.

6. *Domi juſti*] בית *beth*, pro בבית *bebeth*, domi. LXX. Intt. οἴκοις δικαίων. Vulg. *domus juſti plurima fortitudo.* Senſus eſt juſtos ditari, quia malis artibus ſibi jacturas non contrahunt.

Conturbatio] נעכרת *nebchareth.* LXX. Intt. ἀπολοῦνται, nempe καρποί. Vulg. *conturbatio*, unde ſequitur jactura, quam ſibi creant flagitiis ſuis.

8. *Victima improborum*] Victimæ non eo animo oblatæ quo oportet, hoc eſt, animo religioſo, qualis improbis non eſt, Deo ſunt ingratæ; qui non rituum, ſed animi rationem habet. Vide Eſai. I, 11. Hoſ. V, 6.

Orationi verò rectorum favet] ותפלת ישרים רצונו outhephillath jeſcharim, rtſono, & *preces rectorum favor ejus.* Huc reſpicit cæcus natus Joan. IX, 31. *Scimus autem quia peccatores Deus non audit; ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit.* Quod ita rectæ rationi conſentaneum eſt, ut jam ab antiquiſſimis temporibus Ethnicis innotuerit. *Homerus* Iliad. A, 218.

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

Qui Diis paret, eum maximè exaudiunt, ad quæ verba vide quæ collegit *Jac. Duportus*, in Gnomologia Homerica p. 6. Eximius etiam eſt hanc in rem Prologus Rudentis Plautinæ, verſ. 22. & ſeqq.

Atque hoc ſceleſti in animum inducunt ſuum,
Jovem ſe placare poſſe donis, hoſtiis.
Et operam & ſumtum perdunt, ideò fit, quia
Nihil ei acceptum eſt à perjuris ſupplicii.
Facilius ſi quis pius eſt, à Diis ſupplicans,
Quàm qui ſceleſtus eſt, inveniet veniam ſibi.

10. *Mala eſt*] Moleſta eſt.

Qui à recta via divertit] לעזב ארח lehozeb orahh, *relinquenti viam*; nempe, rectam, Vid. C. II, 13.

Morietur] Sibi ſceleribus ſuis immaturam, vel etiam violentam mortem contrahet; ſive à judicibus, ſive ab inimicis occidatur, ſive lethali morbo, à Deo immiſſo, è medio tollatur.

11. *Sepulcrum & mors*] שאול ואבדון *ſcheol veabaddon.* Sepulcrum & pernicies, hoc eſt, mors, conjungi ſolent. Vide Job. XXVI, 6. Ubi ſimilis ſententia occurrit. Senſus eſt, Deo notos eſſe eos, qui jacent in ſepulcris, atque in pulverem etiam redactos, qui videntur ſignari voce אבדון *abbadon.* Adi & Prov. XXVII, 20.

Quanto magis corda hominum] Qui etiamnum vivunt.

12, *Caſtigatione*] הוכח לו *hochеahh lo*, caſtigari ſe.

13. *Exhilarat vultum*] ייטב פנים jetib phanim, *bonum facis vultum.* Gallicè, *donne bon viſage.*

Frangitur ſpiritus] רוח נכאה rouahh necheah, *ſpiritus fractus.* Vide ad verſ. 4. Hoc quoque intelligere eſt ex vultu, quo triſtitia ægrè diſſimulatur.

14. *Paſcitur*

11. Sepulcrum & mors *ſunt* coram Jehova, quantò magis corda hominum ?
12. Caſtigatione non delectatur irriſor, neque ſapientes adit.
13. Cor lætum exhilarat vultum, at dolore cordis frangitur ſpiritus.
14. Cor prudentis quærit ſcientiam, os autem dementium paſcitur ſtultitiâ.
15. Dies omnes adflicti mali ſunt, ſed læti animo *veluti* convivium perpetuum.
16. Melius eſt exiguum quid, in timore Jehovæ, quàm magnus theſaurus, in quo eſt perturbatio.
17. Satius eſt alimentum oleris, cum quo eſt amor; quàm bos ſaginatus, cum quo eſt odium.
18. Vir iracundus miſcet litem, ſed lentus ad iram pacat contentionem.
19. Via pigri eſt quaſi ſepes ſpinarum, ſed via rectorum ſtrata eſt.
20. Filius ſapiens exhilarat patrem, at homo ſtultus matrem ſuam deſpicit.
21. Stultitia exhilarat vecordem, verùm vir prudens rectà incedit.
22. Irrita fiunt conſilia, ubi nihil eſt arcani, at multitudine conſiliariorum effectum ſortiuntur.
23. Lætitiæ eſt cuique reſponſum oris ſui, ſed quàm jucundum eſt verbum tempore ſuo *miſſum*!
24. Via vitæ ſurſum tendit homini intelligenti, quia abſcedit à ſepulcro, quod eſt infrà.
25. Domum ſuperborum amovet Jehova, & limites viduarum conſtituit.

26. Abomi-

14 *Paſcitur ſtultitiâ*] ירעה אולת *irbeh ivveleth*; hoc eſt, plenum eſt ſtultis ſermonibus, quos quaſi præmandit, ut iis animus ipſe alatur. Eſt quidem hîc ſcriptum פני *phne*, vultus, ſed Maſſorethæ rectè monent legendum פי phi, *os*. Habent LXX. Intt. *στόμα* & Vulg. *os*.

15. *Sed læti animo*] וטוב לב vetob leb, *& bonus corde*, hoc eſt, hilaris, quòd rebus ſecundis utatur. Repetendum *omnes dies*, è ſuperiore membro. Vide Ruth. III, 7. Eccl. IX, 7.

Veluti convivium perpetuum] Hoc eſt, hilariter exiguntur. LXX Intt. ſic hunc verſum interpretati ſunt: Πάντα τὸν χρόνον οἱ ὀφθαλμοὶ (עיני extulerunt עיני *oculi*) τῶν κακῶν προσδέχονται κακά· οἱ δὲ ἀγαθοὶ ἡσυχάζουσι διαπαντός. Melius *Symmachus*: πᾶσαι αἱ ἡμέραι τοῦ πτωχοῦ πονηραί, ὁ δὲ εὔθυμος ὡς ἐν πότῳ διαπαντός. Vulg. *omnes dies pauperis mali, ſevera mens juge convivium*. Non adtenderunt repetendum hîc: *omnes dies*.

16. *In timore Jehovæ*] Vel *cum timore*.

In quo eſt perturbatio] ומהומה בו oumehoumah bo, *& perturbatio*, aut *tumultus in eo*. Hac voce videtur non tam incommodum, in re media & indifferente ſitum; quàm vitium quodpiam divitias poſſidentis. Eodem ſenſu ſumitur Hamos. III, 9. Intelligitur ergo perturbatio ſocietatis civilis, cujus Deus auctor eſt; & cujus turbis, ac turbatoribus minimè favet.

18. *Vir iracundus*] *Vir iræ*.

19. *Quaſi ſepes ſpinarum*] כמשכת חדק *chimeſchuchath hhadek*, ut ſepes ſpinæ. Per ſenticeta ægrè & difficulter iter fieri poteſt, ideóque ejuſmodi loca vitantur. Quare *via pigri*, hoc eſt, officium ejus deſcribitur quaſi ſenticetum, quia non frequentiùs eo fungitur, quàm iter faciunt alii per ſentes.

21. *Exhilarat vecordem*] *Lætitia carenti corde*.

Rectà incedit] ישר לכת *jiſſcher lacheth*, dirigit eundo.

22. *Irrita fiunt conſilia*] הפר מחשבות hapher mahhaſchaboth, *irrita facere conſilia*; ubi infinitivus eſt loco nominis.

Multitudine conſiliariorum] ברב יועצים *brob jahatſim*. LXX. Intt. ἐν δὲ καρδίαις βουλευομένων, quaſi legiſſent: בלב bleb, *in corde*, quæ non eſt abſurda ſententia. Ubi enim nullum eſt arcanum, irrita fiunt conſilia, qui eluduntur ab iis, quorum intereſt ea ad exitum non perduci; ſed cum manent occulta intra animum, aut *in corde* conſiliariorum exſequutioni mandantur. Ratio oppoſitionis videtur hanc ſententiam poſtulare. Attamen *Aquila, Symmachus & Theodotion*: ἐν πλήθει συμβουλευόντων στήσεται Vulgatus etiam: *ubi plures ſunt conſiliarii, confirmantur*. Poſſimus intelligere באין סוד *been ſod*, hoc modo, *ubi non eſt concilium*, ut intelligatur cœtus conſiliariorum, ſeu συνέδριον, ut habent. LXX. Intt. Quod ſi admittatur, ratio oppoſitionis conſtabit; opponentur enim plures conſiliarii paucioribus, aut nullis. Vide C. XI, 14.

23. *Lætitiæ eſt cuique &c.*] *Lætitia viro in reſponſione oris ſui*; hoc eſt, unuſquiſque lætatur, ubi interroganti putat ſe prudenter reſpondiſſe; ſed tempeſtivâ oratione nihil eſt melius.

24. *Via vitæ ſurſum tendit*] ארח חיים למעלה *orahh hhajim lmahelah*. Hoc eſt, homo ſapiens vitæ ſuæ conſulit, eóque ſpectat ut quàm diutiſſimè ſit apud ſuperos. למעלה *ſurſum* hîc deſignant *terram* oppoſitam ei, quæ vocatur *terra inferior* Ezech. XXVI, 20. XXXI, 14. hoc eſt, ea pars terræ, in qua ſunt ſepulcra & cadavera, ut manifeſtò liquet ex locis illis Ezekielis. *Terra ſuperior* dicitur etiam *terra viventium*, horum locorum priore & alibi: *Faciam*, inquit Deus, *ut deſcendas ad populum æternum* (mortuos) *cum iis, qui demittuntur in foveam; collocabo te in terra inferiore in ſolitudinibus quæ ab omni ævo ſunt, cum demiſſis in foveam, ne habiteris, atque dem tibi decus in terra viventium*. Adloquitur urbem Tyrum, cui excidium prædicit.

Quia abſcedit &c.] Quia ita ſe gerit, ut longam vitam à Deo & hominibus impetrare poſſit, propter morum innocentiam & prudentiam, quibus eſt ab omnibus flagitiis alienus.

25. *Amovet*] יסח *jiſſahh*. Vide Cap. II, 22. Amovet autem, vel è ſolo natali, vel ex agris,

26. Abominatio Jehovæ ſunt conſilia hominis mali, munda verò ſunt verba jucunda.
27. Turbat domum ſuam qui ſectatur lucrum, at qui odio habet dona vivit.
28. Animus juſti meditatur quid reſpondeat, ſed os improborum eructat mala.
29. Procul abeſt Jehova à ſontibus, innocentium verò preces audit.
30. Lumen oculorum exhilarat cor, & bona fama oſſa ſaginat.
31. Auris, quæ auſcultat increpationi, *quæ* vitam *parit*, in mediis ſapientibus commoratur.
32. Qui negligit diſciplinam aſpernatur animam ſuam, at qui audit caſtigationem ſapientiam adquirit.
33. Timor Jehovæ *eſt* inſtitutio ſapientiæ, & gloriæ modeſtia præit.

XVI. Vario-

quos occupant; nam *domus* hîc non eſt ædificium, ſed homines.

Limites viduarum conſtituit] Homines ſuperbos è prædiis ſuis expellit, paupereulam verò viduam tuetur, dum impedit, ne agelli ejus termini revellantur à potentioribus. Vide infrà C. XXII, 28. XXIII, 10. Facilè eſt intellectu, non miraculis conſpicuis, ſed ſolitis & ſæpe arcanâ Dei Providentiâ hæc facta.

26. *Munda verò ſunt verba jucunda*] ומהורים אמרי נעם *outeborim imre nobam*, & munda verba amœnitatis. Singula quidem vocabula minimè ſunt obſcura, ſed non ita liquet qualia ſint *verba amœna*, quæ *pura* pronuneiat Salomo. Intelligendi, ut videtur, ſermones quivis, qui nec ſunt contra bonos mores, nec obſcœni aut maledici, aut maligni, quales mendaces ſermones, qui eò ſpectant, ut proximo noceant; denique ejuſmodi quibus inſit tantùm נעם *nobam*, jucunditas, vel amœnitas, ſine ullo veneno. Hoſce pronuneiat Salomo טהרים *mundos* hoc eſt, peccati immunes. LXX. Intt. vertunt: *βδέλυγμα Κυρίῳ λογισμὸς ἄδικος, ἁγνῶν δὲ ῥήσεις σεμναί.* Vulgatus: *abominationes Domini cogitationes malæ, & purus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo.* Ut quod Græci expreſſerunt dieendum eſſet: אמרי טהרים אמרי נעם *imre theborim imre nobam.* Quod Latinus verò habet longè eſt à verbis Hebraicis remotius.

27. *Turbat domum ſuam* &c.] עוכר ביתו *boeber betho.* Vid. Cap. XI, 17, 29. LXX. Intt. *ἐξόλλυσιν ἑαυτόν.* Alius, fortè *Symmachus*: *ταράσσει οἶκον αὐτοῦ.* Turbat, nempe, domum ſuam, morte ſuâ prematurâ. Lucri enim illiciti nimis avidi, ſibi perniciem creant. Exempli cauſâ, judex qui donis capitur, ſi deprehendatur, capitis pœnam luit. Neſcio quam laciniam hîc addunt LXX. Intt. & Vulg.

28. *Animus juſti*] *Cor juſti.* Non temerè quidquid in buccam venit reſpondet, ſed quod docet & par eſt reſponderi, re probè expenſâ.

Eructat] יביע *jabbiab*, inſtar fontis ſcaturientis, qui ſemper aquam emittit, nullâ interpoſitâ morâ. Vertunt hunc verſum LXX. Intt. *καρδίαι δικαίων μελετῶσι πίστεις, στόμα δὲ ἀσεβῶν ἀποκρίνεται κακά.* Vulgatus: *mens juſti meditatur obedientiam, os impiorum redundat malis.* Neuter adſequutus eſt quid eſſet לענות lahanoth, *ad reſpondendum*, quod tamen minimè obſcurum eſt. A Græcis Intt. reliqua Capitis ſunt mirè corrupta, alienis addiramentis, ac omiſſionibus; ſi modò hæc non ſint vitia Codicum Librariis debita.

29. *Procul abeſt*] Non magis eos adjuvat, quàm amici amicos, à quibus procul abſunt: Frequens hoc loquendi genus in Pſalmis. Vide Pſ. XXII, 12, 20.

Innocentium verò preces audit.] Vide ad verſ. 8.

30. *Lumen oculorum exhilarat cor*] Non eſt hoc intelligendum, de oculis ejus, qui exhilaratur, ſed de alius oculis, quibus inſpectis recreatur; quales ſunt oculi eorum, quos magni facimus. Ejuſmodi homines, ſi nos pacatis & benignis oculis reſpiciunt, hilaritatem in nobis creant; ſin minùs, triſtes nos dimittunt. Sic infra C. XVI, 15. *in luce vultûs regis eſt vita. Lux vultûs Dei* pro favore ſæpe ſumitur. Vide Pſ. IV, 7. XXXVI, 10.

Bona fama &c.] Hoc quoque ab aliis pendet, nec minùs exhilarat quàm oculi benigni.

Oſſa ſaginat] Ut triſtitia dicitur *exſiccare oſſa*, C. XVII, 22. hoc eſt, medullam eis detrahere; ſic contrà lætitia *irrigare oſſa* C. III, 8.

31. *Increpationi, quæ vitam parit*] תוכחת חיים *thochabbath bhajim*, increpationi vitæ; hoc eſt, ſalutari admonitioni, quæ ad vitæ conſervationem pertinet. Sic antea *via vitæ*. C. I, 23.

31. *Qui negligit diſciplinam*] פורע מוסר *phoreab monſar*, deſerens diſciplinam. Vide C. I, 21. IV, 15. VIII, 33.

Aſpernatur animam ſuam] Aut ſemet ipſum negligit, aut vitæ ſuæ nullam rationem habet.

Sapientiam adquirit] *Adquirens cor* קונה לב *koneb leb.* Cor paſſim ſapientiam ſignificat. Vide Cap. XIX, 8.

33. *Inſtitutio ſapientiæ*] מוסר חכמה *monſar bhochmab.* Senſus eſt Religionem erga Deum eſſe veram Sapientiam.

Gloriæ modeſtia prævit] לפני כבוד ענוה liphne chabod hanavah, *ante gloriam modeſtia*, vel *humilitas.* Vide C. XVIII, 12. XXII, 4.

COM-

XVI. *Variorum generum gnomæ.*

1. HOMINIS ſunt animi adfectiones, ſed à Jehova eſt linguæ reſponſio. **CAPUT XVI.**
2. Omnes cujuſque viæ ſunt ei mundæ, at Jehova ſpiritus expendit.
3. Devolve in Jehovam opera tua, & conſilia tua firmabuntur.
4. Omnia ita ut ſibi viciſſim reſpondeant facit Jehova, etiam ut nocens in diem malum *incidat*.
5. Abominatio Jehovæ eſt *vir* omnis elati animi, de manu in manum impunis non erit.

6. Beni-

COMMENTARIUS

In CAPUT XVI.

1. A*Nimi adſectiones*] מערכי לב *maharthe leb*, diſpoſitiones cordis.

A Jehova eſt linguæ reſponſio] Senſus eſt, hominem poſſe quidem ita parare animum ſuum, ut eo modo ſit adſectus, quo eum eſſe par eſt; ſed ſæpe ubi ſubitò reſpondendum quæſtioni arduæ, aut cui ſine periculo reſponderi nequit, nec tempus eſt deliberandi, non ſine divina Providentia hominem ſe ſe expedire. Ethnici ipſi hoc interdum agnoverant, ut *Plinius* Lib. I. Ep. 5. *Aderam*, inquit, *Arrionillæ Timonis uxori, rogatu Aruleni Ruſtici. Regulus contrà. Nitebamur nos, in parte cauſæ, ſententiâ Vectii Modeſti, optimi viri. Is tunc in exſilio erat, à Domitiano relegatus. Ecce tibi Regulus*: quæro, *inquit*, Secunde, quid de Modeſto ſentias? *Vides quod periculum, ſi reſpondiſſem, bene; quod flagitium, ſi malè. Non poſſum dicere aliud tunc mihi, quàm Deos, adfuiſſe.* Reſpondebo, *inquam*, quid ſentiam, ſi de hoc Centumviri judicaturi ſunt. *Rurſus ille:* quæro quid de Modeſto ſentias? *Iterum ego:* ſolebant teſtes in reos, non in damnatos interrogari. *Tertiò ille:* non jam quid de Modeſto, ſed quid de pietate Modeſti ſentias quæro. Quæris, *inquam*, quid ſentiam? At ego ne interrogare quidem fas puto, de quo pronunciatum eſt. *Conticuit, me laus & gratulatio ſequuta eſt, quod nec famam meam aliquo reſponſo, utili fortaſſe, inhoneſto tamen læſeram, nec me laqueo tam inſidioſæ interrogationis læſeram.* Non deerant, ſine dubio, tempore Salomonis, qui inſidioſis quæſtionibus alios illaqueare conarentur; quorum nequitiam eludere, prudenti reſponſo, non niſi divinitus potuiſſent multi. De re ipſa egimus in Diſſert. *de Argumento Theologico ab invidia ducto.*

2. *At Jehova ſpiritus expendit*] ותכן רוחות יהוה vethochen touhhoth Jehovah, *& expendens ſpiritus Jehova:* qui proinde novit quo animo ſingula geſta ſint, atque inde judicium de iis fert. Vide Cap. XXI, 2. XXIV, 12.

3. *Devolve in Jehovam*] גל *gol*. Hoc eſt, exitum eorum, quæ facis, Divinæ Providentiæ permitte. Vide Pſ. XXII, 9. XXXVII 5.

4. *Omnia ut ſibi viciſſim reſpondeant*] כל פעל יהוה למענהו chol phahal Jehovah lammahanehou, *omnia fecit Jehova, ad reſponſionem ejus.* LXX. Intt. πάντα τὰ ἔργα κυρίου μετὰ δικαιοσύνης, quod verum eſt, ſed non exprimit vim τοῦ למענהו *lammahanehou*. Vulgatus, *propter ſe ipſum*, quo modo poſſit quidem verti Hebraïca vox, ſed non hoc loco, ut ſequentia verba oſtendunt, quamvis aptius eſſet למענו *lmahanu*, pro regulis Maſſorethicis. Hìc enim ſpectatur harmonia quædam & convenientia rerum inter ſe.

Etiam ut nocens in diem malam incidat] ורשע ליום רעה veraſchah ljom rahah, *& nocentem in diem malum*. Si dixiſſet Salomon ויום רעה לרשע *vejom rahah lraſchah*, & diem malam nocenti; hoc eſt, conſtituit pœnas, certo tempore, nocentibus infligendas; quod officium eſt juſti Judicis, quódque à Deo factum ex tota Scriptura conſtat, nec poteſt negari, quin eo ipſo laus Juſtitiæ Deo detrahatur. Verùm hæc ipſa eſt Salomonis ſententia Deum omnia ita conſtituiſſe, ut inter ſe conveniant, eúmque efficere, ut nocens tandem pœnas luat; eſt enim convenientia inter pœnas & delictum. Sed cavendum ne dicamus Deum feciſſe homines nocentes ut pœnas darent; quaſi Deus curaret delictum admitti, ut locus pœnæ daretur. Quis enim negare ſuſtineat pœnas eſſe conſtitutas nocentium causâ, & contendere nocentes ipſos factos eſſe nocentes à Deo, ut pœnas luerent? Hoc demum eſſet ordinem rerum prorſus invertere, & Deum ipſum inverſionis illius incuſare, qui ait apud *Ezekielem* C. XVIII, 23. XXXIII. *ſe non delectari morte nocentis, ſed potiùs reditu* è prava *ſua via, ut vivat.* Si feciſſet *nocentem* ut moreretur, delectaretur ſine dubio ejus morte, non vitâ. Igitur hoc tantùm vult Salomon Deum inſtituiſſe מענה vel convenientiam inter *nocentem & diem malam*; hoc eſt, tempus pœnæ pervicacibus peccatoribus conſtituiſſe. Miror etiamnum eſſe homines, qui timeant, ne quid res Chriſtiana detrimenti capiat, niſi Deo ſanctitas & Juſtitia detrahantur; cùm res ſit toti Scripturæ Sacræ & rectæ Rationi prorſus contraria.

5. *Omnis elati animi*] *Omnis elatus corde.* Si Deus homines ſuperbos feciſſet *in diem mali* non eſſet ſuperbia ei *abominatio*, ſed potiùs רצונו *rtſono*, aut חפצו *hhephtſo*, voluntas ejus; ne deeſſet, quem puniret.

De manu in manum] יד ליד *jad lejad*, ſignificatur hìc poſteritas hominis nocentis & ipſa nocens non propagatura impunitatem *de manu in manum* ad ultimos nepotes. Vide Cap. XI, 21.

Impu-

6. Benignitate & fide piatur delictum, & timore Jehovæ receditur à malo.
7. Cùm Jehova favet cujuſpiam viis, etiam inimicos ei pacatos reddit.
8. Satius eſt exiguum quid, cum innocentia; quàm copia proventuum, ſine jure.
9. Animus hominis viam excogitat, Jehova verò greſſum ejus dirigit.
10. Divinatio eſt in labiis Regis, neque in judicio os ejus prævaricatur.
11. Statera & lances legitimæ *ſunt* Jehovæ, & opus ejus omnia pondera ſacculi.
12. Abominatio *eſt* Regum improbum quid facere, nam juſtitiâ firmatur ſolium.
13. Amor Regum ſunt labia juſta, & recta loquens ab iis diligitur.
14. Ira Regis *eſt* prænuncia mortis, & qui ſapit eam placat.
15. In luce vultûs Regis eſt vita, & benevolentia ejus eſt inſtar nubis ſerotinam pluviam prænunciantis.

16. Adi-

Impunis non erit] לא ינקה *lo jinnakeh*, non erit innocens; hoc eſt, innocentis inſtar non habebitur, ſed pœnas luet. Vide C. VI, 29.

6. *Piatur delictum*] Vide ad Cap. XIV, 34. Senſus eſt, eos, qui deliquerint, veniam peccatorum impetraturos, ſi ab iis in poſterum abſtineant, ſéque pro injuriis, quas aliis intulerunt, beneficos & fidos ſe ſe iis præſtent. *Piari delictum* dicitur, ubi ignoſcitur; ſive intercedat ſacrificium, ſive placetur aliâ ratione Deus. Sed prima cauſa cur Deus ejuſmodi piacula impropriè dicta accepta habeat, eſt Chriſtus, qui ſe piacularem victimam Deo obtulit.

Receditur à malo] סור מרע *ſour merah* recedere à malo. Quod nonnulli volunt eſſe loco *imperativi*; ſed vix poteſt ita verti, cùm antecedat *futurum*, quo ſignificatur conſuetudo. Sic ſumitur *infinitivus* C. XV, 22.

7. *Et pacatos reddit*] *Pacificabit eum eo.* Sic Deus Salomonis gratiâ, vicinos plerosque populos pacatos ei præſtitit.

8. *Cum innocentia*] *Cum juſtitia*, hoc eſt, bonis artibus, & ſine cujuſquam noxa comparatum.

9. *Animus hominis* &c.] Hoc eſt, poſſunt quidem homines viam invenire & inire, quà ad finem ſibi propoſitum perveniant; ſed Dei eſt ſecundum eventum induſtriæ humanæ concedere. Poſſunt enim conſilia, etiam prudentia, quibusdam inopinis caſibus, irrita fieri, niſi obſtet Deus; & contra imprudentia optimè cedere, ſi ita Deo videatur.

10. *Divinatio eſt in labiis Regis*] קסם על שפתי מלך, cheſem hal ſchiphthe melech, *divinatio ſuper labiis regis.* Hoc eſt, ſæpe contigiſſe Regibus juſtitiæ ſtudioſis, ut in cauſis dubiis & obſcuris unde jus ſtaret veluti divinando adſequerentur. Sic 1. Reg. III, 24. ipſe Salomon commentus eſt artem, ex qua divinavit utra mulierum contendentium mater eſſet pueri, quem utraque ſibi vindicabat. Simile quid contigit etiam Claudio Imp. etſi minimè acuto, ſed alioqui non iniquo. *Suëtonius* c. XV. *Fœminam non agnoſcentem filium ſuum, dubia utrimque argumentorum fide, ad confeſſionem impulit, indicto matrimonio juvenis.* Hæc aliæque idgenus ſententiæ veræ habentur, non tantùm quando ſemper veræ ſunt; ſed etiam quando interdum non falſæ deprehenduntur.

Neque in judicio &c.] Rex paullò probior, ubi res agitur quæ nec ad ipſum, nec ad purpuratos pertinet, ubi nemo, ut ejus gratiam ſibi conciliet, pravas artes adhibet, juſtius ſæpe judicat quàm inferiores judices; qui ſpe aut metu corrompuntur, aut arte corrumpi poſſunt.

11. *Statera & lances*] Hoc eſt, vult Deus ad perfectam & immutabilem juſtitiam commercia exigi. Juſtitia enim certa & conſtans deſcribitur nomine *Stateræ & Lancium*, quæ non mutantur ſi rectæ ſunt. Hæc ut & pondera, in ſequentibus verbis, tribuuntur Deo; quia Deus eſt auctor ſocietatis civilis, ac proinde mutui auxilii, quod fit ope commercii, ac juſtitiæ in ponderibus & menſuris obſervandæ, ſine qua commercia fieri nequeunt.

Legitimæ] משפט *miſchphat*, juris, vel conſuetudinis, quæ eſt norma ejuſmodi rerum.

Sunt Jehovæ] ליהוה, à Deo, nempe, inſtitutæ. Sic Pſ. XXIV, 1. *terra* dicitur eſſe *Jehovæ*, hoc eſt, ab eo creata, & Pſ. LXXIV, 16. *dies & nox.* Reverâ, propter ſummum rei in commerciis momentum, res ſacra habebantur pondera, & ſervabantur in Templis; ut ad ea reliqua pondera exigerentur. Hinc loquendi genus Hebræis uſitatum שקל הקדש *ſchekel hakkodeſch*, ſiclus ſanctuarii; nam ſiclus non minùs erat pondus quàm nummus. Vide not. ad Exod. XXX, 13.

Omnia pondere ſacculi] כל אבני כיס *chol abne chis*, omnes lapides ſacculi; quia antiquiſſimis temporibus pondera lapidea erant & in ſacculis ferebantur. Vide Deut. XXV, 13 ſuprà I, 14. & infrà XX, 10, 23.

12. *Abominatio eſt Regum*] Hoc eſt, debet eſſe, ſi modò feliciter regnare cupiunt.

Solium] Auctoritas regia, quæ eò major eſt apud populum, quò major res Regis juſtitia, aut certè eſſe putatur.

13. *Amor Regum ſunt*] Eſſe debent, vel bonorum Regum amor ſunt &c. Pro amore eſt רצון *ratſon*, quâ voce non tantùm favor animi, ſed & res cui favet ſignificatur.

14. *Prænuncia mortis*] מלאכי מות *malache maveth*, nuncii mortis. Sed more Latino diximus *prænuncia mortis*, quia *ira* eſt fœminini generis, & ſingularis numeri.

Qui ſapit eam placat] Modò ne quid illiciti fiat, ad placandam ejuſmodi iram, quæ non ſemper juſta eſt. Quando enim Reges fuerunt Idololatræ, proptereáque Sacerdotibus, veriſque cultoribus veri Dei infenſi erant; eorum iræ quidem ſe ſubducere jus fáſque fuit, at non ita gratificari, ut alienis Diis ſacra fierent. Quod de omnibus aliis viis placandæ Regum iræ, quæ Legi Moſis contrariæ erant, dictum eſto. Multæ ſunt hîc ſententiæ, quæ, ſine exceptione, intelligi nequeunt; nec

alio

16· Adipiſci ſapientiam, quanto ſatiùs eſt, quàm aurum ? & adquirere prudentiam *quantò* præſtabilius quàm argentum ?

17· Via ſtrata rectorum *hominum* eſt recedere à malo; ſervat ille animam ſuam, qui viam ſuam adtendit.

18· Naufragium anteit ſuperbia, & offenſionem elatio ſpiritûs.

19· Satius eſt demittere ſpiritus cum adflictis, quàm ſpolia partiri cum ſuperbis.

20· Loquendi peritus bonum nanciſcetur, & beatus erit, qui Jehovæ confidit.

21· Animo ſapiens vocatur prudens, at dulcor labiorum addit doctrinam.

22· Scaturigo vitæ *eſt* intelligentia iis, qui ea præditi ſunt, ſed eruditio dementium eſt ſtultitia.

23· Cor

alio animo ſunt à Salomone ſcriptæ.

15. *In luce vultûs Regis* &c.] Hoc eſt, ſerenitas vultûs Regis, quæ eos, quos amicè adſpicit, recreat. Hinc *lumen vultus Dei* pro ejus favore non rarò occurrit in Pſalmis. Vide Pſ. IV, 7. XXXI, 17. LXXVII, 2. &c.

Inſtar nubis ſerotinam pluviam prænunciantis] כעב מלקוש chehab malcholch, *inſtar nubis ſerotinæ pluviæ*, ſeu quæ ſerotinis fructibus maturitatem conciliat. Vide Deut. XI, 14.

17. *Viam ſuam adtendit*] נוצר דרכו *notſer darcho*, cuſtodiens viam ſuam; hoc eſt, ſic adtendens ea quæ facit, ut nihil quod malum novit, aut de quo dubitat adgrediatur.

18. *Naufragium anteit ſuperbia*] לפני שבר גאון liphne ſcheber gaon, *ante fractionem* (navis) *ſuperbia*; hoc eſt, perniciem antecedit ſuperbia. Poſſit & שבר *ſcheber* deſumtum eſſe è rerum fragilium fractione. Vide Eſai. XXX, 13. 14. ubi de teſta adhibetur.

Offenſionem] כשלון *chiſſchalon*, LXX. Intt. πτῶμα, melius vertiſſent πταῖσμα, nam πταίειν propriè eſt *offendere*, tralaticiè in calamitatem incidere & πταῖσμα *lapſus*, *offenſio*; tum etiam detrimentum, infortunium. Idem dixeris de radice Hebraica כשל *chaſchal* & כשלון *chiſchalon* derivato.

19. *Demittere ſpiritus*] שפל רוח *ſchphal rouahh*, demitti ſpiritu.

Spolia partiri] Sive latrocinio, ſive bello, quod juſtum & pium dicitur, parta. Ratio ejus rei notiſſima eſt, quod res ſecundæ adſectus magis ac magis accendant, adverſæ contrà extinguant.

20. *Loquendi peritus*] משכיל על דבר *maſchil hal dbar*; quod poteſt etiam verti *rei peritus*, ita ut rerum peritus ſtatuatur prudentiâ ſuâ felicem vitam acturus; qua in ſententia voce דבר intelligendæ ſunt res, quas adgreditur is, de quo ſermo eſt. LXX. Intt. συνετὸς ἐν πράγμασιν εὑρετὴς ἀγαθῶν. Priorem tamen interpretationem prætulit *Hieronymus*, qui habet: *eruditus in verbo*. Eum ſequuti ſumus, quia gravior eſt γνώμη. Si dicatur quiſpiam ſapienti ſermone efficere poſſe, ut vitam in ſecundis rebus exigat, quam ſi rerum peritus idem conſequi intelligatur; quod nihil mirum habet, eſtque omnibus notiſſimum; cùm prius ſit minus frequens.

21. *Animo ſapiens vocatur prudens*] לחכם לב יקרא נבון *lahhacham leb jikkare nabon*; hoc eſt, viro ſapienti, quamvis nequaquam diſerto, non negatur laus prudentiæ. Hæc non intellexit Int. Græcus hujus libri, qui habet: τοὺς σοφοὺς καὶ συνετοὺς φαύλους καλοῦσι, quod non tantùm parum accuratum, ſed etiam verbis Hebraicis planè contrarium eſt. Meliùs *Hieronymus*: *qui ſapiens eſt corde, adpellabitur prudens*.

At dulcor labiorum addit doctrinam] ומתק שפתים יסיף לקח *umethek ſchphathajim joſiph lekahh*. Opponuntur hæc ſuperioribus, hoc ſenſu: homini quidem ſapienti, licèt parum eloquenti, concedi prudentiæ laudem; ſed hoc præterea habere eum, qui cum ſapientia eloquentiam conjungit, ut alios in ſententiam ſuam trahat, ſimúlque eos doctrinæ ſuæ participes faciat. Græcus abſurdè: οἱ δὲ γλυκεῖς ἐν λόγῳ πλείονα ἀκούσονται: *dulces in verbo plura audient*; imò verò plura dicunt, auditoribúſque ſuis ſapientiam impertiuntur. Non meliùs tamen Hieronymus: *qui dulcis eloquio majora percipiet*, quaſi legiſſet יִקַּח accipit, non לֶקַח *quod à* doctore *accipitur*, vel auditur. Vide & verſ. 24.

22. *Scaturigo vitæ*] מקור חיים *mkor hhajim* quod jam habuimus Cap. X, 11. XIII, 14. XIV, 27. שכל *ſchekel*, eruditio, ſapientia, prudentia, quæ hîc promiſcuè occurrunt. Ea autem dicitur *fons vitæ*, hoc eſt, fons perennis, vel inexhauſta bonorum conſiliorum ſcaturigo.

Ei qui ea præditi ſunt] בעליו behelau, *domini ejus*. LXX. Intt. τοῖς κεκτημένοις. Hieronymus: *poſſidenti*.

Eruditio dementium eſt ſtultitia] Hoc eſt, omnis illa eruditio, quam ſtulti, hoc eſt, imperiti & ſpretores Religionis & præceptorum Dei, venditant, nihil eſt præter ſtultitiam. Ac ſanè ſtultum eſt dum ignorantur res maximi momenti, & ſpernuntur etiam in uſu quotidiano vitæ, aliis diſciplinis, longè minoris pretii gloriari & ſuperbire. Viderunt hoc ſapientes viri, etiam inter Ethnicos, qua de re multa habet Seneca Ep. LXXXVIII. *Meritoria*, inquit, *artificia ſunt, quatenus utilia, ſi præparant ingenium, non detinent. Tam diu enim in iſtis immorandum eſt, quàm diu nihil animus agere majus poteſt, rudimenta ſunt noſtra, non opera. Quare liberalia ſtudia dicta ſint vides, quia homine libero digna ſunt. Ceterùm unum ſtudium verè liberale eſt, quod liberum facit, hoc ſapientiæ ſublime, forte, magnanimum; cetera puſilla & puerilia ſunt. An tu quidquam in iſtis eſſe credis boni, quorum profeſſores turpiſſimos omnium ac flagitioſiſſimos cernis. Non diſcere debemus iſta, ſed didiciſſe. Quidam illud de liberalibus ſtudiis quærendum judicaverunt, an virum bonum facerent. Ne promittunt quidem, nec hujus rei ſcientiam adfectant Grammaticus circa curam ſermonis verſatur; &, ſi latiùs evagari vult, circa hiſtorias; jam ut longiſſimè fines ſuos proferat, circa carmina. Quid horum ad Virtutem viam ſternit? Syllabarum enarratio & verborum diligentia fabularum me-*

23. Cor ſapientis os ejus prudens facit, & labiis ejus addit doctrinam.
24. Favus mellis ſunt verba jucunda, dulcor animi & ſanitas oſſium.
25. Eſt via, quæ recta homini videtur, ſed extremitas ejus ſunt viæ mortis.
26. Adpetentia laborantis laborat ei, quia illius os eum cogit.
27. Vir nequam fodit malum, & labiis ejus ineſt inſtar ignis ardentis.
28. Vir perverſus immittit contentionem, & ſuſurro divellit principes.
29. Vir injurioſus proximum fallit, facitque ut viâ non bonâ incedat.

30. Clau-

moria & verſuum lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frenat? &c. Vide & Epiſt. XXXI. Lib. de Vita Beata, C. XIII. de Beneficiis Lib. VII. c. 1. Similia dudum dixerat *Cebes*, in ingenioſiſſima tabula, C. VI. ubi de iis, qui felicitatem conſequi nequeunt, & C. VII. ubi monita Genii. Ad quæ loca reſpexit etiam *Chalcidius* in Timæum, ſub finem.

23. *Os ejus prudens facit*] ישכיל פיהו *jaſchchil phihou*; hoc eſt, facit ut prudenter loquatur.

24. *Favus mellis*] צוף דבש tſouph dbaſch, *favus mellis*. Notus eſt verſus *Homeri* de Neſtore Iliad. A.

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
A cujus lingua melle dulcior vox fluebat.

Dulcor animi] מתוק לנפש mathok lannephesch, *dulcor animæ*; hoc eſt, animi gratiſſimi.

Sanitas oſſium] Corpori quoque ſanitatem creant, dum animum ſedant, tranquillitatemque ei conciliant. Vide C. III, 8. Jucundi autem ſunt ſermones, qui veri ſimul & honeſti ſunt; ſin minùs, plus longè nocent, quàm prodeſſe poſſunt.

25. *Via recta* &c.] Perinde eſt ac ſi diceret, eſſe vitæ inſtitutum, quod rectum & honeſtum eſſe videtur iis, qui id ſequuntur; quod tamen exitiale tandem ſit. Quale eſt voluptarii hominis, de quo dixit Salomon C. VII. & omnia quæ ſunt divinarum legum præceptis contraria.

26. *Adpetentia laborantis* &c.] נפש עמל עמלה לו *nepheſch hamel hamela lo*. Antea non ſemel monuimus נפש eſſe adpetentiam hominis fame laborantis, qui ſenſus hîc etiam obtinet. Oportet enim homines egenos ſibi labore ſuo, etiam magno, comparare quæ latranti ſtomacho ſatisfaciant. Sententia eſt, neceſſitatem ſuſtentandi corporis & ſenſu interno famis hominem urgeri, ut ſui cauſâ laboret.

Quia illius os eum cogit] כי אכף עליו פיהו chi achaph halau phihou, *quia incurvatur ſuper eos os ſuum*. Hîc *os* quia eſt inſtrumentum comeſſionis, ſumitur eodem ſenſu, quo Latini *ſtomachum* aut *ventrem* dicerent. Vide Eccleſ. VI, 7. LXX. Intt. hunc verſum ſic reddiderunt, ut liqueat eos non intellexiſſe, quamvis duplex ſit horum verborum interpretatio: Ἀνὴρ ἐν πόνοις πονεῖ ἑαυτῷ, καὶ ἐκβιάζεται τὴν ἀπώλειαν ἑαυτοῦ, & poſtea: ὁ μέντοι ἀνὴρ σκολιὸς ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ στόματι φορεῖ τὴν ἀπώλειαν. *Aquila* prima verba verterat: ψυχὴ πονοῦντος ἐπόνεσεν ἑαυτῷ. *Symmachus*: ψυχὴ κοπιῶντος ἐκοπίασεν ἑαυτῷ. Debuiſſent αὐτῷ vertere. *Theodotion*: ὁ ἐν πόνοις πονῶν ἀμέτρως ἐπισπᾶται θάνατον. Ubi invenerint LXX. Intt. verbum quod reſpondeat ἀπωλεία, aut *Theodotion* θάνατον non intelligo, *Hieronymus* rectiùs: *anima laborantis laborat ſibi* (imò *ei*, nam *ſibi* referretur ad *animam*, ad quam referri nequit, cùm נפש ſit fœminini generis & requirat לה *lah* poſt ſe) *qui compulit eum os ſuum*. Verbum אכף achaph hoc tantùm loco exſtat. Apud Arabas ſignificat *ligare*, *conſtringere* clitellas, & אוכף *ouchaph*, apud Thalmudicos eſt *ephippium*. Hinc exiſtimarim deductam *cogendi* poteſtatem, quam hoc in loco verbum obtinet; qui enim clitellas, aut ephippium jumento imponit, hoc facit ut onus ei imponat. Poſſimus fortè & metaphorâ orientali, hoc eſt, duriore, admiſſâ hîc vertere, *quia os ejus ei inequitat*, vel *inſidet*; hoc eſt, premit, urgétque ad laborem. Sed maluimus ſenſûs rationem habere, potiùs quàm κυριολογίας.

At viri docti rejiciunt hunc ſimiléſque ſenſus, quòd hæc non ſint γνῶμαι. Verùm falluntur quòd putarint ſententiam hoc verſu finiri, quæ eſt tantùm inchoata; nam quamvis pleræque omnes ſententiæ uno commate finiuntur, nihil obſtat quin interdum pluribus contineantur, ut initio hujus libri. Vult ergo Salomon: homines quidem egenos cogi ad laborem, ut vitam ſuſtentent; ſed homines improbos, ſponte ſuâ, nec ullâ neceſſitate cogente, res pravas moliri; quæ mox ſequuntur.

27. *Fodit malum*] כרה רעה *charah rahah*, hoc eſt, foveam fodit, in quam alii incidentes malum inveniant. Paſſim *foveam fodere* eſt *inſidiari*. Vide vel Prov. XXVI, 27 Hinc כרה *charah*, non expreſſâ, ſed ſubauditâ tantùm, eſt *inſidiari* Job. VI, 27.

Inſtar ignis ardentis] כאש צרבת *cheeſch tſarabeth*, quod idem eſt ac צרפת *tſrapheth*, aut צורפת *tſorepheth*, pro ſolemni mutatione, præſertim apud Chaldæos litterarum ב & פ. צרף propriè eſt *conflare*, *purgare* metalla, quod non fit niſi ope ardentis & quidem vehementiſſimi ignis. Vide Ezek. XX, 47. ubi iterum occurrit ſcriptum per ב, comburendi ſignificatu. *Igni* confertur lingua maledica Jac. III, 6. quia homines nimis creduli calumniis concitati & veluti accenſi exardeſcunt in eos, qui calumniis illis impetuntur. *Hieronymus* non malè: *in labiis ejus ignis ardeſcit*, quamvis ſine ratione omiſerit vertere τὸ כ ſimilitudinis. LXX. Intt. malè: ἀνὴρ ἄφρων ὀρύσσει ἑαυτῷ κακά, ἐπὶ δὲ τῶν ἑαυτοῦ χειλέων θησαυρίζει πῦρ.

28. *Vir perverſus*] איש תהפכות iſch thahphuchoth, *vir perverſitatum*; hoc eſt, qui omnia divina & humana jura evertit, aut pervertit, nullo diſcrimine Virtutis aut Vitii. Vide Cap. VI, 14. VIII, 13. X, 31.

Immittit contentionem.] ישלח מדון *jeſchallahh madon*, inter homines, quibuſcum verſatur.

Suſurro divellit principes] ונרגן מפריד אלוף *venirgan maphrid allouph*. נרגן eſt homo, qui immurmu-

30. Claudens oculos ſuos, ad excogitandas res perverſas, movens labia ſua rem malam perficit.

31. Diadema decorum canities, in via innocentiæ, comperietur.

32. Melior eſt forti lentus ad iram, & qui ſpiritui ſuo imperat quàm qui urbem capit.

33. In ſinum *vaſis* projicitur ſors, ſed judicium omne ejus eſt à Jehova.

XVII. Miſcellæ

murmurat auribus calumnias; quibus creditis, diſcordiæ, etiam inter primores, naſcuntur. Vide Cap. XVIII, 8. XXVI, 20. 22. LXX. Intt. omiſerunt hîc vertere, ut & XVIII, 8. At Cap. XXVI, 20. δίθυμος & 22. κέρκωψ, quæ nec ſunt idem, & diſſentiunt à voce Hebraica. Rectè *Aquila*: τονθρύσης; minùs aptè *Symmachus*: ὑποκρινόμενος; aptiùs *Theodotion*: γόγγυσος. Vulgatus: *verboſus*, quâ voce non tam loquacem, quàm calumniatorem videtur ſignificaſſe. אלופים *allouphim* dicebantur principes, ſeu duces, & præſertim quidem Idumæorum. Vide Gen. XXXVI.

29. *Vir injurioſus*] איש חמס *iſch khamas*, quæ poſterior vox non tantùm *vim*, ſed quamvis etiam injuriam ſignificat, ut diximus ad Gen. VI, 13. Παράνομος hîc vertunt. LXX. Intt. Alibi aliter, ſed nuſquam βίαν. Hoc loco de homine fallace, potius quàm *violento*, ſermo eſt.

30. *Claudens oculos ſuos*] עצה עיניו *hotſeh henau*. Verbum hoc nuſquam alibi occurrit, nec derivata habet, unde colligi ejus ſignificatio poſſit. Itaque alii ex conjectura verterunt *claudens*, quaſi eſſet עצר *hotſer*, alii verò *defigens* oculos, ut ſolent meditabundi, alii *connivens*, ſeu ſemiclauſos oculos habens, quod iiſdem contingit. LXX. Intt. στηρίζων, *Aquila* & *Symmachus*: τερεῶν, quod Vulg. expreſſit *attonitis oculis*. Videntur aut legiſſe עז עיניו *hazze henau*, nam עז *haz* eſt στερεὸς, dicitúrque, conjunctum cum voce פנים, *phanim*, de vultu impudenti; aut putaſſe è lectione noſtra eumdem ſignificatum oriri, quod non ſatis adſequor. Conjecturam multorum Recentiorum ſequuti ſumus, qui *claudere oculos*, vel *connivere* verterunt, quaſi hoc eſſet hominis meditabundi; donec melius, ac certius quidpiam doceamur.

Movens labia ſua] קורץ שפתיו *korets ſchephathau*. Verbum hoc Cap. VI, 13. & X, 12. *nictare* oculis ſignificat. Intelleximus hîc de motu labiorum hominis apud ſe loquentis; quod ſolent nonnulli facere, cùm ſoli ſunt, & neſcio quid gravius animo agitant. LXX. Intt. ὁρίζει, obſcurè. Alius neſcio quis ἐνδάκνων, quod ſequutus eſt Vulgatus, qui habet: *mordens labia ſua*. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: σμίζων. Maluimus ſequi *motûs* ſignificatum, propter adlata loca.

Rem malam perficit] כלה רעה *chillah rahah*, apud ſe decernit, quî malum ut proximo daturus.

31. *Diadema decorum*] *Diadema ornatûs*.

Canicies] Senectus, ad quam homines innocentes pervenient, quòd neque libidinoſâ vitâ, neque cruentis facinoribus vitam ſuam contaminarint.

32. *Lentus ad iram*] Opponitur *forti*, quia viri *fortes*, bellis adſueti, minùs ſunt injuriarum patientes; quàm manſueti homines, qui aliud vitæ inſtitutum ſequuti ſunt, & ſapientiâ manſuetudinem ſuam confirmarunt.

33. *In ſinum vaſis*] Addidimus voculam *vaſis*, perſpicuitatis cauſâ, quia videbamus, eruditos viros, hac in re, ceſpitaſſe, quòd ignorarent rationem, quâ ſortitio fiebat. Notum eſt *ſinum* dici interiorem & concavam partem cujusque rei. Rem ergo ſat notam iis, qui vel *Homerum* legerunt, paucis exponemus, ſi priùs diserimus è ratione, quâ de ſorte loquuntur Scriptores Hebræi & Græci, ſatis liquere, ſortitiones eodem modo apud utroſque eſſe factas. Utrique dicunt *ſortes jactas*, *ſortes exiiſſe*, vel *cecidiſſe*, quod oſtendit jactas ſortes, hoc eſt, aut ſchedulas, aut calculos, (paris, nempe, formæ & gravitatis, ſed quæ diſtingui poſſent) aut quiddam ſimile in urnam, vel in ſitellam, quibus agitatis, res, de quo controverſia erat, fiebat ejus, cujus ſors *è ſinu vaſis* proſiliebat. Sic rem deſcribit *Homerus*, Iliad. Γ, 314. ubi agit de ſortitione Menelai & Paridis, uter prior haſtam jaceret:

Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες,

in ænea galea acceptas ſortes agitarunt, & verſ. 324. ubi res plenius narratur:

—— πάλλεν δὲ μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ
Ἂψ ὁρόων, Πάριος δὲ θοῶς ἐκ κλῆρος ὄρουσεν,

concuſſit verò ſortes magnus galeæ agitator Hector, *retro reſpiciens* (ne crederetur arte efficere ut ſors fratris prior caderet) *Paridis verò ſors celeriter exſiliit.* Rurſus Iliad. H, 175. ubi ſortiebantur Græci de eo, qui cum Hectore certaturus eſſet:

—— οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος
Ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο:

illi verò ſortem quiſque ſignarunt, *& injecerunt galeæ Agamemnonis Atridæ*, & verſ. 181.

—— πάλλεν δὲ Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ
Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος κυνέης, ὃν ἄρ' ἤθελον αὐτοί,

agitavit verò Gerenius eques Neſtor, *exſilitque ſors è galea*, *quam ipſi volebant.* Nec aliter ſortitionem deſcribit Iliad. Ψ. 351. & Odyſſ. K, 205, 206. Mentio etiam fit antiquiſſimæ ſortitionis, apud *Pauſaniam* Meſſenicis, ſive Lib IV. c. 3. inter Creſphontem & Ariſtodemi filios, cui præfuit Temenus, qui fraude effecit, ut Creſphontes Meſſaniam, quam optabat, haberet: Τήμενος δὲ ἐς ὑδρίαν, ἐνόντος ἐν αὐτῇ καὶ ὕδατος, καθίησιν (aut καθίει *demittit*, ut conjicit *Kuhnius*) τῶν Ἀριστοδήμου παίδων καὶ Κρεσφόντου τοὺς κλήρους, ἐπὶ διῃρημένοις, μοῖραν ἀναιρήσεσθαι τῆς χώρας προτέραν, ὁποτέρου ἂν ὁ κλῆρος ἀνέλθῃ πρότερον

XVII. Miſcellæ ſententiæ.

Caput XVII.

1. **M**Elior eſt buccella ſicca, & cum ea tranquillitas, quàm domus plena jurgioſis conviviis.

2. Servus prudens dominus fit filii *parentes* pudore adficientis, atque inter fratres hereditatem dividit.

3. Ut

ρον. Τὰς μὲν δὴ πάλους ὁ Τήμενος ἐπεποίητο ἀμφοτέρας· ἀλλὰ τοῖς μὲν Ἀριστοδήμου παισὶ ξηρᾶς ὑπὸ ἡλίου, Κρεσφόντῃ δὲ ὀπτῆς πυρί· ὅτε δὴ τῶν Ἀριστοδήμου παίδων πάλος κατέτηκτο, καὶ ὁ Κρεσφόντης οὕτω λαχὼν, γῆν αἱρεῖται τὴν Μεσσηνίαν: *Temenus verò in ſitulam, cui etiam inerat aqua, demittis Ariſtodemi filiorum & Creſphontis ſortes, ut in diviſis agris illi priores, partem regionis caperent, utrorumvis ſors prius adſcendiſſet. Sorses autem utraſque fecerat Temenus, ſed filiis quidem Ariſtodemi ex argilla ſole ſiccata, Creſphonti vero igne toſta. Cùm autem ſors filiorum Ariſtodemi ſoluta eſſet, & Creſphontes ſic terram ſorte conſequutus eſſet, terram Meſſeniam elegit.* Videmus hîc aquâ hydriam fuiſſe plenam, cùm in caſſide ſicca ſortes agitarent Heroës Homerici. Utraque tamen agitata videtur, donec ſors aliqua egreſſa eſſet, unde ſortes πάλοι dicuntur, ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Meminit etiam hujuſcemodi ſortitionis *Plautus*, in Caſina. Act. II. Scen. 4. & 6. ubi ſors non exſilit, ſed manu educitur. Ex his, ſine plurium locorum congeſtione, ſatis liquet quid ſit *in ſinum vaſis ſortem projicere.*

Sed judicium omne ejus eſt à Jehova] ומיהוה כל משפטו *oumeadonai chol miſchphato*; hoc eſt, à Deo eſt diremtio litis, quæ ope ſortium fit. Hinc multi Theologi non ſatis cautè collegerunt Divinam Providentiam ita præeſſe ſorti, ut ſors res ſit ſacra, nec umquam, niſi in rebus gravioris momenti, adhibenda. Hi quidem rectè ſentiunt, Deum omnibus ita præeſſe ut nihil eo inſcio, aut invito, contingat, poſſitque Deus omnibus, potentiâ ſuâ, intervenire, prout ei videtur, ne quid fiat, aut contrà ut res ad effectum perducatur. Sed ex hiſce verbis colligere nequeunt diremtionem litis, aut cujusvis alius res, quæ ſorte fit, eſſe ipſam divinæ voluntatis, quæ rem ita fieri probat, exſequutionem. Satis eſt enim, ut verba Salomonis ſint vera, ſortitionis bonâ fide factæ exitum non pendere à voluntate hominum, ſed ſolius Dei, qui, ſi velit, præter naturæ ordinem, poteſt curare ut ſors educatur, aut in ſitella maneat. Conſequitur hinc Deum, ſingulari ratione, præeſſe ſortibus, & caſuum omnium, qui contingunt in ſortiendo, eſſe auctorem. Hebræi quæ hominis poteſtati erepta ſunt Deo ſoli tribuere ſolent, cujus providentiâ fiunt, è legibus à Deo conſtitutis, non interventu Dei, præter naturam agentis. Sic arbores *à Deo plantatæ* dicuntur, quæ, ſine opera humana, creverunt Num. XXIV, 6. ut illic oſtendimus, quamvis nullum intercedat in eam rem miraculum. Sic & Pſ. XXIX. tonitrua vocantur *vox Dei*, quamvis, ſi rectè philoſophemur, multò mirabiliorem generationem vel minimæ plantæ, vel tenuiſſimi inſecti eſſe faſſuri ſimus, quàm accenſiones ſulphurearum, nitroſarúmque particularum in ſummo aëre, unde noſcitur flamma & ſonitus ingens. Vide notata ad Pſalmum memoratum, & Libellum Gallicum *de Sortitionibus*. Sed vir doctiſſimus *Joan. Barbeiracus* copioſiùs & pleniùs rem pertractavit; eadem Linguâ libris editis, qui omnium manibus teruntur.

C O M M E N T A R I U S

In Caput XVII.

1. **B***Uccella ſicca*] פת חרבה *phath bharebah.* LXX. Intt. ψωμὸς μεθ' ἡδονῆς. *Aquila :* ἀπεξηραμμένος, Vulg. & rectè: *buccella ſicca.* Gallice dixeris: *un morceau de pain ſec*, aptiſſimo ſenſu. At *Lud. Cappellus*, vir doctiſſimus, in Notis Criticis ad hunc locum, contendit, ſi Salomon hoc voluiſſet, ſatis fuiſſe dicere פת, quod ſine ulla additione *buccellam panis* ſignificat. Verùm additio vocis חרבה *bharebah* eſt ſignificantior, ut intelligatur panis ſine ullo opſonio, κατ' ἀντίθεσιν ad eum, qui comeditur una cum carne. Itaque nihil opus eſt nos confugere ad ſignificatum Arabicum vocis, ex quo *ſiliquam* eam interpretemur, ut Luc. XV, 6. κεράτια. Vult ſignificari panem vel edulium vile è ſiliquis confectum: quomodo Gallicè diceremus *un plat de pois, ou de fèves.* Atqui eadem Lingua, quæ Hebraïcâ excultior eſt, ei alteram loquutionem, quam protuli, aptiorem ſuppeditabat.

Et cum ea tranquillitas] *Et tranquillitas in ea.*

Jurgioſis conviviis] זבחי ריב *zibbhe rib*, victimis rixæ. Sed זבח ſumitur etiam pro *convivio*, ut monuimus ad Deut. XVIII, 3.

2. *Dominus fit*] ימשל *jimſchol*, dominabitur; quia prudens ſervus, qui peculium ſuum parcimonia auget, & fidelitate ſuâ libertatem nanciſcitur, tandem herili filio prodigo ditior fit.

Parentes pudore adficientis] מביש *mebiſch*, ut Cap. X, 5.

Inter fratres hereditatem dividit] Legato quippe à patrono donatus, fidei causâ. Tum contingit quod habet *P. Syrus* verſ. 564.

Probus libertus, ſine natura, eſt filius.

3. *Conflator*] מצרף לכסף matſreph laccheſeb, *conflator* aut *purgator eſt argento.* Subaudienda

3. Ut conflator argenti eſt & catinus auri, *quibus probantur*; ſic explorat corda Je-
hova.
4. Malus adtendit labium iniquum, & *homo* mendax auſcultat linguæ pravæ.
5. Subſannans pauperem probro ejus Creatorem adficit, & lætans exitii cauſâ impu-
nis non abibit.
6. Diadema ſenum *ſunt* nepotes, & filiorum decus *ſunt* eorum patres.
7. Non decet inſanum ſermo magnificus, quantò minùs principem ſermo mendax?
8. Donum eſt gemma elegans iis, qui id poſſident; quocumque reſpexerit *is qui de-
dit rem* feliciter peraget.

9. Qui

da hîc particula ſimilitudinis כ, ut conflator eſt —— ſic Deus explorator &c. Ut argenti puritas exploretur, præſertim ſi gravior maſſa ſit, non ſatis eſt Lydium lapidem admoveri, ſed liqueſaciendum eſt, ut, an ſcoriæ inſint, meliùs deprehendatur. Vid. Cap. XXVII, 21.

Catinus auri] וכור לזהב *vechoar lazzahab*, & catinus auro; in quo, nempe, liqueſit; quo facto, ſi nullæ ſuperſint ſcoriæ, ſeu nihil alienum auro admiſtum, purum habetur.

Sic explorat corda Jehova] ובוחן לבות יהוה *oubobhea libboth Jehova*, & explorat &c. Perinde eſt ac ſi eſſet: *ſic explorat*. Eſt enim, ut omnia fermè, משל ſeu ſimilitudo. Vide Pſ. LXVI, 10. LXX. Intt. ἐκλεκταὶ καρδίαι παρὰ Κυρίῳ, quaſi eſſet בחירות לבות ליהוה *bhbuaroth libboth ladonai*. Sed multò meliùs ſuperioribus verbis noſtra lectio convenit. Ideò *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: δοκιμάζει καρδίας κύριος, optimè. Sic & Vulgatus: *ita corda probat Dominus*. Maluimus hîc, ut alibi, uti verbo *explorare*, ut vitaretur ambiguitas verbi *probo*, quod & *exploro*, & *probam habeo* ſignificat.

4. *Malus adtendit labium iniquum*] מרע מקשיב (nempe, לבו *libbo*) *facit adtendere ad labium iniquitatis*. Eſt egregia prorſus ſententia, & acutior multò, quàm primâ fronte videtur. Docet Salomon hominem improbum uſque adeò inſanire, ut qui hominibus probitatis notæ fidem negat, idem viris improbis facilè auſcultet, à quibus fallitur. Noverunt patres noſtri, & noſtra ætas vidit magnorum Regum Miniſtros, qui fidem nullam habebant bonis, omnia malis adcredebant; quia ſenſum omnem probitatis ipſi amiſerant, nec putabant ullos eſſe amplius bonos viros, quia vix ullos ad ſe admittebant.

Homo mendax auſcultat linguæ pravæ] שקר מזין על לשון הות *ſcheker mezin hal lſchon havoth*. Supplendum איש *iſch* ante שקר *ſcheker*, ut *vir mendacii* dicatur mendax, ut C. XII, 27. Sequitur enim participium activum מזין *mezin*, pro מאזין quod non convenit niſi viro. Alioqui pro שֶׁקֶר *mendacium* legendum eſſet שׁוקר *mentiens*.

Linguæ pravæ] *Linguæ pravitatum*, hoc eſt, homini mendaci & improbo. Qua in re, mira eſt ſtultitia hominum, qui ſibi callidi videntur, ſuæque indolis fallacis conſcii ſibi ſunt; nec eò ſeciùs credulitatem ſuam hominibus ſui ſimilibus, ſeu fallacibus addicunt, nec quidquam vident, vel audiunt, niſi mendacium oculis & auribus. Deberent homines ſummæ rerum præfecti non niſi probos ſimul ac prudentes inferiores adminiſtros circa ſe habere, à quibus non fallerentur, ſed vera omnia reſciſcerent; verùm oderunt bonos, à quibus facta ſua probari poſſe deſperant, ideóque longè arcent, coguntúrque ſe ac ſua hominibus improbis permittere; unde fit ut perpetuò fallant & fallantur, dum & ipſi hiſtrioniam agunt, nec quemquam inferioris admiſſionis miniſtrum habent, niſi hiſtriones. Hæc cùm nequiret intelligere Int. Græcus hujus libri, poſtquàm prius membrum bene vertit: κακὸς ὑπακούει γλώσσης παρανόμων, poſterius pervertit hoc modo: δίκαιος δὲ οὐ προσέχει χείλεσι ψευδέσι. Sed quomodo ex צדיק לא מַאֲזִין, aut מאזין שקר מזין, fieri potuerit, aut ex hiſce verbis ſuperiora, nemo cùm intelligat; multò veriſimilius finxiſſe Intt. ſententiam, ubi nihil adſequebatur, quæ eſſet prioris membri ἀντίθεσις. Bene Vulgatus: *malus obedit linguæ iniquæ & fallax obtemperat labiis mendacibus*.

5. *Subſannans pauperem* &c.] Vide C. XIV, 31. ubi ſimilis ſententia.

Lætans exitii cauſâ] שמח לאיד ſchameahh leed, *gaudens ad exitium*; hoc eſt, ἐπιχαιρόμενος.

Impunis non abibit] לא ינקה lo jinnakeh, *non habebitur innocens*. Sic C. VI, 29. XI, 21. XVI, 5.

6. *Diadema ſenum* &c.] Ut grandævis hominibus honori ſunt filii & nepotes: ita viciſſim filiis patres & nepotibus avi. Longævitatem tunc temporis Divini favoris indicium eſſe putabant, ut & multam prolem incolumem.

7. *Sermo magnificus*] שפת יתר ſchphath jather, *labium excellentiæ*, vel *dignitatis*, nam is eſt ſignificatus vocis יתר ut diximus ad Gen. XLIX, 3. *Sermonem magnificum* vertimus, quia ejuſmodi ſunt verba eorum, qui ceteros dignitate antecellunt, qualia ſtultum minimè decent. Quis intelligat cur LXX. Intt. verterint: χείλη πιστὰ, cùm ſimile nihil vox Hebraica ſignificet?

Quantò minùs principem ſermo mendax?] אף כי לנדיב שפת שקר aph chi lnadib ſchphath ſchaker, *quantò minùs principem labium mendacii*; hoc eſt, minùs conveniunt principi viro verba mendacia, quàm magnifica ſtulto; quem ſtultitia aliquo modo excuſare queat, cùm ſui compos non ſit. LXX. Intt. נדיב perperam vertêre δίκαιον.

8. *Donum eſt gemma elegans* &c.] אבן חן השחד בעיני בעליו eben hhen haſſchohhad behene behalau, *lapis gratiæ eſt donum in oculis dominorum ejus*; hoc eſt, munus gratum eſt inſtar elegantis gemmæ iis, qui id acceperunt, gratiámque datori apud eos conciliat. LXX. Intt. μισθὸς χαρίτων παιδεία τοῖς χρωμένοις, quod non adſequor, ut nec verba Vulgati: *gemma gratiſſima exſpectatio præſtolantis*.

Quocumque reſpexerit is qui dedit] אל כל אשר יפנה

9. Qui tegit delictum, quærit *ſibi* amorem, qui verò rem repetit, divellit duces.
10. Altiùs deſcendit increpatio *in animum* prudentis, quàm centum ictus in dementis *animum*.
11. Profectò rebellis quærit *ſibi* malum, atque in eum mittitur nuncius crudelis.
12. Occurrat orba urſa viro, non verò ſtultus in ſua dementia.
13. Qui malum, pro bono rependit, à domo ejus malum non recedit.
14. *Inſtar ejus*, qui *viam* aquæ aperit, *eſt* qui initium contentionis facit; antequàm miſceatur, litem dimitte.
15. Abſolvens nocentem & damnans innocentem ambo ſunt abominationi Jehovæ.
16. Cui uſui eſt pretium, in manu ſtulti, ad comparandam ſapientiam, cùm ſit vecors?
17. Omni

יפנה el chol aſeher jiphneh, *quodcumque reſpexerit*, aut *ad quodcumque* negotium *ſe converterit*; nempe, is qui donum illud dedit; quod ſupplevimus, cùm aliud nihil ſubaudiri poſſe videretur. Certè ad *donum* res referri nequit. LXX. Intt. ὃ δ' ἂν ἐπιστρέψῃ εὐοδωθήσεται, Vulg. *quocumque ſe vertit, prudenter intelligit.* Incommodè.

Rem feliciter peraget] ישכיל *jaſchchil* non poteſt referri, niſi ad perſonam, poſtulátque accuſativum, quod eſt *quocumque reſpexerit*; quamvis, perſpicuitatis cauſâ, verba non nihil immutaverimus, ſed incolumi ſententiâ.

9. *Qui tegit delictum*] Qui diſſimulat delictum cujuſpiam, nec umquam id memorat, amicitiam delinquentis ſibi conciliat. Vide C. X, 12.

Qui verò rem repetit] שנה בדבר ſchoneh bdabar, *iterans in verbo*, ſæpiùs commemorans.

Divellit duces] מפריד אלוף maphrid allouph, *dividit ducem*, hoc eſt, eum in quem delictum admiſſum eſt alienum à delinquente reddit. Quamobrem vertimus *duces*, quia ſermo eſt de duobus. LXX. Intt. ſic verterunt: ὃς κρύπτει ἀδικήματα, ζητεῖ φιλίαν, ὃς δὲ μισεῖ κρύπτειν, διΐστησι φίλους καὶ οἰκείους, quaſi pro שנה ſchoneh, *iterans* legiſſent שנא ſchone, *odio habens*. Vulgatus: *qui celat delictum quærit amicitias; qui iterato ſermone repetit ſeparat fœderatos.* Sed אלוף neque *amicos*, neque *fœderatos* ſignificat. *Symmachus*: ὁ δὲ δευτερῶν ἐν λόγῳ διαχωρίζει συνήθειαν, *Theodotion*: διαχωρίζει ἡγούμενον.

10. *Altiùs deſcendit increpatio*] תחת גערה thebbath gebarah. תחת eſt tertia perſona fœminina futuri *Kal* verbi נחת *deſcendit*, ſequitur במבין *in prudente*. Sed vertimus *in animum prudentis*, Latinæ Linguæ & perſpicuitatis cauſâ. Senſus eſt commodiſſimus. *Deſcendere in animum* dicuntur ea, quibus maximè adficimur, & quorum non obliviſcimur; metaphorâ fortè ex tinctura ductâ, *Seneca* Ep. LXXI. *Quemadmodum lana quoſdam colores ſemel ducit; quoſdam, niſi ſæpiùs macerata & recocta, non perbibit: ſic alias diſciplinas ingenia cùm accepere protinus præſtant, hæc* (Philoſophia) *niſi altè deſcendit & diu ſedit, animum non coloravit ſed infecit; nihil ex his, quæ promiſerat præſtat.* At LXX. Intt. συντρίβει ἀπειλὴ καρδίαν φρονίμου, quaſi תחת eſſet à חתת hhathah, quod eſt *fregit*. *Aquila* putavit eſſe nomen, qui habebat: πλῆξις ἐντιμώτερος ὑπὸ συνιέντι, minùs commodè. *Theodotion*: ἥξει ἐπιτίμησις εἰς τὸν συνετόν. *Hieronymus* ſenſum expreſſit his verbis: *plus proficit correptio apud prudentem.* Similem metaphoram vide Cap. XVIII, 8.

Quam centum ictus in dementis animum] מהכות כסיל מאה mehacchoth chſil meah, *quàm percutere ſtultum centies.* Huc faciant verſus 131 & 132. ſententiarum *P. Syri*, in Ed. Gruter.

Contemni gravius ſapientiæ eſt, quàm percuti.
Contemni levius ſtultitiæ eſt, quàm percuti.

11. *Rebellis*] מרי mri, *rebellio*, ſed ſubauditur איש iſch, *vir*; vir rebellionis eſt rebellis. Vide Ezek. II, 7. 8.

Quærit ſibi malum] Aliis etiam, ſed hoc non velle hîc videtur Sapiens, ſed tantum rebelles in juſtos dominos in perniciem ipſos ſuam ruere, ut ſequentia verba ſuadent. Vide ad verſ. 19.

Nuncius crudelis] Nimirum, à Regibus, qui rebelliones præſertim pertinaciores atrocibus pœnis puniri, per nuncios ad duces, aut magiſtratus miſſos, jubent. Cujus rei inſigne exemplum Imperatoris Chriſtiani Theodoſii M. habemus apud *Sozomenum*, Lib. VII. c. 25. ubi de ſeditione Theſſalonicenſi. Ethnicorum graviora etiam multa fuerunt.

12. *Occurrat urſa orba viro*] פגוש דוב שכול באיש phagoſch dob ſchachoul beiſch, *occurrere urſus orbus viro.* Eſt Infinitivus pro Futuro, ut C. XV, 22. דוב *dob* eſt quidem maſculini generis. Sed & ſequius genus ſub hoc continetur, & quod hîc dicitur de *urſa* narratur. Vide 2. Sam. XVII, 8. & Hoſeæ XIII, 8. Multis hæc illuſtravit *Sam. Bochartus* Hierozoici P. 1. Lib. III. c. 9 Vult. autem Salomon ſatius eſſe incidere in crudeliſſimam feram, quàm in hominem vitiis ſuis efferatum. Sententiam facilem & egregiam mirum eſt ab Intt. LXX. non intellectam: ἐμπεσεῖται μέριμνα ἀνδρὶ νοήμονι, οἱ δὲ ἄφρονες διαλογιοῦνται κακά. Meliùs *Theodotion*: συναντήσαι ἄρκτῳ ἠτεκνωμένῃ ἄνδρα, καὶ μὴ ἀσυνέτῳ ἐν ἀφροσύνῃ αὐτοῦ. Vulg.! *Expedit magis urſæ occurrere, raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti, in ſtultitia ſua.*

13. *Malum non recedit*] לא תמוש רעה *lo thamoſch rabah*, Sic rectè Maſſorethæ legunt pro תמיש *thamiſch*, quod eſt in textu. Nimirum, homini ingrato indignatur Deus, nec multò minùs homines, unde fit ut ſibi à malo vix cavere poſſit.

14. *Inſtar ejus, qui viam aquæ &c.*] פוטר מים ראשית מדון photer majim reſchith madon, *aperiens aquas initium contentionis.* Quod in breviloquentia parabolica id ſignificat quod vertendo expreſſimus. Abſurdè hæc verterunt LXX. Intt. qui nec verba, nec ſenſum intellexe-

Digitized by Google

17. Omni tempore, diligit amicus, ſed frater ad anguſtiam *propulſandam* natus eſt.
18. Homo prudentia carens complodit manum, ſponſionem coram amico ſuo faciens.
19. Amans delictum amat litem & adtollens oſtium ſuum quærit *ſibi* contritionem.
20. Perverſus animo bonum non nanciſcetur, & qui ſermonem mutat in malum incidet.
21. Qui generat ſtultum ad triſtitiam ſibi *generat*, neque enim pater inſani lætatur.
22. Cor lætum efficacius medicamentum facit, at ſpiritus triſtis exſiccat oſſa.

23. Munus

lexerunt: *ἐξουσίαν δίδωσι λόγοις ἀρχὴ δικαιοσύνης.* Melius Vulgatus, ſed obſcurè: *qui dimittit aquam caput eſt jurgiorum.* Senſus eſt: ut qui aggere rupto viam aquæ aperit, licet initio non multum noceat, multâ aquâ nondum irrumpente, magnæ poſtea cladis eſt cauſa; quia aperta ſemel via latior fit, ut tandem campos omnes vicinos tegat & fructus corrumpat. Sic qui litem, aut contentionem inchoat, quæ initio tanti eſſe non videtur periculi, innumerorum poſtea malorum, augeſcente irâ, contendentium cauſa eſt.

Antequàm miſceatur, litem dimitte] ולפני התגלע הריב נטוש *veliphne hithgalleah harib netoſch.* Verbum hoc occurrit iterum C. XVIII, 5. XX, 3. *ſe ſe admiſcendi* poteſtate. LXX. Intt. *προηγεῖται δὲ τῆς ἐνδείας στάσις καὶ μάχη.* Hieronymus: *& antequàm patiatur contumeliam litem deſerit.* Quæ nihil aut parum ad rem faciunt. Vide admonitionem Chriſti, hac de re, Matth. V, 25. & ad eum locum Interpretes.

15. *Abſolvens nocentem*] מצדיק רשע *matsdik raſchah.* Hinc liquet רשע eſſe *nocentem* & *innocenti* opponi, & verbum הצדיק in *Hiphil*, eſſe abſolvere, vel innocentem pronunciare. Vide Exod. XXII, 7. & Eſai. V, 23.

Damnans innocentem] מרשיע צדיק *marſchiah tſaddik*, ſontem pronuncians eum qui innocens eſt. Verba in *Hiphil*, non ſemper facere, ſed & pronunciare judicando ſignificant, ut vel ex antecedentibus verbis liquet.

16. *Cui uſui eſt pretium* &c.] למה זה מחיר *lammah zeh mehhir*, τὸ זה non eſt *hic*, ſed additamentum interjectionis expoſtulantis, quæ perinde valet, ac negatio. Vide *Chr. Noldium* ad ſignif. 2. Sententia eſt, inutiles eſſe ſtulto opes, quibus magiſtros diſciplinarum comparare ſibi poſſet, ſi ſaperet; quia, cùm ſit vecors, neſcit pecuniam ſuam in eum uſum adhibere.

17. *Diligit amicus*] Hoc eſt, amoris ſui ſpecimina edit; quod fit à quovis amico, modò verè ſit amicus.

Sed frater ad anguſtiam] *Fratris* nomine intellexerim, more Hebræo, ſanguine conjunctum; quia ejuſmodi vir, vel naturalibus ſuis, monetur in gravi periculo, aut in egeſtate, conſanguineo auxilium eſſe ferendum. Eſt hoc certè ejus officium, quod ſubterfugere poteſt vulgus amicorum, eò quòd adjuvare periclitantem nequeant; conſanguineus non poteſt, ſine ſua infamia. Alioquin eſt etiam *amicus, qui magis adhæret amico, quàm frater*, ut ait Salomon infrà C. XVIII, 24.

18. *Prudentia carens*] חסר לב hhaſar leb, *defectus corde.* Vide de fidejuſſione ad Cap. VI, 1. XI, 15.

19. *Amans delictum*] אוהב פשע *oheb pheſchah*; qui ſæpe in alium delinquit, ſibi lites contrahit, nolunt enim ſemper ei ignoſcere.

Adtollens oſtium ſuum] מגביה פתחו *magbiah phithho.* Verterunt hæc LXX. Intt. verbis perperam adſutis verſui 16. *ὁ δ᾽ ὑψηλὸν ποιῶν τὸν ἑαυτοῦ οἶκον*, quod rejicere nolim, quamquam ſuſpicor eſſe *παροιμιῶδες* loquendi genus, *adtollere oſtium*, ad ſignificandam ſuperbiam, inde fortè natum quòd viri principes valvas altiores haberent. Hodie per Orientem domuum oſtia ſunt valdè parva & humilia, niſi in urbibus munitis; quia latrones qui equitantes vagantur, ſolebant in ædes irrumpere inſidentes equis, atque extortâ pecuniâ ſtatim effugere; quorum invaſionibus repentinis humilia oſtia oppoſuerunt incolæ, qui præſertim domos ſejunctas habitant. Fortaſſe & olim ita ſolebant, exceptis viris principibus, aut opulentioribus, qui multitudine ſervorum, aut etiam militum domos ſuas facilè tuebantur. *Petrus Belonius* Obſervat. Lib. II. c. 36. *Ædium januas tam parvas & tam humiles fieri curant, ut equus eas ingredi nequeat, unde neceſſe eſt ſe ſe incurvare ingredientes. Seræ vulgò ligneæ ſunt, nec minore arte confectæ, quàm ferreæ. Res eſt communis omnibus oris, quæ Turcis parent, humilia oſtia facere, ne tempore belli cogantur equos hoſpitio excipere. Attamen ſummatum Ædium oſtia ſimilia ſunt Europæis.*

Quærit ſibi contritionem] מבקש שבר mbakkeſch ſcheber, *quærens fractionem*, hoc eſt, ruinam; non quòd ſit is animus hominis ſuperbi, ſed quòd id faciat, unde ruina ſequitur. Similis eſt loquendi ratio verſ. 11. De voce שבר vide ad C. XVI, 18. LXX. Intt. habent *ζητεῖ συντριβὴν*, quod ſequuti *Symmachus* & *Theodotion.* Vulg. *quærit ruinam.*

20. *Perverſus animo*] עקש לב *hikkeſch leb*, LXX. Intt. *σκληροκάρδιος.* Rectiùs *Symmachus* & *Theodotion*: *στρεβλοκάρδιος*, & Vulg. *qui eſt perverſi cordis.* Significatur homo fallax.

Qui ſermonem mutat] נהפך בלשון *nehphach bilſchon*, qui verſus eſt in lingua; hoc eſt, cujus ſermo non eſt idem, ſed varius. LXX. Intt. bene *εὐμετάβολος γλώσσῃ.* Vulg. *qui vertit linguam.*

21. *Ad triſtitiam ſibi generat*] לתוגה לו *lthogah lo*, Latinè loquenti repetendum fuit *generat* ילד *joled*, quod anteceſſit. Ex eventu loquitur Salomon, nemini enim animus eſt procreare ſtultum.

22. *Efficacius medicamentum facit*] ייטיב גהה *jethib gehah*, bonum facit remedium. Hoc nomen hîc tantùm occurrit, ſed verbum *curandi* ſignificatu legitur Hoſ. V, 13. LXX. Intt. *εὐεκτεῖν ποιεῖ*, *Symmachus* & *Theodotion*:

H hhh 2 *dya-*

23. Munus è ſinu improbus capit, ut vias juris pervertat.
24. Coram intelligente eſt ſapientia, ſed oculi ſtulti in extremis terris eam quærunt.
25. Filius ſtultus iram patris ſui *accendit* & amarorem genitrici ſuæ creat.
26. Mulctare etiam innocentem bonum non eſt, neque propter rectum animum *flagris* cædere proceres.
27. Cohibet verba ſua vir eruditus, vírque prudens frigidior eſt ſpiritu.
28. Etiam ſtultus tacens ſapiens cenſetur, & qui claudit labia ſua prudens.

XVIII. Gnomæ

ἀγαθὴν ἡλικίαν, unde fecit *Hieronymus*, *ætatem floridam facit.* Perperam.

Exſiccat oſſa] Vide Pſ. CII, 4. Morbus eſt cùm oſſa medullâ deſtituuntur, contra ſanitas cùm ea abundant. Vide antea C. III, 8. XV, 26.

23. *E ſinu*] מחיק mehhek, *è ſinu*, nempe tunicæ, ubi clam habebatur, & unde à ſolo ſoli judici datur.

Pervertat] להטות *lebattoth*, ad faciendum declinare; à recta, nempe, via.

24. *Coram intelligente*] את פני מבין *eth phne mebin*. Duæ priores voculæ ſic junctim leguntur Pſ. XVI, 11. CXI, 14. Bene *Symmachus: κατὰ πρόσωπον.* Significat Salomon facilè inveniri poſſe ſapientiam, ut quæ ſunt in conſpectu noſtro; eam quippe ſuppeditante rectà Ratione & præſertim Revelatione.

In extremis terris] *In extremitate terræ.* Contrarium docet Moſes Deut. XXX, 14. Erant fortè, inter Hebræos, qui, ut Græci poſtea fecerunt, apud remotas gentes ſapientiam quærendam putabant; qua in re, utrique graviter errabant, cùm ex ſola recta Ratione, quæ numquam fallit, multò certiùs & faciliùs hauriri poſſet. Sed cùm Rationem conſulere, ut par erat, neſcirent, rem, quam apud ſe habebant, procul quæſitum ibant, ut Pythagoras apud Indos, Magos Chaldæorum, atque Ægyptios, & Plato etiam apud poſtremos.

25. *Iram patris ſui* &c.] *Ira patri ſuo & amaror genitrici ſuæ.*

26. *Mulctare etiam innocentem* &c.] Singula hujus loci verba ſunt ſatis clara, ſed frigidior videtur hæc ſententia, niſi ad aliud quidpiam reſpiciatur. Non abſimile vero eſt, has *γνώμας* eſſe ex ore Salomonis exceptas, omiſſis occaſionibus, quibus eas protulit. De collectione certè earum, quæ ſunt à Cap. XXV. monemur initio Capitis; & vocula גם *gam*, etiam, quâ hoc dictum inchoatur, connexionem cum alio dicto indicat. Jam nullus eſt nexus verſ. 25. cum hoc verſu. Itaque confugiendum erit ad aliquid quod antea dixerit Salomo, & quod tamen hic commemoratum non fuerit; quales fuerint ſermones de iis Regibus, qui facilè gladio ſæviebant in innocentes Miniſtros ſuos & inferiores Poteſtates; ſi quid feciſſent, quod Regibus minùs placeret. Quo prolato, addere etiam aptè potuit Salomon, non tantùm peſſimè facere Reges, qui ita ſe gererent, ſed *nec bonum eſſe innocentem mulctare* &c.

Propter rectum animum] על ישר *bal joſcher*, propter rectitudinem.

Flagris cædere proceres] להכות נדיבים *lebacchoth ndibim.* Nominis fuit *proceres* aut principes cædere, niſi Regis. Itaque hìc Salomon loquitur de Regum Orientis ſævitia, qui putabant ſe ſat clementes in ſuos eſſe, ſi mulctarent tantùm eos, aut flagris cæderent, vitâ innocentibus conceſſâ.

27. *Frigidior eſt ſpiritu*] וקר רוח *vekar rouabb*, & frigidus ſpiritu, ut in textu ſcriptum eſt. In margine verò Maſſorethæ ſcribi volunt יקר רוח *jekar rouabb*, pretioſus ſpiritu. LXX Intt. *μακρόθυμος*, quod videtur exprimere lectionem textûs. *Hieronymus: pretioſi ſpiritûs*, quæ eſt lectio marginis. Nec tamen diverſa admodum eſt hujus dicti ſententia, utrovis modo legamus. *Frigidus ſpiritu* eſt qui temperat iræ & verbis, nec facilè accenditur. *Pretioſus ſpiritu*, qui parcit iræ & verbis, quod idem eſt.

28. *Etiam ſtultus tacens* &c.] Dictum *Theophraſto* tribuitur à *Diogene Laërtio.* Lib. V, 40. *πρὸς τὸν ἐν τῷ συμποσίῳ σιωπῶντα τὸ ὅλον ἔφη· εἰ μὲν ἀμαθὴς εἶ, φρονίμως ποιεῖς· εἰ δὲ πεπαίδευσαι, ἀφρόνως.* *Prorſus tacenti in convivio dixit, ſi indoctus es, prudenter facis; ſi verò eruditus, ſtultè.* Timonidi tribuit *Plutarchus* Lib. III. Sympos. Quæſt. 1. *P. Syrus* verſ. 733. Ed. *Gruteri:*

Taciturnitas ſtulto homini ſapientia eſt.

Ad quem verſ. vide *Gruterum.* LXX. Intt. pro מחריש mahhariſch, *ſilens*, habent *ἐπερωτήσαντι σοφίαν*, perperam, ut innumera alia. Vide Job. XIII, 5. Syrach. XX, 5.

COM-

XVIII. Gnomæ plurium generum.

1. PRo *ſua* cupiditate, quærit ſejunctus, omnique ſapientiæ ſe admiſcet. Caput XVIII.
2. Non delectatur ſtultus prudentiâ, ſed animo ſuo aperiendo.
3. Cùm venit improbus, venit etiam contemtus & cum ignominia probrum.
4. Aquæ profundæ ſunt verba viri *prudentis* ore *emiſſa*, ſcaturigo ſapientiæ eſt torrens erumpens.
5. Rationem habere nocentis, ad evertendum innocentem in judicio, bonum non eſt.
6. Labia ſtulti *facilè* ad litigandum deveniunt atque os ejus ad verbera concitat.

7. Os

COMMENTARIUS

In Caput XVIII.

1. S*Ejunctus*] נפרד *niphrad*, quod ſignificat ſine dubio *ſeparatum*, ſed quis eo nomine ſignetur non uſque adeò conſtat. LXX. Intt. violentâ paraphraſi ſententiam expreſſerunt, quam commenti erant, nullâ ratione Verborum habitâ: *προφάσεις ζητεῖ ἀνὴρ βουλόμενος χωρίζεσθαι ἀπὸ φίλων*, quod vertit Vulgatus: *occaſiones quærit qui vult recedere ab amico.* Nihil eſt in fragmentis Vett. Intt. unde ſcire queamus quomodo alii verterint, niſi quòd לתאוה verterunt *εἰς ἐπιθυμίαν Aquila & Symmachus.* Sed nemo potuit tenacior verborum ita interpretari. Suſpicor נפרד *niphrad* dici hominem, qui ſe à conſortio vulgi ſejungebat, ut otioſiùs & liberiùs ſapientiæ operam daret: quemadmodum poſtea dicti ſunt פרישין *pharisæi*, ſe moti à vulgo ſtudiis & moribus.

Omnique ſapientiæ ſe admiſcet.] בכל תושיה יתגלע *bchol thouſchijah jithgallah.* Primùm תושיה hîc, ut alibi, *ſapientiam* vertimus. Vide Cap. II, 7. Dein יתגלע vertimus *ſe ſe admiſcere*, ut XVII, 14. XX, 3. LXX. Intt. *ἐν παντὶ δὲ καιρῷ ἐπονείδιστος ἔσται*, quæ ad rem nihil faciunt, & tamen Vulgatus: *omni tempore erit exprobrabilis. L. Cappellus* ut ejuſmodi inficetæ verſionis rationem reddat, vel eos legiſſe לתאנה *ltbaanah*, occaſionem, pro לתאוה *ltbaavah*, cupiditate; deinde תושיה reddidiſſe *καιρὸν*, quaſi adfine eſſet *τῷ* ישיש jaſchiſch, *tenax*, unde & Job. XII, 12. verterunt *πολὺν χρόνον*; denique pro יתגלע legiſſe, literarum metatheſi, יתעגל *jithhaggal*, quia עגל *hagal* eſt *βδελύττειν*. Sed ſive ita reverà legerint in Cod. ſuo; ſive legendum cenſuerint, lectionem noſtram meritò tam pravæ lectioni præferimus, nec violentam interpretationem probare poſſumus.

2. *Prudentia*] Quæ poſtulat ut taceamus id quod alios offendit, aut certè neminem juvare poteſt.

Animo ſuo aperiendo] בהתגלות לבו *bebithgalloth libbo*, in aperiendo, aut revelando corde ſuo. Satis manifeſtus eſt ſenſus, quem tamen adſequuti non ſunt LXX. Intt. nec Vulgatus. Habent illi pro לא יחפץ כסיל בתבונה lo jahhpots chſil bithbounah, *non delectabitur ſtultus prudentiâ*, *οὐ χρείαν ἔχει σοφίας ἐνδεὴς φρενῶν*: deinde, pro ſequentibus, *μᾶλλον δὲ ἄγεται ἀφροσύνῃ*, quibus nihil eſt commune cum Hebraïcis verbis. Vulgatus: *niſi ea dixeris quæ verſantur in corde ejus*, quæ paullò magis accedunt ad Hebraïca, ſed eorum ſenſum non exprimunt.

3. *Contemtus*] בוז bouz, *contemnere.* Improbi enim aliorum ſpretores ſunt.

Et cum ignominia probrum.] ועם קלון חרפה *vebim kalon hherphah.* Intellige ſuperbiam ejus ignorantiam comitari, quòd parvi pendat omnes præ ſe, & quòd probris eos inſectetur.

4. *Viri prudentis ore emiſſa*] דברי פי איש dibre phi iſch, *verba oris viri.* Supplevimus נבון nabon *prudentis*, quod ſequentia verba ſubaudiendum oſtendunt; neque enim ſermo eſt de garrulo & verboſo, ſed de eo cui ineſt מקור חכמה mkor hhochmah, *ſcaturigo ſapientiæ.* Simili imagine uſus eſt *Manilius* Aſtronom. Lib. II. ubi de *Homero:*

—— cujus ex ore profuſos
Omnis poſteritas latices in carmina duxit,
Amnémque in tenues auſa eſt deducere rivos
Unius fœcunda bonis.

Dionyſius Halicarnaſſæus de Compoſ. nominum p. 51. Ed. Oxonienſis: *Κορυφὴ μὲν ἂν ἁπάντων καὶ σκοπὸς ἐξ οὗ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλαττα, καὶ πᾶσαι κρῆναι δικαίως ἂν Ὅμηρος λέγοιτο*: *vertex verò omnium & ſcopus*, ex quo omnes fluvii & totum mare, & cuncti fontes *defluunt*, *jure Homerus dicatur.*

5. *Rationem habere*] *Accipere faciem* שאת פנים *ſeeth phanim*, quod *λαμβάνειν πρόσωπον* & unâ voce *προσωποληπτεῖν* vocant Scriptores Chriſtiani, poſt Judæos Helleniſtas, perinde eſſe ac *perſonæ rationem habere*, non rei, notiſſimum eſt. Vide Job. XXXIV, 19.

Ad evertendum innocentem] להטות צדיק *lehattoth tſaddik*, ad faciendum declinare juſtum. Adhibetur hoc verbum Cap. XVII, 3. ad ſignificandam *perverſionem viarum juris* hîc de reo dicitur, ut ſignificetur eorum improbitas qui impediunt, ne innocens id, quod jure ei debetur, conſequatur. Vide & Eſai. X, 2. Ham. V, 12. & Mal. III, 5.

Bonum non eſt] Id eſt, peſſimum *κατὰ λιτότητα.* LXX. Intt. ſic verterunt *θαυμάσαι πρόσωπον ἀσεβοῦς οὐ καλὸν, οὐδὲ ὅσιον ἐκκλίνειν τὸ δίκαιον ἐν κρίσει.* Vulg. *accipere perſonam impii non eſt bonum, ut declines veritatem Judicis.* Si adcuratè vertere ſolerent, præſertim in hoc libro, poſſet quis exiſtimare eos legiſſe צדק *tſedek* pro צדיק *tſaddik*; ſed tam licenter vertunt, ut res ſit incerta.

6. *Os ejus ad verbera concitat.*] ופיו למהלמות יקרא

7. Os ſtulti contritionem ei creat, & labia ejus laquei ſunt ejus animæ.
8. Dicta ſuſurronis ſunt adflatuum inſtar, atque in penetralia ventris deſcendunt.
9. Qui remiſſus eſt, in opere ſuo, frater eſt domino *ſua* corrumpenti.
10. Turris munita eſt nomen Jehovæ, ad eam currit innocens atque extollitur.
11. Copia divitis eſt ejus urbs munita, & veluti altus murus, prout ſibi fingit.
12. Ante comminutionem extollitur animus hominis, ſed gloriæ præit humilitas.
13. Qui reſpondet verbo priuſquàm id audierit, is ſtultè ſe gerit & propudioſè.
14. Spiritus viri fert ejus morbum, ſed fractum ſpiritum quis feret?

15. Ani-

יקרא ouphiv lemahalummoth jikra, *& os ejus ad verbera vocabit.* Verbum הלם *halam* eſt tundere præſertim malleo. Vide Pſ. LXXIV, 6. & infrà XXIII, 35. eſt *verberare.* Derivatum מהלמות *mahalummoth* verbera hîc & C. XIX, 29. ſignificat. Quod vertimus *ad litigandum*, לריב brib *ad litem*, impropriè verterunt LXX. Intt. εἰς κακά, ſed non æquat hæc παρερμήνεια horum verborum interpretationem, quæ ſic habet: Τὸ δὲ ςόμα αὐτοῦ τὸ θρασὺ θάνατον ἐπικαλεῖται. Poſtrema quidem ſyllaba מות legi potuit *maveth* & mors verti; ſed in litteris למהל quæ vox invenietur quæ τὸ θρασὺ verti queat? Vulgatus: *jurgia provocat*, ex conjectura.

7. *Contritionem ei creat*] מחתה לו mhitthah lo, *contritio ei* eſt, συντριβὴ αὐτῷ, ut bene LXX. Intt. *contritio ejus*, ut Vulg. Stulta dicta ſæpe gravium calamitatum cauſa ſunt, præſertim in regnis ἀνυπευθύνοις Orientis, qualia erant tempore Salomonis.

Laquei ejus animæ] *Laqueus animæ ejus*; hoc eſt, verbis a ſe prolatis illaqueatus in delictum incidiſſe intelligitur, quod non niſi morte piari poſſe putatur.

8. *Verba ſuſurronis*] דברי נרגן *dibre nirgan.* Vide ad Cap. XVI, 28.

Adflatuum inſtar] כמתלהמים *chemithlahamim*, ut adflantes. Hoc verbum cum alibi non exſtet, niſi in hac ipſa ſententia, totidem verbis concepta, C. XXVI, 22. negotium faceſſivit Intt. LXX. Intt. in toto hoc verſu vertendo vagati ſunt extra oleas, cùm habeant: ὀκνηροὺς καταβάλλει φόβος. Vulg. *verba bilinguis quaſi ſimplicia*; quarum verſionum nulla ratio neque è Lingua Hebraïca, neque è vicinis reddi poteſt. Recentiorum ſolâ conjecturâ fretorum hariolationes omittimus, adquieſcimúſque in interpretatione *Lud. Cappelli*, qui *inſpirationes* vertit, è poteſtate radicis Arabicæ להם *lahumu*, quæ ſignificat, *inſpiravit, infudit, imbuit, effecit occulto modo*, ut ſpiritus S. ſolet in animis hominum. Citat *Edm. Caſtellus* κατεαγότα, ex *Aquila*, Cap. XVIII, 8. hujus libri, quod facit ad adlatam interpretationem. Addit ὡς ἐν παιγνίῳ quaſi è *Symmacho.* Vide ad C. XVIII, 8. Ipſe interpretatur *proſternunt, dejiciunt, vulnerant, percutiunt*, quæ ſunt poteſtates radicis הלם *halam.*

In penetralia ventris deſcendunt] ירדו חדרי בטן *jaredou hhadre beten.* Vulg. *perveniunt uſque ad interiora ventris.* Vide ſimilem metaphoram Cap. XVII, 10. LXX. Intt. ψυχαὶ δὲ ἀνδρογύνων πεινάσουσι. Quid eſt ſimile in Hebraïcis? Hoc autem loquendi genere ſignificantur quos Latinè dixeris intimos animi receſſus. Vide infrà XX. 27, 30. XXII, 18.

9. *Qui remiſſus eſt*] מתרפה mithrappheh, *remittens ſe*; hoc eſt, qui remittit vires & induſtriam, præ pigritia. Vide Joſ. XVIII, 3. & infrà hujus Lib. C. XXIX, 10. LXX. Intt. ὁ μὴ ἰώμενος αὐτὸν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, quia מתרפא, per א, eſt *ſanans ſe*, ſed ſi ita ſcriptum fuiſſet, erat ex re ipſa vertendum *remittens ſe. Aquila:* παρ[illegible]λυόμενος, *Symmachus:* χαυνούμενος, incommodè, *Theodotion* rectiùs ἀνειμένος. Vulg. *qui mollis & diſſolutus eſt.*

Frater eſt domino ſua corrumpenti] אח הוא לבעל משחית *ahh hou lbahal maſchhhith.* Supplevi *ſua*, prædia, nempe, Sic LXX. Intt. αὐτοῦ & Vulgatus *ſua opera* ſuppleverant. Idem ferme eſt ea pravè & negligenter colere, quàm datâ operâ vaſtare. Quamobrem negligens *frater vaſtantis* dicitur à Salomone. Sic Græcis ſimilia dicuntur ἀδελφά & Latinis *germana*, pro ſimilibus.

10. *Turris munita*] מגדל עז migdal hoz *turris fortis*, aut *fortitudinis. Aquila & Theodotion:* πύργος κράτους, & Vulgatus: *turris fortiſſima.* At LXX. Intt. ἐκ μεγαλωσύνης ἰσχύος, legentes מגדל miggodel, perperam. Agitur de perfugio, & ſic vocatur Deus Pſ. LXI, 4.

Nomen Jehovæ] Invocatio, nempe, Dei, qui ſe ex animo invocantes non deſerit.

11. *Urbs munita*] קרית עזו kirjath huzzo, *urbs munitionis ejus*; quia putat, poſſe ſe divitiis ſuis incolumitatem parere.

Altus murus, prout ſibi fingit] כחומה נשגבה במשכיתו chehhomah niſchgaba bmaſchchitho, *ut murus altus in imaginatione ejus.* Græcè ἐν φαντασίᾳ. Vide Pſ. LXXIII, 7. & Ezek. VIII, 12. ubi eam facultatem animi ſignificat, quæ imaginatur. Alibi eſt *ſpeculatio*, aut quod *ſpectandum* exhibetur. Quod cùm ignoraret Int. Græcus, abſurdè vertit: ἡ δόξα αὐτῆς μέγα ἐπισκιάζει, & Vulgatus: *murus validus circumdans eum.*

12. *Ante comminutionem*] לפני שבר liphne ſcheber, *ante fractionem*; hoc eſt, antequàm conteratur, ut habet Vulgatus, πρὸ συντριβῆς ut LXX. Vide C. XVII, 19. Eadem ſcoteotia occurrit C. XVI, 8.

Gloriæ præit humilitas] *Et ante gloriam humilitas*; hoc eſt, qui in egregiis factis modeſtè ſe gerit gloriam conſequitur.

13. *Qui reſpondet verbo* &c.] *Faciens redire verbum, antequàm audiverit*; hoc eſt, reſpondens antequàm probè intellexerit id cui reſpondet, præſertim in rebus difficilioribus, aut majoris momenti, ſe ſe ludibrio exponit.

Stultè ſe gerit &c.] *Stultitia hæc illi & pudor.*

14. *Spiritus viri*] Hîc רוח rouahh, eſt animus fortis.

Quis feret?] Hoc eſt, nemo ſuſtentare poteſt, ſi ſibi ipſe prorſus deſit.

16. *Ei latiorem viam facit*] ירחיב לו jarhhib lo,

15. Animus prudens comparat peritiam & auris ſapientum quærit ſcientiam.
16. Donum hominis ei latiorem *viam* facit, & ad ſummates ducit.
17. Juſtus *videtur* qui prior cauſam agit, ſed veniens *poſtea* proximus ejus perſcrutatur hominem.
18. Sors finem imponit litibus, & inter potentes *eas* dirimit.
19. Frater, à quo *frater* deficit, *munitior eſt* urbe validâ, litéſque *ejus* ſunt inſtar vectis magnæ domûs.
20. Fructu oris viri venter ejus ſatiatur, fructu labiorum ſuorum expletur.
21. Mors & vita à lingua pendent, & qui eam amat fructibus ejus veſcetur.

22. Qui

lo, dilatat ei, nempe, viam; vel acceſſum ei facilem reddit, eóque adveniente ſubmovetur turba.

17. *Juſtus videtur* &c.] צדיק הראשון בריבו tſaddik hariſchon bribo, *juſtus prior in lite ſua*; hoc eſt, qui accuſat alium ſæpe juſtè accuſare eum videtur, & jure accuſationem eam ſuſcepiſſe, antequàm confutetur à reo, aut rei patrono. Itaque hîc צדיק non eſt *ſubjectum* ſed *prædicatum* hujus enunciationis, quæ ſic efferri jubet: prior cauſam agens eſt, ut videtur, juſtus. Monitum eſt perſpicuum & egregium, ut intelligamus de re numquam ex ſola actoris eſſe oratione judicandum, quæ videri poteſt jure niti, antequàm ejus confutationem audiverimus.

Veniens poſtea proximus ejus] Hoc eſt, reus, aut rei patronus, qui actori reſpondet.

Perſcrutatur hominem] וחקרו vehhokoro, & *perſcrutatur eum*; hoc eſt, rationes, quibus actor uſus eſt, adcuratè expendit, oſtendítque aut incertas, aut falſas eſſe, quæ ad factum pertinent; vel etiam jure oſtendit factum eſſe, quod accuſatur. Non poteſt hoc fieri, niſi patronus omnes facti circumſtantias, & legum etiam verba *perſcrutatus*, ut ſic dicam, fuerit; quo examine probat actorem, in altero, aut in utroque errare. Hæc per ſe clara paullò pluribus expoſui, quia multos Interpretes à ſenſu aberraſſe videbam, dum alii alios ſequuntur. Hæc autem eò ſpectant non tantùm ne quis cauſâ indictâ damnetur, ſed etiam ne quis oratione actoris, quamvis ſpecioſâ, ita ſe adfici patiatur, ut defenſioni rei aurem obturet, ſed ut rem integram relinquat, donec reum audiverit. LXX. Intt. δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. Si omiſiſſent ἑαυτοῦ, rectiùs feciſſent, nec fefelliſſent Vulgatum, qui habet: *juſtus prior eſt accuſator ſui*, à quo plures alii ſunt decepti. Sequentia meliùs: ὡς δ' ἂν ἐπιβάλῃ ὁ ἀντίδικος ἐλέγχεται. Vulgatus verò: *venit amicus ejus & inveſtigabit eum*. Poterat ex hiſce intelligere prius membrum à ſe malè verſum fuiſſe.

18. *Inter potentes eas dirimit*] ובין עצומים יפריד ouben hatſoumim japhrid. Poteſt referri יפריד ad מדינים midjanim, lites quas dirimit ſors, præſertim inter potentes, qui cùm paribus opibus polleant, malunt ſorte dirimi, quàm jure. Poſſit etiam יפריד referri ad rem controverſam, quam ſors dividit inter eos, ſine alterutrius querela, ut ſi de agris agatur, de quibus ſors jacitur.

19. *A quo frater deficit*] נפשע niphſchab. Nota eſt verbi פשע poteſtas, quâ *deficere* & generaliùs *delinquere* ſignificat. Sed non eſt facilè dictu quî hîc conveniat, niſi fortè hoc ſibi velit Salomon, cum frater à fratre proditus eſt, ejus iram non magis poſſe placari, quàm urbi munitæ & fortiter defenſæ vis inſerri; nec flecti magis quàm validus vectis, quo fores magni ædificii intus clauduntur, LXX. Intt. ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ſed neque hoc voce uſquam ſignificatur, neque ſequentibus ſatis convenit. Sic tamen etiam Vulgatus: *frater qui adjuvatur à fratre*. *Aquila*: ἀθετούμενος.

Munitior eſt urbe valida] מקרית עז mikkirjath hoz. Aut ſupplendum nomen Comparativi gradûs, propter מ, quod eſt ejus nota, apud Hebræos; vel aliud quid comminiſci oportet, quod mihi non liquere fateor. LXX. Intt pro מ legerunt, aut legendum putarunt כ, habent enim ὡς πόλις ὀχυρὰ καὶ ὑψηλή. *Aquila*: ἀπὸ πόλεως κράτους. Vulgatus: *quaſi civitas firma*. Solet ſequi LXX. Intt. ubi nec per ſe, nec aliorum Interpretum ope, ſe ſe extricare poteſt, quod in multis locis obſcuris animadvertimus. Fortè hanc ſibi legem fixerat *Hieronymus*, ne quid mutaret, cum melius nihil haberet quod proferret, quamvis à lectione Cod. Hebraïci abiiſſent LXX. Intt.

Litéſque ejus ſunt inſtar vectis magnæ domûs] מדונים כבריח ארמון, pro quo מדינים *midjanim* habent in margine Maſſorethæ. LXX. Intt. ἰσχύει δὲ ὥσπερ τεθεμελιωμένον βασίλειον. Exceptâ ultimâ voce, ſimile nihil eſt in Hebraïcis. Laudatus ex alio Int. ὡς μεμοχλευμένον βασίλειον. Vulg. *& judicia quaſi vectes urbium*. *Aquila*: δικασία ὡς μοχλὸς βάρεως. Unde liquet eorum Intt. temporibus eamdem fuiſſe lectionem Codd. Hebraïcorum, quæ nunc eſt. Sed fortè jam olim vitioſa fuerunt exemplaria, in hoc ſimilibúſque locis. Sed quis talia emendabit? Subibat mentem alia interpretatio, dum hæc ſcriberem, agi, nimirum, de fratre Regis, cujus rebellio magis eſſet timenda, quàm firmæ urbis defectio, & qui non magis flecti poſſet, quàm vectis ingens æreus quo clauditur magna domus. Vocula נפשע, paſſiva licèt, ſignificatu activo hîc ſumenda; nec certè utram in partem trahenda ſit quiſquam dixerit, cùm hîc tantùm legatur. Sed nihil adfirmo, in re uſque adeò obſcura.

20. *Fructu oris viri venter ejus ſatiatur*] Jam ſimile quid habuimus C. XII, 14, XIII, 2. ad quorum locorum prius vide notata. Hîc videtur reſpici ad eos, qui ſapientiâ & conſiliis ſuis Reipublicæ utiles eſſe poſſunt, & ſe ſe eâ ratione ſuſtentare.

21. *A lingua pendent*] *In manu linguæ*. Sapientis lingua eſt ſaluti, inſipientis exitio pro temporibus & locis.

Qui eam amat] Qui excoluit ſapientiam & eloquentiam, ut bene & prudenter loqueretur, emolu-

22. Qui nactus eſt *ſedulam* uxorem nactus eſt bonum, & conciliat ſibi favorem à Jehova.

23. Supplicia verba loquitur pauper, ſed dura reſpondet dives.

24. Quiſque ſibi *comparet* amicos, ut ſe ſe amicè *erga eos* gerat, nam amans magis adhæret *amato*, quàm frater.

XIX. *Multifariæ ſententiæ.*

Caput XIX.

1. MELIOR eſt pauper, qui ſe integrè gerit quàm perverſus labiis, qui ſtultus *eſt*.
2. Etiam ſine ſcientia cupiditas non eſt bona, atque is, cujus feſtinant pedes, peccat.

3. Stultitia

emolumentum, *vitam* ſecuram, & honores ex ea capiet; qui verò acuendæ linguæ ad maledicentiam operam dedit, dicacitatis ſuæ pœnas dabit, interdum etiam capitis. Quæ ſunt intelligenda de temporibus Reipublicæ quibus leges incolumes ſunt, virtutiſque & vitii ratio aliqua habetur. Alioqui nimis ſæpe contigit, adulatores omnium rerum copiâ florere, viros verò patriæ decora & ejus amantes interire ob recta conſilia; quod à *Ciceronis* ætate per plura ſæcula in Imp. Romano cernere licuit. Utinam verò Reipublicis Chriſtianis ſimilia exprobrari non poſſent!

22. *Qui nactus eſt ſedulam uxorem*] *Invenit uxorem*, ubi ſupple אשר *qui*. Addidi *ſedulam*, quia de uxore laudanda ſermo eſt, nec Salomo ignorabat non omnes eſſe laude dignas. Nuſquam, quod equidem ſciam, ſola vox אשה in meliorem partem ſumitur. Ideóque etiam LXX. Intt. *ἀγαθὴν*, Vulgatus *bonam* addidere. Vide C. XIX, 14. ubi *intelligens uxor* à Deo eſſe dicitur; quale *ἐπίθετον* hîc fortè excidit.

Nactus eſt bonum] טוב tob. *Ἐῦρε χάριτας* LXX. Intt. ut variarent, ut puto.

Conciliat ſibi favorem] יפק רצון *japhek ratſon*, hauriet favorem; hoc eſt, prudentiâ & pietate uxoris adjuvatur, ad ſibi Dei gratiam conciliandam. Poſt hæc verba, ſunt additamenta quædam in LXX. Intt. quæ non ſunt in Hebræo Cod. & quædam in ſeqq. quæ Hebraïcè leguntur, omiſſa. De quibus nihil dicam, quia ad intelligendum Hebræum Codicem, quem ſolum illuſtrandum ſuſcepimus, nihil faciunt. Sunt & alibi in hoc libro in Verſ. LXX. Intt. cùm redundantia, tum deficientia, nec verſio ullius Libri V. T. tam prava eſt.

23. *Supplicia verba*] תחנונים *thabbanounim*, Supplicationes.

Dura] עזות *hazzoth*, fortia, vel etiam impudentia.

24. *Quiſque ſibi comparet amicos*] איש רעים *iſch rehim*, vir amicos. Supplevi יקנה *jikneh*, comparet, quia hoc aut ſimile quiddam ſubaudiendum, vel fortè excidit.

Ut ſe amicè erga eos gerat] להתרועע *lehithroheah*; ut amicum ſe præbeat. Miſcentur hîc formæ רוע & רעה *amicum eſſe*, ut דום & דמה *ſilere*, בוז & בזה *ſpernere*, רוץ & רצה *currere*. Sunt qui deducant è רעע rahah, *rupit*, ut dicatur vir, qui amicos habet, *ſemet ipſe confringere*, quod eſt durum & abſurdum. Meliùs Vulgatus hic ſocialitatem quæſivit, qui vertit *vir amabilis ad ſocietatem*. Sequentia verba oſtendunt hîc uſum amicitiæ laudari. Huc facit verſ. 80. *P. Syri* in Ed. Gruteri:

Benevolus animus maxima eſt cognatio.

COMMENTARIUS

In Caput XIX.

1. *SE integrè gerit*] *Ambulat in integritate ſua.*

Perverſus labiis, qui ſtultus eſt] Hoc eſt, quàm fraudulentus, *licèt dives*, cùm ſtultus ſit. Addimus *licèt dives*, quia hæc eadem ſententia habetur C. XXVIII, 6. his verbis: *Melior eſt pauper qui ſe integrè gerit, quàm perverſus duplici via* (hoc eſt, duplicis animi) *qui dives eſt*. *Perverſus labiis* עקש שפתים *bikkeſch ſchpathajim*, & *perverſus duplici viâ* עקש דרכים *bikkeſch drachajim* idem ſignificant; nimirum, duplicem animum, qui tortiloquio fallit. Etiam Vulgatus addidit hîc *dives*, quia pauper nonniſi *diviti* opponitur.

2. *Cupiditas non eſt bona*] נפש לא טוב *nephesch lo tob*, animo non eſt bonum quid. Poſſet quiſpiam contendere, propter ignorantiam, *cupiditatem* non eſſe peccatum in hominibus imperitis; contrarium docet Salomo, cùm rem etiam indocti poſſint facilè intelligere, & reverâ intelligant, ſi eâ cupiditate lædantur. נפש *nephesch* autem vertimus *cupiditatem*, quod & alibi ſignificat, ut Pſ. XXVII, 12. XLI, 7. Ezek. XVI, 27. Conjungimus נפש cum טוב neglecto accentu, cujus nulla eſt apud nos auctoritas; quoties cum ſententia pugnat, ut paſſim. Novimus etiam eſſe fœminini generis, ſed ſubaudiendum eſt דבר *negotium*, ad quod refertur טוב, quamvis vertendo non expreſſerimus.

Atque is, cujus feſtinant pedes, peccat] *Feſtinat duobus pedibus*. Hoc vult, hominem qui præ feſtinatione, dum non adtendit quid agat, alii nocet, delinquere; quod vulgus interdum non adſequitur. Delicta ejuſmodi ſunt affinia iis, quæ ab imperitis, præ cupiditate, peccantur; ideóque utraque in unam ſententiam conjecta ſunt

3. *Stultitia*

Digitized by Google

3. Stultitia hominis pervertit ejus viam & contra Jehovam animus ejus indignatur.
4. Divitiæ multos amicos addunt, at tenuis ab amico ſuo diſſociatur.
5. Falſus teſtis non impunè feret, & qui mendacia profert non evadet.
6. Multi precantur principem, & viro munifico omnes ſunt amici.
7. Omnes fratres pauperis cum odio habent, quin etiam ſodales ab eo procul abſcedunt; verba ſequitur, quæ non ſunt.
8. Qui ſapientiam comparat animam ſuam amat, prudentiámque ſervat, quâ bonum conſequatur.
9. Falſus teſtis non impunè abibit, & qui mendacia profert peribit.
10. Non decet ſtultum delicias facere, quantò minùs ſervum imperare principibus?
11. Sapientia hominis ejus iram moratur, decoríque ei eſt defectionem miſſam facere.
12. Ira Regis *eſt* inſtar rugitus catuli leonis & favor ejus inſtar roris in herbam decidentis.
13. Filius ſtultus *eſt* ærumna patris ſui, & rixæ uxoris *inſtar* ſtillicidii perpetui.

14. Domus

3. *Stultitia hominis* &c.] אולת אדם תסלף דרכו *ivveleth adam theſalleph darebo.* De verbo סלף vide Cap. XIII, 6. Oſtendit hîc non eſſe excuſandam ſtultitiam, quaſi imperfectionem humanæ naturæ, eámque nulla cum malitia conjunctam; cùm ſit cauſa cur vita malè inſtituatur, & gravioribus delictis referta ſit.

Contra Jehovam animus ejus indignatur] על יהוה יזעף לבו *hal jehovah jizhaph libbe*, contra Jehovam indignabitur cor ejus, vel quaſi leges iniquas hominibus tuliſſet, vel quaſi ab ejus Providentia non ſatis rectè res humanæ adminiſtrarentur. Hæc ſtultitia parit, quia homines veſani neque virtutes Dei, neque vitia ſua intelligunt. LXX. Intt. non malè: τὸν δὲ θεὸν αἰτιᾶται & *Symmachus*: κατὰ κυρίου ὀργισθήσεται. Apud Ethnicos, quicumque ſe rebus adverſis premi immeritò putabant, hoc eſt, plerique omnes miſeri, graves querelas effundebant in Deos invidos, aut crudeles, quarum querelarum permulta exempla proferri poſſent.

5. *Falſus teſtis* &c.] *Teſtis mendaciorum.* Sic verſ. 9.

Non impunè feret] *Non innocens erit* Deus, aut homines pœnas de eo ſument. Infames tandem fiunt atque inteſtabiles, qui falſum teſtimonium tuliſſe deprehenduntur.

6. *Multi precantur principem*] יחלו פני נדיב *jebballou phne nadib*, orabunt faciem principis viri. Eſt idioma linguæ Hebraïcæ pro eo quod eſt, ſupplicare, placare, faventem ſibi reddere. Vide Job. XI, 19. Pſ. XLV, 13. LXX. Intt. θεραπεύουσι πρόσωπα βασιλέων. non malè.

Viro munifico omnes ſunt amici] *Omnis amicus* כל הרע *chol bareab. Viro doni*, לאיש מתן *leiſch mattban. Symmachus* bene: πᾶς φίλος ἀνδρὸς δομάτων, & Vulg. *amici ſunt dona tribuentis.* LXX. Intt. abſurdè: ὁ πᾶς δὲ ὁ κακὸς γίνεται ὄνειδος ἀνδρί.

7. *Omnes fratres pauperis* &c.] Conſanguinei, ut videtur, qui non ſemper ſunt amici.

Quin etiam ſodales] אף כי מרעהו *aph chi merebebou*, qui ſunt ſæpe amiciores, quàm conſanguinei.

Verba ſequitur, quæ non ſunt] *Sequi verba* dicitur pauper, qui fugientes amicos requirit, quia *verbo* tantùm fuerant amici. Sic Hoſ. XII, 2. *ſequi* (רדף *raddeph*, ut hîc) *Eurum* eſt inania captare διώκει ἀνέμους Sirach. XXXIV, 2.

Quæ non ſunt] לא המה lohemmah, *non illa.* Sic habetur in textu; in margine legitur לו *illi*, quod ſi ſequimur, ſenſus erit, pauperi amicis deſtituto nihil ſupereſſe, præter verba. In LXX. Intt. eſt hîc neſcio quæ lacinia, quæ nihil ad rem facit. Vulg. *qui tantùm verba ſectatur, nihil habebit.*

8. *Qui ſapientiam comparat*] קנה לב koneh leb, *qui comparat cor*, hoc eſt, ſapientiam, aut judicium. Idem νοῦς Græcè ſæpe dicitur, & *cor* etiam apud Latinos, unde *excors* & *vecors*, pro inſano. Vide Cap. XV, 32. LXX. Intt. φρόνησιν. Vulg. nimis obſcurè: *poſſeſſor mentis.*

Animam ſuam amat] Sui ipſius amans eſt, cùm ſibi meliùs conſulere nequeat. Vide XV, 32. ubi contraria faciens dicitur *animam ſuam aſpernari*; hoc eſt, ſui ipſius curam negligere.

10. *Non decet ſtultum delicias facere*] לא נאוה לכסיל תענוג lo naaveh lichſil thahanoug, *non decoræ ſunt ſtulto deliciæ.* Intelligitur deliciarum cùm verbis, tum factis oſtentatio. Quod Latini dicunt *delicias facere* aut *dicere.*

Quanto minùs ſervum &c.] Quantò minùs hominem natalibus ſervum, & libertatem à Rege conſequutum imperare Proceribus. Quod ſæpe liberti Regum fecerunt, præſertim in Oriente.

11. *Sapientia hominis*] שכל אדם ſchechel adam, *prudentia, intelligentia.*

Decorique ei eſt &c.] ותפארתו עבר על פשע vethiphartho habor hal phaſchah, *& decus ejus tranſire ſupra defectionem*, vel *delictum.* Vide Mich. VII, 18. Galli eodem planè ſenſu dicunt *paſſer par deſſus*, pro eo quod eſt ignoſcere. LXX. Intt. Τὸ καύχημα αὐτοῦ ἐπέρχεται παρανόμοις. Pro עבור *habor*, legerunt perperam עבר *babar* in præterito. *Aquila*: καὶ καύχησις αὐτοῦ παρέρχεσθαι ἐπὶ ἀθεσίᾳ, *Symmachus*: ἀγλάϊσμα αὐτοῦ ὑπερβαίνειν ἀδίκημα.

12. *Ira Regis eſt inſtar rugitûs catuli leonis*] נהם ככפיר זעף מלך *naham caccbephir zabaph melech*, rugitus ut catuli ira Regis; Hoc eſt, verba Regis irati æquè timenda ſunt, ac rugitus leunculi. Nam כפיר eſt juvenis leo, qui jam incipit prædari, ut liquet ex Ezek. XIX, 2, 3. Vide *Sam. Bocharti* 1. P. Hieroz. Lib. III. c. 1.

Inſtar roris &c.] Quo nihil lætiorem herbam reddit. Confertur cum nube ſerotinæ pluviæ prænuncia, C. XVI, 15.

13. *Ærumna patris ſui*] הות havvoth *patri*

ſuo:

14. Domus & divitiæ ſunt hereditas à Majoribus accepta, ſed mulier intelligens eſt à Jehova.

15. Pigritia ſomnum conciliat, ſed anima remiſſa famem patietur.

16. Qui obſervat præceptum animam ſuam ſervat, qui vias ſuas negligit, morte adficietur.

17. Qui largitur pauperi mutuum dat Jehovæ; qui præmium ei rependet.

18. Caſtiga filium tuum, cùm eſt etiamnum *emendationis* ſpes, nec ad eum interficiendum animum tuum inducito.

19. Iracundus fert mulctam *iræ ſuæ*, quin &, ſi *eum* liberaris, iterum tibi *liberandus erit*.

20. Audi conſilium & caſtigationem admitte, ut tandem ſapiens ſis.

21. Multa

ſuo. Vide Cap. X, 3. Hîc vertitur à LXX. Intt. αἰχύνη, ab *Aquila* & *Theodotione*: ἐπιβουλή, à *Symmacho*: ὀδύνη, & Vulg. *dolor*. Alioqui nequitiam ſignificat.

Inſtar ſtillicidii perpetui] ודלף טורד *vedeleph tored*. Occurrunt iterum hæc verba C. XXVII, 15. eadem de re, alibi nuſquam. Sed radis דלף *dalaph* ſtillandi ſignificatu nota eſt, Eccleſ. X, 18. altera vox uſu Chaldæorum & Rabbinorum trita. LXX. Intt. ut in locis obſcuris, quidvis ſine ratione adripiunt: οὐχ ἁγναὶ εὐχαὶ ἀπὸ μισθώματος ἑταίρας, quæ ab hoc loco planè aliena ſunt. *Aquila*: καὶ σταγὼν συνεχὴς ἀντιδικίας γυναικός, quod vertit Vulgatus: *ſecta jugiter ſtillantia litigioſa mulier*. *Symmachus*: καὶ σταγόνες κατασπεύδουσαι μάχαι γυναικός.

14. *Intelligens*] משכלת *miſchcheleth*. LXX. Intt. ἁρμόζεται, ex conjectura, non quòd aliter legerint. *Aquila* & *Theodotion*: ἐπιστήμων, *Symmachus*: συνετή, Vulg. *prudens*.

Eſt à Jehova] Parentes ſæpe malè eligunt, ubi filiis uxores collocant, quòd rationem habeant familiæ & divitiarum; quæ nihil ad indolem mulieris faciunt & ſæpe moroſam reddunt. Ipſi illi, qui uxorem ſibi deligunt, ex forma aut aliis, quæ nihil ad virtutem pertinent, frequentiſſimè falluntur. Itaque, ſi res bene cedat, plerumque, Providentiæ Divinæ debetur.

15. *Somnum conciliat*] תפיל תרדמה *shappbil thardemah*, facit cadere arctum ſomnum. Vide ad Gen. II, 21. LXX. Intt. abſurdè δειλία κατέχει ἀνδρόγυνον. *Aquila*: καταφορὰν, *Symmachus* & *Theodotion*: ὕπνωσιν.

Anima remiſſa] נפש רמיה *nepheſch remijah*. Vide dicta, de poſteriore voce, ad C. X, 4.

16. *Animam ſuam ſervat*] Vitæ ſuæ conſulit. Præterquàm quòd plures erant leges, pœnâ capitis ſancitæ; eadem pœna addita cenſebatur omnibus, quæ perfringebantur *mann elatá*, ſeu ex contemtu Legum à ſcientibus & volentibus conculcaturi, quod ſcelus morte pœnas dabat. Vide Num. XV, 30. Adde quòd qui in Leges minoris momenti ſciens & prudens peccat, ad graviores perfringendas non difficulter poſtea adducitur, ſibique mortis ſupplicium contrahat.

Qui vias ſuas negligit] בוזה דרכיו *bozeh drachau*, contemnens vias ſuas, hoc eſt, qui ita vitam inſtituit, ut in leges divinas non inquirat; ſed temerè adfectibus indulget, ſine ullo liciti ac illiciti diſcrimine.

Morte adficietur] Eſt in textu יומת *joumath*, in Hophal, quod ſequuti ſumus, potiùs quàm ימות *jamouth*, marginis; quia agitur de pœna infligenda.

17. *Mutuum dat Jehovæ*] Vide ſuprà XIV, 21. & Matth. XXV, 40. Deus fit fidejuſſor, in gratiam pauperum, iis qui eos, pro copiis ſuis, donant.

18. *Nec ad eum interficiendum* &c.] Hoc eſt, noli committere negligentiâ tuâ, ut conſceleratus factus, tandem legibus, capitis pœnas luat. Pater *interficere* videtur filium ſuum, qui caſtigationibus ſuis maturè non antevertit ſcelera, quæ nonniſi morte pœnas dant.

19. *Iracundus*] גרל חמה *gral hhemah*, in margine emendatur גדל *gdol* magnus irâ, quod expreſſit *Theodotion*, qui habebat: μεγαλόθυμος, fortè ex *Aquila*. LXX. Intt. κακόφρων, minùs commodè.

Si eum liberaris &c.] אם תציל ועוד תוסף *im thattſil vehod theſiph*; ſi liberaveris, & adhuc addas. Neque enim liberatus iracundus, propterea iracundiæ valedicit, ſed ſæpiùs peccat, amicorúmque auxilio ſæpiùs indiget. LXX. Intt. ἐὰν δὲ λοιμεύηται, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ προσθήσει; quaſi legiſſent יוסף joſiph, *addet*, quod fortè non eſt ſpernendum, cetera non ſunt nauci. *Aquila* & *Theodotion*: ὅτι ἐὰν ἀφέλῃς (vel ῥύσῃς) καὶ ἔτι προσθήσεις, hoc eſt, יוסף *joſiph*. Vulg. *& cùm rapuerit alind adponet*, perperam.

20. *Audi conſilium* &c.] LXX. hæc referunt ad patrem; habent enim: ἄκουε υἱὲ παιδείαν πατρός. Nihil opus eſt, nam & amici conſilia dant, & caſtigant.

Ut tandem ſapiens ſis] *Ut ſis ſapiens, in extremitate tua*; hoc eſt, ſaltem ſenior factus.

21. *Multa ſunt conſilia*] Aut *multæ cogitationes*, hoc eſt, homo multa animo verſat, quæ ad effectum perducere nequit.

Effectum ſortietur] תקום thakoum *ſtabit*. Vide Jerem. XLIV, 28, 29.

22. *Cupiat homo ſe benignum eſſe*] תאות אדם חסדו thaavath adam hhaſdo, *cupiditas hominis benignitas ejus*. Si nihil hîc ſit corruptum à librariis (nam alibi ſimile loquendi genus non legitur) ſenſum eſſe puto: nullam virtutem ſibi hominem uſque adeò concupiſcere oportere, quàm benignitatem; quippe quæ eſt humanæ naturæ maximum ornamentum, & ſocietatis civilis maximum vinculum; quo ſi quis careat, licèt prædives ſit, contemnitur. LXX. Intt. תאות καρπὸν vertere, & ſic interdum fructus vocatur. Vide Gen. XLIX, 26. & quæ illic notavimus.

Melior eſt pauper mendace] טוב רש מאיש כזב veteb raſch meiſch chazab, *melior pauper homine*

21. Multa ſunt conſilia in corde hominis, ſed Jehovæ demum conſilium effectum ſortietur

22. Cupiat homo ſe benignum eſſe, melior eſt pauper mendace.

23. Timor Jehovæ vitæ *ſervandæ utilis*, *eo præditus* ſatur pernoctabit, neque malo ullo adficietur.

24. Piger abdit manum ſub axilla, neque ad os eam refert.

25. Deriſorem percutias, & ſimplex fiet cautus; ſi quis increpaverit intelligentem, peritior fiet.

26. Spoliat patrem *&* fugat matrem filius, qui pudore & probro *eos* adficit.

27. Deſine, fili, audire inſtitutionem, ut aberres à verbis eruditis.

28. Teſtis nequam jus ridet, atque os improborum iniquitatem deglutit.

29. Parata ſunt irriſoribus judicia, & verbera corpori ſtultorum.

XX. Gnomæ

mine mendacii; hoc eſt, præſtat pauperem eſſe, quàm ſpecie externâ Divitiarum fallere homines; qui inde ſpem concipiunt ſore ut ejuſmodi homo ſit liberalis. Ea enim *falſa & mendacia* dicuntur, quæ ſpecie extrernâ decipiunt ſpectantes. Sic *liberatio hominis* dicitur *mendacium* Pſ. LX, 13. & *equus* Pſ. XXXIII, 17. qui, nempe, cùm videantur liberare poſſe ab hoſtibus, primo intuitu, re verâ tamen præſtare id non poſſunt, aut nolunt. Eſaiæ XXVIII, 57. *ſpes mendacii*, ſpes eſt fallax proventûs agrorum. Jerem. XV, 18. *mendax aquæ* vena eſt quæ non eſt perennis cùm ejuſmodi eſſe crederetur. Sic & Cap. XXV, 14. *donum mendacii* eſt quod falsò quis pollicetur. LXX. Intt. hac Paraphraſi uſi ſunt: *κρείσσων δὲ πτωχὸς δίκαιος ἢ πλούσιος ψευδής*, nec omnino aberrarunt à ſenſu; pauperi enim nemo opponitur, præter divitem. Vulg. *homo indigens miſericors eſt, & melior eſt pauper, quam vir mendax.*

23. *Timor Jehovæ vitæ* &c.] יראת יהוה לחיים *jirath Jehovah labbajim*, timor Jehovæ ad vitam; nempe, tendit, aut utilis eſt. Sic & C. XI, 59 *juſtitia ad vitam* tendit, aut utilis eſt.

Eo præditus] Neceſſariò hoc fuit ſupplendum Latinè loquenti; nemo enim ferat dicentem; *timor Jehovæ ad vitam ſatur pernoctabit*, ac ſanè timentem Dei poſtremis duabus vocibus ſignari nemo dubitet.

Satur pernoctabit] שבע ילין *ſchabeah jalin*, hoc eſt, ad ſatietatem omnibus bonis abundans perſeverabit. De voce *ſatur*, hoc ſenſu, vide Deut. XXXIII. 23. Jerem. XXXI, 14. *Pernoctare* verò, לון *lonn*, eſſe permanere liquet ex Cap. XV, 31. Pſ. XXV, 13.

Neque malo ullo adficiatur] *Non viſitabitur malo.* Sic hunc verſum expreſſerunt LXX. Intt. *φόβος κυρίου εἰς ζωὴν ἀνδρί, ὁ δὲ ἄφοβος αὐλισθήσεται ἐν τόποις, οὗ οὐκ ἐπισκοπεῖται γνῶσις.* Nempe ultimam vocem hujus verſûs רע *rah*, malum, legerunt דע *deah*, quod perinde eſt ac *γνῶσις*. Alius interpres Græcus, fortè *Symmachus*, verterat: *ἐμπλησθεὶς αὐλισθήσεται ἄνευ ἐπισκοπῆς πονηρᾶς.*

24. *Sub axilla*] בצלחת *battſallahhath*. Verterunt LXX. Intt. *κόλπον*, ſed conſtanter dicitur חיק *hhek*. At *Aquila μασχάλην*, *Symmachus μάλην*, Vulg. *aſcellam.* Quos ſequuti ſumus, potiùs quàm eos, qui *ollam* verterunt, quod non convenit huic loco; cui optimè convenit geſtus hominis complicatis manibus ſtantis, aut ſedentis, qui geſtus eſt otioſi.

Neque ad os eam refert] Quaſi eum pigeret manu ſuâ cibos ſumere & ori ſuo admovere. Quod eſt aut Hyperbole, ad deſcribendam ſummam pigritiam, ſeu adluſio ad conſuetudinem nonnullorum auſtralium populorum, quorum Summates & Reges aliena manu utuntur ad cibum ſumendum: Sic *Jobus Ludolphus* Hiſt. Æthiopicæ Lib. II. c. 12. num. 14. è *Baltazare Telleſio* Luſitano: *Quod vix credideris*, inquit, *& Rex & ſummi regni Proceres proprias manus ad os ferre grave ſibi putant. Pueri enim aulici cibos ſecant, offas in os ingerunt, juſto majores autem inſerciunt, haud ſecus ac ſi altiles aves ſaginarent. Etiam micas, quæ fortè deciderunt colligunt, juſculóque interdum bene tinctas ori indunt.*

25. *Deriſorem percutias*] Nempe, deriſorem virtutis, cujus pœna exemplum eſt ſimpliciori, ne ſimilia faciat; qui, ſi videret irriſorem eorum, quæ laude digna ſunt, impune ferre, ad ſimilia & ipſe prolaberetur.

Fiet cautus] ישרים *jabrim*; ſubaudi, לבו *libbo*, *cor ſuum.* Verbum enim vim habet activam, quamvis Latinè loquentes paſſivum adhibuerimus.

Peritior fiet] יבין דעת jabin dahath, *intelliget ſcientiam*, ubi נפשו *naphſcho*, animam ſuam docebit ſcientiam.

26. *Spoliat patrem* &c.] Qui ea facit, quorum causâ pudore parentes ſuffunduntur, idem facit ac ſi bona patris diriperet, matrémque ædibus paternis ejiceret.

27. *Ut aberres* &c.] *Ad aberrandum à verbis ſcientiæ*; hoc eſt, ſi nullam rationem habere admonitionum ſtatuiſti, ne eas ampliùs audias; neque enim moneris tantùm ut ſcias quid officii tui ſit, ſed ut id exſequaris.

28. *Iniquitatem deglutit.*] יבלע און *jeballeah aven.* Vitiis & malefactis animus ejus quaſi cibo paſcitur: ut alii aluntur eo quod *os deglutiit.*

29. *Parata ſunt irriſoribus judicia*] Hoc eſt, in jus ob improbos ſermones, quibus virtutem irrident, & propter malefacta ſua vocabuntur; pœnáſque, quas commeriti ſunt, dabunt.

Verbera] מהלמות *mahalumoth.* LXX. Intt. *τιμωρίαι*, quod nimis generale. *Theodotion: συγκλάσεις. Symmachus: σφυροκοπίαι*, quaſi *σφύρᾳ* cæderentur, quia הלמות eſt *malleus* Jud. V, 26. Sed quævis *verbera* intelligenda, nec Etymologiæ ratio ſemper habenda; quod *Aquilæ* meritò exprobratum.

XX. *Gnomæ miſcellæ.*

CAPUT XX.

1. DERISOR eſt vinum, tumultuatur ſicera; quiſquis ea in re errat ſapiens non eſt.

2. Terror Regis eſt perinde ut rugitus catuli leonis, qui ei iraſcitur peccat in ſuam *ipſius* animam.

3. Honorificum eſt viro ſuperſedere à lite, ſed quivis inſanus ſe *ei* miſcet.

4. Propter *frigus* autumni piger non arat, & meſſis *particeps fieri* petit, nec eſt *qui facere velit.*

5. Aqua profunda eſt conſilium in corde hominis, unde haurit vir prudens.

6. Multi homines ſunt, quorum ſingulorum celebratùr benignitas; ſed virum fidelem quis inveniet?

7. Integrè conſtanter ſe gerit juſtus, & beati ſunt, poſt eum, ejus filii.

8. Rex

COMMENTARIUS

In CAPUT XX.

1. DEriſor eſt vinum*] לֵץ הַיַּיִן *lets hajjajin*; hoc eſt, facit ut homines irrideant quæ ad officium ſuum pertinent. Quoſdam, ut notum, vinum immodicum ita exhilarat, ut omnia, etiam ſanctiſſima, rideant; unde *jocoſus Lyæus.*

Tumultuatur ſicera] הוֹמֶה שֵׁכָר *homeh ſchechar.* Homines, nempe, ad tumultuandum concitat. *Hieronymus* Ep. ad Nepotianum Tom. IV. P. 2. pag. 264. Ed. Ben. SICERA, inquit, *Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt; ſive illa quæ frumento conficitur* (*cereviſia* noſtra) *ſive pomorum ſucco* (quæ *ſidrum* hodie vocatur) *aut cùm favi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem* (Hydromeli) *aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem* (vinum è dactylis, nam aliud eſt quod è cortice palmæ aperto defluit) *coctiſque frugibus aqua pinguior coloratur;* (quæ eadem ac cereviſia) *Quidquid inebriat & ſtatum mentis evertit fuge ſimiliter, ut vinum.*

2. *Ut rugitus catuli*] Vid. ad C. XIX. 12.

2. *Qui ei iraſcitur*] מִתְעַבְּרוֹ *hithabbero.* Significat quidem hoc verbum in Conjug. *Hithpaël*, iraſci Deut. III, 26. Pſ. LXXXIX, 39. habétque vim reciprocam, quam Galli exprimunt his verbis *ſe mettre en colere.* Attamen non mihi diſpliceret: παροξύνων αὐτὸν, *irritans eum* LXX. Intt. aut *qui provocat*, ut Vulg. Int. Sed quia quiſquis palam iraſcitur ſummæ poteſtati, eam etiam irritat, nihil mutandum cenſui. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: ὑπερβαλών, perperam.

In ſuam ipſius animam] חוֹטֵא נַפְשׁוֹ *hhoteh naphſcho*, pro בְּנַפְשׁוֹ *bnaphſcho*, hoc eſt, in vitam ſuam. Quod debet intelligi de ſeditioſis, non de caſtigationibus Prophetarum, qui à Deo miſſi impavidè ſæpe in Reges ſunt invecti.

3. *Honorificum eſt*] *Gloria viro.*

Superſedere à lite] שֶׁבֶת מֵרִיב *ſchebeth merib*, *ſedere* ſeorſim *à lite*, vel *rixa.* LXX. Intt. ἀποστρέφεσθαι λοιδορίας, non ſatis commodè. *Aquila*: καθίσαι ἀπὸ ἀντιδικίας, rectè. *Symmachus*: ἀποχωρῆσαι ἀπὸ ἀηδίας, ſi modò emendatè hæc lectio ad nos pervenit. Vulg. *qui ſeparat ſe à contentionibus.*

Se ei immiſcet] יִתְגַּלָּע *jithgalleah*, vide ad Cap. XVII, 14. Bene LXX. Intt. συμπλέκεται, & *miſcentur* Vulg. *Aquila*: ἐξυβρισθήσεται, *Symmachus*: ἀποκαλυφθήσεται, incommodè uterque.

4. *Propter frigus autumni*] מֵחֹרֶף *mehhoreph*, propter autumnum. Vide notata à nobis ad Geneſ. VIII, 22. ubi oſtendimus hac voce *autumnum* ſignificari. Sed hîc non tam *autumnus*, quàm autumni frigus intelligitur. Extremo autumno pluviæ ſunt frequentiores & frigus acrius, etiam in locis calidis; attamen poſt ſationem frumenti, ſeritur etiam hordeum fermè ad brumam. Virgilius Georg. Lib. I, 210.

— *Serite hordea campis*
Uſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem;

hoc eſt, antequàm hibernæ pluviæ cadant. Vide *Palladium* de RR. ad menſes Novembrem, & Decembrem. LXX. Intt. vocem מֵחֹרֶף putarunt eſſe participium *Pihel*, à radice חָרַף *conviciatus eſt*, & pro מֵחֹרֶף legerunt מְחָרֵף quo peccato admiſſo, à totiùs veriùs ſententia aberrarunt: ὀνειδιζόμενος ὀκνηρὸς οὐκ αἰσχύνεται, ὡς ὁ δανειζόμενος σῖτον ἐν ἀμήτῳ. Bene *Symmachus*: διὰ ψῦχος ὀκνηρὸς οὐκ ἀροτριάσει, καὶ αἰτήσει ἐν ἀμητῷ καὶ οὐχ εὑρήσει. Vulg. *propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei.*

5. *Aqua profunda* &c.] Vide Cap. XVIII, 4.

6. *Multi homines* &c.] *Multitudo hominum clamat quiſque benignitatem ſuam.*

Virum fidelem] אִישׁ אֱמוּנִים iſch emounim, *virum fidelitatum*; hoc eſt, qui amico per omnia, etiam difficilibus temporibus, fidus ſit.

7. *Integrè conſtanter ſe gerit*] מִתְהַלֵּךְ בְּתֻמּוֹ mithhallech bthummo, *dat operam ut* conſtanter *ambulet in* integritate ſua. Hæc enim vis conjugationis Hithpaël.

Beati ſunt] Si modò veſtigia ejus ſequantur. Quin & erga delinquentes longanimem magis ſe præbet Deus, propter Majorum virtutes.

8. *Sedens in ſolio* &c.] Qui non tantùm per Miniſtros, ſed & ipſe per ſe jus dicit. Quod antiquiſſimis temporibus ubique fermè fieri ſolebat, etiam apud Medos. Vide quæ *Herodotus* habet de Dejoce Lib. 1. c. 96. qui tamen Rex ſalutatus primus omnium inſtituit μήτε ἐσιέναι πρὸς βασιλέα μηδένα συγχωρέειν, δι' ἀγγέλων

δὲ

8. Rex ſedens in ſolio judicii, oculis ſuis, omne malum diſſipat.

9. Quis dicat: purgavi cor meum atque à peccatis meis mundus ſum?

10. Duplex pondus & duplex Epha, utrumque eſt abominationi Jehovæ.

11. Etiam puer ex ſtudiis ſuis noſcendum ſe præbet, *ut ſcias* an mundus ſit & opus ejus rectum.

12. Auris audit & oculus videt, utrumque etiam fecit Jehova.

13. Ne ames ſomnum, ne in paupertatem incidas; aperi potiùs oculos tuos, & pane ſatiator.

14. Malum, malum eſt, inquit emtor, ſed cùm abierit apud ſe gloriabitur, *quaſi vili pretio emerit.*

15. Aurum & multæ margaritæ *magni fiunt*, ſed inſtrumentum pretioſiſſimum ſunt labia erudita.

16. Aufer veſtem *ſponſoris*, cùm ſpoponderit in gratiam extranei, ut pro extraneis ſit *tibi* pignus.

17. Suavis

δὲ πάντα χρῆσθαι, ὁρᾶσθαί τε βασιλέα ὑπὸ μηδενός, *non pati quemquam ad Regem ingredi, per internuncios reſpondere, Regémque à nemine conſpici*, ut idem Hiſtoricus habet c. XCIX.

Oculis ſuis] Cùm, nempe, Regis interſit omnibus jus æquabile dici è legibus receptis, nemini in civilibus negotiis injuriam fieri, cúmque ſit longè ſupra omnes poſitus; neque adfectibus, neque invidiâ erga privatos uſque adeò laboret, ac ejus Miniſtri. Præterea, pro jure ſummi imperii, ubi animadvertit injuriam cuipiam factam, ſine mora ea ut reparetur efficere poteſt, quod non ſemper poſſunt Miniſtri, ſi lis ſit inter viros aut familias potentes.

9. *Quis dicat* &c.] Hoc eſt, nemo unus eſt, inter homines, qui ſe peccati immunem dicere ſuſtineat, aut certè contendere jure poſſit. Quod intelligendum, ut alia ſimilia loca, de ætate, in quam cadit peccatum. Soli enim adulti poſſunt ſeriò cogitare de *purgando corde ſuo.*

10. *Duplex pondus*] *Lapis & lapis.* Vide C. XI, 1. XVI, 11.

Duplex Epha] *Epha & Epha*; hoc eſt, duplex menſura, nam unum menſuræ genus, pro omnibus, profertur. Si quis habeat Epham majorem æquo ad metiendum id quod emere vult, & juſtò minorem, ad metiendum quod vendit; graviſſimam hanc eſſe injuſtitiam nemo poſſit negare.

Utrumque eſt abominationi &c.] Etiam ambo ſunt abominationi Jehovæ.

11. *Etiam puer ex ſtudiis ſuis*] Hoc eſt, non tantùm adulti, ſique quorum habitus ſunt longâ conſuetudine firmati; ſed & pueri, aut adoleſcentuli oſtendunt ex ſtudiis ſuis, quales ſint, & quid de iis ſperare liceat. Quod præſertim de eximiis, in ſuo genere, viris verum eſt. Ex *ſtudiis ſuis* vertimus במעללים *bmahalulim*, quia hac voce non tam ſingularia facta, quàm ſtudia quæ ſe ſe pluribus factis produnt, ſignificantur. Vide 1. Sam. XXV, 3. Jer. IV, 18. Zach. I, 6. Vocant Græci ἐπιτηδεύματα, ut bene hîc LXX. Intt. & *ſtudia* Vulgatus.

Noſcendum ſe præbet] יתנכר *jithnaccher* quod verbum tribus aliis locis, in quibus occurrit, Gen. XLII, 7. 1. Reg. XIV, 5, & 6. ſignificat *alienum ſe ſimulare*, poteſtate ductâ à נכר nechar, *alienus*; ſed hinc manifeſtum eſt *præbere ſe cognoſcendum* in Hithphaël, ut in Hiphil הכיר *hicchir* eſt facere ut quidpiam innoteſcat. Bene *Symmachus*: ἐπιγνωρισθήσεται νέος, ſi intelligas quaſi dixiſſet ἐπιγνωρίσει ἑαυτόν. Vulg. *Intelligitur puer.* Malè LXX. Intt. συμποδισθήσεται.

An mundus ſit &c.] Hoc eſt, an ſit probo animo, ſive delectetur rectè factis. Indoles enim etiam in rebus minoris momenti & puerilibus ſe ſe prodit; quod multis exemplis, magnorum præſertim virorum, oſtendere liceret. Vix ullum eſt inſignius, exemplo Cyri Perſarum Regis, qui cùm educaretur, quaſi filius Paſtoris Regii, ſe Regis inſtar geſſit, ut narrat *Herodotus* Lib. I. c. 114. aut qui dixit ea quæ filio magni Regis digna erant, cùm etiamnum puer eſſet, ſi *Xenophonti* credimus, Lib. I. Κύρου παιδείας.

12. *Auris audit* &c.] Hæc quamvis propriè, intellecta de creatione organorum & facultatum hominis, ſint veriſſima, & digna quæ ſæpiùs à nobis in animum revocentur; erant tamen nimis nota, quàm ut, inſtar Gnomæ cujusdam, à Salomone proferantur. Exiſtimarim ergo hoc velle ſapientem Regem, non in corpore unius hominis, ſed in totius Reipublicæ corpore, eſſe varias dotes à Deo ſingulis collatas in totius Reipublicæ utilitatem ac ſalutem; in qua non oportet tantùm eſſe, exemplo ut hoc utar, qui imperent, aut qui pareant; omnes enim nequeunt imperare, neque omnes parêre. Sed tamen has dotes & alias ſimiles felicitati Reipublicæ neceſſarias, licèt impares, omnes à Deo profluxiſſe; ut homines mutuâ utilitate faciliùs in corpus unum coaleſcerent; neque ullas, quæ proſunt Reipublicæ, eſſe contemnendas. Erit ergo hîc quoque משל, ſeu ſimilitudo, cujus πρότασις tantùm profertur, omiſſâ ἀποδόσει, quæ facilè ſuppletur.

14. *Malum, malum* &c.] Eſt μίμησις ementis qui ſpernit mercem, quam emere vult, apud venditorem; ſed quam, ubi vili pretio emtam abſtulit, gloriatur, quaſi re bene geſtâ. Quod eſt flagitium, præſertim ſi venditor ſit ignarus veri pretii mercis, aut egenus, qui, fame urgente, à juſto pretio multum remittat; ut, acceptâ præſenti pecuniâ, fami ſatisfaciat.

15. *Magni fiunt*] Eſt tantùm: *ſunt aurum & multitudo margaritarum*, ubi ſupplendum ex ſequenti membro יקרים jekarim, *pretioſa.*

16. *Aufer veſtem ſponſoris, cum ſpoponderit* &c.] לקח בגדו כי ערב זר lkahh bigdo chi harab zar, *aufer veſtem ejus, cùm ſpopondit pro peregrino.* Non jubet ablationem veſtis ſponſo-

 rit,

17. Suavis eſt homini panis mendacio *partus*, ſed poſtea os ejus calculis oppletur.
18. Cogitationes conſilio firmantur; arte bellum gerito.
19. *Iis, qui* revelant arcanum, qui ſe gerunt doloſè, qui labiis adlliciunt, ne te miſceas.
20. Maledicentis patri, aut matri exſtinguetur lucerna, in denſis tenebris.
21. Poſſeſſio feſtinanter parta *laudatur* initio, ſed tandem *nemo* bene de ea loquitur.
22. Ne dicas rependam malum, verùm exſpecta Jehovam & te ſervabit.
23. Abominatio eſt Jehovæ duplex pondus, nec doloſa ſtatera bona eſt.
24. A Jehova ſunt greſſus viri, *quomodo* enim homo viam ſuam intelligeret?
25. Laqueus eſt homini devorare rem ſacram, & poſtea vota quærere.
26. Disjicit improbos Rex ſapiens, curátque in eos rotam redire.

27. Lu-

ris, quaſi hoc ſit officium boni viri; ſed hoc vella videtur, eum, qui ſpondet, pro extraneo debere hoc exſpectare, ab eo, cui ſpopondit; cùm videri poſſit ſciens & volens ſpopondiſſe, animo fallendi, cùm fidejuberet pro extraneo, qui aufugere facilè potuit, ne ſolvere cogeretur. Cùm nemo cogatur ſpondere, ſponſoris eſt ſecum reputare an poſſit pro debitore ſolvere, cùm ſe ejus loco ſubſtituat.

17. *Panis mendacio partus*] *Panis mendacii*, hoc eſt, jucundum eſt improbis ſibi mendaciis comparaſſe unde vitam ſuſtentent; ſed tamen eos moleſtias in fruitione rei malè partæ experiri, ut ſi quis fraude ſibi lapidoſum panem comparaſſet.

18. *Cogitationes conſilio firmantur.*] מחשבות בעצה תכון mahhaſchaboth behetſah thicchon, *cogitationes*; hoc eſt, unaquæque cogitatio *conſilio firmatur*. Conſtructio frequens, apud Hebræos. Vide Cap. XIV, 1, 3, 9. & alibi ſæpe bellum gerenti interdum ſtratagema animo obverſatur, quod tamen ad conſilium ducum referendum, quo, ſi prudens videatur, confirmetur.

Arte bellum gerito] בתחבלות batthahhbuloth, *artibus*, vel *callidis conſiliis*, non ſolâ vi. *Conſilio meliùs vincas, quam iracundiâ*, ait *P. Syrus* verſ. 129.

19. *Iis, qui revelant arcanum*] Eſt גולה סוד הולך רכיל *goleh ſod holech rachil.* Quod viſum eſt vertendum, quaſi eſſet לגולה & להולך *legole* & *leholech*, revelanti arcanum, incedenti fraudulenter & adlicienti labiis ſuis &c. Alioqui primorum verborum conſtructio penderet. Ita quoque verſu ſequente, ſubauditur ל & paſſim.

20, *Exſtinguetur lucerna*] Hoc eſt, poſteritas omnis interibit. Vide 1. Reg. XI, 36. XV, 4. 2. Reg. VIII, 19.

In denſis tenebris] באישון חשך beiſchoun hhoſchech, *in nigrore caliginis*. In graviſſimis calamitatibus, quæ ſæpe voce *tenebrarum* ſignificantur. Vide Exod. X, 22. Pſ. CXII, 14. Eccleſ. V, 16. & paſſim. Vim etiam addit orationi, Hebraïco more, ſynonymorum conjunctio & conſtructio inter ſe. Sic & ζόφος τοῦ σκότους habetur 2. Pet. II, 17. & Jud. 13. Vide plura exempla, apud *Sal. Glaſſium* Phil. Sacræ Lib. III. Tr. I. can. 32.

21. *Feſtinanter parta*] מבוהלת mboheleth, feſtinans; hoc eſt, non ſatis inſpectæ, priùs quàm emeretur, nec proinde ſatis notæ, cùm primùm aditur *laudatur*; revocandum enim hîc eſt è ſequentibus תברך theborach, *benedicitur*, hoc eſt, laudatur.

Initio] *Initio ejus.*

Sed tandem nemo &c.] ואחריתה לא תברך *veabbaritha lo theborach*, & poſterius ejus tempus non laudabitur. Quia, nimirum, ipſo cultu prædii deprehenſa ſunt ſoli, aut aëris vitia.

22. *Ne dicas reddam malum*] Ne apud te, ultionem mediteris, ut ab inimici injuriis liberteris; Deus enim ipſe, ſi quieſcas, te liberabit.

23. *Abominatio* &c.] Vide C. XI, 1. & ſupra verſ. 10.

24. *A Jehova ſunt greſſus viri*] מיהוה מצעדי גבר *meadonai mitsbade gaber*. Hîc גבר *geber* & אדם idem ſunt, ut ſequentia oſtendunt & hominem quemvis pium ſignificant. Senſus eſt, neminem ſcire, quis exitus ſit futurus eorum, quæ adgreditur, à Deo enim eum pendere. Vide C. XVI, 9 & Jerem. X, 23.

25. *Laqueus eſt homini* &c.] מוקש אדם ילע קדש *mokeſch adam jalah kodeſch.* Volunt ילע eſſe Futurum *Hiphil* verbi לוע *louah*, quod eſt *abſorbere*, cujus formæ exempla vide apud *Joan. Buxtorfium*, ad Fut. *Hiphil* quieſcentium ſecundâ ו. Si res ita habet, ſupplendum erit אם *ſi*, hoc ſenſu: ſi homo abſumſerit rem Deo conſecratam, quam alii, præter Sacerdotem, adtingere nefas fuerit; is laqueo nexus eſt; hoc eſt, laqueo delicti. Sed fortè ילע *jalah* eſt infinitivus inuſitatæ radicis. Vulg. *ruina homini eſt devorare ſanctos*, potiùs *ſancta*. LXX. Intr. παγὶς ἀνδρὶ ταχύ τι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι. Bonus eſt ſenſus, ſed verbis non convenit. *Aquila*: σκῶλον ἀνθρώπῳ καταπίεσθαι ἡγιασμένον quod quid ſibi velit non adſequor.

Et poſtea quærere vota] LXX. Intt. μετὰ γὰρ τὸ εὔξασθαι μετανοεῖν γίνεται. Vulg. *& poſt vota retractare*. Eſt Hebraïcè: ואחר נדרים לבקר veahhar ndarim lbakker, *& poſt vota ad quærendum*, quæ vix poſſunt hoc ſignificare. Videtur hoc ſpectari, non poſſe Deo ſatisfieri, ob interverſam rem ſacram, nuncupatis poſtea votis. Sed fortè eſt aliquid mendoſi in verbis, quod nemo indicarit.

26. *Curátque in eos rotam redire*] וישב עליהם אופן vajjaſcheb halehem ophan, *& facit redire in eos rotam*. LXX. Intr. ad ventilationem & triturationem reſpici putarunt, verterunt enim: λικμήτωρ ἀσεβῶν βασιλεὺς σοφὸς, καὶ ἐπιβαλεῖ αὐτοῖς τροχόν. מזרה mzareh putarunt eſſe eum *qui vanno ventilat*, quod reverâ poteſt ſignificare, & אופן eſſe rotam, quâ grana ſegetum excutiuntur. Vide *Henr. Hammondum*, ad Matth. III, 12. Adi & Eſai. XXVIII, 27, 28. ubi fit mentio τοῦ אופן in inſtrumentis triturationis. Vulgatus: *incurvat ſuper eos fornicem*; ſine ſenſu, niſi

27. Lucerna Jehovæ eſt mens humana, & penetralia ventris perveſtigat.
28. Beneficentia ac fides cuſtodiunt Regem, & beneficentiâ quidem ſolium ſuum ſul-
cit.
29. Gloria juvenum *eſt* robur, & decor ſenum eſt canities.
30. Vibices vulneris *ſunt* medicina, in malo homine, & plagæ penetralium ventris.

XXI. Omnis generis ſententiæ.

1. ANIMUS Regis eſt in manu Jehovæ, *veluti* rivuli aquarum, quocumque vult CAPUT
cum inclinat. XXI.

2. Homi-

niſi voce *fornicis* intelligas canthum rotæ, quod tamen durum eſt, & Latinis auribus inauditum. Præſtat ergo interpretationem τῶν LXX. Intt. hîc ſequi.

Lud. Cappellus in Not. Criticis interpretatur *rependit iis vicem*; hoc eſt, prout fecerunt, ita eis facit, pœnâ talionis. Vox אופן, ſi ei credimus, rei modum & rationem, apud Rabbinos, ſignificat, petitâ eâ poteſtate è Proverb. XXV, 11. Sed multò veriſimilior eſt ſuperior interpretatio. Ceterùm bene ab eo confutatur *Joan. Mercerus*, qui rotæ ſupplicium, hîc quærebat, inauditum Hebræis.

27. *Mens humana*] נשמת אדם *niſchmath adam*. Intelligi videtur *conſcientia*, aut *mens ſibi conſcia*; quæ novit arcanas ſuas cogitationes, & quâ Deus, inſtar *lucernæ*, utitur ad eas inveniendas & arguendum hominem, per ipſum hominem. Elegans eſt comparatio.

Penetralia ventris Hîc בטן *beten* pro media parte ſumitur, ſignificátque intimos receſſus animi. Vide Cap. XVIII, 8. ubi hîc loquendi modus.

28. *Beneficentia & fides*] חסד ואמת *chheſed veemeth*. Beneficum Regem omnes amant, & tuentur, præſertim ſi ſervandæ fidei datæ ſit ſtudioſus, ita ut ei fidere tutò liceat.

30. *Robur*] כחם chohham, *robur eorum*. *Aquila, Symmachus & Theodotion*: ἰσχὺς αὐτῶν & Vulg. *fortitudo eorum*, ſine dubio rectè. At LXX. Intt. σοφία, quaſi legiſſent חכמה *chhochmah*. Vitioſo uſi ſunt Codice, aut non ſatis adtenti fuerunt.

Canities] Longæva ætas habebatur benedictionis divinæ indicium.

30. *Vibices vulneris*] חברות פצע *chhabburoth pheſjah*. Hoc eſt, homo nequam qui videt; aut ſentit in ſuo corpore *vibices vulnerum*, quæ flagellis cæſus paſſus eſt, non tam facilè ad delictum redit. De vocibus vid. Eſ 1, 6.

Medicina] תמרוק *thamrouk*, pro תמריק *thamrik*, in margine eſt *abſterſio*; quâ, nempe, vulnera curantur.

Plagæ penetralium ventris] Ad intimos uſque receſſus animi penetrant (Vide verſ. 27.) quamvis cutem tantùm & proxima cuti adficiant; quia improbum, terrore novi ſupplicii, cùm eas videt, coërcent.

C O M M E N T A R I U S

In CAPUT XXI.

1. A*Nimus Regis* &c.] *Rivi aquarum cor Regis, in manu Jehovæ.* Hæc & ſequentia verba probè intelligi nequeunt, niſi duo obſerventur. Prius eſt ut de Regibus quidpiam ſingulare dicatur; non quod, juxta cum Regibus, omnibus hominibus conveniat; alterum ut nec Dei, nec Regum honori quidquam detrahatur. Utrumque conſequemur, ſi dicamus; non, Deum eſſe omnium animorum dominum, eoſque flectere quò vult, hoc enim non eſt Regibus ſingulare; non, Deum eſſe auctorem cogitationum quarumvis Regum; eſſet enim auctor delictorum, quorum causâ, graviſſimas comminatus eſt & ſumit etiam pœnas; ſed ſi dicamus agi de officio boni Regis, qui vult non Deo æquari, ſed in ejus poteſtate eſſe, ut Dei præcepta, præ ceteris hominibus ſequatur, ſéque eo flecti patiatur, quo ſpectant Leges Divinæ, in iis præſertim, quæ pertinent ad munus Regis. Tale eſt, populis, qui ei parent, ad formulam Legum, aut ex æquo & bono, ſine odio nec gratia, per ſe, aut per alios, jus dicere; parcere eorum facultatibus, ut poſſent non nimis incommodè ſub ejus regimine vivere; bella vitare, quatenus licet, nec ſanguinem humanum non niſi invitum fundere, & alia ejuſmodi. Quicumque hæc & cetera cum iis conjuncta facit, is demum eſt *in manu*, hoc eſt, in poteſtate Dei, ut faciat quidquid Divinis Legibus ei eſt impoſitum, quod perinde eſt ac *inclinari quocumque vult* Deus. Quòd ſi ageretur hîc non de eo, quod fieri debuit, ſed de eo quod factum eſt; de ipſo Salomone, hæc ſententia vera non eſſet; neque enim Deus ejus animum, inſtar rivi eò flexit, ut unâ, aut certè paucis uxoribus, ut Lege ſancitum erat, non contentus eſſet; aut ut, turpi obſequio erga peregrinas mulieres, pateretur altaria commentitiis Diis ædificari, eorúmque cultui adeſſet; aut ut nimiis oneribus populum Hebræum premeret, quæ ei exprobrantur 1. Reg. XI. & propter quæ adverſarios ſibi vidit exoriri, quos comprimere non potuit, audivítque Prophetas prænunciantes fore ut regnum Iſraelis divideretur, minorémque ejus partem filius ejus haberet. Ex hiſce liquet verba Scripturæ non eſſe ſemper ad vivum reſecanda, urgendáve præter modum; ſed ex rebus ipſis, cùm ſunt perſpicuæ & indubitatæ, eſſe enarranda, quod ſemper, ab optimis quibuſque Interpretibus, eſt factum.

2. Hominis quævis via, apud eum, recta eſt, ſed Jehova hominum animos expendit.
3. Juſtitiæ & juris obſervantem eſſe præſert Jehova ſacrifieio.
4. Superbia oculorum & tumor animi *ſunt* lucerna improborum *&* peccatum.
5. Conſilia induſtrii tantùm ad abundantiam *tendunt*, at omnis præceps tantùm ad penuriam.
6. Qui theſauros linguâ mendace colligit, rem vanam & *vento* pulſam *ſibi* quærit ac mortem.
7. Rapina improborum terret eos, quia juris obſervantes eſſe renuerunt.

8. Perverſactum.

Quocumque vult &c.] Rivi defluentes per campos facilè in quamvis partem, ductâ foſſâ, flecti poſſunt: ſic & maximorum quorumque Regum eſt non ægrè pati animum ſuum Divinis Legibus ad omnia recta & laude digna converti.

2. *Hominis cujusvis via* &c.] Habuimus hanc ſententiam, verbis nonnihil variatis, Cap. XVI, 2.

3. *Juſtitiæ* &c.] *Facere juſtitiam & judicium electum Jehovæ, præ ſacrificio.* Cùm ſacrificium pars eſſet potiſſima cultûs publici Populi Hebræi, & religioſiſſimè obſervaretur, certè ſub Principibus, qui Deum verum colebant; periculoſum fuiſſet ne, in re ejuſmodi, ſitam potiſſimùm eſſe Religionem Deo acceptam putarent Iſraëlitæ; quæ tamen, ſi ſeorſim ab animo ſacra facientis ſpectatur, æquè ab improbo, ac à probo, obſervari poterat. Quare Prophetæ diligentiſſimè & graviſſimis verbis eos monuerunt in Religione animi & ſanctitate morum ſitam eſſe eam εὐσέβειαν, quæ Deo probaretur; cujus ſigna tantùm eſſent ſacrificia, & ſine qua hæc non tantùm inutilia, ſed etiam Deo ingrata eſſent. Vide Pſ. L, 9. LI, 18. LXIX, 31, 32. Proverb. XV, 8. Eſai. I, 11. XXIX, 1. LXI, 8. LXVI, 3. Jerem. VI, 20. XIV. &c.

4. *Superbia oculorum*] רום עינים roum henajim, *altitudo oculorum.* Vide C. VI, 17. XXX, 13. de *altis oculis* pro ſuperbis. Quod & ſæpe aliàs occurrit.

Tumor animi] רחב לב rhhab leb, *latitudo cordis.* Vide XXVIII, 25. & Pſ. CI, 5.

Sunt lucerna improborum] נר רשעים *ner reſchabim.* Alii legunt ניר *nir*, & *novale*, vel *aratio* durè interpretantur. Videtur *lampadis* ſignificatio præferenda, ut LXX. Intt. qui habent λαμπτὴρ, & Vulg. qui *lucerna.* Senſus eſt: ut in tenebris lucerna utimur, ad greſſus dirigendos, ita illi ſuâ ſuperbiâ, quæcumque faciant, aguntur. At Lex Divina debet eſſe *lucerna* Prov. VI, 23. Pſ. CXIX, 105.

Peccatum] Nempe, ſuperbia, de qua antea.

5. *Conſilia*] Aut *cogitationes*, מחשבות *mahbaſchaboth.*

Ad abundantiam tendunt] למותר *lmothar.* Vide C. XIV, 23. De ſedulorum opibus vide C. X, 4. XIII, 4. Vulgatus: *in abundantia.* Sed ל finem, ſeu ſcopum ſignificat. Vide C. XI, 24. ubi למחסור eſt *ad penuriam*, nimirum, *tendens*, quæ ellipſis ſæpius alibi, in aliis rebus, occurrit.

Præceps] אץ *ats*, qui ſine conſilio res facit, cui vitio opponuntur, in ſuperioribus verbis *conſilia ſedulorum.* Vulgatus, ex conjectura, *pigritiam* vertit. LXX. Intt. Codd. hoc verbum omittunt; ſed in nonnullis exemplaribus, poſt aſteriſcum hæc leguntur ex alio Interprete: λογισμοὶ συντόμνοντες (pro חרוץ) πλὴν εἰς περισσείαν, καὶ πᾶς ὁ ἐπισπουδάζων πλὴν εἰς ὑστέρημα.

Ad penuriam] למחסור *lmahhſor*, ut Cap. XI, 24. Vulg. *in egeſtate eſt*, ut antea *in abundantia*, perperam.

6. *Qui theſauros linguâ mendace colligit*] פעל אוצרות בלשון שקר *phohal otſaroth bilſchon ſchaker*; quod vertunt verbotenus: *opus theſaurorum in lingua mendacii.* At פעל mihi eſt Participium *Benoni Kal*, ad formam אבד periens, Deut. XXXII, 28. niſi mavis legere פֹּעֵל. Sic LXX. Intt. ὁ ἐνεργῶν θησαυρίσματα, & *Theodotion*: ὁ ἐργαζόμενος, & Vulgatus: *qui congregat.*

Rem vanam & vento pulſam] הבל נדף hebel niddaph, *inanitatem pulſam*; hoc eſt, rem æquè vanam, ac eſt pulviſculus vento pulſus. Vid. Pſ. I, 8. LXX. Intt. μάταια, *Theodotion*: ἀτμὸς φερόμενος. Vulgatus: *vanus & excors eſt.*

Sibi quærit ac mortem] מבקשי מות *mbakkeſche maveth*, quærentes mortem. Verti quaſi eſſet מבקש *mbakkeſch*, in ſingulari, ſive ita legendum ſit, ſive ſit miſtura *ſingularis* & *pluralis*, in his libris frequens; ubi non agitur de uno, ſed de toto genere hominum. Verti *ac mortem*, quaſi pro מבקשי מות *mbakkeſche maveth* eſſet מבקש ומות *mbakkeſch oumaveth*, quod aptius videbatur, quia participium refertur etiam ad ſuperiora: LXX. Intt. habent: διώκει ἐπὶ παγίδας θανάτου, in Cod. Romano, in Alexandrino: καὶ ἔρχεται ἐπὶ παγίδας. *Symmachus*: ζητῶν θάνατον, unde intelligere eſt legiſſe eum מבקש *mbakkeſch*, in ſingulari. Vulg. *impingetur ad laqueos mortis*, incommodè.

7. *Rapina*] שד *ſchod* à שדד *ſchadad*, vaſtavit, quod qui faciunt etiam *diripiunt* prædam in quam incidunt, unde שד *ſchod* prædam ſignificat Ezek. XLV, 9. & Ham. III, 10. *Aquila* hic: προνομὴ quod idem eſt ac διαρπαγὴ, quo uſus *Symmachus* Habb. II, 17.

Terret eos] יגורם *jegourem*, quod eſt futurum *Pohel* pro יגוררם *jegorerem* extrita alterâ radicali, ſive ex uſu Linguæ, quæ in hoc tempore plures Anomalias patitur, ut docebit *Joan. Buxtorfius*, aut culpâ librariorum. גור eſt *timere*, ut notum eſt. *Rapina* autem *improborum terret eos*, quia ſibi timent ne in jus propterea vocentur, & pœnas dent. LXX. Intt. ὄλεθρος ἀσεβέσιν ἐπιξενωθήσεται, quia גור ſignificat etiam *diverſari.* *Aquila*: προνομὴ ἀσεβῶν ἐπισπάσεται αὐτοὺς, Vulg. *rapinæ impiorum detrahent eos*, cujus verſionis rationem non adſequor.

Quia juris obſervantes eſſe renuerunt] *Renuerunt facere judicium.*

8. *Perver-*

8. Perverſiſſima eſt via viri alieni, mundi verò eſt rectum opus.

9. Satius eſt habitare in angulo tecti, quàm *cum* muliere contentioſa, aut in ædibus *quas* ſocietas *inhabitat*

10. Animus improbi *aliis* malè vult, nec amicus ejus ei gratus eſt.

11. Cùm mulctatur deriſor, ſapientiam adquirit ſimplex; & cum *quis* inſtituit ſapientem, adquirit ſcientiam.

12. Cùm inſtituit innocens domum nocentis, pervertit nocentes, ita ut in malum *incidant*.

13 Qui claudit aurem ſuam, ne audiat clamorem pauperis, ipſe etiam clamabit, nec exaudietur.

14. Donum

8. *Perverſiſſima via eſt viri alieni*] הפכפך דרך איש וזר *haphachphac derech iſch vazar*. Hîc Interpretibus negotium faceſſit vocula וזר quæ quomodo cum antecedentibus connecti queat non capiunt. LXX. Interpr. finxerunt ſenſum, quem non inveniebant, ut paſſim in hoc libro: πρὸς τοὺς σκολιοὺς σκολιὰς ὁδοὺς ἀποστέλλει ὁ θεός. Quæ verba cum intelligi poſſe viderentur Græculis Scholiaſtis, nihil de verſionibus aliis Græcis hic adnotarunt, ubi maximè opus erat: Vulgata: *perverſa via viri aliena eſt*. Nos vertimus etiam, quaſi omiſſum eſſet ו ante זר, ac ſanè turbat planè & conſtructionem & ſenſum. Sunt quidem qui velint hunc ordinem: *perverſa eſt & aliena via viri*. Sed præterquàm quòd dura eſt & inuſitata inverſio, oporteret τὸ איש hic ſignificare non *virum* ſimpliciter, ſed *virum improbum*, quod eſt ſine exemplo. Sunt & qui putent verti poſſe: *perverſa eſt via viri & quidem alieni*. At frigidus eſt ſenſus, nec omnino verus, cùm non in alienigenis tantùm, ſed & in Iſraëlitis ſumma eſſet perverſitas. Adjice & איש וזר *vir & quidem alienus*, eſſe loquendi genus, cujus exemplum nullum profertur. Coactior etiam eſt interpretatio eorum, qui vertunt: *perverſa eſt via viri? etiam aliena eſt*; nec exemplum adducunt loci, in quo legatur דרך זר *derech zar*, via aliena. Nos primùm הפכפך vertimus *perverſiſſima*, propter geminationem radicalium, quæ ſignificationem intendit, ex obſervatione *David Kimchii*, quam multis confirmavit *Sam. Bochartus*, Hieroz. P. 2. Lib. V. c. 6. Deinde omittimus ו, ante זר, ut diximus, quod facilè addi potuit à librario cùm exſcriberet: זר וזך *zar vezach*, dum è poſteriori voce, id ante priorem transfert, caligantibus oculis, aut ἀπροσεξίᾳ. Senſus eſt: exterorum populorum fuiſſe perverſiſſima inſtituta, adeóque non potuiſſe Hebræos amicitiam cum iis colere; cùm *viri mundi rectâ ſint opera*, hoc eſt, planè diverſa. Hac autem interpretatione admiſſâ, idem fermè eſt ſenſus ac aliarum, quæ minus veriſimiles ſunt, quod vim inſerant verbis, aut ordini verborum.

Lud Cappellus, in notis criticis, ad hunc locum, rectè obſervat איש, *vir*, vix pro *viro malo* ſumi poſſe; deinde duram eſſe metatheſin verborum, ſi ita conſtituantur דרך איש הפכפך וזר *via viri perverſa & aliena*. Exiſtimat autem ו in וזר *vazar* eſſe radicale, vocemque hanc eſſe Arabibus uſitatam pro *crimine* aut *peccato*, ſenſumque eſſe planum: *perverſus viâ eſt homo peccati*; hoc eſt, improbus, ſceleratus; *at qui purus* & mundus eſt corde, rectus eſt in operibus ſuis. Ita, ut putat, eleganter opponuntur זך zach & איש וזר *iſch vezar*, quæ conſtituunt enunciationis ſubjectum; item *perverſus viâ* & *rectus opere*, vel in operibus ſuis, quæ ſunt prædicatum. Verum quamvis Arabibus multæ ſint voces, quæ à *Waw* inchoantur; ne una quidem eſt apud Hebræos. Deinde elegantior eſt paronomaſia inter זך & זר *zach* & *zar*, quàm inter זך & וזר *zach* & *wazar*. Denique frigidum eſt dicere hominem ſceleratum habere vias perverſas, quis enim hoc neſcit? At *alienorum*, hoc eſt, vicinorum populorum hominum, qui negotiorum cauſâ inter Hebræos verſabantur, mores debuerunt notari; quia ſpecie probitatis fallere poterunt, quamvis eſſent perverſiſſimi.

Mundi vero eſt rectum opus] ישר פעלו jaſchar poholo, *rectus opere ſuo*; hoc eſt, rectâ viâ inſiſtit, quæ eſt viæ *perverſæ*, הפכפך ſeu tortuoſæ, quæ perpetuò יִתְהַפֵּךְ *vertitur* vel *mutetur*, nunc ad dextram, nunc ad ſiniſtram deflexo itinere. LXX. Interpr. ἁγνὰ καὶ ὀρθὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, & Vulg. *qui autem mundus eſt corde, rectum eſt ejus opus*. Opponuntur probi Iſraëlitæ, rectâ viâ gradientes, Phœnicibus, Syris, aut aliis populis callidis; qui variis artibus iis imponebant, à quibus cavendum hîc docet Salomon, cujus tempore commercia erant frequentiora Tyriorum cum Hebræis; propter amicitiam, quam cum Chiramo, eorum Rege, coluerat. Nec objici hiſce queat Salomonem non decuiſſe aliis præcepta dare, quorum ipſe obſervans non erat; quot enim alia ſunt, quæ fecit, & quæ tamen hîc damnat? Potiſſima ſunt Idololatria & Conjugia peregrina.

9. *In angulo tecti*] על פנת גג *hal phinnath gag*. Tecta, ut notum eſt, erant plana, apud Orientales, & in quibus potuiſſet quis tentorium conſtituere & habitare; quamvis incommodè, ob æſtum & frigus, ventóſque, grandines, nives & pluvias. Sed mavult Salomon præſtare incommodiſſimè habitare, quam in ædibus, quas in ſequentibus verbis deſcribit. LXX. habent ἐπὶ γωνίας ὑπαίθρου, *Aquila, Symmachus* & *Theodotion*: δώματος. Vulg. *In angulo domatis*, quod idem eſt. Vide *Hieronymi* Epiſtolam ad Suniam & Fretelam, p. 655. Ed. Bened. T. II.

Quàm cum muliere contentioſa] מאשת מדינים meeſcheth midjanim, *quàm cum muliere contentionum*. Compendiaria eſt loquendi ratio, pro משבת עם אשת *quàm habitare cum muliere* &c.

In ædibus, quas ſocietas inhabitat] ובית חבר oubeth hhaber, *& domi ſocietatis*; hoc eſt, ubi alia ſimul familia habitat, aut habitare poſſit, & quidem laxe; nempe, propter rixarum metum. *Symmachus* & *Theodotion*: ὁ μετὰ γυναικὸς μαχίμης καὶ οἴκου ἑταιρικοῦ, in quâ, nempe, habitat ἑταιρία ſocietas non ἑταίρα *meretrix*, ut vir doctus hæc vertit. LXX. bene ἐν οἴκῳ κοινῷ. Sed cur ſuperiora verba verterint ἐν κεκονιαμένοις μετ᾽ ἀδικίας neſcio. Vulgatus rectè: *quàm cum*

[14]. Donum clam *datum* ſedat iram, & munus in ſinu adlatum excandeſcentiam.
[15]. Lætitia eſt juſto, cùm jus obſervat; calamitas verò vitiis deditis.
[16]. Homo, qui aberrat à via ſapientiæ, in cœtu mortuorum requieſcit.
[17]. Vir egenus *eſt*, qui amat hilaritatem, nec amàns vini & olei diteſcet.
[18]. Nocens eſt redemtionis pretium innocentis & loco rectorum *hominum ſubſtituitur* perfidus.

[19]. Præ-

muliere litigioſa & in domo communi.

10. *Animus improbi aliis malè vult.*] נפש רשע אותה רע nepheſch raſchah ivvethah rah, *anima improbi optat malum*; aliis, nempe. *Symmachus:* ἐπόθησε πονηρόν. Omiſerunt LXX. Intt. Vulg. *deſiderat malum.*

Nec amicus ejus ei gratus eſt] לא יחן בעיניו רעהו, lo juhhan beheuau rehehou, *non gratus erit, in oculis ejus, amicus ejus.* חנן eſt *gratificari*, vel *gratum habere*, etiam *miſereri*, ſed conjugatio Hophal eſt *gratiam conſequi*, aut *gratum eſſe*, ut hic & Eſai. XXVI. 10. Eſt hominis maligni & invidi deſcriptio, qui omnibus malè vult, ſeque unum amat. Clara hæc ſunt omnia. Attamen LXX. Intt. hîc ceſpitarunt, cùm verterint, οὐκ ἐλεηθήσεται ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἀνθρώπων. *Symmachus:* οὐκ ἐλεῶν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ τὸν πλησίον αὐτοῦ. Vulg. *non miſerebitur proximo ſuo.* Sed verbum hic eſt paſſivum, ut etiam ſine punctis intelligere licuit ex voce בעיניו *in oculis ejus.* Eſt prorſus idem ac לא ימצא חן בעיניו, *non nanciſcetur gratiam in oculis ſuis.*

11. *Cum mulctatur deriſor* &c.] Similis eſt ſententia C. XIX, 25.

12. *Cùm inſtituit innocens domum nocentis*] משכיל צדיק לבית רשע maſchſchil tſaddik lbeth raſchah, *erudiens juſtus domum improbi.* Addendum eſt; nec tamen eam ad meliorem frugem adducit. LXX. Intt. συνιεῖ δίκαιος καρδίας ἀσεβῶν, quia pro לבית, *lbeth*, legerunt in ſuo Cod. aut legendum cenſuerunt לבות *libboth*, incommodè. Legerat tamen & *Symmachus*, quippe qui habebat ψυχάς, ut ex antiquo ſcholio adnotavit *Flam. Nobilius*, quod omiſerunt recentiores Fragmentorum editores, ut & *Joan. Druſius. Domus* hîc eſt melius, ut mox ſenſus oſtendet.

Pervertit nocentes ita ut in malum incidant] מסלף רשעים לרע *mſalleph rſchahim larah*, evertit improbos ad malum. Vid C. XIII. 6. XIX. 3. de verbo סלף, quod variè vertitur, ita tamen ut ſignificet ubique rem deteriorem reddere. LXX. Intt. hîc φαυλίζει ἀσεβεῖς ἐν κακοῖς, ſed nulli loco convenit hæc interpretatio. *Symmachus:* ὑποσκελίζει ἀσεβεῖς εἰς κακόν, quæ ſunt obſcura. Vulgatus non melius: *ut detrahat impios à malo; ſed* לרע non ſignificat à malo ſed ad malum, neque סלף eſt *detrahere* aut *detrahi.* Hoc omnino velle videtur Salomon: eum qui revocet ad bonos mores familiam mali viri, à quo non auditur; eam deteriorem reddere, ita ut *in malum* incidat. Hæc eſt enim natura Doctrinæ Moralis, ut & veræ Theologiæ, ut, qui eâ auditâ meliores non fiunt, pejores evadant & in pœnas, quas vitium ſecum trahit, incidant. Ratio ejus rei eſt, quòd homines hujuſce modi ignorantiæ ſuæ, quâ antea peccabant, addunt contumaciam & contemtum, quo ſcientes & prudentes virtutem proſequuntur. Eo autem ſtatu deterior nullus eſſe poteſt, nec aliud ſupereſt, niſi ut id genus mali malè pereant. Quod contingit quidem, præter mentem & vota eos docentis, ſed tamen ex occaſione ejus ſermonum fit; quamobrem *pervertere* dicitur, invitus licet, quos non potuit adducere ad meliorem mentem. Hoc ipſum eſt monitum Auctoris Tabulæ, quæ *Cebeti* tribuitur, qui inducit ſenem ejus Tabulæ interpretem ſic adloquentem eos, qui cupiebant ſcire quid ſibi vellet Tabula: Εἰ μὲν προσέξετε καὶ συνήσετε τὰ λεγόμενα, φρόνιμοι καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθε. εἰ δὲ μὴ, ἄφρονες καὶ κακοδαίμονες καὶ πικροὶ καὶ ἀμαθεῖς γενόμενοι κακῶς βιώσεσθε, *ſi adtenti fueritis & dicta intellexeritis, prudentes quidem & beati eritis: ſin minus inſani & infelices & pervicaces & indocti infelicem vitam agetis.*

13. *Qui claudit* &c.] Qui ſe immiſericorditer erga miſeros, quos poſſet adjuvare, geret, is etiam alios homines immiſericordes, ſi caſus inciderit, experietur, Deúmque ipſum fruſtra invocabit. Simile dictum vide Jac. II, 13.

14. *Sedat iram*] יכפה אף *jichpheh aph*, LXX. Intt. ἀνατρέπει ὀργάς, *Symmachus:* σβέσει ὀργὴν, & Vulg. *exſtinguit iras.* Unde intelligere eſt eum aut legiſſe יכבה jichbeh, *exſtinguet*, aut יכפה pro ſollemni mutatione τῶν ב & פ, idem eſſe crediſſe. Vide hoc loquendi genus, cum verbo כבה. Jerem. IV, 4. XXI, 12. & Ham. V, 6. niſi quod eſt in Conjugatione *Pihel.* Non malè etiam hîc conveniret verbum יכפר *jechappher*, quod conjungitur cum ira Cap. XVI, 14. In nulla litterula à Librariis, qui hos libros olim exſcripſerunt, peccatum eſſe, nemo crediderit, qui Veteres Intt. expenderit; nec putarit Providentiam Dei multò plus invigilaſſe conſervationi Vet. Teſtamenti, quàm Novi, in quo ſunt tot variæ lectiones. Agitur autem hîc de pravo Judice, qui cum audito ſcelere excanduerit, & pœnas reo minatus fuerit, clam dato munere placatur. Hic Salomon deſcribit non officium hominum, ſed malos eorum mores; ut ſæpius, in hoc libro.

15. *Cum jus obſervat*,] *Facere judicium.* Quia quicumque ſequitur habitus ſuos, libenter hoc facit & voluptatem faciens expetitur, in utramque partem.

Calamitas] מחתה *mhhittbah. Symmachus & Theodotion:* δειλία τοῖς ἐργαζομένοις ἀνομίαν. Vulg. *& pavor.* Quaſi vellet Salomon malos, non niſi *metu*, juris obſervantes eſſe: dum boni libenter obſervant, propter præſtantiam ipſam legum, pro verſiculis Horatianis. Lib. 1, Ep. XVI, 52.

Oderunt peccare boni, virtutis amore,
Tu nihil admittes in te, formidine pœnæ.

Sed מחתה etiam *calamitatem* quamvis ſignificat, aut etiam *exitium.* Vid. C. X, 29.

Vitiis deditis] *Operantibus iniquitatem.*

16. *In cœtu mortuorum requieſcet*] בקהל ינוח

19. Præſtat habitare in terra deſerta, quàm cum muliere contentioſa & iracunda.

20. Theſaurus, quem concupiſcas, & oleum eſt domi ſapientis; at homo ſtultus ea deglutit.

21. Qui juſtitiam & benignitatem adſectatur, vitam, juſtitiam & gloriam conſequetur.

22. Vir ſapiens in urbem fortium virorum *cum exercitu* ſe confert, & munitionem, cui fidebant, dejicit.

23. Qui

רפאים ינוח *bikchal rephaïm janouabh.* LXX. Intt. ἐν συναγωγῇ γιγάντων ἀναπαύσεται. Sic & Vulgatus. *Symmachus*: θεομάχων interpretatus erat ex fabula, quæ fingit γίγαντας θεομάχους. Sed veteres Hebræi earum rerum nihil norant. Meliùs ergo *mortuorum* vertemus, & interpretabimur perinde eſſe eos, qui à ſapientia aberrant, ac ſi mortui eſſent. Sic Pythagorei Cenotaphia, quaſi mortuis, exſtruebant iis, quos Philoſophiæ ineptos, longo examine deprehenderant. *Jamblichus* de Vita Pythagoræ c. XVII. Εἰ δ' ἀποδοκιμασθεῖεν, τὴν μὲν οὐσίαν ἐλάμβανον διπλῆν. μνῆμα δὲ αὐτοῖς ὡς νεκροῖς ἐχώννυτο ὑπὸ τῶν ὁμακόων: *ſi verò rejecti fuiſſent, bona duplicia recipiebant, iiſque, quaſi mortuis, monumentum exſtruebatur à condiſcipulis.* Quod fecerunt, ut ait, Perialo Thurio & Cyloni Sybaritarum principi. Idem Cap. XXXIX. de neſcio quo, qui doctrinam arcanam de commenſurabilitate, & incommenſurabilitate vulgaverat primus: οὕτω φασὶν ἀποστυγηθῆναι ὡς μὴ μόνον ἐκ τῆς κοινῆς συνουσίας καὶ διαίτης ἐξορισθῆναι, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτοῦ κατασκευασθῆναι, ὡς δῆθεν ἀποιχομένου ἐκ τοῦ μετ' ἀνθρώπων βίου, τοῦ ποτε ἑταίρου γενομένου: *tantam in odium incurriſſe memorant, ut non tantum communi conſortio convictuque eum prohibuerint; verum etiam tanquam mortuo, & in alium, quàm prius fuerat, hominem commutato, ſepulcrum conſtruxerint.* Fortè deſignatur *Hipparchus*, de quo *Clemens* Alexandrinus Strom Lib. V. p. 680. Ed. Oxon. Eum enim cùm clarè vulgaſſet neſcio quid Pythagoricum ajebant ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι οἷα νεκρῷ: *expulſum è Schola, & ob id ipſum tanquam mortuo, cippum eſſe factum.* Ad quem locum vide Rever. Epiſcopum Oxonienſem, & de hoc loquendi genere quo *mortui* dicuntur, qui à virtute deficiunt *Joan. Priceum* ad 1. ad Tim. C. V, 6.

17. *Vir egenus*] *Vir egeſtatis.*

Qui amat hilaritatem] אהב שמחה *obebh ſchimchah*; hoc eſt, voluptates, quibus homines hilares indulgent, ut convivia, aliáque id genus; quæ vulgò *diverticula* vocari ſolent, ad quæ, nimirum, homines à curis, ſeriiſque occupationibus divertunt.

Amans vini & olei] Qui vinum & unguenta amat. Quorum hæc interdum erant magni pretii, illud cerebrum turbat, & ſenſim laboribus & negotiis homines ineptos reddit.

Ditescet] יעשר *jahaſchir*, quod eſt activum, ſed commodè etiam verbo neutro Latinè exprimitur. Hebraicè ſubaudiendum נפשו *naphſcho*, ſe ipſum. LXX. Intt. ἀνὴρ ἐνδεὴς ἀγαπᾷ εὐφροσύνην, cum debuiſſent: ἀνὴρ ἀγαπῶν εὐφροσύνην γίνεται ἐνδεής. Deinde: φιλῶν οἶνον καὶ ἔλαιον εἰς πλοῦτον, cùm debuiſſent ὁ πλουτήσει; ut verterunt *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion.*

18. *Nocens eſt redemtionis pretium innocentis*] כפר לצדיק רשע *chopher latſſadik raſchah.* LXX. Intt. περικάθαρμα, A. S. & Th. ἐξίλασμα, quod eſt idem. Videtur hoc velle, cùm calamitas incubitura eſſet genti à Deo, cladem in malos derivari, atque averti à bonis. Eodem reſpicit Eſaïas c. XLIII, 3. 4. *Ego Jehova Deus tuus, Sanctus Iſraëlis, Servator tuus, conſtitui redemtionis tuæ pretium* (כפרך chophrecha) *Ægyptios, Chuſitas, Sabæos loco tuo. Quia te in pretio habui, ad gloriam evectus es, amavi te & conſtituam hominem loco tuo & populos pro anima tua.* Sed hæc loquendi ratio orta videtur, ex opinione populorum, qui putabant in hominis etiam mali caput poſſe derivari calamitatem, aut mortem aliis imminentem. *Suetonius* in Caligula c. XIV. *Ut verò in adverſam valetudinem incidit, pernoctantibus cunctis, circa Palatium, non defuerunt qui depugnaturos ſe armis pro ſalute ægri, quique capita ſua, titulo propoſito voverent.* Quoſdam etiam nominibus adpellat *Dion.* Lib. LIX. p. 645. Πούπλιος δὲ Ἀφράνιος Ποτῖτος, δημότης τε ὤν, καὶ ὑπὸ μωρᾶς κολακείας οὐ μόνον ἐθελοντὴς, ἀλλὰ καὶ ἔνορκος, ἄν τι Γάϊος σωθῇ, τελευτήσειν ὑποσχόμενος, Ἀτάνιός τε τις Σεκοῦνδος, ἱππεύς τε ὢν καὶ μονομαχήσειν ἐπαγγειλάμενος. ἀντὶ δὲ χρημάτων ἃ ἤλπιζον παρ' αὐτοῦ, ὡς καὶ ἀντίψυχοι, οἱ ἀποθανεῖν ἐθελήσαντες, λήψεσθαι, ἀποδοῦναι τὴν ὑπόσχεσιν ἠναγκάσθησαν, ἵνα μὴ ἐπιορκήσωσι καὶ τούτοις μὲν αὕτη αἰτία θανάτου ἐγένετο: *Sed P. Afranius Potitus, plebeius homo, qui ſtultâ adulatione inductus, non modò volens, verùm & jurejurando addito, ſi Cajus ſervaretur, moriturum ſe pollicitus; Ataniúſque Secundus, Eques, qui ſe cum gladiatoribus pugnaturum promiſerat; pro pecuniis, quas ſperabant ab eo, quippe ejus loco devoti, & qui mori voluerant, ſe accepturos, reddere promiſſionem coacti ſunt, ne pejerarent. Atque his quidem hæc cauſa fuit mortis. Suetonius* in Nerone c. XXXVI. *Stella*, inquit, *crinita, quæ ſummis Poteſtatibus exitium portendere vulgò putatur, per continuas noctes oriri cœperat. Anxius ea de re, ut ex Babylo* (alii Babylonio, *quod prætulerim*) *aſtrologo didicit, ſolere Reges talia oſtenta cæde aliquâ illuſtri expiare, atque à ſemet in capita procerum depellere; nobiliſſimo cuique exitium deſtinavit.* Vide *Iſaac. Caſaubonum* ad locum ſuperiorem ejuſdem ſcriptoris, & ad p. 15. Adriani & not. p. 28. Adde & quæ collegit *Joan. Pearſonius* Vindic. *Ignatii* Cap. XV. & quæ nos habemus Hiſt. Eccleſ. Proleg. Sect. III. C. III, 11.

19. *In terra deſerta*] *In terra deſerti.*

Contentioſa & iracunda] *Contentionum iræ.*

20. *Quem concupiſcas*] נחמד nihhmad, *deſideratus.*

21. *Vitam* &c.] Erit longævus, juſtos erga ſe experietur Judices, & famam ſibi parabit.

22. *Vir ſapiens*] חכם *hhacham*, id eſt, peritus rei, nimirum, quæ agitur & hîc quidem rei militaris.

Cum exercitu] Addidimus hæc, quia vir

23. Qui os ſuum & linguam ſervat, ſibi ab anguſtia cavet.
24. Superbus & ferox, cui deriſori nomen eſt, ſuperbâ irâ permotus *res ſuas* agit.
25. Cupiditas pigri eum necat, quia manus ejus renuunt quidquam facere.
26. Toto die concupiſcit. Sed juſtus dat, nec *liberalitatem ſuam* coërcet.
27. Victima improborum eſt abominanda, quantò magis ſi eam, in malo molimine, adduxerint.
28. Teſtis mendax peribit, ſed vir, qui *quod* audivit *refert*, conſtanter loquetur *idem*.
29. Obſirmat vir improbus faciem ſuam, at rectus viam ſuam *bene* dirigit.
30. Nulla eſt ſapientia, nulla prudentia, nullum conſilium coram Jehova.

31. Para-

unus urbem non capit, quamtumvis peritus artis, quâ urbes expugnentur.

Se confert] *Adſcendit*, ex perpetuo Linguæ Hebrææ idiomate. *Se confert.* Perperam quidem de oppugnatione intelligunt, eò quòd urbem oppugnaturi interdum *ad eam adſcendere* dicuntur; ſed oportet ad urbem *ire*, quam oppugnaturi ſint.

Munitionem, cui fidebant, dejicit.] יורד עז מבטחה jored hoz mibtahhah, *facit deſcendere munitionem fiduciæ*; hoc eſt, dejicit, ariete aut cuniculis, eorum propugnacula, quibus fidebant. LXX. Intt. καθεῖλε τὸ ὀχύρωμα ἐφ' ᾧ ἐπεποίθεισαν.

23. *Sibi ab anguſtia cavet*] *Servat ab anguſtia animam ſuam.* Qui in potentes audacius loquuti ſunt, ſæpe in magnas calamitates propterea incidunt.

24. *Superbus & ferox*] זד יהיר zad jahir. LXX. Intt. tribus verbis: θρασὺς καὶ αὐθάδης καὶ ἀλαζών. Altera vox יהיר exſtat tantum hîc & Hab. II, 5. Sed apud Chaldæos יהר radix eſt, & derivata nonnulla ſunt in uſu.

Cui deriſori nomen eſt] לץ שמו lets ſchemo *deriſor nomen ejus.* LXX. Intt. λοιμὸν *peſtilentem* vertunt, Vulgatus hîc: *indoctum*, non ſatis aptè. Semper ea vox in malam partem ſumitur pro deriſore virtutis, & homine ſuperbo. Vide Pſ. CXIX, 51.

Superbâ irâ &c.] *Facit in ira ſuperbiæ.* LXX. Intt. ὃς δὲ μνησικακεῖ παράνομος malè. *Symmachus*: πράσσων ἐν ὀργῇ ὑπερήφανος. Vulg. *qui in ira operatur ſuperbiam.*

25. *Cupiditas pigri* &c.] Dum cupit quæ videt, apud homines induſtrios, labore parta, enecatur; hoc eſt, cruciatur invidiâ, nec tamen adducitur ad imitandam eorum induſtriam; quia pigræ ſunt ejus manus, nec poteſt pigritiam, longâ conſuetudine firmatam, exuere.

26. *Concupiſcit.*] התאוה תאוה hithavvah thaavvah, excitant in ſe concupiſcentiam; ſed nemo fit dives, cupiendo divitias, nec quidquam ad eas comparandas faciendo.

Juſtus dat &c.] צדיק יתן ולא יחשך tſaddik jitthen vlo jahhſchoch, juſtus dabit, nec cohibebit. Salomon hîc *pigrum* excludit numero juſtorum, ſeu bonorum; nec ſanè bonus vir eſt, qui, præ pigritia, nihil facit, intereáque cupiditatibus ſuis modum nullum ponit; unde naſcuntur innumera flagitia & ſcelera, neque enim aliter ſatisfieri poteſt hominis pigri atque avidi cupiditati, quod juſti argumentum eſſet voluminis. Cur erant tot furta, tot latrocinia, tot cædes, in Judæa, quot queruntur Prophetæ? Quia, nimirum, erant innumeri, quos, cùm otiari vellent, alieno labore frui neceſſe erat, quomodocumque hoc fieri poſſet.

Si voluiſſent, bonorum virorum inſtar, labori incumbere, non tantùm nulla cauſa fuiſſet, cur ſe ad nefarias artes converterent; ſed habuiſſent unde aliis darent, & cùm perpetuo labore quotidiani ſumtus reſarcirentur, nulla umquam fuiſſet coercendæ liberalitatis ratio.

27. *Victima improborum* &c.] Vide ad C. XV, 8.

Si eam in malo molimine adduxerint] בזמה יביאנו bzimmah jebieanoa. זמה zimmah eſt ſcelus, aut flagitium, ſed etiamnum in molitione, nec dum perpetratum, à זמם, *excogitavit, molitus eſt.* Pſ. X, 2. ſupra Cap. X, 23. XXIV, 2. Vult Salomon victimas malorum ſemper Deo diſplicere, dum de vitiis ſuis emendandis minimè laborant; ſed præſertim dum reverâ ſcelus aliquod moliuntur, utuntúrque ſacrificio, quaſi larvâ Religionis, ut mala conſilia occultent. Quod utinam ſolis Judæis, non etiam Chriſtianis, exprobrari potuiſſet! Sed quantum ſit ſacrilegium rebus ſacris abuti, ad tegendam nequitiam, nihil adtinet, cùm nemo neget: utinam etiam nemo faceret! Verbum יביאנו eſt ſingularis numeri, quia intelligitur ûnusquiſque improbus.

28. *Teſtis mendax peribit*] *Teſtis mendaciorum*; convictus, nempe, calumniæ in capitali re.

Vir qui quod audivit refert &c.] איש שומע לנצח ידבר iſch ſchomeah lnetſahh jedabber, vir audiens in perpetuum loquetur. Opponitur falſo teſti veridicus teſtis, qui vocatur שומע *audiens*; quia nihil refert, quaſi dictum, niſi quod *audivit* reverâ dici. Is autem in *perpetuum loqui* dicitur; quid tandem? *idem*, nimirum; nam teſtis, qui diverſo modo rem refert, falſus teſtis eſt. Is mihi videtur loci ſenſus, in quo nullus idoneus invenietur, niſi quod deeſt ſuppleatur. *Aquila, Symmachus* & *Theodotion*, ſi credimus Fragmentorum collectoribus, לנצח ידבר εἰς νῖκος πορεύσεται. Sic ſolent vertere לנצח, quamvis abſurdè; ſed vitium in ſequenti voce eſſe puto. LXX. Intt. φυλασσόμενος λαλήσει, quod quid ſit neſcio. Non minùs abſurdè Vulg. *loquetur victoriam.* Utinam *Origenis* Hexapla ad nos perveniſſent! Multa intelligeremus, quæ nobis ſunt obſcura.

29 *Obſirmat vir improbus faciem ſuam*] העז איש רשע בפניו hehez iſch raſchah bphanau, *confirmavit*, vel *obſirmavit vir malus in vultu ſuo.* Sic C. VII, 13. העזה פניה ותאמר *beheza phaneha, vathomar*; pro eo quod eſt impudenti vultu dicit. עז פנים *haz phanim* eſt impudens Deut. XXVIII, 50. & alibi. Additum ב, ante פנים *phanim*, non mutat

Digitized by Google

31. Paratus eſt equus ad diem prælii, ſed Jehovæ eſt liberatio.

XXII. *Gnomæ miſcellæ.*

CAPUT XXII.

1. PRAEFERENDA eſt fama *honeſta* magnis divitiis, auróque & argento gratia.

2. Dives & pauper *ſibi invicem* adverſantur, ſed omnes eos fecit Jehova.

3. Prudens malum prævidet & ſe ſe abdit, ſimplices verò *rectà* tranſeunt & mulctantur.

4. Præmium humilitatis *&* timoris Jehovæ *ſunt* divitiæ, gloria & vita.

5. Spinæ *&* laquei ſunt, in via, pravi *hominis*; ſervat ille animam ſuam, procul ab iis abſcedit.

6. Inſti-

mutat ſignificationem. Vult ergo Salomon malum virum facta ſua prava, imprudentiâ, vel ore contumaci, tueri; ſed recti exempli virum mores ſuos bene inſtituere.

29. *Viam ſuam bene dirigit*] יכין דרכו jachin darcho. LXX. Intt. συνιεῖ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, unde intelligere licet eos legiſſe יבין *jabin*, ut habent etiamnum quidam Hebræi Codd. Qua de re, vide Lud. *Cappellum* Crit. Sac. Lib. III. c. 15. *Aquila & Symmachus*: ἑτοιμάζει & Vulg. *corrigit*, quemadmodum legimus habuerunt in ſuis Codd. & quidem rectius. Sumitur hoc loquendi genus in bonam partem C. XVI, 9. & Pſ. CXIX, 133.

30. *Nulla eſt ſapientia* &c.] Perinde eſt ac ſi diceret, ſi Deus velit aliquid contingere, aut nolit; homines nullâ ſapientiâ, nullâ arte, nullo conſilio efficere poſſe, ut res fiat ſecus, quàm Deo videtur. Sic *Virgilius* Æneid. II, 402.

Heu, nihil invitis fas quemquam fidere Divis!

Ad quem locum aliâs ſimiles veterum ſententias congeſſit *Joan. Lud. de la Cerda*. *Coram Deo* לנגד יהוה *lneged Jehovah*, non eſt contra Deum; ſed omnem ſapientiam & prudentium hominum eſſe apud Deum perinde ac nihil, neque ullâ ratione Dei conſiliis obſtare poſſe.

31. *Jehovæ eſt liberatio*] Hoc eſt, non copiis ullis, aut ullâ fortitudine poſſe victoriam referri, ſi adverſetur Deus. Vide Pſ. XXXIII, 17. Sic *Euripides*, in Supplicibus:

——— ἡ ῥώμη δ' οὐδὲν φέρει
Βροτοῖσιν, εἰ μὴ τὸν θεὸν χρήζοντ' ἔχοι

Fortitudo nihil confert mortalibus, niſi Deum adjuvantem habeat.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXII.

1. *Præferenda eſt fama honeſta* &c.] נבחר שם מעשר רב *nibhhar ſchem meheſcher rab*, eligitur nomen, præ opibus multis. Poſt *nomen*, ſupplendum טוב *bonum*, unde *famam honeſtam* vertimus: Latini enim non patiuntur talia prætermitti, & certò certius Salomonis hanc eſſe mentem. Sic *P. Syrus*, vers. 94. Ed. Gruterianæ:

Bona opinio hominum tutior pecuniâ eſt.

Ad quem locum vide *Gruterum*.

Gratia] Hic eſt, חן טוב hhen tob, *gratia bona*. Sed alia non poteſt hîc Latinè ſcientibus intelligi, ideóque omiſi hîc, ubi vocula Latinis auribus neceſſaria non erat, ut antea addidi ubi omiſſio ejus nocuiſſet perſpicuitati.

2. *Sibi invicem adverſantur*] נפגשו *niphgaſchou*, ſibi occurrunt, hoc eſt, adverſantur ſibi, ut Cap. XXIX, 13. ubi vide not. Vult Salomon licet ſortem contrariam experiantur, non minùs eſſe Dei creaturas pauperes, quam divites, nec minùs proinde ei cordi eſſe; contrà quàm multi putabant. Metaphora eſt deſumta ex duobus corporibus motis, quæ mutuo occurſu inter ſe colliduntur.

3. *Prævidet*] Eſt tantum ראה *raah*, vidit, quia Hebræi carent compoſitis, quæ ſunt Interpreti è Lingua, qua utitur, ſupplenda. *Aquila* & *Theodotion*: εἶδε κακίαν. Debuiſſent προεῖδε κακόν. Vulg. *vidit malum*. Deſumta eſt ratio loquendi ex eo, quod fit in patentibus vicis, cùm nuncii adferuntur de adventu hoſtium. Prudentiores quæcunque poſſunt auferunt, & ſe ſe abdunt in ea loca, ad quæ perventuros non eſſe hoſtes ſat ſciunt. Contrà imprudentiores per eaſdem vias, ac antè, commeant, neque de fuga cogitant, ideóque in hoſtes incidunt.

Rectà tranſeunt] Vide C. XIV, 16. ubi ſimilis tranſlatio. LXX. Intt. ſic verterunt: ἰδὼν πονηρὸν τιμωρούμενον καὶ κραταιῶς αὐτὸς παιδεύεται. Quæ nihil habent adfine Hebraicis. Vulg. *innocens pertranſiit & adflictus eſt damno*.

4. *Præmium humilitatis & timoris* &c.] עקב ענוה יראת יהוה hekeb hanavah jirath Jehova, *merces humilitatis timor Jehovæ*, ſed ſupplevimus copulam ante *timor*; nam humilitas & timor Dei ea erant, quibus promiſſæ erant opes, gloria & longa vita. Non erat *humilitati* promiſſus *timor Dei*, cùm poſterioris pars ſit humilitas. Paſſim aut excidit, aut ſupplenda eſt conjunctio ו. LXX. Intt. γενεὰ σοφίας φόβος κυρίου. *Symmachus*: ὕστερον πραΰτητος φόβος κυρίου unde liquet jam abfuiſſe τὸ ו, illorum temporibus, quamvis locum parum feliciter verterint. Sed vide vers. ſequentem.

5. *Spinæ & laquei ſunt in via*] Hoc eſt, faciunt

6. Inſtitue puerum pro ratione viæ ſuæ, neque ad ſenectutem ſuam ab ea recedet.
7. Dives pauperibus imperabit, & ſervus *erit* mutuum accipiens viro mutuum danti.
8. Qui ſerit iniquitatem calamitatem metet, & virgâ iræ ſuæ abſumitur.
9. Benigno oculo bene precabuntur, quia pauperi è pane ſuo dedit.
10. Ejice deriſorem, egredietúrque lis & ceſſabit judicium & ignominia.
11. Amantis munditiei cordis, *propter* gratiam labiorum ejus, amicus eſt Rex.
12. Oculi Jehovæ obſervant ſcientiam, *idémque* evertit res perfidi.

13. Leo

faciunt in vita, quod in via fit ſentibus obſita, & in qua occulti ſunt laquei; nempe, bonis moleſtias & pericula creant. Hic omiſſa etiam *ὡραῖα &c.*

Pravi homines] עקש *hibbeſch*, pravus, ſed quia agitur de multitudine, ſequitur pronomen plurale מהם mehem, *ab illis*.

Procul ab iis abſcedit] Hoc eſt, nullam amicitiam cum iis colit, nam boni cives à malis civibus longiùs abire non poſſunt. LXX. Intt. *ἀφέξονται αὐτῶν*, abſtinent ab illorum conſortio.

6. *Inſtitue puerum*] חנך נער *hhanoch nahar*. Intelligendum hoc verbum de prima inſtitutione, quæ inchoanda quàm primum hoc fieri poteſt; ne contrahantur habitus contrarii præceptis etiamnum ignotis, qui poſtea revelli nequeant; cum è contrario, ſi malos habitus antevetterimus, bonâ educatione, ad ſenectutem uſque, ſint excluſi, certè magna ex parte. Non ſequitur tamen hinc, ut malè educati ſemper ſint nequam, aut bene educati boni; ſatis eſt hoc eſſe plerumque verum, aut certè ſæpiùs. Plura habet ejuſmodi dictorum exempla *Joach. Zehneras* Adag. Sac. Cent. I. Adag. 53. Omiſerunt hunc verſum LXX. Intt. nec ſcimus qui verſus ſit ab aliis Græcis. Vulg. vertit: *Proverbium eſt: adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea.* Quomodo ex חנך potuerit facere proverbium, non intelligimus.

Pro ratione viæ ſuæ] על פי דרכו *hal phi darcho*, ſecundum viam ejus; hoc eſt, pro ratione vitæ, quam aget; neque enim puerorum omnium eadem debet eſſe educatio, ſed varia, pro inſtitutorum varietate.

7. *Dives pauperibus imperabit*] Noli credere laudari & præferri pauperibus divitem, quocumque modo rem fecerit. Laudatur is, qui partis induſtriâ & bonis artibus divitias comparavit, iiſque rectè utitur, & meritò anteponitur pauperibus, qui cum divites eſſent, ignaviâ & luxu pauperes facti ſunt. Vid. C. XVII, 2.

Servus erit mutuum accipiens] עבד לוה *habed laveh*; hoc eſt, qui ad eam paupertatem redigitur, ut *mutuum accipere* neceſſe habeat, pendet ab eo qui *mutuum ei dat*, cogitúrque ejus gratiam ambire. Inde לוה habetur infelix, ut contrà מלוה felix. Vide Deut. XXVIII, 12. Pſ. XXXVII, 21. Non adſequuti ſunt ſenſum LXX. Intt. qui habent: *οἰκέται ἰδίοις δεσπόταις δανειοῦσι.* Rectè *Symmachus* & *Theodotion*: *καὶ δοῦλος δανειζόμενος ἀνδρὶ δανείζοντι*, hoc eſt, ut, habet Vulgatus: *qui accipit mutuum, ſervus eſt fœnerantis.*

8. *Qui ſerit iniquitatem* &c.] Vide ad Job. IX, 8.

Calamitatem metet] יקצר און *jiktſar aven*, ubi poſterior vox non eſt *iniquitas*, ſed iniquitatis pœna, *calamitas*, *dolor* &c. Vide Cap. VI, 12. Pſ. XC, 10. LXX. Intt. *θερίσει κακά.* Sequutus eſt eos Vulgatus. *Symmachus*: *θερίσει ἀδικίαν.* *Theodotion*: *ἀνομίαν*, *Aquila*: *ἀνωφελές.*

Et virgâ iræ ſuæ abſumitur] ושבט עברתו יכלה *veſchebeth hebratho jicleh.* Supplendum ב ante שבט *ſchebet*. Senſus eſt, eadem virgâ, quâ alios iratus percuſſit, ferietur, donec pereat. LXX. Intt. *πληγὴν δὲ τῶν ἔργων αὐτοῦ συντελέσει.* Legiſſe videntur עבדתו habodatho, *operis ſui*. Eodem ſenſu. Sed aſſumentum hic addunt de quo nihil in Hebraïco Codice.

9. *Benigno oculo bene precabuntur*] טוב עין הוא יברך *tob hajin hou jeborach*. Bonus oculo, ille benedicetur. *Bonus oculo* dicitur liberalis, qui non invitus, ſed hilari vultu dat, quod vel ex ejus oculis intelligere licet. Vide Matth. VI, 22. Luc. XI, 34. Contrà *malus oculo* illiberalis & invidus. Vide ad C. XXIII, 6. Hîc quoque paraphraſin habent, nec ſine adſumento LXX. Intt. quod habet & Vulgatus, qui antecedenti verſu additam laciniam omiſit.

10. *Ejice deriſorem*] Hominem ſuperbum, qui virtutem verba putat, & adfectibus ſuis obſequitur, quoad licet, ut ſæpe diximus. Si ejuſmodi homo à Judicum tribunalibus arceatur, deſinent multæ lites, quæ non niſi à ſpretoribus Legum & æquitatis intendi atque ali poſſunt. Non aliena eſt à ſententia hac paraphraſis LXX. Intt. quæ ſic habet: *ἔκβαλε ἐκ συνεδρίου λοιμόν, καὶ συνεξελεύσεται αὐτῷ νεῖκος, ὅταν δὲ καθίσῃ ἐν συνεδρίῳ πάντας ἀτιμάζει.*

11. *Munditiei cordis*] טהר לב *tehar leb*, Ubi vox טהר eſt ſubſtantivum, non adjectivum טהור tahor, *mundus*. Significatur probitas pravis adfectibus nequaquam polluta; pro modulo, nempe, probitatis eorum temporum. Nemo enim neque tempore Salomonis, neque noſtro, dicere poteſt, ſine ulla exceptione: *purgavi cor meum, atque à peccatis meis mundus ſum.* Crediderim ſignificari præſertim hominem qui commodorum ſuorum, rationem non habet, ſed veritatis tantum & æquitatis.

Propter gratiam labiorum ejus] Omiſſa eſt particula, quæ *propter* ſignificat, ut למען *lmahan*, aut ſimile quid. *Gratia* autem *labiorum* ejuſcemodi hominis non eſt in eloquentia ſita, qua optimi quique non ſunt magis, imò fortè minùs prædi'ti, quàm mali; ſed in veritate infucata, quæ Regi ſapienti placere debet. Aut Proverbiorum collector loquitur de Salomone, qui talibus vitis delectabatur, certè initio Regni, quod ſolebat etiam ipſe dicere; ut eſſet ſequentibus Regibus admonitio & exemplum.

Amicus eſt Rex.] *Amicus ejus eſt Rex.* LXX. Intt. ſic initium verſus παροξυνεῖ: *ἀγαπᾷ Κύριος ὁσίας καρδίας, δεκτοὶ δὲ αὐτῷ πάντες ἄμωμοι.* Deinde ultima hoc modo: *χείλεσι ποιμαίνει βασιλεύς*, ubi Hebraïca habent: חן שפתיו רעהו מלך,

13. Leo eſt foris, inquit piger, in mediis plateis, *ſi in publicum egrederer*, occidetur.
14. Fovea profunda *eſt* os alienarum *mulierum*, illuc is cadet, cui iraſcitur Jehova.
15. *Si* ſtultitia ſit colligata cum animo pueri, virga increpationis eam ab illo procul amovebit.
16. Qui opprimit pauperem, ut ſua ipſius augeat, *idem* dat diviti & verè ad egeſtatem *tendit*.
17. Inclina aurem tuam, audique verba ſapientum, & animum tuum ad ſcientiam meam adpelles.
18. Si *quæ* elegantia ſint, eáque intra te ſervaveris, inſidebunt ſimul labiis tuis.
19. Ut ſit in Jehova fiducia tua, *quid ſit faciendum* dedi operam hodie, ut etiam tu ſcires.
20. Annon

מלך, *propter gratiam labiorum, ejus amicus eſt Rex*, quaſi legiſſent בשפתיו ירעה מלך *biſchphathau jirheh melech*, quod eſt alienum ab hoc loco.

12. *Obſervant ſcientiam*] נצרו דעת *natſerou dahath.* Intelligendum איש דעת *iſch dahath*, virum ſcientiæ, quomodo *labia fallacia* ſumuntur pro viro cujus ſermones ſunt fallaces. Cap. X, 18, ſimilis eſt Ellipſis Cap. XII, 27. XIII, 6. XVII, 4, 11. *Scientia* autem hîc dicitur peritia officiorum hominis, eáque actuoſa, non quæ in theoria conſiſtit. Eadem paſſim hîc dicitur *ſapientia*. *Obſervat* autem Deus id genus homines, ut eos ſervet. Vide Cap. II, 11. IV, 6. XIII, 6. XX, 28. ubi curam Dei ſignificat.

12. *Evertit res perfidi*] יסלף דברי בוגר *jeſalleph dibre boged*. Verbum סלף habuimus XIII, 6. XIX, 3. XXI, 12. de everſione uſurpatum. דברי בוגר *dibre boged*, tam poſſunt eſſe *verba*, quàm *res perfidi*. Poſterius maluimus, quia pœnas de hominibus non ſumit confutatione verborum, ſed fortunarum everſione. LXX. Intt. verterunt דעת αἰσθησιν, parum Græcè, *Aq. Symm.* & *Theod.* γνῶσιν meliùs. Poſtrema verba: φαυλίζει δὲ λόγους παράνομος, neglectâ verborum ſtructurâ, ut paſſim. Nec meliorem Grammaticum ſe præſtitit Vulg. qui habet: *ſupplantantur verba iniqui*. Debuiſſet enim legi יְסַלֵּף quomodo non lectum olim fuiſſe oſtendunt LXX. Intt.

13. *Leo eſt foris*] Excuſatio abſurda pigri, pedem domo efferre nolentis & cauſſantis leonem ingreſſum urbem per plateas graſſari. Sententia eſt, nullam eſſe tam abſurdam excuſationem, quâ non utatur homo piger, ne quid laboris ſuſcipiat. Vide & Cap XXVI, 13. Ingrediuntur quidem interdum loca culta leones, ſed tamen rarius, qua de re vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 1. Lib. III. c. 2.

Si in publicum egrederer] Hoc animo ſupplendum res ipſa oſtendit. Itaque Latinè, hoc eſt, planè loquentes exprimendum duximus. Paraphraſis LXX. Intt. ſic habet: προφασίζεται καὶ λέγει ὀκνηρὸς, λέων ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἐν δὲ ταῖς πλατείαις φονευταί.

14 *Fovea profunda eſt*] Hoc eſt, inſidioſum & periculoſum, ut ſunt foſſæ profundæ feris capiendis paratæ.

Alienarum mulierum] Meretricum. Vide ad C. II, 16.

Os alienarum] Blanditiæ.

Illuc is cadet &c.] זעום יהוה יפול שם *zhoum Jehovah jippbol ſcham*, iræ Jehovæ ſubjectus incidet illuc. Eſt ſcriptum יפול in textu, ſed deletur punctatione ו & ſcribitur יִפָּל: quaſi יפול minùs rectum eſſet. Sic & antea in alio verbo, vers. 9. Sunt meræ oſtentationes diligentiæ Rabbinicæ. Senſus: homo, propter gravia peccata, à Deo ſibi permiſſus. Si hæc ſcripſit, aut dixit Salomon, ante tot peregrinas uxores ductas, non peccavit poſtea imprudens; ſi poſt tot illicita matrimonia, credibile eſt eum ſenſiſſe quàm graviter peccaverit. LXX. Intt. egregium monitum corruperunt, dum pro ἀλλοτρίας ſcripſerunt, παρανόμου, quod tam de viro, quàm de muliere intelligi poteſt; βόθρος βαθὺς στόμα παρανόμου ὁ δὲ μισηθεὶς ὑπὸ κυρίου ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν. Quæ verba ſequitur neſcio quæ lacinia, de qua nihil in Hebræo textu.

15. *Si ſtultitia* &c.] Deeſt *ſi*, aut interrogatio eſt: *éſtne ſtultitia colligata cum animo pueri?* Hoc eſt, arctiſſimè conjuncta, tamen fuſte ſeparabuntur, certè plerumque, ſi fuſtis tempeſtivè adhibeatur, nec parcatur opere. Attamen ſunt tam depravati, ut ne ictibus quidem emendari queant, ſed pauciores.

16. *Ut ſua ipſius augeat*] להרבות לו *leharboth lo*, ad multiplicandum ſibi.

Verè ad egeſtatem tendit] אך למחסור *ach lmachſor*. Supplendum *tendit*, ut alibi poſt ל. Vide XI, 24. XIV. 23. XXI, 5. Qui pauperiores alios ſpoliat atque ab aliis ditioribus viciſſim ſpoliatur, tectà ad paupertatem tendit. Quod faciunt multi Aulici.

17. *Animum tuum ad ſcientiam meam adpelles*] לבך תשית לדעתי *libbecha thaſchith ledahathi*; nempe, ſermones ſapientum animos ad veræ ſcientiæ cupiditatem accendunt. Ea autem *ſcientia* eſt ſcientia morum, ut paſſim in his libris.

18. *Si quae elegantia ſunt, eáque intra te ſervaveris*] כי נעים כי תשמרם בבטנך chi nohim chi thiſchmerem bebitnecha, *ſi elegans*, *ſi ſerves illos in ventre tuo*: ſubauditur דבר *dabar*, ſi quod elegans dictum; quod idem valet ac pluralis numerus, unde ſequitur participium plurale. כי utrobique eſt *ſi*, ut ſæpe alibi. Vide ſignif. XXIV. particulæ apud *Chr. Noldium*. *Intra te* vertimus quod eſt in *ventre tuo*. Supra C. XVIII, 8. XX, 27, 30. habuimus חדרי בטן *hhadre beten*, ad ſignificandos intimos animi receſſus.

Inſidebunt ſimul labiis tuis] יכנו על שפתיו jichonnou hal ſchphathau, *firmabuntur*, vel *ponentur ſupra labia tua*, hoc eſt, poteris ea proferre, data occaſione. Vide XII, 3. XV, 12.

19. *Quid ſit faciendum*] Hoc ſupplendum.

Ut etiam tu ſcires] *Feci ut ſcias hodie etiam tu*. Pro *hodie* היום *hajjom*, legerunt *A.* & *S.* חיים hhajim, *vita*, habent enim ζωὴν, non malè. הודעתיך גם אתה *hodahthica gam atthah*.

20 *Tres libros*] Eſt ſcriptum in textu שלשום ſed in margine שלישים *ſchaliſchim*. LXX. vertunt τρισσῶς & Vulg. *tripliciter*, à שלש *tres*.

Sed

20. Annon ſcripſi tibi tres *libros* conſiliis & ſcientia *refertos*, 21. ut tibi patefacerem ſinceritatem verborum veritatis, quò vera dicta referres iis, qui te miſerunt?
22. Ne ſpolies pauperem, quia pauper eſt, neque conteres adflictum porta.
23. Jehova enim cauſam pauperum ſuſcipiet, & eripiet vitam eis, qui illos diripiunt.
24. Ne amicitiam contrahito cum iracundo, neque ad hominem *præter modum* excandeſcentem ventites.
25. Ne diſcito ejus vias, ne laqueo anima tua irretiatur.
26. Ne ſis inter complodentes manum, inter eos, qui pro debitis fide jubent; 27. ſi enim

Sed eo ſenſu vox non occurrit. Fortè legendum שלושים *triginta*, ut ſignificentur triginta volumina è ſcriptis Salomonis. Multi multa conjecerunt, quibus hanc quoque conjecturam addas licet, cui & alteram adjiciam; reſpici, nimirum, ad שלושת אלפים משל *tria millia parabolarum*. Potuerunt in Codice, longinquitate temporis, deleri quatuor aut quinque literæ, hoc modo ים ..... שלוש, unde poſtea factum ſit שלשום in nonnullis Codd. & שלשים in aliis. Certè in alterutro horum eſt mendum. Credibile eſt hunc librum eſſe partem tantùm magni illius operis. Vide 1. Reg. IV, 32.

Conſiliis & ſcientiâ refertos] *In conſiliis & ſcientia.* Vix aliud intelligi poteſt, præter ſententias morales.

21. *Sinceritatem verborum veritatis*] קשט אמרי אמת *koſcht imre emeth.* קשט hic exſtat & Pſ. LX, 6. idémque valet ac אמת *veritas*. Congeſtio Synonymorum ſignificat hæc eſſe, ut ſic dicam, vero veriora, aut certiſſima. *Sinceritatem* vertimus, ad orationem variandam, nec veritas eſt veritas niſi ſit *ſincera*, hoc eſt, ſine ulla mendacii miſtura. LXX. Intt. impropriè γνῶσιν ἀγαθήν. Vulg. *firmitatem, & eloquia veritatis.*

Quò vera dicta referres] להשיב אמרים אמת *lehaſchib amarim emeth*, pro אמרי אמת *imre emeth*, abſolutum pro constructo, cujus ἐναλλαγῆς exempla congeſſit *Joan. Baxtorfius* Theſ. Grammatici Lib. II. c. 4. Poſſit etiam ב ſubaudiri ante אמת *ut verba in veritate referres.*

Iis qui te miſerunt] Quis ſit, quem peculiariter Salomo alloquatur, & à quibus ad eum miſſus eſſet non conſtat; nec divinando quiſquam adſequi valuerit. Oportet aliquem ad Salomonem miſſum, ut ab eo ſapientia præcepta acciperet, quæ iis referret à quibus miſſus erat, quibus ea ſcripto conſignata tradidit.

22. *Quia pauper eſt*] Nemo quidem ſpoliandus, ſeu dives ſit, ſeu pauper; ſed pauper minimè omnium, quia omnibus ... is indiget, quæ habet, éſtque potentiorum injuriis expoſitus.

Neve conteras adflictum in porta] אל תדכא עני בשער *al thedaccebe hani baſſchahar*. Portæ urbium loca erant, in quibus jus dicebatur, vetátque hîc Salomo, ne opprimantur pauperes ſpecie juris; quæ eſt maxima omnium injuſtitia. Vide Jud. V, 11. Ruth. IV, 1. Job. V, 4. ubi idem loquendi genus ac hîc.

23. *Cauſam eorum ſuſcipiet*] יריב ריבם *jarib ribam*, litigabit litem eorum; hoc eſt, eorum cauſam defendendam ſuſcipiet. Egregius eſt locus *Plauti* in Rudentis prologo, de ſummi Numinis Providentia, curâ ſuâ omnia complectente, vers. 16. & ſeqq.

Quotidie ille ſcit quis hic quærat malum,
Qui hic litem adipiſci poſtulant perjurio,
Mali res falſas qui impetrant apud Judicem
Iterum ille rem eam judicatam judicat,
Majore multâ multant, quàm litem auferunt.

Eripiet vitam iis qui illos diripiunt] קבע את קבעיהם נפש *kabah eth kobehebem naphesch*, rapiens à diripientibus eos animam. Ubi את *eth* perinde eſt ac מאת *meeth*, ut alibi ſæpe. Verbum quidem hoc, apud Chaldæos, ſignificat *infigere*. Sed hîc & Malach. III, 8. ſine dubio eſt *ſpoliare, defraudare*. LXX. Intt. verterunt: καὶ ῥύσῃ σὴν ἄσυλον ψυχήν, quod quî invenerint in Hebraïcis verbis neſcio. *Aquila*: καὶ καθηλώσει τοὺς καθηλώσαντας αὐτόν, *Symmachus*: καὶ πολαιστεῖ τοὺς πολαζομένους ψυχὴν αὐτοῦ. Vulg. *configat eos, qui confixerint animam ejus.* Sed collatio loci Malachiæ, cum hoc oſtendit *eripiendi* poteſtatem aptiorem eſſe; ac ſanè in loco Malachiæ. *Aquila* & *Symmachus* ἀποστερεῖν verterunt.

24. *Neque amicitiam contrahito cum iracundo*] אל תתרע את בעל אף al thithrah eth bahal aph, *ne amicum te facias cum domino iræ.* Vis ſolita Conjugationis *Hithpaël* hîc ſervanda eſt. Vult enim Salomon, non; ſi quis fortè iracundi hominis ſit amicus, amicitiam eſſe cum vetere amico abrumpendam; ſed ſi norimus quempiam nimis eſſe iracundum, eíque adfectui præter modum indulgere, ejus amicitiam minimè quærendam. Niſi enim ignoſcamus ejuſmodi perturbationi, quam interdum graviſſima mala ſequuntur, ejus amici eſſe non poſſumus; ſin verò ei adverſemur, ut par eſt, veros amicos, brevi amicitiæ noſtræ nuncium remittet? Et verſus ſenarius *P. Syri*:

Amici vitia ſi feras, facis tua,

quia dum amici alicujus ſumus, aliquo modo certè nobis vitia ejus ſunt excuſanda, quâ ratione fiunt noſtra; unde ſequitur etiam nos partim delictorum ejus pœnas luere

Ad hominem præter modum excandeſcentem] את איש חמות *eth iſch hhamoth.* Aut את hîc eſt pro אל, quo conjungi ſolet cum verbo בוא *venire*, aut idem utraque phraſi ſignificatur. Fortè חמות in plurali immodicam iram ſignificat, ut חכמות ſummam ſapientiam.

Ventites] תבוא *thabo*, venies. Cùm Hebræi verbis frequentativis non minùs careant quàm compoſitis, ſunt Interpreti, prout res poſtulat, adhibenda, ubi res ſatis clara.

25. *Ne laqueo anima tua* &c.] Ne implicceris moleſtis negotiis, quæ ex iracundia amici tui naſcentur.

26. *Inter complodentes manum*] Quinam hi ſint ſequentia verba oſtendunt. Vide C. VI, 1. XI, 16. XVII, 18

27. *Cur tibi cubile tuum* &c.] Erat quidem hoc Lege illicitum, certè ne per noctem veſtes ſervarentur, ſed multa ſemper facta ſunt, quæ Lex

Digitized by Google

enim tibi non ſit quod reddas, cur tibi cubile tuum ſubtraheret?

28. Ne transferas terminum antiquum, quem poſuerunt Majores tui.

29. Vidiſti hominem peritum in opere ſuo? coram Regibus, non coram obſcuris ſe ſiſtat.

XXIII. *Sententiæ variæ.*

1. CUM ſedebis ad convivandum, apud eum qui imperat, adtende quod coram te adpoſitum eſt; 2. ſi enim adpetentiæ tuæ indulgeas, cultrum faucibus tuis admovebit. 3 Ne delicatas ejus dapes concupiſcas, is enim cibus eſt fallax. CAPUT XXIII.

4. Ne

Lex vetabat Vide Exod XXII, 26. Deut. XXIV, 12, 13. Ezek. XVIII, 7, 12. XXXIII, 15. 18.

28. *Ne transferas terminum*] Graviter hoc vetitum lege Deut. XIX, 14. XXVII, 17. In Lege Julia de agrorum diviſione: *Quicumque terminos ſtatutos extra ſuum gradum fineſque moverit dolo malo, in terminos ſingulos, quoties cumque fecerit, aureos quinquaginta in publico ejus Coloniæ, in cujus agro id factum erit, dare damnas eſto.* Ubique tales leges fuerunt, niſi fortè apud populos Nomades; ſed maximè neceſſariæ fuerunt in Republica Pop. Hebræi, in quo agri erant potiſſimæ divitiæ & certis familiis adſignati, ita ut ad alias Tribus transferri non poſſent. Vide Num. c. XXXVI, 28.

Poſuerunt] *Fecerunt.*

29. *Hominem peritum*] איש מהיר *iſch mahir.* Vide not. ad Heſdr. VII, 6. Pſ. XLV, 2.

Coram Regibus.] A quibus, nempe, ſolis peritiæ & artis ſingularis juſtam mercedem ferre poteſt; quam ab obſcuris hominibus numquam conſequetur.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXIII.

1. QUod coram te] Id enim tantûm adtingere comitas jubebat *Epicteti* Enchir. c. XXI. Μέμνησο ὅτι ὡς ἐν συμποσίῳ δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφερόμενον γέγονέ τι κατά σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε. μέχρις ἂν γένηται κατά σε. οὕτω πρὸς τέκνα, οὕτω πρὸς γυναῖκα, οὕτω πρὸς ἀρχὰς, οὕτω πρὸς πλοῦτον. *Memento ſic in vita* (ſupplendum οὕτως ἐν βίῳ) *eſſe verſandum tamquam in convivio. Si quid circumlatum ad te pervenerit, porrectâ manu, partem modeſtè capito; præterit? ne detine; nondum adeſt? ne longè adpetentiam projicito, ſed exſpecta donec juxta te fuerit ſic erga liberos, ſic erga conjugem; ſic erga magiſtratus, ſic erga divitias te gerito.* Crediderim etiam Salomonem, in hac Parabola, non tantùm de convivio cogitaſſe; ſed hoc quoque voluiſſe, in negotiis Principum unicuique id ſolum gerendum graviter, cui præfectus eſt, non aliena munera invadenda; quod eſt invidioſum & periculoſum.

2. *Si enim adpetentiæ tuæ indulgeas*] *Cultrum jugulo tuo admovebis, ſi dominus adpetentiæ tu;* hoc eſt, ſi nimia cupiditate labores, eique ſervias. Nam, apud Hebræos, *dominus iræ* dicitur iracundus, qui ei ſervit, non qui dominatur, ut vidimus Cap. XXII, 24. Sic *dominus adpetentiæ* eſt hîc cupidus, qui modum cupiditati ponere nequit. Hîc reſpici putem cupiditatem honorum & munerum, apud Salomonem.

Cultrum faucibus tuis admovebit] Quamvis parùm comte eſſet in convivio, præſertim apud principem, ἐπιβάλλειν πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, attamen princeps riſu potius, aut contemtu rem ulturus eſſe videtur. Sed aliena negotia & munera invadere ſuſpectum & capitale eſſe poteſt, apud Principem, qui vult unumquemque mandato ſibi munere fungi; præſertim ſi res fiat adroganter & imperioſè, aut etiam malè ceſſerit.

3. *Delicatas ejus dapes*] למטעמותיו *lemathammotau*, quod poſſis etiam vertere, *ad ſapidas ejus dapes.* Talia ſunt munera majoris momenti, quæ invadere ad ea non vocato non licet. Principem eſt agere munus adtingere, quod à Principe non acceperis.

Cibus eſt fallax] *Cibus mendaciorum.* Hunc locum non intellexerunt LXX. Int. neque Vulgatus, quamvis poſterior nonnulla verba meliùs verterit. Prima verba verſûs 2. ſic Græci verterunt: μὴ ἐπίβαλε τὴν χεῖρά σου. ubi eſt ושמת שכין *veſchamtha ſacchin*, in quibus verbis nulla eſt negatio; deinde שכין aut שכין numquam *manum* ſignificat, ſed *ſicam* aut *cultrum* apud Chaldæos, Syros & Arabes, ut docebunt *Schindlerus* & *Caſtellus.* Apud Hebræos, nuſquam exſtat vox, niſi hoc loco. Meliùs Vulgatus, ſine dubio ex antiquis aliis Intt. Græcis: *& ſtatue cultrum in guttur tuum*, niſi quòd meliùs vertiſſet *ſtatues.* Pro בלעך *blobecha*, quod bene *guttur* vertit Latinus; aliena planè habent LXX Int. εἰδὼς ὅτι τοιαῦτά σε δεῖ παρασκευάσαι, ut ſolent quando poteſtatem verborum ignorant. לוע *loah*, fauces, guttur rectè vertitur, à לוע *lohab*, deglutire, quamvis hoc loco ſolo habeatur. Sequentia verba: אם בעל נפש אתה *ſi dominus animæ*, ſeu *adpetentiæ* (nota enim eſt hæc vocis ſignificatio) verterunt bene Græci: εἰ ἀπληστότερος εἶ, *ſi inſatiabilior ſis*, malè Vulgatus: *ſi tamen in poteſtate habet animam tuam*; planè enim contrarium ſignificatur, ut antea diximus. Sed *Hieronymus* et Latina Lingua loqutionem Hebraïcam eſt interpretatus, nam *dominari* vel *imperare animæ*, eſt eam *in poteſtate habere.* Hinc *Horatius* 1. Ep. II, 62.

—— Animum rege; qui, niſi paret,
Imperat; hunc frenis, hunc tu compeſce catenâ.

4. Ne diteſcere adlabores, *neque* prudenter te gerere deſinas. 5. Num involabis o-
culis tuis divitias, cùm pereant? nam faciunt ſibi alas, *&* inſtar aquilæ in aërem avo-
lant.

6. Ne comedas panem hominis illiberalis, neque delicatiores ejus cibos concupiſcas;
7. talis enim eſt *erga te*, prout apud animum ſuum *te* æſtimat. Bibe & comede, in-
quit tibi; ſed animus ejus tibi non favet. 8. Buccellam tuam, quam comediſti, evo-
mes, & jucunda tua verba perdideris.

9. Apud aures ſtulti ne loquere, nam ſapientiam verborum tuorum ſpernet.

10. Terminum antiquum ne moveas, neque agros pupillorum invadas; 11. nam li-
berator eorum potens eſt, & cauſam eorum ſuſcipiet.

12. Fa

Ultima denique verba verſ. 3. vertunt LXX. Ταῦτα γὰρ ἔχεται ζωῆς ψευδοῦς, Vulgatus: *in quo eſt panis mendacii.* Meliùs fuiſſet *ille eſt*, והוא vehou. Videtur autem hoc velle Salomo, in ἀποδύσει omiſſa, munera & honores Aulæ res eſſe fallaces; quæ cùm, primâ fronte, neſcio quid concupiſcendum oſtentent, in receſſu plena ſunt anxietate & periculo.

4. *Neque prudenter te gerere deſinas*] מבינתך חדל *mibbinathecha hhadal*, è prudentia tua deſine. Repetendum אל al, *ne*, è ſuperioribus verbis.

5. *Num involabis oculis tuis divitias*] התעיף עינך בו *bathahoph benecha bo.* Legendum ex margine תעיף thahiph, *facies volare oculos tuos.* Servavimus metaphoram & ſenſum. LXX. Intt. ἐὰν ἐπιστήσῃς τὸ σὸν ὄμμα πρὸς αὐτόν. Verbotenus verterunt בו quamvis non præceſſerit πλοῦτος, quod ſubaudiendum. Vulgatus: *ne erigas oculos tuos ad opes*, quaſi anteceſſiſſet עשר hoſcher, *opulentia*.

Cùm per ea] ואיננו veenennou, *& nulla eſt* nempe, opulentia.

Nam faciunt ſibi alas &c] Citiſſimè fugiunt ac diſſipantur, ſive luxu divitum, vel caſibus variis, quibus pereunt.

In aërem.] השמים *haſſchamajim*, *in cœlum*, hoc eſt, in aërem. Noluimus vertere *in cœlum* propter ambiguitatem vocis, cùm conſtat *aërem* ſignificari. LXX. Intt. εἰς τὸν οἶκον τοῦ προεστηκότος αὐτοῦ, quod quid ſibi velit neſcio; niſi velint domum Pluti, aut Plutonis, qui, apud Ethnicos, habiti ſunt præſides divitiarum.

6. *Ne comedas panem.*] Ne conviveris. Eſt Idioma Hebraïcum frequens. Vide Gen. XXX, 54. Jerem. XLI, 1. &c.

Hominis illiberalis] רע עין rah hajin, *mali oculo.* Vide ad C. XXII, 9. & XXVIII, 22. LXX. Int. ἀνδρὶ βασκάνῳ, & Vulg. *cum homine invido.* Invidi quidem ſunt avari & illiberales, ſed *invidia* & illiberalitas non ſunt idem.

Delicatiores ejus cibos] מטעמותיו *mathammothau*, ut verſ. 3. LXX. Intt. ſimpliciter βρώματα, *Aquila* & *Symmachus* ἐδέσματα verterunt. Videntur tamen *ſapidiores cibi* ſignificari à טעם taham, *guſtavit*.

Concupiſcas] Ita concupiſcas, ut des operam qui te ad convivium vocet.

7. *Talis eſt enim erga te* &c.] כי כמו שער בנפשו כן הוא chi chmo ſchahar bnaphſcho chen hou, *quia ut æſtimat in anima ſua ſic ille.* LXX. Intt. τρίχα verterunt שער *ſchahar*, quæ reverâ eſt interdum ſignificatio vocis; at loco non convenit, nec ſententiam commodam in eorum verbis inveneris: ὃν τρόπον γὰρ εἴ τις καταπίοι τρίχα, οὕτως ἐσθίει καὶ πίνει. nec Hebraïcis verbis conveniunt. *Symmachus* שער vertit εἰκάζειν ex Chaldaïca Lingua. Quod & ſequutus *Hieronymus*, qui tamen miram παράφρασιν hîc habet: *in ſimilitudinem arioli & conjectoris, æſtimat quod ignorat.* Senſus eſſe videtur: quamvis te ad convivium vocet, tibiſque adponi jubeat cibos, útque comedas comiter rogare videatur; te tamen pluris propterea non facit, quàm animo antea faciendum cenſuit.

Animus ejus tibi favet] *Cor ejus non tecum.* Vide Jud. XVI, 15. De ejusmodi conviviis vide Sat. V. *Juvenalis*.

8. *Evomes*] Dapes tibi adponet peſſimas, quæ ſtomacho dolorem creabunt, & quibus nonniſi vomitu levari poteris.

Jucunda tua verba perdideris] שחת דבריך הנעימים ſchihhatha dbarecha hannehimim, *corrupiſti verba tua amœna, elegantia, jucunda.* Qui enim convivio ab alio excipitur putat eſſe comitatis laudare cibos, & convivatorem etiam blandâ oratione compellare; quarum rerum eum poſtea pœnitet, ſi inſalubribus cibis exceptum ſe deprahendat. Hæc tamen omnia perverterunt LXX Intt. qui habent: μηδὲ πρὸς σὲ εἰσαγάγῃς αὐτὸν, καὶ φάγῃς τὸν ψωμόν σου μετ᾽ αὐτοῦ, ἐξεμέσει γὰρ αὐτὸν, καὶ λυμανεῖται τοὺς λόγους σου τοὺς καλούς: quaſi hîc ſermo eſſet de mutua invitatione hominis illiberalis. Sed planè mutanda eſſent Hebraïca verba, quæ *Hieronymus* non aliter vertit, quàm ut nunc habent; ex quo non abſurdè conjeceris ſic etiam locum ab *Aquila* & *Symmacho* tranſlatum fuiſſe, quippè quos frequentiſſimè ſequitur *Hieronymus*.

9. *Apud aures ſtulti ne loquere* &c.] Vide Matth. VII, 6. & ad eum locum Intt.

Sapientiam verborum tuorum.] שכל מליך ſcheſchel millecha, *prudentiam verborum tuorum*, nam שכל *ſapientiam, prudentiam, eruditionem* &c. ſignificat.

10. *Terminum antiquum* &c.] Vide Cap. XXII, 28.

Ne moveas] אל תסג *al thaſſeg.* Citatur à *Symmacho*, μὴ μεταναίσῃς, quod mendoſum eſſe videtur, pro μεταστήσῃς.

Agros invades] *Ingrediaris*, תבא *thubo*; nempe, invadendi animo. Ipſum verbum *invadere* aptè verbo Hebraïco reſpondet; eſt enim *vadere in*, & in malam partem ſumitur, non verò verbo *ingredi*, aut intrare.

11. *Liberator eorum*] גאלם *goalam*, quod *conſanguinitatis jure vindicem*, ἀγχιστέα, ut habebant *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*, & quemvis *liberatorem* ſignificat. Nemo non videt Deum deſignari. Vide Deut. X, 18. Pſ. X, 14, 18.

Cauſam eorum ſuſcipiet] יריב את ריבם jarib eth

12. Fac ut animus tuus eruditionem penetret, útque aures tuæ dicta ſapientia *admittant*.

13. Ne abſtineas à caſtigando puero; cùm virgâ eum percuſſeris ideò non morietur:
14. Tu virgâ eum ferito, & animam ejus à morte liberabis.

15. Fili mi, ſi ſapiat animus tuus, etiam animus meus lætabitur; 16. & cùm labia tua loquentur recta, renes mei exſultabunt.

17. Ne animus tuus peccatores æmuletur, ſed timorem Jehovæ ſemper; 18. nam erit etiam *merces*, poſtero tempore, neque ſpes tua interibit.

19. Audi tu, fili mi, ſapito, & animo tuo in via incede.

20. Ne ſis inter potores vini & helluones carnis; 21. nam bibax & edax pauperes fiunt ac dormitatio *hominis* laceris veſtibus induit.

22. Audi

eth ribam, *litigabit eorum litem.* Vide XXII, 23. Iidem Intt. δικάσεται, quod melius eſt, quàm κρίνει κρίσιν, ut habent LXX. Intt. quod ſequutus *Hieronymus* habet: *judicabit cauſam.* Sæpe videtur propemodum caſu elegiſſe quid ſequeretur, quidquid nonnulli de ejus peritia Linguæ Hebraicæ dictitent.

12. *Fac ut animus tuus* &c.] הביא למוסר לבך habitha lammouſar libbecha, *fac ingredi in eruditionem cor tuum*; hoc eſt, da operam ut eruditorum monita moralia probè intelligas. Hîc enim ubique de morali eruditione ſermo eſt.

—— Fuit hæc ſapientia quondam
Publica privatis ſecernere, ſacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno;

ut bene *Horatius* Art. Poët. verſ. 395. & ſeqq. Quod probè obſervandum, ne quis putet hic de theoretica quadam eruditione agi.

Utque aures tuæ &c.] Repetendum: *fac, ut ingrediantur aures tuæ ad dicta ſcientiæ.* Sed Latinè ita loqui non licuit.

13. *Ne abſtineas* &c.] *Ne prohibeas à puero correctionem*; ſi, nempe, ea commiſerit, quæ ſint ſcuticâ digna, & præſertim quidem ſi indole contumaciore ſit; quales ſine dubio permulti fuerunt, apud Hebræos, gentem, quod ei exprobrant Prophetæ, contumaciſſimam.

Ideò non morietur] Si quid doloris ei crees, lethalis tamen non erit; cum indulgentiâ alantur vitia, quæ ſcelera pariunt, cum adoleverunt, ſolâ morte expianda.

14. *Animam ejus à morte liberabis*] Impedies ne ſcelera capitalia admittant, eum ab initio naſcentibus vitiis graviter obliteris. Animam ejus perinde eſt ac eum.

15. *Animus meus lætabitur*] *Lætabitur cor meum, etiam ego.* גם אני *gam ani.* Eſt Idioma Linguæ Hebraicæ, quod aliâ linguâ exprimi nequit, Vide Gen. XXVII, 34. 1. Reg. XXI, 19. & Prov. c. XXII, 19

16. *Renes mei exſultabunt*] In intimis animi, ut ſic loquar, receſſibus; nam *renes* intimorum inteſtinorum numero cenſentur. Vide Pſ. XVI, 7. XXVI, 2. LI, 8.

17. *Ne animus tuus* &c.] *Ne æmulum ſit cor tuum in peccatoribus*; hoc eſt, cùm videbis improbos ſecundis rebus frui, ne propterea eos imitare; nihil enim eſt quod malis hominibus imitatores facere queat, præter divitias & honores, quibus ſæpe fruuntur, poſthabitis bonis.

Semper] *Omni die*, quod Gallicè eodem modo exprimimus voce *toujours*, & Græci Poëtæ vocibus ἤματα πάντα. Hic autem verbum יקנא *jekanne* vertimus *æmuletur*, hoc eſt, imitetur, quia alio ſenſu vix poſſit conjungi cum vocibus ביראת יהוה *biirath adonai*, nam repetendum *æmuletur*. Alioqui ſupplendum eſſet: תהי *ſis*, quod fecerunt LXX. Intt. & Vulgatus. Sed neſcio an Hebræa Lingua hoc loquendi genere utatur: *Sis in timore Dei*, pro *ſis Dei timens.* Nexus, qui eſt inter *invidiam, æmulationem* & *imitationem*, effecit ut voces inter ſe miſcerentur, apud Latinos; quod & factum inter Hebræos hic locus oſtendere videtur, & fortè nonnulla alia.

18. *Merces poſtero tempore*] כי אם יש אחרית *chi im jeſch achharith*, nam eſt poſterum tempus; quia verò poſt rem, quæ mercede digna eſt, factam merces, perſolvitur ideò אחרית poſterum tempus, quòd poſtea fit, *mercedem* aut *præmium* ſonat. LXX. Intt. de poſteritate hæc intelligunt, cùm habeant ἔσται σοι ἔκγονα. Vulgatus: *ſpem in noviſſimo.* Vide Pſ. LXXIII, 1, 2, 17. & inf. XXIV, 14. Ceterùm hic כי אם eſt pro כי *nam.* Vide *Chr. Noldium* ſignif. IV.

Interibit] תכרת thichareth, *reſecabitur.*

19. *Animo tuo in via incede*] אשר בדרך לבך aſſcher badderech libbecha, *incede in via corde tuo.* De verbo אשר vide dicta ad IV, 14. Aut ante לבך ſupplendum ב, ut ſit *ex animo*, aut verbum אשר aſſcher, ſumendum eodem ſignificatu ac in Hiphil, & vertendum, *fac ut animus tuus ambulet in via*; nempe, *prudentiæ* בינה *bineh*, quod exprimitur C. IX, 6.

20. *Potores vini*] Nempe, meri & nimii, quod eſt ebrioſorum.

Helluones carnis] זללי בשר *tsolele baſchar.* Hic LXX. Intt. μηδὲ ἐκτείνου συμβολαῖς, κρεῶν τε ἀγορασμοῖς. *Theod.* συμβολοκοπῶν. Sequente verò verſu, ubi iterum occurrit LXX. Intt. πορνοκόπος, ceteri συμβολοκόποι verterunt. Vulg. *et qui carnes ad veſcendum conferunt*, & poſtea *dantes ſymbola.* Intelligitur qui frequenter cum amicis *eſt de ſymbolis*, ut loquitur *Terentius.* Neſcio tamen an ſit propria vocis ſignificatio, nam apud Chaldæos, זלל *tslal*, ſignificat *deſpectus*, aut *vilis fuit*; in Hebraica Lingua, non extat.

21. *Dormitatio* &c.] קרעים תלביש נומה *kerahim thalbiſch nonmah*, *laceris veſtibus induet dormitaſſe*; nempe, dormitantes & pigros. Hæc fortè ſententia frigidior nonnullis videbitur; quis enim talia ignorat? Sed quot res ſunt omnibus notæ, quæ tamen frequenti repetitione inculcandæ ſunt juvenibus, præſertim nondum mala vitæ expertis, præſertim in gente rudiore?

22. *Nam*

22. Audi patrem tuum, *nam* te genuit, neque contemnito matrem tuam, cùm ſenue-
rit. 23. Veritatem comparato, neque *eam* vendito, *uti nec* ſapientiam, eruditionem &
prudentiam. 24. Exſultabit pater juſti, & qui generat ſapientem, eo lætabitur. 25. Gau-
debunt pater tuus & mater tua, & genitrix quidem tua *præſertim* exſultabit.
26. Fili mi, animum tuum mihi adjicito, atque oculi tui vias meas obſervent; 27.
nam fovea eſt profunda meretrix & puteus anguſtus aliena mulier. 28. Hæc etiam,
prædonis inſtar, inſidiatur, & inter homines perfidorum numerum auget.

29. Ad

22. *Nam te genuit*] זה ילדך *zeh jeledecha*; ille genuit te, quod poſſis etiam vertere: *qui genuit te*; nam זה eſt interdum vice relativi.

23. *Veritatem comparato*] אמת קנה *emeth kneh*; ut C. IV, 5, 7. Hoc vult ſumtibus non eſſe parcendum, ut magiſtris veritatem docentibus opera detur; ſive ſint conducendi, ſive longum tempus ſit in eo ſtudio ponendum. Sæpe à parentibus magni ſumtus fiunt in res ludicras, aut etiam noxias, quibus liberos ſuos donant; exigui, ut eorum animus utiliſſimâ de moribus doctrinâ excolatur; tametſi res ſit maximi momenti.

Neque eam vendito] Si quis admonitione & conſilio tuo indigeat, liberaliter & ſine ulla ſpe lucri impertitor. Pertinent hæc ad eos, qui poſſunt hoc facere; hoc eſt, ad homines locupletes, qui ſtudio ſapientiæ operam dederunt, non ut ejus doctores poſtea eſſent, vitámque eâ arte ſuſtentarent, ſed uti in ſuis & amicorum negotiis ea uterentur.

Uti nec ſapientiam, eruditionem &c.] Addidimus *uti nec*, quia quod dixit Salomo de *Veritate*, id de *Sapientia*, *Eruditione* & *Prudentia*, intelligi etiam ſine dubio voluit; quatuor enim hiſce vocibus idem reverâ ſignificatur. Deeſt hîc verſus in Verſ. LXX. Int. ſuppletúſque erat ex alio Interprete hiſce verbis, quæ in nonnullis antiquis Codd. inveniuntur: ἀλήθειαν κτῆσαι, καὶ μὴ ἀπώσῃ σοφίαν, καὶ παιδείαν καὶ σύνεσιν. Sed תמכר *thimcbar* non eſt *repelles*, & more Hebræo in hac voce deſinit prius ſententiæ membrum. Neglexit tamen hoc Vulgatus, qui habet: *veritatem eme & noli vendere ſapientiam, & doctrinam, & intelligentiam.*

24. *Exſultabit*] Scribitur in textu: גול יגול *gol jagol*, quod in margine emendant Maſſorethæ גיל יגיל *gil jagil*, quod neſcio an neceſſarium ſit.

Qui generat ſapientem eo lætabitur] יולד חכם וישמח בו *joled hhacham vejiſchmahh bo*, *generans ſapientem & gaudebit in eo:* ſic in textu habetur, in margine τὸ ו tertiæ voci præfixum præfigendum monemur primæ & quidem rectè.

25. *Exſultabit*] Nempe, cùm filium ſapientiæ & juſtitiæ famâ celebrari audiet.

26. *Oculi vias meas*] Intellectûs, nempe, oculi, qui rectum vitæ inſtitutum norunt & obſervant.

27. *Fovea profunda*] כי שוחה עמוקה *chi ſchuhhuh hamouku*. *Symmachus*: ὄρυγμα βαθὺ rectè ſine dubio. Sic & Vulgatus: *fovea profunda.* At LXX. Int. peſſimè: πίθος γὰρ τετρημένος ἐστὶν ἀλλότριος οἶκος.

Puteus anguſtus.] Nempe, in ſumma ora, quæ arctior erat quàm fundus putei; atque hinc fiebat ut qui incidiſſet in ejusmodi puteum, ſi aqua plenus eſſet ſubmergeretur, aut certè ſine alieno auxilio, eo egredi non poſſet, etiamſi aquâ exhauſtus fuerat. Vide not. ad Gen. XXI, 19. LXX. Int. φρέαρ στενὸν ἀλλότριον. Perperam.

Aliena mulier] Perinde eſt ac meretrix, cujus rei rationem diximus ad Cap. II, 16.

28. *Prædonis inſtar*] כחתף *chehhetteph*. Nihil, quod ad rem faciet, habent ad hunc locum LXX. Intt. *Hieronymus: quaſi latro.* Legendum cum eo כחותף *chehotheph* ut ſit Participium, quemadmodum legit Latinus Interp. Nuſquam alibi nomen exſtat, ſed tantùm Jud. XXI, 21. Pſ. X, 9. & quidem conjunctum cum inſidiis, & Job. IX, 12. pro eo quod eſt *rapere*. Alii *prædam* interpretantur, minus commodè.

Perfidorum numerum auget] בוגדים תוסיף *bogedim thoſiph*, *perfidos addet*; hoc eſt, eorum numerum auget, nam quiſquis addit cuivis numero eum auget. Nec difficile eſt intellectu ab impudicis mulieribus viros blanditiis ad perfidè ſe ſe gerendum adduci. Sic Candaulis uxor Gygem partim promiſſis, partim minis, impulit ad occidendum Candaulem Regem, qui ei amiciſſimus erat. Vide *Herodotum* Lib. I. c. 11, 12. Græcus, qui ſub nomine LXX. Intt. latet, vertit: πᾶς παράνομος ἀναλωθήσεται, nec multò meliùs *Theodotion*: καὶ ἀσυνθετοῦντας ἐν ἀνθρώποις ἀπαλλάξει. Nec rectius Latinus: *& quos incautos viderit interficiet.*

29. *Ad quem pertinet væ*] למי אוי *lmi oi*, οὐαὶ, ut habent LXX. Int. *cui væ*, Vulgatus. Ex Hebraica ortum duxit Græca particula, unde nata Latina, quæ eſt calamitatem prænunciantis, ut hîc, aut etiam optantis, ut alibi.

Ad quem egeſtas.] למי אבוי *lmi aboï*, quod eſt ab eadem radice à qua eſt אביון abjon, *pauper*, ideóque *egeſtas* rectè verti videtur. LXX. Intt. θόρυβος. Vulgatus: *cujus patri væ*, incommodè. Satis notum eſt ebrietatem eſſe cauſam egeſtatis, quod ebrioſi homines nullam rei familiaris curam gerant.

Ad quem rixæ?] מדינים *midianim*, quæ facilè inter ebrioſos naſcuntur.

Fremitus] שיח *ſchiahh*, quod fremitum murmur, querelam ſignificat. Vide Job. VII, 13. IX, 27. X, 1. LXX. Intt. ἀηδίαι καὶ λέσχαι vertunt, Vulgatus: *cui foveæ?* quaſi idem eſſet ac שחת *ſchabhath*, foſſa. Multò ſatius eſt *fremitum* aut *querelam* vertere. Horatius ad teſtam vino refertam Lib. Od. III. Od. XXI, 2.

Seu tu querelas, ſive geris jocos,
Seu rixam.

Vulnera ſine cauſa] פצעים חנם *phtſahim hhinnam*; hoc eſt ab hominibus ebriis illata & accepta, ſine ulla ſat gravi cauſa. Quod caſtigat *Horatius* Carm. Lib. I. Od. XXVII.

Natis

29. Ad quem pertinet væ? ad quem egeſtas? ad quem rixæ? ad quem fremitus? ad quem vulnera, ſine cauſa? ad quem rubor oculorum? 30. Ad eos, *nempe*, qui diu morantur in compotatione, quique inquiſitum eunt miſtum vinum. 31. Ne contempleris vinum rubens & in calice colorem ſuum exhibens, cùm facillimè *corpus* ſubit. 32. Tandem inſtar ſerpentis mordet, & inſtar reguli *os* dilatat.

33. *Si* oculi tui viderint extraneas *mulieres*, animus tuus perverſa loquetur, 34. eríſque inſtar cubantis in medio mari, & quidem in vertice mali. 35. Verberaverunt, *inquies*,

Natis in uſum lætitiæ ſcyphis
Pugnare Thracum eſt, tollite barbarum
Morem &c.

Rubor oculorum] חכלילות עינים *bhachliloutb benajim*. Vide Gen. XLIX, 12. LXX. Intr. *πελιδνοὶ*, *Aquila καθαρὸς*, *Symmachus χαροπὸς*.

30. *Qui diu morantur in compotatione*] מאחרים על היין maahharim hal hajajin, *morantes ad vinum*.

Inquiſitum eunt miſtum vinum] באים לחקר ממסך *baim labhkor mimſach*, venientes ad inveſtigandam miſturam. LXX. Intt. *ἰχνεύοντες ποῦ πότοι γίνονται*. Vulg. *qui ſtudent calicibus epotandis*. Præſtat verbotenus vertere, cùm notiſſimum ſit aromatibus vina fuiſſe permiſta. Vide Eſai. LXV, 11.

31. *Vinum rubens*] כי יתאדם *chi jithaddam*, cum colorem rubrum exhibebit, nam verbum eſt activum & quidem reciprocum.

Et in calice colorem ſuum exhibens] כי יתן בכוס עינו chi jitthen bacchos heno, *cùm dabit in calice oculum ſuum*. עין *bajin* ſæpe ſignificat colorem qui oculos ferit. Vide Levit. XIII, 5, 55. Ezek. I, 4, 27. LXX. Intt. perperam: *εἰ γὰρ εἰς τὰς φιάλας καὶ τὰ ποτήρια δῷς τοὺς ὀφθαλμούς σου*, quaſi ſcribi oporteret תתן *thitthan* & עינך *henecha*, quod neſcirent עין eſſe interdum *colorem*. Vulgatus: *cùm ſplenduerit in vitro color ejus*. Voce כוס vitreum calicem intellexit, in quo maximè colorem vini ſplendentem animadvertere licet.

Cùm facillimè corpus ſubit] יתהלך במישרים jithallech bmeſcharim, *movet ſe in rectitudinibus*. Quod de vino, dum calice continetur, dici nequit. Sed homo, qui elegantem colorem cum voluptate intuetur, rectâ id in corpus demittit. Senſus commodior vix inveniri queat. Hæc LXX. Intt. mirificè verterunt: *ὕστερον περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρου*. Hieronymus: *ingreditur blandè*.

32. *Tandem inſtar ſerpentis mordet*] אחריתו כנחש ישך ahharitho chenahhaſch jiſſchach *poſtremò* (quaſi eſſet באחריתו beahharitho) *ut ſerpens mordet*; hoc eſt, nimius ejus uſus tandem nocet. LXX Intt. paraphraſin, ſine neceſſitate, adhibent: *τὸ δὲ ἔσχατον ὥσπερ ὑπὸ ὄφεως πεπληγὼς ἐκτείνεται*. Vulgatus: *in noviſſimo mordebit, ut coluber*, ſed נחש non *colubrum*, ſed quemvis ſerpentem ſignificat.

Inſtar reguli os dilatat] כצפעני יפריש *chetſiphoni japhriſch*. צפעני *baſiliſcum* eſſe probabilibus rationibus oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. a. Lib. III. c. 9. & ſequenti Capite pluribus hunc locum illuſtravit. Verbum יפריש *japhriſch*, interpretatur è Chaldaica Lingua *pungere*. Sed cùm פרש *dilatari*, *expandi*, apud Hebræos ſit, ſupplevimus פיו phiv, *os ſuum*, quia Baſiliſcus ſibilo, aut flatu ore aperto emiſſo occidere credebatur, ut oſtendit idem Cap. IX. LXX. Intt. *καὶ ὥσπερ ὑπὸ κεράστου διαχεῖται αὐτῷ ὁ ἰός*, Vulg. *Sicut regulus venena diffundet*. *Aquila* etiam *Baſiliſcum* vertit.

33. *Si oculi tui viderint*] *Oculi tui viderint*. Sed ſupplendum eſt אם *ſi*, ut ſæpe alibi. Vide C. XXIV, 10. & *Chr. Noldium* ad particulam Hebraicam num. XXIV.

Animus tuus perverſa &c.] *Cor tuum*. Animus enim, apud pravas mulieres, non niſi prava diſcit, quæ & poſtea proloquitur os.

34. *In medio mari*] בלב ים bleb jam, *in corde maris*; hoc eſt, in alto.

In vertice mali.] בראש חבל *broſch bhibbel*. Intelligitur *corcheſium*, quod Galli vocant *la hune*. Eſt inſtar corbis circa ſummum malum, unde licet procul proſpectare. Furor eſſet ibi dormire in alto, etiam tranquillo mari; quia, vel minimo maris motu, inde excuteretur qui illic dormiret. Dictus videtur malus חבל *bibbel*, eo quòd ab eo pendeant חבלים *bhabalim*, funes. Hoc tantùm in loco vox extat, &, ne quid diſſimulem, ex conjectura è re ipſa deſumta *malum* interpretantur. Poſſet tamen חבל *bhibbel* dicta funium in ſummum malum coeuntium collectio. LXX. Intt. *ὥσπερ κυβερνήτης ἐν πολλῷ κλύδωνι*. Hieronymus: *ſopitus gubernator amiſſo gubernaculo*. Verum eſt חֹבֵל eſſe *nauclerum*, ſed hìc de *tempeſtate*, aut *gubernaculo* nihil. Elegans eſt deſcriptio hominis in ſummo periculo verſantis, nec tamen quidquam animadvertentis, quales libidinoſi juvenes inter meretrices.

35. *Verberaverunt, inquies, me*] Rectè *μίμησιν* hìc eſſe obſervant Intt. quales ſunt plures ex abrupto veluti prolatæ, ut hæc. Vide Pſ. II, 3. XXII, 9. Prov. VIII, 4. Sed non facile eſt dictu cujus ſit hæc *μίμησις*. Viri docti eam ad hominem ebrium referunt, qui cùm ebrius fuiſſet & malè habitus, tamen omnium oblitus erat, cum crapulam edormiviſſet. Nec res dubia eſſet, ſi hic verſus eſſet proximè poſt 32. Sed cum ſequatur deſcriptionem periculi, in quo verſantur homines libidinoſi, res eodem fortè referri poſſet; ita ut vir verberatus in lupanari deſcribatur, & poſtea in ſomnum reſolutus & excitatus nihil ſenſerit mali, nec dubitet poſtea eumdem locum repetere. Quod irriſionis cauſâ fit, ut doceantur, inſanire planè ejuſmodi homines, qui à meretricibus & earum combibonibus malè habiti & malè mulctati, attamen quaſi nihil eorum ſenſiſſent, ad eas redibant. *Verberaverunt*, הכוני *hiccbouni*, quod & verti queat: *percuſſerunt me*.

Inquies] Hoc addidimus, ut LXX. Intt. qui habent: *ἐρεῖς δὲ*, & Vulgatus: *&* *dices*, ut abrupta hæc *μίμησις* aliquo modo molliretur.

quies, me, nec *tamen* dolorem ſenſi; contuderunt me, nec tamen ſcivi, quando expergefactus ſum. Rem iterum quæram.

XXIV. *Gnomæ miſcellæ.*

CAPUT XXIV. 1. NE invideas hominibus malis, neque cupias cum iis verſari; 2. nam prædam animus eorum meditatur, & vexationem labia eorum loquuntur.
3. Sapientiâ ædificatur domus, & prudentiâ ſtabilitur. 4. Scientiæ ope implentur copiis omnibus pretioſis & jucundis interiores cellæ.

5. Vir

Nec tamen dolorem ſenſi] בל חליתי *bal bhelithi*, quod verti etiam queat *ægrotavi*. Sed de ſenſu doloris aptiùs intelligitur. Vide ſimilem locum Jerem. V, 3. Cùm ejusmodi ganeones, quamvis multa mala paſſi, ab impudicis mulieribus, iiſque qui ad easdem ire ſolent, eodem tamen redeant; perinde hoc poteſt haberi ac ſi mali quidquam ab iis paſſus ſe eſſe negarent.

Contuderunt me] הלמוני *halemonai*, hoc eſt, tuditi percuſſerunt. Vide Cap. XVIII, 6 Gravius quid ſignificat, quàm הכוני *hiccbouni*.

Nec tamen ſcivi] Nec incommodum ullum ſenſi; quod dicitur de eo qui peſſimè habitus tamen eò redibat, ubi ſic exceptus fuerat, quaſi hoc ignoraret.

Quando expergefactus ſum] מתי אקיץ *mathai akits.* Solet quidem מתי interrogationi præponi, ſed hoc loco nulla interrogatio eſſe videtur. Ideóque *Noldius* etiam hunc locum profert, ut oſtendat interdum non eſſe interrogationis ſignum, & Pſ. CI, 2. qui locus eſt obſcurus.

Rem iterum quæram] אוסיף אבקשנו עוד oſiph abakſchennon hod, *addam quæram illud rurſus.* Eſt Hebraiſmus notus, quo ſignificatur furor hominum loca fœda repetentium, quamvis mala multa in iis paſſorum. LXX. Int. interrogativè habent: *πότε ὄρθρος ἔσται ἵνα ἐλθὼν ζητήσω μεθ' ὧν συνελεύσομαι*; Vulgatus: *quando evigilabo, ut rurſus vina reperiam?* Sed non poteſt induci dormiens hæc dicens, neque ab aurora compotores quæruntur, aut ganeones; verum potiùs veſperi.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXIV.

1. NE *invideas hominibus malis*] לא תקנא באנשי רעה lo thekanneh beanſche rahah, *non invidebis hominibus malitiæ.* Fortè hîc, ut & C. XXIII, 17. verbum קנא non tam dolere, boni alieni causâ, quæ *invidentia* Latinis, φθόνος Græcis propriè dicitur; quàm *æmulari*, ſeu ζηλοῦν, hoc eſt, imitari ſignificat. Certè proximè ſequens membrum huic interpretationi favet. Hinc LXX. Intt. ζηλώσῃς & Vulg. *ne æmuleris.*

Neque cupias cum iis verſari] ואל תתאו להיות אתם veal thithav lihjoth itham, *neque concupiſcas eſſe cum illis.* Hæc ζῆλον, ſeu imitationem quamdam ſignificant; nam qui vehementer cupiunt in malorum eſſe conſortio, eorum moribus uti parati ſunt; à quibus quicumque aberrant conſortium eorum vitant.

2. *Prædam*] שד *ſchod*, prædam, vaſtationem; ſive excurſionibus in vicinorum agros, ſive occultis artibus in populares ipſi ſuos graſſantur.

Venationem] עמל *hamal*, de moleſtia aliis creanda colloquuntur.

3. *Ædificatur domus*] Hoc eſt, initium datur florenti familiæ. Vide Pſ. CXXVII, 1.

Prudentiâ ſtabilitur.] בתבונה יתכונן *bithbhounah jithchonan.* Quamvis *ſapientia* חכמה *bhochmah*, & *prudentia* תבונה *thebounah* paſſim miſceantur, hîc aliquo modo diſtingui videntur, ita ut prior acumen animi majus ad rem faciendam ſignificet, poſterior verò cautiorem indolem; quæ magis quæſitorum conſervationem, quàm aliorum adquiſitionem denotet. Poſſis vertere יתכונן *ſe ſtabilit*, vel *ſe firmat*, ut vis activæ conjugationis ſervetur. Sed omnes Linguæ eodem modo rem eamdem non exprimunt, nec ubique ſinguiæ ſibi conſtant.

4. *Scientiæ ope*] בדעת *bdahath*, quâ voce videtur hîc intelligi peritia vel ars Oeconomica; nam neque ſublimiores diſciplinæ multùm excultæ fuiſſe, aut opes datoribus ſuis peperiſſe videntur. LXX. Intt. *μετὰ αἰσθήσεως*, neſcio quis alius, fortè *Aquila: ἐν γνώσει.* Non minùs rectè vertiſſent: *διὰ τέχνης*, *arte.* Sed & ſapientes viri, apud Ethnicos, non dubitarunt de Oeconomia, quaſi parte ſapientiæ agere, ut liquet ex *Oeconomico Xenophontis*, quem *Cicero* verterat, éque duobus Libris *Oeconomicorum Ariſtotelis.*

5. *Vir ſapiens fortitudine*] גבר חכם בעז *gaber bhacham bahoz*, ſubaudio hîc è ſequentibus מאמץ כח *meammets coahh*, auget vires; hoc eſt, fortitudine animi ſuſtentatus ea gerit quæ alius vix poſſet, paribus copiis.

Vir peritus] איש דעת *iſch dahath.* Subaudio בדעת *bdahath*; hoc eſt peritiâ rei, nempe, militaris.

6. *Conſiliis gerere debes bellum*] בתחבלות תעשה לך מלחמה *bethabhbuloth thahaſcheh lcha milhhamah*; in conſiliis facies tibi bellum. Futurum hîc, ut paſſim, officium ſignificat, & dativus לך lcha, *tibi*, abundat, ut Gen. XII, 1. לך לך *lech* lecha, *ito tibi*, & ſimilia. De re ipſa vide C. XI, 14. XV, 22. *P. Syrus*, verſ. 129, & 174.

Conſilio meliùs vincas, quàm iracundiâ.
Ducis in conſilio poſita eſt virtus militum.

Vide

5. Vir ſapiens fortitudine, & vir peritus *peritiâ* auget vires; 6. nam conſiliis gerere debet bellum, & ſalus *ſita eſt* in multitudine conſiliariorum. 7. Sublimior eſt ſtulto ſapientia, *quàmut eam capiat*, nec in porta os ſuum aperit.

8. Excogitantem artes malè faciendi prava molientem vocant. 9. Molitio ſtultitiæ peccatum eſt, & abominatio hominum eſt deriſor.

10. Si remiſſus fueris die, quo in anguſtia verſaberis, fortitudo tua in anguſtum redigetur.

11. Liberare eos, qui capti *ducuntur* ad mortem, & qui ad cædem divertunt, an ſuperſedebis? 12. ſi dixeris: en hunc non novimus, annon is, qui expendit corda, *rem* in-

Vide ſimiles ſententias, in notis poſtumis *Jani Gruteri* ad poſteriorem verſum.

In multitudine conſiliariorum] Modò ſint rei militaris periti, & modò ne conſilia revelentur. LXX. Intt. *μετὰ κυβερνήσεως γίνεται πόλεμος, βοήθεια δὲ μετὰ καρδίας βουλευτικῆς.* Pro ברב יועץ *brob jobets*, legerunt בלב יועץ *bleb jobets* in corde conſiliarii. Perperam.

7. *Sublimior eſt ſtulto ſapientia*] ראמות לאויל חכמות ramoth leevil hhochmoth, *altæ ſunt ſtulto ſapientiæ.* De voce חכמות in plurali vide ad Cap. I, 9. ראמות ſcribitur cum א. Vult *Lud. Cappellus* hanc litteram olim additam, quaſi *matrem lectionis*, ut ſignificaretur ſyllaba ſono certo efferenda. Eum vide Arcani Punctationis Lib. I. c. XVIII, 11. Addidimus, *quàm ut eam capiat*, perſpicuitatis causâ.

Nec in porta os ſuum aperit] In portis urbium locus erat conventus Judicum, ubi viri ſapientes ſententiam de litibus ferebant, & ubi homines imperiti eis ludibrium debebant, ſi quid abſurdi proferrent. Quare nonnulli ſatius habebant ſilere. Vide I, 21, VIII, 3. Nihil hîc viderunt LXX. Intt.

8. *Excogitantem artes malefaciendi*] מחשב להרע mehhaſſcheb lehareah, *excogitantem ad malè faciendum.*

Prava molientem vocant] בעל מזמות יקראו bahal mzimmoth jikraou, *dominum molitionum vocabunt.* Vulgatus: *ſtultus vocabitur*, incommodè; verba enim Hebraïca potiùs *hominem callidum* ſignificant. Interdum quidem מזמה *mzimmah* eſt prudentia, ſed plerumque calliditas, aut prava molitio.

9. *Molitio ſtultitiæ peccatum eſt*] זמת אולת *zimmath ivveleth.* Sententia eſt, iis, quæ moliuntur ſtulti, ineſſe frequenter peccatum.

Deriſor] לץ *lets*, quod ſemper in malam partem ſumitur, pro virtutis ipſius deriſore. Vide Pſalm. I, 1.

10. *Si remiſſus fueris*] Aut *te remiſeris* התרפית *bithrapphithe.* Supplendum אם *ſi*, ut XXIII, 33. & ſæpe. In rebus anguſtis & præſenti periculo, ſola audacia expedire poteſt. L. Marcius apud *Livium* Lib. XXV. c. 38. *Scio audax videri conſilium; ſed in rebus aſperis & tenuibus, fortiſſima quæque conſilia tutiſſima ſunt; quia ſi, in occaſionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paullùm fueris, nequidquam mox omiſſam quæreris.* Itaque optimè Salomon de induſtria tunc temporis nihil remittendum eſſe docet.

Die quo in anguſtia &c.] *In die anguſtiæ.*

Fortitudo tua in anguſtum redigetur] צר כחכה *tſar chohhechah*, arcta fortitudo tua. Vulgatus: *ſi deſperaveris laſſus in die anguſtiæ, minuetur fortitudo tua.*

11. *Qui capti ducuntur ad mortem*] לקחים למות lekahhim lammaveth, *captos ad mortem*, captivos, qui damnantur morte, niſi quis eos redimat. Tales erant bello capti ſenes, aut anus, quorum ætas gravior inepta erat ſervituti. Pueri enim facilè vendebantur mangonibus, in ſpem ſervitutis, juvenes verò re ipſâ ſerviebant. Vulg. *erue eos, qui ducuntur ad mortem*, ex LXX. Intt. *ῥῦσαι ἀγομένους εἰς θάνατον*, qui cetera hîc pleraque perverterunt.

Qui ad cædem divertunt] מטים להרג matim laharog, *divertentes ad occidendum*, quod activè intelligeretur de iis, qui occidunt alios, niſi res ipſa obſtaret. Fortè legendum הֻרַג, ut ſit Infinitivus Hophal, quæ paſſiva eſt Conjugatio. LXX. Intt. *ἐκπρίου κτεινομένους*, Vulg. *qui trahuntur ad interitum.*

An ſuperſedebis?] אם תחשך *im thabhſchoch*, an parces? vel an continebis te? Quæ interrogatio eſt inſtar negationis, unde LXX. Intt. *μὴ φείσῃ*, & Vulgatus: *ne ceſſes.* Poſſet etiam hoc comma intelligi de hominibus abductis à prædonibus, qui iis mortem minitabantur, niſi a ſuis redimerentur.

12. *Si dixeris*] כי תאמר *chi thomar*, ubi כי eſt pro אם *ſi*, ut alibi. Vide *Chr. Noldium* ſignif. XXIV.

En hunc non novimus] Nempe, inter captivos: quaſi non niſi notos redimere neceſſe habuiſſent; quod erat hominum illiberalium, ſi modò haberent unde populares redimerent; quod damnat hîc Salomon. Credibile eſt, cùm Hebræi vicinos populos odio haberent, atque excurſionibus vexarent, paucis exceptis; Arabas, Hammonitas, Moabitas, Syros par pari reddidiſſe, & quaſi ſervos abduxiſſe Hebræos, quos capere poterant; quibus mortem minabantur, niſi redimerentur, ut diximus. Poterat autem facilè contingere ut Hebræus quiſpiam ignotus, aut quem nemo ſibi notum fateri ſuſtinebat, ut multi erant pauperes, caperetur; quem hominem locupletes, quibus ignotus erat, quamvis popularis, aut quem notum ſibi eſſe diſſimulabant, redimere nolebant; quia rem nemini honeſtiorum imputare poterant, neque ſibi exprobrari timebant.

Annon qui expendit corda] תכן לבות *thochen libboth.* Vide Cap. XVI, 2. XXI, 2. Deus *expendere corda* dici non poſſet, niſi ea probè noſſet; quæ ſi probè novit, non impunes habebit eos qui popularem, apud Idololatras, ſervientem & ſibi notum perire paterentur, quaſi ignotum, ne exiguam pecuniam numerarent. LXX. Intt. *καρδίας πάντων γινώσκει.* Vulg. *qui inſpector eſt cordis.* Bene, quoad ſenſum. Sed *Aquila* aptiùs: *ὁ σταθμίζων καρδίας.*

Qui

intelliget? Annon, qui obſervat animum tuum *rem* cognoſcet, & homini, prout fe-
cerit, rependet?
13. Comede, fili mi, mel, quia bonum eſt, & favum, qui palato tuo dulcis eſt.
14. Sic *ſunt* cognitio & ſapientia animo tuo, ſi eas nactus fueris; mercéſque *tibi* poſ-
tea erit, nec ſpes tua peribit.
15. Ne inſidieris, ô improbe, habitationi innocentis, neque ſtabulum ejus diripias;
16. nam ſepties quidem cadit juſtus & reſurgit, nocentes verò corruunt, in calamitate.
17. Cùm ceciderit inimicus tuus ne læteris, neque animus tuus exſultet, cùm of-
fenderit; 18. ne videat Jehova, réſque ei diſpliceat & iram ſuam ab eo avertat.
19. Ne *irâ* accendaris ob maleficos, nec improbis invideas; 20. neque enim præmium
poſtmodum malo erit, & lucerna nocentium exſtinguetur.
21. Time, fili mi, Jehovam & Regem, neque cum aliter ſentientibus familiariter
verſare;

Qui obſervat animum tuum] ונוצר נפשך *venotſer naphſchecha.* LXX. Intt. ὁ πλάσας πνοὴν, quia legerunt יוצר, *jotſer*, qui finxit. Sed *Aquila & Theodotion*: διατηρῶν ψυχὴν, & Vulgatus: *ſervator animæ tuæ.* Quæ cum lectione Codd. Hebraïcorum conſentiunt.

13. *Comede, fili mi*] Hic verſus eſt tantùm comparationis πρότασις, cujus ἀπόδοσις ſequente conjungitur. Non jubet ergo Salomo mel comedi, quaſi rem ſalubrem, ſed quemadmodum mel palato gratum eſt & ſalubre proptereáque comeditur: ita ſapientiâ, quæ longè gratiſſima & ſaluberrima eſt, animum eſſe alendum. Sic etiam Dithyrambici Poëtæ, apud Græcos, ſolent, qui ſæpe omittunt UT & SIC quæ ſunt ſigna comparationis, quamvis re verâ comparatione utantur. Vide initium Odæ I. *Pindari* Olymp. ubi cum aqua & auro conferuntur Olympici ludi.

14. *Cognitio & ſapientia*] דעה חכמה *debah hhochmah.* Excidit ו &, aut certè ſupplendum.

Mercéſque tibi poſtea erit] ויש אחרית *vejeſch ahharith*, & *eſt merces*, aut *præmium poſtea.* Vide ad C. XXIII, 18. LXX. Intt. verterunt: ἡ τελευτή σου. Vulg. *in noviſſimis.* Senſus eſt eum, qui ſemel ſapientiam conſequutus fuerit, ampliſſimum præmium in ejus poſſeſſione inventurum.

15. *Stabulum ejus*] רבצו *ribtſo*, quæ vox ſtabulum, in quo recumbunt pecudes, ſignificat. Eſai. XXXV, 7. LXV, 10. Jerem. L, 6.

16. *Septies cadit juſtus & reſurgit*] *Cadere* hìc non ſignificat *peccare*, ut volunt nonnulli, quod ex ſequente ἀντιθέσει liquet; ſed in calamitatem incidere, quæ eſt vocis poteſtas pluribus in locis hujus libri, non prolabendi in delictum. Vide XI, 5, 14. XIII, 17. XVII, 20. XXVI, 27. XXVIII, 10, 14, 18. quibus conciount multa alia Scripturæ loca. *Septies* autem hìc ſumitur pro eo quod eſt multoties. Vide not. ad Geneſin C. IV, 15. Adde & Job. V, 19. qui locus huc facit: *in ſex anguſtiis te liberabit, nec in ſeptima te malum adtinget.*

Et reſurgit] וקם *vakom*, & ſurgit; quia Hebræi carent compoſitis, quibus Interpretes uti par eſt. Hinc LXX. Intt. ἀναστήσεται, & Vulg. *reſurget.*

Corruunt in calamitate] יכשלו ברעה *jiechaſchelou berahah*; hoc eſt, in calamitate ſua, ita corruunt, ut tandem non ampliùs reſurgant, ſed pereant in perpetuum. LXX. Intt. minùs commodè: ἀσθενήσουσιν ἐν κακοῖς, Vulgatus: *corruent in malum.*

17. *Cum cecideris*] In calamitatem, nempe, ut antea diximus.

Inimicus tuus] איבך *ojibcha.* Intelligitur inimicus è popularibus, non hoſtis extraneus; Lege enim illicitum non erat, ob hujus mala, gaudere. Sic Exod. XXIII, 4, 5. jubentur Iſraëlitæ jumentum errans inimici ad dominum reducere, & oneri ſuccumbentem ſublevare. Sed *inimicus* ille eſt Iſraelita, non populi vicini, & præſertim quibuscum amicitiam colere Hebræis nefas erat. His nocere & calamitatibus eorum gaudere ſibi fas putabant.

18. *Réſque ei diſpliceat*] *Et malum in oculis ejus*; hoc eſt, ne malignitate tuâ & feritate offenſus id ipſum malum, quod rides, in te immittat.

19. *Ne irâ accendaris*] אל תתחר *al thithhar*, *ne accendaris*, aut *incaleſcas* nempe, irâ. Vide Pſ. XXXVII, 1. Intelligitur indignatio concepta ex ſecundis rebus, quibus mali ſæpe fruuntur. Itaque במרעים *bimrehim*, vertimus *ob maleficos*, quibus ejuſmodi homines non tam indignantur, quàm Providentiæ. LXX. verò Intt. ad ſonum verbi חרה *hharah* reſpexiſſe videntur, potiùs quàm ad ſignificatum, cùm habeant: μὴ χαῖρε ἐπὶ κακοποιοῖς. Quod dudum animadvertit *Lud. Cappellus* in Not. Criticis ad Cant. III, 8. & Jerem. XXXI, 21. quod hìc & alibi obſervare licet.

20. *Præmium poſtmodum*] אחרית *ahharith.* Vide ad verſ. 14

Lucerna nocentium] Poſteritas. Vide ad C. XX, 20.

21. *Cum aliter ſentientibus*] עם שונים *hhim ſchonim*; hoc eſt, cum iis qui nec Deum Iſraëlis, nec Regem curant. Sic שונים dicuntur aut miniſtri Achaſueri, aut calices Eſth. I, 7, quòd aut illi mutabant vicibus calices, aut quòd calices ipſi diverſi eſſent. Ibid. C. III, 8. leges Judæorum dicuntur שונות *ſchonoth*, differentes ab aliarum gentium inſtitutis. Similiter hìc à Salomone vocantur שונים homines, qui in ea re differebant, quòd nec Deum Iſraëlis colerent; nec Regum imperio ſatis ſubeſſent; quales eſſe poterant multi, qui in extremis finibus Iſraëlis habitabant, & nimiam familiaritatem cum Idololatricis populis colebant. Alii *inſanos* vertunt. Vide 1. Sam. XXI, 13. LXX. Intt. ἑτέροις. Vulgatus. *detractoribus* ex conjectura.

Familiariter verſare] אל תתערב *al thithharab*, ne miſceare, aut ne miſce te. Hæc & proximè antecedentia verterunt. LXX. Intt. καὶ μηδ' ἑτέροις

verſare; 22. nam repente exſiſtet eorum exitium, & calamitas amborum *quando eveniet* quis novit?

23. Hæc quoque ſapientibus *dicta ſunto.* Rationem habere hominum in judicio bonum non eſt. 24. Dicentibus nocenti: tu es innocens; maledicent populi, eóſque deteſtabuntur nationes; 25. at increpantibus propitius erit *Jehova*, atque eveniet quod bonus *quiſque* precatus fuerit.

26. Labia oſculabitur, qui recta reſpondet verba.

27. Foris opus tuum para, & tibi ruri inſtrue, ac poſtea *in urbe* domum ædificato.

28. Ne ſis teſtis, ſine cauſa, in proximum tuum, neque labiis tuis *ad delinquendum* pellicias. 29. Ne dicas: quemadmodum ſe geſſit erga me, ſic me erga eum geram, & homini, pro factis ſuis, rependam.

30. Per hominis pigri agrum tranſivi, & per vineam hominis vecordis; 31. en verò ubique

ἑταίρῳ αὐτοῦ ἀπειθέσῃς, & Vulgatus: *cum detractoribus ne miſcearis.*

22. *Repente exſiſtet*] *Repente ſurget*, aut *exorietur.*

Et calamitas amborum quando eveniet &c.] ופיד שניהם מי יודע ouphid ſchnehem mi jndeah, *& calamitatem eorum quis novit.* De tempore intellexerim, quod non poteſt prudentiâ antevertí, cùm res ſubitò contingit.

23. *Rationem habere hominum*] הכר פנים haccker phanim, *agnoſcere faciem.* Perinde eſt ac נשא פנים nſcho phanim, *tollere faciem*, quod paſſim occurrit; hoc eſt, rationem habere hominum litigantium, potiùs quàm cauſæ, & favere non juri, ſed amicitiæ, aut opibus.

24. *Dicentibus* &c.] *Dicens maledicent ei populi.*] Quod vitandæ ambiguitatis cauſâ, mutandum fuit Latinè loqueuti.

25. *Propitius erit Jehova.*] ינעם jinhum gratus, jucundus erit. Supplent Interpretes *Jehova*, & propitium futurum Deum interpretantur; nec certè ſolet verbum imperſonaliter ſumi, & ſenſus eſt non ineptus. Vide C. II. 10. Attamen non video verbum נעם cum Dei nomine ita conjungi. Fruatur ergo hîc quivis ſuo judicio. LXX. Intt *οἱ δὲ ἐλέγχοντες βελτίους φανοῦνται.* Latinus: *qui arguunt eum laudabuntur.* Ex conjectura, nam נעם nuſquam pro *laudari occurrit.*

25. *Quod bonus quiſque precatus fuerit*] ברכת טוב birchath tob, *benedictio boni*; hoc eſt, quod bonus quiſque ei precatus fuerit. LXX. Intt. *εὐλογία*, & Vulg. *benedictio*, quaſi טוב abundaret; perperam.

26. *Labia oſculabitur* &c.] Qui rectè reſpondet perinde facit, ac ſi interrogantem oſcularetur.

27. *Foris opus tuum para.*] Ante omnia neceſſaria ad opus ruſticum faciendum para. Hæc fuit potiſſima cura agricolis, ac pecuariis agrorúmque fructibus pecorîſve fœturâ familiam ſuſtentaturis.

Tibi ruri inſtrue] ועתדה בשדה vehattedah buſſchadeh, *& in agro para*; nempe, neceſſaria omnia. Sunt varia hiſce ſimilia, in *Xenophontis* Oeconomico.

Ac poſtea in urbe domum &c.] Addidimus *in urbe*, quia omnia ruri parata complectuntur villam ſine qua ager coli non poteſt; ei autem villæ opponitur hic בית bajith, hoc eſt domus urbana. *Heſiodus* quidem operum & dierum verſ. 405. & ſeqq. quæ paranda agricolæ docens domum ante omnia dicit, ſed domum ruſticam intelligit:

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,
Κτητὴν οὐ γαμετήν, ἥτις καὶ βουσὶν ἕποιτο.
Χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι.

Domum quidem primùm, fœminámque & bovem aratorem; ſervam non nuptam, quæ & boves ſequatur. Inſtrumenta verò domi omnia apta para.

28. *Teſtis ſine cauſa*] עד חנם hed hhinnam. Perinde eſt ac falſus teſtis, qui nullam cauſam habet dicendi ac affirmandi id quod proximo objicit; quippe qui innocens eſt, nec fecit id, cujus inſimulatur. Hinc LXX. Intt. *ψευδὴς μάρτυς.* Incommodiùs Vulgatus: *teſtis fruſtra.*

Ad delinquendum pellicias) והפתית vahaphittithah. LXX. Intt. *πλατύνου*, incommodè Vulgatus: *ne lactes quemquam.* Satis apta eſt verbi פתה phitthah, *pellexit*, ſignificatio; nam homo, qui alium immerentem accuſandum ſibi proponit, ſæpe doloſâ oratione hominem adgreditur, ut ex ore ejus eliciat quidpiam, quod poſtea deferat; quod hîc vetari videtur. Sed faceſſit negotium ה interrogativum antecedente ו, & *an*, aut *nam an pelliceres*, vel *falleres labiis tuis*? Quod durum eſt; nec uſitatum. Si voluiſſent Maſſorethæ punctare הִפְתִּיתָ, ut eſſet præteritum Hiphil, planior eſſet conſtructio. Fateor non occurrere alibi verbum hoc in Conjugatione Hiphil, ſed ſunt alia plura exempla verborum, quæ ſemel tantùm in certa conjugatione leguntur; quæ tamen nemo negarit potuiſſe etiam in aliis Conjugationibus uſurpari. Nec magnum eſſet flagitium, ſi deleretur τὸ ה.

29. *Ne dicas* &c.] Poſſunt generaliter de quavis vindictæ cupiditate hæc ſumi; ſed tamen cùm ſæpe ſententiæ ſint intèr ſe connexæ; crediderim hæc ad ſuperiora referri, hominémque hîc induci dicentem, ſe religioni non ducere alium arte circumvenire, verbis quibus eum pellicit ad quidpiam dicendum, aut faciendum illicitum; quia priùs ipſe ab eo circumventus ſimili arte fuerit. Hoc vituperat Salomo & fas eſſe negat ita ſe gerere, eò quòd non debeamus alii facere, quod vituperavimus, cùm ab eo pateremur; nullum enim eſt diſcrimen inter injuriam & ultionem, niſi quòd illa præcedat, hæc ſequatur. Nulla etiam major injuria fieri poteſt humanæ ſocietati, quàm numquam ignoſcere; unde æterna odia, & maleficia perpetua oriuntur.

31. *Ubique exortæ erant ſpinæ*] עלה כלו קמשונים halah chullo kimmeſchonim, *adſcenderat totum illud ſpinæ.* Quid hac voce poſtremâ ſignificetur non ſatis conſtat; ſed ſunt aut ſpinæ, aut urticæ, aut ejuſmodi herbæ, quæ in

Mmmm locis

Digitized by Google

ubique exortæ erant ſpinæ, ſuperficiémque texerant urticæ, & maceria lapidum ejus deſtructa erat. 32. Quod cùm ego vidiſſem, animúmque rei adjeciſſem, animadverti & doctior factus ſum. 33. Nonnihil ſomni, nonnihil dormitationis, nonnihil complicationis manuum ad dormiendum *vitam abſumunt*; 34. atque *interim* paupertas tua inſtar properantis viatoris venit, & inopia tua, ut vir clypeo inſtructus *te invadit*.

XXV. Sententiæ Salomonis, juſſu Hezekiæ Regis excerptæ.

CAPUT XXV. 1. HÆ QUOQUE SENTENTIÆ SALOMONIS, QUAS EXCERPSERUNT HOMINES HEZEKIÆ REGIS JUDÆ.

2. Gloria

locis ſolis & incultis, ſine cura hominum, naſcuntur. Occurrit ad id ipſum ſignificandum Eſaiæ XXXIV, 13. & Hoſ. IX, 6. *Urticas* interpretatur *Hieronymus*.

Urticæ] חרלים *hharullim* Incultæ herbæ genus, ut ſunt *urticæ*. LXX. Intt. utrumque verterunt χερσωθήσεται καὶ χορτομανήσει ὅλος. Vulgatus propius ad verba: *ecce totam repleverant urticæ, & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ.* Sententia eſt agrum & vineam hominis pigri, ejus negligentiâ inutilibus herbis, aut fruticibus oppleri, quo fit ut terra neglecta parum ferax ſit, dum vites, aut ſegetes iis ſuffocantur.

Maceria lapidum ejus.] Maceriâ lapidibus ſine calce conſtans dejecta erat, ut quævis pecudes poſſent ingredi, & prædia depaſci.

32. *Quod cùm ego vidiſſem* &c] *Et vidi ego, poſui cor meum, vidi, accepi eruditionem.*

33. *Nonnihil ſomni* &c.] Graphica eſt deſcriptio hominis pigri & ſomnolenti, qui maximam partem temporis quieti & ſomno dat; unde fit ut parum culta prædia exignos proventus ferant. Perſpicuitatis cauſâ, *vitam abſumunt*, addidi; quia ſuſpenſâ & imperfectâ oratione non gaudet Lingua Latina, & ſat liquet ſimile quidpiam ſubaudiendum eſſe.

34. *Paupertas tua* &c.] ובא מתהלך רשך *ouba mithallech reſchecha*, *& venit* inſtar *viatoris paupertas tua.* Vide C. VI, 10, 11. Sat perſpicuus eſt hujus loci ſenſus, idémque utiliſſimus ad pigritiæ emendationem; nec proinde aliud quærendum; cùm numquam ſit à ſenſu grammatico, ſine neceſſitate, recedendum. Attamen LXX. Intt. aliam ſententiam contexerunt, quaſi non de prædio, ſed de ingenio excolendo ſermo hic eſſet. Sic enim habent: ὥσπερ γεώργιον ἀνὴρ ἄφρων, καὶ ὥσπερ ἀμπελὼν ἄνθρωπος ἐνδεὴς φρενῶν καὶ τὰ ἑξῆς.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXV.

1. HÆ *quoque ſententiæ Salomonis* &c.] Hinc liquet ſuperiora proverbia, aut à Salomone, aut ab aliis ab eo accepta literis, ante tempora Hezekiæ, fuiſſe mandata. Videtur autem Hezekias in mandatis dediſſe certis hominibus colligere alias Salomonis ſententias ſive ex ejus Scriptis, ſive quas hominum memoria etiamnum ſervaret, ut vulgò utiliores eſſent & memoriæ mandari poſſent. Sunt tamen plures eædem, ſive verbis, ſive ſententiâ, quas repetere veriti non ſunt.

Quas excerpſerunt] אשר העתיקו *aſcher hebthikou.* Cùm hoc verbum ſit *è loco in locum transferre* pluribus locis; hoc videtur voluiſſe hujus ἐπιγραφῆς ſcriptor è libris Salomonis has ſententias excerptas fuiſſe & huc tranſlatas; quod dici etiam queat de iis ſententiis, quæ ex uſu quotidiano deſumtæ huc etiam forte ſunt collectæ. De verbo העתיק *transferendi* ſignificatu ſumto vide Gen. XII, 8. XXVI, 25. Job. IX, 5. XXXII, 16. LXX. Intt. ſic hanc inſcriptionem vertunt: αὗται αἱ παιδεῖαι Σαλωμῶντος αἱ ἀδιάκριτοι, ἃς ἐξεγράψαντο οἱ φίλοι Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας.

2. *Gloria Dei eſt rei occultare*] *Rem occultare* הסתר דבר *haſther dabar.* Poſſunt hæc capi de operibus Creationis & Providentiæ, quas Deus oſtendit quidem hominibus; ſed quarum intimam naturam, rationémque & fines eos celavit. Quis enim novit naturas rerum à Deo creatarum, tam intelligentium, quàm Intelligentia deſtitutarum; tam organis carentium, quàm inſtructarum? Quis etiam ſcire queat, cur ſingulas creavit, qui eas conſervet ac regat, & quem finem in omnibus ſibi propoſuerit? Innumera in hiſce rebus ingenio hominum, & fortè etiam aliarum Intelligentium Creaturarum ſunt impervestigabilia; unde elucet *gloria Dei*, hoc eſt, laus ei debita, ut optimo, & ſapientiſſimo, & infinito, ut ſic dicam, intervallo à nobis remoto.

Gloria Regum rei inveſtigare] Hoc eſt, cùm Deus innumera homines etiam acutiſſimos celet, magnorum & religioſorum ingeniorum ejus opera perpetuò contemplari, ut quoad ejus fieri poteſt meliùs noſcantur & conſilia ipſa Dei magis ac magis pateſcant; quò ſapientia ejus potentia, bonitas & juſtitia meliùs intellectæ, quàm vulgò ſolent in dies religioſiùs colantur. Regum autem potiſſimùm eſt talia per ſe, aut certè per ſapientes viros moliri, eâ adhibitâ modeſtiâ, quæ in tam ſublimi contemplatione neceſſaria eſt; ut quæ ſunt impervestigabilia humanæ naturæ, qualia ſunt pleraque, facta quadam humilitate colantur. Tum etiam ſibi proponere Reges oportet Dei Virtutes, ut eas, quatenus humanæ imbecillitati licet, imitentur; ita ut omnia ſapienter adminiſtrent, potentiâ ſuâ nonniſi in rebus verè utilibus utantur, omniáque bonitate & juſtitiâ eorum dicta & facta tempe-

2. Gloria Dei eſt res occultare, & gloria Regum res inveſtigare.
3. Cœlorum altitudinis, terræ profunditatis & animi Regum nulla eſt perſcrutatio.
4. Separato ſcorias ab argento, & *purum* prodibit conflatori è vaſe. 5. Amoveto improbum à conſpectu Regis, & juſtitiâ ſolium ejus firmabitur.
6. Ne te jactes coram Rege, néve in ſummatum loco conſiſte; 7. quia ſatiùs eſt tibi dici: adſcende huc; quàm ſi in humiliorem locum deturberis, coram Principe, quem oculi tui viderunt.
8. Ne feſtinanter ad litem progrediaris, ne quid in ejus fine facias, qua proximus tuus pudore te ſuffundat. 9. *Ita* cauſam tuam agito, cum proximo tuo, *ut* ne alienum arcanum aperias; 10. ne auditâ re, tibi convicietur, & mali de te ſermones numquam deſinant.

11. Mala

temperentur. Unde non poteſt niſi ſumma *gloria* in eos redundare, ſeu laus maxima, ab omnibus hominibus, ad eos redire. Eò pertinere videbantur verba Salomonis, qui & ipſe magnam ſibi, iis actibus, *gloriam* peperit; & majorem etiam tuliſſet, niſi in ſenectute muliebribus blanditiis nimiùm indulſiſſet. Huc faciebant tot libri de rerum natura, déque officio hominum ab eo ſcripti.

3. *Cœlorum altitudinis* &c.] שמים לרום וארץ לעמק ſchamajim laroum vaarets lahomek, *cœli ad altitudinem quod ſpectat, & terra ad profunditatem*. *Cœlos* vocant Hebræi immenſa illa ſpatia, quæ à ſuperficie terræ quaqua verſum porriguntur, & quorum re verâ אין חקר *en hheker*, nulla eſt inveſtigatio, quæ ad eorum fines, cùm nulli intelligantur, pertingat. Iis verò temporibus prorſus ignota erat terræ craſſities, quæ felicioribus tandem Recentiorum inveſtigationibus patuit.

Et animi Regum &c.] Eſt hîc occultioris comparationis ἀπόδοσις, cujus πρότασις eſt in ſuperioribus verbis. Ceterùm hyperbolica eſt comparatio altitudinis conſiliorum regiorum cum infinita Mundi extenſione; nam quodcumque arcanum ſit in iis conſiliis, quæcumque adhibeatur diſſimulatio; interioris admiſſionis Conſiliarii omnia ferè penetrant. Sed vulgo re verâ ſunt multa imperſcrutabilia, in arcanis Regum, quia ſæpe aliud præ ſe ferunt, aliud agunt.

4. *Separato ſcorias*] הגה סיגים *hagoh ſigim*. Verbum hoc ſignificat *amotionem* 2. Sam. XX, 13. & Eſaïæ XXVII, 8. Hic eſt etiam πρότασις comparationis: UT argentum purgatur à motis ſcoriis: SIC Rex à ſe amandare debet improbos miniſtros, ut bonorum tantùm miniſterio utatur.

Et purum prodibit conflatori è vaſe] ויצא לצרף כלי vajetſe latſoreph chli, *& exibit conflatori* (è) *vaſe*; nempe, *purum* טהור tahor. LXX. Intt. verterunt: οὕτως ἀδόκιμον ἀργύριον, καὶ καθαρισθήσεται καθαρὸν ἅπαν, abſurdè. Senſum ſe intellexiſſe putabant, ut

Qui videt, aut vidiſſe putat per nubila Lunam.

Videntur duo poſtrema verba legiſſe, aut legenda putaſſe מְצוֹקָ כֻּלּוֹ *purgatum omne*. Vulgatus non multò melius: *aufer rubiginem de argento & egredietur vas puriſſimum*. Liquidum eſt agi de ſcoriis, quæ, nonniſi igne excoctæ ab argento ſeparantur conflatoris operâ, qui dicitur צורף *tzoreph*, ut כלי vas, pro מכלי *è vaſe*, hoc eſt, è catino. מן ſubaudiri nemo Linguæ Hebraïcæ peritus mirabitur, cùm res ſit frequentiſſima, ſive Linguæ, ſive etiam nonnullâ Librariorum negligentiâ. Vide exempla hujûs Ellipſeos ad ſignif. XIV hujus particulæ, apud *Chriſt. Noldium*. Qui *vas* vertunt non ſatis adtendunt, ex ſeparatione argenti & ſcoriarum, non prodire *vas*, ſed *argentum purius*. In verbis *prodibit conflatori è vaſe* ſubaudiri oportere כסף argentum & quidem טהור purum, res ipſa abundè oſtendit.

5. *Amoveto improbum*] Hîc iterum eſt הגה *hagob* ut antecedente verſu, idémque ſignificat. Ideò *Aquila & Theod.* ἀφέλωσον, & Vulgatus utrobique: *aufer*. At LXX. Intt. κτεῖνε, quaſi legiſſent הגור hagor, *occide*.

E conſpectu Regis] לפני מלך liphne melech, pro מלפני *millphne*: nam, ut loquuntur Grammatici „ terminus à quo ſignificatur. Eadem Ellipſis particulæ מ, ac paullò antea.

6. *Ne te jactes coram Rege*] אל תתהדר *al thithhaddar*, hoc eſt, ne te jactes dictis & factis, vel *ne tribuas tibi honorem*. הדר *hadar* gloriam, ſplendorem, honorem ſignificat. LXX. Intt. μὴ ἀλαζονεύου ἐνώπιον βασιλέως Vulgatus: *ne glorioſus appareas coram Rege*.

7. *Satius eſt tibi* &c.] *Bonum eſt tibi*. Eſt poſitivus gradus, pro comparativo, quod oſtendit præpoſitio מן quæ ſequitur, & quæ perinde eſt, ac *quàm*. Vide ſimile monitum. Luc. XIV, 8.

Tibi dici] Vel *dicere eum tibi*; nempe, Regem.

Quàm ſi in humiliorem locum deturberis] מהשפילך mehaſchphilcha, *quàm ſi humilem te reddat*. Sed Latinè loquenti commodior eſt conjugatio paſſiva, ut & antea.

8. *Ne feſtinanter* &c] אל תצא לריב מהר al thetſe larib maher, *ne exeas ad litem feſtinanter*.

Quo proximus tuus &c.] בהכלים אתך רעך behachlim othcha rehecha, *cum adficiet te pudore proximus tuus*.

9. *Ut ne alienum arcanum*] *Arcanum alius*. Non debes, ut te lite expedias, id quod arcanum vult eſſe alius amicus, revelare. Nimirum, uni inimico, alius ſubſtituitur; cui fides frangitur, propalato ejus arcano. Perfidiæ infamia diligentiſſimè fugienda; nemo enim perfido fidem ſervandam putat. P. *Syrus* verſ. 221, 222.

Fidem qui perdit, perdere ultra nil poteſt.
Fidem qui perdit, quò ſe ſervet religio?

10. *Ne auditâ re, tibi convicietur*] פן יחסדך

Digitized by Google

11. Mala aurea in vaſibus argenteis *eſt* verbum eo, quo par eſt, modo prolatum.
12. *Ut* annulus aureus & monile ex obrizo *eſt* ſapiens arguens obtemperantem aurem
13. *Quae* frigus nivis, tempore meſſis, *talis eſt* legatus fidelis iis, à quibus miſſus eſt, & domini animum reficit.
14. *Quales* vapores & ventus, ſine pluvia, *talis eſt* homo, qui ſe jactat dono quod falſò pollicetur.
15. Longanimitate flectitur princeps, & lingua mollis confringit oſſa.
16. Mel inveniſti? comede quod ſatis ſit, ne eo ſatiatus evomas.

17. Raró

שומע phen iehhaſſedcha ſchomeah, *ne audiens conviciesur tibi*; vel probia tibi ingerat. Nam חסד *bheſed* rem probroſam interdum ſignificat, ut Levit. XX, 17. unde formatum verbum *conviciandi* ſignificatu, quod eſt apud Chaldæos & Syros frequentius. Cujus arcanum palam revelatur, is revelantem aut mendacem, aut perfidum vocat.

Et mali de te ſermones numquam deſinant?] ודבתך לא תשוב vedibbathcha lo thaſchuub, *& infamia tua non redeat*; hoc eſt, pergat inter omnes ſpargi. Bene P. *Syrus*:

Fides unde abiit, eò numquam redit,

quia ſemper perfidus habetur, nec quiſquam ei amplius arcanum credere ſuſtinet.

11 *Mala aurea in vaſibus argenteis*] תפוחי זהב במשכיות כסף *thapphoubhe zahab bmaſchchijoth cheſeb* Hæc verba non verterunt LXX. Intt. quòd ea non adſequerentur, & alia plura aliena hic addiderunt. תפוחים, quod ſæpius occurrit in Cant. Canticorum, eſſe arborem & fructum ſatis conſtat; & hic quidem fructus intelliguntur, *maláque auri*, vel *aurea* dicuntur, cum *citrea*, tum quæ *aurantia* vocari ſolent ob colorem. Hinc nata fabula de *pomis aureis*, vel auro conſtantibus in Heſperidum hortis. *Vaſa argentea* vertimus משכיות כסף eò quòd menſis divitum ſoleant imponi ejuſmodi fructus *in lancibus argenteis*, in quibus elegantiſſimum ſpectaculum præbet color aureus, cum argenti candore mixtus. Nec videntur משכיות *maſchchijoth* dici omnis generis lanceæ, ſed quæ toreumatibus ſunt ornatæ, quaſi *ſpectatu dignæ*, à שכה vel סכה *ſpectavit*, de quo vide ad Levit. XXVI, 1. LXX. Intt. habent hîc: ἐν ὁρμίσκῳ σαρδίου, ſed quid μῆλον χρυσοῦν faciat ad monile Sardii, non ſatis adſequor. *Symmachus & Theodotion*: ἐν περιβλέπτοις ἀργυρίῳ. Vulgatus: *in lectis argenteis*.

Eo, quo par eſt, modo prolatum] דבר דבור על אפניו dabar debour hal ophnau, *verbum dictum ſuper rotis ſuis*. Metaphora eſt Orientalis, quâ dictum modo & tempore ſuo prolatum confertur cum curru, vel plauſtro rotis impoſito, & facilè moto in eam partem, in quam moveri debet; cùm, ſi careret rotis, nullam in partem, ſine difficultate, moveri poſſet, præſertim ſi graviore onere premeretur. Sic & verba eo, quo par eſt, modo & tempore prolata facilè admittuntur, atque audientes, ut cupimus, permovent. LXX. Intt. verterunt: οὕτως εἰπεῖν λόγον. quod fortè mendoſum. nam οὕτως nihil ad rem. & ſenſu caret. *Aquila & Theodotion*: λαλῶν ῥῆμα (legerunt דובר דבר dicens verbum) ἐπὶ ἁρμόζουσιν αὐτῷ, quem ſenſum loquuti ſumus, nam οἱ ἁρμόζοντες ἑαυτοὺς τῷ λόγῳ. *Symmachus* verò: λαλῶν λόγον ἐν καιρῷ αὐτοῦ, quod etiam cum priori ſenſu conjungi poteſt, quodque ſequutus eſt Vulgatus: *qui loquitur verbum in tempore ſuo*. Rabbini etiam, poſtea אופן ophan, *rationem, modum, occaſionem* aliquid faciendi vocarunt.

12. *Annulus aureus*] נזם nezem, propriè eſt *annulus*, ſed quia ejuſmodi annulo aureo mulieres trajiciebant nares, interdum naſi ornamentum ſignificat, quo ſi ornarentur aures erat *inauris* ἐνώτιον, ut habent LXX. & Vulg. Intt. Vide not. ad Gen. XXIV, 22, 47

Monile ex obrizo] חלי כתם *hhali chathem*. LXX. Intt. σάρδιον πολυτελὲς, & Vulg *margaritum fulgens*. Melius *monile* ex Arabiſmo in quo חלי eſt *monili ſe ornavit*. Vide Cant. VII, 1. & Hoſ II, 16. Dicitur autem hîc *ſapiens arguens*, aut *monens aurem*, *quæ* ei *auſcultet*, eſſe ei ornamento, ut annulus aureus, aut monile ex obrizo; ut intelligamus tantum abeſſe ut homo docilis & ſapientiæ ſtudioſus ſibi dedecori eſſe putet admonitionem viri prudentis, & periti, ut contrà ſibi ornamento eſſe ducat. Quod eſt prorſus contrarium plerorumque hominum φιλαυτίᾳ, quâ ægerrimè ferunt ſe ab alio caſtigari, ceteroqui parati caſtigare alios, qui ſibi tum iis ſapientiores videntur.

13. *Frigus nivis, tempore meſſis*] כצנת שלג ביום קציר *chtſinnath ſcheleg bjom katſir*. Quid צנת *tſinnath* hîc ſignificet non eſt facilè dictu, aut demonſtratu, rationibus ex Lingua Hebraïca, aut vicinis ductis, nulla enim radix eſt huc faciens. Inuſitata צנן *tſanan*, ejúſque derivata lucis nihil hiſce tenebris fœnerantur. LXX. Intt. habent: ἔξοδος χιόνος, quod non adſequor. Vulg. *frigus nivis*, quod ſequuti ſumus, quia melius nihil ſuppetebat, & confirmatur uſu Rabbinorum, ſed ex hoc loco fortè petito. Fortè intelligitur vas quodpiam nive refertum, cui immittebatur lagena, aquâ, aut vino plena, ut refrigeraretur. E Libani jugis ſolebant æſtivo tempore nivem petere, quâ potum refrigerarent, ut docet *Hieronymus* Lib. de Locis Hebraïcis ad vocem *Ærmon*. Quod nihil vetat à temporibus uſque Salomonis factum. Vide & Cap. XXVI, 1.

Legatus fidelis] Aut nuncius fide dignus; qui, nimirum, boni quidpiam refert deteriorum metu anxiis; non qui calamitates nunciat, ut qui Jobo clades ſuper cladibus nunciarunt In Hebræorum ſermone, multa ſunt neceſſariò ſupplenda, quamvis nihil ſupplendum ſit, quod non neceſſariò contineatur in iis quæ dicuntur.

Domini animum reficit] נפש אדניו ישיב *nephesch adonau jaſchib*, animam dominorum ſuorum redire facit. Cum, præ metu mali nuncii, exanimatus bonum nuncium à certo auctore audit, ad vitam redire videtur: ut qui in regione ſiticuloſa & mediâ æſtate, aquam nivatam bibendam

17. Rarò pedem inferas in ædes proximi tui, ne te ſatiatus odio habeat.
18. Malleus, gladius & ſagitta acuta *eſt* vir, qui falſum teſtimonium in proximum dicit.
19. *Qualis* dens confractus & pes luxatus: *tale* eſt id, quo confidit perfidus die, *quò* anguſtiâ *premitur*.
20. *Ut* qui amovet veſtem, die frigoris, *ut* acetum nitro adfuſum: *ſic* eſt qui adflicto animo cantica canit.
21. Si eſurierit qui te odio habet, panem præbe ei comedendum; ſi ſitierit, aquam da ei bibendam; 22. quia prunas congeris ſupra caput ejus, & Jehova rependet tibi.

23. Ventus

bendam accipit. Nec abſimili per omnia comparatione uſus eſt *Virgilius* Ecloga V, 45.

Tale tuum carmen nobis, divine Poëta,
Quale ſopor feſſis in gramine; quale per æſtum
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere rivo.

14. *Quales vapores* &c.] נשאים ורוח וגשם אין nſiim vrouahh vegaſchem ajin, *meteora* (*vapores*) *& ventus & pluvia nulla*. Hoc eſt, ut aliquando vapores multi cernuntur in aëre, ventuſque auditur, quaſi mox ſequutura eſſet pluvia, nec tamen pluit: ſic ſunt homines, qui multa egenis pollicentur, nec tamen quidquam dant. Eoſdem fortè vocat Judas Ep. verſ. 12. νεφέλας ἀνύδρους ὑπὸ ἀνέμων παραφερομένας. Memini etiam me legere Perſicum Proverbium haud multò aliter expreſſum. Attamen res ſat perſpicua licèt, à LXX. Intt. non eſt intellecta, qui habent: ὥσπερ ἄνεμοι, καὶ νέφη, καὶ ὑετοὶ ἐπιφανέστατα. οὕτως ὁ καυχώμενος ἐπὶ δόσει ψευδεῖ. Meliùs Vulgatus: *nubes & ventus & pluviæ non ſequentes vir glorioſus & promiſſa non complens*.

Dono quod falſò pollicetur] *Dono mendacii*.

15. *Longanimitate*] בארך אפים beorech apphajim, in longitudine iræ. Eſt idem, magna ex parte, ac æquanimitas, quâ fit ut quis æquo animo multa mala patiatur.

Flectitur princeps] יפתה קצין jephutteh katſin. Hoc eſt, patitur ſe perſuaderi, aut flecti. Multò tutius eſt iis qui parent, multa æquo animo pati; ſed multò religioſius ſe gererent imperantes, ſi ejuſmodi neceſſitatem rariùs iis imponerent.

Lingua mollis confringit oſſa] Confringit os, גרם garem. Nihil magis ſentiunt homines, quàm quod oſſa frangit; ideóque id, quo maximè animus adficitur, & in intimis receſſibus commovetur, dicitur *frangere oſſa*; quæ loquutio hîc eò elegantior eſt, quòd inſtrumentum, quo res perficitur, eſt *lingua mollis*, hoc eſt, blandi ſermones.

16. *Mel inveniſti?*] Commodius eſt viſum rem interrogativè exprimere, quàm præmiſſa particula *ſi*.

Quod ſatis ſit] דיך dajjecha; hoc eſt, non nimiùm, ſed quod ſit ſatis, niſi mavis malè habere.

Ne eo ſatiatus &c.] *Ne eo ſatiere, idque evomas*. Non opus eſt magno acumine, ut inveniamus hujus πρόζωτους ἀπόδοσιν. Vult Salomon parcè utendum voluptatibus, ne nimis frequentes noceant.

17. *Rarò pedem inferas*] הוקר רגלך hockar raglecha, *pretioſum fac pedem ſuum è domo proximi tui*; hoc eſt, rarò ad eum inviſas, nam quæ *pretioſa* ſunt *rara* etiam ſolent eſſe. Monitum eſt prudentiæ, ne quis nimis frequenter amicum inviſens ei tandem oneri ac faſtidio ſit.

18. *Malleus* &c.] מפיץ mephits. Sic Recentiores. A פוץ phouts *diſperge*, quòd res fragilis malleo paullò graviùs icta diſſipetur. LXX. Intt. ῥόπαλον, hoc eſt *clavum* vertunt. *Hieronymus jaculum*, quæ eſt ſignificatio vocis adfinis מפץ mappets Jerem. LI, 20.

Gladius & ſagitta acuta] Satis liquet hîc eſſe breviorem comparationem, & ſubaudiendum eſſe *velut*.

19. *Dens confractus*] שן רעה ſchen rohah, qui proinde mandere non poteſt. Vulgatus: *dens putridus*, qui fractus eſt, aut facilè mandendo frangitur.

Pes luxatus] רגל מועדת regel mouhadeth, *pes vacillans*; quia, nempe, luxatus. Vulgatus: *pes laſſus*, non ſatis aptè. LXX. Intt. licentia magna hîc uſi ſunt, ut paſſim in hoc libro.

20. *Qui amovet veſtem*] מעדה בגד mahaded beged. Verbum עדה eſt *tranſiit*. Job. XXVIII, 8. quod ſignificat etiam in Lingua Chaldaïca, ut עדו in Æthiopica. Eſt ergo hîc participium Hiphil, *tranſire faciens* hoc eſt, amovens. Deſcribitur homo, non quidem nocendi cupidus, ſed intempeſtivâ ſedulitate offendens; ut qui ſervandarum veſtium ſtudio, per frigus hibernum, eas reconderet.

Acetum nitro adfuſum] חמץ על נתר bhomets hal nather. Eadem voce *nitrum* vocatur Jerem. II, 22. *Symmachus* hîc: ὥσπερ ὄξος ἐπὶ νίτρον, & Vulg. *acetum in nitro*. LXX. Intt. ὄξος ἕλκει ἀσύμφορον, quod nihil ad rem. Qui acrimoniam minuere volens acetum nitro adfunderet, eam augeret, intempeſtivâ illa adfuſione.

Qui adflicto animo cantica canit] שר בשרים על לב רע ſchar baſſcharim hal leb rah, *canens in canticis, ad cor malum*. לב רע eſt *cor triſte* Nehem. II, 2. ut contrà לב טוב *cor bonum* eſt hilaris animus. Hinc *Symmachus*: καρδίαν λυπηρὰν vertit, meliùs quàm Vulg. qui *cor peſſimum*. Triſtes offendit alienæ hilaritatis conſpectus.

21. *Si eſurierit* &c.] Intelligendus hîc inimicus è gente Hebræa, cui ſuppetias ferre gravi incommodo laboranti jubentur Hebræi, non aliis gentibus. Latiùs longè patet Chriſtiana beneficentia. Vide Matth. V, 43. & ſeqq. Nominibus autem *famis & ſitis*, quævis gravia incommoda & quæ quàm primùm ſublevari oportet, ne malè pereat, qui iis premitur; dum auxilium ei negatur, aut nimis differtur.

22. *Quin prunas congeris* &c.] כי גחלים אתה חתה על ראשו chi gehhalim atshah bhotheh hal roſcho; nam prunas tu ſumes ſupra caput ejus; nempe, ponendas. Poſt verba quæ *ſumere* ſignificant non rarò eſt ejuſmodi Ellipſis, cujus exempla habes apud *Sal. Glaſſium* Phil. Sacr.

 Lib.

23. Ventus ſeptemtrionalis gignit imbrem, & facies iracunda linguam occultè *detrahentem.*

24. Satius eſt habitare in angulo tecti, quàm cum muliere contentioſa, aut in ædibus, *quas* ſocietas *inhabitat.*

25. *Qualis* aqua frigida homini ſitienti, *talis* nuncius bonus è terra longinqua.

26. *Qualis* fons conculcatus & ſcaturigo turbata, *talis* innocens, qui coram nocente vacillat.

27. Comedere mel multum non eſt bonum, nec perveſtigatio gloriæ ſuæ gloriam *hominibus parit.*

28. Urbs

Lib. III. T. III. Can. 2. Hinc LXX. Intt. ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, quomodo laudavit & Paulus Rom. XII, 20. Hoc autem loquendi genere, ſignificatur graviſſima ultio à Deo ſumenda, quia *prunæ* ſunt fulmina à Deo in improbos demiſſa, Pſ. XVIII, 13, 14, 15. Sed an ergo auctor eſt Salomon benefaciendi inimicis eo animo, ut contrahatur illis ſupplicium à Deo? Quænam, inquies, eſſet beneficentia, quæ nonniſi nocendi animo exſereretur? Non ea eſt mens ſapientiſſimi Regis, ſed in hoc ſermone τῷ παροιμιογράφῳ, ſæpe ſupplendum acuto Lectori permittitur, quod expreſſum non eſt. Jubet etiam inimico cibum & potum, hoc eſt, neceſſaria auxilia, ab inimico præberi; quia eâ lenitate ac liberalitate erga hominem malè de benefactore meritum, aut ad melius de eo ſentiendum, amicitiámque hominis quærendam adducetur: aut, ſi pervicax ſit & malè ei velle pergat, pœnas ſibi ob animum obduratum à Numine contracturum, quas ſine inimici opera, ſat graves luet. Prius horum duorum eſt omiſſum, quemadmodum etiam à Paulo præcone Evangelii, per quod ulciſci injurias privatas nefas eſt; nec tamen illicitum eſt pervicacibus denunciare pœnas, quæ eos à Deo manent, niſi ad ſaniorem mentem redeant.

Jehova rependet tibi] Nempe, auxilium quod in inimicum tuum contuleris, & quidem fruſtra, cùm eo ferocitas hominis placari non potuerit. Si propriè loquamur non benefactor coacervat prunas capiti inimici ſui, quem ingratum & contumacem non reddit; ſed homo pervicax ſemet ipſe obdurat, qui ne beneficio quidem inimici ei placari potuit, & fulmina cœleſtia in caput ſuum provocat. Vide etiam quæ in hoc proverbium adnotavimus in Addit. Hammondianarum Adnotationum, ad Pauli locum.

23. *Ventus ſeptemtrionalis gignit imbrem*] רוח צפון תחולל גשם *rouahh tſaphon thehholel geſchem.* LXX. Intt. ἄνεμος βορέας ἐξεγείρει νέφη, quod eodem recidit. Sic quoque verterat *Aquila*: ὠδίνει ὄμβρον; nec alia eſt ſignificatio verbi חולל, nuſquam certè ſignificat *diſſipat.* At quia Boreas non ſolet gignere pluvias ſed ſerenitatem, ut notum eſt, útque Poëtæ paſſim docent, quemadmodum obſervavit *Mer. Caſaubonus* de Lingua Hebraïca; alii maluerunt contrario modo vertere, ut *Symmachus*, qui habebat: διαλύει βροχὴν, atque ex eo Vulgatus: *diſſipat pluviam.* Sed non opus fuit vim ſignificationi notiſſimæ vocis Hebrææ inferre, ſed memores eſſe Interpretes primùm non omnes ventos, qui ad Septemtriones inclinant, eſſe ſerenos, nec omnes pluvios, qua in re ratio habenda eſt terrarum & marium ſitûs; deinde quidquid vocatur צפון ſeptemtrio non eſſe punctum illud cardinale, inter orientem & occidentem medium, ſed quæ continentur inter Corum ad occaſum & Aquilonem ad ortum inclinantem.

Venti pluvii ſunt, aut ſereni; prout è locis aquâ tectis aut ſiccis ſpirant, non pro iis cœli partibus è quibus veniunt. *Plinius.* Hiſt. Nat. Lib. II. c. 47. *Humidi Africus & præcipuè Auſter Italiæ.* Cur vero? quia, nimirum, à mari ſpirant, unde vapores advehunt. Contrà, ut idem tradit paullò inferiùs, *Auſter Africæ Serenus*; quidni? cùm ex interiore Libya, regione ſicciſſima, delabatur, per ardentes arenas? *Aquilo* verò, qui alibi nubes abigit, quò venit è gelidis terris, *nubilus* in eadem Africa, quia per maris interni ſuperficiem eò tendit. Similia etiam dixerat *Theophraſtus* in Lib. de Ventis quamvis pravas rationes reddat, more Peripatetico, cur iidem venti hîc ſint ſereni, alibi nubili. Ὁ μὲν Βορέας, inquit non procul ab initio Libri de Ventis, καὶ μᾶλλον οἱ ἐτησίαι τοῖς πρὸς μεσημβρίαν καὶ ἀνατολὴν οἰκοῦσιν ὑέτιοι. ὁ δὲ Νότος, ὡς εἰπεῖν, ἢ οἱ ἐξ ἐκείνου τοῦ τόπου πνέοντες τοῖς πρὸς ἄρκτον: *Aquilo & præſertim Eteſiæ iis, qui ad meridiem & orientem habitant, pluvii ſunt; Auſter verò, ut dicam, vel ex illis locis ſpirantes venti, iis qui ſunt ad Arctum.* Jam ſi oculos conjiciamus in Tabulas Geographicas Judææ videbimus ei mare non tantùm eſſe ad occaſum, ſed & ſeptemtrionem verſùs; unde ſequitur ut venti inter occaſum & ſeptemtrionem ſpirantes ſint illic humidi; qualis eſt *Thraſcias*, qui & *Corus*, qui erat Septemtrioni proximus, è rationibus eorum, qui duodecim ventos conſtituebant; *mediâ regione*, ut ait Plinius, *inter ſeptemtrionem & occaſum ſolſtitialem.*

Antiquioribus verò temporibus, ut idem Scriptor docet, *Veteres quatuor omnino* (ventos) *ſervavere, per totidem mundi partes (ideò Homerus, nec plures nominat) hebeti, ut mox judicatum eſt, ratione.* Sed antiquiores Hebræi ſubtiliùs eos non diviſere; unde factum ut צפון *tſaphon*, vocaverint non ſolum ventum à cardine ſeptemtrionali flantem, ſed & vicinos. Inter hos fuit *Thraſcias*, ut diximus, ex interno mari ſpirans, unde factum, ut צפון hîc deſcribatur ut ventus pluvius, cùm dicatur hoc in loco *gignere pluviam.*

Facies iracunda &c.] פנים נזעמים לשון סתר phanim nizhamim lſchon ſether, *vultus iracundus linguam arcani*; hoc eſt, occultam maledicentiam generat, quia palam maledicere non ſemper audent homines iracundis, ad vindictam paratis.

24. *Satius eſt* &c.] Jam legitur Cap. XXI, 9. ut vide not.

25. *Qualis aqua frigida* &c.] Vide antea verſ. 13. ubi ſimilis ſenſus.

Homini

28. Urbs perrupta, *aut* cui nullus eſt murus, *eſt* vir qui adfectum ſuum non coërcet.

XXVI. *Sententiæ miſcellæ.*

CAPUT XXVI.

1. SICUT *neque* nix æſtati, nec pluvia meſſi: ita nec gloria ſtulto convenit.
2. Sicut paſſer *temerè* vagatur, & hirundo volitat: ſic nec maledictio, ſine cauſa *prolata*, eventum ſortietur.
3. *Quod* flagellum eſt equo, & frenum aſino, *id-ipſum* virga corpori ſtultorum.
4. Ne reſpondeas ſtulto, pro ejus ſtultitia, ne tu quoque ei par fias. 5. Reſponde ſtulto,

Homini ſitienti] על נפש עיפה hal nepheſch hajephah, *ſuper animam laſſam.* Quia in ſiticuloſis Orientis oris feſſi ambulando ſæpe ſitiebant, *feſſus* & *ſitiens* ſæpe confunduntur. Vide not. ad Gen. XXV, 30. & Pſ. LXIII, 2. Eleganter confertur vir cupidus ſciendi quid agatur, de re quæ ad ipſum pertinet, & cujus cauſâ anxius eſt, in terra longinqua, cum homine ſitiente; quique proinde, ut homo ſitiens aquâ frigidâ recreatur, bono nuncio, de ea re, accepto reficitur.

26. *Qualis fons* &c.] Ut optima etiam aqua & limpidiſſimus fons poſſunt luto turbari; ſic & innocentia, calumniis, ac nequitiâ malorum, obſcurari.

Coram nocente vacillat] In calamitatem, aut in delictum aliquod delabitur, quâ re dubia fit ejus, apud homines malos, innocentia. Frequenter מוט in Pſalmis tralaticio ejusmodi ſenſu occurrit. Vide Pſ. X, 6. XVII, 5. &c. LXX. Intt. hîc: Ὥσπερ εἴ τις πηγὴν φράσσοι καὶ ὕδατος ἔξοδον λυμαίνοιτο, οὕτως ἄκοσμον δίκαιον πεπτωκέναι ἐνώπιον ἀσεβοῦς. Vulg. *juſtus cadens coram impio.* Minùs commode, nam מוט non eſt *cadere*, ſed *vacillare*, & *dimoveri*.

27. *Nec perveſtigatio gloriæ eorum gloriam parit*] וחקר כבודם כבוד, vehheker chbodam chabod, *& inveſtigatio gloriæ eorum gloria.* LXX. Intt. τιμᾶν δὲ χρὴ λόγους ἐνδόξους. *Symmachus:* ἐξ ερευνῶν δὲ τιμὴν ἑαυτοῖς δόξαν. *Theodotion:* ἐξερευνῶντες, δεδοξασμένα δόξαν. Vulgatus: *qui ſcrutator eſt majeſtatis opprimetur à Gloria.* Chaldæus: אף לא למבציא מלי מיקרתא *neque ſcrutari verba gloriæ.* Quæ omnia quî conſentanea ſint Hebraïcis, aut quid ſibi velint ſeorſim, neminem ſcire exiſtimo; certè ipſe non capio. Quod non minùs dixerim de Recentiorum interpretationibus, quas non proferam. Meliora me adlaturum non profiteor, ſed in loco tam obſcuro conjicere etiam mihi licere exiſtimo. Primùm ergo ſum in eorum ſententia, qui repetendam putant negationem ex antecedenti membro, quaſi ſcriptum ſit לא כבוד *lo chabod*; ac ſanè ubi πρότασις negatione conſtat, hujusmodi etiam ſit oportet ἀπόδοσις comparationis, certe ut juſta ſit comparatio. Deinde quoniam hîc nullum eſt nomen, ad quod referri queat pronomen ſuffixum voci כבודם neceſſariò ſupplendum eſſe, nec alios intelligi poſſe præter homines puto, ita ut integra oratio ſit: וחקר כבודם לא כבוד לבני אדם *nec perveſtigatio gloriæ ſuæ gloria eſt filiorum hominum.* Sententia eſt: ut comedere nimiam copiam mellis eſt ingratum: ſic hec in omnibus gloriam captare eſt hominibus gloriæ. Similiter C. XIV, 26. Supplenda fuit vox *homo* propter pronomen, quod ad eam refertur. Vide quæ illic notata. Cùm verò חקר *hheker* adcuratiorem inveſtigationem ſignificet, hoc velle videtur Salomon, non eſſe nimis diligenter gloriam ex omnibus captandam. Hoc nobis videbatur, de loco obſcuro, cujus ſi quis ſententiam meliorem invenerit, nomen etiam ei meum adſcribat.

28. *Eſt vir qui adfectum ſuum non coërcet*] אשר אין מעצר לרוחו aſcher en mahtſar lrouhho, *cui non eſt coërcitio ſpiritûs ſui.* Notum eſt רוח rouahh *adfectum* ſignificare, de qua re diximus *Artis Criticæ* P. 2. Sect. I. C. V, 12. ubi de ambiguitate vocis. Senſus ergo eſt virum, qui neſcit adfectus ſuos coërcere, ſimilem eſſe urbi, quæ aut caret mœnibus, aut quæ ea perrupta habet, nec poteſt irruptionibus hoſtilibus obſiſtere. LXX. Intt. nimis licenter verterunt: ὣς ὃ μετὰ βουλῆς τι πράσσει. & Vulgatus: *qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.* Sed hæc tam ad facta, quàm ad dicta referri videntur.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXVI.

2. T*Emerè vagatur & hirundo volitat*] כצפור לנוד כדרור לעוף chattiſpphor lanoud chadderor lahouph, *ut paſſer ad errandum, ut hirundo ad volandum.* Addidimus *temerè*, ut reſpondeat temerariæ & nullâ ratione nixæ maledictioni.

Eventum ſortiatur] תבא thabo, *veniet.*

3. *Frenum aſino*] מתג לחמור metheg lahhamor. LXX. Intt. κέντρον ὄνῳ, ſed מתג eſt *frenum.* *Aquila & Theodotion:* κημὸς, Vulgatus: *camus*, *Symmachus:* φιμός. Videtur ſignificari *capiſtrum*, nam frenum propriè dictum eſt potius equorum.

4. *Ne reſpondeas ſtulto, pro ejus ſtultitia*] Ne reſpondeas æquè ſtultè, ac te adloquitur; aut reſponde, ut virum ſapientem decet, non ut ſtultus ſolet. Sic qui convicianti convicia reponit, ſtultè reſpondet ſtulto; qui leniter, aut graviter reſpondet, prout res, locus, homo poſtulant, non reſpondet ſecundùm ſtultitiam. Eſt tamen ambigua vox כאולתו *cheivvaltho*, cui & alii ſenſus convenire queant.

5. *Reſponde ſtulto* &c.] Hoc eſt, patefacito ei ſtultitiam ſuam, cùm eam non intelligit, ſed ita, ut par eſt virum ſapientem. Circumſtantiæ docent

ſtulto, pro ejus ſtultitia, ne ſapiens ſibi videatur.

6. *Quemadmodum* qui abſcindit pedes *&* injuriam bibit, *ſic eſt* qui opera ſtulti utitur ad nunciandum quidpiam.

7. *Ut* tollere crura, in claudo: *ſic eſt* ſententia, in ore ſtulti.

8. Quale *eſt* ligare in faſciculum lapidem in ſaxorum cumulo: *talis eſt* qui gloriam ſtulto tribuit.

9. Spina ſubit manum ebrii, & ſententia os ſtultorum.

10. Præfectus facit omnia, *ſive* mercedem det amenti, *ſive* conducat delinquentes.

11. *Ut* canis redit ad vomitum, *ſic* ſtultus dementia facta iterat.

12. Vidiſti

ceat virum prudentem, quî ſe gerere eum oporteat.

6. *Qui abſcindit pedes*] Interpretantur de eo qui, nuncium miſſurus, *abſcinderet* ei *pedes injuriam* ei faceret, aut pateretur, cùm non poſſet ampliùs nuncii munere fungi: idem contingere volunt ei, qui ſtulto nunciandum quidpiam committit. Sed obſcura hîc eſt loquutio חמס שתה *injuriam bibit*, quæ alibi aliud ſignificat, ut Job. XV, 16. XXXIV, 7. ubi delinquendi facilitatem ſignificat. LXX. Intt. ἐκ τῶν ἑαυτοῦ ὀνειδος ποιεῖται ὁ ἀποστείλας δι' ἀγγέλου ἄφρονος λόγον, quæ quomodo in Hebraïcis invenerint ignoro. Vulgatus: *claudus pedibus & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuncium ſtultum.* Multa ſunt in adagionibus, quorum ratio reddi nequit, qualia ſunt fortè quæ hîc habemus; niſi locus mendoſus ſit. Suſpicabar hanc ſententiam hîc poſſe quæri: Ut qui abſcinderat cuipiam pedes, nec eò ſeciùs nuncium eum mitteret, indignaretúrque homini miſero, quod nunciatum non iviſſet, quod in mandatis ei datum fuerat, gravem injuriam ei eſſe facturum: ſic ſi quis ſtulto mandata dat ferenda, iniquus eſt, ſi ſtulto excandeſcat, quod ea ſatis prudenter non expoſuerit, cùm probè noſſet hominem eſſe ſtultum, nec negotio ei mandato idoneum. Sic ſervaretur loquendi generi *bibis injuriam* ſignificatio, quam apud Jobum obtinet.

7. *Ut tollere crura in claudo*] דליו שקים מפסח daljou ſchokajim mippiſſeahh, *haurite*, vel *attollite crura è claudo.* Quæ difficilia ſunt intellectu. Fortè, ut nonnullis videtur: ſapienter exigas crura à claudo, ut celeriter ambulet: quàm ſi ſententiam moralem ab ore ſtulti exſpectat; hoc eſt, poſterius non magis abſurdè facias, quàm prius. Sed negotium faceſſit vox דליו *daljou*, ſive ad formam vocis quod adtinet, ſive ad ſignificatum. Nonnulli volunt eſſe 3. perſ. pluralem Præteriti *Kal*, alii Imperativum *Pihel*, ſed utrumque valde ἀνωμάλως. Tam facilè poſſis adfirmare eſſe Infinitivum Kal, cùm earum Anomaliarum nullum exemplum proferatur, magis quàm hujus. Poſſet hîc latere mendum, quod tamen certò indicare quis poſſit? Verbum דלה numquam conjungitur cum cruribus aut pedibus; & cùm propriè ſit *haurire*, nihil ad *inceſſum*, vel *curſum* facit. Suſpicabar legendum דלגו, quod eſt *ſaltare*, ut velit Salomon: dictum ſapiens os ſtulti non magis decere, quàm ſaltationem crura claudi. LXX. Intt. ἀφελοῦ πορείαν σκελῶν, καὶ παρανομίαν ἐκ στόματος ἀφρόνων, ubi legendum puto παροιμίαν, ut alii Codd. habent. *Symmachus*: ἐξίλανον κνήμας ἀπὸ χωλοῦ, καὶ παραβολὴ ἐν στόματι. Vulgatus: *quomodo pulcras fruſtra habet claudus tibias: ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola.* Interim ſententiam videmus, *tamquam per nubila Lunam*, qualem eam expoſuimus, quidquid de verbis ſtatuatur.

8. *Ligare in faſciculum lapidem*] כצרור אבן *chitſror eben.* LXX. Intt. ὡς ἀποδεσμεύει λίθον ἐν σφενδόνῃ, ſed מרגמה *margemah*, quod ſequitur, nuſquam *fundam* ſignificat, ſed *cumulum lapidum*, & צרור propriè eſt in faſciculum colligare, unde etiam *crumenam*, aut *faſciculum* quemvis ſignificat. *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii.* Notum eſt, apud Ethnicos, in honorem Mercurii præſidis viarum cumulos lapideos ad vias congeſtas fuiſſe; unde colligunt viri docti, velle *Hieronymum* hanc fuiſſe Salomonis mentem: tam ſtultè eum facere qui honorem exhibet ſtulto, quàm qui lapidem conjicit in cumulum Mercurio, honoris cauſâ, congeſtum? Nec abſurdus eſt ſenſus, & de conſuetudine Ethnica ſatis conſtat, de qua vide *Joan. Seldenum, de Diis Syris.* Lib. II. c. 15. *& Joan. Michaël. Dilherrum* Diſput. Acad. Tom. II. p. 426. qui oſtendêre etiam nonnullis Rabbinis probatam interpretationem. Vellem probaſſent hunc obtinuiſſe morem, apud Orientales populos; calculum meum eorum ſententiæ addidiſſem. Profertur quidem Jerem. XXXI, 21. ſed inde cumulos in honorem Mercurii congeſtos colligere certò nequeas. Poſſit hoc tantùm velle Salomon, ut ſtultum eſſet lapillos in ſacculum collectos & colligatos conjicere in magnum acervum lapidum, ad eum augendum: tam ſtultum eſſe, dementi honorem conferre.

In ſaxorum cumulo] במרגמה *bmargemah.* LXX. Intt. ut vidimus σφενδόνῃ vertunt, quos ſequutus eſt Chaldæus. Sed vox hoc ſolo loco exſtat & רגם apud Hebræos, Chaldæos & Arabas eſt *lapidibus obruere*, non funda lapides jacere. Funda Hebraicè dicitur קלע *kelah*, nec vox vicinis linguis ignota eſt. Quod ſi מרגמה eſſet actio lapidibus obruendi, quod fieri poſſet, ſenſus non incommodus hinc poſſet colligi, tam ſtultum eſſe qui honores in dementem confert, quibus obruitur, quòd iis ferendis impar ſit; quàm qui ad lapidibus aliquem obruendum lapides ſacculis includeret, quod eſſet abſurdum, cùm unum ſaxum majus plus noceat, quàm plures faſciculi. Quâ comparatione uti potuit Salomon, eo quòd agat de honoris quidem ſpecie, ſed vero onere, quo homo demens opprimitur. Sunt etiam, qui λιθοβόλον, ſeu baliſtam interpretentur, in quam lapides colligebantur; ut in hoſtes effunderentur; unde idem naſcitur ſenſus.

9. *Spina ſubit manum ebrii*] *Adſcendit in manum ebrii*, qui arripit temerè virgultum ſpinis horrens.

Sententia

12. Vidiſti virum, qui ſibi ſapiens videtur? ſtultus *ſolus* ab eo aliquid ſperat.
13. Ait piger leonem nigrum eſſe in via, leonem in plateis.
14. *Ut* janua vertitur in cardine: ſic piger in lecto ſuo. 15. Piger manum ſuam in
ſinum abdit, quam ad os ſuum referre eum piget. 16. Sapientior ſibi eſt piger, quàm
ſeptem viri, qui conſilium *rogati* proferunt.
17. Adprehendit canem auribus, qui præteriens iraſcitur in lite non ſua.
18. Laſcivientis inſtar *agit*, qui mittit ſcintillas, ſagittas & mortem *adferentia tela*: 19.
ſic & vir qui fallit proximum ſuum, & dicit: annon ego per luſum hæc facio?
20. Abſumtione lignorum exſtinguitur ignis, & ſine ſuſurrone ſilet concio. 21. *Quod
eſt*

Sententia os ſtultorum] Nempe, pungit, inſtar ſpinæ; hoc eſt, nocet, ſapientibus enim dictis, qualia ſunt משלים *mſchalim*, prolatis, ſemet ipſe damnat, qui ad ea mores ſuos non exigit.

10. *Præfectus facit omnia*] רב מחולל כל rab mhholel chol; *Magnus generans omnia*. רב *rab* dicitur aulicus, munere aliquo magno ornatus, ut Nabuzardan vocatur רב טבחים *rab tababbim*, militum præfectus. Vide & Dan. I, 3 Eſth. I, 8. *Generans* perinde eſſe videtur ac *efficiens*. Sic מחולל dicitur de *Creatore*, aut *Patre* Deut. XXXII, 18. Vide & Pſ. XC, 2. & ſupra C. XXV, 23.

Sive mercedem dat amenti] שכר כסיל *ſchocher chſil*; hoc eſt, quamvis rem ipſe non exſequatur, ſed per *mercenarios* dementes, aut legum ſpretores, qui vocantur hîc עוברים hoberim, *transgredientes*. Senſus eſt ſummatem virum, qui per vilem plebeculam, aut malos homines aliquid facit, non minùs cenſeri feciſſe, quàm ſi ipſe manum operi admoviſſet; quia *qui facit per alium ipſe facere videtur*. Reſpicit Salomon inſidos præfectos, qui ſcelera curabant fieri, per latrones, aut ejuſmodi homines, mercede clam numeratâ, ut poſſent negare rem à ſe factam. Quod cùm non ſit obſcurum, mirum eſt à Veteribus non fuiſſe intellectum LXX. Intt. πολλὰ χειμάζεται πᾶσα σὰρξ ἀφρόνων, συντρίβεται γὰρ ἡ ἔκστασις αὐτῶν; quòd vix unum verbum exprimit, & ſenſu etiam caret. *Theodotion*: φιμῶν ἄφρονα φιμοῖ χόλους, quaſi שכר *ſchocher*, eſſet *fremans*, cujus ſignificatûs nullum eſt exemplum; & quaſi עברים *hoberim* eſſent χόλοι, quod abſurdum. Vulgatus non feliciùs: *Judicium determinat cauſas qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat*, quæ nihil ad rem; ut omnes propemodum vix potuiſſe legere hunc locum videantur. Certè ſenſum finxerunt, quem non adſequebantur, & qui verbis minimè convenit. Multas etiam rationes vertendi perabſurdas commenti ſunt Recentiores, quas non referam.

11. *Stultus dementia facta iterat*] שנה באולתו ſchoneh beivvaltho, *iterans in ſtultitia ſua*. *Aquila & Theod.* δευτερῶν ἐπὶ ἀφροσύνῃ αὐτοῦ. Vulg. *iterat ſtultitiam ſuam*. LXX. Intt. laciniosam paraphraſin habent.

12. *Qui ſibi ſapiens videtur*] *Sapientem in oculis ſuis*.

Stultus ſolus ab eo aliquid ſperat] *Exſpectatio ſtulto ab illo*; quia nonniſi ſtultus à ſtulto quidquam ſperare poteſt.

13. *Ait piger* &c.] Vide Cap. XXIII, 13. ubi eadem verba, niſi quod pro ארי ari *Leo*, eſt ibi שחל ſchahhal, *Leo niger*, ut oſtendit *Bochartus* in Hierozoïco.

14. *Ut janua vertitur in cardine*] תסוב על צירה *thiſſob hal tſirah*. LXX. Intt. poſtremam voculam verterunt στρόφιγγα, *Aquila* στροφία, hoc eſt cardinem.

Sic piger in lecto ſuo] In quo diutiùs æquo manet, ut janua ſemper adhæret cardini.

15. *Piger manum ſuam*] Vide ad Cap. XIX, 24. ubi hæc ſententia.

16. *Sapientior ſibi eſt piger*] *Sapientior piger in oculis ſuis* &c. Sibi magis placet, in quieta & otio, quàm ceteri omnes mortales; quos ridet, quaſi ſine cauſa magnos labores ſuſcipientes; ſine quibus tamen ne Civilis quidem Societas ſtare poſſet.

Septem viri, qui conſilium rogati proferunt] משבעה משיבי טעם *miſſchibhab mſchibe tabam*, quàm ſeptem referentes ſententiam; hoc eſt, quam integrum Concilium, quod interrogatum viritim ſententiam proferet. Hîc enim ſeptenarius numerus pro numero pleno rei, de qua ſermo eſt, ſumitur. Vide antea C. VI, 31. XXIV, 16. & infra verſ. 25.

17. *Apprehendit canem auribus*.] Quod alioqui de lupo dici ſolet Eorum aures, cùm motu capitis ſe ſe extricare nituntur, vix ac ne vix quidem retineri poſſunt, ſi verò dimittantur mordent: ſic &, ſi dimittas litem alienam, cui te immiſcuiſti temerè, propterea non dimitteris ab eo, quem offendiſti; nec, ſi pergas alienam cauſam tueri, vitare potes quin tua fiat, & maximam moleſtiam tibi creet.

18. *Laſcivientis inſtar agit*] כמתלהלה *chemithlableab*. LXX. Intt. ὥσπερ οἱ ἰώμενοι. *Aquila*: κακοηθιζόμενοι, *Symmachus*: πειρώμενος, Vulgatus: *ſicut noxius eſt*. *Lud. Cappellus*, in Not. Criticis, exiſtimat proximè ad verum acceſſiſſe *Kimchium*, qui reddit כמשתגע chemiſchthageah, *ſicut inſaniens*; quia Arabicè להה, aut, ut vocem ſcribit *Edm. Caſtellus*, לחה *laba* eſt *ludere*, *laſcivire*. Sententia loci eſt, eodem judice: *qualis ille eſt, qui, per luſum & jocum, projicit ſcintillas, ſagittas & tela mortifera: talis eſt, qui decipit proximum ſuum, deinde dicit: annon ludebam.* Ultima verba verſ. 19. rem extra dubitationis aleam collocant.

Et mortem adferentia tela] ומות vamaveth, *& mortem*; hoc eſt, lethifera tela. Hinc *Hieronymus*: in *mortem*.

19. *Annon ego, per luſum, hæc facio*] הלא משחק אני halo mſchahhek ani, *annon ludens ego?* quaſi, nempe, non lædendi, ſed laſciviendi animo hæc faceret, quæ eſt maxima fraus.

20. *Sine ſuſurrone*] באין נרגן been nirgan, *cùm nullus ſuſurro*. Vide XVI, 28. XVIII, 8. & infra verſ. 22. Suſurro, nempe, eſt contentionis fomes.

21. *Ad accendendam litem*] לחרחר ריב *lebbarbbar rib*. Eſt hoc verbum à חרר hharar, *accendit*,

eſt carbo *additus* prunis, & ligna *addita* igni, *id ipſum* eſt vir contentioſus, ad accendendam litem. 22. Verba ſuſurronis ſunt adflatuum inſtar, atque altè in penetralia ventris deſcendunt.

23. *Quod eſt* argentum *cum* ſcoriis ſuperinductum teſtæ, *id ipſum ſunt* labia ardentia & cor malum.

24. Labiis ſuis alium ſe præfert qui odio habet, ſed intra ſe dolum parat. 25. Cùm gratificetur *tibi* voce ſuâ, ne ei credideris, quia ſeptem ſunt, quæ deteſtaris, in animo ejus. 26. Operitur odium, cùm ſolus eſt; ſed retegitur ejus malignitas, in cœtu.

27. Fodiens foveam in eam cadit, & qui devolvit lapidem *in alium*, *lapis* in ipſum convertitur.

28. Lingua

cendit, nec hac formâ alibi legitur; ſed duplicatio radicalium ſignificationem ejus auget, ut ſignificetur homo contentioſiùs efficere, ut lis vehementiùs ardeat, quàm antea.

22. *Adflatuum inſtar*] כמתלהמים *chemithlahamim*, ut adflantes. Vide ad C. XVIII, 8. ubi hæc comparatio habetur, totidem verbis. LXX. Intt. λόγοι κερκώπων μαλακοί. *Aquila* melius: λόγοι γογγυστοῦ γοητικοί. *Symmachus:* λόγοι γογγυσοῦ ἐν παρέργῳ, quod quid ſibi velit neſcio. *Theodotion:* ὡς ἐξαπλούμενοι, unde Vulgatus: *quaſi ſimplicia*, ſine ſenſu.

23. *Argentum cum ſcoriis* &c.] Hoc eſt, minùs purum argentum, quod ſuperinducebant teſtis ornatûs causâ, ut ex loco colligere poſſe videmur. Intelliguntur, nempe, murrhina vaſa, quibus ornamenta argentea addebantur; quod nec moribus noſtris prorſus eſt ignotum, & Salomoni fortè, frequens, cùm ex India talia vaſa ad ſe adferri curare poſſet.

Labia ardentia] שפתים דלקים *ſchphathajim dalekim.* דלק in malam partem ſumitur, pro eo quod eſt *ardenter perſequutus eſt*, & *accendit*. Itaque ſignificabuntur verba vehementiora, contra inimicos eorum, quos adloquuntur homines fallaces, qui tamen iis, quibus adſentantur malè volunt. LXX. Intt. verterunt: χείλη λεῖα, Vulg. *tumentia*, quæ nihil habent adfine cum verbo Hebraico. *Aquila* & *Theodotion:* καιόμενα, *Symmachus:* φλεγόμενα, quos ſequuti ſumus.

24. *Labiis ſuis alium ſe præfert*] בשפתיו ינכר *biſchphathon jinnacher.* Quod interpretati ſumus, cum aliis aliquot Interpretibus, quaſi legeretur יתנכר *jithnaccher*, in *Hithpaël*, nam in Niphal eſt *agnoſcitur*, quod contrarium eſt menti Salomonis, qui deſcribit hominem fallacem, qui aliud loquitur, aliud cogitat. Vide Cap. XX. 11. Poteſt culpa librarii intercidiſſe ת. aut ſuppleri per *Dageſch*, ſi modò alterum in ſecunda radicali addideris. Vide C. XXVI, 26. LXX. Intt. χείλεσι πάντα ἐπινεύει ἀποκλαιόμενος ἐχθρός. Crediderim ſcripſiſſe eos ἀποκλειόμενος, hoc eſt, clauſum gerens in animo inimicum. Alii, *Aquila*, nimirum, *Symmachus* & *Theodot.* ἐπιγνωσθήσεται, & Vulgatus: *intelligitur*, contra mentem Salomonis.

Sed intra ſe dolum parat] ובקרבו ישית מרמה oubekirbo jaſchith mirmah, & *intra ſe ponet fraudem.* Hæc oſtendunt agi de homine qui labiis aliud ſimulat, animo aliud agitat, ac proinde ſermonibus ſuis inimicum animum non aperit.

25. *Cùm gratificetur tibi voce ſuâ*] כי יחנן קולו chi jehhannen kolo, *ſi gratificetur voce ſuâ*; quod nonnulli interpretantur, ſi vocem emollit, ut blandiùs loquatur. Gallicè optimè dicas: *s'il vous parle d'un ton de voix gracieux.* LXX. Intt. ἐὰν σοῦ δεηθῇ ὁ ἐχθρὸς μεγάλῃ τῇ φωνῇ. Contra Vulg. *quando ſubmiſerit vocem.* Malim intelligere de homine, qui voce gratificatur, hoc eſt, concedit quod ab eo petitur; ut ſubaudiatur ב antè קולו *kolo*, quæ particula perſæpe ſupplenda.

Septem ſunt, quæ deteſtaris in animo ejus] כי שבע תועבות בלבו chi ſchebah thoheboth blibbo, *quia ſeptem ſunt abominationes in animo ejus*; hoc eſt, multa vitia quæ abominaris. Vide ad verſ. 16. *Juvenalis* de homine, qui uxorem ſuperbam nactus eſt, Sat. VI, 180.

— *quis deditus autem*
Uſque adeò eſt, ut non illam, quam laudibus effert
Horreat, inque diem ſeptenis oderit horis.

26. *Operitur odium*] תכסה שנאה *thichaſſe ſchinah.* Si verbum ſit in *Niphal*, ſcribendum תִכָּסֶה, ſi in Hithpael תִּתְכַּסֶּה, aut dicendum ſuppleri ת per *dageſch*, vel excidiſſe. Quod ſi malis, oportebit vertere: *occultat ſe odium*, quod eodem recidit. LXX. Intt. κρύπτει, *Symmachus:* καλύπτει, Vulgatus: *qui operit*, ut legiſſe videantur הַכֹּסֶה in *Kal*, aut מְכַסֶּה in *Pihel.*

Cùm ſolus eſt] במשאון bmaſſchaon, *in ſolitudine*, ut deducatur è שאה *ſchaah*, vaſtari, in ſolitudinem redigi. Oppoſitio vocis בקהל bekahal, *in cœtu*, hoc poſtulare videtur; ita ut homo fallax dicatur ſolus cum ſolo amicum agere, ſed in cœtu inimicè ſe gerere. Reverâ multi ſeorſim præclara promittunt, qui cùm in cœtum convenerunt nocent, quaſi non poſſent cœtui conſentienti obſiſtere. At LXX. Intt. συνίστησι δόλον, quaſi משאון deducendum eſſet à נשא naſcha, *decepit*; unde Vulgatus; *fraudulenter.* *Symmachus:* διὰ λήμματα, *propter munera*, ut vox deducatur a נשא cum puncto ſiniſtro in ש hoc eſt, *cepit.*

Retegitur ejus malignitas in cœtu] Ubi poteſt tutò nocere, propter cœtûs conſenſum. Sic qui à ſingulis, quibus Conſeſſus conſtat, à quo judicium de ſe ferri debet, promiſſa accepit; ſæpe in Conventu repulſam patitur, aut damnatur; unde liquidum fit omnes, aut pleroſque promiſſum favorem non præſtitiſſe.

27. *Fodiens foveam*] Vide Pſ. VII, 16. IX, 16. & ſupra VII, 27. Inſidias alii ſtruens illis ipſis inſidiis capitur. Proverbia plura ſunt, in omnibus linguis eumdem in ſenſum. Idem ſignificatur ſequentibus verbis, quibus deſcribitur quiſpiam, qui dum in montibus ſaxum ingens in aſcendentem devolvere nititur, ipſe lapide conteritur.

28. *Veri-*

28. Lingua mendax odit veritatem, & os blandum lapſum creat.

XXVII. *Variæ Gnomæ.*

1. NE glorieris de die craſtino, quia neſcis quid pariturus ſit dies. **Caput XXVII.**
2. Laudet te alienus, non os tuum; extraneus, non labia tua.
3. Gravitas *ineſt* lapidi & pondus arenæ; at ira ſtulti ambobus gravior eſt.
4. Crudelitas *eſt in* excandeſcentia, & impetus *in* ira; ſed quis coram invidia conſiſtet?

5. Melior

28. *Veritatem* דכיו *dacebau*, quod vertunt *contritos ſuos*, ab nomine abſoluto דכים *dacchim*, contriti; cui ſi addas pronomen, ſignificabuntur ii, quos lingua mendax contriverit; hoc eſt, ad paupertatem & miſeriam redegerit. Sed nihil habet hoc quod ſententiam, aut adagionem redoleat. LXX. ergo Intt. verterunt: ἀλήθειαν, & Vulgatus: *veritatem*, & Chaldæus: אלחתא דקושטא *viam veritatis*. Videntur extuliſſe hanc vocem דכי vel דכית, ſed & ultimum ת à Chaldæis ſæpe omittitur, ut מלכו pro מלכות *malchouth*, & ſimilia. דכי autem eſt pro זכי quod *innocentiam & puritatem* ſonat, ac proinde etiam veritatem. Notum eſt Chaldæos paſſim ד & ז miſcere, & *Val. Schindlerus* habet ex Syriaca Lingua זכאות & דכיות pro puritate. Quare, cum nihil occurreret hîc, in aliis Intt. niſi frigidum, aut coactum, antiquiores ſequuti fuimus.

Lapſum creat] יעשה מדחה *jabaſche midbba*. Hic tantùm prior vox legitur. Sed videtur idem valere ac דחי *debbi*, quod eſt *lapſus*. Vide Pſ. LVI, 14. CXVI, 8. Eſt à דחה *impellere ad lapſum*, Pſ. CXVIII, 13. Elegantior eſt ſententia Hebraicè prolata, nam *os blandum* eſt פה חלק *pheh bhalak*, os lubricum, quod facilè lapſum creat.

COMMENTARIUS

In Caput XXVII.

1. N*E glorieris de die craſtino*] Ne jactes te quidquam poſtero tempore facturum, nam ביום מחר bjom mahhar, *in die craſtino* perinde eſt ac *futuro*, & *dies* eſt quodvis tempus.

Quid pariturus ſit dies] Quid tempore futuro eventurum ſit. *Parere Dies* tralaticiè dicitur quod contingit, ut *longa dies* omnia mutare fertur. De re ipſa vide Jac. IV, 13. & ad eum locum Intt. Sed non eſt propterea putandum תולדות *tholedoth*, eventus dici. Vide ad Gen. XXXVII, 1.

2. *Laudet te alienus*] Conſentiunt omnes nihil ingratius accidere auribus, quàm laudes, etiam ejus, qui eas meritus eſt; quando ex ejus ore prodeunt. Nihil verius dicto *P. Syri:*

Qui ſe ipſum laudat citò deriſorem invenit.

Sed ſcripſit librum *Plutarchus*, de ſe ipſo ſine invidia laudando; cùm, nempe hoc fit ut calumniæ confutentur, quibus opponenda eſt veritas. Interim, ut ejuſdem Mimi verbis utar:

Quàm magnum eſt non laudari & eſſe laudabilem!

Iis, nempe, qui rem æquo animo patiuntur, quique officio ſuo funguntur, quæcumque de iis ferantur judicia. Pulcrè *Plinius* Lib. I. Ep. 8. *Meminimus, quantò majore animo honeſtatis fructus in conſcientia, quàm in fama, reponatur. Sequi enim gloria, non adpeti, debet; nec, ſi caſu aliquo non ſequatur, idcircò quòd gloriam non meruit* (id, eſt, non conſequutus eſt) *minùs pulcrum eſt.*

3. *Gravitas ineſt lapidi* &c.] כבד אבן ונטל החול *chobed eben, venetel habhol.* Videtur reſpicere Vir Sapiens moleſtiam quam patiuntur ii, qui lapidibus ac arenæ vehendis, vel trahendis operam dare coguntur; ut qui, eam in rem, in Templi Jeroſolimitani ædificatione, adhibiti fuerant; quorum gemitus ſine dubio ſæpiùs audiverat. Alioquin utroque graviora ſunt metalla.

Ira ſtulti ambobus eſt gravior] Nihil eſt moleſtiùs quàm cogi videre, audire, ac ferre ſtulti iram, quæ ſine ratione oritur, nec ratione ullâ placari poteſt.

4. *Crudelitas* &c.] אכזריות חמה *achzerijouth bhemah.* Subaudiendum ל ante חמה, aut etiam ב, *crudelitas eſt iræ*, vel *in ira.*

Impetus in ira] ושטף אף *veſcheteph aph*, propriè *inundatio iræ*; quâ ſignificatur ejus impetus, quo aggeribus omnibus æquitatis & manſuetudinis ruptis, ſubitò vehemens veluti exundat, & quæcumque ſibi objiciuntur proſternit. Vide Dan. IX, 17. XI, 22.

Quis coram invidia conſiſtet?] מי יעמד לפני קנאה *mi jabamod liphne kineah.* Ambigua eſt vox קנאה, apud Hebræos, nam æquè *invidentiam* & *zelotypiam*, φθόνον καὶ ζηλοτυπίας, ſignificat. Alterutra intelligatur, eſt vehementiſſimus adfectus & periculoſiſſimus iis, in quos fertur. Neutri facile eſt obſiſtere; priorem incendit ipſa Virtus, cui invidetur; poſteriorem ſuſpiciones, quæ vix exſtingui poſſunt. Sed ſi utrunque conjunctum eſt, in uno eodémque homine, difficillimum eſt ſeſe contra eum tueri, qui innocentiam odit, & omnia ſibi fingit, ut nocens videatur culpæ immunis. LXX. Intt. incommodè verterunt: οὐδὲν ὑφίσαται ζῆλος, alius

5. Melior eſt aperta objurgatio, quàm occultus amor.

6. Fidelia ſunt amantis vulnera, ſed oſcula inimici crebriora.

7. Homo ſatur calcat favum, ſed homini eſurienti, *etiam* quidvis amarum eſt dulce.

8. Qualis avis, quæ vagatur à nido, *talis* eſt homo, qui extra locum ſuum errat.

9. Oleum & ſuffimentum cor exhilarant, *ſic* & dulcor *ineſt* amico, propter conſilium *ex* animo *datum*. 10. Amicum tuum & amicum paternum ne derelinquas; nec fratris tui domum, die exitii, ingrediaris; nam melior eſt vicinus propinquus, quàm frater remotus.

11. Sapito, fili mi, & animum meum exhilara, atque erit quod reſpondeam probris adficienti me.

12. Prudens

Int. fortè *Aquila*, aut *Symmachus*: τίς δὲ ὑποστήσεται κατὰ πρόσωπον ζῆλον; Quod multò rectius. Vulgatus incommodè: *& impetum concitati ferre quis poterit?*

5. *Melior eſt aperta objurgatio* &c.] Hoc velle videtur Salomon, eum ſe verius amicum præſtare, & utiliore officio fungi, qui apertè delictum reprehendit, palam, nempe, admiſſum; quàm qui amat quidem, ſed vitandæ fortè invidiæ causâ, amicitiam aperire non audet, neque officium ullum amici exhibere.

6. *Fidelia ſunt amantis vulnera*] נאמנים פצעי אוהב *neemanim phitshe obeb*, פצעים phtſahim *vulnera* dicuntur acriores caſtigationes; in rebus, nempe, caſtigatu dignis; quæ fidem caſtigantis oſtendunt, quia eſt fidi amici graviora delicta in amico non diſſimulare. Quod multis oſtendit *Plutarchus*, in Libro πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου.

Oſcula inimici ſunt crebriora] Voce שונא *ſchone*, hoc eſt, *odio habens*, intelligitur non apertus inimicus; ſed adulator, qui reverà inimicus eſt, ſub perſona amici, ſæpiúſque blanditur, quàm is qui verè amicus eſt, ut docet memoratus Scriptor: Ὁ μὲν (κόλαξ) ἵνα ἡδὺς ᾖ πάντα δεῖν οἴεται ποιεῖν· ὁ δὲ (φίλος) ποιῶν ἃ δεῖ, πολλάκις μὲν ἡδύς, πολλάκις δὲ ἀηδής ἐστι, οὐ τοῦτο βουλόμενος, ἀλλ' εἰ δὲ βέλτιον εἴη, μηδὲ τοῦτο φεύγων: *Ille quidem* (adulator) *ut ſuavis ſit omnia facienda putat: hic verò* (amicus) *faciens quæ oportet facere, ſæpe ſuavis eſt, ſæpe etiam moleſtus; non hoc cupiens, ſed, ſi conducibilius eſt, ne hoc quidem refugiens*. Sic inquitur *Plutarchus*, p. 55. Hic autem נשיקות *nſchikoth* dicuntur non *oſcula* tantùm, ſed quævis blanditiæ, quibus adulatores inimicum reapſe animum tegunt, cùm veri amici non tam frequenter blandiantur, quia ſibi amici animi ſunt conſcii.

7. *Calcat favum*] תבוס נפת *thabous nopheth*; hoc eſt, ſpernit gratos alioqui cibos, qui ad ſatietatem comedit. Habet Salomon נפש שבעה nephesch ſchbehah, *anima ſatura*, hoc eſt, homo cujus adpetentiæ abundè ſatisfactum, ita ut cibus ſit ingratus. Sæpiùs obſervavimus voce נפש *adpetentiam cibi* ſignificari.

Homini eſurienti &c.] ונפש רעבה *venephesch rebebah*, pro ולנפש *& animæ*.

Quidvis amarum eſt dulce] כל מר מתוק *chol mar mathok*. Ingrati alioqui cibi eſurienti ſunt grati. Notum eſt dictum Socratis optimum condimentum eſſe famem, quod Cyro etiam tribuit *Xenophon* Inſtit. Lib. IV. p. 104. ὁ δὲ Κῦρος ταῦτα ἔλεγεν ὄψον μὲν τὸν λιμόν, ποτὸν δὲ ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ: *Cyrus verò hæc dixit, opſonium quidem eſſe famem, potum verò è præterfluente fluvio.*

9. *Oleum*] Videtur intelligi unguentum odoratum, cùm ei conjungatur קטרת *ſuffimentum*. Vide C. XXI, 17. & infra verſ. 16.

Dulcor ineſt amico] מתק רעהו methek rehehou, *dulcor amici ſui*, eſt, nempe, homini. Sed breviùs rem expreſſimus.

Propter conſilium ex animo datum] מעצת נפש mehetſath nephesch, *propter conſilium animæ*. *Aquila*: γλυκαίνει ἑταῖρον αὐτοῦ βουλῇ ψυχῆς. Sed nullus eſt hìc nominativus. LXX. Intr. mirè: καταῤῥήγνυται δὲ ὑπὸ συμπτωμάτων ψυχή, quaſi legiſſent, aut legendum putaſſent: מתרעעה מעצבות נפש mithrohcha mehatſeboth nephesch, *frangit ſe præ doloribus anima*. Cùm non intelligerent quod legebant, videntur è litterarum veſtigiis lectionem ſibi finxiſſe. Sed corruperunt planè comparationem. Vulgatus: *& bonis amici conſiliis anima dulcoratur*. Ut hìc odoribus confertur bonum conſilium: ſic etiam ſimilibus odoribus adſimilatur concordia fratrum Pſalmo CXXXIII, 2.

10. *Amicum tuum* &c.] Hoc eſt, amicitias eſſe diligenter colendas & recentes & veteres, propter mutuum auxilium; quod ſæpe certius & paratius ab amicis fertur, quàm à conſanguineis.

Nec fratris tui domum &c.] Sive non ſit amicus, ſive procul nimis habitet, ut ſequentia innuere videntur. Sic & *Heſiodus* in Operis & Diebus verſ. 343.

Τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν, ὅς τις σέθεν ἐγγύθι ναίει,
Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.
Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.

Eum autem potiſſimùm vocato (ad convivium) *quicumque te prope habitat; ſi enim tibi aliquod negotium ruſticum malum evenerit, vicini diſcincti adcurrunt, cinguntur verò cognati. Noxa tam mala eſt malus vicinus, quantum bonus commodum*: Quæ tamen *Heſiodus* Salomoni non debet, cùm ſint è quotidiana experientia petita.

11. *Atque erit quod reſpondeam* &c.] *Et reſpondebo verbum probro adficientis me*. Patet, nempe (nam pater loquens hìc inducitur) confiſus ſapientia & auxilio filii obſequentis, probris conviciatorum; ſed, qui habet filium maculoſum vix quidquam reponere audet, ne exprobrentur ei mores filii. Vide ad Pſ. CXXVII, 4, 5.

12. *Prudens prævidet malum*] Occurrunt hæc C. XXII, 3.

13. *Aufer veſtem* &c.] *Aufer veſtem ejus*, nempe, extranei, nam Iſraëlitæ non licebat, niſi ad

noctem

Digitized by Google

12. Prudens prævidet malum & ſe abdit, *at* ſimpliciores tranſeunt & *malè* mulctantur.

13. Aufer veſtem, quando ſpopondit extraneus & pro peregrina pignus ejus capito.

14. Qui mane ſurgens magnâ voce benedicit amico, ejus *hoc* maledictum cenſebitur.

15. Stillatio aſſidua, die imbris, & mulier contentioſa æquiparantur. 16. Abdens eam abdit odorem, *dum* oleum ejus dextræ *eum* prodit.

17. Ferrum ferro acuitur, & amici præſentia acriorem reddit amicum.

18. Ficum ſervans ejus fructu veſcitur & cuſtodiens dominum honore adficitur.

19. Ut *in* aqua facies faciei *reſpondet*, *ſic* & animus hominis homini.

20. Sepul-

noctem uſque. Vide ad C. XX, 16. LXX. Intt. verſum hunc ſic expreſſere: *ἀφελοῦ τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, παρῆλθε γὰρ ὑβριστὴς, ὅστις τὰ ἀλλότρια λυμαίνεται.* Pro ערב *ſpopondit* videntur legiſſe עבר *tranſiit*, cetera nihil ad rem. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: *ὅτι ἐνεγυήσατο ἀλλότριον καὶ περὶ ξένης ἐνεχυράσατε αὐτόν.* Vulg. *qui ſpopondit pro extraneo*, & *pro alienis*, *auſer ei pignus.* Minùs commodè.

14. *Magnâ voce* &c.] Inuſitata & quæſita humanitas ſuſpecta eſt. Sunt qui referunt ad laudes.

15. *Stillatio aſſidua*] Vide C. XIX, 13. ubi idem, mutatis nonnihil verbis.

Die imbris] ביום סגריר *bejom ſagrir.* Poſterior vox creditur *magnum imbrem* ſignificare, quo fit ut omnes סגורים *ſgourim*, clauſi domi maneant. Volunt intendi ſignificationem tertiæ radicalis iteratione. Sic אסגר eſt pluvia, apud Samaritas Levit. XXVI, 4. LXX. Intt. *ἐν ἡμέρᾳ χειμερινῇ.* Vulg. *in die frigoris.*

16. *Abdens eam*] צפניה tſopheneah, *abdentes eum*; hoc eſt, quiſquis eam abdere conatur.

Abdit odorem &c.] Non magis celari poteſt indoles contentioſa mulieris, quàm odor, ab eo qui eſt odorato unguento litus; quia, quavis datâ occaſione rixatur. רוח *rouahh* autem, quod eſt propriè *ventus*, *odorem* vertimus, quia odor eſt tenuis aura, quæ ex odorato corpore prodit. Sequentia verba oſtendunt agi de *odore*, cum mentio fiat unguenti; præterquàm quòd *occultare ventum* nihil ſignificet. Hinc הריח heriahh, *olfecit.* Sed & fortè ſcribi poſſit רֵיחַ *odor.* LXX. Intt. *βορέας σκληρὸς ἄνεμος*, quaſi legiſſent צפון *tſaphon*, pro צפן *tſaphan*, aut pro צפניה *tſopheneah*, eam abdens. Non commodiùs verterunt *Aquila*, *Symmachus*, & alii Græci: *κεκρυμμένος βορέας ἄνεμος.* Vulg. *Qui retinet eam quaſi qui ventum teneat.*

Dum oleum ejus dexteræ eum prodit] ושמן ימינו יקרא veſchemen jemino jikra, & *oleum dextræ ejus clamabit. Oleum dextræ* videtur eſſe oleum, quo palma manûs dextræ illita fuiſſet, probandi ejus causâ, antequàm emeretur, & cujus odor, licèt contracta in pugnum, ſeu clauſa manus eſſet, ſe ſe proderet. Hoc velle videtur vox יקרא *clamabit*, metaphorâ ab animalibus ductâ, qui clamore produntur; quam tamen metaphoram Latinè exprimere verbotenus, non auſi ſumus, quamvis *res ipſæ clamare*, *parietes* interdum *clamare* à Latinis dicantur. LXX. Intt. verterunt: *ὀνόματι δὲ ἐπιδέξιος καλεῖται*, quaſi legiſſent וְשֵׁם יְמִינִי יִקָּרֵא & *nomine dexter vocatur*, ut bene obſervavit *Lud. Cappellus* in Notis Criticis. Sed nuſquam ventus dicitur ימיני *jemini*, apud Hebræos. Itaque alii Græci verterant: *καὶ ἔλαιον δεξιᾶς αὐτοῦ καλέσει.* Vulgat. *oleum dextræ ſuæ vocabit.* Rectiùs vertiſſet: *oleum dextræ ejus clamabit.*

17. *Ferrum ferro acuitur*] ברזל בברזל יחד *barzel bebarzel jahhad.* יָחַד Futurum eſt à חדד, in Kal, pro יָחוֹד, quia ſic viſum Maſſorethis. In hac autem conjugatione eſt vis intranſitiva, *acui*, ſed ſequens יָחַד *acuet* eſt Futurum Hiphil, pro יַחְדֵּה ut יַעַל pro יַעֲלֶה. Eſt, nempe, à חדה, quod idem ſonat ac חדד. Ferrum autem ferro poteſt dici acui, aut propriè, quia ut fiat cuſpis haſtæ, aut acies gladii, utuntur artifices partim limâ, antequàm cotem adhibeant; aut impropriè, ut velit Salomon virum, qui vaginâ gladium ſtringit, in alium eum excitare, ut gladium quoque ſtringat.

Amici præſentia acriorem reddit amicum] איש יחד פני רעהו iſch jahhad phne rehehou, *vir acuit vultum amici ſui*, facit ut acriùs ſe gerat, pro re de qua agitur. Acriùs, exemplis, pugnat amicus, præſente amico. Non potuerunt Latinè verbotenus verti. פנים *phanim* dicitur de acie ſecuris, aut gladii. Vide Eccleſ. X, 10. LXX. Intt. elegantiùs verterunt, quàm Latinè fieri queat: *σίδηρος σίδηρον ὀξύνει, ἀνὴρ δὲ παροξύνει πρόσωπον ἑταίρου.* Non tam aptè Latinus: *ferrum ferro exacuitur*, & *homo exacuit faciem amici ſui*; nam *exacuere faciem amici* numquam antea auditum fuerat, nec intelligi poterat à Latinè tantùm ſcientibus.

18. *Cuſtodiens dominum*] שומר אדניו *ſchomer adonau.* Pluralis, pro ſingulari, quod eſt huic voci ſollemne. Supplendum: *ſervus* ab initio, & ad calcem: *à domino*, vel *ab hero.* Sic ſervus fidus, qui res heri ſervat & tuetur, fructum etiam ex eo capit, quod magni fiat ab hero, præmiúmque proinde ab eo accipiat libertatem.

19. *Ut in aqua facies faciei reſpondet*] כמים הפנים לפנים chammajim happhanim lappbanim, *ut* (in) *aqua facies faciei*; nimirum יענו jahanou, *reſpondet.* Quod ſi ſubaudiatur, oportebit ſupplere ב inter כ & מים

Animus hominis homini] לב האדם לאדם leb haadam laadam, *cor hominis homini.* Integra loquutio eſſet לב האדם ללב leleb haadam, cor hominis cordi hominis. Quibus verbis ſignificatur ſimilitudo hominum, qui plerumque iiſdem vitiis laborant, atque ex ſe ipſis de aliis poſſunt judicare, vel de ſe ex aliis, præſertim in eadem gente & ætate; imò & in omnibus populis & ſæculis, ſi ſumma rei ſpectetur. Eædem virtutes, eadémque vitia fuerunt & ſunt ubique, mutatis tantùm perſonis, aliíſque circumſtantiis. Quod ut pleniùs exponeretur prolixiore oratione opus eſſet. Planè contrarium ſenſum his verbis tribuerunt LXX. Intt. qui habent: *ὥσ-*

20. Sepulcrum & mors non explentur, nec hominis oculi ſatiantur.

21. *Quod eſt* conflator argento & catinus auro, *id ipſum eſt* vir ori laudatoris ſui.

22. Si contuderis ſtultum in mortario, inter triticum piſtillo contuſum, non recedet ab eo ſtultitia.

23. Speciem externam minuti pecoris tui notam habeto, animúmque ad greges adjicito;

ωρ οὐχ ὅμοια πρόσωπα προσώποις, οὕτως οὐδὲ αἱ διάνοιαι τῶν ἀνθρώπων. Sed nulla eſt negatio in Hebraïcis, neque ullam opus eſt ſuppleri, cùm ex adfirmatione egregius oriatur ſenſus. In omnibus eſt cæcus amor ſui, unde naſcuntur ignoratio ſui ipſius, ſuperbia, ambitio, injuſtitia, aliáque innumera vitia. In omnibus eſt amor voluptatum, quamquam non unius generis, & fuga moleſtiarum ac dolorum, quamvis omnia mala æquo animo ferre, virtutis cauſâ, jubeamur. Si ergo quiſque in ſe deſcendens hæc ſibi ineſſe ſentiat, hinc colligere poteſt alios iiſdem laborare vitiis; nec ab iis exſpectandos mores ab hiſce alienos. Rurſus ſi alios paullò adtentiùs contempletur, facilè animadvertet pauca iis exprobrari poſſe, quæ in ſe quoque reprehendi nequeant. Hinc naſcuntur modeſtia, manſuetudo, æquitas, ſimúlque prudentia, quâ fit ut ne facilè fallamur ab aliis. Itaque aliorum indoles eſt ſpeculum noſtræ, atque ex noſtra alienam intelligere viciſſim poſſumus. Vulgatus alium ſenſum quæſivit, cùm rem ſic expreſſerit: *quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.* Quod verum quidem eſt, imò etiam accedit ad ea quæ dicta ſunt, ſed non eſt tamen idem; agitur enim non tantùm de aliorum, ſed etiam de noſtri ipſorum cognitione.

20. *Sepulcrum & mors* &c.] Pro *morte* eſt אבדה *abaddah*, pernicies, quod idem eſt. Deſcribuntur hæc imagine voracis feræ, quæ numquam ſatiatur & facilè omnia concoquit: ut ſepulcrum omnia cadavera excipit & abſumit.

Nec oculi hominis ſatiantur] Reverâ ſpectando non explentur *oculi*, ſed eorum nomine videtur ſignificari cupiditas. Quia per oculos animum noſtrum ſubit nec minùs inexplebilis eſt. Vide Eccleſ. IV, 8.

21. *Quod eſt conflator* &c.] Vide C. XVII, 3. de hiſce verbis, quamvis de Deo prolatis.

Vir ori laudatoris ſui] איש לפי מהללו *iſch lphi mehalalo.* Si rationem habeamus ſtructuræ verborum, ſenſus erit: ut conflatione & catino probantur aurum & argentum: ſic hominem laudatum explorare poſſe, an qui eum laudat ſeriò laudet, an adulandi animo. Ut enim dictum eſt מצרף לכסף matſreph laccheſeph, *conflator argento*, & כור לזהב chour lazzehab, *catinus auro*: ſic dicitur איש לפי מהללו iſch lphi mahalalo; *vir ori laudatoris ſui*; hoc eſt, explorator. Certè nemo meliùs noſſe poteſt, an verè laudetur; quàm is qui laudatur; qui, prout conſcius ſibi eſt virtutum, ac factorum laudabilium, quæ ſibi tribuuntur; aut contrà ſibi conſcius eſt falſò talia ſibi tribui, intelligit laudatórne ſerius, atque ex animi ſententia ſit, an verò fictus & adulator. Sed hominem, ut ſecernere poſſit vera præconia ab adulationibus, ſapientem eſſe oportet, nec nimio ſui amore laborare. Qui enim aut ſemetipſi non ſatis norunt, aut adulatorem ab amico ſecernere neſciunt, laudes omnes in ſe collatas veras eſſe, atque à candido homine profectas putant. Magna certè eſt adulatorum, ne deprehendantur, calliditas, acutúmque & minimè *φίλαυτον* oportet eſſe eum, qui ab adulatore non decipiatur; quod multis oſtendit *Plutarchus*, in Libro de diſcrimine adulatoris & amici.

Sed viri docti hîc volunt non eum, qui laudatur, exploratorem eſſe laudantium, ſed contra ipſum laudibus in ſe collatis explorari. Nec dubium eſt, quin re verâ is, qui laudibus tollitur, eâ ratione exploretur; ſi enim iis dignus ſit, encomia excipit modeſtè, nec libenter ea audit, aut pluris propterea ſe facit, vel alios ſpernit; ſin minùs iis audiendis magnopere delectatur, proptereáque ſuperbit, & alios præ ſe contemnit. Iidem interpretantur לפי lphi, *ſecundùm*, quæ re ipſâ interdum voculæ eſt poteſtas, nec abſurdum eſt dici hominis animum explorari, prout laudes excipit, aut reſpuit. Sed oportuiſſet dici à Salomone: תהלה לאיש מהלל *thehillah keiſch mehullal*, ſic eſt laus homini laudato; nam quæ eſſet probatio auro & argento, id ipſum eſſet laus homini laudato.

Sunt rurſus qui hoc velint dici, ex laudibus, quæ in hominem conferantur, exploratas fieri ejus virtutes; nam *prout laudatur*, ita cenſendus eſt laude dignus. Verùm laudes vulgi ſunt fallaciſſimæ, & paſſim laudantur indigni, vituperantúrque ii, quos oporteret ab omnibus laudari.

Secundæ interpretationi favent LXX. Intt. & Vulgatus, cùm illi habeant: *ἀνὴρ δὲ δοκιμάζεται διὰ στόματος ἐγκωμιαζόντων αὐτόν*, hic verò: *ſic probatur homo, ore laudantis.* Sed conſtructio, ut diximus, obſtat.

22. *Si contuderis ſtultum* &c.] Deſumtum hoc à more parandi hordei aut tritici, ad faciendam polentam, de quo diximus ad Levit. XXIII, 14.

Inter triticum piſtillo contuſum] Toſtum, nempe, triticum pinſebant in mortario, in minutiſſimam farinam. Eſt Hebraïcè בתוך הריפות *bthoch hariphoth*, in medio contuſorum, nam ריף eſt *contundere* Job. XXVI, 11. & ריפות ſunt *grana contuſa* 2. Sam. XVII, 19. Verſum hunc ſic interpretatus eſt *Aquila*, quem ſequutus eſt *Theodotion*: *ἐὰν κόπτῃς τὸν ἄφρονα ἐν ὅλμῳ ἐν μέσῳ ἐμπτισσομένων ἐν ὑπέρῳ*, hoc eſt, interprete Vulgato: *ſi contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo.* Satis liquet hanc eſſe ſententiam, ſi quis in inſania, hoc eſt, in malis moribus, obduruerit; nullis caſtigationibus, aut verberibus poſſe eum ad emendatius vitæ genus adduci. At LXX. Intt. de pœna à Judicibus inflicta hæc intellexerant, cùm habeant: *ἐὰν μαστιγοῖς ἄφρονα ἐν μέσῳ συνεδρίου ἀτιμάζων.*

Non recedet ab eo ſtultitia] אולתו ivvaltho, *ſtultitia ejus*, *ἀφροσύνη αὐτοῦ.* Quibus verbis non dementia propriè dicta, quæ eſt cerebri animíque proinde perturbatio, ſine morum corruptione, & curatur interdum medicamentis, non caſtiga-

Digitized by Google

cito; [24]. quia non ſunt divitiæ perpetuæ, neque eximia *earum* magnitudo in poſteras ætates. [25]. Oritur gramen, tenuis herba cernitur, & colliguntur pabula montium. [26]. Oves ſunt veſtium tuarum cauſâ, & hirci pretium agri. [27]. Copia lactis caprarum eſt in cibum tuum, in cibum domûs tuæ, & victum ancillarum tuarum.

XXVIII. Sen-

caſtigationibus, aut verberibus; ſed nequitia, cùm imprudentia & inſcitia conjuncta, ſignificatur, & quidem in hoc libro ſæpiùs.

23. *Speciem externam minuti pecoris tui*] *Cognoſcendo cognoſces* פני צאנך *faciem minuti tui pecoris.* LXX. Intt. habent ψυχὰς, hoc eſt, pecudum numerum, qui non dicitur פנים *phanim. Aquila, Symmachus & Theodotion:* πρόσωπα, Vulgatus: *vultum.* Videtur hoc velle, negligendam non eſſe hominibus locupletibus minuti pecoris, hoc eſt, ovilli & caprini generis curam, viſendóſque ſubinde greges, ut quæ ſit eorum *externa ſpecies* ſaltem cognoſcant; unde de eorum valetudine judicium ferri poteſt. פנים etiam de ſpecie externa rerum inanimatarum, ut & Latinum *facies*, dicitur. Vide Gen. I, 2. &, ſi opus ſit, exempla à *Val. Schindlero* congeſta.

24. *Quia non ſunt divitiæ* &c.] כי לא לעולם חסן *chi lo lebolam bhoſen.* Voce חסן *bhoſen*, divitiæ in pecuniis ſitæ ſignificari hìc videntur, cùm opponantur gregibus, qui fuerunt antiquiſſimæ divitiæ, negentúrque eſſe perpetuæ; quia ſi parata pecunia utamur, nec umquam loco abſumtæ in neceſſarios uſus aliam reponamus, brevi exhauritur; nummus enim, in arca ſervatus, nummum non parit. Contra greges fœturâ perpetuâ conſervantur & augentur, quamvis neceſſariæ victui pecudes ex eo ſumantur, propagatúrque pecudum genus etiam ad poſteros; dum pecuniæ uſibus quotidianis impenſæ evaneſcunt, niſi ſuppleantur aliis. Non ſunt tamen hæc ita capienda, quaſi nihil eſſet timendum minuto pecori; poteſt enim morbis minui, à latronibus, aut ab hoſtibus abigi; ſed faciliùs parata pecunia dilapidatur.

Neque eximia earum magnitudo in poſteras ætates] נזר לדור דור *nezer ldor dor*, aut ודור *vador*, ut eſt in margine. Solet quidem נזר *nezer* intelligi de *diademate*, aut inſigni regio; ſed cùm ſuperiora non magis ad Regem pertineant, quàm ad privatum quemlibet, exiſtimavimus נזר, ubi ſermo eſt de pecunia, eſſe eximiam ejus copiam, quâ quiſpiam præ ceteris civibus eminet. Sic נזיר *nazir* Gen. XLIX, 26 non eſt Rex, ſed princeps, aut præcipuus fratrum Joſephus, qui pietate inter eos excellebat, dignitatéque etiam omnes ſuperabat, in Ægypto. Radix נזר *nazar*, quæ *ſeparavit*, & *diſtinxit* ſignificat, favet interpretationi noſtræ, quâ derivato eximiæ cujuſdam ἐξοχῆς ſignificationem tribuimus, & quidem quam ad futuras ætates non tranſmitti ait Salomo; cùm rariſſimum ſit ad poſteros, per aliquot ætates, magnas pecunias pervenire. Contra rarum non eſt diadema regium ad poſteros propagari, in regnis, in quibus regia dignitas ad heredem proximum pertinet; ut in regno Judæ, in quo in Davidis poſteris permanſit. LXX. Intt. de potentia & viribus hæc ſunt interpretati, ſic enim habent: ὅτι οὐκ εἰς τὸν αἰῶνα ἀνδρὶ κράτος καὶ ἰσχὺς, οὐδὲ παραδίδωσιν ἐκ γενεᾶς εἰς γενεάν. Deteriùs etiam Vulgatus: *non enim habebis jugiter poteſtatem, ſed corona tribuetur in generationem & generationem.*

25. *Oritur gramen* &c.] גלה חציר ונראה דשא *galah hhatſir venirah deſche*, *retegitur fœnum*, *& cernitur tenuis herba*, deinde ad juſtam magnitudinem creſcit, ac tandem, ut in ſequentibus habemus, ſecatur; ut hiberno tempore eâ greges alantur, certè ex parte. Oſtendit Salomon quàm facilè alantur greges, cùm ſine ſemente, quæ quidem fiat manibus hominum, quotannis naſcatur pabulum.

26. *Oves ſunt veſtium causâ*] Non memoratur hìc caro, quæ edebatur, quia præcipuum ovilli generis fructum lanam habebant, & quidem meritò.

Hirci pretium agri] מחיר שדה עתודים *mehhir ſchadeh hatthudim.* Ut voce כבשים chbaſchim, quæ anteceſſit, ſignificatur totum ovillum genus, hoc eſt, tam agni & arietes, quàm oves: ſic עתודים *hirci* totum caprinum genus complectuntur, ſeu præter hircos, capras & hædus. Hoc vult Sapiens, operæ pretium eſſe caprarum greges habere, cùm ex earum lana, lacte & fœtura poſſit ager, aut conduci, aut etiam emi. LXX. Intt. verterunt: ἵνα ἔχῃς πρόβατα εἰς ἱματισμόν, τίμα πεδίον ἵνα ὦσί σοι ἄρνες, unde poſtrema verba ab iis intellecta non fuiſſe liquet. Vulgatus: *agni ad veſtimentum ſuum & hædi ad agri pretium.* Sed agnorum lana exigua eſt, adultorum potiùs arietum & ovium, id eſt, ſpolium; nec עתודים ſunt *hædi*, ſed hirci annículi, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 53.

27. *Copia lactis caprarum*] ודי חלב עזים *vede hhaleb hizzim.* Quod poſſit etiam verti: *quantum ſatis erit*, ſed *copia* intelligitur.

Eſt in cibum tuum] ללחמך *lelahhmecha.* Reverâ non tantùm præbent potum, ſed etiam cibum, cujus non unum genus è lacte fit. Præcipuum tamen ſunt *caſei*, & *butyrum.* LXX. Intt. mirè verterunt: υἱὲ, παρ' ἐμοῦ ἔχεις ῥήσεις ἰσχυρὰς εἰς τὴν ζωήν σου, καὶ εἰς τὴν ζωὴν τῶν σῶν θεραπόντων. Vulg. *ſufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos & in neceſſaria domûs tuæ, & ad victum ancillis tuis.*

COM-

XXVIII. *Sententiæ miſcellæ.*

CAPUT XXVIII. ¹. FUGIUNT nocentes, nemine perſequente; at innocentes, inſtar catuli leonis, confidunt

². In defectione regionis multi ſunt Principes, ſed operâ hominis prudentis & periti, *Princeps* producet *regnum*.

³. Vir pauper & qui tenues opprimit, eſt *inſtar* inundantis imbris, poſt quem nullus eſt panis.

⁴. Qui deſerunt legem, laudant nocentem, qui verò legem ſervant, ei litem intendunt.

⁵. Vir

COMMENTARIUS

In CAPUT XXVIII.

1. F*Ugiunt nocentes*] *Fugerunt & nemo perſequitur* (רדף) *nocentem*, *& juſti inſtar leunculi fidet*, יבטח. Frequens eſt hæc mixtura temporum, apud Hebræos. More Græcorum & Latinorum, oportuiſſet dici *nocentes*, & *confident*. Sententiis moralibus Græcorum & Latinorum, huc pertinentibus, hæc illuſtravit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. III. c. 5. Vide etiam Levit. XXVI, 17, 36, 37.

2. *Principes*] *Principes ejus* שריה *ſcharehu*; hoc eſt, multi è proceribus, aut militum præfectis, ſe gerunt inſtar Principum, penes quos ſit ſumma poteſtas.

Sed operâ hominis prudentis &c.] ובאדם מבין ידע כן יאריך *ubeadam mebin jodehu chen jaarich*, in homine prudente (*&*) perito, ſic producet. Hoc eſt, etiamſi ſic res habeat, multique inſtar regulorum ſe gerant; hominis prudentis operâ fieri poteſt, ut Rex dignitatem ſuam recuperet & ſervet in plures annos. Senſus ſat eſt clarus & re verâ egregius. LXX. tamen Intt. planè ab eo aberrarunt, habent enim: δι' ἁμαρτίας ἀσεβῶν κρίσεις ἐγείρονται, ἀνὴρ δὲ πανοῦργος καταϛβέσει αὐτάς. Quæ nihil ad verba, neque ad rem. Nec multò meliùs *Hieronymus*: *propter peccata terræ, multi principes ejus, & propter hominis ſapientiam & horum ſcientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.* Sed בפשע *bepheſcha*, propriè eſt *in defectione*, non *propter peccatum*; quod & uſus frequens vocis & res ipſa eos docere potuerunt. Vide *Val. Schindlerum* & *Joan. Coccejum*.

3. *Vir pauper* &c.] Vult Salomon, quando contingit hominem egenum & avidum divitiarum, ad eam dignitatem pervenire, ut dum munere ſuo fungitur impunè poſſit pauperes expilare; tum verò eum omnia auferre, cum pulviſculo.

Inſtar inundantis imbris] מטר סחף *matar ſobheph*. Exſtat hoc participium Kal hîc tantùm, & præterea ſemel in Niphal נסחף *nisbhuph*, ubi *proſtratum* ſignificat. Eamdem poteſtatem, apud Chaldæos, vox obtinet. Intelligitur autem pluvia violenta, ut ſegetes omnes adfligat humi, unde naſcitur penuria. LXX. Intt. verterunt: λάβρῳ τῷ ἀνωφελῆ, Vulg. *vehementem*. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: ἀνεχομένη, quaſi quæ *ſe ſuſtinet*, nec cadit, incommodè.

Poſt quem nullus eſt panis] ואין לחם *veen lechem*, & non panis; quia proſtratis ſegetibus maturitati proximis, fractiſque culmis, corrumpuntur fruges.

4. *Ei litem intendunt*] יתגרו בם *jithgarum bum*, *diſceptant cum illis*, aut *litem iis intendunt*. Hoc ſignificat verbum התגרה *hithgareh*, ſequente præpoſitione ב, Deut. II, 5, 19, 24. 2. Reg. XIV, 10. & alibi. LXX. Intt. περιβάλλουσιν ἑαυτοῖς τεῖχος, quaſi legiſſent יתגדרו *jithgadderon*, incommodè. Melius Vulgatus: *ſuccenduntur contra eum*, quamvis non ſatis aptè.

5. *Jus non intelligunt*] לא יבינו משפט *lo jabinon miſchphat*; quia, nempe, adfectibus indulgentes injuſtum putant quod juſtum eſt & viciſſim; adfectus enim obnubilant judicium. Hinc fit, ut boni viri præcepta Evangelica vehementer mirentur & probent, quaſi longè juſtiſſima, & utiliſſima hominibus, eáque libentiſſimè obſervent: dum mali viri ea perfringunt, juſtitiámque & præſtantiam eorum non adſequentur; ſed horrent, quaſi iniquum & inutile jugum.

Qui quærunt Jehovam omnia intelligunt] *Quærere Deum* paſſim eſt eum colere, firmâ fide & fideli obſequio. Vide 2. Ephem. XIV, 4. XV, 12. XXVI, 5.

6. *Præſtantior eſt pauper*] Primum hujus commatis membrum habuimus totidem verbis C. XIX, 1.

Duas vias miſcet] מעקש דרכים mehikkeſch drachajim, *torquens* aut *pervertens duas vias*. Eadem loquutio occurrit & verſ. 18. nuſquam alibi. Cùm opponatur virtuti, quæ dicitur תם *thom*, aut תמה *thummah*, quæ eſt *integritas*, aut *ſimplicitas*, quâ unâ virtutis viâ, ſine arte & dolo, eò pervenire conantur, quò tendunt viri boni; qui *torquet*, aut *pervertit duas vias*, varias artes adhibet, tam malas, quàm bonas, ut id conſequatur quod cupit.

7. *Qui paſcit paraſitos*] רועה זוללים *rohe zolelim*. LXX. Intt. ὃς ποιμαίνει ἀσωτίαν. *Aquila*: νέμων συμβολοκόπους. Vulg. *qui paſcit comeſſatores*. Occurrit vox eodem ſenſu C. XXIII, 20.

Pudore patrem ſuum adficit] Qui, nempe, dilapidat bona cum paraſitis, ea brevi abſumit, & eorum adulationibus nequior fit. Cujuſmodi vita pudenda non poteſt patrem ejus non pudore

5. Viri mali jus non intelligunt, ſed qui quærunt Jehovam omnia intelligunt.

6. Præſtantior eſt pauper, qui vivit in integritate ſua, quàm qui duas vias miſcet, & dives eſt.

7. Obſervans legis filius eſt prudens, qui autem paſcit paraſitos, pudore patrem ſuum adficit.

8. Qui divitias ſuas uſurâ & fœnore auget, eas corradit ei, qui largietur pauperibus.

9. Qui amovet aurem ſuam, ne audiat legem, ipſæ ejus preces abominationi erunt.

10. Qui rectos eò inducit, ut malâ viâ errent, in foſſam ipſe ſuam incidet, & viri integri bona poſſidebunt.

11. Dives ſibi quidem ſapiens videtur, ſed pauper prudens eum probè novit.

12. Cùm exſultant innocentes, magna eſt celebritas; ſed cùm evehuntur nocentes, homines latent.

13. Qui

dore ſuffundere; ſive de ea cogitet, ſive ei exprobretur, quamvis eam minimè probanti.

8. *Uſurâ & fœnore*] בנשך ותרבית *bneſchech vetharbith.* Vide ad Levit. XXV, 36.

Corradit ei &c.] In cujus manus, non ſine Divina Providentia, incidunt. Vide ſimilem ſententiam Job. XXVII, 16. Eccleſ. II, 26.

9. *Qui amovet aurem ſuam* &c.] Qui non dat operam audiendæ Legi, quando legitur, aut exponitur.

Ipſæ ejus preces &c.] גם תפלתו תועבה *gam thephillatho thohebah*, etiam oratio ejus abominatio. Deus averſatur homines, qui, cùm leges ejus perfregerint, ad eum demum, in calamitate, precibus confugiunt; cùm ejuſmodi preces ex ſola calamitate naſcuntur, ſiodunturque ab homine, qui liberatus Deum oblivioni mandaturus eſſet. Ejusmodi ſunt, qui ſolo metu permoti, Deum precibus adeunt, nec de beneficiis ejus cogitant, aut præceptorum ejus præſtantiam norunt. Tales ſunt ii, de quibus *P. Syrus*, verſ. 547.

Plerique metu boni, non innocentiâ.

Ad quem verſum vide quæ congeſſit *Janus Gruterus*, in Notis Poſtumis, ut & ad verſ. 822.

10. *Ut malâ viâ errent*] Sive agatur de via propriè dicta, quâ ad quempiam locum itur, pro qua vir improbus oſtendat bono viro viam difficilem, aut quâ non poſſit perveniri ad locum qui petitur; ſive de ratione totius vitæ, aut aliquid perficiendi, modo legibus divinis conſentaneo, cujus loco malus vir virum innocentem pravos mores & facta illicita doceat; utrumvis, inquam, agatur, verè ait Salomon improbum Deo pœnas daturum, quibus prava ejus conſilia in ejus caput recidant, & contra bonis proſint.

In foſſam ipſe ſuam incidet] בשחותו הוא יפול *biſchhhotho hou jippbol.* LXX. Intt. εἰς διαφθορὰν αὐτὸς ἐμπεσεῖται, & Vulg. *in interitu corruet.* Eſt idem ac שחת ſchahhath, *foſſa.* Hoc eſt, in malum illud incidet, in quod, pravis ſuis conſiliis alium impellere ſtuduit. Frequentiſſima eſt hæc loquutio, quâ idem exprimitur ac verſu *Heſiodi* in Oper. verſ. 266.

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Malum conſilium conſultori peſſimum. Sæpe enim fit, ut malo viro iiſdem artibus noceatur, quibus aliis nocere conatus eſt. Vide *Janum Gruterum*, in Notis poſtumis ad eum verſum *P. Syri.*

Viri integri bona poſſidebunt] ינחלו טוב *jinhhalou tob.* Nam quamvis נחל *nahhal* ſit *hæreditatis jure poſſidere*, tamen frequenter perinde eſt ac ſimpliciter *poſſidere*, *habere.* Vide ſuprà C. III, 35. XI, 29. XIV, 18. Abſurdè verterunt hic LXX. οἱ δὲ ἄμωμοι διελεύσονται ἀγαθὰ, καὶ οὐκ εἰσελεύσονται εἰς αὐτά, quæ eſt argutia mera, & cui nihil ſimile habent verba Hebraica. Vulgatus: *ſimplices poſſidebunt bona ejus*, ſed nullum eſt pronomen in Hebraicis; ideoque de rebus ſecundis hominum integrorum hæc interpretamur, ut C. XIII, 2, 21. XVI, 20. XIX, 8. & alibi ſæpe.

11. *Dives ſibi quidem ſapiens videtur*] *Sapiens in oculis ſuis vir dives.* Reverâ ſuperbiâ, quæ divitias ferè comitatur, fit ut homines locupletes ſe ſapere putent, in iis rebus, quas nullo modo intelligunt; ut in iis, quæ ad moralem eruditionem faciunt.

Eum probè novit] יחקרנו jahhkerennou, *ſcrutatur eum*; hoc eſt, penitus eum novit, faciléque intelligit nullam ei ineſſe ſapientiam.

12. *Cùm exſultant innocentes*] בעלץ צדיקים *bahalots tſaddikim*; nempe, liberati ex magno periculo ſalutaria ſacra facientes, ad quæ omnes concurrunt, ut iis gratulentur, frequentiâque ſuâ lætitiam ſuam teſtentur.

Magna eſt celebritas] רבה תפארת *rabbah thiphereth.* Eſt *ornamentum*, *ſplendor*, *gloria*; ſed hic hominum frequentia ſignificatur, ut ex oppoſitione ſequentis membri intelligere eſt. Ratio ejus rei optimè exprimi queat ſenario *P. Syri*:

Potens miſericors publica eſt felicitas.

aut monoſtichâ ſententiâ è Græco Poëta petita:

Κοινὸν δὲ καλόν ἐστι χρηστὸς εὐτυχῶν.

Commune bonum eſt probus felix.

Sed cùm evehuntur nocentes &c.] בקום רשעים bkoum reſchahim, *cùm ſurgunt mali. Surgere* hîc eſt evehi; aut etiam, poſt lapſum, in priſtinum honorum gradum reſtitui. Sic Pſ. XX, 9.

Homines latent] יחפש אדם *jehhuppbaſch adam*, hoc eſt, *quæritur homo*, quod perinde eſt ac latent homines; nam ii demum quæruntur, qui latent. Eſt ergo conſequens, pro antecedenti. Vide verſ. 28. Nempe, ut rectè *P. Syrus*:

Felix improbitas optimorum eſt calamitas.

Hunc verſum ſic tranſtulere LXX. Intt. διὰ βοήθειαν δικαίων πολλὴ γίνεται δόξα, ἐν δὲ τόποις ἀσε-

13. Qui occultat delicta ſua non agit proſperè, qui verò fatetur & deſerit, miſericordiam conſequitur.

14. Beatum hominem, qui perpetuò timet! at qui animum ſuum obdurat in calamitatem incidit.

15. *Qualis* leo rugiens & urſus eſuriens, *talis* improbus, qui tenui populo dominatur.

16. Princeps carens prudentia, multis modis opprimit populum, *at* qui lucrum odio habet vitam *ſuam* producit.

17. Oppreſſor, *qui* cæde hominum *ſævit*, uſque ad ſepulcrum fugit, ne eum *cædis ultores* adprehendant.

18. Qui

βῶν ἁλίσκονται ἄνθρωποι. Poſterioris membri ſententia neque eſt bona, neque Hebraicis convenit. Pro בקום legiſſe videntur במקום bmakom, *in loco*, ſed cur ἁλίσκονται verterint neſcio. *Hieronymus* verò: *in exſultatione piorum multa gloria eſt, regnantibus impiis ruinæ hominum.* Melius vertit verſ. 28 ſed Septuaginta Intt. æquè infeliciter.

13. *Qui occultat delicta ſua*] מכסה פשעיו mchaſſeh pſchahau, *defectiones ſuas tegens*; nempe, apud Deum. Vide Job. XXXI, 33. Pſalm. XXXII, 5.

Non agit proſperè] לא יצליח *lo jatsliahh.* Vide Pſ. I, 3.

Qui verò fatetur &c.] ומודה ועזב ירחם oumodeh vehozeb jeruhham, *& fatens, & relinquens miſericordiam conſequetur.* Qui verè dolens delictum fatetur, in id minimè recidit, ideóque dignus eſt venia; ſed qui ſæpiùs fateretur & ſæpius iteraret flagitium, irrideret Deum & homines, quibus ſolâ confeſſione ſe ſatisfeciſſe putaret. *P. Syrus* verſ. 213.

Fatetur facinus is, qui judicium fugit,

Qui non exſpectat, donec in jus vocetur, ſed lætus quàm primum ſatisfacit. Rurſus verſ. 829

Proximum tenet locum confeſſio innocentiæ.

Cùm ſat perſpicua hæc ſint, miror LXX. Intt. ſic cæſpitaſſe, ut hic fecerunt, ubi habent: ὁ δὲ ἐξηγούμενος ἐλέγχους ἀγαπηθήσεται. Verbotenus hæc optimè vertit Vulgatus.

14. *Qui perpetuò timet*] Non poteſt dici beatus, qui perpetuò ſibi ab hoſte timet, quòd nullo monumento nitatur; ſed videtur res ad Deum referenda, quem vir religioſus ſemper offendere veretur; aut etiam ad officium boni viri, quod à ſe violatum ſibi verè exprobrari nollet. Reverâ felix eſt, qui ſemper timet utrumque, multa enim & gravia peccata eo metu vitat.

Qui animum ſuum obdurat] מקשה לבו makſcheh libbo, *indurans cor ſuum*; nempe, ut Dei metum, aut officiorum, quæ homines hominibus debent, ſenſum prorſus exuat, &, quibuſvis ſceleribus admiſſis, ſecurus vivat.

15. *Urſus eſuriens*] דוב שוקק *dob ſchokek.* LXX. Intt. λύκος πεινῶν καὶ λέων διψῶν. Sed נהם *nohem*, quod eſt Epitheton leonis, eſt ſine dubio *rugiens*, non *famelicus*, דוב verò conſtanter eſt *urſus*, non lupus, nec שוקק ſchokek uſquam *ſitientem* ſignificat ſed *eſurientem* Pſ. CVII, 9. Eſaiæ XXIX, 8. & שוק eſt *adpetere*, ut obſervavit *Sam. Bochartus* P. I. Hieroz. Lib. III. C. 9. ubi & alias interpretationes confutat, atque hanc confirmat, quam Vulgatus habet: *leo rugiens & urſus eſuriens.*

Improbus qui &c.] Qui, quia eum non timet, crudeliter ſpoliat.

16. *Princeps carens prudentia*] חסר תבונות hhaſar thebounoth, *deſtitutus prudentiis.* Sic Cap. XI, 12. איש תבונות *vir prudentiarum*, pro prudenti. LXX. Intt. ἐνδεὴς προσόδων, quaſi legiſſent תבואות *thebouoth*, quæ vox *proventus* ſonat, nec malè huic loco conveniret. At *Symmachus*: ἐνδεὴς συνέσεως, & Vulgatus: *indigens prudentia*, quod nec alienum à ſententia loci; eſt enim ſummæ imprudentiæ, in Principe, populos opprimere.

Multis modis opprimit populum] רב מעשקות rab mehaſchakkoth, *multus oppreſſionibus. Fraudationem* volunt ſignificari, ſed potiùs *vim & oppreſſionem* ſonat, quàm artem, quâ quis fallatur. Vide & verſ. 17. LXX. Intt. μέγας συκοφάντης. Alius πολύστροφος. Vulgatus: *multos opprimet per calumniam.*

Vitam ſuam producet] יאריך ימים *jaarich jamim*, producet dies; hoc eſt, longiorem vitam à Deo impetrabit; vel etiam: non occidetur ab iis, qui imperio ejus parent, quod contigit multis tyrannis.

17. *Oppreſſor*] אדם עשק ſic puncta addunt Maſſorethæ. Potuiſſent tam etiam עשק ſcribere, nam עשוק *oppreſſor* eſt Jerem. XXII, 3. De *oppreſſore*, potiùs quam de *oppreſſo*, ſermo eſt. LXX. Intt. ἄνδρα τὸν ἐν αἰτίᾳ φόνου, hoc eſt, *cædis reum.* Vulgatus: *qui calumniatur animæ ſanguinem*, unde intelligimus legiſſe eos עשק, aut עשק.

Qui cæde hominum ſævit] בדם נפש bdam napheſch, *in ſanguine animæ*, hoc eſt, cæde, vel effuſione ſanguinis, in quo eſt vita, ut habemus Gen. IX, 4. Significatur *oppreſſor*, qui non tantum per vim facultates civium rapit, ſed & qui ſanguinem effundit, ita ut vitam amittant.

Uſque ad ſepulcrum fugit] עד בור ינוס had bor janous; *ad ſepulcrum fugiet*; hoc eſt, vel ſepulcrum ſubterraneum, in rupe cavatum, qualia erant multa. Vide Gen. XXIII, 4. Immundæ erant & ominoſæ latebræ, in quas non poterant perfugere, niſi omni alio perfugio erant deſtituti. Fecerunt hoc Cacodæmonibus obſeſſi, de quibus Marc. V, 3. Luc. VIII, 27. Sed & ipſi Chriſtiani Romæ in Catacombas confugerunt. Eſt etiam apud *Joannem Xiphilinum* mira hiſtoria de Julio Sabino in vita Veſpaſiani p. 216. *Ed. Steph.* Ἰούλιός τις Σαβῖνος ἀνὴρ πρῶτος τῶν Λιγγόνων δύναμιν καὶ αὐτὸς ἰδίαν ἠθροίκει καὶ Καῖσαρ ἐπωνομάσθη, λέγων ἔγγονος τοῦ Καίσαρος τοῦ Ἰουλίου εἶναι. ἡττηθεὶς δὲ μάχαις τινὰς ἔφυγεν εἰς ἀγρόν τινα κἀνταῦθα εἰς μνημεῖον ὑπόγειον προκατα-πρήσας

Digitized by Google

18. Qui integrè vivit liberatur; qui verò duas vias miſcet, in altera cadit.

19. Qui colit agrum ſuum ſatiatur pane, ſed qui otioſos adſectatur egeſtate ſatiatur.

20. Vir fidelis copiis abundat; at qui feſtinat divitias comparare, impune non feret.

21. Rationem habere hominum bonum non eſt; propter fruſtum panis *ejusmodi* homo prævaricabitur.

22. Qui feſtinat ad divitias vir eſt illiberalis, neque novit penuriam alibi obventuram.

23. Qui *meritò* caſtigat hominem, poſtea gratiam potiùs conſequitur, quàm qui linguâ blanditur.

24. Qui

πρήσας αὐτὸ, κατέδυ καὶ οἱ μὲν ᾤοντο κεκαῦσθαι ἀπολωλέναι. ὁ δὲ ἐκρύφθη δὲ ἐν αὐτῷ ἐννέα ἔτη μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς δύο ἄρρενας ἐποίησε: Julius quidam Sabinus, princeps Lingonum, proprium exercitum conſcripſit, fuitque Cæſar cognominatus, quod ſe oriundum à Julio Cæſare diceret. Deinde aliquot præliis victus rus abiit, ibique ſepulcrum ſubterraneum, ad quod rogum ipſe accenderat, ingreſſus eſt, cúmque crederent eum interiiſſe, in eo novem annos, cum uxore delituit, atque ex ea duos filios ſuſtulit.

Ne eum cædis ultores adprehendant] אל יתמכו בו *al jithmechou bo.* Hîc אל eſt, pro פן *phen.* Addimus *cædis ultores*, quos Hebræi vocant גואלי דם *goale dam*, vindices ſanguinis, à quibus enim cædis reus comprehendi poterat, niſi ab hiſce. LXX. Int. pro his quæ diximus, habent: φυγὰς ἔσται καὶ οὐκ ἐν ἀσφαλείᾳ, cùm verba non intelligerent, ſenſum ex ingenio finxerunt. Quædam etiam ſunt addita, quæ nihil ad rem. Nec feliciùs Vulgatus hunc locum vertit: *hominem, qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi uſque ad locum fugerit, nemo ſuſtinet.*

18. *Qui integrè vivit*] הולך תמים holech thamim, *ambulans integer*, aut *ſimplex.*

Qui verò duas vias miſcet] ונעקש דרכים *venehkaſeh drachajim.* Vide ad verſ. 6. LXX. hîc: σκολιαῖς ὁδοῖς πορευόμενος. Vulgatus: *qui perverſis ingreditur viis.*

In altera cadet] יפול באחת *jippbol beebbath*, nempe, *in unâ viarum.* Sententia ſat clara eſt, eum, ſcilicet, qui, ut ſecurior ſit, duplici via fraudulenter utitur, ut eò perveniat quò vult, in alterutra deprehendi, nec evadere; dum qui unâ ratione, quam rectam putat, ad finem tendit, ſpretis omnibus aliis, quas non probat. Sic qui duabus factionibus favere videri volunt, & nunc huic, nunc illi fidem ſuam clam altera venditant, eo animo ut utravis ſuperior ſit, ſe pro ea ſtetiſſe dicant, ſæpe deprehenſâ fraude, pereunt. LXX. Int. ἐμπλακήσεται, Vulgatus: *concidet ſemel.*

20. *Vir fidelis copiis abundat*] איש אמונות רב ברכות iſch emounoth rab brachoth, *vir veritatum multus benedictionibus.* LXX. Int. ἀνὴρ ἀξιόπιστος πολλὰ εὐλογηθήσεται. Vulg. *vir fidelis multùm laudabitur.* Maluimus rem referri ad *copias*, nam ברכה *brachah* ſæpe eſt, copia; nempe, bonorum. *Aquila* אמונות vertit: πίστεων, *Symmachus:* ἀληθής. Intelligitur is, qui fidus eſt, & ditatur ab iis, quibus fidem conſtanter ſervavit. Ceterùm איש אמונות dicitur ut verſ. 16. חסר תבונות, unde intelligimus nomina virtutum, apud Hebræos πληθυντικῶς exprimi.

At qui feſtinat divitias comparare] ואץ להעשיר *uts lahaboſchir*, ſupple נפשו *animam ſuam*, ſeu ſemet ipſum; nempe, malâ fide, dum partibus diſſidentibus vult videri favere, ſed clam, ut utriuſque præmia conſequatur, nec exſpectat, donec ii, qui jure nituntur, ſuperiores fiant.

Impune non feret] לא ינקה lo jinnake, *non habebitur innocens.* Bene LXX. Int. οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται. Minùs commodè Vulgatus: *non erit innocens.* His verbis ſignificatur pœna, ut Exod. XX, 7. & alibi ſæpiùs.

21. *Rationem habere hominum*] הכר פנים *haccher phanim*, idem ac נשא פנים *naſche phanim*, ſeu προσωποληπτεῖν. Vide Cap. XXIV, 23.

Bonum non eſt] לא טוב *lo tob.* Peſſimum eſt. Quid enim deterius à Judice fieri poteſt, quàm majorem rationem litigantium habere, quàm cauſarum? Sed eſt hîc λιτότης, quam cùm non adſequerentur LXX. Int. ſenſum corruperunt: ὃς οὐκ αἰσχύνεται πρόσωπα δικαίων οὐκ ἀγαθός. Meliùs *Hieronymus: Qui cognoſcit in judicio faciem non bene facit.* In judicio ita ſententia de litigantibus dicenda, quaſi ignoti prorſus eſſent; ſine favore & odio.

12. *Propter fruſtum panis*] Hoc eſt, qui id flagitii admittere poteſt; ut majorem rationem habeat hominum, quàm rerum, is poteſt, vel minimo pretio, corrumpi. LXX. Int. ὁ τοιοῦτος ψωμοῦ ἄρτου ἀποδώσεται ἄνδρα. Vulgat. *iſte & pro buccella panis deſerit veritatem.* Pro duabus poſtremis vocibus eſt יפשע *jiphſchah*, quod ſæpiùs *deficiet*, aut *delinquet* vertimus; hic voce *prævaricabitur*, quia de judicio ſermo eſt, expreſſimus.

22. *Vir eſt illiberalis*] איש רע עין iſch rah hajin, *vir mali oculi.* Vide Cap. XXIII, 6. LXX. Int. Σπεύδει πλουτεῖν ἀνὴρ βάσκανος, alius etiam φθονερός. Vulg. *Vir qui feſtinat ditari & aliis invidet.* Qui cupit quàm primùm ditari, non tam invidum eſſe oportet, quàm illiberalem; hoc eſt, avarum & ſordidum.

Neque novit penuriam eſſe obventuram] ולא ידע כי חסר יבואנו *vle jedah chi bheſer jeboennou.* Vox חסר hheſer, *penuria*, exſtat tantùm hic, & Job. XXX, 3. In aliis exemplaribus legitur חסד *hheſed*, ſed Maſſorethæ nuſquam alibi vocem legi, niſi Jobi loco citato, unde liquet legiſſe eos חסר *hheſer.* LXX. Int. legerunt חסיד *hhaſid*, cùm verterint: ὅτι ἐλεήμων κρατήσει αὐτοῦ. Sed *Symmachus:* ἔνδεια ἐπελεύσεται αὐτῷ, & *Hieronymus: egeſtas ſuperveniet ei.* Sententia eſt: fruſtra avarum feſtinare in comparatione divitiarum, cùm eas amittere poſſit, atque in egeſtatem prolabi.

23. *Qui meritò caſtigat hominem*] Addidimus *meritò*, quod neceſſariò mente ſuppleudum; injuſtæ enim caſtigationi nulla debetur gratia. Rectè *P. Syrus:*

Quamvis acerbus, qui monet nulli nocet.

Ad quem verſum vide quæ congeſſit *Jan. Grut.* in Notis Poſtumis, de amicis admonitionibus.

 Poſtea

24. Qui patrem ſuum & matrem ſuam ſpoliat, negátque eſſe delictum, ſocius eſt graſſatoris.

25. Elatus animo contentionem quærit, at fidens Jehovæ pinguis fiet.

26. Stultus is *eſt*, qui animo ſuo confidit, ſed qui ſapienter vivit liberatur.

27. Danti pauperibus nulla *erit* inopia, ſed avertenti *ab iis* oculos ſuos multæ preces diræ *incumbunt*.

28. Cùm extolluntur nocentes, homines ſe ſe abdunt; verùm iis pereuntibus, augentur innocentes.

XXIX. Multiplicium gnomarum collectio.

CAPUT XXIX. 1. VIR increpatus, qui cervicem obdurat, brevi conteritur, nec eſt qui eum curet.

2. Cùm

Poſtea gratiam potiùs &c.] אחרי *abharai*, hoc eſt, *poſt me.* Alii legunt אַחַרי quod rectiùs, ſi modò idem valere ſtatuamus ac אחרי כן ahhare chen, *poſtea*, & fortè excidit כן, propter ſequens חן *bhen*, quod non differt niſi aſperiore pronunciatione. Poſſit & י poſtremum ſuperfluum eſſe, ita ut idem ſit ac אחר *abhar*, quod eſt etiam interdum perinde ac *poſtea*. Senſus eſt egregius: caſtigatio juſta amici, quamvis illico caſtigatum offendat, cognitâ poſtea ejus utilitate, gratiam ejus demeretur potius quàm adulatio, quam eventus arguit. Pulcrè *Plinius* Lib. I. Ep. 7. amico quidpiam negans: *neque enim tantopere*, inquit, *mihi conſiderandum eſt, quid vir optimus in præſentia velis, quàm quid ſemper ſis probaturus.* Non videtur hic alius quærendus ſenſus, ut mihi quidem videtur.

Quam qui linguâ blanditur] ממחליק לשון *mimmehhalik laſchon*, pro בלשון *blaſchon.* Poſtea, nimirum, deprehenditur adulatio noxia. *Critias* apud *Stobæum* Flor. Tit. XIV.

Ὅστις δὲ τοῖς φίλοισι πάντα πρὸς χάριν
Πράσσων ὁμιλεῖ, τὴν παραυτίχ' ἡδονὴν
Ἔχθραν κατέστησ' εἰς τὸν ὕστερον χρόνον.

Interprete *Grotio*:

Quicumque amicis, gratiæ tantùm ſtudens,
Conſueſcit, ille gaudium præſens gravi
Compenſat odio poſt futuri temporis.

Cùm nempe, amari fructus dulcis illius radicis, quam Adulationem vocant, colliguntur. LXX. Intt. hîc eleganter: ὁ ἐλέγχων ἀνθρώπου ὁδοὺς, χάριτας ἕξει μᾶλλον τοῦ γλωσσοχαριτοῦντος. *Aquila: παρὰ λειαίνοντα γλώσσῃ. Hieronymus: Qui corripit hominem gratiam poſtea inveniet, apud eum, magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit.*

24. *Negátque eſſe delictum*] Quod bona parentum ſecum putet eſſe communia, iiſque fato functis, ad ſe perventura.

Socius eſt graſſatoris] חבר הוא לאיש משחית hhabber hou leiſch maſchhith, *ſocius ille viro corrumpenti*, hoc eſt, latroni, qui ſpoliat & vaſtat. Quod verò verius eſt, cùm filius ganeo parentes, furtis ſuis, ad inopiam redigit. LXX. Intt. ὃς ἀποβάλλεται πατέρα &c. malè, nam גזל *gozel*, eſt qui *ſpoliat* aut *rapit.* Vulgatus nimis leniter: *qui ſubtrahit aliquid à patre. Aquila & Symmachus*: ἁρπάζων.

25. *Elatus animo contentionem quærit*] רחב נפש יגרה מדון *rahhab nephesch jegare madon*, latus animâ excitat rixam. Vertimus *elatum animo*, quia *latum animo* non dicunt Latini, agitúrque hîc de homine ſuperbo. Idem vitium vocatur Cap. XXI, 4. רחב לב rehhab leb, *latitudo cordis* ubi vertimus *tumorem*. Hîc de vitio laborante commodiùs, quam de ipſo vitio, intelligi videtur. *Aquila*: πλατὺς ψυχῇ ἐρεθίζει ἀντιδικίαν. *Symmachus*: πλατύψυχος παροξύνει κρίσιν. Vulgatus: *qui ſe jactat & dilatat, jurgia concitat.* Planè præter rem. LXX. Intt. ἄπιστος ἀνὴρ κρίνει εἰκῇ.

Fidens Jehovæ pinguis fiet] ידשן *jedaſſchan.* Vide C. XI, 25. XIII, 4. Hoc eſt, *ditabitur*, quod opponitur contentionibus, è quibus nihil, præter moleſtias & ſumtus, exſpectare poſſis. LXX. Intt. ἐν ἐπιμελείᾳ ἔσται. Vulgatus: *ſanabitur*, errore librarii, pro *ſaginabitur*, ut viri docti conjecerunt.

26. *Qui animo ſuo confidit*] בוטח בלבו *boteahh blibbo*, hoc eſt, qui animi ſui figmentis confidit, eáque ſequitur.

Qui ſapienter vivit] הולך בחכמה *holech bhhochmah*, incedens in ſapientia; hoc eſt, vitam exigens ad ſapientiam divinitùs revelatam, & hominum ſapientium ſtudio excultam.

27. *Nulla erit inopia*] Quia qui pauperibus largitur, pro copiis id facit, ne ad mendicitatem & ipſe redigatur; præterquàm quòd Providentiæ Divinæ curæ eſt.

Multæ preces diræ incumbunt] רב מארות rab meeroth, *multus maledictionibus*; nam pauperes ei nihil eroganti diras precantur, quibus Deus, quamvis illicitis, propter avaritiam & inhumanitatem hominis, pondus addit.

28. *Cùm extolluntur nocentes*] Vide ad verſ. 12.

Homines ſe ſe abdunt] יסתר אדם *jiſſather adam.* LXX. Intt. στένουσι δίκαιοι, & verùm eſt agi de bonis; ſed legendum κρύπτονται, quod Hebraicæ voci reſpondet. Sic Latinus *abſcondentur.*

Augentur innocentes] Plures ſunt virtuti addicti, cùm improbos pœnas dare contingit.

COMMENTARIUS
In CAPUT XXIX.

1. V*Ir increpatus*] איש תוכחות iſch thochahhoth, *vir increpationum*; hoc eſt, qui ſæpe increpatus non emendat propterea mores ſuos. LXX. Intt. non malè: κρείσσων ἀνὴρ ἐλέγχων, ſic enim dicitur qui ſe increpationibus flecti non patitur.

Qui cervicem obdurat] מקשה ערף *makſcheh boreph*, indurans cervicem. Manifeſtò idem eſt qui antea deſcribi cœpit; quare mirum eſt LXX. mutato caſu habere: ἀνδρὸς σκληροτραχήλου, quod

Digitized by Google

2. Cùm augentur innocentes, lætatur plebs, & cùm imperat homo improbus, populus gemit.
3. Vir ſapientiæ amans patrem ſuum exhilarat, & paſcens ſcorta divitias perdit.
4. Rex jus dicens terram confirmat, at vir qui dona accipit eam diruit.
5. Vir adulans proximo rete greſſibus ejus expandit.
6. In delicto viri mali eſt laqueus, at innocens lætas voces mittit & hilaris eſt.
7. Innocens cauſam tenuium intelligit, ſed nocens ſcientiam non capit.
8. Homines irriſores incendunt urbem, verùm ſapientes iram placant.
9. Vir ſapiens *ſi* jure diſceptet cum homine ſtulto, ſive iraſcatur, ſive rideat, nulla eſt quies.
10. Viri cædibus adſueti oderunt hominem integrum, ſed recti ejus vitam tuentur.

11. Totum

quod ſenſu caret, cùm debuiſſent vertere ἀνὴρ σκληροτράχηλος. Melius Vulg. *viro, qui corripientem durâ cervice contemnit.*

Brevi conteritur] פתע ישבר phethah jiſſchaber, *ſubitò frangitur.* LXX. Intt. ἐξάπινης γὰρ φλεγομένου αὐτοῦ. Quid legerint hîc, aut quid ſit peccatum in eorum verbis à Librariis me non adſequi fateor. *Aquila, Symmachus & Theodotion:* συντριβήσεται. Vulgatus paraphraſin adhibuit: *repentinus ei ſuperveniet interitus.*

Nec eſt qui eum curet] ואין מרפא veen marphe, *& nullus curator*, aut, *& nulla curatio.* LXX. Intt. οὐκ ἔστιν ἴασις. Vulgatus: *& eum ſanitas non ſequetur.* Sed poteſt etiam eſſe Participium *Hiphil.* Vide C. VI, 15.

2. *Cùm augentur innocentes*] ברבות צדיקים *birboth tſaddikim*; quod poteſt intelligi aut de numero, aut de opibus. *Aquila:* ἐν τῷ πληθύνεσθαι δικαίους. Vulg. *in multiplicatione juſtorum.* At LXX. Intt. ἐγκωμιαζομένων, quaſi legiſſent בברכות *bibrucboth*, in benedictionibus. Sed perperam. Vide C. XI, 10.

Cùm imperat] במשל *bimſchol.* Hinc fortè quis colligat àntea ברבות *birboth*, ſignificare potiùs auctam potentiam, quàm numerum; ac ſanè hoc quoque ſignificat verbum רבה, præſertim apud Syros & Chaldæos.

3. *Paſcens ſcorta*] Hîc non eſt adcurata ἀντίθεσις, ut nec in aliis pluribus ſententiis.

4. *Rex jus dicens*] מלך במשפט melech bmiſchphat, *rex in judicio*; hoc eſt, dum jus dicit ex legibus, vel ex æquo & bono. LXX. Intt. βασιλεὺς δίκαιος, & Vulg. *Rex juſtus.* Æquè commodè: ἐν τῷ κρίνειν, *judicio.*

Terram confirmat] יעמיד ארץ jahamid arets; *faciet ſtare terram.* LXX. Intt. ἀνίστησι χώραν. Vulg. *erigit terram.* De firmiore Regni ſtatu aut certè conſervatione maluimus intelligere, cum hoc etiam ſignificet conjugatio hæc verbi עמד hamad, *ſtetit.* Vide ad Exod. IX, 6.

Vir qui dona accipit] איש תרומות iſch throumoth, *vir donorum.* Vox תרומה *throumah*, ſemper alibi ſignificat donum Deo ſublatione oblatum. Cum verò hic opponantur *juri*, *munera* quibus judex, ne juris rationem habeat, corrumpitur, omnino ſignificat. LXX. Intt. ἀνὴρ παράνομος, *Hieronymus*: *vir avarus. Aquila & Theodotion*: ἀνὴρ ἀφαιρεμάτων, quia ſic ſolent alibi vertere vocem Hebraicam.

Diruit] יהרסנה *jeherſennah.* LXX. Intt. κατασκάπτει. Vulgat. *deſtruet eam.* Metaphora è domo ducta.

5. *Vir adulans*] מחליק mahhalik, *lævigans*, nempe, לשון *linguam*, ut Cap. XXVIII, 23. Rectè *Hieronymus*: *qui blandis fictiſque ſermonibus utitur.* Malè LXX. Intt. ὃς παρασκευάζεται ἐπὶ πρόσωπον, cùm bene hoc verbum verterint antea C. XXVIII, 23. γλωσσοχαριτοῦν.

Rete expandit] Inſidias ei ſtruit, quibus eum incertum fallat.

6. *Eſt laqueus*] Quo, nempe, ipſe delinquens capitur. Vide XII, 13. XVIII, 7. XX, 25. Nempe, mox pœnas deprehenſus dat, quaſi fera irretita.

7. *Cauſam intelligit*] ידע דין jodeah din, *noſcens judicium*, hoc eſt, facilè intelligit ejus jura, quæ improbus ſimulat ſe non adſequi.

Scientiam non capit] לא יבין דעת *lo jabin dahath*; ut, nempe, dicit ipſe, quaſi non intelligeret quo jure pauper nitatur, ut ſecundùm ejus adverſarium potentiorem jus dicat.

8. *Homines irriſores*] אנשי לצון anſche latſon, *homines irriſionis.*

Incendunt urbem] יפיחו קריה japhihhou kirjah, *flant urbem.* LXX. Intt. ἐξέκαυσαν πόλιν. *Symmachus*: ἐθορύβησαν, Vulgatus: *diſſipant.* Optimè convenit *incendunt*; nimirum, irâ & contentionibus, quibus opponitur, in ſequentibus verbis, placatio iræ. Flatu autem ignis jam conceptus augetur & accenditur. Quod tralatitio ſignificatu hîc dicitur de *irriſoribus*, quo nomine inſignis improbitatis homines deſignantur; quales aptiſſimi ſunt ad ſerendas diſcordias, eáſque occultis calumniis augendas. Hinc & alibi vocantur hi homines λοιμοὶ à LXX. *peſtilentes* à Vulg. Interprete.

Iram placant] *Faciunt redire iram*; hoc eſt, impediunt ne res in apertam diſcordiam erumpat, aut ſi eruperit, operam dant ut diſſentientes in gratiam redeant.

9. *Si jure diſceptet*] נשפט *niſchphat*, quod cùm paſſivo, tum activo ſenſu ſumitur, ſeu in jus vocari, vel contra in jus vocare ſignificat. Supplevimus hîc conditionalem *ſi*, cum Vulg. Interprete, qui habet: *vir ſapiens, ſi cum ſtulto contenderit.* Vide verſ. 12.

Sive iraſcatur, ſive rideat] Sive seriò ſtultitiam ejus caſtiget, ſive rideat, nihil agit; demens enim non mutatur. Aliter prorſus hæc intellexerunt LXX. Intt. qui habent: ἀνὴρ σοφὸς κρινεῖ ἔθνη, ἀνὴρ δὲ φαῦλος ὀργιζόμενος καταγελᾶται καὶ οὐ καταπτήσσει, quaſi נחת *nahhath*, quod vertimus *quies*, eſſet Niphal à חתת hhathath, *territus eſt*, & quaſi אין *an* ſumeretur, pro לא *lo*. Sed aptior eſt hîc prior ſenſus.

10. *Viri cædibus adſueti*] *Viri ſanguinum.* Notum, apud Hebræos loquendi genus.

Recti ejus vitam tuentur] Eſt יבקשו נפשו jebak-

11. Totum adfectum ſuum patefacit ſtultus, ſed ſapiens in poſterum eum ſedat.

12. *Si* qui imperat aurem mendacio præbeat, omnes ejus miniſtri ſunt improbi.

13. Pauper & oppreſſor ſibi invicem adverſantur, utriusque oculos illuſtrat Jehova.

14. *Cùm* Rex tenuibus ex æquo jus dicit, in perpetuum thronus ejus firmatur.

15. Virga & increpatio ſapientem faciunt, & puer ſibi relictus pudore matrem ſuam adficit.

16. Cùm augentur improbi, augetur delictum, atque innocentes ruinam eorum vident.

17. Corripe

bakkeſchon naphſcho, *quærunt animam ejus.* Quod plerumque de iis, qui conantur quempiam occidere, dicitur, ut notiſſimum eſt; hîc verò manifeſtò ſumitur de iis, qui vitam tuentur. Vide & Pſ. CXLII, 5. ubi tamen alia constructio, & pro בקש adhibetur verbum דרש.

11. *Totum adfectum ſuum patefacit ſtultus*] כל רוחו יוציא כסיל chol rouhho jotſi cheſil, *omnem ſpiritum ſuum profert ſtultus.* רוח ſæpe *adfectum* ſignificat. Vide ſuprà C. XVI, 31. XXV, 8. Inſani eſt, re nondum ſatis perſpectâ aut expenſâ, frænum iræ laxare; quia poſtea ſæpe ea patefiunt, ex quibus intelligere eſt, aut perperam eſſe conceptam iram in hominem innocentem; aut etiam in hominem nocentem jure accenſam rectiùs & tutiùs in aliud tempus recondi. Quod à Regibus ipſis factum ait Calchas apud *Homerum* Iliad. A, 80.

> Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ.
> Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
> Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ
> Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι.

Potentior enim Rex, quando iratus fuerit homini inferiori; quamvis enim iram vel eodem die concoxerit, tamen & poſtea retinet ſimultatem, donec perfecerit, in animo ſuo. Ita quamvis David diſſimulaſſet iram in Joabum conceptam, quòd Abnerum dolo occidiſſet, & per plures annos Joabi operâ forti & fideli uſus eſſet, non putavit tamen rem impunem ei eſſe oportere; ſed moribundus Salomoni in mandatis dedit ut Joabum è medio tolleret, 1. Reg. II, 5. Vide *Jac. Duportum*, in Gnomol. Homerica ad locum *Homeri* adlatum. LXX. Intt. ὅλον τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐκφέρει ἄφρων. Vulg. *totum ſpiritum ſuum* &c.

In poſterum eum ſedat] באחור ישבחנה beahhor iſchabehhennah, *in poſterum cohibet eum.* Vide de hoc verbo Pſ. LXV, 8. LXXXIX, 10. באחור, ut לאחור, videtur eſſe *retrorſum*, ita ut velit Salomo iram ſe ſe efferentem, veluti effrenem equum, niſi coërceatur, retro trahendam, hoc eſt, animo abdendam. LXX. Intt. ταμιεύεται κατὰ μέρος, minùs commodè. *Hieronymus*: *reſervat in poſterum.* Verum quidem eſt quod habent, ſed nihil opus eſt recedere à proprietate verborum.

12. *Si quis imperat*] מושל moſchel. Subaudiendum אם *ſi* ut verſ. 9. & ſæpe alibi.

Aurem mendacio præbeat] מקשיב על דבר שקר makſchib hal dbar ſcheker, *adtendat* (animum לבו *libbo*) *ad verbum mendacii*; hoc eſt, nullam curam adhibeat ad ſecernendas falſas delationes à veris, ſed miniſtris quempiam inſimulantibus nimis facilè aurem præbeat.

Omnes ejus miniſtri &c.] Credulitate ejus, aut animo, ad pravas ſuſpiciones prono, abutuntur Regum Miniſtri, ut adfectibus ſuis indulgeant. Sic Tiberius, Caligula, Nero, Domitianus non potuerunt habere, niſi mendaces Miniſtros, quia delationibus excipiendis vacuas aures ſemper habuerunt. Contra laudatis Imperatoribus contigit, ut Trajano, Marco Aurelio, & aliis.

13. *Oppreſſor*] איש תככים iſch thechachim, *vir oppreſſionum.* Vox תככים hîc tantùm occurrit, & cùm ſit oppoſitus *pauper*; איש תככים hominem potentem, aut divitem ſignificari oportet, ut in ſimili ſententia *dives* opponitur *pauperi* Cap. XXII, 2. Sed quia vocis in libris Hebraïcis radix nulla recurrit, quæſivimus eam in Chaldaïca Lingua, ubi תכך ſignificat *mulctare, pœnâ adficere.* Itaque תככים interpretati ſumus *oppreſſiones*, & pauperibus opponuntur *oppreſſores.* LXX. Intt. verterunt: δανειστοῦ καὶ χρεωφειλέτου ἀλλήλοις συνελθόντων, quibus in verbis δανειστὴς huic voci reſpondere debet, χρεωφειλέτης pauperi. Sed nulla eſt ratio cur ita vertamus, niſi putemus inter vocem τόκος, fœnus & hanc eſſe adfinitatem, & ſolent reverâ LXX. Intt. adludere ad ſimilitudinem ſonitûs; quod non ſemel obſervavimus. *Hieronymus* habet: *pauper & creditor* ex LXX. Intt. Græculi Scholiaſtæ aliquod verba hujus verſûs, ubi nulla eſt difficultas, nobis ſervarunt ex aliis Interpretibus Græcis, ſed de hoc verbo nihil; quod paſſim in locis obſcuris contigit.

Sibi invicem adverſantur &c.] Hoc eſt, infenſi ſunt ſibi invicem, nec eo ſeciùs luce communi Solis fruuntur. Vide ad Cap. XXII, 2. Ita & Chriſtus Matth. V, 45. de Deo: τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς. Ergo & hæc quoque verba Salomonis, quamvis obſcuriora, quia ſunt πρότασις ſine ἀποδόσει, eodem pertinere putem; nimirum, ad extollendam Bonitatem Divinam, quæ malis etiam benefacit, conceditque tempus, ut ad bonam mentem redeant; tum etiam ad ſuadendum hominibus, debere etiam & ipſos, ad exemplum Bonitatis Divinæ, benefacere etiam indignis. Multa & egregia habet hanc in rem *Seneca* in Libris de Beneficiis, unde aliquot verba, quamquam ad Evangelia ab aliis jam prolata, hîc ſubjiciam digna quæ ubique legantur. Sic ergo habet Lib. IV. c. 26. *Si Deos imitaris, da & ingratis beneficia; nam & ſceleratis Sol oritur, & piratis patent maria.* Iterum C. XXVIII. *Dii quoque multa ingratis tribuunt. Sed illa bonis paraverant, contingunt autem etiam malis, qui ſeparari non poſſunt*: (niſi, nempe, totus invertatur naturæ ordo) *ſatius autem eſt prodeſſe etiam malis, propter bonos; quàm bonis deeſſe, propter malos. Ita quæ refert diem, ſolem, hiemis æſtatiſque*

Digitized by Google

17. Corripe filium tuum, & quietem tibi adferet, ac voluptatem creabit.
18. Cùm nullum eſt viſum *propheticum*, deſeritur populus, ſed is demum beatus eſt, qui legis obſervans eſt.
19. Verbis non eruditur ſervus, qui, *quamvis* intelligat, nihil reſpondet.
20. Vidiſti virum in loquendo præproperum? Citiùs exſpectes *aliquid* à ſtulto, quàm ab ejusmodi homine.
21. Qui delicatiùs ſervum educat à pueritia ſua, *ei* fit poſtremò filii *inſtar*.
22. Vir iracundus rixas movet, & qui facilè excandeſcit multa delicta admittit.

23. Superbia

ſtiſque curſus, & media veris, autumnique temperamenta, imbres & fontium hauſtus, ventorum flatos flatus, pro univerſis, invenerunt, excerpere ſingulos non potuerunt. Deinde, adlato Cæſarum exemplo, qui frumentum etiam indignis largiebantur, *Deus quoque*, inquit, *quædam in univerſum humano generi dedit, à quibus excluditur nemo, nec enim poterat fieri, ut ventus bonis quidem viris ſecundus eſſet, contrarius verò malis* &c.

Hæc de Bonitate Divina, loquentem etiam audimus de Hominum mutua inter ſe Beneficentia è Lib. VII. c. 3. *Vincit malos pertinax bonitas, nec quiſquam tam duri infeſtique in diligendo animi eſt, ut etiam vi tractus bonos non amet, quibus hoc quoque cœpit debere, quod impunè non ſolvit. Ad illa itaque cogitationes tuas flecte. Non eſt mihi relata gratia, quid faciam? quid Dii omnium rerum optimi auctores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perſeverant.*

14. *Cum Rex* &c.] Aut *ſi Rex*, ut verſ. 12.

Ex æquo] באמת *leemeth*, in veritate, hoc eſt, eâ æquitate, quæ eum decet. Nam אמת *veritas*, apud Hebræos, nomen eſt non ejus tantum notionis, quæ ex evidenti cognitione rei naſcitur, de qua Logici; ſed eximiæ virtutis, quam nomine etiam fidei Romani adpellarunt; hoc eſt, integritatis, quâ quidpiam quod non deceat, adverſus proximum, admittere veremur. Vide Jud. IX, 16, 19. 1. Sam. XII, 24. 1. Reg. III, 6 &c.

In perpetuum thronus ejus firmatur &c.] Amore populorum & præſertim Providentiâ Divinâ juſto regimini favente.

15. *Sibi relictus*] משלח mſchullach, *miſſus*; hoc eſt, ſibi permiſſus, ut indolem ſuam & adfectus ſequatur. LXX. Int. πλανώμενος, *Aquila*: ἐξαποστελλόμενος. *Symmachus*: ἀφειμένος, Vulgatus: *qui dimittitur voluntati ſuæ.*

16 *Ruinam eorum vident*] Quia de extrema nequitia pœna ſumitur, cum Societas Civilis gravi ſane nimiâ improbitate, ſtare nequeat. LXX. Int. οἱ δὲ δίκαιοι ἐκείνων πιπτόντων κατάφοβοι γίνονται, quaſi ייראו eſſet pro יראו à ירא timuit, non à ראה *vidit*. Vulgatus melius: *videbunt.*

17. *Voluptatem creabit*] ויתן מעדנים לנפשך jitthen maſſadannim lnaphſchecha, *dabit delicias animæ tuæ.* LXX. Int. δώσει κόσμον, *Aquila, Symmachus* & *Theodotion* rectius: τρυφὰς, & Vulg. *delicias.*

18. *Deſeritur populus*] יפרע *jippharah.* Vertimus *deſeritur*, quia verbum hoc in Kal eſt, in hoc libro, *deſerere*, *rejicere* quidpiam. C. I, 25. IV, 15. VIII, 33 XIII, 18. XV, 32. Videbatur enim populus à Deo *deſertus*, cum multos Prophetas ad eum mitteret. LXX. Int. οὐ μὴ ὑπάρξῃ ἐξηγητὴς ἔθνει παρανόμῳ, ex conjectura, nullâ verborum ratione habitâ. *Aquila*: οὐκ ὄντος ὁραματισμοῦ ἀποπετασθήσεται λαός. Vulgatus ſimiliter: *cùm Prophetia defecerit diſſipabitur populus.* Crediderunt יפרע eſſe idem ac יפרץ *jiphrats*, quod eſt *diffundetur*, & reverâ ע & צ miſcentur à Chaldæis, unde ארעא pro ארץ terra, & ſimilia multa. Alii: *denudatur*, ut Exod. XXXII, 25. ubi populus dicitur fuiſſe פרוע *nudatus*, auxilio, nempe, divino ab Aharone.

Is demum beatus eſt &c.] Nam quamvis non eſſent viſa prophetica, nihiloſeciùs Lex erat obſervanda, cùm Moſes Prophetarum omnium longè præſtantiſſimus fuiſſet.

19. *Nihil reſpondet*] אין מענה en mahaneh, *nullus reſpondens*; non tam oris reſponſio ſpectatur, quàm factorum conſentaneorum imperiis heri. Vera *reſponſio* ſervi ſita eſt in exſequendis herilibus mandatis. Hinc LXX. Int. οὐχ ὑπακούσεται, *non parebit.* Verbis autem non parere ait Salomon ſervum, qui verbera tantùm timet, ſine quibus heri verba ſpernit. Satis *intelligit* quid ſit ſui officii, ſed id non facit, quia verba ſola heri tanti non facit. Quod contumacium fuit ſervorum.

20. *Vidiſti* &c.] Similem Interrogationem habemus C. XXII, 29. XXVI, 12. Perinde valet ac ſi dicas: ſi videris hominem loqui nimiùm feſtinantem, noli ab eo quidquam boni exſpectare.

Citius exſpectes &c.] *Spes ſtulto magis quàm ab illo*, תקוה לכסיל ממנו *thikvah lichſil mimmenu.*

21. *Ei fit poſtremò filii inſtar*] לאחריתו יהיה מנון *leahharitho jihjeh manon.* Idem eſſe putant ac נין *nin* filius, Gen. XXI, 23. & alibi. Nuſquam tamen alibi occurrit. Ambiguum autem eſt, utrum hoc velit Salomon, ejuſmodi ſervum ſe ſe haud aliter geſſurum, quàm ſi heri filius eſſet; an herum ipſum fore inſtar filii ſervo ſuo, qui in indulgentiorem æquo herum auctoritatem habebit paternæ ſimilem. Rurſus ſi priorem ſequamur interpretationem, nova exoritur ambiguitas. Poteſt enim ſervus, heri amans, eſſe ei fidus haud aliter ac filius, quòd indulgenter ab eo ſit educatus; vel inſtar hominis ingenui, qualis eſt filius familias; parere hero, non eâ reverentiâ, quâ par eſſet, ſed prout ei videtur. LXX. Int. in deteriorem partem rem cœperunt, cùm verterint: ὀδυνηθήσεται ἐφ' ἑαυτῷ. *Symmachus* מנון interpretatus eſt γογγυσμὸν. Vulgatus: *ſentiet eum contumacem.* Fateor mihi quid ſit ſequendum non liquere. Suſpicarer LXX. Int. legiſſe non מנון ſed יגון *jagon*, hoc eſt, mœror, niſi ſolerent verbis omiſſis ſenſum, quem animo ſibi fingebant, exprimere; præſertim in hoc libro.

22. *Qui facilè excandeſcit*] בעל חמה *bahal hhemah*, dominus iræ. Vide C. XV, 18.

23. *Su-*

23. Superbia hominis eum deprimit, & humilis ſpiritu gloriam adſequitur.
24. Qui dividit *prædam*, cum fure, ſuam ipſius vitam odio habet, auditque exſecrationem, nec *rem* nunciat.
25. Timor hominis laqueum tendit, ſed fidens Jehovæ extollitur.
26. Multi conantur in imperantis conſpectum venire, ſed à Jehova *proficiſcitur* unicuique judicium.
27. Juſti exſecrantur hominem iniquum & *viciſſim*, homo nocens exſecratur eum, qui viâ rectâ incedit.

23. *Superbia* &c.] Vide C. XVI, 18.
24. *Qui dividit prædam*] חולק hholek, *dividens*, ut ſubaudiendum ſit שלל *ſchalal*, aut ſimile quiddam.

Vitam ſuam odio habet] *Odit animum ſuam*; hoc eſt, ita ſe gerit, quaſi vitæ pertæſus mortem quæreret; quia non fures tantum, ſed qui participes ſunt furtorum, quæ abdunt, eâ lege ut ſint lucri participes, à Judicibus deprehenſi idem ac fures ſupplicium dabant. Si verò etiam adjurati à Judicibus, rem tacuiſſent, capite plectebantur.

Auditque exſecrationem &c.] ושמע אלה *veſchamah aluh*, & audiverit adjurationem. Adludit Salomon ad morem, de quo Levit. V, 1. ex quo Judices, audito furto, aut homicidio in auctores ſceleris inquirebant adjurabántque eos, quos ſuſpicabantur conſcios rei eſſe, ut faterentur eâ exſecratione adſtricti quidquid norant, ut Magiſtratus pœnas de reis ſumerent. Quicumque autem, en jurejurando audito rem diſſimulabant ſibi notam & poſtea deprehendebantur, *delicti*, ut ait Moſes, *pœnas ferebant*, hoc eſt, mortem ut diximus ad locum Levitici. LXX. Intt. rectè rem expoſuerunt, his verbis: ἐὰν δὲ ὅρκου προτεθέντος ἀκούσαντες μὴ ἀναγγείλωσι. Sic & Vulgatus: *adjurantem audit & non indicat*. Vide not. ad Levit. V, 1.

25. *Timor hominis* &c.] Metus nimius potentiæ hominum res eſt inſidioſa, qui enim ſibi nimium ab iis timet, ii quidquid jubent faciunt, quamvis ſint Legibus Divinis contraria; atque eo, iis vetantibus, abſtinent quin abſtinere non licet. Sic Hebræi, cùm foris in agris Gentilium eſſent, aut etiam domi, cùm Principes Idololatras habuerunt, metu ad idololatriam adigebantur atque à veri Dei cultu abſterrebantur. Sic & minores Poteſtates majorum metu adactæ multa præter jus & fas, aut diſſimulare aut facere poterant. Pro *timore hominis* eſt Hebraicè חרדת אדם *hhuredath adam*, quâ voce magnus timor ſignificatur.

Laqueum tendit] יתן מוקש *jitthen mokeſch*, dabit laqueum, hoc eſt, in pericula conjiciet, in quibus homines timidi in gravia peccata incident.

Fidens Jehovæ extollitur] Quidquid minentur homines, impedire non potuerunt, quominùs Deo fidentes ad opes & honores extollantur.

26 *Conantur in imperantis* &c.] *Multi quærentes faciem imperantis*; hoc eſt, conantur innoteſcere Regi, in ejus conſpectum admitti, gratiámque apud eum ſibi conciliare; nam in ejus conſpectum non admittebantur, niſi apud eum gratioſi.

A Jehova proficiſcitur uniuſcujuſque judicium] A Deo pendet ſors cujuſque, quæ vocatur משפט *miſchpbat* judicium, quia omnium ſors id ſequitur. LXX Intt. πολλοὶ θεραπεύουσι πρόσωπα ἡγουμένων, παρὰ δὲ κυρίου γίνεται τὸ δίκαιον ἀνδρί, non malè; nam משפט eſt etiam *jus*, quod ut quivis conſequatur Dei eſt.

27. *Juſti exſecrantur* &c.] *Abominatio juſtorum vir iniquitatis & abominatio impii bi rectus viâ*. Diſſimilitudo morum obſtat, quominus amici eſſe poſſint, facitque ut ſe viciſſim fugiant.

COMMENTARIUS

In Caput XXX.

1. A*Guris* &c.] דברי אגור בן יקה *dibre Agour ben Jakeh*. Vulgatus: *Verba congregantis, filii vomentis*. Sed omnino videntur eſſe nomina propria, quæ verti non debent. Alioquin אגור, quod eſſet participium *Pahul* vertendum eſſet *congregati*, aut ex Chaldaiſmo, *mercenarii*. Qui autem hi fuerint prorſus eſt ignotum; ſed Agur ſapiens vir eſſe videtur, qui etiam fuerit inter מושלים vel παροιμιογράφους, inſtar Salomonis. Vix dubitare licet, quin fuerint multi id genus Sapientes, qui monita moralia, more veterum Sapientum, ediderint. Suſpicer non fuiſſe hunc Hebræum, ſed Proſelytum ex aliqua finitimarum gentium, ob ea quæ habet verſ. 1, & 3.

Quæ pronunciavit] המשא hammaſſcha, *pronunciatum*. Vide hac de voce *Joan. Cocceium*, in Lexico, qui bene eam interpretatus eſt, & notata à nobis ad 2. Reg IX, 25.

Oratio viri] נאם גבר *neum gaber*; dictum viri. Vide ad Gen. XXII 16

Ad Ithielem &c.] לאיתיאל לאיתיאל ואכל leIthiel, leIthiel veAchal. Sunt duo nomina virorum non notiorum ac Agur. Solum prius ponitur, & poſtea repetitur cum ſequente, quia ad eum potiſſimum hæ ſententiæ prolatæ, aut miſſæ videntur. Vertit etiam hæc nomina *Hieronymus*, qui habet: *cum quo eſt Deus, & qui, Deo ſecum morante, confortatur*, quaſi eſſet אתי אל *ittho el*. Sed præfixum ל oſtendit eſſe Dativum. Hoc Caput, & initium ſequentis ſunt in Codicibus LXX. Intt. poſt Cap. XXIV. Sed pro inſcriptione Codd. Hebræorum eſt tantùm τάδε λέγει ὁ ἀνὴρ τοῖς πιστεύουσι θεῷ, καὶ παύομαι, quaſi לאיתיאל

Digitized by Google

XXX. *Aguris Sententiæ.*

CAPUT XXX.

[1]. AGURIS, JAKEI FILII, VERBA QUÆ PRONUNCIAVIT. Oratio viri ad Ithielem, ad Ithielem & Uchalem.

[2]. Profectò quovis ſtolidior ſum, nec eſt mihi prudentia hominis. [3]. Non didici ſapientiam, neque ſcientiam ſanctorum novi.

[4]. Quis adſcendit in cœlum, atque *in*de deſcendit? Quis pugillis ſuis ventum collegit? Quis aquas ambitu arctavit? Quis conſtituit omnes fines terræ, & quodnam eſt nomen ejus, ac nomen illius filii, ſi noſti?

[5]. Omnis

לאיתיאל eſſet idem ac לבאמינים באל lemeemenim beel, *credentibus in Deo* & אכל eſſet idem ac אכלה echleh, *deſinam*. Alii verterant φάγομαι quaſi legiſſent אכל ochal, *comedam*. *Aquila* habuit: τῷ Ἐθιὴλ καὶ τέλεσον, quaſi eſſet כלה *challeh*, abſolve. *Theodotion*: τῷ Ἐθιὴλ καὶ δυνήσομαι, quaſi eſſet אוּכַל *potero*. Quæ omnia ſenſu carent.

2. *Profectò quovis ſtolidior ſum*] כי בער אנכי מאיש chi bahar anochi meiſch, *nam ſtolidus ego præ viro*. Aut כי *chi* abundat, aut aliquid anteceſſerat, aut ſignificat *profectò*, de quo ſignificatu lege *Chr. Noldium* ad ſignif. IV. Vix Agur hæc diceret & quæ ſequuntur, ſi fuiſſet Hebræus, ſique in Lege Moſaica inſtitutus fuiſſet, ab infantia. Sed Proſelyto hæc non malè conveniunt, cum Idololatrarum doctrina nihil eſſet Hebrææ collata. Intelligenda autem hæc ſunt de ſapientia, qualem in Proverbiis tradidit Salomon.

Nec eſt mihi prudentia hominis] ולא בינת אדם לי *velo binath adam li*. Se confert, ut videtur, Agur cum eruditis Iſraëlitis, quibus collati Ethnici, ad Dei veri cognitionem quod adtinet, erant meræ pecudes.

3. *Non didici ſapientiam*] Nempe, à parentibus; nam cum hæc oracula funderet Agur noſter, non erat ejus expers, imò peritiſſimus. Pro ולא למדתי חכמה velo lamadthi hhochmah, *non didici ſapientiam*, ut habet etiam Vulgatus, LXX. Intt. legerunt, aut legendum potius putarunt וְאֵל לִמַּד לִי & *Deus docuit me*, quòd abſurdum eſſet, hominem Prophetam negare ſe didiciſſe ſapientiam, reſque ipſi conſentaneum videretur, ut potiùs ſe θεοδίδακτον, ſeu à Deo edoctum diceret. Certè verterunt: ὁ θεὸς δεδίδαχέ με σοφίαν.

Neque ſcientiam ſanctorum novi] Eſt ודעת קדשים ארע vedahath kdoſchim edah, & *ſcientiam ſanctorum novi*. Repetenda hîc eſt negatio, ut paſſim, in poſteriore membro fieri ſolet, cùm in priore negatio anteceſſit. Sic Vulg. & *non novi ſcientiam ſanctorum*. At LXX. Intt. qui detraxerunt negationem priori membro, non habent in poſteriore: καὶ γνῶσιν ἁγίων ἔγνωκα. *Sancti* autem hîc ſunt Hebræi, qui dicuntur *populus ſanctorum* Dan. VIII, 24. Unde conjicere licet Agurem non fuiſſe natalibus Hebræum, quamvis cum iis ſentiret.

4. *Quis adſcendit in cœlum* &c.] Hæc interrogatio loco negationis eſt, ut ſæpe, quaſi diceret, *nemo aſcendit in cœlum*: ut Dei, nempe, arcana illic diſceret; *neque deſcendit*, ut ea nobis patefaceret. Vide Deut. XXX, 12. Rom. X, 6.

Quis pugillis ſuis &c.] Eſt quoque hæc negatio ſed paullò obſcurior, hoc enim velle videtur vates: nemo poſſit dicere quis, aut qualis ſit qui ventos certis limitibus clauſit, atque in poteſtate habet, quaſi eos pugillis teneret. Non quæritur an ſit Deus, qui ventis imperet, ſed qualis ſit ſupremus ille ventorum arbiter, quiſquis ſit.

Aquas ambitu arctavit] צרר מים בשמלה *tſarar majim baſſchimlah*. Conſtat quidem שמלה apud Hebræos, propriè *veſtem* eſſe, quod omnibus notum; ſed non dubito quin ea vox *ambitum* ſignificarit, quòd priſca Radix שמל, quæ etiamnum in uſu apud Arabas, perinde eſſet ac *circumdedit*, *ambivit*, non minùs in Hebraïca, quàm in Arabica Lingua. Itaque cùm *veſtis* non ſit aptior ad aquam continendam quàm cribrum, pro *veſte* vertimus *ambitum*, hoc eſt, ripas, aut littora. Verbum צרר verterunt LXX. Intt. συνέστρεψε, & Vulg. *colligavit*, nec hanc eſſe verbi ſignificationem dubium eſt. At cùm hoc non conveniat ripis, aut littoribus, maluimus *arctavit*, quæ eſt etiam poteſtas Conjugationis Hiphil hujus verbi. Fateor Jobi XXVI, 8. legi *colligat* (צרר) *aquam in nubibus ſuis*; ſed reverâ nubes videntur è longinquo inſtar faſciculorum, in quos aqua veluti *collecta*, aut *colligata* eſt; quod de ambitu aquæ dici commodè non poteſt. Itaque hîc, ut alibi, vox ambigua, pro re de qua ſermo eſt, vertenda. Petit hîc Agur non ut ſibi dicatur quis aquam alveis clauſerit, ſed quæ ſit ejus, qui hoc fecit, natura; nec tamen ſibi ipſe reſpondet, aut quemquam reſponſurum ſtatuit, quia res eſt ſupra humanæ naturæ captum. Atque id ipſum eſt quod innuere voluit, interrogatione in negationem reſolvendâ.

Quis conſtituit omnes fines terræ &c.] Quaſi diceret neminem poſſe dicere quænam ſit natura Creatoris Terræ, qui ei fines præſcripſit. *Fines terræ* hîc more vulgi dicuntur, partes ejus, quæ remotiſſimæ eſſe putabantur, nam planam eſſe Tellurim exiſtimabant. *Finis Terræ* alioquin eſt ejus ſuperficies, nullum enim alium finem habet ſphæra, præter circulos quibus finitur.

Quodnam eſt nomen ejus] Non intelliget nomen, quo prolato, homines intelligunt, non agi de Creatura ulla, ſed de ſolo Creatore; quale erat vocabulum יהוה, ut diximus ad Exod. VI, 3. nomen, quo ejus natura explicetur, quale nullum eſt; Deus enim eſt, ut Platonici loquuntur, ὑπερούσιος, ſeu ad nullum genus ſubſtantiarum referri poteſt; quod Scholaſtici vocant *tranſcendere omnes categorias*, ὑπερβαίνειν πάσας κατηγορίας.

Ac nomen illius filii] מה שם בנו *mah ſchem bno*. LXX. Intt. τί ὄνομα τοῖς τέκνοις αὐτοῦ; quaſi legiſſent בניו *benau*. At *Aquila*, *Symmachus*, Theo-

[5]. Omnis ſermo Dei purgatus eſt, éſtque ille clypeus iis, qui fiduciam in eo ponunt. [6]. Ne *quidquam* ejus verbis addideris, ne te increpet, & mendax comperiaris.

[7]. Duo a te, *ô Deus*, perii; ne à me *hæc* ſubtrahas, antequàm moriar. [8]. Mendacium & verbum falſum amoveto à me; nec paupertatem, nec opulentiam mihi dato; ſuppedita mihi panem demenſi mei, [9]. ne ſatiatus mentiar & dicam: quis eſt Jehova? néve in paupertatem incidam & furer, noménque Dei mei *ad mendacium confirmandum* pronunciem.

[10]. Ne

Theodotion & reliqui: τί ὄνομα τῷ υἱῷ αὐτοῦ; quos ſequutus eſt Vulgatus. *Chaldæus* ſimiliter: שום בריה *nomen filii ejus.* Chriſtiani hîc plerique δευτέρου τῆς ἁγίας τριάδος ὑποστάσεως ſignificari cenſent. *Joannes* tamen *Calvinus* huic loco, ad rem tantam probandam, fidere non audebat. *Non me latet*, inquit, *apud contentioſos, non fore ſatis ponderis in hoc teſtimonio, neque eo valde nitor.* *Joannes* etiam *Mercerus* hoc loco contra Judæos uti noluiſſet. *Quia Hebræis*, inquit, *moris eſt homines de ſua cognatione celebrare, ut notiores ſint, dum dicunt*, Iſaias filius Amots, Michæas filius Jimlæ, *& id genus*, *ideò addit: dic quod ei nomen, ſi quis eſt, qui hæc effecerit, aut efficere poſſit, & ut notior ſit ac celebrior, quæ ſit ejus cognatio* quod ejus filio ſit nomen; *quaſi diceret: non poteris quemquam nominare, vel nominatim deſignare ſuo, aut filii ab eo ſuſcepti nomine. Non ignoro noſtros hunc locum de Deo Patre & ejus Filio Chriſto, per quem omnia fecit Pater, exponere. Sed ſimplex ſenſus ad litteram eſt is quem adtuli: fieri non poſſe ut nominetur ullus hominum aut deſignetur, qui hæc opera fecerit.* Sanè nimia perſpicuitas loci & quidem in Propheta obſcuri nominis, nec in Novo Teſtamento uſquam eam in rem citato, dubium ejus ſenſum facere poſſit. Si ita ſit intelligendus ut vulgò volunt, mirum eſt à Scriptore ad Hebræos, qui obſcuriora multò Cap. I. de Filio Dei loca profert, non eſſe iis longè hunc prælatum. Mirum eſt etiam Agurem multò clarius eſſe loquutum, quàm ullum alium Prophetam.

Si cui minus placeat interpretatio *Merceri*, quæ ne mihi quidem ſatisfacit, videat annon poſſet fieri, ut Agur Ethnicorum ſapientes provocet, ut deſcribant ſibi Deum qui omnia creavit, filiúmve ejus, ſi quem habuit, qui talia facere potuerit. Notum certè eſt ab iis ſummos Deos agnitos, à quibus alii prognati ſint; nec quidquam à Theologiæ ſuæ principiis ejusmodi quæſtioni, quod non eſſet abſurdiſſimum, reſpondere poterant; quod intelligere licebit vel è Lib. I. Præparationis Evangelicæ *Euſebii*, ubi antiquiſſima Ægyptiorum & Phœnicum Theologia traditur. Si ſummi Dii erant Elementa ipſa, intellectu deſtituta, qui talia & tantâ arte diſpoſita creare atque ordinare tam pulcrè potuerant? Si filios habuerunt Homines, quomodo talia moliri Homines quiviſſent, ſine quibus naſci & vivere ipſi non poſſent, & in quæ nullum Imperium haberent? Plura non addam, res enim per ſe clara eſt. Hoc tantùm dubium, an eò reſpexerit Agur, qua de re judicent eruditi. Ego quidem nihil adfirmo. Etiam *Joan. Diodatus*, in Bibliis Gallicis & Italicis, aliò rem retulit, cum *Mercero*.

Si noſti] כי תדע *chi thedah*, ubi כי periode eſt ac אם *ſi*, ut habet Vulg. nam ἵνα LXX. Intt. aut ὅτι alius, nihil huc faciunt. Vide *Chr. Noldium* ad ſign. XXIV.

5. *Omnis ſermo Dei purgatus eſt*] כל אמרת אלהים צרופה *chol imrath elohim ſſerouphah.* Metaphora frequens in Pſalmis, ad divinæ Revelationis præſtantiam ſignificandam. Vide Pſ. XII, 7. XVIII, 31. ubi legitur hic ipſe verſus. Incommodè LXX. Intt. πάντες λόγοι θεοῦ πεπυρωμένοι, quamvis idem velint, hoc eſt, igne purgati. Unde Vulgatus: *ignitus.*

Eſtque ille] הוא, nempe, Deus, non אמרה *imrah*, quæ vox eſt fœminini generis.

6. *Ne quidquam ejus verbis &c.*] Quemadmodum auro probè purgato nullum queat addi, vel miſceri metallum, ſine detrimento: ita nec revelationi divinæ quidquam novi, ſine ejus depravatione, adſui poteſt. Vide & Deut. IV, 2. XII, 32.

Mendax comperiaris] נכזבת *venichzabtha*, & ſis mendax.

7. *O Deus*] Res ipſa oſtendit ſupplendum eſſe hoc verbum, quod in Jobo, & Pſalmis frequenter ſubaudiri ſæpe obſervavimus.

Ne à me hæc ſubtrahas &c.] Hoc eſt, fac ut ſemper inter nimiam paupertatem, & divitias medius incedam.

8. *Verbum falſum & mendacium*] שוא ודבר כזב *ſchav oudbar chazab.* Hæc non ſunt propriè, quæ *duo* vocavit, ſed ex duobus illis, nempe, divitiis nimiis, aut paupertate nimia oriuntur, ut ſequentia docent. שוא & כזב ſunt unum & idem, quod ſæpiùs monuimus, atque examen locorum oſtendit. LXX. Intt. μάταιον λόγον καὶ ψευδῆ. *Aquila* prius vertit: εἰκαιότητα. Vulgatus: *vanitatem & verba mendacia.* Incommodè. Vide not. ad Exod. XX, 7.

Suppedita mihi panem demenſi mei] הטריפני לחם חקי hatripheni lehhem hhukki, *fac ut paſcar pane demenſi mei.* חק hhok eſt propriè conſtituta quædam certæ rei menſura, unde ſic dicitur *penſum* Exod. V, 15. & *certus modus* frumenti Gen. XLVII, 22. Hîc ea copia cibi & aliorum neceſſariorum ſignificatur, cui nec deſit quidquam, nec ſuperſit. Tale fuit, ad cibum quod adtinet, quod ſervis certis temporibus demetiebatur, ut infra C. XXXI, 15. LXX. Intt. rectè: σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα καὶ αὐτάρκη. *Aquila:* ἄρτον ἀκριβασμῶν, obſcurè. *Symmachus:* δίαιταν ἱκανήν, rectè. Vulg. *tribue tantùm victui meo neceſſaria.*

9. *Ne ſatiatus mentiar & dicam*] *Ne ſatier & mentiar & dicam.* כחשת' chihhaſchti *mentiar.* *Aquila* & *Symmachus:* ἀρνήσωμαι. Vulg. *illiciar ad negandum.* Locupletiores æquo, & voluptarii nihil curant, præter opes & divitias, earúmque fruitionem; parúmque cogitant de Deo, ejúsque Providentia, quibus ſe indigere vix putant; certè ita vivunt & interdum etiam loquuntur, quaſi aut nullus Deus eſſet, aut res humanas

10. Ne defer ſervum hero ſuo, ne diris precibus te proſequatur & pœnas des.

11. *Eſt* ætas *hominum*, qui patri ſuo malè precantur, nec precantur bene matri ſuæ. 12. *Eſt* ætas, quæ ſibi videtur munda, nec tamen ſordibus ſuis eſt abluta. 13. *Eſt* ætas cujus elati ſunt oculi, & adducta ſupercilia. 14. *Eſt* ætas cujus dentes ſunt gladii & molares cultri, ut abſumat tenues terræ & egenos ex hominibus.

15. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, *quarum uni nomen* eſt Habæ, *& alteri item* Habæ; *hoc*

humanas non curaret. Ejuſmodi homo fieri non cupit Agur, Deúmque orat ne patiatur ad ipſum divitias nimias confluere, ne iis in perniciem ſuam abutatur. Vide exempla ejus rei in ipſis Iſraelitis Deut. XXXI, 20. XXXII, 15. Nehem. IX, 25, 26. Hoſ. XIII, 6.

Quis eſt Jehova?] Eſt interrogatio contumelioſa, quales 1. Sam. XVII, 26. XXV, 10. Perinde eſt ac ſi quis, cui ira Dei à Propheta denunciata eſſet, reſpondiſſet, ſe neſcire quis ſit ille Deus, cujus nomine minæ à Propheta proferrentur. Hoc verò turpe & grave fuiſſet mendacium, ſed non minus admittunt, qui dum cultum veri Dei profitentur, moribus oſtendunt à ſe divinas leges parvi pendi.

Et furer] Præ nimia paupertate, quâ tentantur interdum homines etiam ingenui, qui eam non ſatis æquo animo ferunt.

Ad mendacium confirmandum pronunciem] תפשתי שם אלהי *thaphaſchthi ſchem elohai*. LXX. Intt. ὀμόσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ. Vulgatus: *perjurem nomen Dei mei*. Verbum תפש propriè eſt *adprehendere*, *capere*, *tractare* & plerumque dicitur de rebus corporeis; cum nomine Dei alibi non conjungitur. Putant viri docti hîc ſubaudiendum לשוא *lſchav*, hoc eſt, ad confirmationem rei falſæ, quod ſequutus ſum: quamvis nolim rejicere interpretationem *Chaldæi*, qui habet אחלל ahhallel, *profanem*, res ſacræ enim polluuntur manibus impuris tractatæ. Hæc tamen deſtituta ſunt exemplis, quo fit ut nihil audeamus definire.

10. *Ne defer ſervum*] אל תלשן *al thalſchen*. LXX. Intt. μὴ παραδῷς, incommodè. Meliùs *Symmachus*: μὴ διαβάλῃς, & *Theodotion*: μὴ καταλαλήσῃς. Vulg. *ne accuſes*; nempe, de re levi, aut falſa. Ex ejuſmodi enim accuſatione naſcuntur juſtæ ſervi querelæ. Verſus eſt *Philemonis* ex incerta Comœdia:

Εἰς χεῖρα δοῦλον δεσπότῃ μὴ συμβάλῃς.

Ne diris precibus te proſequatur] פן יקללך *phen jekallalcha*. Illicitæ quidem ſunt ſervorum, non minùs quàm ingenuorum diræ preces; ſed pœna tamen dignus eſt, qui calumniis eas ſibi contrahit.

Et pœnas des] ואשמת veaſchamtha, *& reus ſis*; hoc eſt, des pœnas; unde אשם aſcham *victima pro peccato*, quaſi pœna, aut mulcta peccato impoſita. Sic חטא *hhata* non tantùm *peccavit*, ſed peccati pœnas dedit. LXX. ἀφανισθῇς, & Vulg. *corruet*, incommodè. *Aquila*, *Symmachus* & *Theod.* πλημμελήσῃς.

11. *Eſt ætas hominum* &c.] *Generatia* (דור dor) *patri ſuo maledicet*, *& matri non benedicet*. דור eſt γενεά, *ætas*, hoc eſt, homines eodem tempore viventes. LXX. Intt. ἔκγονον κακόν. Vult hoc Agur, quaſdam hominum ætates eſſe præ ceteris ſceleratas; maximum enim ſcelus eſt parentibus malè precari, quique hoc audent, nihil non audent. Ceterùm *non precatur bene* לא יברך perinde eſt ac יקלל *jekallel*.

12. *Quæ ſibi videtur munda*] *Munda in oculis ſuis.* Quales ætates, quæ Phariſæos tulerunt; qui ſe, nequam cùm eſſent, bonos putabant, propter rituum obſervationem.

Nec tamen ſordibus ſuis eſt abluta] ומצואתו לא רחץ oumitſoatho lo ruhhats, *& exitu ſuo non lota*. Intelliguntur ſordes, quibus infantes immundi ſunt cùm naſcuntur, unà cum umbilico adhærentibúſque vaſibus & placenta. Quo loquendi genere deſcribuntur animi vitia, quæ veræ ſordes ſunt. Vide & Eſaï. IV, 4. Ezek. XVI, 4. Vult ergo Agur fuiſſe homines, qui re verâ vitiis eſſent cooperti, cùm ſe probos cenſerent; quales ſunt ii, quos dixi & eorum ſimiles.

13. *Cujus elati ſunt oculi* &c.] מה רמו עיניו ועפעפיו ינשאו *mah ramou henau vehaphhapbou jinnaſcheou*. Deſcriptio ſuperbiæ, quâ etiam uſi ſunt Græci & Latini, quorum illi dixerunt: ὀφρῦς ἀνασπᾶν, αἴρειν & ἐπαίρειν, hi: *ſupercilia tollere*, *ſubducere*, pro eo quod, eſt ſuperbiam ore præferre. Vide Indicem noſtrum Græcum in *Menandrum*, & notas adi.

14. *Cujus dentes ſunt gladii* &c.] Dentibus & inter eos molaribus deſcribitur rapacitas hominum tenuiores ſpoliantium, & contereutium; figurâ quadam orientali, quæ duplex eſt. Conſertur enim rapacitas primùm *dentibus*, & inter dentes *molaribus*; deinde dicuntur dentes eſſe *enſes*, molares *cultri*, ut rapacitatis illius acerrima voracitas ſignificetur. Hebræi, ut & aliæ gentes, *comedi populum* dicebant, qui expilabatur, atque ad paupertatem redigebatur. Vide Pſ. XXXV, 25. LIII, 5. LXXIX, 7. &c.

15. *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ*] לעלוקה שתי בנות *labaloukah ſchthe banoth*. Duo ſunt hîc, quæ negotium Interpretibus faceſſunt; prius eſt quid ſit עלוקה, alterum, quæ ei geminæ filiæ.

Vocem עלוקה verterunt LXX. Intt. βδέλλῃ, Vulgatus: *ſanguiſugam*, quod plerique omnes ſunt ſequuti. Ac ſanè Arabes etiamnum vocant *ſanguiſugam* עלקה *balakah*, ut Syri & Chaldæi, à radice עלק, quæ Arabibus eſt *pendere*, *adhærere*; quia ſanguiſugæ *pendent* è loco corporis quem pupugerunt, eique mordicus *adhærent*, donec tumentes ſanguine, quem exſuxerunt, ſponte cadant. Quò ſpectat illud *Horatii*: *non miſſura cutem*, *niſi plena cruoris hirudo*. Attamen vir ſummus *Sam. Bochartus*, cui hæc etymologia debetur, vult Hieroz. P. 2. Lib. V. c. 19 non ſanguiſugam ſignificari, ſed *fatum* aut *terminum vitæ*, qui unicuique homini à Deo *impendet*, vel *adpenſus eſt*, & qui vocatur Arabicè עלוק *balouk*; quod inde liquere putat, quia voci, cùm ſanguiſugam ſigni-

hoc eſt, *Da*. Tria hæc ſunt, quæ non ſatiantur, *imò* quatuor, quæ negant ſe abundare; 16. ſepulcrum & uterus clauſus, terra quæ non ſatiatur aquâ, & ignis qui negat ſibi eſſe copiam *ligni*.

17. Oculos

gnificat, non inſeritur littera ו. Sed levis planè, quod pace tanti viri dixerim, eſt ratio; quid enim obſtat quin olim Hebræi ו inſeruerint in nomine ſanguiſugæ, quod non inſerebant Arabes ac Syri? Annon inſertio, aut abjectio τοῦ ו, minimè radicalis, promiſcuè adhibetur in Linguis Orientalibus? An neceſſe fuit Hebræos tempore Aguris vocem, etiam ab Arabibus ſumtam, immutatam prorſus conſervare? Nemo dixerit, nec quidquam vetat ita dictam hirudinem, quaſi participio fœminino Kal, à radice עלק, in Libris Sacris inuſitata, ſed quæ olim uſitata fuerit. Quid ergo, inquies, an loquitur hic Vates de *Sanguiſuga* propriè dicta? Non opinor, ſed eo nomine, commodiſſimè ſignificari inſatiabilem rapacitatem quorumdam hominum; qui etiam apud Latinos *hirudines* vocantur, ut apud *Ciceronem* ad Atticum Lib. I. Ep. 16. ubi famelica illa & largitionum cupida plebs Romana vocatur *concionalis hirudo ærarii*. Sic & Epidicus, apud *Plautum*, in ejus nominis Comœdia. Act. II. Sc. II, 4. agens de pecunia ſenibus arte eripienda:

— *jam ego me convertam in hirudinem*
Atque eorum exſugebo ſanguinem.

Nihil ergo mirum ab Agure deſignari aviditatem, nomine *hirudinis*. Quamvis rem συμβολικῶς more τῶν משלים exprimat; uſu vocis ſatis conſtabat quid vellet.

Sed quæ ſunt aviditatis *filiæ duæ*? *Bochartus* ſuſpicatur eſſe אבדה *perniciem*, aut שחת *foſſam*, & שאול *conditionem mortuorum*, quæ ſint duo termini vitæ filiæ, quia eum proximè ſequuntur. Sed paſſim שאול confunditur cum *foſſa* aut *pernicie*; neque hoc valde acutum eſt dicere terminum vitæ habere pro filiabus *foſſam* & *mortem*. Nihil ineſt ei rei morale, cùm omnia hìc ſpectent ad mores. Rapacitatis verò dicuntur hìc eſſe *duæ filiæ*, quæ non nominantur, quia hic משל *maſchal*, vel adagio, ænigmatis inſtar, proponitur, quod iis temporibus uſitatum erat, ut liquet ex ænigmate, quod legitur Eccleſ. C. XII. Vide & 1. Reg. X, 1. & quæ illic notavimus. Aio verò filiam unam *Rapacitatis* eſſe in aliis *Prodigalitatem*, rapaces enim multi fuerunt, ut ex alieno liberales viderentur; alteram, in aliis, vitium contrarium *Avaritiam*, quâ quamvis avari multa rapuerint, tamen plura ſemper cupiant, quæ recondant. Unde tantæ largitiones Cæſarum natæ? E rapacitate nempe, cui modum nullum ponebant, qua de re vide *Suetonium*, in Nerone c. 32. & Caligula c. 38. Huc pertinet quod *Georg. Buchananus* de LXXXII. Scotorum Rege habet: *Creſcente*, inquit, *è luxuria egeſtate*, *ex egeſtate avaritiâ*, *multos è ditioribus*, *confictis cauſis*, *adflixit*. Vide & vitam ſequentis *Regis*. Unde avaritia eorum, qui coacervant Theſauros? E cupiditate & facilitate rapiendi, aut lucrandi (quæ ſæpe parum differunt) ex qua intelligunt avari ſe majores in dies opes congerere poſſe, & ſtudio congerendi magis ac magis accenduntur. Revocat mihi hoc in memoriam avarum, qui ſe *filium Rapacitatis* vocat apud *Martialem* Lib. XII. Ep. 53.

Nummi cùm tibi ſint, opéſque tantæ,
Quantas civis habet, paterve rarus,
Largiris nihil, incubáſque gazæ,
Ut magnus draco, quem canunt Poëtæ
Cuſtodem Scythici fuiſſe luci.
Sed cauſa, ut memoras, & ipſe jactas,
Diræ filius *es* Rapacitatis.
Et quid tu fatuos, rudéſque quæris,
Illudas quibus, auferáſque mentem?
Huic ſemper vitio pater *fuiſti.*

Huc facit etiam dictum Antonii, apud *Ciceronem* in Oratore Lib. II. c. 40. quod infra proferemus. Hujus & ſimilium *avaritia* dici æquè rectè potuit *Rapacitatis filia*. Hic in memoriam revocandum etiam Hebraïcæ Linguæ idioma, quo *filium*, aut *filiam* vocant alicujus rei, quod eſt cum re illa aliquo modo conjunctum, ut oſtendit pluribus exemplis *Val. Schindlerus* ad vocem בן ben, *filius*. Indidem natæ ſunt, ut dudum obſervavimus, Veterum Græcorum Theogoniæ, de quibus vide ad Poëma *Heſiodi* ſic inſcriptum. Quare mirum videri non debet res inter ſe connexas, Rapacitatem, Prodigalitatem & Avaritiam, deſcribi veluti familiam quamdam, in qua Rapacitas ſit mater, Prodigalitas & Avaritia filiæ, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. Hinc *Cicero* de Oratore loco citato: *Avaritiam ſi tollere vultis*, *mater ejus eſt tollenda*, *luxuries*; quia luxuries interdum avaritiam parit, dum luxurioſus pecuniam profuſam recuperare vult. Huc facit locus *Manilii* Aſtronom. IV, 10.

Luxuriámque lucris emimus, *luxúque rapinas*,
Et ſummum cenſûs pretium eſt effundere cenſum.

Salluſtius queritur Romam *peſſima ac diverſa inter ſe mala*, *luxuriam atque avaritiam vexâſſe*, ad quem locum vide alia exempla, in *Gotlibii Cortii* notis ad *Catilinæ* Cap. V.

Cùm duas illas *filias* non invenirent LXX. Intt. & *tria* imò *quatuor* viderent poſtea memorari, mutarunt filiarum numerum, habent enim: Τῇ βδέλλῃ τρεῖς θυγατέρες ἦσαν, ἀγαπήσει ἀγαπώμεναι, καὶ αἱ τρεῖς αὗται οὐκ ἐνεπίμπλασαν αὐτήν, καὶ ἡ τετάρτη οὐκ ἠρκέσθη εἰπεῖν ἱκανόν. Poſt tantam mutationem, pro quatuor rebus quinque proferunt, niſi Codices ſint corrupti.

Quarum uni nomen eſt Habæ, & *alteri item Habæ*; *hoc eſt*, *Da*] Eſt tantùm הב הב *hab hab*, quod eſt Imperativus verbi יהב jahab, *dedit*. Sed ſunt hæc duo veluti nomina filiarum Hirudinis, ſeu Rapacitatis, quamvis contraria ſignificent. Supplevimus primùm, perſpicuitatis cauſâ: *quarum uni nomen eſt* — & *alteri item*. Alioqui res intelligi non poterat. Addidimus etiam: *hoc eſt*, *Da*, ut ſolet fieri, cùm in alienam Linguam nomina barbara transferuntur,

ut

[17]. Oculos *ejus*, *qui* ſublannat patrem ſuum, & contemnit obſequium matri *debitum*, effodiant corvi vallis, & pulli aquilæ devorent.

[18]. Tria ſunt mihi occulta, imò quatuor, quæ non novi; [19]. via aquilæ in cœlo, via

ut intelligantur ea nomina, à quibus ſententia aliquomodo pendet, ut Apoc. IX, 1. Cur verò, inquies, eo nomine vocatur Rapacitatis gemina proles? Id verò facile eſt intellectu, Prodigalitas enim vocatur הב, *Da*, quia Prodigos adducit ad *dandum* aliis; Avaritia verò, vitium licèt contrarium, eodem nomine adpellatur, quia avarus ſe ab aliis *donari* vult, ipſe verò neminem *donare*. Utramque Græcè Δωρίδα poſſis vocare, quarum altera δῶρα largitur, altera accipit.

Hæc cùm non adſequerentur LXX. Intt. voces הב הב deduxerunt ab אהב ahab, *amavit*, verterunt enim ἀγαπήσει ἀγαπώμεναι, quaſi ſcripſiſſet Agur: אשר אהוב אוהבת אותן *quas amando amat*. *Symmachus* melius: φέρε, φέρε, & Vulgatus: *dicentes adfer*, *adfer*. Sed הב propriè eſt *da*, non *adfer*, nam יהב *jabab*, eſt *dedit*, apud Hebræos, ut והב *wahaba*, apud Arabas.

Tria hæc ſunt quæ non ſatiantur, imò quatuor] *Tria illa* (quæ) *non ſatiabuntur*, *quatuor quæ non dicunt: abundantia*. Eſt elegantia quædam in prolatione minoris numeri primùm, deinde etiam majoris, ut ſuprà C. VI, 16. & in hoc Cap. verſ. 18, 21, 29. & Hamos. I, 5. Ceterùm hæc diſtincta à ſuperioribus eſſe debuerunt & novum comma inchoare; quamvis enim hîc ſermo ſit de ἀπληστίᾳ, attamen aliud planè genus eſt ἀπληστίας. Itaque diſtinximus inchoato hinc verſu.

Quæ negant ſe abundare] לא אמרו הון lo amerou hon, *non dicunt: abundantia*. Vertunt LXX. Intt. εἰπεῖν ἱκανόν, & Vulg. *dicit: ſufficit*. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: ἱκανόν, ἀρκεῖ. Sed quia הון *hon*, non tantùm id *quod ſufficit*, ſed *quod abundat* ſignificat, maluimus vertere *abundare*.

16. *Sepulcrum*] שאול *ſcheol*, de quo idem in Proverb. C. XXVII, 20. Sententia ſatis aperta eſt, nullum, nempe, finem eſſe moriendi hominibus, nec ſepeliendorum cadaverum. Sed Hebræi τὸ שאול κατὰ προσωποποιΐαν inducunt interdum loquentem ut Græci & Latini Mortem. Vide Eſaiam C. XIV, 9. & Ezekielem C. XXXII, 21. LXX. Intt. ᾅδης, & Vulg. *infernus* ſuo more verterunt; ſed ſignificatur *ſepulcrum*, ut ſæpe diximus.

Uterus clauſus] עצר רחם hotſer rehhem, *clauſtrum uteri*. LXX. Intt. verterunt, καὶ ἔρως γυναικὸς, *Aquila*: ἐποχὴ μήτρας, *Symmachus*: συνοχὴ μήτρας, Vulg. *os uteri*. Malim interpretari *de utero clauſo*; unde ſterilitas naſcitur, quam cùm ægerrimè paterentur mulieres, & parere vehementer cuperent; vix uſu conjugii ſatiari poterant, ſi fortè conciperent.

Terra quæ non ſatiatur aquâ] לא שבעה מים *lo ſchabebah majim*, pro במים bmajim, *in aqua*. Intelligitur terra arida, præſertim in calidioribus locis, ubi raræ ſunt pluviæ, & vix unquam humus ſatis madeſit, ut fertilis fieri queat.

Et ignis] LXX. Intt. Codd. habent ante hæc: καὶ ὕδωρ, ſed perperam, eſſent enim alioqui quinque ἄπληστα, non quatuor.

Qui negat ſibi eſſe copiam ligni] *Non dicens: abundantia:* לא אמרה הון *lo omerah hon*, de quo antea. Addidimus *ligni*, quia hæc eſt potiſſima materia, quâ alitur ignis. Hic videtur occultus eſſe Sarcaſmus, aut gravior caſtigatio libidinoſarum mulierum, quæ ſpecie prolis, quâ carebant, ſuſcipiendæ, viris ſuis moleſtæ erant; cùm non magis ſatiarentur uſu conjugii, quàm ignis ligno, arida terra humore & ſepulcrum cadaveribus. Videtur certè ἰδιωτισμός τι orationi ineſſe, quæ alioqui digna non eſſet, quæ hîc legeretur. Non conferuntur ſepulcrum, terra arida, & ignis cum utero muliebri, quod eſſet frigidum, ſed uterus tribus prioribus καθ' ὑπερβολὴν non inelegantem.

17. *Oculus ejus qui* &c.] *Oculus ſubſannabit patrem*, תלעג לאב, *thilheg leab*; omiſſo relativo, & adhibito verbo fœminino, quod refert ad עין hajin, *oculus*, non ad hominem ipſum. Sed Latinè dicere nequeas *oculus qui ſubſannat patrem ſuum*, pro *oculo ejus qui ſubſannat*. Attamen LXX. Intt. habent: ὀφθαλμὸν καταγελῶντα πατρὸς, & Vulgatus: *oculum*, *qui ſubſannat patrem*, cùm tam multa licenter vertant.

Contemnit obſequium matri debitum] ותבוז ליקהת אם *vethabouz lejikhath em*. De voce יקהה diximus ad Gen. XLIX, 10. ubi *conventum* vertimus. Hîc *obſequium*, ſeu *obedientia* meliùs convenit. Favet ſignificatus Arabicæ radicis וקה, quæ eſt perinde ac *paruit*, ut obſervavit *Edm. Caſtellus* in Lexico. LXX. Intt. habent: καὶ ἀτιμάζοντα γῆρας μητρὸς. Eos ſequutus eſt, ut ſæpe alibi, Chaldæus Int. qui habet קשישותא *kſchiſchoutha*, ſenectus. Quod probat *Lud. Cappellus*, qui putat ab iis deductam vocem a קהה kahah, *ſtupuit*, *hebes factus eſt*, præpoſito *Jod heemantico*, ut loquuntur Grammatici. Senectus, nempe, ut ait, ætas eſt in qua cùm animus, tum corporis vigor hebeſcit, ac retunditur. Sed mihi longè accerſitum hoc videtur, nec dubito quin LXX. hîc, ut alibi paſſim, è re ipſa conjecerint, eóſque ſequutus ſit Chaldæus, quòd ſignificatio hæc non malè in locum quadraret. Prætulerim priorem, quia nititur uſu Arabicæ Linguæ, reſque optimè convenit.

Effodiant corvi vallis &c.] Aut *effodient* יקרוה *jikkrouah*. Sed non tam ſpectatur eventus, quàm meritum. Senſus eſt dignum eſſe cujus cadaver inſepultum relinquatur, ut corvi ei oculos effodere queant. LXX. Intt. ἐκκόψαισαν αὐτὸν κόρακες ἐκ τῶν φαράγγων. *Aquila* & *Theodotion*: χειμάῤῥων. Vulgatus: *corvi de torrentibus*. Ambigua, nempe, eſt vox נחל *nahhal*, quæ tam *torrentem*, quam *vallem* ſignificat. Sequuti ſumus ſententiam *Sam. Bocharti*, qui multis de hoc loco egit Hieroz. P. 2. Lib. II. c. 10. ubi ſuſpicatur vallem hanc eſſe eamdem, quæ *vallis cadaverum* vocatur Jerem. XXXI, 40. in quam ſceleratorum cadavera à corvis lanianda projiciebantur. Nominatim autem oculus, ab Agure, memoratur, quia corvi eam corporis partem maximè adpetunt, ut multis teſtimoniis probat.

19. *Via aquilæ* &c.] Quia nullum ſui veſtigium relinquunt.

In

via ſerpentis in rupe, via navis in medio mari, & via viri in virgine. [20]. Ejuſmodi & via mulieris adulteræ, quæ comedit & abſtergit os ſuum, negátque ſe iniqui quidquam commiſiſſe. [21]. Propter tria terra movetur, imò & quatuor ſuſtinere non poteſt; [22]. ſervum, cùm regnat; inſanum, cùm ſatiatur pane; [23]. odioſam mulierem, cùm nubit; & ancillam, cùm ſit heres heræ ſuæ.

[24]. Quatuor ſunt parva terræ *animalia*, quæ ſunt ſapientia, *inſtar eorum*, qui ſunt ſapientiam

In medio mari] *In corde maris*; hoc eſt, in mari, ſive procul à littore, ſive juxta littus, nam *cor* in hac loquutione non mediam partem, adcuratè loquendo, ſed eam quam aqua marina cingit, ubicumque ſit, ſignificat. Hinc Tyrus dicit ſe *in corde maris* ſitam Ezek. XXVIII, 2. quamvis in inſula non multùm à littore remota ſita eſſet.

Via viri in virgine] ודרך גבר בעלמה *vederech geber bebalmah*. LXX. Intt. ὁδὰς ἀνδρὸς ἐν νεότητι. Vulgatus: *viam viri in adoleſcentia*. Sed adoleſcentia dicitur עלומים *baloamim*, numero plurali & quidem genere maſculino, non עלמה quod eſt ſingulare fœmininum, & *virginem* ſignificat. Rectiùs *Symmachus*: ὁδὸς ἀνδρὸς ἐν νεάνιδι. Eſt hîc comparatio, quâ ait Agur, ſæpe non facilius deprehendi poſſe puellam eſſe vitiatam (modò ne pepererit) aut mulierem nuptam commiſiſſe adulterium, cùm dant operam ut res occulta ſit; quàm ſcire quò volarit aquila, ex veſtigiis ejus in aëre; quò iverit ſerpens, ex indiciis motûs ſui quæ in rupe dura reliquerit; aut quid factum ſit navi, ex orbita quam in aqua cernere liceat. Sententia ergo eſt non eſſe uſque adeò difficile puellæ, aut mulieri conjugatæ viros fallere. Quæ eſt obliqua caſtigatio mulierum talia committentium, atque innocentiam ſuam jactantium, eò quòd earum flagitia probari non poſſint.

20. *Comedit & abſtergit os ſuum*] Honeſtis verbis deſcribitur coitus, cujus ubi ſe mulier abſterſit nulla manent veſtigia. Hinc mulier impudica, cùm ab amante intacta ſurgeret, apud *Ovidium* Amorum Lib. III. El. VI, 83. ne

——— poſſent intactam ſcire miniſtræ,
Dedecus hoc ſumtâ diſſimulavit aquâ.

Negátque ſe iniqui quidquam commiſiſſe] אמרה לא פעלתי און, *amerah lo phabalthi aven*, dicens; non feci flagitium.

21. *Terra movetur*] רגזה ארץ *ragezah erets*, quod non tantùm de motu Telluris dicitur, ſed de hominum commotione & ſermonibus, etiam in re non ita magna, ut hîc. Vide præterea 1. Sam. XIV, 15. Joël II, 10. Hamos. VIII, 8. Quod *propter* vertimus id eſt Hebraïcè תחת *thabhath*, quæ particula *ſub* plerumque ſignificat, ſed etiam *propter*, ut hîc, & alibi. Vide ſignif. XIII. apud *Chriſt. Noldium*.

Imò & quatuor] ותחת ארבע *vethabhath arbah*. Non potuit repeti *propter*, quia conſtructio Latina non patitur. Ideóque omiſſum à LXX. & Vulgato. Hæc autem quatuor, excepto fortè tertio, reverâ apta nata ſunt movendæ hominum indignationi. Quis enim non ægerrimè ferat miniſtrum Regis, deturbato domino, ipſum regnare; hominem nullius pretii magnis divitiis frui, ſi præſertim iis ſit donatus, quaſi dignus qui ditaretur; aut ancillam, mortuâ herâ, uxorem ab hero duci? Quin etiam puellam meritò parentibus, aliiſque, vitiorum causâ, inviſam virum nanciſci meliore conjuge dignum, non ſine indignatione, videmus; atque ita fortè Aguris verba intelligenda ſunt. Talia ſunt reverâ ἀφόρητα, ut Græci loquuntur. LXX. Intt. tertium ſic exprimunt, καὶ οἰκέτις ἐὰν ἐκβάλῃ τὴν ἑαυτῆς κυρίαν, & quartum, μισητὴ γυνὴ ἐὰν τύχῃ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. Non malè, quoad ſenſum.

24. *Sapientia inſtar eorum, qui ſunt ſapientiam edocti*] חכמים מחכמים *hhachamim mhhuchamim*. Supplevimus כ, ante participium, ut paſſim ſuppleri debet. Senſus eſt, ea animantia, quæ doctore carent, iis, ad quæ naturâ comparata ſunt, æquè bene fungi, ac homines officiis ſuis, quæ multo ſtudio à magiſtris edocti ſunt. Poſſumus etiam dicere bruta multò meliùs facere ea, quæ à natura ſibi mandata ſunt, ſine magiſtro, ſine exemplari quod ſequantur, à prima etiam vice, quâ ea faciunt; nec in artem peccare, ſed ad amuſſim perficere id quo indigent. Quod pluribus diduci poſſet, ſi hîc eſſet philoſophandi locus, & niſi res facilè à quovis Lectore intelligeretur. LXX. Intt. σοφώτερα τῶν σοφῶν. & Vulgatus: *ſapientibus ſapientiora*, quia מְחֻכָּמִים protulerunt מֵחֲכָמִים *præ ſapientibus*; quomodo, ut notum eſt, exprimitur Comparativus Gradus. *Theodotion*: σοφὰ σεσοφισμένα, minùs commodè.

25. *Victum ſuum*] *Panem ſuum*. Reverâ proxima ſunt *pani* grana ſegetum, è quibus homines panem faciunt.

26. *Arctomyes*] שפנים *ſchphannim*, LXX. χοιρογρύλλιοι. Vulgatus: *lepuſculus*, qui tamen aliter vocem expreſſit alibi. Vide ad Pſ. CIV, 18.

27. *Locuſtæ &c.*] *Rex nullus locuſtæ & egreditur* חוצץ כלו *hhotſets challo*. Poſtrema verba obſcura ſunt, nec parum Intt. exercitos habuerunt. LXX. ϛρατεύει ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος εὐτάκτως, quæ verbis Hebraïcis non ſatis conveniunt. *Symmachus*: ὡς ψηφὶς πᾶσα, ſed חצץ qui ψηφὶς verti queat non intelligo, niſi confundatur cum חצץ *hhatſats*, lapillus, ψῆφος. Vulgatus: *egreditur univerſa*. *Sam. Bochartus* pluribus agit de hoc loco, expendítque varias verſiones, quas confutat, ut eam ſtabiliat, quam ſequuti ſumus. Primum יצא jetſe, *exit*, eſt ad expeditionem bellicam, cum exercitu, finibus ſuis egredi; ut 2. Sam. XI, 1. Vide & Eſaiam XLII, 13. Zach. XIV, 3. Deinde חצץ ſignificat idem ac חצה quod eſt *dividere* & quidem prædam Num. XXXI, 27. Apud Arabas etiam חצ *hhatſa* eſt *dividere*, & ſolent ſanè ſignificationes adfinium verborum miſceri. Tandem כלו *chullo*, eſt *tota*, vel *omnis*, ut intelligatur omnibus locuſtis eſſe partem prædæ.

28. *Stellio manibus nititur*] שממית בידים תתפש *ſchmamith bjadajim thethapphesch*. LXX. Intt. καὶ καλαβώτης χερσὶν ἐρειδόμενος καὶ εὐάλωτος ὤν. Poſtrema, *cùm facilè capi queat*, addita ſunt παραφράσεως inſtar, ad oſtendendum quàm vile ſit hoc

Digitized by Google

pientiam edocti; [25]. formicæ; populus minimè validus, quæ præparant æſtate victum
ſuum; [26]. arctomyes, populus minimè potens, qui in rupe domos ſuas collocant;
[27]. locuſtæ, quibus non eſt Rex, nihilo ſecius omnes egrediuntur *prædæ* participes;
[28]. ſtellio *qui* manibus nititur, éſtque in ædibus regiis.
[29]. Tria ſunt quæ rectè incedunt, imò quatuor, quæ bene gradiuntur: [30]. leo for-
tis inter majora animalia, qui nullius conſpectum refugit; [31]. *gallus* lumbis firmus; hir-
cus,

hoc animalculum. Vulg. *ſtellio manibus nititur.* Multis oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. IV. c. 7. שממית aut סממית eſſe *ſtellionem*, non vermem, aut reptile alatum, aut tiniam, aut araneam. Eſt genus venenatæ lacertæ, ſic dictæ à סם *ſam* quod Hebræis & Syris eſt *venenum*. Græciſmo hodierno dicitur σκαμαμίθα. Oſtendit vir ſummus quæcumque, de hoc animalculo, dicuntur ad amuſſim convenire *ſtellioni*. *Manibus nititur*, vel *adprehendit* ſive rectus, ſive ſupinus incedat, quia pedes habet in digitos diſtinctos, inſtar manuum, quibus etiam prædam, hoc eſt, muſcas adripit.

In ædibus regiis] בהיכלי מלך *behechele melech*, in palatiis ut nunc loquimur, Regis. LXX. Intt. ἐν ὀχυρώμασι βασιλέων, Vulg. *in ædibus regis*. Rarius hoc contingit in regionibus frigidis, præſertim in urbanis ædibus; ſed in locis ſoli propioribus, ut in Ægypto vel Judæâ potiſſimum ruri, magna eſt copia ejuſmodi animalculorum, etiam in ſplendidiſſimis ædificiis. Quare non eſt cur Recentiores Stellionem propterea hîc ſignificari nolint. Hujus משל hæc videtur eſſe ſententia, non eſſe potentibus nimium in potentia ſua gloriandum, nec contemnendos tenues; qui ſæpe ea præſtant, quæ à potentioribus impediri non poſſunt. Videntur ergo tenues deſcribi ſub imaginibus formicæ, arctomyis, locuſtæ & ſtellionis, quæ quamvis contemta animalcula ea faciunt, quæ à majoribus animalibus impediri nequeunt.

29. *Rectè incedunt*] מטיבי צעד *mtibe tſahad*, bonum facientes greſſum. LXX. εὐόδως πορεύονται. Vulg. *bene gradiuntur.* Quibus rectè exprimunt vim Hebraïſmi, quo greſſus decorus ſignificatur.

30. *Leo fortis*] ליש גבור *lajiſch gibbor*. Vulgò putabant leonem annis defectum hac voce ſignificari, ſed contra Leonem robuſtum eſſe rectè probat *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 1. quem vide, ut & Cap. 2. ubi hunc locum illuſtrat, prolatis Veterum locis, de inceſſu leonis, oſtendítque Leonis non eſſe fugam capeſſere.

31. *Gallus lumbis firmus*] זרזיר מתנים *zarzir mothnajim*, omiſſo animalis nomine. LXX. Intt. καὶ ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν θηλείαις εὔψυχος. *Aquila & Theodotion*: ἀλεκτρυὼν νώτῳ, *Symmachus*: περιεσφιγγωμένος τὴν ὀσφύν. Vulgatus, *Gallus ſuccinctus lumbis.* Nec falſum eſt Gallum gallinaceum, inter uxores ſuas, ſuperbè incedere. *Nicol. Fullerus* Miſcell. Sacr. Lib. V. c. 12. expendit hanc & ceteras interpretationes hujus loci, nec ulli videtur ſatis fidere ut eam ceteris præferat. *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 6. prætulit conjecturam *Junii & Tremellii* qui *accinctum lumbis* vertunt, atque equum interpretantur; ſive ita dicatur propter cingulum quo adſtringi ſolet, ſeu propter vires, quæ ſunt ei majores, cùm probè cinctus eſt, quod dictis Poetarum illuſtrat.

Vocem זרזיר *zarzir* deducit à זר aut זרר, quibus convenit ſignificatione cum אזר *cinxit*. Nos maluimus Veteres ſequi, cùm nihil habeant Recentiores, cur ab iis diſſentiant, præter conjecturas, quibus fidere non licet. Illorum verò interpretatio confirmatur re ipſâ, nam galli inceſſus eſt ſuperbus; quod oculi docent, & *Plinius* Lib. X. c. 21. ſic deſcripſit: *Plebs* (gallinaceorum) *æquè ſuperba, graditur arduâ cervice, criſtis celſa; cœlúmque ſola volucrum adſpicit crebrò, in ſublime caudam quoque falcatam erigens.* *Joannes* etiam *Paſſeratius*, vir elegantiſſimi ingenii, qui multa *Plinii* loca elegantiſſimè in Poëmatiis expreſſit, ſic eadem de re loquitur, in eo quod inſcripſit *Gallus*, pag. 53. Poëm. Latinorum.

Principio criſtâ inſignis, paleâque rubenti
Et greſſu intrepido calcaribus aſpera duris
Crura movet, raviſque oculis procul omnia luſtrat.
Picta micat variis fulgoribus ardua cervix
Oſtentat validum pectus, fortéſque lacertos.

Voculam זרזיר *zarzir*, deducimus à זרר quod idem ſignificavit quod Arabicum عزر *azara*, éſtque non tantùm *cinxit*, ſed etiam *roboravit firmavit*, atque habet plura derivata ad hanc ſignificationem pertinentia. Nec ſignificatus *cingendi* ab hoc alienus eſt, cùm cingulo *firmentur* lumbi hominibus & jumentis, ut oſtendit *Bochartus*. Propterea hoc verbum conjungitur cum חיל & עז *robur* 1. Sam. II, 4. & Pſ. XCIII. Quin & *cingere lumbos*, אזר חלצים & מתנים, tralatitiâ poteſtate, eſt animum confirmare Job. XXXVIII, 3. XL, 2. & Jerem. I, 17. Etiam verbum hoc ſolum, pro confirmatione animi & corporis ſumi videtur Eſaïæ XLV, 5. ubi אאזרך *aazercha*, verterunt LXX. Intt. ἐνίσχυσά σε, & *Chaldæus* סעדתך ſehadthech, *fulcivi te*. Hic autem duplicatio Radicalium verbi זר ſignificationem intendit, quod ſæpe notant Grammatici, & *firmiſſimum lumbis* deſignant, quâ circuitione cur deſcribatur gallus, nemo quæret qui meminerit frequentiſſimi alitis coïtûs. *Lumbis eduſtis* gallos *caſtrari* obſervarunt *Plinius*, aliique.

Hircus] או תיש o thajiſch, *aut hircus*. LXX. Intt. καὶ τράγος ἡγούμενος αἰπολίου, quod additamentum nemo mirabitur, qui legerit hæc verba *Æliani* Hiſt. Animalium, Lib. VII. c. 26. ubi poſtquàm dixit capram non dignari ſequi oves, ſed greſſu tellari ſe velle præire, addit: προθεῖ γοῦν ἐκείνων (πρόβατα) καὶ μέντοι καὶ αὐτὰς τὰς αἶγας ὁ τράγος τῷ γενείῳ θαῤῥῶν καὶ κατά τινα φύσιν θαυμαστὴν τοῦ θήλεος προκρίνων τὸ ἄῤῥεν: *præcurrit ergo illas* (oves) *at hircus ipſas capras barbâ fretus, & mirabili quadam naturâ præferens maſculum fœmellæ.* Locum citaverat *Bochartus*, ſed mendosè, Hieroz. P. 1. Lib. II. c. 53. ubi rectè oſtendit תיש eſſe *hircum* non *hædum*. Vulgatus perperam vertit *arietem*.

Et

Digitized by Google

cus, & Rex, *cui* ne te æquiparaveris. 32. Si verò ſtultè te extuliſti, ſi quid *perperam de eo* cogitaſti, manum ori *admove*; 33. qui enim emulget lac, educit butyrum, qui emungit nares, educit ſanguinem, qui exprimit iram, educit rixam.

XXXI. Monita de Regiis moribus & deſcriptio egregiæ matris familias.

CAPUT XXXI. 1. VERBA LEMUELIS REGIS, ORATIO QUA MATER EUM INSTITUIT.
2. Quid

Et Rex] Neſcio annon hoc loco & ſimilibus ſit latens quædam comparatio, quaſi diceret Agur: ſibi, cùm videt Regem, purpuratis & ſatellitibus cinctum incedentem, videri oculis obſervari hircum antecedentem caprarum gregem, aut gallum inter gallinas incedentem, aut leonem denique graviter gradientem. Quâ comparatione occultior Regum, pompâ nimium gradientium, caſtigatio contineri videtur; ſimúlque admonitio privatorum, ne ſe ſe Regibus æquiparare ſuſtineant, quibus non magis obniti poſſunt, quàm capræ hirco, gallinæ gallo, ceteræ pecudes leoni. Sin minus, magnæ parti hujus Capitis nullus ineſſet moralis ſenſus, quod vix crediderim.

Cui ne te æquiparaveris] אלקים עמו *alkoum hammo* LXX. Intt. *δημηγορῶν ἐν ἔθνει*, quaſi eſſet: קורא אל עמו *clamantis ad populum ſuum*, quæ mera eſt hariolatio, & contraria antecedentibus, ubi de proceſſu Regis agit Agur. Vulgatus verò: *nec eſt rex, qui reſiſtat ei*, quaſi eſſet: אין מלך יקום עליו *nullus rex inſurget contra eum*; ſed hæc ſunt nimis ab Hebraïcis remota. Chaldæus LXX. Intt. ſequutus eſt, cùm habeat: ממלל בית עמה *loquens in domo populi ſui*. Vertimus quaſi ſejunctim legendum ſit אל קום al koum, *ne ſurgas cum illo*, hoc eſt, ne te ei æquiparaveris, qui ſenſus non malè loco convenit, in quo deſcribitur Majeſtas Regia. Nihil tamen definimus, poſſet enim ſubeſſe mendum, quod ne divinando quidem adſequi poſſumus.

32. *Si verò ſtultè te extuliſti*] אם נבלת בהתנשא *im nabaltha behitnaſſche*, ſi ſtultus fuiſti, in te extollendo; nempe, contra Regem. Quid legerint in ſuo Cod. aut legendum putarint LXX. ut verterent: *ἐὰν πρόῃ σεαυτὸν εἰς εὐφροσύνην*, fateor me non ſatis intelligere. Fortè ſcripſerant *ἀφροσύνην*, & legerant נבלה *nbalah*, ſtultitia. Meliùs *Theodotion: εἰ ἠφρόνευσας ἐν τῷ ἐπαίρεσθαι*, quod ad amuſſim reſpondet Hebraïcis verbis, quæ legimus in noſtris Codd. Nec puto aliter legiſſe Vulgatum, licèt verterit: *eſt qui ſtultus apparuit poſtquàm elevatus eſt in ſublime*. Senſum finxit, quem invenire non poterat, ut ſæpe alibi.

Si quid perperam de eo cogitaſti] ואם זמות *veim zammotha*, *& ſi cogitaſti*; nempe, de Rege, vel *contra Regem*, quaſi eſſet עליו *halau*. LXX. *καὶ ἐπιτείνῃς*: perperam. Meliùs *Theodotion*: *ἐννοήθης*, nam זמם conſtanter eſt *cogitavit*, aut animo *molitus eſt*, & frequenter in malam partem ſumitur. Perperam Vulgatus, *ſi enim intellexiſſet*. Verbum eſt in ſecunda perſona, ut & prius; nec aliter legerunt, ut vidimus LXX. Intt. & *Theodotion*.

Manum ori admove] יד לפה jad lpheh, *manum ori*; nempe, שים ſchim, *pone*; hoc eſt, alto ſilentio rem preme. Vide Job. XXI, 5. XXIX, 9. XXXIX, 34. LXX. Intt. *ἐκτείνας τὴν χεῖρά σου μετὰ μάχης ἀτιμασθήσῃ*, quæ ſunt præter rem. Nec multò meliùs Vulgatus: *ſi enim intellexiſſet ori ſuo impoſuiſſet manum*.

33. *Qui emulget*] מיץ *mits* à מוץ *mouts*, unde מץ *mets*, preſſor, vel qui exprimit, quo ſignificatu gaudet etiam verbum מצץ *matſats*. מיץ alii *emulſorem* vertunt, alii *emulſionem*, fortè melius; ſed vertendo commodius fuit dicere *qui emulget*. Bis repetitur in ſequentibus, ad ſignificandam *expreſſionem*.

Qui emungit nares] מיץ אף *mits aph*, preſſio naris; nempe, æquo vehementior. *Aquila*: *ἐκμυζῶντος θύμου* (ἀπὸ ῥινός) *ἐξοίσει αἷμα*, quæ eſt illius Interpretis ſolita *κακοζηλία*.

Qui exprimit iram] מיץ אפים *mits apphaïm*, expreſſio iræ, nam אפים ſæpe iram ſignificat, ut & ſingulare אף *aph*. Vide Cap. XIV, 29. LXX. Intt. *ἄμελγε γάλα καὶ ἔσται βούτυρον, ἐὰν δὲ ἐκπιέζῃς μυκτῆρας ἐξελεύσεται αἷμα, ἐὰν δὲ ἐξέλκῃς λόγους ἐξελεύσονται κρίσεις καὶ μάχαι*. Vulgatus: *qui autem fortiter premit ubera, ad eliciendum lac exprimit butyrum; & qui vehementer emungit elicit ſanguinem; & qui provocat iras, producit diſcordias*. Eſt comparatio ejus, qui inconſultis verbis cogit iram Regis erumpere, cum eo qui preſſis uberibus cum lacte pinguiores partes, quibus butyrum conſtat, exprimit; & cum eo qui, preſſis naribus, elicit ſanguinem. Itaque Agur mollibus verbis apud Reges agendum ſuadet, quos ſapientes jubent compellari *ὡς ἥκιστα*, vel *ὡς ἥδιστα*.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXXI.

1. V*Erba Lemuelis Regis*] דברי למואל *dibre lmouel*. Salomonem interpretantur, quia nullus Rex Lemuëlis nomine eſt notus; ita tamen ut verba *ejus* eſſe dicantur, quæ ſint ejus matris, ſed ad Salomonis inſtitutionem prolata. At cur dicitur למואל *Lemouel*? Fortè quaſi למו אל *ei eſt Deus*; hoc eſt, aut *Dei timens*, aut *cui Deus favet*. LXX. Intt. verterunt: *οἱ ἐμοὶ λόγοι εἴρηνται ὑπὸ θεοῦ βασιλέως*, quaſi legiſſent: דְּבָרַי מִן אֵל מֶלֶךְ *verba mea à Deo Regis*. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion* vocem Hebraïcam ſervarant, quæ corrupta eſt à Græculis in *Λαμμουὴλ*, *Γαμουὴλ* & *Ῥεβουὴλ*. Vulgatus: *verba Lamuelis Regis*.

Oratio] משא *maſſcha*. Vide ad XXX, 1. Vertunt LXX. *χρηματισμός*, *Aquila*: *ἆρμα* ab *αἴρω tollo*, alii *λῆμμα*. Vulgatus: *viſio*.

2. *Quid tibi dicam, fili mi*] מה ברי mah bri, *quid, fili mi*? nempe, tibi dicam. Ter repetitur hîc בר *bar*, quod Chaldaïcum cùm ſit, hîc tantùm

2. Quid *tibi dicam*, fili mi; quid *te monebo*, fili uteri mei; quid *te docebo*, fili votorum meorum?

3. Ne vires tuas mulieribus conceſſeris, néve eò tendas ut deleas Reges.

4. Non eſt Regum, ô Lemuel, non eſt Regum bibere vinum; neque Principum potare ſiceram; 5. ne *ullus eorum* potus inſtituti ſui obliviſcatur, ac pauperum omnium cauſas perperam judicet. 6. Date ſiceram homini pereunti, & vinum iis

tantùm legitur & Pſ II, 12. An, apud Hebræos, de Regibus & filiis Regibus tantum dicebatur? Certè Pſ II. de Davide Rege dicitur, hîc de Salomone Rege, & Regis filio LXX. Int. *τί τέκνον τηρήσεις; τί, ῥήσεις θεῦ*, ubi *τί ῥήσεις* & *τηρήσεις*, videntur eſſe vocis unius repetitio, bene, nimirum, & malè ſcriptæ. Sed utra recta eſt? Sequitur *πρωτογενές σοι λέγω υἱέ*. Quæ ſunt *παραφθεγματικά*. Alia commodius, in pendente hac oratione, ſuppleri poſſe credidi.

Fili votorum meorum] בר נדרי *bar nedarai*, hoc eſt, quem, conceptis votis, à Deo impetravi.

3. *Ne vires tuas mulieribus* &c.] אל תתן לנשים חילך *al thitthen lannaſchim bhelecha*. Videtur Bathſeba filium, nimis uxoribus deditum, quas, ut notum, ingenti numero habuit, monuiſſe, ne vires cum iis exhauriret. LXX. Int. *σὸν πλοῦτον*, *divitias* ſignari volunt, & voce חיל interdum ſignificantur. *Symmachus: ἰσχύν σου. Hieronymus: ſubſtantiam tuam.*

Néve eò tendas ut deleas reges] ודרכיך למחות מלכין *uderachecha lammchoth melachin*, & vias tuas ad delendos Reges. לְמְחוֹת eſt pro לְהַמְחוֹת, ut ſit Infinitivus *Hiphil*. Alioqui legendum eſſet לִמְחוֹת. Terminatio Chaldaica eſt in voce מלכין, pro מלכים. Vulgatus hîc: *divitias tuas* (quod fortè mendoſum eſt pro *vias*) *ad delendos Reges*. Repetendum hîc תתן thitthen, *dabis* aut *da*. Difficile eſt dictu, quî hæc huc faciant, aut qui ſint *reges*, quos *deleri* non vult Bathſeba. An Reges Idumæorum, de quorum prole Hadado Salomoni infenſo, 1. Reg. XI, 14? Non videtur, nec alii Reges occurrunt, quorum perniciem moliri potuerit Salomon. Sunt qui velint nimiam libidinem hîc ſpectari, quæ tendit למחות מלכין *ad perdendos Reges*, vel *ad perniciem Regum*. Sed potiùs dixiſſet המלך *hammelech*, Regem, ejus enim causâ hæc dixiſſe ſtatuitur. Satius eſt fateri non poſſe hæc à nobis intelligi, ſive ſit adluſio ad rem ignotam, ſive mendum, quod longæ diei, vel librariis debeatur. LXX Int. *καὶ τὸν σὸν νοῦν καὶ βίον εἰς ὑστεροβουλίαν*, quorum ne minimum quidem veſtigium in verbis Hebraicis videmus. Pro דרכיך *vias tuas Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: *τὰ σὰ χρήματα*, & *Theodotion*: *μεταμελείας* pro *ὑστεροβουλίαν*, quod habent LXX. Int. Vulgatus: *divitias tuas ad delendos Reges*; unde ſatis intelligere licet hunc locum crucem illis fixiſſe, non minùs ac nobis. Non moror Recentiores, qui incertis conjecturis ſe ſe expediunt, ut poſſunt.

4 *Non eſt regum bibere vinum*] אל למלכים שתו יין *al lammelachim ſchtho jajin*; ubi אל eſt pro לא, ut alibi. Vide IV. ſignif. particulæ, apud *Chr. Noldium*. לא מלכים vertimus *non eſt regum*; nempe, *opus*, aut ſimile quidpiam. Vide ſimilem ſtructuram 2 Par. XX, 17. Adde & Mich. III, 1. שתו eſt pro שתוה, aut שתות, nam ultima littera aliquando omittitur, in ejusmodi verbis, ut oſtendit *Joan. Buxtorfius* ad Infinitivum *Kal* verbi גלה. Intelligitur autem, ut ſatis liquet, nimius vini uſus, qui neminem decet, ſed minimè omnium Reges aut Proceres. LXX. Int. *μετὰ βουλῆς πάντα ποίει, μετὰ βουλῆς οἰνοπότει*. Vulg. *noli Regibus dare vinum*, quaſi repetendum iterum hîc eſſet תתן *dabis*, quod non opus eſſe oſtendimus. Nec Bathſeba vetat Salomonem vinum Regibus convivis bibendum præbere, ſed ipſum bibere; nempe, præter modum. Ebrietas Regum, eò periculoſior eſt quòd omnia impunè audere poſſint atque ebrii facere non dubitent. Liquet hoc ex ſcelere Alexandri Macedonis, qui Clitum, cui vitam debuerat, ebrius occidit. Qua de re vide *Curtium* Lib. VIII. c. 1. Ipſe Alexander, *ebrietate diſcuſſâ*, *magnitudinem facinoris ſerâ æſtimatione perſpexit*; ita ut mortem ſibimet ipſe inferre conaretur. Vide & *Plutarchum* in vita Alexandri pag. 694.

Potare ſiceram] שכר *ſchechar*, potum inebriantem, nimiâ copiâ. LXX. Int. *οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσίν, οἶνον μὴ πινέτωσαν*. Mohammedis hoc fuit conſilium, qui Arabibus ſuis vino interdixit, propter rixas; nec id malum, ſed cui nullus eſt locus in his Matris Salomonis verbis. Hieronymus: *nullum ſecretum eſt, ubi regnat ebrietas*. Præter rem. Hîc legitur non ſimpliciter שכר *ſchechar* ſed או שכר & in margine אי *e*, quod eſt pro אין *nullus*. Alii putant eſſe pro איה ajeh, *ubi*, quaſi hoc vellet Bathſeba: *non eſt principum* dicere *ubi ſicera*? hoc eſt, poſcere à pincerna ſiceram. Sed in priore interpretatione adquieſcimus.

5. *Ne ullus eorum potus inſtituti ſui* &c.] פן ישתה וישכח מחקק *phen jiſchtheh vejiſchchabh mechukkak*; ſupplendum *aliquis* aut *ullus eorum*, nam hîc eſt ſingularis pro plurali, quia de ſingulis ſermo eſt, ut antea de univerſis. מחקק mehukkak eſt *inſtitutum*, complectitúrque hîc omnia jura, ſive diſertâ lege inſtituta, ſive rebus judicatis & conſuetudine nixa; quorum in jure dicundo ratio habebatur. LXX. Int. *ἵνα μὴ πιόντες ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας* Vulgatus: *ne fortè bibant & obliviſcantur judiciorum*; potiùs, ne poti obliviſcantur rei judicatæ, aut juris. *Plato* Lib. II. de Legibus negat: *ἄρχοντας τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ὃν ἂν ἄρχωσι μηδ' αὖ κυβερνήτας, μηδὲ δικαστὰς ἐνεργοὺς ὄντας οἴνου γεύεσθαι τοπαράπαν*: *magiſtratus, eo anno quo imperant, neque gubernatores, neque judices munere ſuo occupatos, vinum omnino guſtare oportere.*

Pauperum omnium &c.] *Ne mutet judicium omnium filiorum pauperis*, vel *adflicti*. *Mutat judicium*, qui ſolito more non judicat, neque leges in jure dicundo obſervat.

6. *Date ſiceram homini pereunti*] לאובד *leobed*; hoc eſt; homini miſero, infelici, qualem Latini *periiſſe* dicunt. Vide ad Deut. XXVI, 5. Hoc vult Bathſeba, ſi cui potus inebrians copioſior propinandus, oportere hoc fieri homini miſero, ne nimiâ triſtitiâ obruatur. LXX.

iis qui ægritudine animi laborant. 7. Bibant & oblivifcantur ſuæ egeſtatis, nec moleſtiarum ſuarum ampliùs ſint memores.

8. Aperi os tuum muto, atque ut jus dicas omnibus iis qui prætereunt. 9. Aperi, *inquam*, os tuum, juſta judicia ferto, *præſertim* in lite adflicti & egeni.

10. Uxorem virtute præditam quis nactus eſt? pretium ejus longè margaritarum *pretium* ſuperat. 11. Viri ejus animus ei confidit, neque ſpoliis indiget. 12. Rependit *viro* ſuo bonum, non verò malum, omnibus diebus vitæ ſuæ. 13. Quærit lanam & linum, & manibus ſuis facit, prout *ei* videtur. 14. Eſt inſtar navium mercatoris, è longinquo victum ſuum advehit. 15. De nocte ſurgit, dátque victum domui ſuæ, & ancillis ſuis demenſum. 16. Cogitat de agro, ſibíque eum comparat, & fructu manuum ſuarum vineam plantat. 17. Succingit robore lumbos ſuos, & brachia ſua firmat. 18. Animad-

Intt. *δίδοτε μέθην τοῖς ἐν λύπαις*, & Vulg. *date ſicerum mœrentibus.*

Iis qui ægritudine animi laborant] *Qui amari ſunt animo.* LXX. *καὶ οἶνον πίνειν τοῖς ἐν ὀδύναις.*

7. *Bibant* &c.] *Bibat, & obliviſcatur* &c.

8. *Aperi os tuum muto*] פתח פיך לאלם *phethahh phichu leillem.* *Mutus* hìc dicitur, qui neſcit cauſam ſuam defendere, indigétque probo & perito Judice, qui, ubi opus eſt, patronum ejus, apud reliquum Judicum conteſſum, agat.

Omnibus iis, qui prætereunt] *Ad judicium* כל בני חלוף *chol bne hhaloph*, omnium filiorum tranſitûs. LXX. Intt. hanc habent paraphraſin: *ἄνοιγε σὸν στόμα λόγῳ θεοῦ, καὶ κρῖνε πάντας ὑγιῶς.* Pro לְאִלֵּם, quod eſt *ἀλάλῳ*, ut habebat *Aquila*, legerunt לֵאלֹהִים & בני חלוף verterunt *ὑγιῶς*, quòd verba non intelligerent. Vulgatus rectius: *aperi os tuum muto & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt*, *quaſi pro* אל דין eſſet legendum ואל *veel*, aut ſupplendum ו. *Symmachus: εἰς κρίσιν πάντων υἱῶν ἀποιχομένων.* Nomen חלוף *hhaloph* alibi non exſtat, ſed verbum חלף ſignificat *tranſiit*, *mutatus eſt* ut flos marcidus, ſiccus & deciduus. Vide Pſ. XC, 5, 6. adhibetúrque etiam ad deſcribendum cœlorum interitum Pſ. CII, 27. ac deſtructionem commenticiorum Deorum Eſai. II, 17. Itaque hoc idiomate Linguæ Hebrææ *filii tranſitûs* deſcribuntur homines, quorum vita iter eſt à natalibus ad mortem.

9. *Juſta judicia ferto*] שפט צדק ſchephot tſedek, *judica juſtitiam*, aut ut ſupplendum ſit כ, בצדק biſedek, *in juſtitia.*

Præſertim in lite] ודין vedin, *& judicium*, vel *judica*, ut דין ſit Imperativus *Hiphil*, ut שים *pone*, לין *pernocta* & ſimilia. LXX. *διάκρινε*, Vulg. *judica.*

10. *Uxorem virtute præditam*] אשת חיל eſcheth hhajil, *uxorem roboris.* LXX. *ἀνδρείαν*, Vulgat. *mulierem fortem.* Significatur uxor induſtria, ſedula, adeóque virtute prædita; nempe, muliebri. Cùm de viro ſermo eſt, חיל ſignificat fortitudinem, ſeu virtutem virilem. Alphabethi litteris ordine inchoantur ſinguli verſus, ad finem uſque, ut plures Pſalmi.

Quis nactus eſt?] Hoc eſt, rarus eſt, qui ejuſmodi uxorem nactus ſit. Sæpe etiam interrogatio planè negat, ſed Bathſeba non putabat nullam eſſe mulierem, qualem hìc eam deſcribit, ſed raram.

Longè margaritarum pretium ſuperat] רחוק מפנינים מכרה rahhok mippheninim michrah, *procul à margaritis pretium ejus.* Vulgatus idioma Linguæ Hebraicæ non intellexit, cùm verterit: *procul & de ultimis finibus pretium ejus.* Meliùs LXX. Intt *τιμιωτέρα δέ ἐστι λίθων πολυτελῶν*, niſi quòd פנינים *phninim* ſint *margaritæ*, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. V. c. 5. non lapilli.

11. *Neque ſpoliis indiget*] ושלל לא יחסר *veſchalal lo jehhſar.* LXX. Intt. *ἡ τοιαύτη καλῶν σκύλων οὐκ ἀπορήσει*, ſed verbum maſculinum non poteſt ad mulierem referri. Cùm dicatur de perſona & de re, æquè licet vertas, *non indigebit (vir) ſpolio*, & *ſpolium ei non deerit.* Voce autem שלל non videtur hìc intelligi *ſpolium* ex hoſte raptum, ſed veſtis domi à ſedula muliere texta, quæ hìc dicitur שלל *ſchalal*, quòd veſtes non exigua pars ſpoliorum hoſtitapiorum. Vide Jud. V, 30. Nam ſpolia ejuſmodi, quæ à viris capiuntur, plura non ſunt ſedulæ mulieri, quàm inerti; cui poteſt eſſe vir ſtrenuus, qui victor & ſpoliis onuſtus domum redeat, æquè ac ſedulæ. De veſtibus ab induſtria muliere textis vide verſ. 21. & ſeqq.

12. *Rependit viro ſuo bonum* &c.] Amori viri ſui omnis generis bona officia rependit; cùm mulier iners, aut ſumtuoſa, amorem & induſtriam viri irrita faciat, dum negliguntur, vel abſumuntur, quæ curari & conſervari par erat.

13. *Manibus ſuis facit, prout ei videtur*] ותעש בחפץ כפיה vatthahaſch bhhephets chappheah, *& facit in voluntate manibus ſuis.* Suppleo ב ante כפיה. Gallicè verbo tenus dixeris: *elle fait ce qu'elle veut de ſes mains*; hoc eſt, ejus eſt dexteritatis, ut quidquid cupit, in lanificio, aut telæ textura, confectum dare poſſit. LXX. Intt. *ἐποίησεν εὔχρηστα ταῖς χερσὶν αὐτῆς.* Incommodè *Hieronymus* vertit: *operata eſt conſilio manuum ſuarum*, ex *Aquila* & *Theodotione*, qui habebant: *ἐν βουλῇ*, at *Symmachus: ἐν θελήματι.* Sed neutrum referendum ad *manus*, quibus nec conſilium, nec voluntas eſſet.

14. *Victum ſuum*] לחמה lahhmah, *panem ſuum*; hoc eſt, victum ſibi comparat, pannis & tela, quæ procul vendi curat, cùm ea vendit mercatoribus procul evehenda. Vide verſ. 24.

15. *Victum*] טרף tereph, *βρώματα*, ut bene LXX. Intt. malè Vulgatus, *prædam*, quod rectum eſſet, ſi de feris ſermo eſſet, non de ſervis. Sic C. XXX, 8. הטריף hitriph, eſt homini comedendum dedit.

Demenſum] חק hhok, de quo diximus ad C. XXX, 8. *Hieronymus: cibaria ancillis*, LXX. Intt. *ἔργα*, hoc eſt, *penſum*, quod nec malum. *Theodotion: σύνταξιν*, conſtitutum cibum, aut opus.

16 *Cogitat de agro*] *Cogitat agrum & ſumit eum.*

Fructu

Animadvertit bonam eſſe negotiationem ſuam, neque lucerna ejus noctu exſtinguitur.
19. Manus ſuas admovet verticillo, volæque ejus colum adprehendunt. 20. Volam porrigit pauperi, & manus ſuas extendit ad egenum. 21. Non timet domui ſuæ à nive;
quia tota familia ejus duplicibus indumentis veſtita eſt. 22. Stragulas veſtes ſibi facit,
byſſus & purpura ſunt ejus veſtimentum. 23. Notus eſt in portis vir ejus, dum ſedet cum regionis ſenibus. 24. Lintea facit *ea* & vendit, cinguláque mercatoribus tradit. 25. Robur & decus ſunt veſtimentum ejus, & poſteros dies videt. 26. Os ſuum,
non ſine ſapientia, aperit, léxque benignitatis linguæ ejus inſidet. 27. Speculatur vias
domûs ſuæ, nec cibum pigritiæ edit. 28. Surgunt liberi ejus, beatámque eam prædicant, & vir ejus eam laudat. 29. Multæ puellæ paraverunt opes, ſed tu omnes ſuperas. 30. Fallit gratia, inanis eſt pulcritudo, ſed mulier à Dei timore laudabitur.
31. Date

Fructu manuum ſuarum] Lucro, quod labore manuum fecit, vineam, in loco quem emit, plantari curat.

17. *Succingit robore*] Vide ad Cap. XXX, 31.

18. *Animadvertit bonam eſſe* &c.] *Guſtat* (טעמה) *bonam eſſe* &c. Metaphora è ſenſu guſtûs ad animum. Sic Galli: *elle prend goût à ſon commerce*; hoc eſt, eo delectatur.

Neque lucerna &c.] Quòd ancillæ, per noctem, operi vacent.

19. *Verticillo*] בכישור *bacchiſchor*. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: ἀνδρεῖα, quos Vulgatus ſequutus habet: *ad fortia*. LXX. ἐπὶ τὰ συμφέροντα. Cùm hæc nihil ad rem faciant, neque Hebraïcæ Linguæ uſu nitantur; maluimus cum Recentioribus, ex re ipſa, *fuſum*, aut *verticillum* vertere, cujus ope torquetur filum.

Colum adprehendunt] תמכו פלך *thamechou phalech*. Ἄτρακτον verterunt *colum*, LXX. Intt. *Hieronymus* verò *fuſum*. Sed cum פלך *baculum* ſignificet 2. Sam. III, 29. maluimus *colum*; unde ſequitur כישור, quod anteceſſit, eſſe aliud inſtrumentum.

20. *Volam porrigit pauperi* &c.] Tantùm abeſt ut indigeat, ut contrà ex lucro ſuo liberaliter pauperibus largiatur, qui eſt optimus divitiarum uſus.

21. *A nive*] A frigore hiberno.

Duplicibus veſtimentis] שנים *ſchanim*. LXX. Intt. δισσὰς, nempe, ἐσθῆτας. Vulgatus: *duplicibus*.

22. *Stragulas veſtes*] מרבדים *marbaddim*. LXX. Intt. χλαίνας. *Aquila* & *Theodotion*: περιστρώματα, *Symmachus*: ἀμφιτάπους. *Hieronymus*: *ſtragulatam veſtem*. Vide Proverb. VII. ubi veſtes quibus ſternuntur lecti ſic vocantur. Adfinis eſt ſignificatus verbi רבץ rabats, *recubavit*; unde veſtes, in quibus recubamus, potuerunt dici מרבצים & מבדים pro adfinitate צ & ד

23. *Notus eſt in portis vir ejus* &c.] Eſt nobilis inter primores urbis, quorum conſeſſus eſt ad portas urbis. Vide C. I, 21. VIII, 3. XXII, 22. XXIV, 7. Quia uxor ejus rem viri conſervat & auget, ad dignitates pervenit, ad quas pauperibus nullus eſt aditus.

24. *Lintea*] סדין *ſadin*. Vide ad Jud. XIV, 12, 3. Σινδόνας LXX. & Vulg. *ſindones*, verterunt.

Cingula] חגור hhagor, *cingulum*; arte quadam ſingulari factum.

Mercatoribus] לכנעני lacchenahani, *chananæo*; è qua gente cùm Tyrii & Sidonii mercaturam fecerint, per omnes portus Maris Interni, merces quas ab Hebræis emebant, quaqua verſùm vendebant; unde nomen gentis כנעני *chnahani* factum eſt nomen artis, hoc eſt, *mercatoris*. Vide Job. XL, 25. Eſaïæ XXIII, 8. Ezek. XVII, 4.

25. *Sunt veſtimentum ejus*] Hoc eſt, iis eſt ornata. Vide Job. XL, 5. Pſ. VIII, 6. CIV, 1.

Poſteros dies] יום אחרון jom abharon, *diem poſterum*; hoc eſt, non timet ne ſibi quidquam poſtero tempore deſit, quia neceſſaria omnia copioſè congeſta habet, ideóque de futuro tempore anxia non eſt.

26. *Non ſine ſapientia*] בחכמה behhochmah, *in ſapientia*. LXX. Intt. προσηκόντως, *ut decet*, non προσεχόντως, in Cod. Alexandrino, σοφῶς in Romano. Vulgatus: *aperuit ſapientiæ*, incommodè.

Léxque benignitatis] תורת חסד על לשונה thorath hheſed hal lſchonah, *lex benignitatis ſuper ejus lingua*; hoc eſt, alias mulieres, liberóſque ſuos docet beneficentiam; nam תורה pro inſtitutione in hoc Libro ſumitur C. I, 8, III, 1. IV, 2. VII, 2. XIII, 14 LXX. Intt. τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς, *Symmachus*: καὶ νόμος ἐπίχαρις τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. *Theodotion*: νόμος χάριτος ἐπὶ γλώσσῃ αὐτῆς. Vulgatus; *lex clementiæ in lingua ejus*. חסד non eſt propriè χάρις aut *clementia*, ſed *benignitas* aut beneficentia Vide ad Gen. XXI, 23. XXIV, 27.

27. *Speculatur vias domûs ſuæ*] צופיה הליכות ביתה *tſophijah halichoth bethah*; hoc eſt, quid agatur intra familiam ſuam, à liberis, ſervis, ancillis &c. multa enim faciunt הולכים euntes & redeuntes, debétque mater familias ſcire quò eant, atque unde redeant. LXX. Intt. στεγναὶ διατριβαὶ οἴκων αὐτῆς. *Symmachus* meliùs: σκοπεύει πορείας. Vulgatus: *conſideravit ſemitas*

Nec cibum pigritiæ edit] לחם עצלות lehhem halatſouth, *panem pigritiæ*; hoc eſt, ſedulitatis ſuæ fructibus alitur. LXX. Intt. σῖτα ὀκνηρά. Alius meliùs: ἄρτον ὀκνηρίας. Vulgatus: *panem otioſa non comedit*.

28. *Beatam eam prædicant*] יאשרוה *jeaſſcherouah*. Malè LXX. Intt. καὶ ἐπλούτησαν. *Aquila*, *Symmachus* & *Theodotion*: ἐμακάρισαν. Vulgat. *beatiſſimam prædicaverunt*. Fortè etiam vertere poſſimus, *beatam eſſe optant*, vel fauſta omnia ei precantur, ut ſit idem ac יברכו rebarechou, *benedicunt*, bene precantur.

29. *Paraverunt opes*] עשו חיל *haſchou hhajil*. Vide hoc loquendi genus Deut. VIII, 17, 18. Ruth IV, 11. Ezek. XXVIII, 4.

30. *Fallit gratia*] שקר החן ſcheker hehhen, *mendacium gratia*; hoc eſt, non præſtat quod pollicetur; nempe, comitatem & elegantiam morum, adeóque vitam cum viro concordem,

31. Date ei è fructu manuum ejus, atque opera ejus eam in portis laudent.

& utriuſque felicitatem. De hoc ſignificatu vocis שקר vide Pſ. XXXIII, 17. LX, 13. LXX. Intt. *ψευδεῖς ἀρέσκειαι*, hoc eſt, *fallaces ſunt blanditiæ*, aut ficta obſequia.

Inanis eſt pulcritudo] הבל היפי hebel hajjophi, *inanitas pulcritudo*; cùm quia ſæpe conjuncta non eſt cum bonis moribus, tum quia, procedente ætate, evaneſcit. LXX. *μάταιον κάλλος*.

Mulier à Dei timore laudabitur] אשה יראת יהוה היא תתהלל *iſchah jirath Jehovah hi tithhallal*. LXX. Intt. geminam hîc habent interpretationem, quarum altera aliena videtur, ut & verſ. 27. & 29. *γυνὴ συνετὴ εὐλογεῖται*, & *φόβον κυρίου αὕτη αἰνείτω*. *Aquila: γυνὴ φοβουμένη κύριον αὕτη ὑμνηθήσεται* Sic quoque Vulgatus. Videtur legiſſe יְרֵאַת *timens*. Qui legunt יִרְאַת, ut nos, ſupplere neceſſe habent מ, ita ut מיראת *mijjirath*, vertatur *à timore*, vel propter timorem, ut Exod. II, 23. aliiſque locis quæ ſuppeditabit *Chr. Noldius* ad ſign. XIV. particulæ. Verbum תִּתְהַלָּל eſſet propriè *laudabit ſe*, ſed intelligi debet perinde ac ſi dicas: *laudabilem ſe faciet*, ſeu *præſtabit* quæ eſt etiam vis conjugationis *Hithpaël*.

31. *Date ei è fructu manuum ejus*] Poſſet hoc, ſi nihil ſequeretur, ita intelligi ut jubeat vir mulieris ſedulæ, ſuppeditari ei omnia, quæ cupiet, quia ſedulitate ſuâ ſibi eas opes comparavit, ut in ſumtibus largior eſſe queat. Sed ſequens membrum facit ut *fructum manuum ejus* interpretemur laudes, quas induſtriâ ſuâ merita eſt; nam virtutis *fructus* ſunt laudes.

Opera ejus eam in portis laudent] Hoc eſt, facta ejus efficiant, ut apud proceres Urbis laudetur. *Facta* ipſa *laudare* aliquem non ſine *ἐμφάσει* dicuntur, nam ii demum verè laudantur, quorum facta laudabilia proferuntur; non qui ab adſentatoribus in cœlum tolluntur, quamvis nullum eorum factum laude dignum proferri queat. De portis vide ad verſ. 23.

PROVERBIORUM FINIS.

LIBER

by Google

LIBER CONCIONATRICIS SALOMONIS.

I. Humanæ Sapientiæ inanitas.

CAPUT I.

1. VERBA CONCIONATRICIS, *Liber* Davidis Filii, qui Jeroſolimæ regnavit.
2. INANITAS inanitatum, ait Concionatrix *ſapientia*, inanitas inanitatum, omnia

COMMENTARIUS

In CAPUT I.

1. V*Erba Concionatricis*] דברי קהלת *dibre kohelcth.* Quod participium cùm ſit, & fœminini generis, ſuppleudum eſt nomen generis ejusdem, ut חכמה *bhochmah*, ita ut intelligatur *Sapientia concionatrix*, חכמה קהלת σοφία ἐκκλησιάζουσα, qualem pluribus Proverbiorum Capitibus ab initio, in mediis hominum cœtibus loquenrem Salomo induxit. Eadem, nempe, Sapientia quæ, è vitæ humanæ ſeria contemplatione, quid vitandum, quid faciendum ſit colligit; eadem, inquam, Sapientia omnibus penitatis, rerum quarumvis hujus vitæ inanitatem, ore Salomonis, prædicat.

Liber Davidis filii] Supplevimus voculam *liber*, quaſi prolatâ inſcriptione libri, adderet auctor: *qui liber eſt Salomonis.* Nam קהלת, ſi propriè loquamur, nullâ ratione, dici Salomo ipſe poteſt; nec ſi infrà ſic vocari videtur, aliter res intelligenda, quàm ut, Elliptico loquendi genere, Scriptor Libri, qui קהלת dicitur, intelligatur. Cùm verò nullus filius Davidis ad eam ſapientiam pervenerit, Réxque Jeroſolimæ ſimul fuerit, præter unum Salomonem, meritò hîc intelligi cenſetur. LXX. Intt. habent: ῥήματα ἐκκλησιαστοῦ, υἱοῦ Δαυίδ, Βασιλέως Ἰσραὴλ ἐν Ἱερουσαλήμ, nec ſanè poterant vertere: ῥήματα ἐκκλησιαζούσης υἱοῦ Δαυίδ. Sic & *Hieronymus*: *verba Eccleſiaſtæ filii David.* Addiderunt LXX. Intt. de ſuo *Regis Iſraël*, quod in hoc ipſo libro de ſe ait Salomo.

Qui Jeroſolimæ regnavit] מלך בירושלם *regis in Jeruſalem*; hoc eſt, qui regni ſedem Jeroſolimæ habuit, ſed totius Iſraëlis Rex fuit.

2. *Inanitas inanitatum*] הבל הבלים *habel habalim.* LXX. Intt. ματαιότης ματαιοτήτων, ubi ματαιότης eſt quod fit μάτην, *fruſtra*, quod quæritur *in caſſum*. *Aquila*: ἀτμὶς ἀτμίδων, *Symmachus*: ἀτμὸς ἀτμῶν. Vulgatus: *vanitas vanitatum.* Maluimus *inanitas*, quia *vanitas* mendacium etiam ſignificat, *inanitas* verò ad amuſſim reſpondet voci Hebraïcæ; quæ perinde eſt ac *inane*, aut *inanitas*, hoc eſt, quod ſolidi & perennis nihil complectitur, ſed totum eſt irritum & caducum. Sic *Perſius* Sat. I, 1. irridens vanos conatus hominum:

> *O curas hominum! ô quantum eſt in rebus inane!*

Ad quem locum *Iſ. Caſaubonus* obſervat tali prorſus exordio Salomonem uſum, cùm hanc verè divinam ſatiram ſuam auſpicaus, exclamat: *Vanitas vanitatum* &c. additque ſi Librorum Sacrorum, ut Græcorum Poëtarum notitiam Romani habuiſſent, neminem dubitaturum fuiſſe de Salomone *Perſium* hoc principium eſſe mutuatum; neque ξυνέμπτωσιν hanc ut fortuitam nos agnoſcere, ita mirari ſatis non poſſimus; idem enim dixiſſe eos eodem loco, eodem ferè modo. Non multùm diſſimilis ſententiæ, ut idem ſubjicit, vox illa aurea Severi Imp. qui omnia, quorum inſano amore ardent homines, ipſe adeptus & vana expertus, tandem coactus eſt exclamare: OMNIA FUI, NIHIL EXPEDIT, (in *Spartiani* Severo p. 71. Ed. Pariſ. Salmaſii) quam ſententiam ſapientiſſimus ille Imp. Marcus iis, quæ de ſe ſcripſit, ſæpe inſeruit & in IV. ait idem: ὅλοι κενὸν Exſtat locus ejus Lib. §. 33. ex diviſione *Thom. Gatakeri*, ubi & alia ſimilia loca profert, oſtendítque agere *M. Antoninum* de fama, qua nihil inanius, & de qua non loquitur quidem hîc Salomon, verùm in ſequentibus aget; pertinétque hæc exclamatio, ad totius Libri argumentum.

Ut apud Philoſophos τὸ κενὸν & τὸ πλῆρες, opponuntur, ut pergam loqui verbis Caſaubonianis: ſic in Ethicis bona maláque, inania & ſolida. *Horatius*: *& inane abſcindere ſolido.* Solida ſunt, quæ rem cum nomine habent conjunctam; inania, ſive vana, quæ nomen tantùm, ſine re. Ita dicimus divitias *inanes*, quæ non præſtant, quod verarum eſt divitiarum præſtare. *M. Tullius* Tuſculanâ V. de Epicureis: *omne quod honeſtum nos & laudabile eſſe ducimus, id illi caſſum quiddam & inani vocis*

 ſono

ſunt inanitas. 3. Quid emolumenti ad hominem *redit*, ex omni labore ſuo, quo defungitur ſub Sole?

4. Ætas præterit, *altera* ætas venit, at terra in perpetuum perſtat. 5. Sol oritur & occidit & anhelus fertur ad locum, in quo oritur. 6. *Ventus* ſpirat ad auſtrum & circuit ad aquilonem; perpetuò circuit & fertur ventus & per circuitus ſuos redit. 7. Omnia flumina tendunt ad mare, nec *tamen* mare impletur; ad locum unde flumina venerunt illuc revertuntur, ut *eodem* pergant.

8. Res

ſono decoratum eſſe dicunt. Quare etiam ἀνώνυμα vocantur ſapientibus *falſa* mortalium bona; quia nuda ſunt nomina, ea facultate deſtituta, quam adpellatio promittebat & cujus cauſâ erant expetenda. Quod, exemplis è Chriſtianis Scriptoribus ſumtis, pergit illuſtrare vir doctiſſimus, qui, ſi opus ſit, adiri poterit.

הבל *hebel* propriè eſt, apud Hebræos, *vapor*, vel *aura*. Apud Thalmudicos verbum הבל eſt *caleſieri*, donec vapor, ut fit in corporibus humidis, emittatur, unde nomen הבל eſt *vapor oris* apud Paraphraſtam Chaldæum Pſ. XC, 9. ut pluribus docebit *Joan. Buxtorfius* in Lexico Chaldaïco & Rabbinico, ad radicem memoratam. Sic & *Hieronymus* in Comment. ad hunc locum: *In Hebræo*, inquit, *pro* vanitate vanitatum, ABAL ABALIM *ſcriptum eſt; quod, exceptis LXX. Interpretibus, omnes ſimiliter tranſtulerunt:* ἀτμὶς ἀτμίδων, *ſive* ἀτμὸς ἀτμῶν (ſic enim legendum) *quod nos poſſumus* vaporem *fumi & auram tenuem, quæ citò reſolvitur, adpellare. Caducum itaque & nihil Univerſitatis ex hoc verbo oſtenditur.* Sic Pſ. XXXIX, 6. *Omnis inanitas* (הבל) *omnium hominum fixa eſt;* hoc eſt, vitæ brevitas. Pſ. CXLIV, 4. *Homo ſimilis eſt inanitati* (להבל) *& dies ejus inſtar umbræ tranſeunt*, & Eſai. LVII, 13. *Omnes illos auferet ventus, & abripiet aura*, הבל.

Inanitas autem *inanitatum*, eſt longè maxima inanitas, ut *ſervus ſervorum*, abjectiſſimus ſervus Gen. IX, 25. *ſanctitas ſanctitatum*, ſanctiſſimum adytum Exod. XXVI, 33. & alibi ſæpe; *Deus Deorum*, *Dominus Dominorum*, ſummus Deus & Dominus Deut. X, 17. *cœli cœlorum*, altiſſimi cœli 1. Reg. VIII, 27. *Canticum canticorum*, præſtantiſſimum canticum Cant. I, 1. *contumaces contumacium* pro contumaciſſimis, Jerem. VI, 28.

Ait concionatrix Sapientia] אמר קהלת *amar koheleth.* Verbum maſculinum cum nomine fœminino, quia, ut volunt, קהלת *koheleth* eſt nomen viri, Salomonis, nimirum. Vide verſ. 12. & Cap. XII, 8, 9, 10. Non puto tamen hoc haberi inſtar nominis Salomonis, ſed, ut dixi, eſſe ellipticum loquendi genus, quaſi eſſet כותב את ספר קהלת *qui ſcripſit librum Concionatricis.* Quod quia longiùs eſſet, Latinè expreſſimus quaſi legeretur אמרה *dixit illa*, cùm res eodem recidat Latinis auribus. Sic Veteres ἐκκλησιαστὴν verterunt, quod debuiſſent ἐκκλησιάζουσαν. Rationem illi quidem habuerunt generis verbi, ego verò nominis.

Inanitas inanitatum] Repetitio hæc quamdam vim orationi addit, ut alibi.

Omnia ſunt inanitas] Voce *omnia* non eſt intelligenda rerum Univerſitas, aut Subſtantiæ, ut loquuntur Phyſici, rerum. Nam & rerum Univerſitas diu durat, eximitúrque in ſequentibus rerum inanium numero; nec Subſtantiæ ſunt obnoxiæ interitu. Intelligenda vita humana & quæcumque ad eam pertinent, quæ omnia caduca ſunt ac tranſeunt, & multa quidem ſine fructu. Eximit tamen Salomo *inanitatum* numero timorem Dei, & hilarem fruitionem rerum præſentium, conjunctam cum Dei timore. Cap. II, 24. V, 1. & ſeqq. 17. VII, 19. VIII, 15. IX, 7. XI, 9. XII, 1. & ſeqq.

3. *Quid emolumenti ad hominem redit*] מה יתרון לאדם *mah jithron laadam.* LXX. Intt. τίς περισσεία τῷ ἀνθρώπῳ. *Aquila:* τί πλεῖον ἀνθρώπῳ. Vulg. *Quid ampliùs habet homo.* יתרון propriè eſt quod, poſt omnes labores & ſumtus, purum ſupereſt, ut & מותר *mothar* Prov. XIV, 23.

Ex omni labore ſuo &c.] Interrogatio eſt inſtar negationis; quia poſt multos labores homines moriuntur, nec ullam facultatum ſuarum partem ſecum auferunt.

4. *Ætas præterit* &c.] *Ætas* (דור dôr) *abit*, *ætas venit.* Homines qui unà vivunt, ſúntque æquales, moriuntur, alteráque eis ætas ſuccedit. Notus locus Homeri Il. Z, 149. ubi memoratis foliis arborum quæ aliis alia ſuccedunt, ſubdit. ὣς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν φύει ἡ δ' ἀπολήγει, *ſic hominum ætas hæc naſcitur illa deſinit.* Vide & *M. Antoninum* Lib. X, 34. & quæ illic *Gatakerus.*

At terra in perpetuum perſtat] לעולם עמדת *leholam hamedeth*, *in perpetuum ſtat.* Eſt, nimirum, inſtar theatri, in quo vitæ humanæ mimus agitur; quod idem ſemper eſt, mutatis dumtaxat actoribus.

5. *Et occidit*] *Et occidit Sol.*

Et anhelus fertur ad locum &c.] *Et venit Sol & ad locum ſuum anhelans, oriens ille ibi.* אל מקומו שואף *al mkomo ſchoeph.* LXX. Intt. εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἕλκει, fortè quia שאב eſt *hauſit*, quod fit tracto fune è puteo. *Aquila:* εἰσπνεῖ, & שאף eſt *anhelavit*, *reſpiravit.* *Symmachus & Theodotion:* ἐπαναστρέφει, Vulg. *revertitur*, ex ſenſu, non eſt enim hæc propria ſignificatio vocis. Cùm Sol ad occidentem terram ſubeat, è qua emergit deinde ad orientem; facilè erat colligere ſub terra eum referri ad ortum; unde ſequebatur terram ſphæricam eſſe, & poſſe undequaque habitari. Quod Aſtronomi quidem viderunt, ſed alii non adſequebantur. Deſcribitur autem Sol *anhelus* recurrens ad ortum, propter celeritatem motûs adparentis, & Poëtæ *anhelos* Solis *equos* nobis memorant. Ridiculum ſe præbuit *Coſmus Indopleuſtes*, dum rem interpretari conatur, negarátque ἀντίχθονας, cùm apud eos verſaretur.

6. *Ventus ſpirat ad auſtrum*] *Jens ad auſtrum.* Retraximus vocem רוח *ventus* è ſequentibus, perſpicuitatis causâ. Vox eſt communis generis, ſed frequentiùs fœminini, hoc verò loco maſculini, ut ex participiis הולך *holech* & סובב *ſobeb* liquet.

Cir-

Digitized by Google

8. Res omnes moleſtas nemo exprimere queat; nec ſatiatur oculus videndo, nec expletur auris audiendo. 9. *At* quidquid fuit id ipſum erit, & quod factum eſt id ipſum fiet, nec quidquam ſub Sole novum eſt. 10. Réſne eſt de qua *quiſpiam* dicat: hanc vide, nova eſt? Jam fuit ſæculis, quæ ante nos fuerunt. 11. Nulla eſt memoria priorum, nec poſteriorum etiam erit, apud eos, qui poſtea erunt.

12. Ego, *qui* Concionatricem *Sapientiam ſcripſi*, fui Rex Iſraëlis Jeroſolimæ. 13. Adjeci autem animum ad quærendum & inveſtigandum ſapientiâ quidquid factum eſt ſub cœlo

Circuit ad aquilonem] Quaſi defluxus aëris & vaporum rediret à meridie ad aquilonem, circuitu quodam, ut inde, iterum flaret. Rudiores, hac in re, ut in aliis pleriſque naturæ phænomenis explicandis, erant eorum temporum Phyſici.

Perpetuò circuit] סבב סבב *circumit circumit*; quâ repetitione, perpetua aeris revolutio ſignificatur. Vide *Sal. Glaſſii* Grammat. Sacram Lib. III. Tr. I. Can. 5. Ac ſanè poſtquàm aliquamdiu vapores delati ſunt in auſtrum, ſæpe pondere ſuo ad ſeptemtrionem redeunt, & interdum veluti circuitu quodam; ita ut Boreas mutetur in Subſolanum, quem ſequitur Auſter, tum Favonius, inde rurſus Boreas.

7. *Mare impletur*] Hoc eſt; aqua marina augetur, ita ut littora ſuperet.

Ad locum unde flumina venerunt] Evehuntur, nempe, vapores, ingenti copiâ; unde naſcuntur rores, nebulæ, pluviæ & nives, quibus implentur receptacula montium; unde aqua, in plana deſcendens, per devectas valles in mare refertur, ut adcuratiores Phyſici oſtenderunt. Hæc autem quæ de Tellure, de Sole, de Ventis & Fluviis habet Salomo, non pertinent ad *vanitatem* omnium oſtendendam, cùm illa omnia perſtent; ſed ut liqueat res humanas perpetuò mutari, dum illa, qualia ab initio fuerunt, perſeverant. *Quid hac vanitate vanius*, ait Hieronymus, *quàm Terram manere, quæ hominum causâ facta eſt; & ipſum hominem, terræ dominum, in pulverem repente diſſolvi!* Idem dicas licet de Sole, de Ventis & Fluviis, qui numquam intereunt; dum hominum ætates, quaſi novæ coloniæ, aliis aliæ ſuccedunt, & terras implent, poſtquàm mors ſuperiores abſtulit.

8. *Res omnes moleſtas*] כל הדברים יגעים *chol haddebarim jegehim*. omnes res laſſas; hoc eſt, quæ moleſtiâ ſuâ homines fatigant, dum inexplebili ſciendi cupiditate omnia vel videre, cùm licet; vel audire certè ſtudent, ubi videndi facultas non ſuppetit.

9. *Quidquid fuit id ipſum erit* &c.] מה שהיה הוא שיהיה ומה שנעשה הוא שיעשה *mah ſchehajah hou ſchejihjeh oumah ſcenaha ſcheh hou ſchejahaſcheh.* ש loco אשר in hoc libro frequentius multò occurrit, quàm in ullo Vet. Teſtamenti alio. Ad ſenſum horum verborum quod attinet, hîc videtur eſſe homines quidem, ſtudio rerum novarum videndarum & audiendarum, uſque adeò teneri, ut iis numquam ſatiari queant; ſed fruſtra eos æſtuare; nihil enim eſſe novum ſub Sole, neque futurum. Sic & *M. Antoninus* Lib. VII. initio: Τί ἐστι κακία; τοῦτ᾽ ἐστιν ὃ πολλάκις εἶδες. καὶ ἐπὶ παντὸς δὲ τοῦ συμβαίνοντος πρόχειρον ἔχε, ὅτι τοῦτό ἐστιν, ὃ πολλάκις εἶδες. ὅλως ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ εὑρήσεις, ὧν μεσταὶ αἱ ἱστορίαι αἱ παλαιαί, αἱ μέσαι, αἱ ὑπόγυιοι· ὧν νῦν μεσταὶ αἱ πόλεις καὶ οἰκίαι. οὐδὲν καινόν, πάντα συνήθη καὶ ὀλιγοχρόνια: *Quid eſt vitium? hoc eſt quod ſæpe vidiſti. In omni caſu, habeto in promptu, hoc eſſe quod ſæpe vidiſti. Omnino ſurſum deorſum eadem comperies, quibus plenæ ſunt hiſtoriæ, veteres, mediæ, recentes, & quibus refertæ ſunt urbes & domus. Nihil novum, omnia conſueta, & brevis ævi.* Ad quem locum vide *Gatakerum.*

10. *Réſne eſt* &c.] יש דבר jeſch dabar, *eſt res.* Commodius viſum ſupplere hîc ה interrogativum, quod ſæpe omittitur. Sic rem expreſſerat *Symmachus*: ἆρ᾽ ἐστί τι &c.

De qua quiſpiam dicat] שיאמר *ſchejomer*, quam dicat. Supplendus nominativus, ut *Symmachus*: ὃ ἐρεῖ τις. Vulgatus: *nec valet quiſquam dicere.* Ellipſis in Hebraïca Lingua frequens.

Sæculis quæ ante nos fuerunt] לעלמים אשר היה *lehholamim aſcher hajah.* Aut debet eſſe היו fuerunt, aut אשר היה ſignificat *quodque*; nempe, ante nos fuit.

11. *Nulla eſt memoria priorum* &c] Pulcrè hanc in rem *M. Antoninus* Lib. IV. §. 33. poſtquàm dixit vocabula, quæ fuerant olim uſitata, tandem facta eſſe gloſſemata, & talia etiam eſſe nomina illuſtrium olim virorum, quam ſortem habitura etiam eſſent nomina *Hadriani* & *Antonini*, ſubdit: ἐξίτηλα γὰρ πάντα καὶ μυθώδη ταχὺ γίνεται: ταχὺ δὲ καὶ παντελὴς λήθη κατέχωσεν. καὶ ταῦτα λέγω ἐπὶ τῶν θαυμαστῶς πως λαμψάντων· οἱ γὰρ λοιποὶ ἅμα τῷ ἐκπνεῦσαι ἄϊστοι, ἄπυστοι. τί δὲ καὶ ἔστιν ὅλως ἀείμνηστον; ὅλον κενόν: *evanida enim ſunt omnia, & fabuloſa brevi fiunt, mox & oblivione prorſus obruuntur. Atque hæc de iis dico, qui aliquando mirabili ratione fulſerunt; reliqui enim, ſimul ac exſpiraverint, ignoti fiunt, nec quidquam de iis quæritur. Quidnam etiam eſt omnino in perpetuum memorabile? Totum id inane.* Vide eodem Lib. I. 3. & 19 ubi plura eam in rem, & *Boëthii* Conſol. Philoſophiæ Lib. II. Met. 7.

12. *Ego qui concionatricem ſapientiam ſcripſi*] Cum Latinæ aures nullo modo poſſint ferre ut vir ſe dicat *concionatricem*, eò quòd ſcripſerit librum, in quo *Sapientiam concionabundam* inducit; rem expreſſimus, quæ verbis אני קהלת *ani koheleth*, ſine dubio, ſignificatur; non verba, quæ in aliam Linguam transferri non poſſunt.

13. *Quidquid factum eſt ſub cœlo*] Vel *quod fit*, nam נעשה *nahaſche* utroque modo verti poteſt, imò & utroque ſimul intelligi, ita ut præterita & præſentia velit dicere Salomo contemplatum ſe eſſe. Vocibus autem כל אשר נעשה *quidquid fit*, aut *factum eſt*, intelligenda videntur I. opera naturæ, *egit enim* Salomo ut habemus 1. Reg. IV, 33. *de arboribus à Cedro, quæ naſcitur in Libano, ad Hyſſopum, quæ prodit ex muro, de quadrupedibus, de avibus, deque piſcibus:* II. res ad vitam humanam pertinentes,

Digitized by Google

cœlo (quam occupationem moleſtam dedit Deus filiis hominum, quâ *eos* premeret) 14. vidi autem opera omnia, quæ fiunt ſub Sole, en verò omnia ſunt *mera* inanitas & animi moleſtia. 15. Quod perverſum eſt in ordinem redigi nequit, neque id quod deeſt numerari.

16. Sic ego apud animum meum reputabam dicens: ego ampliorem ſapientiam *mihi peperi*,

nentes, & primùm quidem Ethica, ad quam pertinebant *tria millia ſeatentiarum*, ſi de iis judieare licet, ex ſententiis, quæ ſuperſunt in Proverbiorum Libro; quò etiam ſpectaſſe videntur *Canticorum quinque millia*, in quibus ibidem *verſ.* 32. quorum Canticorum unum ſupereſt, quod eximium cenſebatur, & quod hunc librum ſequitur: III. fata, leges & res geſtæ populorum & Regum, quæ Hiſtoriis continentur: IV. diſciplinæ atque artes ab hominibus inventæ, earúmque opera. Duorum poſteriorum nuſquam quidem diſerta fit mentio, ſed cùm ſint non minùs, ac cetera, inter ea *quæ fiunt ſub Sole*, aut *ſub Cœlo*, nec minùs ad Sapientiam pertineant, videntur omnino ceteris addenda. Hæc omnia noverat Salomo æquè adcuratè & adcuratiùs fortè, quàm quiſquam ejus ævi mortalium; unde fit ut uſque adeò celebretur ejus Sapientia 1.Reg. IV, 29. & ſeqq. præteratúrque doctiſſimorum virorum eruditioni. At cum innumera ſint, ab ejus tempore ad hæc noſtra cùm à Veteribus, tum à Recentioribus inventa, quæ prorſus ignota erant, iis temporibus; intelligendæ ſunt eæ laudes, pro ejus ætatis captu; ut & quod, de ſtudiis ſuis, hîc prædicat Salomo.

Quam occupationem moleſtam] והוא ענין רע *vehou binjan rah*; Verterunt LXX. Intt. *Aquila* & *Theodotion*, περισπασμὸν πονηρὸν, *diſtractionem moleſtam*, nam πονηρὸς hoc proprie ſignificat, ubi de infelicitate, non de malis moribus, ſermo eſt. *Symmachus*: ἀσχολίαν πονηράν, *laborioſam occupationem*. *Hieronymus*: *occupationem peſſimam*. Videtur ſola vox ענין *binjan* hoc ſignificare, eſt enim à ענה *hanah*, quod in *Kal* & in *Pihel* eſt *adfligere*, ſed additio vocis רע rah, *malam*, aut *moleſtam*, videtur hujus loquendi generis, quod ſæpiùs in hoc libro & quidem ſolo occurrit, ſignificationem intendere; ita ut miſerrima quædam occupatio ſignificetur.

Quâ eos premeret] לענות בו *lehanoth bo*. LXX. Intt. τοῦ περισπᾶσθαι ἐν αὐτῷ. *Symmachus*: ἀσχολεῖσθαι. Vulgat. *ut occuparentur*. Propriam ſignificationem retinuimus. Alii intranſitivè, *ut eâ premantur*, aut *fatigentur*, vel *adfligantur*, non malè. Non ſunt hæc capienda, quaſi hoc fuiſſet conſilium Dei, moleſtiis, quibus ſubjecta eſt humana natura, gaudentis, quod cum ejus bonitate conſiſtere non poteſt. Sed Deus laborem impoſuit hominibus, in pœnam peccati; in qua tamen pœna bonitatem ſuam, ut ſolet, oſtendit; quòd eâ ipſâ moleſtiâ eos à peccando avertat, dum enim ſunt occupati re quadam laudabili, aut mediâ, multò minùs peccant, quàm ſi prorſus otiarentur; atque ex illo ipſo labore voluptatem aliquam capiunt, omnes enim delectantur labore, cùm bene cedit, vel bene ceſſurus putatur; ſi modò labor ille circa rem verſetur per ſe minimè malam. Quod ſi ſit res utilis, hoc eſt, quæ faciat ad bene ac beatè vivendum, quatenus in hoc mortalitatis ſtatu licet; tum verò augetur voluptas, fructu ipſo laboris; ſed præſertim ſi accedat ſpes beatæ immortalitatis, dum officio noſtro fungimur, à Deo impetrandæ.

14. *Omnia ſunt mera inanitas* &c.] Non ſunt hæc capienda, quaſi eſſent Axioma Mathematicum, quod nullâ exceptione laboret; nec ita cepit Salomo. Occupationes enim hominum, quæ eò ſpectant, ut cognitionem Religionis erga Deum, Virtutúmque, quæ ad nos pertinent, aut ad proximum, & faciunt ad Societatis humanæ felicitatem; occupationes, inquam, hujuſmodi minimè ſunt inanes. Hoc ipſo in Libro, Salomon tranquillam fruitionem eorum, quæ labore honeſto, paravimus & timorem Dei minimè inter res inanes numerat, ut liquet ex Cap. V. & XII. ubi ſatis apertè mentem ſuam exponit. Sed veriſſimum eſt omnibus laboribus hominum multam ineſſe inanitatem, cùm eorum vitio, tum etiam rerum humanarum caducitate, quâ fit ut nihil ſit perenne; quod multis oſtendit hæc Concionabunda Sapientia; cujus dictis multa habent ſimilia ipſi Doctores Chriſtiani, numquam ſine exceptione intelligendi. Vide *Gregorium* Nyſſenum Homil. I. in Eccleſiaſten.

Et animi moleſtia] ורעות רוח *ourebouth rouahh*. *Neceſſitate compellimur*, ait *Hieronymus* ad hunc locum, *ut crebriùs, quàm volumus, de verbis Hebraïcis diſſeramus; nec enim poſſumus ſcire ſenſum, niſi eum per verba diſcamus.* Utinam verò ſæpius, omiſſis inanibus allegoriis, atque anagogis, feciſſet! majorem certè fructum ex ejus commentariis caperemus. *ROUTH*, inquit, *Aquila* & *Theodotio*: νομὴν, *Symmachus*: βόσκησιν *tranſtulerant*. Rectè, ſed debuiſſet addere eos רוח *rouahh*, vertiſſe, ἀνέμου; ſine qua voce, non intelligeremus quid ſibi voluiſſent. Jam autem hoc voluiſſe illos ea vox oſtendit omnia opera hominum eſſe *ventoſum paſtum*, ſeu paſci eos vento, qui iis delectarentur; vel *vento veluti paſtui* eſſe; hoc eſt, quaſi ventò raperentur, interire, eſſéque *rapidis ludibria ventis*, ut fumus, nam הבל *hebel*, quod antecedit, verterunt etiam hîc ἀτμόν. Pergit his verbis *Hieronymus*: *Septuaginta autem Intt. non Hebræum ſermonem expreſſere, ſed Syrum dicentes* προαίρεσιν. *Sive ergo* νομὴ, *ſive* βόσκησις, *à paſtione vocabulum eſt.* Προαίρεσις *autem meliùs voluntatem, quàm præſumtionem ſonat*; ut habebat antiqua Verſio Latina, ante *Hieronymum*. Verum eſt quod ait de Syra Lingua, ubi רעא *reha* eſt *voluit*, ut Hebraïcè רצה *retſah*, pro ſollemni mutatione litterarum צ & ע. Sic autem interpretatur verſionem LXX. Intt. *Dicitur autem quòd agat unuſquiſque quod velit, & ſibi rectum eſſe videatur, atque in diverſa libero homines ferantur arbitrio, & vana ſint univerſa ſub Sole, dum invicem nobis in bonorum & malorum finibus diſplicemus.* Sed eſt procul petita interpretatio, nec conſentit cum aliis locis, in quibus hoc loquendi genus legitur. Meliorem reverâ à Judæo edoctus eſt *Hieronymus*: *dicebat*; inquit, *mihi Hebræus, quo Scripturas Sacras ſtuditaſſe perlegi*,

peperi, adjecique *antea notis*, ſupra omnes eos, qui ante me Jeroſolimæ præfuerunt; multam ſapientiam & eruditionem animus meus adeptus eſt. [17]. Adpuli etiam animum, ut *dum* cognoſcebam ſapientiam, cognoſcerem inſana facta & ſtultitiam; agnovíque hoc etiam eſſe moleſtiam animi; [18]. quia in magnitudine ſapientiæ eſt multa ira, & quiſquis auget ſcientiam, auget etiam dolorem.

II. Inanem

perlegi, quòd ſuprà dictum ROUTH *verbum magis in hoc loco adflictionem & malitiam, quàm paſſionem & voluntatem ſignificaret; non à malo, quod eſt contrarium bono, ſed ab eo, quod in Evangelio ſcribitur*: ſufficit dici malitia ſua, *quam Græci κακωχίαν ſignificantiùs vocant, & eſſe ſenſum: conſideravi univerſa, quæ in mundo fiunt, & nihil aliud deprehendi quàm* vanitatem & malitias, id *eſt*, *miſerias* ſpiritûs, *quibus animus diverſis adflictionibus conflictatur.* Ideò vertit *Hieronymus*, adflictio ſpiritûs.

Vox רעות, quæ in hoc tantùm libro, ut diximus, occurrit, ab aliis deducitur à רוע quod eſt *confringere*, quaſi velit Salomo, inanibus hominum inveſtigationibus *animum frangi*; unde Chaldæus hîc תבירות רוחא thbirouth rouhha, *fractio ſpiritûs*; quaſi fatigent fruſtra animum. Recentiorum multi verterunt *depaſtionem ſpiritûs*; hoc eſt, ut voce Homericâ utar, θυμοβόρον inveſtigationem; eam, nempe, de qua Salomo. Vide C. IV, 5. Certè *ſpiritus* hìc perinde eſt ac לב *leb*, cor, ſeu animus humanus, ut liquet ex Cap. II, 22. ubi רעיון לב dicitur quod רעיון רוח vocatur C. IV, 16. Itaque nihil huc facit, quod alii de vento, quo alantur homines, aut qui depaſcatur ipſe opera hominum, habent. Sed cùm dubium an רעות ſit à רעה, *pavit*, an à רוע, vel רעע *malus fuit*, hoc omnino conſtat moleſtam animi adfectionem hìc ſignificari, unde etiam C. II, 21. pro רעות רוח legimus רעה רבה rahah rabbah, *magnum malum*. Itaque *moleſtiam animi* vertimus.

15. *Quod perverſum eſt non poteſt in ordinem redigi:*] מעות לא יוכל לתקן *mehuvvuth lo joucbal lithkon.* מעות eſt participium *Puhal* à עות, quod in *Pihel* eſt *pervertit*, *detorſit*. Itaque hîc eſt *detortum*, διεστραμμένον, ut habent LXX. Intt. תקן verò eſt in *ordinem redigi*. Vide infrà C. VII, 14. XII, 9. Proverbium eſt deſumtum è ligno torto, quod non poteſt ad rectam lineam dirigi; ſignificátque, quod eſt malum & pravum, naturâ ſuâ, non poſſe bonum & rectum fieri. Sic nocere non poteſt eodem loco haberi ac prodeſſe, neque mendacium cum veritate confundi. Simile Proverbium fuit apud Græcos, quod *Suidas* habet: ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν. Vide & *Joach. Zehnerum* Adag. 17. Cent. II. Nexus autem horum verborum cum antecedentibus non eſt obſcurus; nam cùm ſint, multis in rebus, cogitationes hominum inanes, nec prolatæ fieri queant ſolidæ; mirum non eſt addi, prava non poſſe fieri recta; quod perinde eſt ac inanitatem non poſſe in ſoliditatem mutari. Rectè LXX. Intt. διεστραμμένον οὐ δυνήσεται κοσμηθῆναι. De hominibus interpretatus eſt Vulgatus, qui habet: *perverſi difficilè corriguntur*. Sed de rebus potiùs agit Salomo, quàm de hominibus.

Neque id quod deeſt numerari] וחסרון לא יוכל להמנות *vehheſron lo joucbal lehimmanoth*. LXX. Intt. καὶ ὑστέρημα οὐ δυνήσεται τοῦ ἀριθμηθῆναι. *Symmachus*: τὸ ὑστέρημα μὴ δυνάμενον ἀναπληρῶσαι ἀριθμόν. Reverà quod deeſt ſummæ in calculum venire nequit, nec numerus impar eſſe par.

Eodem pertinet dictum hoc παροιμιῶδες, ac prius; nimirum, quod eſt naturâ ſuâ inane non poſſe fieri ſolidum, quocumque ingenio tractetur. Hieronymus: *& ſtultorum infinitus eſt numerus*, quaſi eſſet וחסר לב vehhaſar leb, *& demens*.

16. *Sic ego apud animum meum reputabam*] *Loquutus ſum ego cum corde meo.*

Ego ampliorem &c.] *Ego magnificavi & addidi ſapientiam*; hoc eſt, ſuperavi eruditione. Cum verba non poſſem, ſenſum verti. LXX. Intt. ἐγὼ ἰδοὺ ἐμεγαλύνθην. Sed verbum הגדלתי eſt activum, & refertur ad חכמה *ſapientiam*, æquè ac ſequens. Vulgatus tamen: *ecce magnus effectus ſum.* Unde adparet eos Interpretes ſignificationes variarum conjugationum non ſatis tenuiſſe.

Suprà omnes &c.] Videtur hoc indicare Jebuſæorum Reges, ante Davidem, Jeroſolimitanos, ſapientiæ laude floruiſſe. De ſolo enim Davide res dici nequit. Sed poſſent etiam ſignificari ſapientes viri, qui, regnante Davide, Jeroſolimæ præfuerunt, & partem Reipublicæ, unà cum eo, capeſſiverunt. על ירושלם *hal Jerouſchalem*, videtur omnino indicare imperium, aut magiſtratum.

Multam ſapientiam &c.] *Cor meum vidit multùm ſapientiæ & ſcientiæ. Videre ſapientiam* eſt eam poſſidere, ut in hoc libro ſæpiùs, *videre bonum*, eſt id habere, eóque frui. Vide Cap. II, 1.

17. *Ut dum cognoſcebam ſapientiam*] *Ad cognoſcendam ſapientiam; & cognoſcendas inſanias & ſtultitiam.* Eſt ודעת *vedahath*, ſecundo loco; pro ולדעת *vildahath*. Alii nomen eſſe volunt, & γνῶσιν aut *ſcientiam*, vel *doctrinam* vertunt; minùs, ut videbatur, commodè.

Inſana facta] הוללות holeloth, *inſanias*, quod *Inſana facta* verti, ut צדקות tſdakoth *juſtè facta*, & גבורות gbouroth, *fortia facinora*, ac ſimilia. Solent enim Hebræi nomina virtutum in plurali numero ponere, pro earum effectibus. Ita etiam loquuntur de pravis factis. LXX. Intt. verterunt: παραβολάς. Meliùs *Aquila*: πλάνας, *Theodotion*: παραφοράς, & Vulg. *errores*.

Moleſtiam animi] רעיון רוח *rahjon rouahh*. Idem eſt ac רעות verſ. 14

18. *In magnitudine* &c.] *In multitudine ſapientiæ, multitudo iræ.* Eſt utrobique רב *rab*, quod & *multitudinem* & *magnitudinem* æquè ſonat.

Multa ira] רב כעס *rab chahas*, quod non expreſſerunt LXX. Intt. ut nunc habent noſtri Codd. Sed in priſca Latina fuit: *multitudo furoris*, ut ex *Hieronymi* Comment. intelligere licet. Ipſe Latiniùs vertit: *multa indignatio*. Sæpe eruditio moroſos & iracundos homines reddit, nedum ut iis manſuetudinem & tranquillitatem animi conciliet. E rixis omnis generis eruditorum, non minùs hodie, hoc intelligere eſt, quàm tempore Salomonis. Vide ad verſ. 15. Cap. II. & Sylvarum noſtrarum Philologicarum Cap. I.

Auget] יוסיף joſiph, *addit*.

II. *Inanem eſſe voluptatem, inanes opes, inanem ſapientiam, inanem laborem, inane gaudium.*

CAPUT II. 1. REPUTAVI ego apud animum meum & dixi: age nunc experiar te lætitiâ, vide bonum; en verò hoc quoque erat inanitas. 2. Riſui dixi: ô inſane; & lætitiæ: quid agis? 3. Inveſtigavi in animo meo, *qui* pertraherem carnem meam ad vinum; & animus meus ducebat *eam* callidè, etiam ad retinendam ſtultitiam, donec viderem ubinam bonum eſſet filiis hominum, quod facerent ſub cœlo, *per* numerum dierum vitæ ſuæ. 4. Magna perfeci opera, ædificavi mihi domos, plantavi mihi vineas; 5. feci mihi hortos & viridaria, in quibus plantavi arbores, *quæ* omnem fructum *proferrent*; 6. feci

COMMENTARIUS
In CAPUT II.

1. R*Eputavi* &c] *Et dixi ego in corde meo*, Vide Cap. I, 16.

Experiar te lætitiâ] אנסכה בשמחה *anaſſecha beſcimmhhah*, hoc eſt, *tentabo te in lætitia.* Adloquitur animum ſuum, ut ſæpe fit in Scriptura, figurâ *Homero* non ignotâ; qua homo è ſe ipſo veluti egreſſus, ſemet ipſe, quaſi alium, adloquitur. Vide Pſ. XLII, 6, 12.

Vide bonum] וראה בטוב oureeh btob, *& vide bonum*, hoc eſt, fruere bonis tuis, lætitiam ſectare. LXX. Intt. verbotenus hæc verterunt. *Hieronymus* rei potius quàm verborum rationem habuit, ſic enim vertit: *vadam & adfluam deliciis & fruar bonis.* De hoc loquendi genere, *videre bonum* Vide C. III, 13. Pſ. IV, 7. XXVII, 13, &c.

2. *Riſui dixi: ô inſane*] לשחוק אמרתי מהולל *liſchhok amarthi meholel*; hoc eſt, ſenſi immodicum riſum meram eſſe inſaniam. LXX. & *Theodotion*: εἶπα περιφοράν; *Aquila*: πλάνησιν, *Symmachus*: θόρυβον. מהולל *meholel* eſt, ſine dubio *inſaniens*, aut *inſanè ſe gerens*, datâ operâ hîc & Pſ. CII, 9. In antiqua verſione Latina fuit *amentiam*, ut videmus ex *Hieronymo*, qui vertit: *errorem.*

Quid agis?] מה זה עשה mah zoh hoſcheh, *quid hoc facis*; hoc eſt, cur hoc facis? Hæc de nimio riſu, nimiâque lætitia capienda. Tales autem ſunt, qui talia nimium quærunt & dicacitate ſcurrarum, aut mulierecularum maximè delectantur. Rem experiri potuit Salomon, in ampliſſimo ſuo Gynæceo.

3. *Inveſtigavi in animo meo*] תרתי בלבי tharthi blibbi, *exploravi in corde meo.* Hinc colligas naturâ minimè ebrioſum fuiſſe Salomonem, imò ab ebrietate alienum, cum meditari eum oporteret, qui ſe ſe liberaliùs invitaret. Hic deſcribit ſe quaſi quærentem voluptates, eáſque deguſtatas aſpernantem, ac faſtidientem.

Qui pertraherem carnem meam ad vinum] למשוך ביין את בשרי *limſchoch bajajin eth bſchari.* Verbum משך conſtrui ſolet cum ב, etiam cum agitur de re, in quam quidpiam trahitur, ut in rete, quod incautis tenditur. Vide Pſ. X, 9. Ideò hîc vertimus ביין *bajajin*, ad vinum, ut LXX. Intt. qui habent: ἑλκύσαι εἰς οἶνον. Alioqui poſſet etiam verti *allicere vino*; hoc eſt præſtanti vino ad ebrietatem adducere. Vox autem *caro* בשר *baſchar* eſt hic *corpus*, quod opponitur *cordi*, ſeu animo, ab ebrietate alioquin alieno, ut Pſ. XXXVIII, 4, 8. Job. II, 5. & ſæpiùs in eodem libro. Mirum eſt *Hieronymum*, planè contra verba & mentem Salomonis, vertiſſe: *abſtrahere à vino carnem meam. Lud. Cappellus* vertit *trahere* (hoc eſt, diſtendere) *vino carnem meam*, intelligitque partem quâ vir erat Salomo; quaſi voluiſſet ſe hoc potu ad Venerem concitare. Nec dubium eſt voce בשר hoc interdum ſignificari, ſed loquendi genus משך בשר, hoc ſenſu eſt inauditum; nec ſe poſſet Salomo quaſi abhorrentem ab ea re deſcribere, qui tot habuit uxores & pellices, quod Lege Moſaicâ vetitum erat.

Et animus meus ducebat eam callidè] ולבי נהג בחכמה velibbi noheg bahhochmah, *& cor meum ducens in ſapientia*; hoc eſt, animus meus corpus meum arte regebat, ut eò poſſet id pertrahere, quò cupiebat; nam חכמה non tantùm *ſapientiam*, quæ laudabilis eſt, ſed etiam *artem* pravam, & *calliditatem* ſignificat. Hinc verbum ipſum חכם in *Hithpahel* eſt *arte adgredi* Exod. I, 10. LXX. Intt. καὶ καρδία μου ὡδήγησεν ἐν σοφίᾳ, nempe, σάρκα; quæ ad amuſſim reſpondent Hebraicis. At *Symmachus*: ἵνα τὴν καρδίαν μου μεταγάγω εἰς σοφίαν, quæ nimis abeunt ab Hebraicis, & à ſcopo Salomonis. Sequutus tamen eum eſt Vulgatus: *ut animum meum transferrem ad ſapientiam*; quaſi legiſſent לחכמה *lhhochmah*, aut ſimile quiddam. Atqui non loquitur hîc Salomo de ſtudio ſapientiæ, ſed de ſtudio genio indulgendi, ut antecedentia & ſequentia perſpicuè oſtendunt.

Utinam bonum eſſet] אי זה טוב *e zeh tob* ubi hoc bonum; hoc eſt, ubi eſſet ea vitæ ratio, quæ conduceret hominibus, & quam ſequi, quamdiu vivunt, deberent, ut beati eſſent?

Per numerum dierum] מספר *miſphar*, pro במספר bmiſphar, *in numero*, aut כמספר *chemiſphar*, pro numero; id eſt, per totam vitam. Vid. C. V, 17.

5. *Hortos & viridaria*] גנות ופרדסים *gannoth oupbardeſim.* Vide ad Nehem. II, 8. Significantur nemora maris clauſa, quibus feras, venationis causâ, continebant; qualia à Gallis vocantur *parcs*, & à nonnullis Latinè *Roboraria*. De Lydis populis voluptariis *Clearchus*, *Athenæo* Lib. XII. p. 515. Ed. Commelin. laudatus: ἀλλὰ τρυφῆς παραδείσους κατασκευασάμενοι καὶ κήπους αὐτοὺς ποιήσαντες ἐσκιατροφοῦντο: *præ luxu, paratis viridariis, & ad hortorum ſimilitudinem redactis, ſub umbra degebant.* Ad quem locum obſervat *Iſaacus Caſaubonus* & Hebræum פרדס

&

6. feci & aquarum receptacula, quibus ſilvam arboribus virentem irrigarem. 7. Emi ſervos & ancillas, vernæ mihi fuerunt; etiam pecudes buceri & ovilli generis plures mihi fuere, quam omnibus, qui ante me Jeroſolimæ fuerant. 8. Coacervavi mihi etiam argentum, aurum, theſaurúmque Regum & Provinciarum. Comparavi mihi cantores & pſaltrias, & delicias filiorum hominum, ſymphoniam & ſymphoniacas. 9. Major fui & ditior omnibus, qui fuerant ante me Jeroſolimæ, ſimúlque mihi conſtitit ſapientia. 10. Nihil eorum, quæ oculi mei concupiverunt, iis negavi, nec ab ulla lætitia animum meum cohibui; nam lætatus eſt omni meo labore, atque hoc *unum* ex omni meo labore percepi. 11. Conſideravi deinde omnia opera manibus meis facta, & laborem, quem pertuli, ut *ea* perficerem; en verò hæc omnia *viſa ſunt* inanitas, & moleſtia animi, *è qua* nullum eſt, ſub ſole, emolumentum.

12. Poſtea me *eò* converti, ut viderem ſapientiam, ſtultè facta & inſaniam (nam quid homines,

& Græcum παράδεισος, propriè ſeptum locum arboribúſque conſitum ſignificaſſe; ferè tamen à Græcis *paradiſos* vocata vivaria, id eſt ſepta, ubi vivæ feræ alebantur; ſed differre παράδεισον & κῆπον ſeu *hortum*, ſicut Hebræis גן *gan* & פרדס *phardes*; in κήποις enim fuiſſe tantùm fructiferas arbores, in paradiſis verò omnis generis. Putat παραδείσους ἀκαρπους fuiſſe hortos ubi tantùm erant umbriferæ arbores. Fortè talia erant Salomonis viridaria, ut generis utriuſque arbores complecterentur. Vide Cant. IV, 13.

Quæ omnem fructum &c.] *Omnis fructûs.*

6. *Arboribus virentem*] צומח עצים *tſomeah hetſim*, emittentem arbores. LXX. βλαστῶντα ξύλα.

7. *Vernæ*] בני בית bne bajith, *filii domûs*, quod idem eſt ac ילידי בית *nati domûs*, Gen. XIV, 14 LXX. Intt. οἰκογενεῖς.

Fuerunt] היה *fuit* pro היו *fuerunt.* Vide Gen. I, 4 XXXIV, 26.

Jeroſolimæ fuerant] Nempe, Reges, etiam Jebuſæi, antequàm David eam urbem cepiſſet.

8 *Theſaurúmque*] סגלת *ſgullath.* LXX. Intt. περιουσιασμούς, *Aquila*: ἰδιώσεις, *Symmachus*: περιουσίας. Vulgatus: *ſubſtantias*; hoc eſt, in numerato, argentóque facto & infecto habui, quantum Regibus aliquot & Provinciis ſatis fuiſſet.

Comparavi mihi cantores & Pſaltrias] עשיתי לי שרים ושרות *haſchithi li ſcharim veſcharoth.* עשיתי vertimus *adquiſivi*, quæ eſt ſignificatio verbi Gen. XII, 5. Deut. XVIII, 17. & alibi. *Heraclides* Cumæus I. Perſicorum Libro ſcripſerat Regem Perſarum à trecentis mulieribus ſervatum: αὗται δ', inquiebat, τὰς μὲν ἡμέρας καθεύδουσιν, ἵνα νυκτὸς ἐγρηγορῶσι· τὰς δὲ νυκτὸς ᾄδουσαι καὶ ψάλλουσαι διατελοῦσι λύχνων καιομένων: *hæ interdiu dormiunt, ut noctu vigilent; noctu verò canunt & pſallunt perpetuò, ardentibus lucernis.* Hæc apud *Athenæum* Lib. XII. p. 514. edit. memoratæ. Ipſum Regem oportuit etiam vices diei & noctis, contra ordinem Naturæ, permutaſſe, quo nihil abſurdius & turpius fieri potuit.

Symphoniam & Symphoniacas] שדה ושדות *ſchiddah veſchiddoth*, quæ ſunt voces obſcuræ, quòd hîc tantùm legantur. LXX. Intt. οἰνοχόον καὶ οἰνοχόας *miniſtros vini & miniſtras*, ut erat in antiqua Verſione Latina. *Hieronymus* ad hunc locum: *De* vini fuſoribus & vini fuſitricibus (*id diſtinctionem quippe nunc maſculini fœminino genere volui declinare, quod Latinus ſermo non recipit*) *aliud multò quàm in promtu eſt, Aquila interpretatur*, non enim homines; *viros, videlicet, & fœminas; ſed vaſculorum ſpecies nominavit* κυλίκιον *&* κυλίκια *vocans, quod Hebraicè dicitur* SADDA & SADDOTH. Vertit ipſe *ſcyphos & urceos*, in miniſterio ad vina fundenda. Reſpexerat *Aquila* ad ſignificationem Syriacam verbi שדא ſchdah, *fudit*, ut *Joan. Druſius* & *Lud. Cappellus* obſervarunt. Sed ſingulare שדה aliud debet eſſe quàm plurale שדות, alioquin idem eſſet, ac ſi quis diceret *ſcyphum & ſcyphos* quod abſurdum eſſet. Oportet, ſingulari numero, rem unam & quidem diverſam à ſequente, quæ multitudinis numero exprimitur, ſignificari; ita tamen ut ſit inter duo hæc magna adfinitas, cùm uno nomine vocentur.

Symmachus verterat: μέτρον χύματα καὶ ἐπιθέματα, ut putant, ſic enim de ejus verſione *Hieronymus*: *Symmachus, licèt verbum non potuerit exprimere de verbo, ab hac opinione non longè eſt, dicens*: menſuram, ſpecies & adpoſitiones. Sic ultima *Hieronymi* Editio, Eraſmiana *menſurarum ſpecies.* Sed quid hæc ſibi velint non ſatis adſequor, niſi *adpoſitiones* dixerit pro *operculis*; quamvis ne id quidem facile eſt dictu cur ita verterit *Symmachus.*

Itaque ſequuti ſumus ſententiam *Sam. Bocharto* probatam, Hieroz. P. 2. Lib. VI. c. 13. ubi vocem שדה deducit à radice quæ ſignificavit *canere*, ut שדה apud Arabas, ita ut שדה *ſymphoniam* interpretemur, & שדות *ſymphoniacas.* Vult præterea שדה hîc eſſe pro בשרה & vertendum: *delicias hominum cantu & cantionibus*, non quibuſvis, ſed ὑμνῳδίαις. Quæ poſtrema relinquo in medio, non libet enim conjecturas conjecturis cumulare; nec quidquam, hac de re, adſeveranter adfirmo.

9. *Ditior*] והוספתי vehoſaphthi, *& addidi*; divitiis, nempe.

Mihi conſtitit ſapientia] חכמתי עמדה לי *hhochmathi hamedah li*; hoc eſt, nec propterea minùs ſapientiam colui, cùm præ deliciis ſoleat in contemtum venire.

10. *Iis negavi*] אצלתי מהם *atſalthi mehem*, depoſui ab iis, ne darem. Vide Gen. XXVII, 36. Num. XI, 17.

Atque hoc unum &c.] זה היה חלקי zeh hajah hhelki, *hoc fuit portio mea*, hoc eſt, præter præſentem voluptatem, emolumenti nihil percepi; quo fierem beatior.

11. *Viſa ſunt inanitas*] Quia ad veram & perennem felicitatem nihil conducebant; interiturus enim eſt, quia ea fecit, ipſique etiam peribunt, aut certè in manus alienas incident. Vide verſ. 19.

12 *Stultè facta*] הוללות *holeloth.* Vide ad C. I, 17.

homines, qui venturi ſunt poſt Regem, *facient, præter id* quod jam factum eſt?) 13. & animadverti ſapientiâ ſuperari ſtultitiam, ut luce ſuperantur tenebræ. 14. Sapienti oculi ſunt in capite, at ſtultus in tenebris incedit. Intellexi tamen unum iis omnibus exitum eſſe. 15. Dixi apud me: qualis eſt exitus ſtulti, talis erit meus, cur *ergo* ego ſapui magis *quàm alii*? & apud animum meum ſtatui hoc quoque eſſe inanitatem; 16. quia ſapientis, æquè ac ſtulti, nulla eſt perpetua memoria, & jam venient dies, quibus omnia oblivioni mandata erunt, quo pacto moritur ſapiens, æquè ac ſtultus? 17. Quare odi vitam, quia diſplicent mihi opera, quæ ſub ſole fiunt, omnia enim ſunt inanitas & animi moleſtia.

18. Odio etiam proſequor omnem laborem meum, quem ego perfeci ſub ſole, quia cum

Homines qui venturi ſunt poſt Regem] *Homo qui veniet*; hoc eſt, qui naſcentur, & qui rerum potientur, poſtquàm obiero; nam *poſt Regem* eſt poſt me. Vide infrà verſ. 18.

Facient præter id quod jam factum eſt] את אשר כבר עשוהו *eth aſcher cbbar haſchouhou*, quod jam fecerunt illud. Supplevimus quaſi eſſet יעשה בלעדי jahaſche bilhadi, *faciet præter*; nempe, *id quod fecerunt* alii homines. Vide etiam ad verſ. 24. Senſus eſt, ſe omnia expertum eſſe quæ à ſapientibus atque inſanis fiunt, neque homines poſt ipſum venturos quidquam facturos, præter id quod alii jam fecerint. Quæ ſententia ſæpiùs in hoc Libro legitur. LXX. Intt. ὅτι τίς ἄνθρωπος, ὃς ἐπελεύσεται ὀπίσω τῆς βουλῆς; τὰ ὅσα ἐποίησαν αὐτήν. *Aquila*: τί γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἵνα παρακολουθήσῃ βασιλεῖ. המלך *hammelech* verterunt βουλῆς, quia deduxerunt à מלך *mlach*, quod eſt Chaldaicè *conſilium dare*, vel *accipere*. Sed hæc ſenſu carent. Hieronymus: *Quid eſt, inquam, homo, ut ſequi poſſit Regem factorem ſuum?* quaſi legiſſet עשהו *haſchehou* aut עשו *haſchau*, ut alibi ſcribitur. Sed hæc coacta ſunt & præter rem.

13. *Sapientiâ ſuperari ſtultitiam*] שיש יתרון לחכמה מן הסכלות *ſchejeſch jithron lahhochmah min haſſichlouth*, eſſe præſtantiam ſapientiæ majorem, quàm ſtultitiæ.

14. *Oculi ſunt in capite*] *Sapiens oculi ejus ſunt in capite ejus*; Hoc eſt, ad ſapientem quod adtinet, cæco impetu non fertur in judiciis, factiſque ſuis; ſed poſt maturum nimium examen judicat, agitque prudenter.

Unum iis omnibus exitum eſſe] שמקרה אחד יקרה את כלם *ſchemikreh ehhad jikreh eth chullam*, unus caſus accidet omnibus illis; nempe, tam ſtultis, quàm ſapientibus. מקרה *mikreh* caſum quidem quemvis ſignificat, ſed hîc, ut ſequentia oſtendunt, intelligitur mors, ut & Cap. III, 19. Itaque *exitum* vertimus, ut ſignificetur omnes pariter vitâ decedere. Sic Vulgatus: *interitus*. LXX. συνάντημα. Verùm mors hîc reſpicitur, ut dixi, non quivis eventus; ſtulto enim & ſapienti omnia ſimiliter non accidunt, quaſi nulla in re ſapientia eſſet ſtultitiâ potior.

15. *Apud me*] *In corde meo.*

Talis erit meus] גם אני יקרני gam ani jikreni, *etiam ego continget mihi*; etiam, ad me quod adtinet, continget mihi. Perinde eſt ac ſi dixiſſet גם לי יקרה *gam li jikreh*, ſic mihi continget. De nominativo abſolutè ſumto, vide *Sal. Glaſſium* Gram. Lib. III. Tr. I. can. 28. & ſimile exemplum antea verſ. 14.

Cur ergo ſapui &c.] Reverâ ad mortem, hoc eſt, ad diſceſſum è vita quod adtinet, par eſt omnium conditio; ſed quæ mortem ſequuntur ſunt diverſiſſima, verùm non potuit dicere Salomo quod nondum ejus tempore ſat perſpicuè revelatum fuerat. Alioqui numquam omiſiſſet monere præmio ſapientem adfectum iri à Deo, poſt mortem; ſtultum verò, hoc eſt, hominem pravis moribus corruptum, pœnas daturum. Hæc erat unica ratio ſolvendi ænigmatis, quod angebat ſapientiſſimum, pro temporibus, Regem, cur pariter omnes morerentur; cum diſſimillima eſſet bonorum & malorum vita; nec diſſimulaſſet, ſi rem tenuiſſet, imò verò apertè protuliſſet, quippe longè maximi uſûs, in vita hac miſera & mortali, ad ſolandos bonos viros cum rebus adverſis conflictantes, virtutémque eorum confirmandam; malos verò terrore futuri, poſt mortem, judicii, coërcendos.

Inanitatem] Eo, nempe, reſpectu, quòd ſapiens non minùs interiret, quàm inſipiens. Plura ſunt hanc in rem in Necyomantia *Luciani*, ubi fingit à Tireſia, quem conſulturus, de optimo vitæ genere, in inferos deſcenderat, hoc ſibi in aurem dictum: ὁ τῶν ἰδιωτῶν ἄριστος βίος καὶ σωφρονέστερος. ὡς τῆς ἀφροσύνης παυσάμενος, τοῦ μετεωρολογεῖν, καὶ τέλη καὶ ἀρχὰς ἐπισκοπεῖν, καὶ καταπτύσας τῶν σοφῶν τούτων συλλογισμῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα λῆρον ἡγησάμενος, τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος θηράσῃ, ὅπως τὸ παρὸν εὖ θέμενος, παραδράμῃς γελῶν τὰ πολλὰ, καὶ περὶ μηδὲν ἐσπουδακώς: *optima eſt idiotarum vita, & prudentior. Quare ſtultitiâ, ſublimibus ſermonibus & inquiſitione finium & principiorum miſſis; contemtis ſapientibus illis Syllogiſmis & talia nugas ratus, hoc ſolum ex omnibus quære, ut præſens tempus bene colloces, prætermittaſque ridens pleraque, nec ullius rei ſtudioſus ſis.* Quod eſt dogma *Epicuri*.

16. *Nulla eſt perpetua memoria*] Niſi quæ litterarum monumentis ſervatur aliquamdiu & quæ ſæpe interit. Quod tamen non contigit Salomoni, neque continget, dum Judæi & Chriſtiani erunt in terris, qui Litteras Sacras legent. Sed res ei revelata non fuerat.

Quo pacto moritur] Eſt quidem ואיך *veech*, & quomodo. Videtur tamen hîc איך non eſſe interrogandi cauſâ poſitum, & ו ei præfixum abundare. Ideóque Vulgatus omiſit. Ita ſentiebat *Chr. Noldius*, qui & alia exempla particulæ adduxit, interrogationi minimè præfixæ. Primum moritur Sapiens cùm vitâ excedit, iterum cùm memoria ejus exſtinguitur, quam in rem elegans eſt locus *Boëthii* de Conſol. Philoſophiæ Metro VII. ubi de morte & corporis & famæ:

Quòd ſi putatis longiùs vitam trahi,
Mortalis aurâ nominis,

Cùm

eum homini, qui poſt me erit, relinquam. [19]. Quis autem novit utrum ſapiens erit, an ſtultus? Dominus tamen erit laboris omnis, quem perfeci, & in quo me ſapienter geſſi, ſub ſole. Hoc quoque eſt inanitas. [20]. Itaque eo deveni, ut faſtidium conciperet animus meus omnis laboris, quem ſub ſole perfeci. [21]. *Is* eſt enim homo, qui laboris ſui, quem ſapienter, ſcienter & rectè *perfecit*, hominem, qui in eo nequaquam laboravit, participem facit; atque hoc etiam inanitas eſt & magnum malum. [22]. Quid enim eſt *emolumenti* homini, in toto labore ſuo & in moleſtia animi, quibus perſungitur ſub ſole? [23]. Omnes dies dolores *ei pariunt*, indignatio *eſt* occupatio ejus; ne noctu quidem animus ejus quieſcit. Hoc verò eſt etiam inanitas.

[24]. Bonum

Cùm fera vobis rapiet hoc etiam dies,
Jam vos ſecunda mors manet.

Quod imitatus eſt princeps Italicorum Poëtarum *Franc. Petrarcha*, ad calcem Poëmatis, quod inſcripſit *Triumphum Temporis.*

17. *Quare odi vitam*] *Et odi vitam.*

Diſplicent mihi opera] *Malum eſt ſuper me opus, quod* &c. Diſplicere non poteſt vita, ad divina præcepta, prout fert humana infirmitas, exacta, quæ eſt cauſa beatæ immortalitatis; ſed nondum hoc ſatis revelatum erat.

18. *Quia eum homini* &c.] Si more Platonico loquamur, nihil eſt reverâ quod non ſit mera inanitas, niſi quod eſt æternum, & quod ſolum propriè eſt; unde ſequitur id quod eſt tantùm brevis ævi non poſſe ſatisfacere animo humano, qui omnia ſpernit præter æterna, & quem nulla explere poteſt felicitas, niſi quæ ſempiterna ſit. Hoc ſi probè penſitemus, videbimus hunc Librum, quamvis nos non doceat eo ævo, quo ſcriptum eſt, creditam Judæis immortalitatem animi; tamen nos eò adducere, ut intelligamus paratiſſimos fuiſſe homines ſapientes, qui hanc mortalem vitam, & quidquid in ea fit, meram inanitatem eſſe tam graviter querebantur, ad admittendum dogma de immortalitate animi, & beatitudine æterna, cùm primùm Deo viſum eſſet rem tantam revelare; ut poſtea fecit. Faſtidium animi, quo ſe ipſe laborantem tam vividè deſcribit Salomo, in toto hoc Libello, erga res omnes mutationi obnoxias, eatenus utile eſſe poteſt; quatenus nos ad æterna bona quærenda, ceteráque omnia flocci facienda excitare poteſt. Rerum vitæ inanitas, faſtidiúmque inde conceptum, & ſitis inexſtincta felicitatis, cui nihil deſit, nec ullus proinde metuatur finis, gradus fuere; per quos viri ſapientes, qui bonitatem & potentiam Dei intelligebant, pervenire potuerunt ad cognitionem & ſpem beatæ immortalitatis, aut certè ad eam avidis animis admittendam, cùm primùm revelata eſt.

19. *Quis autem novit* &c.] Eſt reverâ inane divitias coacervare, & multò labore opera magna perficere; cùm probè ſciamus omnia relinquenda, cúmque ignoremus an poſteri noſtri iis rectè ſint uſuri. Sed amor noſtri, qui iis, quatenus licet, fruimur, amórque poſteritatis, de qua bene ſperamus, faciunt ut omnem illum laborem æquo animo feramus: nec illibenter volumus, etiam poſt mortem noſtram, erga eos eſſe benefici, quos amamus. Eſt ea quoque pars curæ, quam liberorum causâ ſuſcipere oportet parentes, ne eos in nimia paupertate relinquant, è qua multa ſæpe mala naſcuntur. Hoc unum cavendum, ne, ut liberos ditent, liberalitatis ſint immemores; aut malis artibus facultates ſuas augeant; aut ita miſerè ipſi vivant, dum beatioris vitæ ſubſidia aliis comparant, quos neceſſariis contentos eſſe par eſt.

20. *Itaque eò deveni* &c.] וסבותי אני ליאש את לבי veſabbothi ani lejaeſch eth libbi, *& converſus ſum ego ad fatigandum cor meum.* Senſus horum verborum eſt quem expreſſimus, non verbo tenus, cum per linguarum diſcrimen non liceret. LXX. Intt. *καὶ ἐπέστρεψα ἐγὼ τοῦ ἀποτάξασθαι τῇ καρδίᾳ μου, & converſus ego ita ut valedicerem cordi meo.* Vulgatus: *unde ceſſavi renunciavitque cor meum.*

21. *Is eſt enim homo*] כי יש אדם chi jeſch adam, *quia eſt homo.* Addimus *is*, more Latino, quâ voculâ ſignificatur ea eſſe conditio hominis cujuſvis; nemo enim hîc excipitur.

Quem ſapienter, ſcienter & rectè perfecit] בחכמה ובדעת ובכשרון behhochmah oubdahath, oubchiſchron, *in ſapientia, in ſcientia, in rectitudine*; quia Hebræi deſtituuntur adverbiis. Subauditur עמל *jahamol*, elaboraverit, aut ſimile quid.

Hominem qui in eo nequaquam laboravit] Eo pertinet exclamatio illa, ſub finem contemplantium *Luciani*, Charontis: *ὦ μάταιοι, τί ἐσπουδάκατε περὶ ταῦτα; παύσασθε κάμνοντες, οὐ γὰρ εἰς ἀεὶ βιώσεσθε. οὐδὲν τῶν ἐνταῦθα σεμνῶν ἀΐδιόν ἐστιν· οὐδ' ἂν ἀπαγάγοι τις αὐτῶν τι ξὺν αὑτῷ ἀποθανών, ἀλλ' ἀνάγκη τὸν μὲν γυμνὸν οἴχεσθαι, τὴν οἰκίαν δὲ, καὶ τὸν ἀγρὸν καὶ τὸ χρυσίον ἀεὶ ἄλλων εἶναι καὶ μεταβάλλειν τοὺς δεσπότας: ô ſtulti, quid tanto ſtudio hæc molimini? Deſinite laborare, neque enim ſemper vivetis. Nihil ex iis, quæ hic pulcra ſunt, perpetuum eſt; neque ullus quidquam ex iis mortuus ſecum auferet, ſed neceſſe eſt nudum eum decedere, domum verò, & agrum & aurum ſemper aliorum eſſe & mutare dominos.* Sunt & alia aculeata in eam ſententiam, in eodem Dialogo.

22. *Quid eſt enim emolumenti*] כי מה הוה chi mah hoveh, *nam quid exſiſtens.* Addidimus *emolumenti* יתרון aut יותר, quæ verba ſæpe occurrunt hîc, perſpicuitatis causâ. LXX. Intt. *τί γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ*; & Vulgatus: *quid proderit homini.*

23. *Omnes dies* &c.] *Omnes dies ejus dolores* (ſunt) *& indignatio occupatio ejus*; hoc eſt, nullus dies abit, ſine dolore quopiam, perpetuáque occupatio ejus eſt כעס *iru*, aut *indignatio*; quòd multa ſibi contingere videat, aut in ſua ipſius familia, aut apud conſanguineos, adfines, amicos, aut etiam in Republica, quæ ægrè fert; ita ut angor ille animi ſit veluti occupatio, quâ perpetuò diſtinetur.

Animus ejus quieſcit] שכב לבו ſchachab libbo, *cubat*

24. Bonum nihil eſt homini, *niſi* quòd comedit & bibit, atque animo ſuo indulget, in labore ſuo; *ſed* etiam hoc vidi ego à manu Dei eſſe: (25. quis enim comedit & *vivere* properavit plus quàm ego?) 26. quia homini, qui ei placet, dat ſapientiam, ſcientiam & gaudium; ſed peccatori dat occupationem colligendi & convehendi, quod det homini Deo grato. Etiam hæc eſt inanitas & animi moleſtia.

III. Vi-

cubat cor ejus; hoc eſt, quieſcit, tranſlatione è corpore ductâ, quod ubi cubat quieſcit. LXX. Intt. οὐ κοιμᾶται ἡ καρδία αὐτοῦ: & Vulg. *mente requieſcit.*

Eſt etiam inanitas] Inane enim eſt malis, quæ diuturna eſſe non poſſunt, nimis adfici, aut rebus etiam exigui momenti vehementiùs commoveri.

24. *Bonum nihil eſt homini niſi* &c.] אין טוב באדם שיאכל en tob baadam ſcheijochal, *nihil bonum in homine quod comedit.* Subaudiendum *niſi* בלעדי *bilbadi*, aut כי אם *chi im*, ut verſ. 12. quia hoc unum probat Salomo, in hac vita infrà C. III, 12. & ſeqq. V, 17. VIII, 15. IX, 7. imò hoc quoque in loco, ut ultima verſûs verba oſtendunt. LXX. tamen Intt. omiſerunt cùm habeant: οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ ὃ φάγεται καὶ πίεται, quod contrarium menti Salomonis ſenſum fundit; niſi fortè addas interrogationis ſignum, poſt ſecundum ſaltem membrum periodi, ut factum in nonnullis Editionibus. Sic Vulgatus: *nonne melius eſt comedere & bibere* &c. Sententia eſt aperta, hominem nullum fructum labiorum ſuorum capere, niſi forte ſua contentus, copia præſenti hilariter utatur. Qui rem non ſatis expenderunt conferunt hæc ſapientiſſimi Regis verba, cum inſana inſcriptione ſepulcri Sardanapali, libidinoſiſſimi & nullius pretii Regis; quam memorarunt *Strabo* Geog. Lib. XIV. *Athenæus* Deipnoſoph. Lib. VIII. & XII. atque alii. Sic leguntur apud *Strabonem*, poſtquàm dixit fuiſſe ſepulcro impoſitam ſtatuam ejus Regis lapideam, ita conſerentis dextræ digitos, quaſi iis erepitum edituri. Σαρδανάπαλλος, ὁ Ἀνακυνδαράξεω παῖς, Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἐν ἡμέρῃ μιῇ. Σὺ δ', ὦ ξένε, ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, ὡς τ' ἄλλα τούτου (nempe ἀποκροτήματος) οὐκ ἄξια: *Sardanapalus, Anacyndaraxes filius, Anchialen & Tarſum uno die condidit. Tu verò hoſpes comede, bibe, lude; alia quippe non ſunt hoc digna*; nempe, *crepitu digitorum*, quem qui edunt dicuntur Gallis facere ficum, *faire la figue*, quod eſt irridentis. Sic verò pergebat:

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε
Τερπόμενος θαλίῃσι· θανόντι τοι οὔτις ὄνησις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

Interprete *Grotio*:

Mortalis memor eſto, tuo da gaudia cordi,
Et genium placa, nil utile luce carenti.
Ipſe ego ſum cinis ecce, Nini qui ſceptra tenebam,
Quæ luſi, queis paſtus ego, quæque inter amores
Læta tuli mea ſunt, illa inclyta cetera ſami.

Duos verſus addit *Athenæus* Lib. VIII.

Ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις, οὐδέ ποτ' αὐτῆς
Λήσομαι, ἐκτήσθω δ' ὁ θέλων τὸν ἀπείρονα χρυσόν.

Qui ſunt verſus Sophiſtæ Sardanapalo non convenientes. Plura etiam Poëtarum in eamdem ſententiam loca profert. Idem *Athenæus* Lib. XII. hæc præterea verba habet, quaſi è Chaldaïcis litteris, columnæ lapideæ inſculptis, verſa: Ἐγὼ δὲ ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρι ἑώρων τοῦ ἡλίου φῶς ἔπιον, ἔφαγον, ἠφροδισίασα, εἰδὼς τόν τε χρόνον ὄντα βραχὺν, ὃν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτον πολλὰς ἔχοντα μεταβολὰς καὶ κακοπαθείας, καὶ ὧν ἂν καταλίπω ἀγαθῶν ἄλλοι ἕξουσι τὰς ἀπολαύσεις, διὸ κἀγὼ ἡμέραν οὐδεμίαν παρέλιπον τοῦτο ποιῶν: *ego verò regnavi, & quamdiu lumen ſolis ſum intuitus, bibi, comedi, venerem exercui, cum ſcirem breve tempus eſſe, quo vivunt homines, idque multis mutationibus & moleſtiis inquietum, atque eorum bonorum, quæ relicturus eram, fruitionem alios habituros fuiſſe, itaque nullum prætermiſi diem, quin id facerem.* Similia dixit quidem Salomo, ſed ſimilia non cogitavit. Hoc unum voluiſſe videtur, homines, cùm nihil exſpectarent aliud, tranquillè & hilariter facultatibus ſuis uti debuiſſe; non ut ganeones ſolent & voluptarii, ſed ut ſapientes decet; ſervato modo, ſine ullius injuria, adhibitáque etiam erga egenos benignitate; ſine ſanitatis jactura ac rei familiaris dilapidatione; nec ſine gratiarum actione, cùm Deo omnia deberent; nec denique ita ut animus omnibus vitæ officiis minùs rectè defungatur.

Atque animo ſuo indulget] *Oſtendit animæ ſuæ bonum.* Cùm *bonum videre* ſit bono frui, *facere ut anima ſua videat bonum*, perinde eſt ac dare operam ut bonis, quæ habet, fruatur.

A manu Dei eſſe] Hoc eſt, ut habet C. III, 3. *id ipſum Dei donum eſſe*; quòd, nempe, nullo metu, nullo pravo adfectu, nullo vitio impediatur quominùs, Deo gratiis actis, induſtriæ ſuæ fructibus, ut par eſt, utatur, ut liquet ex verſ. 26. Dei beneficentia multò magis, fateor, intellecta eſt, poſtquàm revelavit immortalitatem animi, & beatitudinem æternam bonorum; ſed antequàm rem tantam aperuiſſet, fidem ejus ab hominibus non exſpectavit; cum *fides ſit ex auditu, auditus verò* ex *verbo Dei*, ut ait Paulus.

25. *Quis enim comedit*] Quis enim majorem dedit operam, ut frueretur paratis? eo tamen modo, quem paullò antea dixi.

Et vivere properavit] מי יחוש mi jahhouſeh, *quis properabit*; quod verti etiam queat: *quis poſſit comedere & properare*; nam ea eſt paſſim vis Futuri. Addidi tamen *vivere*, ut more Latino loquerer, ad ſignificandum quàm primum vita & bonis à Dei benignitate acceptis, ut par eſt, uti. Latinos autem ſic eſſe loquutos intelligere poſſumus ex *Varro* fragmento, in Satira *Væ victis*, apud *Nonium Marcellum* in *pueræ*:

Pre-

III. Viciſſitudo omnium rerum, intellectûs humani in rebus divinis debilitas, judiciorum humanorum corruptio, in externa ſpecie hominum & brutorum ſimilitudo.

1. OMnibus rebus tempus *eſt* adtributum; éſtque tempus idoneum omnibus, quæcumque volueris ſub cœlo. 2. *Eſt* tempus naſcendi & tempus moriendi; tempus — Caput III.

Properate vivere, pueræ,
Quas ſinis ætatula ludere,
Eſſe, amare & Veneris tenere bigas.

Epig. XV. Lib. I. *Martialis*, ad Julium:

Bis jam penè tibi Conſul trigeſimus inſtat,
Et numerat paucos vix tua vita dies.
Non bene diſtuleris, videas quæ poſſe negari,
Et ſolum hoc ducas, quod fuit, eſſe tuum.
Exſpectant curæque, catenatíque labores,
Gaudia non remeant, ſed fugitiva volant.
Hæc utráque manu, complexúque adſere toto,
Sæpe fluent imo ſic quoque lapſa ſinu
Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere: vivam,
Sera nimis vita eſt craſtina, vive hodie.

Idem Lib. II. Epig. 90.

Vivere quòd propero pauper, nec inutilis annis,
Da veniam, properat vivere nemo ſatis.
Differat hoc, patrios optat qui vincere cenſus;
Atriáque immodicis arctat imaginibus

Libro etiam V. Epig. 20. poſtquàm deſcripſit moleſtas occupationes Romanorum, quibus cum ipſe, tum amicus ei cognominis diſtinebatur:

Nunc vivit ſibi neuter; heu! bonóſque
Soles effugere atque abire ſentit,
Qui nobis pereunt & imputantur,
Quiſquam vivere, cùm ſciat, moratur?

Idem loquendi genus in meliorem etiam partem poſſit accipi de homine ex legibus Virtutis vivere properante; ſed hoc nunc non agitur. Salomo enim loquitur de homine facultatibus ſuis frui properante, ad quarum uſum potius reſpicit, quàm ad emendationem morum; quamvis, ut dixi, voluptariam vitam deſignare nolit, cum ſibi ſemper *ſapientiam*, hoc eſt, bonam mentem *conſtitiſſe* teſtetur. LXX. Intt. τὶς πί-εται. *Aquila*: φείσεται. *Symmachus*: ἀναλώσει. Vulgatus: *divitiis affluet*. Quarum Interpretationum, quæ reddi poſſit ratio non adſequor. Sunt qui confugiant ad Linguam Chaldaicam, in qua radix חוש hhouſch, *ſentire* ſignificat, & interpretantur *ſenſibus indulſi*. Sed nihil opus eſt ab uſu Linguæ Hebraïcæ abire.

Plus quàm ego] חוץ ממני bhouts mimmenni. LXX. Intt. πάρεξ αὐτοῦ, pro ἐμοῦ. Vulg. *ut ego*. חוץ *bhouts* exceptionem ſignificat, atque addita præpoſitione מן exceſſum etiam complectitur. Sed Latinè non poteſt aliter exprimi, quàm *plus quàm*. Vide *Chriſt. Noldium* in notis ad Particulas num. 1270.

26. *Qui ei placet*] שטוב לפניו ſchettob lphanau, *qui bonus ante faciem ejus*; qui, nimirum, eſt Dei timens & alios homines inſtar ſui amat. *Hieronymus* ad locum: *pulcrè homini bono Deus dat ſapientiam, & ſcientiam & lætitiam; niſi enim bonus fueris & proprio arbitrio mores ſuos antè correxeris, ſapientiam & ſcientiam & lætitiam non meretur*. Sic & ſibi, cum de Pelagianis non cogitaret, non aliter ac illi loquebatur.

Dat ſapientiam &c.] Facit ut in dies, prout conſtantius Dei amans eſt, meliùs intelligat quid ſit ſui officii, prudentiúſque ſe gerat, unde naſcitur gaudium; hoc eſt adfectus, quo animus ſibi ſuæ ſortis conſcius, in eáque adquieſcens, placidè & conſtanter ſenſu bonorum ſuorum movetur; in qua adfectione animi nihil eſt, quod reprehendatur. Illa demum vituperatur lætitia, quæ geſtiens & nimia eſt, ac definitur à *Cicerone animi elatio, ſine ratione*, Tuſcul. IV. c. 6.

Quod det homini Deo grato] *Bono ante faciem Dei*. Quia ſæpe Divinâ Providentiâ fit, ut bona ab avaro parta & ſtudioſè collecta incidant in manus melioris multò viri. Vide Prov. XIII, 22, 23.

Eſt etiam hæc inanitas] Quòd avari tantum laborem ſuſcipiant, ad parandas opes, quibus uti non audent, & quæ poſt eorum mortem ad eos devolvuntur, qui rectius iis uti norunt.

C O M M E N T A R I U S

In Caput III.

1. *OMnibus rebus tempus eſt adtributum*] לכל זמן lchol zman, *omnibus tempus certum*. LXX. Intt. τοῖς πᾶσι ὁ χρόνος, meliùs fuiſſet καιρὸς, quâ voce certum tempus propriè ſignificatur; ſed habetur in ſequentibus verbis. *Symmachus*: παντὸς ὥρα. זמן eſt καιρὸς, Vide Nehem. II, 6.

Eſtque tempus idoneum] עת heth, quod idem ſignificat. LXX. Intt. hic καιρὸς, rectè.

Quæcumque volueris] לכל חפץ lchol hhephets, *omni voluntati*, hoc eſt, *cuilibet rei*. Vide & verſ. 17. LXX. τῷ παντὶ πράγματι. *Symmachus*: πάσῃ χρείᾳ. Senſum reddiderunt, non verbum. Minus aptè *Hieronymus*: *Et ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa*. Idem ad initium hujus Capitis: *Incertum*, inquit, *& fluctuantem ſtatum conditionis humanæ, in ſuperioribus, docuit; nunc vult illud oſtendere omnia ſibi in mundo eſſe contraria & nihil ſtare perpetuum, eorum dumtaxat, quæ ſub cœlo ſunt & intra tempus*. Rectè.

2. *Plantatum evellendi*] לעקור נטוע laakor natouah. Sic habent omnes Editiones, quas quidem

tempus plantandi & tempus plantatum evellendi; 3. tempus *eſt* occidendi & tempus ſa-
nandi; tempus diruendi & tempus ædificandi; 4. tempus *eſt* flendi & tempus ridendi;
tempus plangendi & tempus ſaltandi; 5. tempus *eſt* disjiciendi lapidis & tempus coacer-
vandi; tempus amplexandi & tempus ab amplexu recedendi: 6. tempus *eſt* quærendi &
tempus perdendi; tempus ſervandi & tempus abjiciendi; 7. tempus *eſt* lacerandi & tem-
pus ſuendi; tempus tacendi & tempus loquendi; 8. tempus eſt amandi & tempus odio
habendi; tempus belli & tempus pacis.
9. Quodnam emolumentum eſt facienti, in eo quod ipſe elaboravit? 10. Vidi occu-
pationem moleſtam, quam dedit Deus filiis hominum, ut eà illos premeret. 11. Omnia
fecit

dem Inſpexi, ſic legerunt etiam omnes Inter-
pretes Quare aliud egebat vir doctiſſimus *Lud.*
Cappellus, cùm in Notis Criticis ſcriberet ad
hunc locum: *Tempus eſt* לַחְקוֹר ſcrutandi id
quod plantatum eſt. *Videtur omnino legendum*
לַעֲקוֹר, *nam* עקר *eſt propriè* eradicare, evellere.
10. *Ut eà illos premeret*] Vide ad Cap. I, 13.
11. *Omnia fecit* &c.] De operibus ſex die-
rum, ſeu creationis, hæc omninò dici viden-
tur.

Ipſum mundum cordi iis eſſe voluit] את העולם
נתן בלבם eth haholam nathan blibbam, *mun-*
dum dedit in corde eorum. In hoc ſolo Scri-
pturæ loco עולם *holam* ſignificat *mundum*, ſeu
cœlum, mare & terram, ut loquuntur Hebræi.
Alibi ſemper ad *tempus*, vel *æternitatem* refer-
tur. Græci Intt. αἰῶνα, hoc eſt, *mundum*, ut
habet *Hieronymus*, quo ſenſu tempore Chriſti
& poſtea in Scriptis Rabbinorum vox fuit uſita-
tiſſima. *Dedit in corde eorum* idem eſſe putavi-
mus, ac *cordi eſſe voluit*; ut, nimirum, dili-
genter & ſeriò eum contemplarentur, ut ex eo
potentiam & bonitatem Dei intelligerent. Mi-
rum eſt *Hieronymum* vertiſſe: *tradidit diſputa-*
tioni eorum, niſi voce לב *leb* intellexerit ratioci-
nationem, quâ de operibus divinis *diſputamus*,
hoc eſt, diſſerimus; aut niſi, pro recentiore
poteſtate verbi *diſputo*, pro eo quod eſt *verbis*
contendo, legerit בריבם bribam, *in contentionem*
eorum.

Nec tamen ut inveniret homo opus &c.] מבלי
אשר לא ימצא האדם *mibbeli aſcher lo jimtſa haa-*
dam. LXX. Intt. ὅπως μὴ εὕρῃ ὁ ἄνθρωπος τὸ ποίη-
μα &c. *Aquila*: ὡς οὐχ εὑρήσει ἄνθρωπος. *Hiero-*
nymus, *ut non inveniat homo opus.* Particulæ
מבלי אשר לא alibi conjunctim non inveniuntur,
ſed מבלי ſola eſt *fine*, *eò quod non*, vel *ita ut*
non, vel *nemo.* Ex ſenſu hujus loci, collati
cum C. VIII, 17. nihil aptius videtur, ſi rem
ipſam quæ agitur probè expendamus, quàm ſi
interpretemur *non tamen ut.* Ac ſanè Deus qui-
dem operibus ſuis hominum ſenſibus & Rationi
objectis, excitavit in iis, qui aliquo modo ſa-
piunt, ingentem ſui & eorum admirationem;
unde nata eſt vehemens cupiditas, in Philoſo-
phorum ingeniis, accuratè cognoſcendi quâ ra-
tione, cur, ſeu quem in finem ſingula ſint fa-
cta. Quæ cupiditas, apud Græcos exardeſce-
re potiſſimùm cœpit, quatenus quidem ex eo-
rum reliquis Hiſtoriis à tempore Thaletis Mi-
leſii, qui primus Phyſicus fuiſſe dicitur DC cir-
citer annis ante Chriſtum natum; nec dubium
eſſe videtur, quin, apud Orientales Populos, ci-
tius exculta ſit Phyſica, ut ex inſigni ejus parte
Aſtronomia liquet; quod oſtendunt obſervatio-
nes Aſtronomicæ Chaldæorum, & peritia etiam
Thaletis à Phœnicibus oriundi, in prædicenda

Eclipſi. Apud Hebræos quidem vulgò non vi-
detur culta Phyſica, quoad quidem è Libris Sa-
cris colligere eſt; ſed Salomonis ſapientia, &
ſciendi inexhauſta cupiditas, nos dubitare non
ſinunt, quin hanc quoque diſciplinam adtige-
rit, atque intellexerit jam eo tempore nonnulla,
nec ea ſpernenda, viris doctis nota fuiſſe, ſed
longè plura ſuperfuiſſe invenienda, quæ nec
umquam inventum iri videbantur.

Opus quod fecit Deus, à capite ad calcem]
מראש ועד סוף meroſch vehad ſoph, *à capite &*
ad finem. Quibus verbis Salomon imperfectio-
nem cognitionum phyſicarum ſatis apertè oſten-
dit, ſed apertiùs Cap. VIII, 17. Summo jure
queſtum virum ſapientem de imperfectione e-
juſmodi diſciplinarum, oſtendit earum hodier-
nus ſtatus. Poſt innumera, quæ præterita ſæ-
cula, præſertim antiquiora, fugerant, feliciter
inventa; doctiſſimi viri fatentur, pro ingenuita-
te, quæ Philoſophos decet, prima rerum prin-
cipia nobis eſſe prorſus ignota, nec ſpem ullam
eſſe, poſt trium fortè millium annorum labo-
res, ſatis accuratè cognoſcendi vel minimum
opus Dei, ita ut omnium ejus proprietatum
certæ rationes reddantur. Quo ulteriùs pro-
greſſi ſumus, quàm Veteres, eò latiorem cam-
pum rerum penitus ignotarum ſupereſſe novi-
mus; nec pars exigua noſtræ ſapientiæ in igno-
rantiæ noſtræ cognitione ſita eſt.

Itaque quamvis gratiſſimum ſit quod in Ope-
ribus Divinis novimus, patefaciátque nobis ſa-
pientiam, potentiam & bonitatem ſummi Arti-
ficis; tamen inextincta ſciendi ſitis, quâ ho-
mines tenentur, facit ut plura ſemper quærant,
néve umquam in notis adquieſcant, obſtat. Hæc
certè eſt *occupatio* moleſta, *quam dedit Deus*
filiis hominum, *ut ea illos premeret.*

12. *Novi nihil eſſe boni* &c.] Vide ad Cap.
II, 24.

Bene ſe gerant] לעשות טוב *lehaſchoth tob*, fa-
ciat bonum; hoc eſt, vivat, ut virum bonum
decet.

13. *Bene ſe habeat*] *Videat bonum*; hoc eſt
bene & beatè vivat, dum fructibus induſtriæ
ſuæ tranquillè fruitur. Antea etiam hæc inter-
pretati ſumus.

Donum Dei eſt] Qui aut indolem tranquilli-
orem & hilariorem nonnullis dat, aut etiam
morbos & calamitates ab iis avertit; quæ ejuſ-
modi eſſe poſſunt, ut hilaritatem omnem ex-
ſtinguant.

14. *Quidquid Deus fecit*] Naturam, nempe,
rerum, ſeu, ut clarius loquar, corpora omnia,
ad eorum ſubſtantiam quod adtinet, quæ non
perit, licet forma mutetur. *Omnia mutantur*,
nihil interit, ut ait Pythagoras, apud *Ovidium*
Metam. Lib. XVI.

Quod

Digitized by Google

fecit pulcra, *& quidem* in tempore ſuo. Quin etiam ipſum mundum cordi iis eſſe voluit,
nec tamen ut inveniret homo opus, quod fecit Deus, à capite ad calcem. 12. Novi nihil
eſſe boni in hominibus, niſi ut lætentur & bene ſe gerant, tempore vitæ ſuæ. 13. Imò ut
quivis homo comedat, bibat & bene ſe habeat, in omni labore ſuo, id ipſum donum Dei eſt.
14. Scio quidquid Deus facit, id fore in perpetuum, nec quidquam eſſe, quod ei adda-
tur, aut detrahatur; quod Deus fecit, ut eum *homines* timeant. 15. Quidnam fuit? nunc
eſt; & quidnam futurum eſt? jam fuit, Deúſque, quod *jam* depulſum eſt, requirit.
16. Vidi adhuc ſub ſole locum *ubi* jus *eſſe debuit*, ubi erat iniquitas, & locum *ubi* ju-
ſtitiam *eſſe par fuit*, ubi erat improbitas. 17. Dixi ego apud me fore ut Deus de inno-
cente

Quod ei addatur &c.] Neque addendo perfici, neque detrahendo emendari poteſt. Omnia enim quæ à Deo ſunt facta, opera, nempe, ſex dierum, ſunt *bona*; hoc eſt, proprietatibus omnibus neceſſariis prædita, ut ei inſerviant fini, propter quem à Deo ſunt creata; qualia *perfecta*, in ſuo genere, dicuntur, ut neque quidquam in iis abundet, neque deſit. Talia autem opera ſunt aut perpetua, quòd eadem, ſine magna mutatione, per multa ſæcula perdurent, ut cœlum, ſidera, tam inerrantia, quàm erratica; aut certè quòd rerum ſpecies propagatione in perpetuum ſerventur, ut Animalia & Plantæ; quorum nulla nova ſpecies incipit, neque ulla ex iis quæ fuerunt intercidit. In omnibus illis novimus tantùm τὰ φαινόμενα, ſed internas cauſas, prorſus ignoramus.

Ut eum homines timeant] שיראו מלפניו ſchejireou millephanau, *ut timeant ab ejus vultu*; nimirum, homines, qui ex Dei operibus potentiam ejus, ſapientiam & bonitatem facilè colligere poſſunt; quod Ethnici ſine revelatione ulla divina fecerunt. Videre hoc licet in Socrate & Socraticis, iiſque qui ex illo ſanioris Philoſophiæ fonte hauſerunt.

15. *Quidnam fuit? nunc eſt* &c.] מה שהיה כבר הוא mah ſchehajah chbar hou, *quid eſt quod fuit? Jam id*, ſeu *eſt*. LXX. fun. τὸ γενόμενον ἤδη ἐστί. Meliùs quàm *Hieronymus*: *quod factum eſt jam permanet*. Sententia eſt, non ſemper eſſe eadem; ſed naturæ ſtatis viciſſitudinibus, idem ſpectaculum hominum oculis objici, ita ut id, quod nunc eſt, antea etiam fuerit, nec quidquam ſit futurum, quod non viderimus. In Commentario *Hieronymi* ſic locus vertitur: *Quid eſt quod fuit? id ipſum quod eſt; & quæ futura ſunt? jam fuerunt*. Quæ tranſlatio meliùs congruit Hebraïcis verbis, quàm Græcis, modò repetatur interrogationis particula, ante ſecundum membrum.

Et quidnam futurum eſt?] ואשר להיות *vaaſcher libjoth* Repeto ab antecedente membro מה *quidnam*, quaſi eſſet ומה אשר להיות *& quid eſt, quod erit?* ut antea מה שהיה, *quid eſt, quod fuit?* Fateor מה, ſequente אשר aut ש, eſſe, in hoc ipſo libro relativum ſine interrogatione; ſed nihil obſtat, quin etiam, ex analogia vulgari Linguæ, hîc interrogationi præmittatur, quæ hîc viſa eſt elegantior. להיות *libjoth*, εἰς τὸ ὑπάρχον ſignificat hîc futurum. Gallicè dixeris: *ce qui eſt à être*. Hæc vis eſt particulæ ל, ante Infinitivum. Vide *Chr. Noldium*. Optimè totum hunc locum interpretatus eſt *Hieronymus* in Commentario, ut mox dicemus.

Quod jam depulſum eſt, requirit] יבקש את נרדף jebakkeſch eth nirdaph, *quærit pulſum*; Hîc participium *Niphal*, ut paſſim, idem ſignificat, ac in *Pubal*, רֻדַּף Eſai. XVII, 13. ubi dicitur de *gluma vento pulſa*. Eſt ergo quod, viciſſitudine conſuetâ, loco pulſum erat à ſequente à Deo revocatur. Quod ſic interpretatur *Hieronymus*: *Vel præterita, vel præſentia, vel futura; ipſa & fuerunt & ſunt & erunt, quæ cernimus. Sol, qui nunc oritur &, antequàm eſſemus nos in mundo, fuit; & poſtquàm mortui fuerimus, oriturus eſt. Solem autem nominavimus, ut ex hoc intelligamus & cetera eſſe eadem, quæ fuerunt. Quòd ſi videantur, per conditionem mortis, perire, non pereunt; quia rurſum rediviva ſuccreſcunt, & nihil in perpetuum interit, ſed renaſcitur, & quaſi cum quodam fœnore reviviſcit. Hoc eſt enim quod ait:* Et Deus quæret eum, qui perſequutionem patitur; *quod meliùs Græcè dicitur*: καὶ ὁ θεὸς ζητήσει τὸν διωκόμενον, *id eſt, quod præterit, quod expulſum eſt, quod eſſe ceſſavit*. Poſtea memorat eorum ſententiam, qui putant agi de *perſequutionibus* piorum. Sed ſeries loci eam interpretationem confutat & adlatam confirmat. Sic ſpecies animalium & plantarum, quamvis ſingulæ plantæ pereant, ſingulàque animalia, conſervantur tamen; quia Divinâ Providentiâ fit, ut mortuis atque *expulſis* alia ſuccedant, nec umquam univerſa ſpecies intercidat. Idem dicere queas de corporibus cœleſtibus, quæ poſtquàm occiderunt, iterum oriuntur; de viciſſitudinibus tempeſtatum, déque aquis fontium & fluviorum, quæ mari receptæ iterum in auras evehuntur, & aquas fontibus ſuppeditant rurſus in mare defluxuras. Itaque מבקש *requirit*, perinde eſt ac revocat. *Symmachus* habebat: ὁ δὲ θεὸς ἐπιζητήσει ὑπὲρ τῶν διωκομένων, ubi διωκόμενοι ſunt *expulſi*, aut *expulſa*. Clariùs Vulgatus: *inſtaurat quod abiit*.

16. *Locum ubi jus eſſe debuit*] מקום המשפט mkom hammiſchphat, *locum juris*, aut *judicii* δικαστήριον; ſed *jus* maluimus, quod τῷ משפט opponatur הרשע hareſchah, *improbitas*.

Ubi juſtitiam eſſe par fuit] *Juſtitiæ* הצדק *hattſedek*. *Aquila*: τόπος δικαιοσύνης, & Vulgatus: *in loco juſtitiæ*. At LXX. verterunt: τόπον τοῦ δικαίου, quaſi legiſſent צדיק tſaddik, *juſti*, quod elegantius eſt, ſi modò הרשע vertas *iniquitatem*, non verò ἀσεβῆ, ut habent.

Improbitas] הרשע *haraſchah*, quod poteſt æquè verti *improbus*, qui meliùs opponitur *juſto*. Sed nihil mutavimus, quamvis ſequentia verba rem confirment.

17. *Apud me*] *In corde meo*; id eſt, apud animum meum reputavi.

Fore ut Deus &c.] *Nocentem & innocentem judicabit Deus*, את הצדיק ואת הרשע, unde credibile fit hæc verba præceſſiſſe. Sunt hæc de abſolutione innocentis & damnatione nocentis,

 in

cente & reo judicium ferat; quia tempus eſt omnibus, quæ voluerit, & ad omnia, quæ illic fiunt.

18. Reputavi apud animum meum, de filiis hominum, ut eos purget *facturum hoc* Deum, útque videant ſe ſibi ipſos eſſe pecudes. 19. *Qualis* enim exitus filiorum hominum, *talis* exitus pecudum, exitus eorum eſt unus; ut moritur hic, ita moritur illa; ſpiritus unus omnibus eſt, præſtantia hominis, præ pecude nulla, nam omnes ſunt inanitas.

In hac vita, altero quidem ſervato, altero verò punito, intelligenda; nondum enim iis temporibus notum erat extremum illud judicium, quod in Evangelio demum revelatum. Alioqui rem tam utilem, aut potiùs tam neceſſariam, tam ambiguè non expreſſiſſet Salomo, neque tam leviter adtigiſſet, neque de immortalitate animi dubitaſſe ſe oſtendiſſet.

Omnibus quæ voluerit] לכל חפץ *lchol hhephets*, ut verſ. 1. Tertiâ perſonâ hîc uſi ſumus, quia res refertur ad Deum; at verſ. 1. *volueris* vertimus, quia ad hominem reſpicere Salomo videtur, cùm agat in ſequentibus de hominum actionibus.

Ad omnia, quæ illic fiunt] *Ad omne opus illic*; hoc eſt, quod fit ubi jus dicitur, ἐν δικαστηρίοις.

18. *Reputavi*] *Dixi in corde meo*, ut verſ. 17.

De filiis hominum] על דברת בני האדם *hal dibrath bne haadam*.

Ut eos purget facturum hoc Deum] לברם האלהים *lbaram haelohim*. Eſt ellipticum loquendi genus, quod integrum eſſet: לברם יעשה את אלהים *libram jahaſcheh zoth elohim*; hoc eſt, Deus cùm de malis judicium feret, iis genus humanum purgabit. LXX. Intt. ὅτι διακρινεῖ αὐτοὺς ὁ Θεός. Alius, cujus nomen non profertur: τοῦ ἐλέγξαι αὐτοὺς ὁ Θεός. Vulgatus: *ut probaret eos Deus. Hieronymus* in Commentario habet: *ut eligeret*. Eos ſequuti ſumus, qui vocem derivant à ברר *barar*, purgavit, ſeparavit, ut fit cum à bono ſemine malum ſeparatur. De formatione hujus Infinitivi, vide *Joan. Buxtorfium* ad Infinitivum *Kal* verbi סבב, in Theſ. Grammatico. Eodem hoc ſignificatu ſumitur verbum ברר Ezech. XX, 38.

Utque videant ſe ſibi ipſos eſſe pecudes] שהם בהמה המה להם ſchehem behemah hemmah lahem, *quòd illi pecus ipſi ſibi*. LXX. Intt. τοῦ δεῖξαι ὅτι αὐτοὶ κτήνη εἰσί. Vulgatus: *& oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis*. Potius *ut viderent*, nam eſt לראות *liroth*, niſi legamus לְרָאוֹת ut fit in *Pihel*, aut לְהֵרָאוֹת, in *Hiphil*. Senſus eſt eos ſe geſſiſſe inſtar pecudum, quæ ſine lege vivunt, & perituros inſtar pecudum.

19. *Qualis enim exitus* &c.] *Nam caſus* (מקרה) *filiorum hominum, & caſus pecudis & caſus unus iis*.

Ut moritur hic &c.] *Ut mori hujus, ita mori illius*. Infinitivus nominis loco.

Spiritus unus omnibus eſt] Hæc ſi intelligantur de vita animali hominibus & brutis communi, vera ſunt, omnes enim pariter moriuntur. Atque hoc voluiſſe videtur Salomo, non æquare pecudes hominibus intellectu & ſapientiâ, ſeu utriſque tribuere parem intellectum, ac mentem. Vir tam ſapiens non potuit ſe ad brutorum conditionem deprimere, aut bruta ad conditionem hominum evehere. Ac ſanà רוח *ſpiritus* non rarò vitam ſignificat. Vide ad Gen. VI, 3. LXX. Intt. verterunt: πνεῦμα ἕν, *Symmachus* verò: ἀναπνοὴ ὁμοία, quem ſequutus Vulgatus, his verbis: *& ſimiliter ſpirant*.

Præſtantia hominis præ pecude nulla] מותר האדם מן הבהמה אין *mothar haadam min habbehemah ajin*. LXX. Intt. τί ἐπερίσσευσεν ὁ ἄνθρωπος παρὰ τὸ κτῆνος; οὐδέν. *Symmachus*: τί πλέον ἄνθρωπος κτήνους; *Theodotion*: τίς περισσεία τοῦ ἀνθρώπου. Nulla eſt, in Hebraïcis verbis, interrogationis nota, unde Vulgatus: *& nihil habet homo jumento ampliùs*. Intelligenda hæc ſunt, ad mortalitatem quod adtinet, ut antecedentia & ſequentia ſatis oſtendunt; non ad omnia, quaſi non multùm Homines à Brutis differrent.

20 *Omnes in unum locum eunt*] In pulverem, nempe, ut poſtea dicit; quod tamen non adfirmat Salomo, niſi de corpore, ut ex ſequenti verſu adparet.

21. *Quis ſcit an ſpiritus* &c.] מי יודע רוח בני האדם העלה היא למעלה mi jodeah rouahh bne haadam hahole hi lmahelah, *quis novit ſpiritum filiorum hominis an adſcendens ille ſurſum*. ה in העלה volunt eſſe articulum ὁ, quia ſequitur *Daguesch*, ut ſolet, quod non ſequitur ה interrogantem particulam. Sed non quærit Salomo, *quis ſit ille hominis ſpiritus qui adſcendit; quiſve brutorum ſpiritus qui deſcendit*; ſed an ſit inter eos hoc diſcrimen ut prior *adſcendat*, poſterior verò *deſcendat*. Sic LXX. Intt. τίς εἶδε τὸ πνεῦμα υἱῶν τοῦ ἀνθρώπου, εἰ ἀναβαίνει αὐτὸ εἰς ἄνω; & Vulgatus: *quis novit ſi ſpiritus filiorum Adam adſcendat ſurſùm?* Videtur porrò hic רוח non eſſe *vita*; ut in ſuperioribus verbis; ſed principium illud vitæ, quod ineſt hominibus & brutis, quo fit ut intelligant, & ſentiant; aut potiùs, quod intelligit & ſentit; nam antea vitam utrorumque eodem modo evaneſcere dixit. De his quidem non eſt cur dubitemus, nam una eademque vox non raro, in una eademque ratiocinatione plura ſignificat, ut oſtendimus *Artis Criticæ* P. 2. Sect. I. C. VI, 13. & ſeqq. Sed quæritur quid ſit *adſcendere*, & *deſcendere*, hoc in loco; quod intelligi poſſet, ſi ſciremus, an Salomo Mentem Humanam omni prorſus corpore deſtitutam crediderit, aut contrà; quidve ſenſerit de Anima Brutorum. Si Mentem meram Subſtantiam intelligentem putavit, adſcenſus ille erit tralaticius, intelligendúſque de conjunctione Mentis, cum rebus ſuperioribus; & præſertim cum Deo & Angelis, quorum ſedes eſt cœlum. Si non deſtitui corpore, de adſcenſu propriè dicto in cœlum poſſet res capi. Verum hîc iterum quæretur, utrum crediderit omnium hominum Mentes ad ſuperiora ferri, quocumque modo tranſlatio illa intelligatur, ſive mali illi fuerint, ſive boni; nam ſi de omnibus hominibus loqui videatur, tum animorum ſortem duplicem planè ignoraverit, ſine cujus cognitione, non tanti momenti eſt immortalitatem animi admittere. Quæſtionibus autem hiſce reſpondebunt me acutiores, quibus

facilè

inanitas. 20. Omnes in unum locum eunt, omnes fuerunt è pulvere, & omnes in pulverem redeunt. 21. Quis ſcit an ſpiritus filiorum hominum ſurſum adſcendet, ánvè ſpiritus brutorum deorſum deſcendet in terram? 22. Vidi nihil eſſe bonum, niſi ut lætetur homo in iis quæ facit, hæc eſt ejus portio. Quis illum *eò* adducet, ut videat quid poſt ſe futurum ſit.

IV. Salomon

facilè accedam, ſi quod ſentient probabunt, verbis ipſis Scripturæ, è canonibus Grammaticis & Criticis intellectis; nec temerè ſtatuant Salomonem id credidiſſe, quod hodie à Philoſophis & Theologis creditur. Aliquid tamen hac de re, iterum ad Cap. XII, 7. Quærendum etiam eſſet, an in Brutis Animam tantùm merè corpoream, ut nonnulli ſtatuunt, exiſtimarit; an rem intelligentem, aliquomodo certè, & ſentientem eſſe perſuaſum ei fuerit, ut toti humano generi. Si poſterius videatur veriſimilius, ut eſt reverâ, quî ejuſmodi naturam *deſcendere* in pulverem, non adſcendere ad ſuperiora poſſe intellexerit.

Sed quidquid de tam multiplicibus quæſtionibus ſenſerit, videmus eum dubitaſſe de ſorte Animorum Humanorum; nec ſciviſſe, an eadem eſſet, ac Animarum Brutarum. Interim hæc ejus dubitatio videtur innuere quoſdam ſaltem Orientis Sapientes cœpiſſe docere immortalitatem, dum alii eam negarent; plerumque enim, poſt opiniones demum exortas, naſcuntur de iis dubitationes. *Herodotus* vult primos Ægyptios immortalitatem animorum docuiſſe, Lib. II. C. 123. *πρῶτοι τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοί εἰσι εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι. Ægyptii primi fuerunt, qui dicerent animam hominis eſſe immortalem.* Horum & aliorum ſententias, hac de re, pluribus expoſuit vir doctiſſimus *Joan. Marshamus*, ad Ægyptiacum Sæculum XI. ipſis Veterum verbis. Si tempore Salomonis rem adfirmarent, apud Hebræos, tamen esplorata non habebatur; dubitanter enim de eo loquutus non eſſet. Sed cùm nulla ſat clara exſtaret, hac de re, revelatio divina, mirum non eſt populum ex ea ſola pendentem nihil adfirmaſſe, in hoc negotio.

Hieronymus elegante Paraphraſi hunc locum espreſſit, quam hic ſubjeci: *Non mirandum eſt, in præſenti vita, inter juſtum & impium nullam eſſe diſtantiam, nec aliquid valere virtutes, ſed incerto eventu omnia volutari; cùm etiam, inter pecudes & homines, ſecundùm corporis vilitatem nihil differre videatur; & ſit eadem naſcendi conditio, ſors una moriendi, ſimiliter procedimus ad lucem, æquè diſſolvamur in pulverem. Si autem videtur hæc eſſe diſtantia, quòd ſpiritus hominis adſcendat in cœlum & ſpiritus pecoris deſcendat in terram; quo iſtud certo auctore cognovimus? Quis poteſt noſſe utrum verum, an falſum ſit, quod ſperatur? Hoc autem dicit quòd animam putet perire cum corpore, vel unum beſtiis & homini præparari locum; ſed quòd, ante adventum Chriſti, omnia ad inferos pariter ducerentur.* Poſtremum hoc ſi verum ſtatueretur, à Salomone ſciri non potuit, cùm nuſquam ſit in Vetere Teſtamento revelatum. Res tanti momenti eum non fugiſſet, nec eam inculcare omiſiſſet. Sed præterea opinio hæc, licèt à pleriſque Veterum vera habita fuerit, planè eſt falſa; cùm nitatur tantùm prava interpretatione, quâ שאול *ſchol* putabatur eſſe ᾅδης Græcorum, aut *Inferi* Latinorum, & quidem deteriore ſenſu, pro loco tenebricoſo; cum vox nihil ſignificet, apud antiquiſſimos Scriptores, præter *ſepulcrum*, aut *mortem*, aut *ſtatum mortuorum*, quicumque eſſet. Liquebit hoc è locis ab *Hieronymo* in eam rem, ſequentibus verbis, adlatis. *Unde*, inquit, *& Jacob* ad inferos *deſcenſurum ſe dicit.* Gen. XXXVII, 35. & XLIV, 29. Utrobique eſt שאלה *ſchəlah*, quod *in mortem*, aut *ſepulcrum* ſignificat. Vide not. ad ea loca. *Et Job pios & impios in inferno queritur retentari.* (Cap. VII, 9. XVII, 12. ubi eſt שאול pro *morte*, aut *ſepulcro*.) *Et Evangelium Chaos magnum interpoſitum apud inferos & Abraham cum Lazaro & divitem in ſuppliciis eſſe teſtatur.* Luc. XVI, 23. Sed è Parabola nihil colligi poteſt; alioqui ſtatuendum etiam eſſet animis poſt mortem eſſe corpora, colloquique mortuos, beatos & damnatos, inter ſe. Legit præterea *Hieronymus* in loco Lucæ: ἐτάφη ἐν τῷ ᾅδῃ cùm verterit: *ſepultus eſt in inferno.* Sepeliuntúrne ergo omnes homines *in inferno*, hoc eſt, in loco pœnarum? Nemo dixerit. Sed in aliis Codd. eſt punctum poſt ἐτάφη. Tum ſequitur: Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, hoc eſt, *& in morte*, vel *in ſtatu mortis*, quo, ad captum plebis, ſtatuuntur mortui in certo quodam loco eſſe, & colloquia ſervatos inter & damnatos haberi poſſe. Tandem ita *Hieronymus*: *Et reverà antequàm flammeam illam rotam & igneam romphæam & Paradiſi fores Chriſtus, cum latrone, reſeraret, clauſa erant cœleſtia & ſpiritum pecoris hominiſque æqualis vilitas coarctabat; & licet aliud videretur diſſolvi aliud reſervari, tamen non multùm intereat perire cum corpore, vel inferni tenebris detineri.* Longè inter hæc intereſſe liquidum eſt, nam *diſſolvi* & *ſupereſſe*, non ſine ſpe melioris ſortis, ſunt diverſiſſima. Sed hæc ſunt mera commenta, ex opinione de deſcenſu Chriſti in tenebroſa illa loca, non aliunde nata, ut dixi, quàm ex prava interpretatione vocis ᾅδης.

22. *Lætetur homo*] Vide ad Cap. II, 24.

Eò adducet ut videat &c.] יביאנו לראות *jebienu liroth.* Eſt verbo tenus: *in locum ducet, ubi videat quæ futura ſit ſors tua poſt mortem?*

IV. *Salomon in oppreſſores, in invidos, in avaros & inſipientes Reges invehitur.*

CAPUT IV. 1. VERTI me ego *ad alia*, & vidi omnes oppreſſiones, quæ fiunt ſub Sole; en verò lacrimas oppreſſorum, nec ullus eis eſt conſolator; manu eorum, qui eos opprimunt, vis *hominibus* infertur, nec quiſquam eſt, qui eos ſoletur. 2. Præfero ego mortuos, qui jam mortui ſunt, vivis, qui etiamnum vivunt; 3. ſed ambobus melior eſt, qui nondum fuit, neque enim vidit malè facta, quæ fiunt ſub Sole.

4. Vidi etiam ego omnem laborem & opera omnia recta eſſe invidiæ unicuique, à proximo ſuo; hoc quoque eſt inanitas & animi moleſtia. 5. Stultus complicat manus ſuas,

COMMENTARIUS

In CAPUT IV.

1. V*Erti me*] ושבתי veſchabthi, *& redii.* LXX. Intt. ἐπέστρεψα ἐγὼ, Vulgatus rectè: *verti me ad alia.* Poſſis tamen vertere etiam: *iterum vidi*, nam *reverti & videre* perinde eſt apud Hebræos, ac *rurſus videre.* Vide Gen. XXVI, 28. Sed ſenſum ſatis expreſſimus.

Omnes oppreſſiones] את כל העשקים *eth chol bahaſchukim.* Non eſt עשקים *participium Pahul*, quod ſignificet *oppreſſos*, ſed nomen ſubſtantivum quod *oppreſſiones* ſignificat, ut oſtendit ſubjunctum participium. LXX. Intt. σὺν πάσας τὰς συκοφαντίας, in Codd. Alexandrino, quod non debet mutari in συμπάσας, ut legi volunt in Cod. Romano, nam τὸ σὺν eſt verſio voculæ את, quæ cùm ſit nota accuſativi, ſignificat etiam *cum*; qua de cauſa *Aquila* in verſione κατ' ἀκρίβειαν verterat eam abſurdè σὺν, cum verti non deberet, quippe cujus vis exprimi non poterat, nec debebat niſi accuſativo caſu Græcorum, ut teſtatur *Hieronymus*, in Epiſtola ad *Pammachium.* Sic verſ. 2. σὺν τοὺς τεθνηκότας, verſ. 3. σὺν πᾶν τὸ ποίημα, verſ. 4 σὺν πάντα τὸν μόχθον & σὺν πᾶσαν ἀνδρείαν, & ſimilia. Unde mihi fit credibile Græcam Verſionem hujus libri miſtam eſſe partim ex antiquiore, quæ LXX. Intt. dici ſolet, partim ex *Aquilæ* tranſlatione. Ac ſanè multò eſt adcuratior & melior hujus libri Græca Verſio, quam Proverbiorum. Pro עשקים habebat hîc *Symmachus:* συκοφαντουμένους, minus commodè. Melius LXX, ut dixi, συκοφαντίας, & Vulgatus: *calumnias*; ſed tamen quævis juſtitiæ & innocentiæ oppreſſiones, ſive *calumnia* admiſceatur, ſive minus, ea voce ſignificantur.

2. *Præfero ego mortuos*] *Laudavi ego mortuos* —— *præ vivis* &c. Hæc non ſunt hominis immortalitatem animi, præmiáque & pœnas alterius vitæ credentis; mali enim mortui non ſunt feliciores vivis malis, qui pœnitentiâ pravos mores emendare poſſunt & pœnas fugere, ac multò minùs bonis; nec iis, qui nondum nati ſunt, quique nihil ſperare poſſunt. Similia etiam, apud Ethnicos, qui dubiè admodum de altera vita loquebantur, exſtant. Eò pertinet hiſtoria Cleobis & Bitonis, quam habet *Herodotus* Lib. I. c. 31. & quam tangit *Æſchines* Dial. de Morte §. X. in noſtra Editione. Eodem ſpectat quod idem narrat de Trophonio & Agamede. Quatuor enim hiſce viris Numen conceſſit mortem, quaſi rem omnium maximè optandam & vitæ præferendam. Ex uno *Cicerone*, brevitatis causâ, rem narrabo, è Tuſcul. Diſp. L. I. c. 47. *Argiæ Sacerdotis Cleobis & Biton filii prædicantur; nota fabula eſt; cùm enim illam, ad ſollemne & ſtatum ſacrificium, curru vehi jus eſſet, ſatis longè ab oppido ad fanum &c. cùm currus eſſet ductus à filiis, precata à Deo dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quàm maximum homini dari poſſet. à Deo, poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe, mane inventos eſſe mortuos.* Διέδεξέ τε, ait *Herodotus*, ἐν τούτοισι ὁ Θεὸς, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζώειν. *Simili precatione*, ait *Cicero*, in proximè ſequentibus verbis, *Trophonius & Agamedes uſi dicuntur, qui cùm Apollini Delphis Templum exædificaſſent, venerantes Deum petierunt mercedem, non parvam quidem, operis & laboris ſui, nihil certi, ſed quod eſſet optimum homini; quibus Apollo ſe id daturum oſtendit, poſt ejus diei tertium, qui ut illuxit, mortui ſunt reperti.*

3. *Sed ambobus melior eſt* &c.] Sic *Theognis* verſ. 426. Sententiarum:

> Πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
> Μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου,
> Φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι,
> Καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον.

Omnium quidem optimum eſt hominibus non naſci, neque videre radios urentis Solis; natum verò quàm citiſſime portas Inferorum intrare, & jacere multâ humo obrutum. Audiamus & *Ciceronem* eadem de re ibid. c. 48. *Adfertur etiam de Sileno fabella quædam, qui cùm à Mida captus eſſet, hoc ei muneris, pro ſua miſſione, dediſſe ſcribitur:* non naſci homini longè optimum eſſe, proximum autem quàm primum mori. *Quæ eſt ſententia in Creſphonte uſus Euripides:*

> *Nam nos decebat cœtus celebrantes domum*
> *Lugere, ubi eſſet aliquis in lucem editus,*
> *Humanæ vitæ varia reputantes mala;*
> *At qui labores morte finiſſet graves,*
> *Hunc omnes amicos laude & lætitiâ exſequi.*

Hæc ſunt ipſa *Euripidis* verba:

> Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους,
> Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά.

Τὸν

ſuas & carnem *ipſe* ſuam comedit. 6. Potior eſt vola plena *cum* requie, quam pugni referti cum labore & animi moleſtia.

7. Verti me ego *ad alia*, & vidi inanitatem ſub Sole. 8. Eſt unus, neque alter; nullus etiam eſt ei filius, nec frater; nullus tamen eſt finis ejus labori, quin etiam oculus ejus non ſatiatur opulentia. Cui verò ego laborarem, méque bono deſtituerem? Hoc quoque eſt inanitas & prava occupatio. 9. Potiores ſunt duo, quàm unus, quia eis eſt laboris ſui grata merces. 10. Si enim alteruter ceciderit, eriget *alter* ſocium ſuum; at væ ei, qui ceciderit, & cui alter non eſt, qui eum erigat! 11. Si duo *unà* cubent, erit eis calor *à ſocio*; at uni quomodo calor erit? 12. Si *uno* unus ſuperior fuerit, at duo contra eum ſtabunt, nec funiculus triplex citò frangetur.

13. Potior eſt adoleſcens pauper & ſapiens Rege ſene & ſtulto, qui non ampliùs patitur

Τὸν δ' εὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον,
Χαίροντας, εὐφημοῦντας, ἐκπέμπειν δόμων.

Hiſtoriam de Mida & Sileno habemus etiam, apud *Plutarchum*, in Conſol. ad Apollonium p. 115. ex *Ariſtotele* in Eudemo, vel de Anima. Talia fuere hominum, ſi modò ſecum ipſi conſentiebant, animos poſt hanc mortalem vitam ſupereſſe, & felices eſſe, ſi rectè vixerint in terris, ignorantium.

4. *Opera omnia recta*] את כל כשרון מעשה *eth chol chiſchron mahaſcheh*, omnem rectitudinem operis. LXX. lutt. aut *Aquila*: σὺν πᾶσαν ἀνδρείαν τοῦ ποιήματος. *Symmachus*: συμπάσας γοργότητα. *Hieronymus*: *induſtrias*. Sunt unâ voce Græca κατορθώματα, recta & egregia facta.

Eſſe invidiæ unicuique] כי קנאת איש מרעהו chi kinath iſch merehehou, *invidiam viri eſſe à proximo ejus*; hoc eſt, invidiam aliorum excitare.

Inanitas] Hoc eſt, bene mereri de hominibus ingratis eſt inanis labor, cùm invideant egregiis facinoribus, & malè velint iis, à quibus ſunt edita. Δῆμος γὰρ, ut ait Axiochus apud *Æſchinem*, ἀχάριστον, ἀψίκορον, ὠμὸν, βάσκανον, ἀπαίδευτον. Dialogi de morte § 13.

5. *Complicat manus ſuas*] חבק את ידיו *hhobek eth jadau*; hoc eſt, otioſè vivit. Vide Prov. VI, 10. XXIV, 33.

Carnem ipſe ſuam comedit] Hoc eſt, contabeſcit invidiâ & ægritudine animi, cùm videt alios, qui induſtrii fuerunt, lautiùs vivere. Sic dixit *Homerus* Bellerophontem *cor ſuum ediſſe*, præ triſtitia, Iliad. Z, 202.

Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν
Ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Sed cùm etiam ille inviſus factus eſt omnibus Diis, ſanè is per campum Aleium ſolus errabat, ſuum animum exedens, veſtigia hominum vitans.

6. *Vola plena cum requie*] מלא כף נחת mlo chaph nachath, *plenitudo volæ* (cum) *requie*. Supplendum enim עם him, *cum* vel ב *in*. Significantur exiguæ copiæ, cum animi tranquillitate conjunctæ LXX. ἀγαθὸν πλήρωμα δρακὸς ἀναπαύσεως, *Symmachus* addit μετὰ, & Vulgatus habet: *cùm requie*. *Vola* autem eſt una manus.

Quam pugni referti] ממלא חפנים *mimmelo hhophnajim*, quàm plenitudo amborum pugnorum; hoc eſt, quàm plenæ ambæ manus, vel majores copiæ. *Symmachus*: πληρώματα ἀμφοτέρων χειρῶν. Vulgatus: *quàm plena utraque manus*. LXX. δύο δρακῶν.

Animi moleſtia] רעות רוח *rahouth rouahh*, ut alibi ſæpiùs. *Symmachus* rectè: κακώσεως πνεύματος. Hîc quoque ſupplendum עם vel ב ante עמל *labor*.

7. *Verti me* &c.] Vide ad verſ. 1.

8. *Oculus ejus non ſatiatur*] Oculis enim ſubit cupiditas. Cùm videmus aliis eſſe id quo caremus, habendi libido animum noſtrum invadit.

Cui vero ego laborarem] Si eſſem ſolus, ſine filio, & fratre.

Méque bono deſtituerem] מחסר נפשי מטובה mhhaſſor napſchi mittobah, *privans animam bono*.

9. *Laboris ſui grata merces*] *Merces bona in laborare eorum*. Poſſunt frui induſtria ſua, dum alter alterum juvat, ſi quid incommodi contigerit, ut eſt in ſequentibus verbis.

10. *Alteruter ceciderit*] יפלו jippelou, *ceciderint*; ceſpitarint: nempe, hic, aut ille, in re quapiam, vel aliquid incommodi paſſi ſint.

Væ ei] ואילו *veilo*. Meliùs fortè ſcribatur ſejunctim ואי לו *vei lo*, pro ואוי veoï, *& væ*, אי hoc eodem ſenſu occurrit Cap. X, 16. Rectáne ſit lectio, an verò אוי *oi* ſit legendum in medio relinquo. LXX. lutt. καὶ αὐτῷ, Vulgatus: *væ ſoli*.

11. *Si duo*] Idem aliis verbis.

12. *Si uno unus ſuperior fuerit*] אם יתקפו האחד *im jithkepho haebhad*. Oporteret יתקפנו *jithkephenno*, ſed etiam hoc modo adfixum tertiæ perſonæ alibi exprimitur. Vide Pſ. XXXV, 8. Hoſ. VIII, 3. & alibi. Hæc iterum ad neceſſitatem ſocietatis inter homines ineundæ faciunt; cùm ſinguli ſeorſim ſibi cavere nequeant. Hinc familiæ, hinc urbes, hinc Reipublicæ formatæ. *Symmachus*: ὑπερισχύσῃ τις ἑνὸς, & Vulgatus: *quiſpiam prævaluerit contra unum*.

Funiculus triplex] החוט משלש hahhout miſchullaſch, *funiculus triplicatus*; hoc eſt, triplice filo conſtans. Tres difficiliùs vincuntur, quàm duo.

Non facilè] לא במהרה lo bimeherah, *non in feſtinatione*; id eſt, non citò, non facilè.

13. *Pauper*] מסכן *miſchen*. Exſtat hæc vox Cap. IX, 15, 17. alibi nuſquam. Sed מסכנות *miſchenouth* eſt *parcitas* Deut. VIII, 9. Veteres πένητα verterunt. Fortè non malè verteremus *frugi*, nam radix סכן *ſachan* eſt *utilis fuit*, vel *utilitatem cepit*. Homo *frugi* eſt qui ſibi & aliis prodeſt. Certè derivatio ἀπὸ [illegible] mihi non placet.

Non ampliùs patitur ſe moneri] לא ידע להזהר עוד lo jadah lehitſaher hod, *neſcit moneri adhuc*.

titur ſe moneri. [14]. Quamvis è carcere egrediatur *adoleſcens*, ad regnum capeſſendum; imò etiam in regno ejus pauper natus ſit. [15]. Vidi omnes viventes incedentes, ſub Sole, cum altero illo adoleſcente, qui loco ejus conſtitit. [16]. Nullus eſt numerus toti illi populo, qui univerſus coram iis fuit, nec tamen poſteri propterea gaudebunt; nam hoc etiam eſt inanitas & animi moleſtia.

[17]. Caveto pedibus tuis, quando in Ædem Dei ibis & adpropinqua ad audiendum, potiùs quàm ut des *cum* ſtultis victimam; neſciunt enim ſe malè facere.

V. Monita

hunc. Hîc Niphal נזהר *nitshar*, non eſt tantùm *moneri*, ſed *pati ſe moneri*, ita ut rectè monitus conſilium mutet, quæ eſt interdum vis illius Conjugationis; cujus rei inſignia exempla habemus Pſ. II, 10. & Eccl. XII, 12. ubi eſt hoc ipſum verbum. Eſai. I, 18. ubi vide notata. LXX. Intt. οὐκ ἔγνω τοῦ προσέχειν ἔτι. *Aquila*: οὐ γνώσεται τοῦ φυλάξασθαι, *Symmachus* apud *Hieronymum*: *neſcit præcavere viciſſitudinem.* Vulgatus: *neſcit providere in poſterum.* Omnes impropriè. Vitium hoc eſt ſenum, ſed præſertim eorum, qui imperioſâ ſunt indole, qui volunt exſequutioni mandari quod cupiunt, non emendari, ut Reges ſenes & ſecundis rebus ebrii.

14. *E carcere*] *E domo vinctorum.* Vide Jud. XVI, 21, 25.

Ad regnum capeſſendum] *Ad regnandum.* Videtur Salomo fuiſſe in ſententia *Ariſtotelis*, qui putabat ſervos eſſe naturâ, qui deteriores ſunt, quippe quos melioribus parere jure naturæ oportet; ac proinde dominos, adeóque Reges, qui ſapientiores & meliores ſunt. Multa hanc in rem habet Lib. I. Politicorum fermè ab initio.

15. *Incedentes cum*] Se ſe adjungentes ei, qui ſapit. Cujus rei exemplum inſigne habemus in Cyro, qui Medos ſibi conciliavit, ita ut relicto Aſtyage ſene, ei ſe ſe conjunxerint. Rem multis narrat *Herodotus* Lib. I.

16. *Nullus eſt numerus*] אין קץ en kets, *nullus finis*; ſi, nempe, numerare adgrediaris. LXX. Intt. vel fortè *Aquila*, in verſione κατ' ἀκρίβειαν: οὐκ ἔστι περασμὸς, in altera: οὐκ ἔστι τέλος. *Symmachus*, ut habet *Hieronymus*: *infinitus.* Vulgatus: *infinitus numerus eſt populi* &c. Hæc quoque de Aſtyage & Cyro veriſſima ſunt; ſed ad antiquius multò exemplum reſpexit Salomo.

Coram iis fuit] Iis paruit; nam ſervi ſtant coram heris.

Nec tamen poſteri &c.] גם האחרונים *gam haabbaronim.* LXX. Intt. οἱ ἔσχατοι. *Symmachus* & Vulgatus meliùs: *poſteri.* De particula גם *gam*, vide ad C. VII, 21.

Non gaudebunt] Quia adoleſcentis ſapientis poſteri meliores non fuerunt Rege illo ſene, quem adoleſcens ſolio deturbaverat.

Hoc etiam eſt inanitas] Regi expulſo alium ſufficere, quamvis neſcias an poſterioris proles melior priore futura ſit, inanis eſt prudentia.

17. *Caveto pedibus tuis*] *Cuſtodi pedes tuos*; hoc eſt, da operam ut prudenter te geras, in Templo Dei. Nam ut *incedere* paſſim eſt certo quodam modo vitam inſtituere: ſic *pedes*, ac *greſſus* ſignificant facultatem ita vivendi, ejúſque exercitium, hîc & Pſ. CXIX. ſæpiùs. Hæc conjunximus cum ſequentibus, quia ad ea pertinent.

Adpropinqua ad audiendum] Nempe, ſacra cantica, quæ à Levitis canebantur, ex inſtituto Davidis 1. Par. C. XXV. Canebant Levitæ in atrio Iſraëlis, eóque accedendum erat, ut Muſica Sacra audiretur. Vult ergo Salomo potiùs eundum in Templum fuiſſe, ut audirentur cantica Sacra, quàm ut victimæ offerrentur; nam laudare Deum ex animo, veniam delictorum ab eo petere, gratiáſque ei agere ob beneficia accepta, & talia id genus, quæ ad cultum animi pertinent, ſunt verus cultus divinus, & qui quàm maximè Deo placet; qui ritus ſpernit, niſi eo animo celebrentur, quo par eſt. Vide Pſ. LI, 18. & ſeqq.

Potius quàm ut des cum ſtultis victimam] מתת הכסילים זבח *mitthetb baccheſilim zebahh*: Subaudimus ante הכסילים aut עם *cum*, aut כ *ut.* Putabant vulgò Hebræi potiſſimam & præſtantiſſimam divini cultûs partem eſſe ſacrificium, *nec ſciebant ſe malè facere*, ut ait Salomo; non quaſi vituperet ſacrificia à Deo inſtituta, & quæ tanto numero in Dedicatione Templi ipſe obtulerat; ſed ut doceat inſtituta ea fuiſſe, ut animi cultum comitarentur, & oculis veluti ſubjicerent; nam omnes ritus ſunt inſtituti, propter animi cultum, quem ſignificant, & ſine eo Deo placere non poſſunt. Vide Eſaïæ I, 11. & ſeqq. Quod tamen non ſatis adtendebant Hebræi, qui victimas pluris faciebant, quàm confeſſionem peccati, veniæ petitionem, emendationem vitæ, laudéſque divinas & gratias Deo agendas. LXX. Intt. ſic verterunt hunc verſum: καὶ ἐγγὺς τοῦ ἀκούειν, ὑπὲρ δόμα τῶν ἀφρόνων θυσία σου. Meliùs *Aquila* habebat: ἔγγιζε, ſed quî cetera verba vertiſſet ignotum. *Hieronymus* ſenſum potiùs ſequutus eſt, quàm voces, quibus uſus eſt Salomo, cùm habeat: *multò enim melior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ, qui neſciunt quid faciunt mali.*

Neſciunt enim ſe malè facere] כי אינם יודעים לעשות רע chi enam jodehim lahaſchoth rah, *nam nulli ſcientes ſe facere malè.* Ideò vocat eos *ſtultos*, quia ignorantiâ delinquebant. LXX. Intt. οὐκ εἰσὶν εἰδότες τοῦ ποιῆσαι κακόν.

COM-

V. Monita de cultu Dei, de votis, de Magiſtratibus, de divitiis.

1. NE feſtines ore tuo, neque properet animus tuus verbum *ullum* proferre coram Deo, quia Deus eſt in cœlo, tu verò in terra, propterea que tua verba ſint pauca. 2. Subit enim ſomnium, in multitudine negotiorum, & ſtulta vox in multitudine verborum. 3. Cùm votum Deo nuncupaveris, ne reddere differas; quia nullus eſt *ejus* favor erga ſtultos, reddito quod voveris. 4. Satius eſt non vovere, quàm ſi quod voveris non reddas. 5. Ne patere ore tuo carnem tuam adduci ad peccandum, neque dicas Caput V.

COMMENTARIUS

In Caput V.

1. NE *feſtines ore tuo*] אל תבהל על פיך al thebahel hal phicha, *ne feſtines ſuper ore tuo.* Verbum hoc *perturbare* propriè ſignificat, ſed quia perturbatio cum *feſtinatione* conjuncta eſſe ſolet, ideò etiam ad feſtinandi ſignificationem tranſlatum eſt, ut 2. Par. XXXV, 21. Eſth. II, 9. unde LXX. Intt. *μὴ σπεῦδε ἐπὶ στόματί σου*, *Symmachus: μὴ σπευστὴς γίνου τῷ στόματί σου.* Vulgatus: *ne temerè quid loquaris.* Sermo hîc videtur eſſe de precibus, in quibus ante omnia reverenter Deum adloqui debemus; deinde ea petere, quæ ſunt legibus ejus conſentanea; quod ſæpe non fit, ubi preces ex tempore, aut perturbatione aliquâ commoti fundimus. Itaque debemus verba meditari.

Quia Deus eſt in cœlo] Hoc eſt, è cœlo omnibus, ſumma cum poteſtate, præeſt, tu verò terreſtre es animal, immane quantùm eo naturâ inferius, prorſus ab eo pendens, ejúſque legibus tenêris. Quare ne quid irreverenter proferas, aut ne quid illicitum ab eo petas cavendum. De iis quæ in precatione poſtulantur diximus Hiſt. Eccleſ. Proleg. Sect. 3. c 4. II, 5.

Verba tua ſint pauca] Quia Deus penitus novit ea, quibus indigemus, multò meliùs quàm nos, permittendáque ei eſt ratio, quâ adjuvandi ſumus, ut ibidem monuimus. Vix eſt ut in longis precibus in hæc non peccemus; ideóque precandi norma, à Chriſto nobis præſcripta, breviſſima eſt.

2. *Subit enim ſomnium* &c.] Eſt comparatio, quæ additis ſimilitudinis ſignis clarior fiet. Ut multitudine curarum diſtenti, dum meditamur quid factu opus ſit, ſæpe cogitationibus inanibus, ſomniorum inſtar, paſcimur: ſic ſi Deum multis verbis precemur, ſunt quæ non ſatis reverenter petimus, aut etiam quæ petere eſt nefas. Itaque quod aliam in rem dixit *Ovidius* huc optimo jure pertinet, ſi *Deos* in *Deum* mutemus:

Verba moveat iras non circumſpecta Deorum.

Stulta vox] *Vox ſtulti.*

3. *Nullus eſt ejus favor* &c.] אין חפץ בכסילים en hhephets bacchelilim, *nullus favor in ſtultos. Stulti* dicuntur, qui facilè quidem vovent quidpiam Deo, ſed quaſi mala nomina vota non ſolvunt, niſi poſt multas moras. Nemo enim vovere debet quod facilè non ſolvat, éſtque animi non ſatis grati & parum reverentis differre ſolutionem voti, poſtquàm quod petitum erat accepit.

4. *Satius non vovere*] Vota enim ſunt ſpontanea, nec à Deo quaſi pars ejus cultûs, exiguntur; ſed ſemel ore emiſſa ſolvi vult, ne eum contemnere videamur, aut adſueſcamus, quo perículoſius & magis noxium, non Deo, ſed nobis eſſe poteſt.

5. *Ne patere ore tuo carnem tuam adduci* &c.] אל תתן את פיך לחטיא את בשרך al thitthen eth phicha lehhari eth bſcharecha, *non dabis os tuum ad peccare faciendum carnem tuam.* Non infrequenter verbum נתן eſt *permittere*, *ſinere*, ſed בשר *caro*, ſejunctim ab *ore*, pro ipſo homine ſumi alibi non puto. Attamen cùm ſæpe hominem & quidem infirmum deſignet, hîc etiam ita vox intelligenda videtur Interpretibus, nec malè. Sententia eſt: cùm ſis *caro*, hoc eſt, parum conſtans, cave tibi, ne quid pollicearis Deo, quod poſtea te promiſiſſe pœniteat, proptereáque non præſtes. Nam hîc בשר *caro* non ſignificat hominem, qui, præ paupertate, non poteſt voti reus victimam, aut victimas offerre, quas promiſerit; nam in ejuſmodi viro eſſet etiamnum voluntas ſolvendi voti, ſed non eſſet facultas, quæ res ab eo minimè pendet, ac proinde non eſſet in eo delictum neglecti voti. Peccaſſet in eo quòd voviſſet quidpiam majus, quàm patiebantur ejus facultates, ſi hoc norat; ſed non peccabat votum non ſolvens, quod ſolvere nullo modo poterat. Fac hominem locupletem voviſſe Deo juvencos aliquòt, eo tempore quo ſolvendo voto erat; ſed incidere in calamitatem, antequàm potuerit ſolvere voti reus id, quod pollicitus erat, quâ ad mendicitatem redigatur; lege de votis ampliùs non tenetur, qua ei parêre non eſt in ejus poteſtate, ſina ulla hominis culpa.

Neque dicas coram Angelo] לפני המלאך liphne hammaleach. LXX. Intt. *ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*, quaſi legiſſent אלהים *elohim.* Attamen *Hieronymus* habet, non tantùm in Vulgata: *coram Angelo*, ſed etiam in ea verſione, qua utitur in Commentario, & quæ eſt è Græca facta: *in conſpectu Angeli.* Facile eſt intellectu LXX. Intt. in locis, in quibus erat אלהים, interdum *ἄγγελον* vertiſſe, quia Angelis aliquando hoc nomen tribuitur. Vide Pſ. VIII, 6. Sed vix puto eos pro מלאך *θεὸν* vertiſſe, Deus enim nuſquam ita vocatur, nec ambiguitatem, in voce *θεὸς*, captaſſe eos crediderim. Quî tamen factum ſit, ut hîc *θεὸς* pro *ἀγγέλῳ* legatur, fateor me neſcire. *Hebræus* (nempe *Hieronymi* Magiſter, ut ipſe habet ad hunc locum) *ita ſenſit: quod non potes facere, ne promittas; non enim in ventum dicta tranſeunt, ſed à præſenti Angelo, qui unicuique adhæret comes, ſtatim perferuntur ad Dominum.*

cas coram Angelo fuiſſe hoc per errorem admiſſum; cur iraſceretur Deus, propter vocem tuam & opus manuum tuarum corrumperet? [6]. In multitudine ſomniorum & inania & verba multa ſunt; quapropter Deum time.

[7]. Si oppreſſionem pauperis & denegationem juris & juſtitiæ videris in provincia, ne mireris voluntatem *Principum*; nam ſublimis *poteſtas* obſervat ſublimiorem, & ſunt iis ſublimiores. [8]. Utilitas terræ in omnibus *reſpicienda eſt*, Rex *ipſe* ſervit agris.

[9]. Qui amat argentum non ſatiatur argento, nec ei, qui amat copiam, proventus ullus *ſatis eſt*. Hoc quoque inanitas. [10]. Quo magis augentur bona, eo plures ſunt qui ea abſumunt? quid ergo coram domino inde commodi eſt, niſi quod oculis ſuis *ea* videt? [11]. Suavis eſt ſomnus opus facientis, ſive parum, ſive multùm comedat; at ſatietas divitis non patitur eum dormire. [12]. Eſt malum, quod ægritudinem adfert, *& quod* vidi ſub ſole, divitiæ domino ſuo ſervatæ in ejus pernitiem. [13]. Pereunt ipſæ divitiæ, in mo-

Dominum. Hæc fuit etiam ſententia non tantùm Ethnicorum, ſed etiam veterum Chriſtianorum, quamvis hoc loco non uterentur, quòd de Angelis nihil haberent. LXX. Intt. Vide hac de re *Dionyſ. Petavium* de Angelis Lib. II. c. 7. in Tom. III. Dogmatum Theologicorum. At alii intelligunt hâc voce מלאך *legatum* Dei quidem, ſed & ipſum hominem, ut ſacerdotem, qui ſic vocatur Malach. C. II, 7. *Labia Sacerdotis*, ait Propheta, *ſervabunt ſcientiam legémque ex ejus ore exquirent quia Angelus*, aut *Legatus Jehovæ Dei exercituum eſt*. Nec circumſtantiæ loci omnino hunc ſenſum reſpuunt, videtur enim hîc etiamnum ſermo eſſe de homine, qui voti reus votum tamen non ſolvit, atque exprobranti Sacerdoti ait ſe ita voviſſe errore quodam, non deditâ operâ, & vovendi conſilio. Ceterùm miratus ſum *Lud. Cappellum* in notis Criticis dicere LXX. Intt. pro מלאך legiſſe מלך *melech*, cùm verterint *coram Rege*, quod in nullo Codice extat.

Fuiſſe hoc per errorem admiſſum] כי שגגה היא chi ſchegagah hi, *quia error hoc eſt*. LXX. ἄγνοιά ἐστιν. *Aquila*: ἀκούσιόν ἐστι, qualia ſunt meræ ignorantiæ peccata, quæ non admitteremus, ſi peccata eſſe ſciremus. שגגה conſtanter *errorem* ſignificat, nec alîus lectionis ullum eſt veſtigium; attamen *Hieronymus* hîc habet: *non eſt providentia*. Fortè credidit שגגה היא *error ille*, vel *error eſt*, eſſe pro eo quod eſſet, *error eſt Dei*, quòd vertetit: *non eſt Providentia*; quod tamen eſt abſurdum, nam non hîc agitur de Dei Providentia, ſed de errore hominis.

Cur iraſceretur Deus] Hoc eſt, nulla eſt tibi ratio cur iram divinam in te accendas. Minus commodè idem vertit: *ne fortè iratus Deus contra ſermones tuos*. Sat frequens eſt ejuſmodi interrogatio, apud Hebræos.

6. *In multitudine ſomniorum*] ברוב חלומות *brob hhulomoth*. Hîc, ut verſ. 2. *ſomnia* vocantur inanes cogitationes ſomniis ſimiles.

Quapropter] כי *chi*. Cùm כי non poſſit verti hîc *quia*, quæ eſt frequentiſſima particulæ poteſtas, vertimus *quapropter*, quæ eſt XVIII. in Concordantia Noldiana. LXX. Intt. ὅτι σὺν τὸν θεὸν φοβοῦ, ex verſione *Aquilæ* κατ' ἀκρίβειαν, de qua vide dicta ad C. IV, 1. Vulgata: *tu verò*, quaſi כי ſit hîc *ſed*, quod interdum ſignificat.

7. *Denegationem juris*] גזל משפט gezel miſchphat, *rapinam judicii*; quod ſignificare videtur actionem Judicis de re quapiam jus dicere nolentis; hoc eſt, juris denegationem.

Voluntatem] Voci החפץ addenda fuit comes, ex re ipſa, nimirum, *principum*, de iis enim loquitur Salomo, qui provinciis erant præfecti.

Sublimis poteſtas obſervat ſublimiorem] גבוה מעל גבוה שמר gaboah mehal gaboah ſchomer, *excelſus ab excelſo ſervat*; hoc eſt, præfectus Provinciæ obſervat ſublimiores Regis miniſtros, eóſque imitatur, à quibus ſi videt opprimi populos, nec juris rationem haberi, ſimilia & ipſe facit. LXX. Intt. ὑψηλὸς ἐπάνω ὑψηλοῦ φυλάξαι. *Symmachus*: ὑψηλότερος ἐπάνω αὐτῶν. Vulgatus: *excelſo excelſior eſt alius*. Sed מעל frequenter eſt *à*, ut docebit *Chr. Noldius* ſignif. I. ſi mavis *deſuper*, aut *ſupernè* intelligere, ſic erit interpretandum: *ſublimior ſublimem ſervat*, ſeu ei eſt præfectus. Idem ſenſus erit.

Sunt iis ſublimiores] גבוהים עליהם gbohim halehem, *excelſi ſupra eos*.

8. *Utilitas terræ in omnibus reſpicienda eſt*] ויתרון ארץ בכל היא vajithron erets bacchol hi, *& emolumentum terræ in omnibus illud*. LXX. Intt. περισσεία γῆς ἐπὶ παντί ἐστι. יתרון eſt quod ſupereſt, poſt omnes ſumtus, ſeu lucrum, aut utilitas, quæ ex re quapiam capitur.

Rex ipſe ſervit agris] מלך לשדה נעבד melech lſchade nehebad, *rex agri ſervus factus eſt*. LXX. Intt. ἐπὶ παντί ἐστι βασιλεὺς τοῦ ἀγροῦ εἰργασμένου. *Symmachus* ſimili ſenſu vertit. *Hieronymus*: *& inſuper univerſæ terræ rex imperat ſervienti*, pro ſuperioribus verbis & hiſce. Hæc omnia contorta & impedita. Egregius eſt ſenſus, quo Rex dicitur *ſervire agris*, vel *agro*, hoc eſt, regno ſuo, cujus commoda per omnia quærere debet. Itaque dum omnibus imperat, ex juſtitiæ norma, ſimul omnibus ſervit, dum eos tuetur & beatos reddere conatur. Vide 1. Reg. XII, 7. Aureus eſt verſus *P. Syri*:

> *Populi eſt mancipium quiſquis patriæ eſt utilis.*

Quod & faſſus Antigonus, qui cùm vidiſſet Demetrium Poliorceten filium ſe ſe violentiùs & immodeſtiùs gerentem erga eos, qui ei parebant, οὐκ οἶσθα, εἶπεν, ὦ παῖ, τὴν βασιλείαν ἡμῶν ἔνδοξον εἶναι δουλείαν; *annon noſti*, inquit, *fili*, *dignitatem noſtram regiam eſſe honeſtam ſervitutem*? Quod narrat *Ælianus* V. H. Lib. II. c. 20. Sic & Tiberius, quamquam ſummi imperii adpetentiſſimus, cùm bonum principem ſimulare vellet, *quaſi coactus & querens miſeram & oneroſam injungi ſibi ſervitutem, recepit imperium*, ut habet *Suetonius* ejus vitæ C. XXIV. qui & cap. XXIX. ſic eumdem Senatui blandientem inducit: *Dixi & nunc & ſæpe aliàs, P. C. bonum & ſalutarem principem, quem vos*

tantâ

moleſta occupatione, & generat filium in cujus manu nihil eſt. 14. Ut egreſſus erat, ex utero matris ſuæ, nudus: revertetur quemadmodum venit, nec quidquam aſportabit è labore ſuo, quod manu ſua gerat. 15. Hoc quoque malum, quod ægritudinem creat; omnino prout venit, ſic abibit. Quid verò ei eſt emolumenti, qui in caſſum laborarit? 16. Etiam omnibus diebus, in tenebris comederit, multùm indignatus, ægritudinéque & irâ *agitatus fuerit*. 17. En verò quod animadverti ego bonum, quódque pulcrum eſt, edere, bibere, frui bonis *rebus*, in omni labore ſuo, quem perfert ſub Sole; per omnem numerum dierum, quos largitur ei Deus, nam hæc eſt ejus portio. 18. Etiam omnis homo; cui largitus eſt Deus divitias & opes, quémque dominum earum fecit ut iis frueretur, & portionem ſuam auferret, quò in labore ſuo lætaretur, donum hoc à Deo *accepit*; 19. neque enim multùm recolet dies vitæ ſuæ, quia Deus *eum*, in lætitia animi ejus, exaudivit.

VI. In-

tantâ & tam liberâ poteſtate inſtruxiſtis, Senatui ſervire debere, & univerſis civibus ſæpe, & plerumque etiam ſingulis; neque id dixiſſe me pœnitet, & bonos & æquos & faventes vos habui dominos & adhuc habeo. Hinc intelligere licet cur Salomo dicat *Regem agro ſuo ſervire*; quod perinde eſt ac dare operam, nec ulli labori propterea parcere, ut ager, qui illi paret, felix ſit, paeéque & omnium rerum copiâ floreat.

9. *Qui amat copiam*] ומי אהב בהמון לא תבואה oumi oheb behamon lo thebouah, *& qui amat multitudinem, non proventus.* Significat quidem המון propriè *multitudinem* hominum *tumultuantem*, ſed ſumitur etiam, pro *copia* cujuſvis rei, etiam divitiarum & proventuum. Vide 1. Par. XXIX, 16. Pſ. XXXVII, 16. לא תבואה *non proventus* ellipticum eſt loquendi genus, perinde ac ſi eſſet אין תבואה רבה כמנו *nullus proventus nimius ei eſt.* LXX. Intt. τίς ἠγάπησεν ἐν πλήθει αὐτῶν γέννημα, quaſi pro לא *non* legiſſent לו *illi.* Attamen *Hieronymus* habet in verſione, quæ eſt in ejus Commentario: *non fruetur eis*, & in Vulgata: *fructum non capiet ex eis.*

10. *Quo magis augentur bona* &c.] ברבות הטובה רבו אוכליה birboth hattobah rabou ocheleha, quod verti etiam queat: *ubi creſcunt opes, creſcunt eas comedentes.* Propter ſumtus, qui non poſſunt fieri, niſi multi ex iis lucrum faciant.

Quid ergo eorum domino inde commodi eſt] ומה כשרון לבעליה oumah chiſchron libhaleha, *& quæ rectitudo dominis ejus*: LXX. abſurdè: καὶ τίς ἀνδρεία τῷ παρ' αὐτῆς. *Symmachus*: τίς γὰρ ἀνδραγάθημα ἔχοντι αὐτήν. *Hieronymus* in verſ. Comment. *& quæ eſt fortitudo habenti illa?* in Vulgata: *& quid prodeſt poſſeſſori*, meliùs. Idem eſt hic ac יתרון jithron, *lucrum, commodum*, à ſignificatione Syriaca radicis כשר. Non poteſt unus vir plus abſumere, quàm ei conducit, ad alendum certè corpus, quod multis non indiget. In opipara cœna pluribus adpoſita, convivator plus non comedit aut bibit, quàm unus comedere, aut bibere poteſt; nullum ergo commodum hinc capit, niſi quòd videt à pluribus opes ſuas abſumi.

11. *Suavis eſt ſomnus opus facientis*] Eſt העבד hahobed, quod *opus ruſticum facientem* hic ſignificat. Labor ſomnum conciliat, facitque ut meliùs concoquantur cibi, quamvis paullò majore copiâ. At dives otioſus, & piger, ſe nimiùm ingurgitans delicatioribus cibis, cruditate laborat, nec poteſt dormire.

12. *Malum quod ægritudinem adfert*] רעה חולה rahab bholah, malum ægrotans, quod animo ægritudinem creat. C. VI, 2. *malus morbus* vocatur. LXX. Intt. ἀῤῥωστία. *Symmachus*: νόσος κακή. Vulgata: *infirmitas peſſima.* Sed hic de morbo animi, non corporis, ſermo eſt.

Divitiæ domino ſuo ſervatæ] Quas diligenter dominus ſibi & ſuis ſervaverat.

In ejus perniciem] *In malum ſuum*, non quidem ejus conſilio, qui eas ſibi ſervarat; ſed quia in ſubita impreſſione hoſtium, aut avaritiâ tyrannorum, ſæpe contingebat expilari & ad paupertatem redigi divites; quæ eò durior accidebant, quò lautiùs antea vixerant, ita ut præteritarum opum memoria exitialis iis eſſet, quos mœrore tandem conficiebat. Quorum nihil iis contigiſſet, ſi pauperes fuiſſent, aut tenuioris certè ſortis homines; quibus nemo invidet & parum eſt, quod rapiatur, nec uſque adeò cordi eſt recularum ſuarum jactura.

13. *In moleſta occupatione*] Dum moleſtis negotiis diſtinetur, quæ non patiuntur eum ſua curare, induſtriâque jacturam opum reſarcire.

14. *Ut egreſſus erat* &c.] Vide Job. I, 21.

15. *Quod ægritudinem creat*] Vide ad verſ. 12.

In caſſum] לרוח larouahh, *in ventum*, vel *vento*; quaſi ea compararentur quæ ventus raperet & inſtar pulveris diſſiparet.

16. *In tenebris*] Dum cum rebus adverſis luctatur; nam *tenebræ* paſſim, & præſertim in libro Jobi, res adverſas ſignificant. Vide Job. XV, 23. XXIII, 30. XXIX, 3.

Multùm indignatus] *Indignatio multa, ægritudo, & ira.* Supplendum *in.*

17. *Edere, bibere* &c.] Vide not. ad Cap. II, 24.

Frui bonis rebus &c.] *Videre bonum.*

Hæc eſt ejus portio] Hoc unum habet. Non aliter loqui poterant, quibus altera vita nondum certò nota fuit; ſed qui eam norunt, nonniſi imprudentiſſimè, ejuſmodi ſermones haberent, nec Ethnici, quamvis non niſi dubitando de immortalitate animi, iiſque quæ corporis mortem ſequuntur, verba facerent, ſic loquebantur, ut ex ultimis Socratis ſermonibus intelligere eſt.

18. *Ut iis frueretur*] *Ut ex ea* (copia) *comederet.*

Donum hoc à Deo accepit] Singulare donum, quod non omnibus impertitur.

19. *Multùm recolet*] הרבה יזכר *harbeh jizcbor*, multùm recordabitur. Videtur hoc velle, ejuſmodi hominem, *exacto tempore vitæ*, ceſſurum uti convivam ſaturum, nec recordatione calamitatum permotum doliturum, quòd è vita abeat, antequàm bonis ſuis frui potuerit, ut hominem, quem antea deſcripſit verſ. 12. & ſeqq.

In lætitia animi ejus eum exaudivit] מענה

 במשתה

VI. *Incommoda divitiis adjuncta, & humanæ vitæ miſeriæ ex hominum animo inquieto, infirmitate & ignorantia ortæ.*

CAPUT VI.

¹. EST malum, quod vidi ſub Sole, & quod multum homini incumbit. ². Vir cui dedit Deus divitias & opes & gloriam, ita ut ei nihil deſit, ex omnibus, quæ cupit; nec tamen poteſtatem ei fecerit iis fruendi, ſed extraneus iis fruatur; *vir, inquam, ejusmodi exemplum eſt* inanitatis & gravis ægritudinis. ³. Si quis centum *liberos* genuerit, multóſque annos vixerit & abundè ei fuerit dierum annorum; nec tamen animus ejus fuerit bono ſatiatus, nec ſepultura ei obtigerit; abortivum fœtum eo potiorem eſſe dixi; ⁴. quia

בשמחת לבו mahaneh bmiſchhath libbo, *exaudiens in lætitia cordis ejus*; hoc eſt, ita exaudivit, ut hilarem ad mortem uſque præſtaret. LXX. Intt. περισπᾷ αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ καρδίας. Solent ענין *bngan*, quod eſt ab hac radice, vertere περισπασμὸν, *occupationem*. Unde *Hieronymus* in Comment. *occupat in lætitia cor ejus*, in Vulgata: *occupet deliciis cor ejus*. Quod ſic interpretatur in Commentario: *Avocat quippe eum Deus, in lætitia cordis ſui; non erit in triſtitia, non cogitatione vexabitur, abductus lætitiâ & voluptate præſenti.* Sed ענה nuſquam *occupare* ſignificat, nec ענין propriè eſt *occupatio*, ſed *moleſtia*, quâ occupamur; deducitúrque à ſignificatu *adfligendi*, qui huic verbo ineſt. מענה autem videtur eſſe Participium *Pihel*, in quo non eſt Daguesch Conjugationis characteriſticum, quia antecedit *Chateph-pathach*, ſub gutturali.

COMMENTARIUS

In CAPUT VI.

1. MUltum homini incumbit] *Et multum illud ſuper homine.*

2. *Ei nihil deſit*] *Et non deficiens ille animæ ejus.*

Nec tamen poteſtatem ei fecerit iis fruendi] *Et non dominari eum fecerit* (ישליטנו jaſchlitennou) *Deus ad comedendum ex illo.*

Vir, inquam, ejuſmodi exemplum eſt] Hoc ſupplendum fuit Latinè loquenti, ne conſtructio penderet, ſi hîc ſequeretur: *hoc inanitas & infirmitas mala eſt.*

Gravis ægritudinis] חלי רע hholi rah, *ægritudo mala*; hoc eſt, res eſt, quæ magnam ei aliiſque, qui vident, ægritudinem creat.

3. *Centum liberos*] מאה *meah*, centum, omiſſâ voce בנים *banim*, quæ ſupplenda fuit, cum Vulgato Interprete. Multitudinem liberorum fuiſſe eo ævo inter res optandas, notum eſt. Vide Pſ. CXXVIII, 3.

Abundè ei fuerint dierum annorum] ורב שיהיו ימי שניו verab ſchejihjou jeme ſchanau, *& ſatis*, vel *abundè quod fuerit dierum annorum ejus*; hoc eſt, abundè ſe vixiſſe putaverit, nec diutiùs vivere cupierit. Hæc eſt vis voculæ רב *multùm*. Vide Gen. XLV, 28. Num. XVI, 3. Deut. I, 6. II, 3. &c.

Nec tamen animus ejus fuerit bono ſatiatus] Hoc eſt, niſi facultatibus ſuis hilariter fruens vixerit, quod impediri poteſt, non tantùm avaritiâ, quam hîc ſpectari ſine certa ratione putant Interpretes; ſed innumeris aliis vitæ caſibus. Nihil vetat vitam hominis ceteroquin induſtrii, & locupletis, & cui etiam ſit ampla familia, in ea tempora incidere, quibus vir ille vix poterit tranquillè ſuis frui; ut ſi patria ejus tyrannico regimine prematur, ſi ſint nimis frequentia bella, quibus agri ejus vaſtentur, ſi partem magnam liberorum ſuorum acerbâ morte, aut etiam violentâ, ſibi rapi videat, ſimiliáque id genus ei contingant.

Nec ſepultura ei obtigerit] Quod factum ſæpe eſt in magnis cladibus, ſeu peſtis, ſeu hoſtilis irruptionis; ut quando Jeroſolima, Nabucodonoſoro regnante, capta eſt. Vide Pſ. LXXIX, 2, 3. Rem longè miſerrimam fuiſſe inſepultum jacere putarunt pleræque Gentes paullò excultiores, dederúntque operam, ut quàm primùm cadavera ſepelirentur, ut oſtendit *Joan. Kirchmannus* in Appendice ad Libros de Funeribus Romanorum. Cap. II. & ſeqq. Nec mirum hoc ab iis gentibus factum, & quidem ſummâ curâ, quæ credebant animos mortuorum inſepultorum non admitti in loca, in quibus ceterorum animi quieſcebant; quæ fuit Græcorum & Romanorum ſententia, de qua multis egit doctiſſimus Ceſtrienſis Epiſcopus *Joan. Pearſonius* ad Art. V. Symboli Apoſtolici. Sed mirum, eos qui mentes ſuperſtites eſſe neſciebant, miſeram rem eſſe putaſſe cadavera inſepulta manere; cùm res animo nocere non poſſet, cadavérque omni ſenſu careret. Debebat, ut videtur, iis eſſe *facilis jactura ſepulcri*, quod dicentem inducit Anchiſen *Virgilius* Æn. II, 646. ex Epicuri fortè ſententia, ut putabat *Servius*; ſed nec opus erat, cùm alii Philoſophi paria dixerint, quia fabulas poëticas ridebant, & cadaver nihil ſentire norant. Vide *Senecam* ad calcem Epiſt. XCII. & quæ collegit *Ægid. Menagius* ad Diogenem Laërt. Lib. VI. §. 79.

Abortivum fœtum &c.] Quia etſi nihil ſenſit boni, nihil tamen mali expertus eſt. Vide Job. III, 15. & infrà verſ. 5.

4. *In caſſum venit*] בהבל בא bahebel ba, *in inanitate venit*; nempe, in vitam, quâ uti non potuit.

In tenebras ibit] Mors à Jobo etiam deſcribitur, inſtar caliginis C. X, 21, 22.

Nomen ejus tegetur] Quod ne in monumento quidem ſervabitur, cùm cadaver, Soli expoſitum, putrefactum & diſſolutum fuerit, aut ab avibus, ac feris diſcerptum.

5. *Quam-*

Digitized by Google

4. quia incaſſum venit & in tenebras ibit, eáque caligine nomen ejus tegetur. 5. *Quam-*
vis ne Solem quidem viderit ac noverit *abortivus fœtus*, quies *tamen* magis huic fuit, quàm
illi. 6. Si bis mille annos vixerit, nec bono ullo fruitus ſit; nonne in unum locum
omnes eunt?
7. Omnis hominis labor eſt, pro ejus ratione, quamquam cupiditas non expletur;
8. quid enim eſt ſapienti, ampliùs quàm ſtulto? quod & pauperi, qui novit, quî ſe ge-
rat coram vivis? 9. Meliùs eſt quod oculis conſpicitur, quàm quod ſectatur cupiditas;
hoc quoque eſt inanitas & animi moleſtia. 10. Quidquid fuit jam nomine adpellatum
eſt, & notum eſt quid ſit homo plebeius, nec poſſe eum diſceptare cum potentiore;
11. ſunt enim res multæ, quæ augent inanitatem, quodnam *inde* emolumentum homini?

VII. Moralia

5. *Quamvis*] Hanc vocem ſupplevimus, & *abortivus fœtus* & *tamen*, perſpicuitatis causâ, quas ſententia neceſſariò poſtulabat, nec omitti Latinus, ut Hebræus ſermo, patiebatur.

6. *Bis mille annos*] אלף שנים פעמים eleph ſchanim phahamajim, *mille annos duabus vicibus*. LXX. Intt. χιλίων ἐτῶν καθόδους, mille annos qui redeunt.

Nec ullo bono fruitus ſit] *Et bonum non vidit.*

In unum locum] In mortem, cujus quietis non magis expers eſt, quàm quivis alius.

7. *Pro ejus ratione*] לפיהו *lphihon*; hoc eſt, labore ſuo quod ſatis ſit ſibi parare poteſt. Sic ſumitur hæc particula Gen. XLVII, 12. Exod. XII, 4. Levit. XXV, 52. Propriè quidem eſt *ad os ſuum*, vel *pro ore ſuo*, hoc eſt, prout poteſt comedere. Sed & quamvis proportionem ſignificet, & quidem in hoc loco; non tantùm enim cibis & potu indigemus, quos in os ingeramus, ſed etiam veſtibus, domo & aliis, ad quæ comparanda, ſi intra neceſſaria conſiſtas, cujuſvis labor ſatis eſſe poteſt.

Quamquam] וגם vegam, *& etiam*. Vide *Chr. Noldium* ad ſign. V. particulæ.

Cupiditas] נפש *anima*, quâ voce adpetentiam cibi, & quamvis cupiditatem ſignari, ſæpiùs oſtendimus. Vide & hîc verſ. 9. LXX. Intt. πᾶς μόχθος τοῦ ἀνθρώπου εἰς στόμα αὐτοῦ, καί γε ἡ ψυχὴ οὐ πληρωθήσεται. Vulgata: *omnis labor hominis in ore ejus, ſed anima ejus non implebitur.* Quod in Comment. de comparatione cibi interpretatur.

8. *Quid enim eſt ſapienti* &c.] Hoc eſt, ſapiens pluribus non fruitur, quàm ſtultus.

Quod & pauperi, qui novit &c] מה לעני יודע להלך נגד החיים mah lehani jodeah lahaloch neged bahhajim, *quod pauperi ſcienti incedere coram vivis*. Hîc מה non eſt interrogationis, ſed adfirmationis, ut ſæpe alibi, quod res ipſa oſtendit, cùm interrogationis vix ullus ſit ſenſus. Poſtquàm Salomo docuit ſapienti è ſuo labore non eſſe majus emolumentum, quàm ſtulto; cùm uterque, pro ratione ſui, ſatis habeat; addit eſſe id ipſum *quod eſt pauperi, qui novit quomodo ſe gerat apud vivos*; hoc eſt, apud homines. Sic *Lux viventium* perinde eſt ac hominum Job. XXXIII, 30. & Pſ. LVI, 14. Sic & *terra viventium* Pſ. CXLII, 6. eſt terra in qua homines vivunt. Pauper autem, qui novit quî ſe gerendum ſit, apud alios homines nec laborem detrectat, æquè neceſſaria conſequitur, quàm vir ſapiens, aut inſipiens, qui non eſt opibus deſtitutus.

9. *Melius eſt quod oculis conſpicitur*] טוב מראה עינים tob mareh henajim, *bona viſio oculorum*; hoc eſt, præſtat id, quod oculis noſtris ſubjicitur, éſtque in noſtra poteſtate.

Quàm quod ſectatur cupiditas] מהלך נפש *mehalach napheſch*, quàm itio animæ; hoc eſt, quàm id, ad quod cupiditas adſpirat, aut contendit. *Anima* eſt hîc *cupiditas* ut verſ. 7. & alibi ſæpe. Similes Græcorum ſententias collegit *Joachim. Zehnerus* Centur. II. Adag. 28. LXX. verterunt: ἀγαθὸν ὅραμα ὀφθαλμῶν ὑπὲρ πορευόμενον ψυχῇ. Ubi poſtrema verba ſenſu carent. Nec melius *Symmachus*: βέλτιον προβλέπειν ἢ ἰδεῖν αὐθαρεσκείᾳ. Propiùs multò acceſſit ad loci ſententiam *Hieronymus* in Vulgata: *melius eſt videre quod cupias, quàm deſiderare quod neſcias.* Præſtat eo contentum eſſe, quod vides, quàm cupiditati indulgere ad alia adſpiranti.

Nomine adpellatum eſt] *Vocatum eſt nomen ejus*; hoc eſt, è nomine notum eſt; ſeu prolato ejus nomine intelligimus quid ſit, quia aliunde rem novimus, certè aliquo modo.

Notum eſt quid ſit homo plebeius] ונודע אשר הוא אדם venodah aſcher hou adam, *& notum quid ſit homo*. אשר eſt hîc pro מה *quid*, & אדם ſumitur hîc pro homine plebeio, per adluſionem ad אדמה *humum*, quaſi ſumto ex humo.

Nec poſſe eum diſceptare &c.] ולא יוכל לדין עם שתקיף ממנו *velo jouchal ladin him ſchetshokiph mimmenno*. Perinde eſt ac ſi diceret hominem, qui vocatur בן אדם *ben adam*, Latinè dicamus *filium terræ*, eâ ipſâ adpellatione moneri, ne cum potentioribus litigare adgrediatur.

11. *Sunt enim multæ res, quæ augent inanitatem*] כי יש דברים הרבה מרבים הבל *chi jeſch dbarim harbeh marbim hebel*. LXX. Intt. ὅτι λόγοι πολλοὶ πληθύνοντες ματαιότητα. Vulgatus: *verba ſunt plurima, multámque in diſputando habent vanitatem.* Quomodocumque hæc interpreteris, ſive de *verbis*, ſive de *rebus* agi putes, non eſt facile, nexum horum verborum cum ſuperioribus oſtendere. Hoc conjiciebamus, velle Salomonem, multa eſſe, quæ inanitatem cœptorum noſtrorum augeant; ſed nullâ re magis eam augeri, quàm ſuperbiâ hominis è vili plebe, qui litem homini potenti audet intendere. Si enim cœpta potentiorum riſu ſunt digna, ut ſatis oſtendit Salomo, toto hoc libro; multò digniora ſunt, quæ rideantur, conſilia pauperum, cùm audent potentioribus dicam ſcribere.

Quodnam inde emolumentum homini] מה יותר לאדם *ma jother laadam*, ut ſupra ſæpiùs; ſed hîc אדם ſignificat hominem plebeium, ut diximus. Tantùm abeſt ut ad hominem ejuſmodi commodi quidpiam è lite, cum homine potente, redeat, ut contrà ignominiam & jacturam inde referat.

VII. Moralia de bonæ famæ ſtudio, lætitia nimia, injuſtitia, patientia, modo ſervando, maledictorum diſſimulatione, corruptione hominum & præſertim mulierum.

CAPUT VII.

1. QUis novit, quid bonum ſit homini in vita, numeróque dierum vitæ ejus inanis, quos tranſigit inſtar umbræ? Quis poteſt indicare homini, quid poſt eum ſub Sole futurum ſit?

2. Melius eſt nomen, quàm unguentum bonum, & emortualis, quàm natalis dies.

3. Satius

COMMENTARIUS
In Caput VII.

1. QUis novit, quid bonum ſit &c.] כי מי יודע *chi mi jodeah*. Τὸ כי videtur hic abundare, ut & alibi, non enim continet ſuperiorum rationem. Vide ad verſ. 8. Hæc autem interrogatio vim habet negandi, quaſi diceret concionabunda Sapientia: nemo, aut nonniſi pauci ſatis norunt, quid ſit ſibi bonum; cùm, eo omiſſo, ſibi noxia, aut certè inania paſſim captent.

Numeróque] מספר *miſphar*, pro ובמספר oubmiſphar, *& in numero.*

Vitæ ejus inanis] *Vitæ inanitatis ejus.*

Quos tranſigit inſtar umbræ] ויעשם כצל vejaháſchem chatſel, *& facit eos inſtar umbræ*; hoc eſt celerrimè & ita ut nullum ejus ſuperſit veſtigium. *Pindarus* Pyth. VIII, 135. ἐμφατικωτέρως eſt loquutus, cùm dixit: Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι, *homines ſunt ſomnium umbræ.*

Quis poteſt indicare homini &c.] אשר מי יגיד *aſcher mi jagid.* Perinde eſſe videtur ac מי אשר *quis* eſt *qui indicabit.* Hic iterum interrogatio negationis vim obtinet. Cùm autem nemo homo poſſit alium docere, quid futurum ſit, poſt ejus mortem; inde ſequitur inanes eſſe omnes, aut pleraſque curas hominum de iis, quæ poſt mortem eorum contingent; cùm neſciant an id, quod faciunt, poſteris profuturum ſit, nécne; ánve id ratum habituri ſint, quod ſæpe nolunt.

2. *Melius eſt nomen*] טוב שם tob ſchem, *bonum nomen*, ubi ט majuſculum eſt, ad indicandum, ut aiunt, magni eſſe momenti ſibi bonam famam parare; at ſunt dicta innumera multò majoris momenti, quibus majuſculâ nulla littera eſt præmiſſa. Sed non eſt quærenda ratio eorum omnium, quæ à Librariis facta ſunt. Subaudiendum hìc alterum טוב, ut integra loquutio ſit טוב שם טוב *tob ſchem tob*, ſatius eſt nomen bonum.

Quàm unguentum bonum] Quaſi diceres Latinè: ſatius eſt bene vivum audire, quàm bene olere mortuum. Agi videtur de fama poſt mortem, quæ diutiùs longè durat, quàm boni unguenti odor. Unguentum etiam שמן טוב *oleum bonum* intelligi crediderim, de pretioſo unguento, quo cadavera ditiorum ungebantur; propter mentionem diei mortis, quæ ſequitur. De unguentis hujuſmodi vide, ſi opus eſt, *Joan. Kirchmannum* de Fun. Rom. Lib. I. c. 7.

Emortualis, quàm natalis dies] *Et dies mortis, quàm dies* quo *natus eſt* הולדו *bivvaledo.* Quod naſcens miſeram vitam ingreditur, moriens miſeriis vitæ liberetur. Vide ad Cap. III, 2.

3. *Satius eſt ire domum luctûs* &c.] Ratio additur, quia utilius eſt homini reputare ſe mortalem eſſe, ne inſoleſcat; quàm voluptatibus animum ab inanitatis rerum humanarum meditatione revocare, quæ modeſtiam parit.

Viventium eſt &c.] והחי יתן אל לבו *vehahhai jitthen el libbo*, & vivus dabit, aut ponet in animo ſuo; hoc eſt, reponere in animo debet, ut, occaſione quavis datâ, ejus meminerit. Idem loquendi genus eſt infra C. IX, 2. Eſaï. XLII, 25. XLVII, 7.

4. *Melior eſt triſtitia*] כעס *chabas*, propriè indignationem, ſed & triſtitiam ex indignatione ortam ſignificat; quæ ſignificatio, hoc in loco, aptior eſt, cùm meliùs *triſtitia* opponatur riſui, quàm *ira.* LXX. Intt. habent tamen: ἀγαθὸν θυμὸς ὑπὲρ γέλωτα, & *Hieronymus*: *melior eſt ira riſu.*

In triſtitia vultûs] ברע פנים *broab phanim.* LXX. Intt. ἐν κακίᾳ προσώπου. *Hieronymus* meliùs: *per triſtitiam vultûs.* Sic Nehem. II, 1. רע *rab* eſt triſtis & verſ. פנים רעים *phanim rabim*, eſt vultus triſtis, & רע לב roah leb, *triſtitia animi.*

Animus melior fit] ייטב לב jitab leb, *bonum erit cor.* Poſſit etiam verti: *animus eſt melior*, ridentium enim animus ſæpe eſt petulans, & malignus, quæ vitia non cadunt in triſtem. Sed fit reverâ animus *triſtitiâ* melior, dum ab ejuſmodi vitiis alienatur.

5. *Animus ſapientum* &c.] לב חכמים, *cor ſapientum*; hoc eſt, cogitant potiùs de inviſendis & ſolandis adloquio lugentibus; quàm de adeundis iis, qui hilares ſunt. Eodem hoc loquendi genere uſus eſt Chriſtus Matth. V, 21. ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν. Vide & alia exempla in *Silvis Philolog.* Lib. I. c. VII.

Domo lugubri] *Domo luctûs.*

Domo hilari] *Domo lætitiæ*; in qua homines genio indulgent. Hæc autem ſunt minimè contraria ſententiæ, quam ſæpe repetitam hìc vid됩mus: *hoc unum bonum homini edere, bibere & frui rebus bonis.* Hæc enim verba ſunt intelligenda de hilaritate & fruitione bonorum, quæ intra modum conſiſtunt; & quæ minimè obſtant, quominùs, qui ita vivit, ſit indolis paullò gravioris & ab immodica lætitia planè alienæ; ita ut libentiùs lugentes inviſat, quàm genio parum modeſtè indulgentes. Credibile eſt addita hæc eſſe à Salomone, de viſendis lugentibus, déque triſtitia, ne Lectores perperam intelligerent, quæ ſubinde repetit de hilari bonorum

3. Satius eſt ire domum luctûs, quàm domum convivii; quia is eſt finis omnium ho-
minum, & viventium eſt *hoc* in animo reponere. 4. Melior eſt triſtitia, quàm riſus,
quia in triſtitia vultûs animus melior fit. 5. Animus ſapientum *eſt* in domo lugubri,
ſtultorum verò in domo hilari. 6. Satius eſt increpationem ſapientis audire, quàm *ſi*
quis canticum ſtultorum audiat; 7. quia qualis eſt ſonitus ſpinarum ſub olla *crepitantium*,
talis riſus ſtulti, qui etiam eſt inanitas.
8. Oppreſſio ſapientem ad inſaniam adigit, & bonum animum pervertit. 9. Melior
eſt finis diſceptationis, quàm initium, *&* lentus ad iram, quàm is cujus elatus eſt ſpi-
ritus. 10. Ne feſtines, apud animum tuum, iraſci; nam ira in pectore ſtultorum reſi-
det.

notum vitæ fruitione, & vivendum eſſe putarent, ut poſtea fecit ultimus Aſſyriorum Rex Sardanapalus & multi, ſine dubio, Epicurei.

6. *Satius eſt increpationem* &c.] Qui ſolam voluptatem quærunt, unicúmque eam & ſummum bonum, non facilè caſtigationes audiunt, libentiſſimè amatoriis canticis aurem præbent; quod damnat hîc Salomon, ne quis putaret ipſum in ea ſententia fuiſſe.

7. *Strepitus ſpinarum ſub olla* &c.] Strepitus inanis nec ullius fructûs. Sic *Virgilius* de Equo annis fracto & fruſtra pugnam tentante, Georg. III, 99.

—— Si quando ad prælia ventum eſt,
Ut quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis
In caſſum furit.

Ad quem locum plura congeſſit exempla *Joan. Lud. Lacerda*, quibus adde hoc *Apuleii* in Apol. p. 32. Ed. Caſaubonianæ: *Cur veſtra oratio rebus flaccet, ſtrepitu viget? Adgredior jam ad ipſum crimen Magiæ, quod ingenti tumultu, ad invidiam mei, accenſum, fruſtratâ exſpectatione omnium, per neſcio quas aniles fabulas deflagravit. Ecquandóne vidiſti, Maxime, flammam ſtipulâ exortam, claro ſtrepitu, largo fulgore, cito incremento, ſed enim materiâ levi, caduco incendio, nullis reliquiis.* Loco ſtipularum Hebræi *ſpinas* ſubjiciebant, ad deſcribendum inanem ſonitum. Vide Pſ. CXVIII, 12.

7. *Sub olla*] Vide ad Pſ. LVIII, 10.

8. *Oppreſſio ſapientem* &c.] כי העשק *chi haoſchek.* Aut כי abundat, aut vertendum certè ut ſuprà C. IV, 16. & verſ. 1. bujus Cap. Intelligenda hæc de oppreſſione, ſeu tyrannide intoleranda; qua fit ut ipſi ſapientes, ut ſe eâ liberent, ad violenta remedia ſe conferant. Cujus rei exempla in Græcorum & Romanorum hiſtoria multa habemus. Rectè etiam interpreteris de vi adhibitâ, ut cogatur vir ſapiens facere quod non vult. LXX. Intt. *συκοφαντίαν*, verterunt, Vulgatus: *calumniam*, ſed quævis tyrannis aut violentia ſignificatur.

Donum animum pervertit] ויאבד את לב מתנה *viabbed eth leb mathanah.* Vide ſimilem *ſententiam* Exod. XXIII, 7. Deut. XVI, 19 Senſus commatis eſt, vi intentatæ hominem ſapientem reſiſtere, ſed eumdem corrumpi donis. LXX. Intt. pro מתנה habent in Codice Romano: *εὐγενείας αὐτοῦ*, ut ſuo tempore lectum docet *Hieronymus* in Commentario, ubi etiam *Aquilam* & *Theodotionem* ſic vertiſſe ait. In Cod. Alexandrino legitur *εὐτονίας*, ut in Vulg. *robur*, quaſi legiſſent hîc איתנו *ethano*, roboris ejus. Attamen *Hieronymus* in Commentario, obſervat *Symmachum* vertiſſe: & *perdit cor matthanah, id eſt, donum*, tam verbum Hebraicum, quàm interpretationem ejus copulantem, facientémque illum ſenſum, qui alibi ſcriptus eſt: *excæcant munera etiam ſapientium oculos*; nempe, Deut. XVI, 19. Nihilo ſeciùs invertis verbis vertit in Vulgata: *perdit robur cordis illius*, cùm non poſſet concoquere *καρδίαν εὐτονίας*, aut *εὐγενείας*, quod loquendi genus Hebræis eſt ignotum.

9. *Melior eſt finis diſceptationis* &c.] טוב אחרית דבר tob ahharith dabar, *bona eſt extremitas verbi*, vel *rei*. LXX. Intt. *ἀγαθὴ ἐσχάτη λόγων* aut *λόγου*. *Symmachus: βέλτιον τέλος λόγου. Hieronymus*, in Vulg. *Melior eſt finis orationis.* Dubium non eſt, quin finis multarum orationum melior ſit initio; hoc eſt, rectiùs eos, qui eas habent, facere, quando deſinunt ineptire, aut calumniari, aut dicere denique quæ ſatius eſſet taceri; quàm quando incipiunt. Sed hîc agi de oratione contentioſa, ſeu diſceptatione ſequentia oſtendunt. Itaque דבר *dabar*, quamvis alioquin *orationem* ſignificet, hoc loco, perinde eſt ac ריב *rib* oratio diſceptantium inter ſe; quæ quò citiùs deſinit, eò melior eſt. Pulcrè *Seneca* de Ira Lib. II. c. 34. *Iraſcetur aliquis? tu contrà beneficiis provoca. Cadit ſtatim ſimultas, ab altera parte deſerta; niſi pariter, non pugnant. Si utrimque concurritur, ille eſt melior, qui pedem prior retulit; victus eſt, qui vicit.*

Lentus ad iram] ארך רוח erech rouahh, *longus ſpiritu*, ſed hîc רוח idem ſignificat ac אפים apphajim *ira*, quæ paſſim conſtruitur cum nomine ארך *erech.* Contrà *brevis ſpiritu* קצר רוח *ktſar rouahh*, eſt qui citò iraſcitur, Proverb. XIV, 29. LXX. Intt. bene *μακρόθυμος*, & Vulg. *patiens.*

Is cujus elatus eſt ſpiritus] גבוה רוח *gboh rouahh.* LXX. *ὑψηλὸν πνεύματι*, *Symmachus: ὑψηλοκάρδιον.* Vulgatus: *arrogantem* optimè. Propriè enim hîc ſignificatur homo ſuperbus, qui facilè iraſcitur.

10. *Ne feſtines apud animum tuum iraſci*] אל תבהל ברוחך לכעס al thebahel berouhhacha lichhos, *ne feſtines in ſpiritu tuo ad iraſcendum. Remedium maximum*, ait *Seneca* de ira Lib. II. c. 28. *eſt iræ, mora. Nec ab illa pete initio, ut ignoſcat, ſed ut judicet; deſinet, ſi exſpectat. Nec univerſam illam tentaveris tollere; graves habet impetus primos, tota vincetur, dum partibus carpitur* Eodem ſpectat conſilium Athenodori Philoſophi, de quo *Plutarchus* in Apophthegmatibus p. 207. quod conſilium rediturus in patriam Auguſto dedit: *ἐπεὶ δ' ἀσπαζόμενος αὐτὸν ὁ Ἀθηνόδωρος εἶπεν· Ὅταν ὀργισθῇς, Καῖσαρ, μηδὲν εἴπῃς, μηδὲ ποιήσῃς πρότερον ἢ τὰ εἴκοσι καὶ τέτταρα γράμματα διελθεῖν πρὸς ἑαυτὸν· ἐπιλαβόμενος*

det. 11. Ne dixeris: quid eſt, cur dies priores hiſce meliores fuerint? neque enim ſapientiam hac de re rogaſti. 12. Bona eſt ſapientia cum hereditate, & emolumento eſt videntibus Solem; 13. nam *qui eſt* ſub umbra ſapientiæ, *eſt* ſub umbra argenti, & præſtantia cognitionis ſapientiæ facit, ut vivant qui eam poſſident.

14. Vide opus Dei, numquis poteſt dirigere, quod incurvavit? 15. Tempore læto ſecundis

μενος αὐτοῦ τῆς χειρὸς, ἔτι σου παρόντος, ἔφη, χρείαν ἔχω: *cùm valedicens ei Athenodorus dixiſſet: cùm indignaberis, Cæſar, nihil dixeris, aut feceris, priuſquàm tecum viginti quatuor litteras percurreris; Cæſar arreptâ ejus manu, tua præſentia, inquit, etiamnum egeo.*

Ira in pectore ſtultorum reſidet] כי כעס בחיק כסילים ינוח *chi chabas behhek chſilim jenuahh*, quia ira in ſinu ſtultorum quieſcet. Idem eſt quod dixit *Horatius: ira furor brevis eſt, animum rege* Ep. II, 62. Lib. II. ubi ſimilia dicta habet *Dionyſ. Lambinus.* Adde & ſuffragium Catonis Senioris, qui τὸν ὀργιζόμενον ἐνόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν, *iratum putabat tempore tantùm à furente differre*, ut habet *Plutarchus* Apophtheg. p. 199. T. II.

11. *Quid eſt, cur dies &c.*] Sunt, nempe, homines ſuis temporibus infenſi & ſua tantum incommoda ſentientes, qui priora ſemper meliora ſuis fuiſſe queruntur; cum omnibus temporibus genus humanum calamitatibus multis ſubjectum fuerit. Sic Ethnici contendebant olim *poſtquàm eſſe in mundo Chriſtiana gens cœpit, terrarum orbem periſſe & multiformibus malis adſectum eſſe genus humanum*; quod confutat *Arnobius* Lib. I. contra Gentes, & poſt eum *Paulus Oroſius*, Hiſtoriis contra Paganos. Aliquando fit eâ μεμψιμοιρίᾳ ut qui ſummæ rerum præſunt acerbiùs carpantur, quaſi præſentium malorum cauſa ſint; erántque fortè, apud Hebræos, ejuſmodi homines, tempore Salomonis; quibus inſipientiæ notam hîc inurit.

Neque enim ſapientiam, hac de re, rogaſti] לא מחכמה שאלת *lo mehhokmah ſchaaltha.* LXX. Intt. οὐκ ἐν σοφίᾳ ἐπηρώτησας, *Symmachus:* οὐ φρονίμως. Vulgatus: *ſtulta eſt ejuſmodi interrogatio.* Quaſi מ hîc perinde eſſet ac ב: *in ſapientia* autem eſt ſapienter. Sed שאל conſtructum cum מן eſt *petere ab aliquo.* Sic Pſ. II, 8. שאל ממני eſt *pete à me* & XXVII, 4. שאלתי מאת יהוה *petii à Jehova*, & alibi ſæpiùs. Hic verò חכמה *Sapientia*, quaſi perſona inducitur. Vult ergo Salomo eos ab iis, qui quærunt, cur ſua tempora deteriora ſint ſuperioribus, interrogatos, non fuiſſe ſapientes viros, qui eos docuiſſent rem ita non habere, è veteribus hiſtoriis; quod facit *Arnobius* Lib. I. his & ſimilibus verbis: *Annalium ſcripta percurrite linguarum diverſitatibus ſcripta, univerſas diſcetis gentes ſæpenumero deſolatas & viduatas ſuis eſſe cultoribus. Ab locuſtis, ab muribus genus omne occiditur, atque adroditur frugum. Hiſtorias ite per veſtras, & ab iſtis peſtibus inſtruemini, quoties prior ætas adfecta ſit, & paupertatis ad miſerias venerit*, & quæ ſequuntur.

12. *Bona eſt ſapientia cum hereditate*] Hoc eſt, non ſapientiæ quidquam conferre divitias ſapientis, quæ eſt indigna Salomone ſententia; ſed hereditati, hoc eſt, opibus magnum eſſe ornamentum ſapientiam. Sic *Menander* in Metragyrta:

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει
Χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς

Felix qui facultatibus & prudentiâ pollet, utitur enim iis bene in ea, in qua eas abſumi par eſt. Contrà divitiæ, ſine ſapientia, ſummopere ſunt noxiæ. Egregiè hanc in rem *Plutarchus* de Virtute & Vitio p. 101. ἄθροιζε χρυσίον, σύναγε ἀργύριον, οἰκοδόμει περιπάτους, ἔμπλησον ἀνδραπόδων τὴν οἰκίαν καὶ χρεωστῶν τὴν πόλιν, ἂν μὴ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς καταστορέσῃς, καὶ τὴν ἀπληστίαν παύσῃς, καὶ φόβων, καὶ φροντίδων ἀπαλλάξῃς σεαυτὸν, οἶνον διδοὺς πυρέττοντι, καὶ χολικῷ μέλι προσφέρεις, καὶ σιτία καὶ ὄψα κοιλιακοῖς ἑτοιμάζεις καὶ δυσεντερικοῖς μὴ στέγουσι, μηδὲ ῥωννυμένοις ἀλλὰ προσδιαφθειρομένοις ὑπ' αὐτῶν: *congere aurum, collige argentum, ædifica ambulationes, imple ſervis domum, & creditoribus urbem; niſi animi adfectus ſedaveris, atque inexplebili cupiditati finem impoſueris, & te ipſum metu & curis liberaveris; vinum febricitanti colas, mel bilioſo offers, cibum cœliacis paras & difficultate inteſtinorum laborantibus, qui eos non perferunt, neque iis confirmantur, ſed corrumpuntur.*

Et emolumento eſt videntibus Solem] Hoc eſt, & vivis prodeſt, unà cum divitiis, imò verò facit, ut opes proſint; quæ alioquin obeſſent, abſque ea eſſet. Poſſit & יתר *jother*, emolumentum ad utrumque referri, ut dicantur & ſapientia & divitiæ prodeſſe vivis. Alioquin inſani divitiæ nemini proſunt, niſi fortè aliis, ipſo mortuo. *Hieronymus: utilior eſt ſapientia divitiis, & magis prodeſt videntibus Solem.* Sed in Hebraicis nulla eſt comparationis nota.

13. *Qui eſt ſub umbra ſapientiæ*] בצל החכמה *betſel hahhochmah*, In umbra ſapientiæ; hoc eſt, quem ſapientia tuetur; nam *umbra* ſæpe occurrit pro tutela & protectione. Vide Num. XIV, 9. Jud. IX, 15. Pſ. CXXI, 5.

Eſt ſub umbra argenti] בצל הכסף *betſel hacceſeph.* LXX. Intt. ὅτι ἐν σκιᾷ αὐτῆς ἡ σοφία ὡς σκιᾷ τοῦ ἀργυρίου. αὐτῆς, refertur ad *hereditatem*, & pro בצל *betſel* legerunt כצל *chtſel.* Sed nihil opus eſt, cum ſit idem ſenſus, in lectione noſtra. *Symmachus*, ut loquitur *Hieronymus*, more ſuo, etiam in hoc loco, manifeſtiùs interpretatus, eſt, dicens: *quomodo protegit ſapientia, ſimiliter protegit pecunia.*

Facit, ut vivant qui eam poſſident] תחיה בעליה thehhajjeh behaleah, *faciet vivere dominos ejus.* LXX. Intt. ζωοποιήσει τὸν παρ' αὐτῆς, quaſi legiſſent שליה ſchelialeah, *qui ad eam.* Meliùs *Symmachus:* διατηρήσει τοὺς ἔχοντας αὐτήν, & Vulgatus: *vitam tribuunt poſſeſſori ſuo. Facere ut vivant*, eſt vitam ſervare, quæ aliquando numeratâ ab innocentibus pecuniâ redimitur, ſi vir ſapiens tyrannide prematur. Sic uſus prudens pecuniæ facit, ut ſecurus vivat, quod avaro, aut inſipienti non contingeret.

14 *Vide opus Dei*] Videntur intelligi opera Providentiæ, quibus nemo obſiſtere cùm poſſit, ſupereſt ut quiſque æquo animo ferat, quod contingit; quæ eſt ſententia ſequentium verborum.

Num-

Digitized by Google

ſecundis rebus utere, & tempore calamitatis, conſidera etiam Deum hoc feciſſe, ut illi ex adverſo *opponeretur*, idque eo fine, ut ne compertum poſſit habere homo quicquam eorum, *quæ* poſt eum *futura ſunt?*

16. Hæc omnia vidi diebus inanis vitæ meæ. Eſt innocens, qui perit in innocentia ſua, éſtque nocens, qui in ſua nequitia *vitam* producit. 17. Ne ſis nimis juſtus, neque præter

Numquis poteſt dirigere quod incurvavit?] כי מי יוכל לתקן את אשר עותו *chi mi jouchal lethakken eth aſcher hivvetho.* Alluditur ad Proverbium, quod antea explicuimus Cap. I, 15. Sententia eſt, cùm Deus vult quempiam cum adverſis conflictari, rem prudentiâ nullâ caveri poſſe, aut mutari. Sequentia verba oſtendunt eò ſpectare Salomonem. LXX. Int. ὅτι τίς δυνήσεται τοῦ κοσμῆσαι ὃν ἂν ὁ Θεὸς διαστρέψῃ αὐτόν. *Symmachus*, ut docet *Hieronymus* in Comment. *quia nemo poterit corrigere, quod ille imminuit.* Ipſe verò vertit: *quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit*, minus commodè. עות *hivveth* eſt propriè *curvavit*, deinde etiam, tralaticio ſenſu, *pervertit, detorſit*, non *minuit*, aut *deſpexit*.

15. *Tempore læto* &c.] *Die boni, eſto in bono.*

Tempore mali] *Die mali.*

Ut illi ex adverſo opponeretur] את זה לעמת זה eth zeh lehummath zeh, *hoc contra illud*; hoc eſt, res adverſas, ut opponerentur ſecundis. LXX. Int. σύμφωνον τούτῳ. *Symmachus*: ὁμόλογον τούτῳ ἐποίησεν ὁ θεός. Vulgatus: *ſicut enim hanc* (diem bonam) *ſic & illam* (diem malam) *fecit Deus.* Res vera eſt, ſed לעמת *lehummath*, oppoſitionem quamdam deſignat.

Idque eo fine &c.] על דברת שלא ימצא האדם *hal dibrath ſchello jimtſa haadam*, hac de cauſa, ne inveniret homo.

Quidquam eorum, quæ poſt eum futura ſunt] אחריו מאומה ahharau meoumah, *poſt eum quidquam.* LXX. Int. verbo tenus: ὀπίσω αὐτοῦ μηδέν. Senſus eſt: ne homines poſſent ſcire an ipſi & eorum liberi ac poſteri felices, aut infelices futuri poſthac ſint. Si hæc ſcirent aut præter modum inſoleſcerent, aut ad deſperationem adigerentur, pro bonis, aut malis, quæ futura ſibi, aut ſuis præviderent. Negligerent etiam multa facere, quæ Societati utiliſſima ſunt, ſi ſcirent nullum inde fructum, propter inſtantem mortem, ſe capturos, aut etiam poſteris ſuis, ut fit, detrimentum adlatura. Quare rectè *Horatius* Lib. III. Od. XXIX, 30.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſâ nocte premit Deus;
Ridetque, ſi mortalis ultra
Fas trepidat; quod adeſt memento
Componere æquus, cetera fluminis
Ritu feruntur &c.

At *Symmachus* verterat: τοῦ μὴ εὑρεῖν ἄνθρωπον κατ᾽ αὐτοῦ μέμψιν. *Hieronymus* ſimiliter: *ut non inveniat homo contra eum juſtas querimonias.* Quod in Commentario ſic interpretatur: *Eſt bona, inquit, & mala, prout tibi evenerint, ſuſtine; nec putes bonorum tantùm, aut malorum in mundo eſſe naturam; cùm ex diverſis mundus iſte contrariis ſubſiſtat, calidis & frigidis, ſiccis & humentibus, duris & mollibus, tenebroſis & lucidis, malis & bonis. Hoc autem fecit Deus, ut habeat locum ſapientia, in eligendo bonum & vitando malum, & liberum homini relinquatur arbitrium; ne ſe dicat inſenſibilem & ſtolidum à ſe fuiſſe generatum, ſed eum ideo feciſſe diverſa, ut homo queri de ſua conditione non poſſet.* Hæc, quamquam vera, huc non faciunt, quia nullum eſt exemplum ſimilis loquutionis מצאתי אחריו מאומה *inveni poſt eum aliquid*; pro eo quod eſt: *inveni quod querar de eo.*

16. *Inanis vitæ meæ*] *Inanitatis meæ*, ut antea.

Eſt innocens qui perit &c.] *Eſt juſtus, qui perit injuſtitiâ ſuâ* &c. Hoc eſt, eſſe bonos, qui juvenes intereunt, & contrà malos, qui ſeneſcunt. Bonorum quidem ſæpe intereſt vitæ malis eripi, malorum verò Deus pœnitentiam exſpectat, quamvis fruſtra.

Vitam producit] מאריך maarich, *producens*; nempe, חייו *hhajau*, vel ימיו *jamau*, vitam, aut dies ſuos. LXX. Int. μένει, ſupplendum ἐν ζωῇ. *Aquila*: μακρύνει, Alius μακρόβιος, & Vulgatus: *multo vivit tempore.* Rectè.

17. *Ne ſis nimis juſtus*] אל תהי צדיק הרבה al thehi tſaddik harbeh, *ne ſis juſtus multùm.* Scio rectè dici *ſummum jus eſſe ſummam injuriam*; ſed non videtur tam ad rem ipſam, ſeu *juſtitiam*, hoc eſt, virtutem, ſpectare Salomon, quàm ad ſpeciem externam virtutis, quæ in nimiam ſeveritatem erumpit; ita ut omnes damnet, qui non ita vivunt, ut nimia illa ſeveritas poſtulat, atque imprudenter in eos invehitur, qui vel minimum peccant; vel etiam quorum delicta, ſine nimio periculo, argui non poſſunt, ut ſunt potentiorum peccata, quæ caſtigari ſæpe, ſine Reipublicæ perturbatione, nequeunt. Satis eſt homini prudenti improbare flagitia, dum nomina flagitioſorum tacet, & præſertim moribus ſuis oſtendere, ſibi talia minimè probari. Salubria hanc in rem præcepta habet *Seneca* de Ira Lib. II. c. 10. *Quid tollit*, inquit, *iracundiam ſapientis? Turba peccantium. Intelligit quàm & iniquum ſit & periculoſum iraſci publico vitio. — Non iraſcetur ſapiens peccantibus. Quare? Quia ſcit neminem naſci ſapientem, ſed fieri; ſcit pauciſſimos, omni ævo ſapientes evadere, quia conditionem humanæ vitæ perſpectam habet — Placidus itaque ſapiens & æquus erroribus, non hoſtis, ſed corrector peccantium, hoc quotidie procedit animo. Multi mihi occurrent,* (inquit) *vino dediti, multi libidinoſi, multi ingrati, multi avari, multi furiis ambitionis agitati. Omnia iſta tam propitius aſpiciet, quàm ægros ſuos medicus* &c. Obſervandum autem hîc Salomonem agere de homine privato, qui nec auctoritate humanâ, nec divinâ, ſit ad mores emendandos miſſus; qualis fuiſſet præfectus Regius, qui juſſus eſſet flagitia, nimis in dies creſcentia, ſeveriùs coërcere; aut quales fuere Prophetæ; qui mandatis à Deo acceptis, convicium ſuo ſæculo fecerunt, & interdum etiam mortem ipſam fortiter propterea ſubierunt.

Præter

Præter modum ſapiens; cur deſolareris? 18. Nec ſis nimis improbus, neque ſtultus *nimis*; cur tempore non tuo morereris? 19. Bonum eſt quòd adprehendis hoc, nec tamen ab illo manum abſtineto; quia timens Deum omnibus hiſce expeditur.

20. Sapientia vires ſuppetit ſapienti majores, quàm decem viri potentes, qui ſunt in urbe. 21. Nullus eſt vir juſtus in terra, qui *per omnia* bene ſe gerat, nec peccet. 22. Omnibus tamen verbis, quæ *homines* loquuntur, ne animum adjicito; ſed ne ſervum

Præter modum ſapiens] *Sapiens* hîc eruditus intelligendus, & quidem qui eruditionem oſtentet, propter eam ſuperbiat, & ceteros contemnat; unde non poteſt non magna invidia naſci, præſertim ſi errores communes nimis acerbè exagitet. In invidiam ſe incidiſſe eruditionis causâ, fatetur Medea, apud *Euripidem*, verbis quæ aliquo modo huc faciunt, à verſ. 293. Tragœdiæ quæ ejus mulieris nomine vocatur.

Οὐ νῦν με πρῶτον ἀλλὰ πολλάκις, Κρέον,
Ἔβλαψε δόξα, μεγάλα τ' εἴργασται κακά.
Χρὴ δ' οὔποθ' ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ
Παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς.
Χωρὶς γὰρ ἄλλης, ἧς ἔχουσιν, ἀργίας,
Φθόνον παρ' ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.
Σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ
Δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι.
Τῶν δ' αὖ δοκούντων εἰδέναι τι ποικίλον
Κρείσσων νομισθεὶς ἐν πόλει, λυπρὸς φανῇ.

Nunc mihi non primùm, ſed ſæpiùs, ô Creon, nocuit exiſtimatio & magna mala adtulit. Numquam verò oportet virum mentis bene ſanæ curare, ut ita doceantur liberi ſui, ut nimis docti fiant; nam præter ceteram inertiam, quâ laborabunt, feram invidiam apud cives conſequentur. Si enim proferas nova quædam & docta, apud levæ mentis homines, videberis eſſe homo nullius pretii, non ſapiens. Quod ſi cenſearis potior eſſe iis, qui famam variæ eruditionis in urbe obtinent moleſtus videberis. Talia contigerunt Socrati, Philoſophiæ parenti, Athenis, & Hermodoro Epheſi. De priore vide quæ diximus Silvarum Philologicarum Cap. III. & de poſteriore *Æg. Menagium* ad *Diogenem Laërtium* Lib. IX. §. 2. Merâ invidiâ occiſum Socratem, quòd ceteris eruditior videbatur, quia eos arguebat inſcitiæ, oſtendimus, & Epheſii invidiam ipſi ſuam faſſi ſunt, *quod cùm civitate expellerent Hermodorum, ita loquuti ſunt: Nemo de nobis unus excellat; ſed ſi quis exſtiterit, alio in loco & apud alios ſit*, quæ verba ſunt *Ciceronis*, hac de re, Tuſcul. V.

Cur deſolareris?] למה תשומם *lammah thiſſchomem.* Formâ compoſitâ ex Niphal & Pohel. LXX. Intt μήποτε ἐκπλαγῇς. Vulgatus ſimiliter: *ne obſtupeſcas.* Incommodè. *Symmachus*: ἵνα μὴ ἀδημονῇς. Sed melius eſt *deſolareris*, hoc eſt, *ſolus relinquereris*, pro altera ſignificatione verbi; nam qui probiores & doctiores omnibus eſſe & videri volunt ab omnibus, ſibi ſolis relinquuntur; niſi mavis intelligere de *deſolatione* agrorum, quod tamen rei non ita convenit. Αὐθάδεις enim, de quibus Salomo, non puniuntur deſolatione agrorum, ſed fuga hominum, qui ab iis ſpreti, quaſi improbi & indocti, conſortium eorum refugiunt.

18. *Nec ſis nimis improbus* &c.] Nimis improbi, aut nimis ſtulti, exitium ſua ſibi improbitate & ſtultitiâ creant, & prematurâ morte cadunt; quòd nec juris, nec prudentiæ rationem habere ſoleant. Reverà plerique omnes homines neque prorſus mali & imprudentes, neque prorſus boni & prudentes ſunt; ſed ex utroque aliquid trahunt, eâque miſturâ fit, ut aptiores ſint Civitatum muneribus; eo quidem ſtatu, quo ubique ſunt Reſpublicæ; quæ extrema, hoc eſt, neque meram virtutem, neque purum putum vitium, ferre non poſſunt.

19. *Bonum eſt quod adprehendis hoc*] Juſtitiam nempe, ſeu Virtutem, & Eruditionem.

Nec tamen ab eo manum abſtineto] וגם מזה אל תנח את ידך vegam mizzeh al thannahh eth jadecha, *& etiam ab illo ne facias queſcere manum tuam.* Non vult quemquam miſturam virtutum & vitiorum, ſcientiæ & inſcientiæ, ſectari, & quidem prudentem ac ſcientem; hoc tantùm vult, vitam eſſe ſanctè quidem inſtituendam, quærendámque eruditionem, ſed ſine oſtentatione; ita ut ſanctitatem & prudentiam tuam jactes, alióſque, quos tibi pares in iis virtutibus eſſe non putes, deſpicias.

Quia timens Deum &c.] Dei, nempe, reverà timentes, quamvis pietatem non oſtentent, Deus liberat à tentationibus, quæ ſe ſe iis objicere poſſent, nuncium probitati & prudentiæ remittendi; ſine offenſione eorum, qui neutrâ virtute ſunt ornati.

Omnibus hiſce expeditur] *Egreditur hæc omnia:* יצא את כלם *jetſa eth chullam*, pro כאת *meeth*, ut Gen. XLIV, 4. & Exod. IX, 24. ubi verbum יצא eodem modo conſtruitur. Bene LXX. Intt. & *Symmachus*: διεξελεύσεται τὰ πάντα, pertranſibit omnia, adeóque iis egredietur. Malè vertebatur, in priſca Verſione Latina: *egredietur ad omnia.* Aberravit hîc à ſenſu *Hieronymus*, qui habet: *Bonum eſt te ſuſtentare juſtum, ſed & ab illo ne ſubtrahas manum tuam; nam qui timet Deum nihil negligit.*

20. *Majores quàm decem viri potentes*] מעשרה שליטים mehaſcharah ſchallitim, *plus quàm decem dominatores.* LXX. Intt. ἐξουσιάζοντας interpretantur, hoc eſt, ut habuit vetus Itala: *poteſtatem habentes.* Vulgatus: *decem principes.* Senſus eſt hominem ſapientem æquè tutum eſſe in urbe, ſolâ prudentia ſuâ, imò tutiorem, quàm ſi decem Dynaſtas, aut præcipuos Magiſtratus ſibi illic faventes haberet.

21. *Nullus eſt* &c.] כי אדם אין *chi adam en.* כי abundat, ut ſæpiùs antea notavimus; hæc enim non eſt ratio eorum, quæ antea dicuntur.

Qui per omnia bene ſe gerat] *Qui faciat bonum*; nempe, per omnia, quod ſupplevimus; nam ne unum quidem in terra Judæa, aut univerſa, aliquando bene ſe geſſiſſe, aut in omnibus peccaſſe, dicere non potuit Salomo, rerum humanarum peritiſſimus.

22. *Omnibus tamen verbis* &c.] גם לכל דברים *gam lchol dbarim.* Primam voculam vertimus *tamen*, ut Cap. IV, 16. Senſus eſt omnes qui-

Digitized by Google

vum quidem tuum tibi maledicentem audito; [23]. quia novit animus tuus etiam te ſæpe aliis maledixiſſe.

[24]. Omnia hæc ſapienter exploravi, & dixi: ſapientiam conſequutus ſum; ea verò me procul fugiebat, [25]. Remotum eſt quod fuit & ſummæ profunditatis; quis hoc invenire queat? [26]. Converti ego etiam animum meum, ut ſcirem, ut inveſtigarem, ut quærerem ſapientiam, & ratiocinationem, ut noſſem improbitatem ſtultitiæ, & dementiam

quidem homines peccare, ſed tamen propterea non eſſe credendum omnibus rumoribus, qui de ſingulis ſpargantur.

Ne animum adjicito] *Ne det cor tuum*; ne adiende rumores omnes, aut qualvis delationes.

Sed ne ſervum &c] אשר לא aſcher lo, *qui non*. LXX. Intt. ὅπως μὴ, Vulgatus: *ne fortè*. Convenientius viſum: *ne quidem*, quod, pro ſumma ambiguitate particularum, ſequuti ſumus.

Tibi maledicentem audito] מקללך mkalelecha. LXX. Intt. καταρωμένου σε, *Symmachus*: λοιδοροῦντός σε. Vulg. *maledicentem tibi*. Reverà hoc verbum æquè *conviciari* & *malè precari* ſignificat, & utrumque ab iratis ſervis fieri ſine dubio ſolebat.

23. *Novit animus tuus*] *Novit cor tuum*, conſcius tibi es. Pro ידע jadah *novit*, legerunt LXX. Intt. & *Aquila* ירע jarah, *malus fuit*, habent enim: πονηρεύσεται. Melius Vulg. *ſcit conſcientia tua*.

Aliis maledixiſſe] Superbiores heri quod ſibi licebat, ut putabant, erga eos quorum major erat dignitas; idem licere ſervis nolebant erga heros, quod erat iniquum; non magis enim fas erat privato detrahere Præfecto Regio, aut Regi: quàm ſervo conviciari hero. Adde & imprudens fuiſſe, quia ſervi, nimis malè habiti, heri ſui, apud potentiores, delatores eſſe poterant. Plura enim ſæpe audiunt ſervi, quàm heri putant.

24. *Exploravi*] נסיתי niſſithi, *tentavi*; hoc eſt, exploravi divitias, voluptates, honores, etiam diſciplinas, de quibus antea.

Et dixi: ſapientiam conſequutus ſum] ואמרתי אחכמה veamarthi ehhchamah, *& dixi: ſapiens ſum*, aut *factus ſum*; putabam me ſapientiam eſſe conſequutum. Nam ſæpe אמר *amar* perinde eſt ac אמר בלבו *dixit in corde ſuo*, ſeu cogitavit. Vide Exod. II, 14 2. Sam. XXI, 16. &c. Hinc *Symmachus*: ὑπέλαβον σοφὸς γενέσθαι. LXX. Intt. εἶπα, σοφισθήσομαι. & Vulg. *dixi: ſapiens efficiar*. Malim præterito interpretari.

Me procul fugiebat] *Longinqua à me*; nempe, fiebat: Quò plura nobis nota videntur, eò arctiores humanæ cognitionis limites eſſe deprehendimus.

25. *Remotum eſt quod fuit*] Perinde eſt, ac *quod eſt & erit*, nihil enim novi eſſe ſub Sole, aut futurum eſſe dixit Salomo. Intelligitur remotum longè à cognitione noſtra, ut antecedentia & conſequentia oſtendunt.

Summæ profunditatis] ועמק עמוק vehamok hamok, & profundum, profundum; quæ repetitio maximam profunditatem, more Hebræo, ſignificat. Vide *Sal. Glaſſium* Phil. Sacræ Lib. III. Tr. I. Canon. 5. *Profunditas* autem hîc eſt obſcuritas & difficultas perveniendi ad cognitionem Veri, non aliter quàm ſi in profundiſſimis & inacceſſis fodinis eſſet occultatum. Sic *Democritus Veritatem in profundo abſtruſam eſſe* dicebat, ut docet *Cicero* Acad. Quæſt. Lib. V. Græcè: ἐν βυθῷ. Vide *Diogen. Laërtium* Lib. IX. §. 72.

Quis hoc invenire queat?] *Qui inveniet illud?* Nemo, nempe, rationes omnium rerum, imò ne milleſimæ quidem earum partis rationem reddere poteſt.

26. *Converti ego etiam animum meum*] סבותי אני ולבי ſabbothi ani velibbi, converti ego & cor meum. Copula ו ſolet ab Hebræis præfigi potius initio, in ejuſmodi oratione. Attamen haud aliter legerunt ac nos LXX. Intt. qui habent: ἐκύκλωσα ἐγὼ καὶ ἡ καρδία μου. *Aquila*: περιεώδευσα, reliqua enim ejus verba perierunt. Verba *Symmachi* ſic profert Latinè *Hieronymus* in Comment. *Pertranſivi univerſa ſenſu meo*. Maluimus ita vertere, quaſi verbum סבותי ſit activum, ut eſt reverâ, cum ſignificat *circumdare*, & quaſi ſequeretur nota accuſativi: סבותי ואני את לבי *converti & ego animum meum*, nam: *circumivi ego & animus meus*, inaudita mihi videbatur ſcribendi & loquendi ratio. *Hieronymus* non magis potuit eam concoquere, cùm verterit: *luſtravi omnia animo meo*.

Ut ſcirem, ut inveſtigarem, ut quærerem &c.] Hæc repetitio trium verborum & quatuor ſequentium nominum inveſtigationis ſtudium & adcurationem ſignificat. Vide *Glaſſium* anteà citatum.

Ratiocinationem] חשבון hheſchbon. LXX. Intt. verterunt: ψῆφον, *calculum*. Reverà radix חשב ſignificat, calculum ſubducere, Levit. XXVII, 52. & infra verſ. 29. eadem ſignificatione occurrit vox חשבון hheſchbon. *Symmachus* hîc: λογισμὸν, Vulg. *rationem*, vertit à ſignificatu radicis, quu eſt *cogitare*.

Ut noſſem improbitatem &c.] *Sapientia* & *ratiocinatio* res bonas & laudabiles complectuntur; ſequentia *improbitas* &c. vitia & mala facta.

Stultè factorum] הוללות holeloth. Vide Cap. I, 17. Hæc ſunt tantùm veluti præfatio eorum quæ mox dicet de mulieribus, ſi *Hieronymo* credimus, qui ita habet, in Commentario: *Quia igitur ſuprà Eccleſiaſtes dixerat, omnia ſe in ſapientia pertentaſſe, & quantò plus eam requiſierit, tantò illam longiùs refugiſſe; nunc ait etiam aliud in ſua ſe quæſiſſe ſapientia, quod, in rebus humanis, malum omnia antecedat mala, & quæ res in impietate, ſtultitia, errore, vecordia, teneret principatum. Et dicit ſe omnium malorum caput mulierem reperiſſe.* Nec dubium eſt, quia ingenium mulierum ejus ævi, tam Hebræarum, quam Ethnicarum, optimè omnium noſſe potuerit; qui in Gynæceo habuit uxores ſeptingentas, pellices trecentas, quibus ancillarum multò majorem eſſe numerum oportuit. Vide 1. Reg. XI, 1. & ſeqq. Quæ accepimus de iis, quæ in Oriente narrantur de vitiis & ſceleribus, calliditatéque & dolis uxorum Orientis Regum, ſatis oſtendunt tot mulieres non poſſe

mentiam inſanè factorum; [27]. & comperi ego morte amariorem eſſe mulierem, cujus animus eſt *inſtar* retium & caſſidum, & manus *inſtar* vinculorum. Qui bonus eſt, coram Deo, eâ expedietur, ſed peccator capietur. [28]. Vide, hoc inveni, inquit *ſapientia* concionabunda, ſingulas *mulieres perſcrutata*, ut *earum* numerum, *ſi quæ eſſent bonæ inter eas*, comperirem. [29]. Quas adhuc quæſivit animus meus, nec *tamen* inveni; virum unum *bonum* è millenis inveni; ſed mulierem in omnibus illis *bonam* compertam non habui. [30]. Hoc tantùm conſidera, comperi à Deo factos eſſe homines rectos, at illi ratiocinationes multas quæſiverunt. [31]. Quis eſt ſapientis inſtar? & quis rei interpretationem novit?

VIII. De

ſimul eſſe, quin innumera mala moliantur & perficiant, zelotypiâ, quâ ſe invicem proſequuntur, ambitione, libidine atque avaritiâ, præſertim ſi imbecilliorem virum nactæ ſint. Videmus etiam ipſum Salomonem ſenem eò uſque ſuis eſſe obſequutum, ut animus ejus à ſolius veri Dei cultu turpiter averteretur, ut docet Hiſtoria Sacra. Si unam habuiſſet, aut paucas certè uxores, tot malas mulieres, neque tot nequiter facta unquam vidiſſet, nec uſque adeò in earum ſexum invectus eſſet; qui paucis verbis ſuperavit omnia, quæ *Euripides* ille μισόγυνος, in tot Tragœdiis, de ſequiore ſexu dixit. Vide quæ ex eo collegit *Joan. Stobæus* Flor. Tit. LXXIII.

27. *Cujus animus eſt inſtar retium* &c.] אשר היא מצודים וחרמים לבה אסורים ידיה, *quæ illa retia & caſſes cor ejus, vincula manus ejus.* LXX. Int. ἥτις ἐστὶ θηρεύματα καὶ σαγῆναι καρδία αὐτῆς, δεσμοὶ εἰς χεῖρες αὐτῆς. *Aquila*: δεδεμέναι χεῖρες αὐτῆς, cetera interciderunt verba. *Hieronymus* denique: *quæ laqueus venatorum eſt & ſagena cor ejus, vincula ſunt manus illius.* מצודה *meſodah* eſt rete, quo capiuntur piſces infra Cap. IX, 2. חרם etiam idem eſt, Habak. I, 15. אסורים *aſourim*, vincula ſunt Jud. XV, 14. quamvis plerumque ſint *vincti*. Intelliguntur callidi ſermones & blandi, quibus animi capiuntur, tum etiam brachia, quibus amatores complectuntur, *Epidicus* in Cognomine Fabula Plautina Act. II. S. 2, 30. de meretricibus:

Obviam ornatæ occurrebant ſuis quæque amatoribus
Eos captabant; id adeò qui maximè animum adverterim,
Pleræque hæ ſub veſtimentis ſecum habebant retia.

Bonus eſt coram Deo] טוב לפני האלהים tob liphne haelohim, *bonus ad faciem Dei*, hoc eſt, is quem Deus amat, cui ſingulari ratione favet, ei periculo eripietur; aut verus virtutis, etiam Deo judice, cultor non fucatus, à qualibus ſæpe homines falluntur. Vide *Hug. Grotium* ad Luc. I, 6.

28 *Inquit ſapientia* &c.] *Inquit concionatrix*, אמרה קהלת *amerah koheleth.* Nihil hic addimus, quamvis Salomo intelligatur, quòd poſſet hic Proſopopœia Latinè ſervari, quia eſt verbum hìc fœmininum; quam ſervare non potuimus ubi verbum maſculinum, aut nomen additur, ut Cap. I, 2. II, 2. XII, 8, 9, 10.

Singulas perſcrutata] אחת לאחת ehhath leehhath, *unam ad unam.* Ut Gallicè *une à une*, hoc eſt, ſingulas ſeorſim. Sed cum penderet conſtructio, quia nullum eſt verbum, ad quod duo hæc nomina referantur; ex re ipſa aliquid ſupplendum fuit, quod eſt participium *Pihel* מבקשת *mbakke cheth*, perſcrutata; hoc eſt, poſtquam ſigillatim multarum mulierum indoli cognoſcendæ operam dediſſem. Quod participium eruimus è verbo ſequentis verſûs בקשה נפשי *quæſivit anima mea.*

Ut earum numerum, ſi quæ eſſent bonæ inter eas, comperirem] למצוא חשבון limtio hheſchbon, *ad inveniendum numerum*; non quidem omnium mulierum, aut etiam earum, quæ in Gynæceo, aut Gynæceis ipſius erant, numerum, quem non quærebat; ſed tantum bonarum. Itaque addidimus, perſpicuitatis gratiâ, *ſi quæ eſſent bonæ inter eas*, אם טובות ביניהן im thoboth beochen, *an bonæ inter illas.*

29. *Virum unum bonum, è millenis, inveni*] אדם אחד מאלף מצאתי adam ehhad meeleph matſathi, *hominem unum è mille inveni.* אדם *adam*, omnes humani generis participes, ſine ſexûs diſcrimine, ſignificat; ſed hoc loco perinde eſt ac איש *vir*, quod eſt nomen ſexûs, ut intelligere eſt ex oppoſitione vocis אשה *iſchah*, mulier, quæ ſequitur. Addidimus hìc quoque *bonum*, quia Salomo hunc tantùm quærebat, non *hominem*, aut *virum* ſimpliciter. Senſus eſt, cùm expendiſſet ſexum virilem, in magno numero bonos quoſdam reperiſſe, ſed paucos.

Sed mulierem in omnibus illis bonam compertam non habui] ואשה בכל אלה לא מצאתי *veiſchah bechol elleh lo matſathi.* Hìc quoque *bonam* ſupplendum fuit; ne obſcurior eſſet oratio; quæ quidem obſcuritas non eſt inelegans Hebræis auribus, elliptico ſermone gaudentibus, ſed Latinis æquè grata non accideret. Legendam hìc ſubjiciam verſionem Hieronymianam, ne temerè hæc dicere videar: *Ecce hoc inveni, addit Eccleſiaſtes, unam & alteram, ut invenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea, & non inveni. Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni.* Nec quiſquam objiciat *de bonitate virorum verbum nullum in antecedentibus legi*; nam ſatis eſt exorſum loqui Salomonem de nequitia mulierum, ut liqueret, quid vellet in ſequentibus, ubi viros mulieribus opponit.

30. *Comperi à Deo factos homines rectos*] *Inveni, quòd fecit Deus hominem.* האדם *haadam* non Adamum primum hominem, ſed *homines*; ſequitur πληθυντικῶς, *at illi quæſiverunt* &c.

Ratiocinationes multas] חשבנות רבים *hhiſchbonoth rabbim.* LXX. Int. ἐζήτησαν λογισμοὺς πολλούς. *Symmachus*: [illegible] πολυμερημονοῦντες. Vulgatus: *ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus.* Hìc חשבנות *hhiſchbonoth*, ſunt pravæ ratiocinationes, quibus omnia homines implicuerunt & obſcurarunt.

31. *Rei interpretationem*] פשר דבר *pheſcher dabar.*

VIII. De reverentia eorum, qui parent, erga imperantes, de opportunitate in rebus gerendis, déque providentia divina.

1. SAPIENTIA hominis vultum ejus ſerenum facit; ſed contumaciâ oris ejus mutatur. 2. Ego *te hæc moneo*, mandatum Regis obſerva, vel propter jusjurandum, Deo *teſte*, *conceptum*. 3. Ne propter eum perturberis, abito, ne in re mala perſeverato, nam quidquid voluerit facit; 4. quia verbum Regis eſt imperium, quis verò ei dicere ſuſtineat quid facis? CAPUT VIII.

5. Qui

dabar. LXX. Intt. λύσιν ῥήματος, Vulg. *ſolutionem verbi*. Hæc ſunt connexa cum ſuperioribus; ait enim antea Salomo ab hominibus invenras ratiocinationes multas, quibus res obſcurarunt, & quas nemo, ut hîc habet, interpretari queat, præter ſapientes. Quod ſi verum fuit Salomonis ævo, hoc noſtro eſt vero verius.

C O M M E N T A R I U S

In CAPUT VIII.

1. *VUltum ejus ſerenum facit*] תאיר פניו *thair phanau*, faciet ut vultus ejus luceat. *Serenum vultum* vocant Latini, qualem præſtat adfectuum vehementiorum vacuitas, quæ ſolius eſt ſapientis.

Contumaciâ oris ejus mutatur] עז פניו ישנא *hoz phanau jeſchunne*. עז eſt pro בעז *behoz*, in contumacia. עז פנים haz phanim, *fortis facie* eſt contumax & impudens Deut. XXVIII, 5. & Dan. VIII, 23. Inde *hoz* (עז) *phanim*, eſt contumacia, & impudentia, quâ os efferatur, & pro ſereno fit nubilum. ישנא jeſchunne eſt à שנה, in Pihel, *mutavit*, mutato ה in א, quæ litteræ ſæpe miſcentur. LXX. Intt. ἀναιδὴς προσώπῳ αὐτοῦ μισηθήσεται, quaſi eſſet verbum hoc à שנא *ſchaneh*, odio habuit, & quaſi pro (עַז) legendum eſſet עֹז. *Hieronymus*: *potentiſſimus faciem ejus mutabit*; quæ ad rem nihil faciunt.

2. *Ego te hæc moneo*] Eſt tantùm אני anî, *ego*. At ſupplendum מצוה זאת לך mtſavveh zoth lcha, *moneo te hoc*.

Mandatum Regis obſerva] פי מלך שמר *phi melech ſchmor*, os Regis ſerva. LXX. Intt. στόμα βασιλέως φύλαξον, omiſſa vocula אני *ego*. Hieronymus: *ego os Regis obſervo*, quaſi legendum eſſet שֹׁמֵר; ſed præcipit hîc Salomon, nec ipſe Rex poteſt dici mandatum Regis obſervare.

Vel propter jusjurandum, Deo teſte &c.] ועל דברת שבועת אלהים vehal dibrath ſchbouhath elohim, *& propter jusjurandum Dei*. LXX. Intt. καὶ περὶ λόγου ὅρκου θεοῦ μὴ σπουδάσῃς. *Symmachus*: καὶ παραβῆναι ὅρκον θεοῦ μὴ σπεύσῃς. Conjunxerunt cum his ſequentia אל תבהל *al thibbael*. Hieronymus: *præcepta juramenti Dei*. Non intellexerunt voces עַל דִּבְרַת, quæ ſignificant *propterea* ſupra C. VII, 14. & Dan. II, 30. Intelligimus hæc de Sacramento, quod Regi dicunt populi ejus imperio ſubjecti. Pro *Dei* diximus *Deo teſte conceptum*, qui eſt ſine dubio ſenſus. Vide 1. Reg. II, 42. ubi hoc ipſum loquendi genus occurrit.

3. *Ne propter eum perturberis*] אל תבהל מפניו al thibbahel mipphanau, *non turbaberis à facie ejus*. Notum eſt מפני *mipphene*, paſſim perinde eſſe ac *propter*, & præſertim uſurpari, ubi ſermo eſt de re metuenda. Vide Joſ. II, 24. & Eſaiæ XIX, 1. Vult Salomo nihil eſſe, cur timeatur Rex, ſi modò leges obſerventur; aut, ſi cui pravo negotio ſe ſe admiſcuerit quiſpiam, quo Rex offendatur, quàm primùm ad officium redire eum oportere.

Quidquid voluerit facit] *Quidquid voluerit faciet*, quod verti etiam queat *facere poteſt*. Reverà, apud Hebræos, ut apud pleruſque omnes Orientales populos, Reges erant prorſus ἀνυπεύθυνοι. Qui à Synedrio Magno Reges in officium redactos aiunt, fabulas narrant, à Sacris Litteris alienas. Hîc autem non vult Salomo tantam fuiſſe potentiam Regis Hebræorum, ut nemo eam fugere poſſet. Exemplum Jerobohami oſtendit potuiſſe, apud vicinas Gentes, perfugium inveniri, ab Hebræis, qui ad eas confugiebant. Vide 1. Reg. XI.

4. *Verbum Regis eſt imperium*] באשר דבר מלך שלטון baaſchar dbar melech ſchilthon; *in quo verbum Regis eſt imperium*. Primum באשר *baaſcher* vertimus *quia* vel *eo quòd*, ita poſtulante ſententiâ. Deinde שלטון *ſchilton*, imperium. Vide infrà verſ. 8. & Dan. III, 2. Senſus eſt, ubi Rex patefecit quid velit, nemini fas eſſe obſequium detrectare, cùm in ſingulis ejus dictis ſit imperii majeſtas. LXX. Intt. καθὼς βασιλεὺς ἐξουσιάζων λαλεῖ, unde intelligere eſt legiſſe eos כאשר *chaaſcher*, incommodè. Meliùs *Symmachus*: διὰ τὸ λόγον βασιλέως ἐξουσιαστικὸν εἶναι. Vulgatus: *& ſermo illius poteſtate plenus eſt*.

Quis verò ei dicere ſuſtineat &c.] *Quis dicet illi, quid facies*? nempe, reprehendendo id quod facere vult, & mandatis ejus obſiſtendo. Attamen Prophetæ, juſſu Dei, apud Hebræos, ſæpe Reges acriter caſtigabant; ſed alia eſt ratio eorum, qui nomine Dei loquuntur; alia eorum, qui ſponte ſuâ Regum conſilia reprehendunt. Semper etiam licuit miniſterium ſuum Regi negare, ſi quid Moſaïcis Legibus contrarium imperarent; quod ſi vi & metu extorqueret, non erat hoc imperium legitimum, ſed tyrannis. Apud Perſas, quorum deſpoticum prorſus imperium fuit, legibúſque omnibus ſolutum, ne tutum quidem fuit conſilium Regi dare, quod ſi fortè diſpliceret, flagris luendum erat. Qua de re, vide quæ collegit *Barn. Briſſonius* de Regno Perſico Lib. I. p. 24. Edit. Sylburgianæ.

5. Qui præcepti obſervans erit calamitatem non experietur; tempus opportunum & rationem novit animus ſapientis; 6. nam cuivis voluntati eſt tempus & modus, quia magna eſt hominis nequitia. 7. Neſcit quippe ille quid ſit futurum, quis enim ei aperire queat, quando erit? 8. Nemo eſt, qui imperet vitæ, ad prohibendum ne vita *avolet* nullum eſt *ejus* imperium, die mortis. Nulla eſt miſſio in hoc prælio, nec improbitas liberat eum, cui ineſt. 9. Hæc

5. *Qui præcepti obſervans eſt calamitatem* &c.] *Non cognoſcet rem malam*; ſi, nempe, præceptorum obſervans ſit, quibus per Legem parere fas eſt; nam perfringere Legem, in gratiam Regis, nefas erat, & pœnis divinitus immiſſis luebatur.

Tempus opportunum & rationem] עת ומשפט heth oumiſchphat, *opportunitatem & judicium.* Nempe משפט interdum non *jus*, aut *judicium*, ſed *rationem* ſe gerendi ſignificat. LXX. Intt. καιρὸν κρίσεως omiſſâ copulâ, perperam. Sic & verſu ſequenti verterat *Symmachus*: καιρὸν χρείας καὶ τρόπου, quem in hoc verſu eodem etiam modo vertiſſe oportuit. Hîc habet Vulgatus: *tempus & reſponſionem*, incommodè. Sententia autem eſt, quamvis parendum ſit Regi, qui nemini eorum, quæ fieri vult, rationem reddere neceſſe habet; attamen virum ſapientem, qui ab eo jubebitur quidpiam facere, quod inhoneſtum eſt, aut etiam Regi ipſi noxium, tempus capraturum ejus adloquendi opportunum, & rem ita expoſiturum, ut Rex ſponte ſuâ intelligat, ſatius eſſe rem omitti, & mandata ſua revocet. Sed ut hoc fiat, prout par eſt, opus eſt homine prudente,

Quique viri molles aditus & tempora novit,

ut Virgilianis verbis utar, ex Æn. IV, 423.

6. *Cuivis voluntati eſt tempus & modus*] לכל חפץ יש עת ומשפט lchol hhephets jeſch heth oumiſchphat, *omni voluntati eſt tempus & judicium*; hoc eſt, quidquid adgrederis facere, id tempore opportuno, & eo modo, quo par eſt, gerendum. Si quis Regi irato, aut alio vehementiore adfectu præpedito quidpiam perſuadere adgrediatur, vel audaciùs æquo conſilium ejus aſpernetur; hominem offendet & pertinaciorem faciet, nedum ut poſſit à ſententia deducere.

Magna eſt hominis nequitia] כי רעת האדם רבה עליו chi rahath haadam rabbah halau, *nam nequitia hominis multa*, aut *magna ſuper eo*. LXX. Intt. ὅτι γνῶσις τοῦ ἀνθρώπου πολλὴ ἐπ' αὐτόν, quod ſequutus etiam eſt *Theodotion*. Legerunt, nempe, דעת *dahath*, pro רעת *rahath*. De qua lectione ſic *Hieronymus*: *In Hebræo* malitiam *habetur*, *non* ſcientiam; *ſed quia* Res & Daleth *litteræ Hebraicæ, excepto parvo apice, ſimiles ſunt, pro* Raath, *legerunt* Daath, *id eſt*, *pro* malitia, ſcientiam. *Symmachus* verò legit, ut nos, cùm verterit: ἡ κάκωσις τοῦ ἀνθρώπου πολλὴ κατ' αὐτοῦ. Sed רעת ſignificare hîc non videtur κάκωσιν, *miſeriam*, aut *calamitatem*, ſed *malitiam* κακίαν, aut *nequitiam*. Si homines adfectibus carerent, nec quidquam caperent, præter id quod rectum eſt, niſi fortè merâ inſcientiâ peccarent; non opus eſſet à prudentioribus tempus captari, aut orationem molliorem adhiberi, ut revocarentur à pravo conſilio; ſatis eſſet quovis tempore, & quovis modo eos moneri, illico meliora monentibus auſcultarent. Sed quia multis vitiis laborant, ut ſuperbiâ & cupiditate nimiâ; neceſſe eſt artem adhiberi, præſertim apud potentiores, ut intelligant ſe erraſſe, nec errorem oſtendentibus indignentur. Sic Charidemus Athenienſis, qui merebatur, in exercitu Darii, Perſarum Regis, ab eo interrogatus *ſatiſne ei videretur inſtructus, ad obterendum hoſtem*, cùm contempſiſſet Perſarum copias, & contrà Macedonum exercitum laudaſſet, ſibi exitium creavit. Dario enim erat, ut ait *Curtius*, mite & tractabile ingenium, niſi naturam plerumque fortuna corrumperet. Itaque veritatis impatiens hoſpitem ac ſupplicem, tunc maximè utilia ſuadentem, abſtrahi juſſit ad capitale ſupplicium. Hæc paullò pluribus, quia videbam locum vulgò non ſatis intellectum.

7. *Neſcit quippe ille* &c.] Qui bonum conſilium audit, nec prævidet quid futurum ſit (nam quis auderet ſatis apertè ei aperire?) ut Darius, aures veræ admonitioni claudit. Occiſo demum Charidemo & re apud ſe reputatâ, ſera pœnitentia ſubiit Regem, ac vera dixiſſe confeſſus, eum ſepeliri juſſit. Miror ab *Hieronymo* ſic eſſe hunc verſiculum verſum: *quia ignorat præterita, & nullo futura ſcire poteſt nuncio*; eſt enim שיהיה ſchejihjeh, *quod erit*, non שהיה *ſchehajah*, quod fuit, & res ipſa poſtulat futurum adhiberi. LXX. Intt. habent: τί τὸ ἐσόμενον, nec aliter legit *Hieronymus*, ſed præterita futuris opponi putavit.

8. *Nemo eſt qui imperet vitæ*] אין אדם שליט ברוח en adam ſchalit barouahh, *nullus homo imperans ſpiritui*. LXX. Intt. aut *Aquila*: οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ἐξουσιάζων ἐν πνεύματι τοῦ κωλῦσαι σὺν τὸ πνεῦμα. Vulg. *non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum*. Convenientius viſum eſt רוח *rouahh*, vitam vertere, quia opponitur *morti*, cùm ea voce non minùs *vita*, quàm *ſpiritus* ſignificetur. Vide Gen. VI, 3.

Ad prohibendum ne vita avolet] לכלוא את הרוח lichlo eth harouahh *ad prohibendum ſpiritum*; ne, nempe, evaneſcat.

Nullum eſt ejus imperium] Addidimus *ejus*, quia ſermo eſt de eo, cui eſt imperium in alios, non de quovis homine.

Nulla eſt miſſio in hoc prælio] אין משלחת במלחמה en miſchlahhath bammilhhamah, *nulla miſſio in prælio*; hoc eſt, prælium hoc; cum Morte, nempe, neque dirimitur, neque aliter deſinit quàm victoriâ, quam de Rege, æquè ac de paupere Mors refert. משלחת vertimus *miſſionem*, eâ ſignificatione quâ Latini *miſſionem militum* dicebant pro dimiſſione. LXX. Intt. οὐκ ἔστιν ἀποστολὴ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. Vulgatus: *non ſinitur quieſcere ingruente bello*. Hîc מלחמה non *bellum*, ſed *prælium* eſt, Mors enim uno prælio vincit. *Symmachus*: παρατάξασθαι εἰς πόλεμον.

Nec improbitas liberat] Hoc eſt, dolus nullus eſt, quo falli Mors poſſit.

Eum cui ineſt] בעליו behalau, *dominos ejus*. Notus eſt Hebraïſmus, quem bene expreſſit *Symmachus*, his verbis: ἔχοντα αὐτήν. LXX. Intt. malè; τὸν παρ' αὐτῆς. Hieronymus: *impium*.

9. *Ani-*

Digitized by Google

9. Hæc omnia vidi & animus meus adjectus eſt omnibus operibus, quæ fiunt ſub Sole. Tempus *eſt*, quo homo homini imperat, in ſuam *ipſius* perniciem. 10. Simul vidi improbos ſepultos; at *qui* venerant è loco ſacro, abierunt & oblivioni mandati ſunt in urbe, in qua rectè ſe geſſerant. Hoc quoque eſt inanitas. 11. Non fit enim *ſat* citò decretum de malè factis, ideóque plenus eſt animus filiorum hominum, *cupiditate* malè faciendi.

9. *Animus meus adjectus eſt*] ונתון את לבי venathon eth libbi, *& dare cor meum*. LXX. Intt. ἔδωκα τὴν καρδίαν μου. Vulgatus: *dedi cor meum*. Hic infinitivus cum præterito conjunctus vim præteriti obtinet, ut Exod. VIII, 15. Jerem. XIV, 5. & plura apud *Sal. Glaſſium* Phil. Sacr. Lib. III. Tr. III. Can. 43. oſtendunt; niſi ſubaudiendum ſit idem verbum in Præterito, & hîc quidem נתתי nathatthi, *dedi*.

Quo homo homini imperat in ſuam &c.] *In malum ſibi*. Hæc eodem pertinent ad ſuperiora, nempe, ad Regem, cui ſuum ipſius imperium ἀνυπεύθυνον interdum exitio eſt; dum imprudens vult ea fieri, quæ ſibi ſunt noxia, nec aliorum prudentium conſiliis aurem præbet. Sic ipſius Salomonis filio nocuit ſumma poteſtas, cujus jure ſeniorum conſilium ſprevit, ut juniorum ferociæ obſequeretur; quod factum non eſſet, ſi neceſſe ei fuiſſet Conſiliariorum paternorum auctoritatem ſequi, ſimúlque ſervatum ei eſſet XII. Tribuum regnum integrum, contrà quàm contigit. Vide 1. Reg. XII, 6. & ſeqq.

10. *Improbos ſepultos*] Qui indigni erant qui ſepelirentur, & quorum memoria prorſus exſtinguenda fuit, nedum ut ullo monumento ad poſteros tranſmitteretur.

Qui venerant è loco ſacro] ובאו ממקום קדוש oubaou mimmekom kadoſch, *& venerunt è loco ſancti*. Hiſce verbis contineri videtur periphraſis viri religioſi. *Locus* autem *ſancti* nullus erat, tunc temporis, præter Templum Jeroſolimitanum, quod *Dei ſancti* in terris veluti ſedes erat; atque è reditu ex eo loco videtur viri pii deſcriptio deſumta eſt, quia Dei timentes ſæpius eò ſe conferre, ut ſacra facerent, Deúmve orarent, ſolebant; ac proinde inde etiam domum redire. Fateor alibi nuſquam Templum vocari *locum Sancti*, ſubaudito, nomine *Dei*, aut etiam *Iſraëlis*, ut ſit ſenſus *è loco ejus*, *qui eſt Sanctus Iſraëlis*, quomodo alibi Deus vocatur. Ideóque *è loco ſacro* vertimus quaſi eſſet מְקוֹם קָדוֹשׁ non מְקוֹם קָדוֹשׁ ac ſanè *locus ſancti* eſt *locus ſacer*. Præterea ſupplevimus *qui* & t vertimus *at*, nam hæc opponuntur ſuperioribus. Vitioſi ſunt Codd. LXX. Intt. hodierni, qui habent tantùm: καὶ ἐκ τοῦ ἁγίου, pro καὶ ἦλθον ἐκ τόπου τοῦ ἁγίου, cum Hieronymus habeat in Commentario: *& venerunt & de loco ſancto*; ubi tamen abundat alterum *&*. *Aquila*: καὶ ἦλθον ἐκ τόπου ἁγίου. *Symmachus*: καὶ ὅπως περιεπάτουν ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ἀνέστρεφον. Vulgatus verò: *cùm adhuc viverent in loco ſancto erant*, ſine ſenſu, nec convenienter Hebraïcis verbis.

Abierunt] יהלכו jehallechou, *abierunt*, nempe, è vita, deceſſerunt, quæ poteſtas eſt hujus verbi Pſ. LVIII, 9. & alibi. Vide *Val. Schindlerum*, qui docebit etiam Arabas ſic idem verbum uſurpare.

In urbe, in qua ſe rectè geſſerant] וישתכחו בעיר אשר כן עשו *jiſchthacchebhou bahir aſcher chen haſchou*. Hîc conjugatio *Hithpaël* verbi שכח paſſivo ſenſu ſumitur, ut aliàs verbi Gen. XXII, 18. collato cum Cap. XII, 13. & XXVIII, 13. & alibi. At LXX. Intt. hîc habent ἐπῃνέθησαν. & Vulg. *laudabantur*, quia legerunt וישתבחו *jiſchtabbehhou*. Sed melius habent noſtri Codices; hîc enim opponuntur malis, de quibus antea, monumentis illatis, boni viri, qui illico oblivioni mandentur. כן *chen* hîc nomen viſum eſt, quo id quod eſt *rectum* ſignificatur. Sic & *Symmachus*, qui habebat: δίκαια πράξαντες, & Vulgatus: *quaſi juſtorum operum*. Vide Num. XXVII, 7. 2 Reg. VII, 9 LXX. Intt. οὕτως, ſine ſenſu.

Hoc quoque eſt inanitas] Hinc quoque liquet quàm inania ſint hominum ſtudia & judicia; quòd homines mali monumenta, poſt mortem, conſequuntur, quibus eorum ſervatur memoria; dum boni & bene meriti de patria oblivioni poſt mortem, mandantur & ne fortè quidem interdum ſepelluntur.

11. *Non fit enim ſatis citò decretum de* &c.] אשר אין נעשה פתגם מעשה הרעה מהרה *aſcher en nahaſcheh phithgam mahaſcheh harahah meherah*; quia non fit decretum facti mali citò; hoc eſt, ſententia non fertur ſat citò de malis factis. Vox פתגם eſt Chaldaïca, decretúmque, aut ſententiam ſignificat. Hîc tantùm exſtat atque Eſther I, 20. in libris Hebraïcis, at frequens eſt in Chaldaïcis. LXX. Intt. ὅτι οὐκ ἔστι γινομένη ἀντίρρησις ἀπὸ τῶν ποιούντων τὸ πονηρὸν ταχύ. *Symmachus* meliùs: διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι τὴν ἀπόφασιν. Sic & Vulgatus: *non profertur citò contra malos ſententia*.

Plenus eſt animus filiorum hominum &c.] *Plenum cor filiorum hominis in iis ad faciendum malum*. LXX. Intt. habent: ἐπληροφορήθη καρδία. *Aquila*: ἐτόλμησεν. *Symmachus*: ἄφοβος καρδία. Vulgatus: *abſque timore ullo*. Quibus omnibus idem ſignificatur; nempe, tarditate ſupplicii, animum addi malis nequitiæ ſuæ indulgendi, ſine dubitatione. *Cor* enim *impleri* dicitur quadam molitione, cùm ei prorſus adſentitur, eámque apud ſe decrevit. Vide Eſth. VII, 5. Verbo tenus Latinè res ſat commodè exprimi nequit, nec remotior à verbis circuitio in hiſce verſionibus, ſatis æquo animo fertur.

Quæ hîc habet Salomo objiciebant etiam Epicurei Providentiæ, ut liquet ex hiſce verbis Patroclis, initio Libri *Plutarchi* de ſera Numinis vindicta, ubi rem ſic proponit: ἐπεὶ πάλαι δ᾽ ἐγκαλέσαντος ἀνδρὸς Εὐριπίδου λέγοντος·

Μέλλει, τὸ θεῖον δ᾽ ἐστὶ τοιοῦτον φύσει.

Καί τοι πρὸς οὐδέν. ἥκιστα δὲ πρέπειν πρὸς τοὺς πονηροὺς ῥᾳθύμοις εἶναι τὸν θεὸν, οἳ ῥαθύμους ὄντας αὐτοὺς, οὐδὲ ἀμβολιεργοὺς τοῦ κακῶς ποιεῖν, ἀλλ᾽ ὀξυτάταις ὁρμαῖς ὑπὸ τῶν παθῶν φερομένους πρὸς τὰς ἀδικίας. καὶ μὴν τὸ ἀμύνασθαι τῷ παθεῖν (ὥς Θουκυδίδης φησὶν) ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον εὐθὺς ἀντιφράττει τὴν ὁδὸν τοῖς ἐπιπλεῖστον εὐροούσῃ τῇ κακίᾳ χρωμένοις! οὐδὲν γὰρ οὕτω χρέος ὡς τὸ τῆς δίκης ὑπερήμερον γινόμενον, ἀσθενῆ μὲν ταῖς ἐλπίσι ποιεῖ καὶ ταπεινὸν τὸν ἀδικούμενον, αὔξει δὲ θρασύτητι καὶ τόλμῃ τὸν μοχθηρόν· αἱ δὲ ὑπὸ χεῖρα τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι,

faciendi. [12]. Quamvis qui peccat malefaciat centies, ſibi *vitam* producit; licèt etiam norim bene futurum eſſe Dei timentibus, qui eum reverebuntur; [13]. nec bene futurum improbo, nec eum dies ſuos producturum, magis quàm umbram, qui Deum reveritus non fuerit. [14]. Eſt inanitas, quæ in terra contingit, quòd ſint innocentes, ad quos pertingit id, quod eſt factis nocentium conſentaneum, & *contra* nocentes, quibus id obtingit, quod eſt conſentaneum factis innocentium. Hoc quoque inanitatem eſſe dixi. [15]. Tum ego laudavi lætitiam, eò quòd nihil bonum ſit homini, ſub Sole, niſi ut edat, bibat, atque hilaris ſit; quod unum ei adhæret in labore ſuo, per dies vitæ ſuæ, quos ſub Sole ei dedit Deus. [16]. Quando animum meum adpuli ad cognoſcendam ſapientiam, conſiderandáque negotia, quæ fiunt in terra, cùm nec interdiu, nec noctu oculis ſuis quiſquam ſomnum videret; [17]. animadverti omnia opera Dei, nec hominem comperire poſſe *finem* operum, quæ fiunt ſub Sole; qua de cauſa homo laborat, ad quærendum quod non inveniet; nec ſi dicat ſapiens, ſe ſcire, *ideò* poteſt invenire.

IX, Immo-

τιμωρίας, καὶ τὸ μελλῆσαι οἷον ἐπισχέσεις ἀδικημάτων, καὶ μάλιστα τὸ παρηγορεῖν τοὺς πεπονθότας ὄντων αὐτοῖς. *Jam pridem indignabar audiens Euripidem dicentem:* cunctatur, nam tale eſt naturâ numen. *Enim verò nullam ad rem, ſed minimè omnium adverſùs malos Deum decebat eſſe ſegnem; cùm ipſi ſegnes non ſint, aut dilatores maleficiorum, ſed adjectibus ferantur, celerrimis impulſibus ad iniqua facta. Thucydidis eſt ſententia ultionem maleficio quàmproximè conjunctam continuò viam intercludere iis, qui ut plurimum nequitia bene ſibi cedente utuntur. Nullum enim debitum perinde, atque dilatio pœnæ, ſpem injuria adfecti debilitat, atque animum ejus dejicit, improbi verò ferociam atque audaciam adauget. Sed ſupplicia facinoribus ſtatim occurrentia futurorum ſunt inhibitiones flagitiorum, iiſque præſertim ineſt quod injuriam paſſos ſoletur.* Quibus multa egregia reponit Timoo, atque inter alia, nos omnes rationes, quibus divina Juſtitia ſe geret, non adſequi; nec tamen ideò nullam eſſe, cùm ne legum quidem humanarum omnium rationes intelligamos: Seriùs Deum pœnas ſumere de malis, ut exemplo ſuo nos doceat, non eſſe illico iræ indulgendum, ne modum nullum in ultione ſervemus, ſed *θεῖον ἡγεῖσθαι μέρος ἀρετῆς τὴν πρᾳότητα ἢ τὴν μεγαλοπάθειαν, ἣν ὁ θεὸς ἐνδείκνυται, τῷ μὲν κολάζειν ὀλίγους ἐπανορθῶσαι, τῷ δὲ βραδέως πολλοὺς ὠφελοῦσαν καὶ νουθετοῦσαν, divinam exiſtimare partem virtutis manſuetudinem, gravitimque injuriarum tolerantiam, quam oſtendit Deus, pœnis paucos corrigentem, tarditate verò multas juvantem & admonentem:* Pœnas humanas & præcipites ultionem tantùm ſpectare, ſed Deum, qui animos novit, exſpectare nocentium pœnitentiam, tempúſque iis ad ſanam mentem redeundi largiri; quod nec fruſtra ſemper factum exemplis demonſtratur: E malis viris ſæpe prognatos eſſe filios, qui patriæ lumina & columina fuere, quam numquam juviſſent, ſi parentes eorum ſine liberis, ob flagitia, ſubitò fuiſſent exſtincti: Moram ſuppliciorum videri nobis longam, ſed brevem eſſe Deo, cui, *πᾶν ἀνθρωπίνου βίου διάστημα τὸ μηδέν ἐστι, totum humanæ vitæ ſpatium, pro nihilo eſt:* Non tum demum plecti malos cùm capite pœnas luunt, ſed & longè antea, morſibus & terroribus animi ſibi malè conſcii, quorum exempla proferuntur: Denique de animis, poſt hanc mortalem vitam, pœnas ſumi, quod probare conatur Oraculis & hiſtoria, aut fabula Theſpeſii Solenſis, qui tertio poſt mortem die revixerit, & narrarit pœnas, quas malos in inferis luere vidiſſet. Sed nos quæ Ethnici fabulis dumtaxat fulciebant, jam Dei beneficio, demonſtrare poſſumus, & ænigma, quod Salomoni crucem figebat, certis rationibus ſolvere. Si ejuſmodi lumine illuſtratus fuiſſet, numquam hîc omiſiſſet eamdem ſolutionem proferre.

12. *Sibi vitam producit*] מאריך לו *maarich lo*, nempe, חיים aut ימים *vitam* aut *dies*. Vide ſuprà C. VII, 16.

Licèt etiam norim] כי גם יודע אני *chi gam jodeah ani.* כי *chi* hîc eſt *quamvis*. Hæc addit Salomo, ne quis putet, quod dixit de malis, qui nullas pœnas dant facinorum, eſſe perpetuum. Id ipſum eſt, quod tuetur Jobus.

14. *Eſt inanitas, quæ in terra contigit*] *Inanitatem* vocat Salomo, quòd nondum alterius vitæ pœnas & præmia tenentibus videbatur Virtutem & Vitium inania eſſe nomina ſuadere: cùm nocentes in hac vita præmiis Virtutis, innocentes verò pœnis ſoli vitio debitis ſæpe adficerentur. Quod & viſum M. Bruto, cæſis ſuis copiis, ſi *Dioni* Lib. XLVII. in fine, credimus, exclamavit:

Ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ' ἦσθ'· ἐγὼ δέ σε
Ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἐδούλευες τύχῃ.

O infelicem Virtutem! verbum ſanè erat, ego verò te ut rem colebam, at ſerviebas Fortunæ. Sed præmia alterius vitæ jam explorata æſtum animorum ſedarunt, & præſentium malorum ſenſum, ſpe futuræ felicitatis, minuerunt.

Id quod eſt factis nocentium conſentaneum] כמעשה הרשעים, chemahaſcheh hareſchahim, *ſicut opus malorum*; nempe, dignum eſt, aut meretur, aut ei operi conſentaneum eſt; hoc eſt, calamitas. Hæc paraphraſi rectè rem expreſſit *Hieronymus: ſunt juſti, quibus mala proveniunt, quaſi opera egerint impiorum; & ſunt impii, qui ita ſecuri ſunt, quaſi juſtorum facta habeant.*

Inanitatem eſſe duxi] אמרתי שגם זה הבל amarthi ſchegam zeh hebel, *dixi hoc quoque eſſe inanitatem.* Vide ad initium verſûs. *Dixi* perinde eſt ac *dixi in corde meo*, vel reputavi.

15. *Laudavi lætitiam &c.*] Hoc eſt, ut jam antea diximus, hoc unum eſſe bonum ſtatuebam, frui præſentibus bonis, ſed intra modum ratione & lege divinâ præſcriptum; ita ut earum ſemper ratio habeatur; ne quis putet libidines & voluptates, Sardanapali more, laudari.

16. *Oculis*

IX. Innocentes & nocentes pariter in terris haberi, à neutris mortem vitari, quâ ſpes omnis exſtinguitur, hilaritati dandam operam, eventus non eſſe in hominum poteſtate, ſapientiæ laudes.

1. HÆc omnia ad animum revocavi, ut ea explorarem, quòd *cùm* juſti, ſapientes atque eorum opera ſint in manu Dei, ametúrne an odio habeatur *ab eo*, nullus homo norit, *quamvis* omnia ſint coram iis? 2. Omnibus, per omnia, eſt idem exitus, innocenti & reo; bono mundo, & immundo; ſacra facienti, eique qui ſacra non facit; bono haud ſecus ac peccatori; *temerè* juranti, & jusjurandum reverenti. 3. Calamitoſiſſimum eſt hoc, inter omnia, quæ fiunt ſub Sole, quòd exitus unus ſit omnibus, quódque animus filiorum hominum plenus ſit nequitia & inſana facta cordibus ſuis *agitent* — CAPUT IX.

16. *Oculis ſuis quiſquam ſomnum videret*] Sic loquuntur Græci & Latini. *Ariſtophanes* in Veſpis verſ. 91.

Ὕπνου δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ πασπάλην.

Somni ne tantillum quidem noctu videt. *Terentius* Heautontim. Act. III. Sc. 1, 82.

Somnum hercle ego, hac nocte, oculis non vidi meis.

17. *Animadverti omnia opera Dei*] *Et vidi omne opus Dei* Intelligantur opera Providentiæ in rerum humanarum regimine.

Comperire poſſe finem operum] *Quod non poterit homo invenire opus.* Poteſt quidem homo *invenire* opera ipſa Dei, quæ Salomo à ſe profitetur animadverſa, quæque in oculos incurrunt, cùm nihil ſine Divina Providentia fiat; ſed finem ſingulorum nemo intelligere poteſt. Quod ſic expreſſit Vulgatus: *& intellexi quod omnium operum Dei nullam poſſit homo invenire rationem.* *Symmachus*: ἐγὼ κατέμαθον ὅτι πάντων τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ οὐ δύναται ὁ ἄνθρωπος ἐξευρεῖν, ubi excidit accuſativus, quod regebatur verbo ἐξευρεῖν, & quod regebat genitivum ἔργων. Fortè τρόπον, quod verterit *Hieronymus rationem*, aut τέλος *finem*. Optimè idem *Hieronymus* in Commentario: *qui quærit cauſas rationéſque rerum, quare hoc vel illud factum ſit, & quare mundus variis gubernetur eventibus; cur alius cæcus & debilis, alius videns naſcatur & ſanus; hic paupertatem habeat, ille divitias; iſte ſit nobilis, ille ingloriis; nihil aliud proficit, niſi ut ſua tantùm quæſtione torqueri, & diſputationem pro tormento habere, nec tamen invenire quod quærit.*

Quod non inveniet] *Et non inveniet.*

C O M M E N T A R I U S
In Caput IX.

1. UT *ea explorarem*] ולבור *velabour*. Vau hìc abundat. Verbum בור eſt *eligere*, *ſecernere*, hoc loco diſtinctè cognoſcere, explorare. LXX. Intt. καρδία μου σύμπαν ἰδεῖν τοῦτο. *Symmachus*, apud Hieronymum: *ut ventilarem.* Ipſe vertit: *ut curioſè intelligerem.*

Eorum opera] עֲבָדֵיהֶם ut intelligeretur eſſe non à עֶבֶד *ſervus*, quod faceret in Plurali cum affixo עַבְדֵיהֶם, ſed à עֲבַד *opus*, ex Chaldaica ſignificatione radicis עבד *operatus eſt*, ut מעבד *maabbad* Job. XXXIV, 25. LXX. Intt. αἱ ἐργασίαι αὐτῶν, *Symmachus* & *Hieronymus*: *opera eorum.*

In manu Dei] In ejus poteſtate, ut de iis judicium ferat.

Ametúrne, an odio habeatur ab eo] *Etiam amorem, etiam odium*; nempe, Dei erga ſe.

Nullus homo novit, quamvis omnia ſint coram iis] *Non novit homo, omnia illa, ante faciem eorum*; hoc eſt, quamvis ſe & ſua facta probè homines norint, attamen neſciunt, quid de ipſis Deus ſentiat; quia, nimirum, nullo diſcrimine bonos & malos, in hac vita, habet; ut antea dixit Salomo, atque in ſequentibus dicere pergit. Neque ex ſecundis Deum eſſe faventem, neque ex adverſis infenſum colligere licet, cum promiſcuè quibuſvis contingant. Ultima verba הכל לפניהם *hacchol liphnehem*, vertimus: *quamvis omnia ſint coram iis*; quia ſermo eſt de rebus, quæ fiunt ab ipſis hominibus, & quarum tamen exitum non norunt. *Symmachus* vertetat: τὰ πάντα ἔμπροσθεν αὐτῶν ἄδηλα. Sic & *Hieronymus*: *omnia in futurum ſervantur incerta.* Sed hæc verbis Hebræis conſentanea non ſunt, quibus ſignificatur id quod præſens eſt, & notum, non quod incertum & futurum. Itaque, perſpicuitatis causâ, ſupplevimus *quamvis*.

2. *Omnibus, per omnia*] הכל כאשר לכל *haccbol chaaſcher laccbol*, omnia ſicut omnibus; hoc eſt, ſingulis omnia contingunt, quæ ceteris omnibus. Pro his habent LXX. Intt. ματαιότης ἐν τοῖς πᾶσι, quaſi pro הכל *hacchol* legiſſent הבל *hebel*, inanitas.

Eſt idem exitus] מקרה אחד *mikreh ehhad*, exitus unus. Vide ad Cap. III, 19. ubi eâ voce mors tantùm ſignificari videtur, hìc quæ per totam vitam contingunt, ac tandem mors ipſa, ut ſequentia oſtendunt.

Innocenti & reo] Hiſce & ſequentibus duo tantum genera hominum deſcribuntur, boni & mali; ſed repetitione exceptio omnis amovetur, ita ut nemo hujus inanitatis expers eſſe intelligatur.

Temerè juranti] הנשבע *juranti*. Oppoſitio huic *reverentis jusjurandum* oſtendit agi de homine leviter, aut falsò jurante, vel id quod juravit ſeu Deo, ſeu hominibus minimè præſtante.

3. *Calamitoſiſſimum eſt &c.*] *Malum eſt in omnibus, quæ fiunt &c.* hoc eſt, omnium eſt miſerrimum.

Quódque animus filiorum hominum &c.] *Atque etiam cor filiorum hominis plenum malo.* Miſerum

agitent in vita ſua, poſteáque ad mortuos *abeant*. 4. Cuicumque ſociato cum omnibus viventibus ſupereſt *aliqua* ſpes; quia canis vivus leone mortuo potior eſt; 5. viventes enim ſciunt ſe morituros, ſed mortui nihil norunt; neque eis ultra merces eſt, nam oblivioni mandata eſt eorum memoria. 6. Eorum etiam amor & odium & invidia perierunt, nulla iis ampliùs in perpetuum pars eſt, in ullo eorum, quæ ſub Sole fiunt.

7. Age ergo, comede hilariter panem tuum & læto animo vinum tuum bibe; jam enim Deus probat opera tua. 8. Quovis tempore veſtimenta tua candeant, nec *umquam* oleum capiti tuo deſit. 9. Fruere vita, cum uxore quam amas, omnibus inanis vitæ tuæ diebus, quos dedit tibi Deus ſub Sole, omnibus, *inquam* diebus inanitatis tuæ; hæc enim eſt portio tua in vita, ínque labore tuo, quem ſub Sole perfers. 10. Fac quidquid poteris, pro tuis viribus; nam nihil eſt quod fiat, *nulla* cogita-

tum reverâ eſt homines obnoxios tot malis, quæ vitare nequeunt, ſibi ipſos nequitiâ ſuâ ac cerſere mala, quæ, ſi boni eſſent, nequaquam paterentur.

Cordibus ſuis agitent] *In cordibus eorum.* Conſentaneum erat Rationi, ut etiam ii, qui neſciunt, an futurum quidpiam ſit poſt mortem, tamen amanter inter ſe agitarent, nec quidquam, quod tranquillitatem vitæ turbaret, aggrederentur, quæ cum inſanis cœptis conſiſtere non poteſt. Sic cenſuerunt ipſi Ethnici, qui nihil exſpectabant, aut certè ſperabant, poſt breve hoc ævum, quod in terris vivitur. Sic non tantum Epicuræi, ſed etiam Stoici ratiocinabantur, ut intelligere eſt ex *M. Antonini* libro.

Poſteáque ad mortuos abeunt] ואחריו אל המתים veahharou el hammathim, *& poſtea ad mortuos*; nempe, יהלכו jehallechou, *abeunt*.

4. *Cuicumque ſociato cum omnibus viventibus*] כי מי אשר יבחר אל כל החיים chi mi aſcher jebubhhar el chol hahhajim, *nam quis eligetur ad omnes vivos*. Primùm כי *chi*, hîc ut alibi ſæpiùs, etiam in hoc ipſo libro, abundare cenſuimus. Deinde מי אשר *mi aſcher* perinde eſſe ac Latinum *quiſquis*, nam utrobique repetitur particula ejuſdem poteſtatis interrogativa, אשר enim eſt *qui*, & מי *quis*. Tertio loco, pro יבחר *jebubhar*, elegimus lectionem marginis יחבר *jebhubbar*, ſociabitur; hoc eſt, etiamnum eſt in ſocietate viventium, ſeu vivit. Sic legerunt LXX. Intt. qui habent: κοινωνεῖ πρὸς πάντας τοὺς ζῶντας. *Symmachus* ambiguè: τίς γὰρ ἀεὶ διαγενήσεται ζῶν; Vulgatus: *nemo eſt qui ſemper vivat*. Quod non ſatis conſentit cum verbis Hebraïcis, éſtque potiùs interpretatio ſenſûs, quem hîc latere putabant, quàm verborum; ſententiáque minùs eſt commoda.

Supereſt aliqua ſpes] יש בטחון *jeſch bittahhon*, eſt fiducia; nempe, ſociato cum vivis. Subaudiendum לו *ei*. Spes eſt aliqua homini dum vivit, fore, nempe, ut diutiùs, aut beatiùs vivat. Malè hæc divellunt à ſuperioribus LXX. Intt. Ἔστιν ἐλπὶς, nec ſatis aptè conjungit *Hieronymus*, qui ſic habet: *& qui hujus rei* (perpetuæ vitæ) *habeat fiduciam*. De ſpe in adverſis extat non inelegans carmen in Collect. Epigr. & Poëm. *Pet. Pithœi* Lib. I. cujus eſt initium:

Spes fallax, ſpes dulce malum, ſpes ſumma malorum,
Solamen miſeris, quò ſua facta trahunt.
Credula res, quam nulla poteſt fortuna fugare,
Spes ſtat in extremis officioſa malis.

Canis vivus &c.] Proverbium eſt, quo ſignificatur homo vivus, quamvis tenuis & miſer, potior eſſe viro quodam potente & florente, dum viveret.

5. *Sciunt ſe morituros*] Norunt quidem ſe etiam morituros, ſed interim ſe vivere ſentiunt, & ſi quid mali nunc patiuntur, attamen omnium dierum Soles nondum ſibi occidiſſe norunt, & meliora ſperare poſſunt.

Mortui nihil norunt &c.] Hæc & ſimilia multa potuiſſe ſcribi ab homine, qui animum immortalem eſſe crederet, nec rei momentum, ad vitam rectè inſtituendam, ignorare poſſet; fateor me non adſequi; præſertim cùm nihil adjiciatur, quo talia dicta emendentur, aut explicentur.

Oblivioni mandata eſt &c.] Non prorſus quidem oblivioni mandata eſt, ſed exigua, aut nulla ejus poſt mortem ratio habetur, perinde ac ſi ante multos annos interiiſſet.

6. *In ullo eorum, quæ ſub Sole fiunt*] *Nulla pars in omnibus*; hoc eſt, in ulla re ex iis, quæ aguntur ſub Sole.

7. *Jam enim Deus probat opera tua*] Hoc eſt, ex eo, quod licet tibi hilari animo præſentibus copiis uti, intelligere potes, tibi faventem adeſſe Deum; antea enim non ſemel dixit Salomo hoc donum eſſe Dei. *Hieronymus* exiſtimavit hîc à Salomone, *quaſi errorem humanum & conſuetudinem, quâ ſe ad fruenda hujus ſæculi bona invicem hortantur, induci & προσωποποιΐαν more Rhetorum & Poëtarum.* Sed eſt collectio, quâ jam non ſemel uſus eſt, in qua tamen ſummopere differt ab *Epicuro*, *Ariſtippo & Cyrenaicis & ceteris*, ut utar verbis ejuſdem *Hieronymi*, *pecudibus Philoſophorum*; quòd omnia Divinæ Providentiæ ſubjiciat.

8. *Quovis tempore veſtimenta tua candeant*] Græcos & Romanos, ſi pullatam plebem excipias, candidis veſtibus vulgò uſos, niſi tempore luctûs, ſatis conſtat. Idem obtinuiſſe videtur etiam, apud Hebræos, qui & atris veſtibus in luctu uſi ſunt; ac ſanè nullus veſtium color commodior erat hominibus veſtes frequenter, pollutionum causâ, abluere ſolitis.

Nec umquam oleum capiti tuo deſit] Unguentis, ſeu oleis odoratis deliciarum & lætitiæ causâ utebantur. Vide Pſ. XXIII, 5 Ham. VI, 6. Matth. VI, 17. Apud Græcos & Romanos, idem fuiſſe in uſu notum eſt.

9. *Fruere vita*] ראה חיים reeh hhajim, *vide vitam*. *Videre*, pro eo quod eſt frui, ſæpiùs jam, in Libris hiſce Salomonis, obſervavimus. Vide C. II, 1.

Inanis

gitatio, nulla ſcientia, nulla ſapientia in ſepulcro, in quod iturus es.

11. Converſus *ad alia* vidi ſub Sole nec curſum levium, nec fortium bellum, imò nec ſapientium eſſe panem, nec prudentium opulentiam, nec doctorum *eſſe* gratiam, ſed prout tempus opportunum & occaſio iis omnibus obtingit. 12. Quin & tempus ſuum adverſum ignorat homo, ſicut piſces, qui capiuntur reti & aves, quæ adprehenduntur laqueo: ſic & filii hominum irretiuntur, tempore calamitoſo, prout eos ſubitò oppreſſerit.

13. Etiam hoc vidi, Sapientiam ſub Sole, quæ & ipſa magna *eſt*, apud me. 14. Urbs parva *erat* paucique in ea viri, contra quam venit Rex magnus, qui eam obſidione cinxit, & magnos aggeres in eam exſtruxit. 15. Inventus verò eſt in ea vir pauper *&* ſapiens, qui eam urbem ſapientiâ ſua liberavit, nec tamen quiſquam viri illius pauperis meminit. 16. Dixi ego potiorem eſſe ſapientiam fortitudine; at ſapientia pauperis contemni-

Inanis vitæ tuæ] *Vitæ inanitatis tuæ.*

Quem ſub Sole perfers] *Quem laboras ſub Sole.*

10. *Quidquid poteris, pro tuis viribus*] *Quidquid invenies manus tua ad faciendum, in viribus tuis facito.* Hæc oſtendunt agi hîc de frugali quadam hilaritate, quâ homo ita genio indulgeat, ne ſibi noceat, vel exhauriat rem familiarem; quæ oppoſita ſunt τῇ ἀσωτίᾳ, quâ omnia dilapidantur, etiam cum ſanitatis jactura. Loquutionem hanc vide Jud. IX, 33. 1. Sam. X, 7.

11. *Converſus ad alia vidi*] שבתי וראה *ſchabthi veraoh*, redii & videndo. Subauditur ראיתי *rahithi*, vidi. Vide ad C. VIII, 9.

Nec curſum levium] Nec leviſſimos victoriam curſûs referre, in quovis certamine.

Nec fortium bellum] Nec ita ſemper bellum à fortibus viris adminiſtrari poſſe, ut victores ab eo redirent.

Nec ſapientium eſſe panem] Sapientiâ victum facilè comparari.

Nec doctorum eſſe gratiam] Hoc eſt, homines doctos ſibi aliorum gratiam non ſemper parare; quæ, eruditionis causâ, apud omnes, eis aperta eſſe deberet.

Prout tempus opportunum &c.] כי עת ופגע יקרה את כלם chi heth ouphagah jikreh eth chullam, *ſed opportunum tempus & occaſio occurrit iis omnibus.* Notiſſimum eſt עת *heth* eſſe εὐκαιρίαν, ſeu tempus opportunum, vel ex hoc libro Cap. III, 1. & ſeqq. Sed פגע non occurrit alibi pro *occaſione*, vel *caſu* niſi 1. Reg. V, 4. Eſt à פגע phagah, *occurrere*, & quidem non occurrentium datâ operâ, ut 1. Sam. X, 5. LXX. Intt. συνάντημα rectè verterunt. Vulg. *caſum.* Reverà qui ſunt naturâ apti, ad faciendum quidpiam, niſi incidant in tempus aptum, commodámque occaſionem; aut ſi adverſum quidpiam nec opinis contigerit, quod arte corrigere nequeant; non poſſunt ſuæ peritiæ, aut dexteritatis fructum conſequi. Vir alioqui pernix, ſi fortè cadat, aut pedem torqueat, à tardiore curſu vincitur; vir fortis, copiarum ſuarum culpâ, aut terrore panico, à minùs forti ſuperatur; vir ſapiens in paupertatem delabitur, ſi fortè in gentem ſapientiæ contemtricem inciderit, nec aliò ſe conferre potuerit; vir prudens, ineſſpectatis caſibus, ita adfligi poteſt, ut imprudentes majores divitias ſibi comparent; vir denique verè eruditus, ſi cum barbaris verſetur, eruditione ſuâ gratiam neminis ſibi comparabit, dum indoctus, doctrinæ ſimulatæ causâ, pluris fiet. *Plurimùm refert*, inquit *Plinius* II. H. N. Lib. VII. c. 28. *in quæ cujuſque virtus tempora* (adde & homines) *inciderit.*

12. *Tempus ſuum adverſum*] Conjunximus עתו *hittho* tempus ſuum, cum רעה *rahih* malum quod convenit *tempori*, non *reti*, quod tamen in Codicibus noſtris antecedit, ut & in Cod. LXX. ſive ſit hoc σύγχυσις verborum, ſive mendum librariorum. Ignorat enim homo tempus ſibi adverſum, quando bene ſperat de rebus ſuis, cùm non eſt ſatis firma ratio ſperandi; quod contigit frequenter Ducibus exercituum, qui prælium magno & erecto animo ineunt, unde non redeunt, niſi victi, aut ubi hoſtili telo cadunt.

Sicut piſces, qui capiuntur reti] Eſt hîc במצודה רעה bimtſuudah rahah, *reti malo*; ſed *rete malum* eſt rete parum idoneum ei fini, propter quem factum eſt, & quo proinde vix capiuntur piſces. Ideóque non ſolet hoc Epitheton conjungi cum *reti*, ſed mox conjungitur cum voce *tempus*, quæ eſt alioquin ambigua, & potiùs etiam tempus opportunum ſonat, quàm adverſum. Hîc autem, poſt verba: *ſicut piſces, qui capiuntur reti*, non eſt ſupplendum *tempus ſibi adverſum*, ſed potiùs *ignorant inſidias*; idémque repetendum, poſt verba, *quæ adprehenduntur laqueo.*

Sic & filii hominum] *Sicut illi irretiti filii hominis, tempore malo.*

Prout eos ſubitò oppreſſerit] *Ut quod ceciderit ſuper eos ſubitò.*

14. *Magnos aggeres*] מצודים גדולים *mtſodim gdolim.* LXX. Intt. χάρακας μεγάλους, *Symmachus*: ἀποτείχισμα. Hieronymus: *munitiones.* Aggeres vertimus, quia aggeribus urbes capi ſolebant. Alioqui *caſtella* potuiſſemus vertere.

15. *Viri illius pauperis meminit*] Quia, nempe, ducibus, aut civibus illuſtrioribus, qui rerum ſummæ præſunt, adſcribi ſolent victoriæ, non præfectis.

16. *Dixi ego*] Hoc eſt, apud me reputaveram.

Sapientia pauperis &c.] *Menander* in Georgo, vel Gorgia:

Εὐκαταφρόνητός ἐςι, Γοργία, πένης,
Κἂν πάνυ λέγῃ δίκαια, τοῦτο γὰρ λέγειν
Ἕνεκα μόνου νομίζεθ' οὗτος τοῦ λαβεῖν.

Res eſt facilis contemtu pauper, ô Gorgia, quamvis juſtiſſima dicat; ideo enim dicere putatur hic tantùm, ut aliquid accipiat. Sed & contemnuntur ſapienter dicta, quia contemnitur is, qui ea profert.

temnitur, nec verba ejus auſcultantur. [17]. Verba *tamen* ſapientum in quiete audiuntur, potiùs quàm clamor ejus, qui ſtultis imperat. [18]. Potior eſt ſapientia armis, at peccator unus bonum multum perdit.

X. *De ſtultitiæ incommodis in omnibus, in iis qui imperant, in laboribus, in conatibus inanibus, in poteſtatibus.*

CAPUT X.

[1]. MUSCÆ mortuæ fœtorem excitant, *eúmque* ut amittat pretioſum unguentum unguentarii faciunt: *quod facit & exigua ſtultitia in viro quantivis pretii*, ob ſapientiam

17. *In quiete*] Hoc eſt, ab hominibus ſedati animi, nec adfectibus laborantibus.

Qui ſtultis imperat] משל בכסילים *moſchel bacchſilim.* LXX. Int. ἐν ἀφροσύναις. At alii ἐν ἀνοήτοις, & Hieronymus: *in ſtultis.* Non malè tamen conveniret, *qui in inſania imperat*; nam inſanis imperans non opponitur ſapienti, cùm poſſit & ipſe ſapiens eſſe. Fortè legerunt בכסילות hoc eſt, *bacchſilouth*, quod extulerint *bacchſiloth*, quaſi eſſet plurale fœmininum.

18. *Armis*] כלי קרב chle krab, *inſtrumentis prælii*; hoc eſt, armis.

Peccator unus] Idémque inſipiens, ut opponatur ſapientibus, qui prudentiâ ſervant urbem, dum inſipiens perniciem ei creat. *Hieronymus* vertit: *qui in uno peccaverit*, quaſi eſſet חוטא באחת *hhote beehhath*, non חוטא אחד hhote ehhad, *peccator unus.*

COMMENTARIUS

In CAPUT X.

1. *Muſcæ mortuæ fœtorem excitant*] זבובי מות יבאיש zboube maveth jabiſch, *muſcæ mortis fœtorem creat*, pro יבאישו *jabiſchou*, quaſi eſſet: una quæque muſca mortua & putrefacta conjunctim cum aliis, ſi in unguentum pretioſum majori numero inciderint, gratum ejus odorem corrumpit. Commodiùs Græcè & Latinè res plurali numero exprimitur, quod fecerunt veteres Interpretes, qui LXX. vocantur & Vulgatus: μυῖαι θανατοῦσαι σαπριοῦσι σκευασίαν ἐλαίου ἡδύσματος: *muſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti*, *Symmachus* incommodè: μυῖα θάνατος σήψει ἔλαιον, contra Linguæ Hebraicæ uſum.

Quod facit & exigua ſtultitia &c.] מחכמה מכבוד סכלות מעט mehhochmah micchabod ſichlouth mehat, *præ ſapientia, præ gloria ſtultitiæ pauxillum.* Sententia eſt, exiguæ ſtultitiæ miſturam minuere famam viri ſapientiâ ceteroquin & gloriâ præcellentis. Verba fuerunt ſupplementis juvanda, ut intelligerentur à breviloquentiæ Hebraïcæ imperitis. Comparatio autem hæc eſt: ut muſcæ mortuæ — ſic exigua ſtultitia &c.

2. *Cor ſapientis eſt ad dextram*] Proverbium eſt, non ex ipſo cordis ſitu petitum, baſis enim cordis eſt in medio corpore, cuſpiſque ejus nonnihil ad lævam inclinat, in omnibus omnino hominibus; ſed è loquutione ſimili ei, quæ apud Græcos & Latinos obtinet; qui *dextros* homines, pro acutis, & *dexteritatem*, pro prudenti ſe ſe gerendi ratione; contrà *lævam*, aut *ſiniſtram mentem* & *ſiniſteritatem judicii* in malam partem ſumebant, pro ſtoliditate & iniquitate. Vide *Suidam* ad voces Δεξιὸς & Ἀριστερὸς & Σκαιὸς, ac Int. *Virgilii* ad Ecl. I, 16. & Æn. II, 54.

3. *Cùm inſanus graditur*] כְּשֶׁהַסָּכָל הֹלֵךְ. Sic Maſſorethæ puncta addiderunt, quibus ſignificant ה in priore voce abundare. Potuiſſet tam *Pathach* ei ſubjici ut eſſet ה emphaticum.

Vecordia ejus omnibus dicit &c.] לבו חסר ואמר *libbo hhaſer veamar*, cor ejus deficiens & dicit. Sed abundat ו, neque enim *cor deficit*; ſeu homo fit demens, inter ambulandum; ſed qui jam demens eſt oſtendit greſſu ſuo, motúque corporis, ſe inſanire. חסר לב *hhaſar leb*, deficiens corde eſt demens, Proverb. VI, 32. & VII, 7. Itaque *cor deficiens* eſt dementia, vecordia. Solent autem dementes ita movere pedes & corpus, ut inſanire intelligantur. Hinc apud Græcos ὑπερβάθμιον πόδα ῥίπτειν, *pedem ultra gradum jactare*, eſt *indecorè ſe gerere*, apud *Suidam.* Jam autem ejuſmodi greſſus omnibus dicit, hominem, in quo animadvertitur, inſanire. Quod cùm non adſequerentur LXX. Int. verterunt: καρδία αὐτοῦ ὑστερήσει, καὶ ἃ λογιεῖται πάντα ἀφροσύνη ἐστίν. *Symmachus* verò, apud *Hieronymum*: *ipſe inſipiens ſuſpicatur de omnibus, quia inſani ſunt.* Vulgatus: *cùm ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat.* Sed hæc nimis abeunt ab Hebraïcis, ubi de inceſſu ſermo eſt, ex quo colligere licet hominem eſſe emotæ mentis. Sic *Ariſtophanes* in Nubibus Socratem irridens, verſ. 361.

— Βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλεις,
Κἀνυπόδητος κακὰ πόλλ' ἀνέχει, κἀφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς.

Elatè hic incedit, circumfer̄ſque oculos, & diſcalceatus mala multa pateris, & inter nos gravi es vultu. Quaſi hæc eſſent ſigna inſanientis.

4. *Ira imperantis*] רוח המושל *rouahh hammoſchel.* Hîc רוח *rouahh* eſt *ira*, ut Cap. VII, 9. & alibi.

Concitata ſit] תעלה thahaleh, *adſcenderit*, quod verbum ſolet conjungi cum ira, ut 2. Sam. XI, 20. Pſ. LXXVIII, 21, 31. Ezek. XXXVIII, 18. Veteres Int. verbo tenus verterunt *ſpiritus adſcenderit*, quod eſt obſcurum, nec ab ullo Hebraïcæ linguæ imperito intelligi queat.

Ne

pientiam & gloriam. ² Cor ſapientis eſt ad dextram ejus, dementis ad ſiniſtram. ³. Etiam in via cùm inſanus graditur, vecordia ejus omnibus dicit amentem eum eſſe.

⁴. Si ira imperantis in te concitata ſit, ne tamen de gradu dejiciaris; nam lenitas magna peccata expiat. ⁵. Eſt malum *quod* vidi ſub Sole, quale eſt peccatum errore admiſſum, quod ab imperante manat; ⁶. *ut &* ſtultitia in ſublimibus multis *dignitatibus*, ac divites, qui in humili loco ſedent. ⁷. Vidi *etiam* ſervos equitantes, & principes humi, ſervorum inſtar, incedentes. ⁸. Qui fodit foveam in eam incidit, & qui rupit maceriam mordetur à ſerpente. ⁹. Qui amovet lapides, dolore per eos adficitur, & qui findit ligna, iis periclitatur. ¹⁰. Si hebes factum fuerit ferrum, neque ille aciem acuerit, vires intendat oportebit, verùm ad *ictum* dirigendum prodeſt ſapientia.

¹¹. Si

Ne tamen de gradu dejiciaris] מקומך אל תנח nikomcha al thannahh, *locum tuum ne deſeras.* Quod poſſimus interpretari magis propriè de ſolo non vertendo, aut certè de *loco* muneris, aut dignitatis, non deſerendo. Sed videntur ſequentia verba ſuadere agi hîc de animi ſtatu.

Nam lenitas magna peccata expiat] כי מרפא יניח חטאים גדולים chi marphe janniahh hataim gdolim, *nam remiſſio faciet ceſſare peccata magna.* Vocem מרפא *marphe* hîc tribuimus, ex re ipſa, leniendi ſignificatum, quaſi eſſet à רפה, *remiſſus fuit*, quod interdum miſcetur cum רפא *curavit.* Hoc enim velle videtur Salomo, ſi quis non exaſperetur Regi offenſo, ſed leniter ejus iram, quamvis fortè nimiam, ferat, fore ut Regem tibi pacatum reddat; lenitate enim fieri, ut magnorum delictorum venia impetretur, quæ contumacibus & ferocientibus numquam remittuntur. Verbum יניח *janniahh* vertimus *expiat*, quia *facere ut peccata deſinant*, aut *quieſcant*, perinde eſt ac *expiare.* Inde derivatum ניחח *nihhoahh*, eſt *placamentum*, ſeu oblatio, in qua Deus adquieſcit, ſive quâ placatur. Vide not. ad Gen. VIII, 21. LXX. Intt. hîc verterunt: ὅτι ἴαμα καταπαύσει ἁμαρτίας μεγάλας. Sic fermè *Aquila* & *Theodotion.* At *Symmachus*: σωφροσύνη παύσει ἁμαρτήματα πολλά. *Hieronymus*, in Commentario, vertit σωφροσύνη *pudicitia*, incommodè, nam eſt *temperantia*; quæ virtus, uti nec pudicitia, huc non facit. Ait etiam Hebræum ſuum Doctorem ſic eſſe locum interpretatum: *Si aliquam in mundo acceperis dignitatem, & ordinatus fueris major in populo; noli relinquere priora opera tua, & antiquarum virtutum ne incipias oblivisci, laboremque priſtinum non habere, quia peccatorum tuorum remedium ex converſatione bona naſcitur, & non ex tumenti & ſuperflua dignitate.* Verùm hæc ſingulis verbis aptari nequeunt. Vertit ipſe: *curatio facit ceſſare peccata maxima.*

5. *Quod ab imperante manat*] *Quod egreditur à conſpectu dominantis*; hoc eſt, decretum in conſpectu Regis ſcriptum, aut lectum & poſtea emiſſum. Vide Dan. VI, 26. Maximum eſt malum ejuſmodi decretum errore emiſſum, quia non facilè revocatur, aut etiam omnino revocari nequit. Ejuſmodi fuit edictum contra Judæos ab Achaſuero propoſitum, de quo Eſtheræ C. III, 12.

6. *Stultitia in ſublimibus* &c.] נתן הסכל במרומים רבים nithan hacchesel bammeromim rabbim, *datu eſt* aut *poſitu ſtultitia in ſublimitatibus multis*, vel *magnis*; hoc eſt, ſæpe contigit, ut viri ad ſublimes dignitates evecti ſtultè ſe geſſerint, ſintque propterea ex iis deturbati; quò reſpicere videntur verba ſequentia de *divitibus in humili loco ſedentibus*, nam divites dignitatibus & divitiis ſpoliati eò rediguntur, ut imo loco ſedere neceſſe habeant, cùm antea primum honoris locum occupaſſent.

7. *Vidi etiam ſervos* &c.] Exemplum etiam habemus, in Hiſtoria Eſtheræ, Mardochæi equo regio vecti, & Hamanis pedibus eum comitantis; Cap. VI, 6. *& ſeqq.*

8. *Qui fodit foveam* &c.] Proverbia hæc ſunt quoque in Hamane impleta, Eſther. VII, 9. Eò omnia ſpectant, ut doceamur, eos, qui aliis nocere ſatagunt, ſibimetipſos magna mala ſæpe contrahere.

Qui rupit maceriam &c.] *Rumpens maceriam eum mordebit ſerpens.* Deſumtum proverbium ex eo, quod occidere poteſt, in oris præſertim calidioribus, ut lapides maceriæ trahens mordeatur à ſerpente, inter eos deliteſcente.

9 *Qui amovet lapides* &c] Contingere hoc poteſt iis, qui murum ſuffodiunt, quos Græci uno verbo τοιχωρύχους vocant, in quos ſuperiores lapides cadunt, dum inferiores ſubtrahunt, ita ut ruinâ muri vulnerentur τοιχώρυχοι.

Iis periclitatur] יסכן בם *jiſſachen bam.* LXX. Intt. κινδυνεύσει ἐν αὐτοῖς. Hoc verbum alibi in Scriptura, hoc ſignificatu, non exſtat; ſed in Paraphraſtis Chaldæis ſæpiùs legitur. Vide *Buxtorfii* Lexicon Chaldaicum & Rabbinicum. Vulgatus: *vulnerabitur ab eis*, ex conjectura. Qui findit lignum manibus, ut que partes ejus diſtrahat, manum inſerit rimæ, facilè poteſt, ſi vim remittat, ligno in ſitum priſtinum magnâ vi redeunte, in periculum incidere eliſionis & fractionis manuum. Nota eſt Milonis Crotoniatæ Hiſtoria, quam tamen, illuſtrandi Salomonis causâ, ex *A. Gellio* Lib. XV. c. 17. ſubjiciam: *Cùm jam ætu grandis artem athleticam deſiiſſet, iterque faceret fortè ſolus in locis Italiæ ſilveſtribus, quercum vidit proximè viam, patulis, in parte media, rimis hiantem. Tum experiri, credo, etiam tunc volens, an ullæ ſibi reliquæ vires adeſſent, immiſſis in cavernas arboris digitis, deducere & reſcindere quercum conatus eſt, ac mediam quidem partem diſcidit, divellitque. Quercus autem in duas diducta partes, cùm ille, quaſi perfecto quod erat connixus, manus laxaſſet, ceſſante vi, rediit in naturam, manibuſque retentis incluſiſque, ſtrictum denuo & cohæſa dilaceranaum hominem feris præbuit.*

10. *Neque ille aciem acuerit*] והוא לא פנים קלקל *vehou lo phanim kilkal.* Verbum קלקל *kilkal* eſt *lævigavit*, & quia acuendo ferrum ſecuris lævigatur, ideò eſt *acuit*, hîc & Ezek. XXI, 21. פנים verò, ut & פה *pheh* eſt *acies* anterior quippe pars inſtrumenti acuti. Intt. veteres qui LXX. dicuntur, aut fortè *Aquila*, è quo ma-

[11]. Si mordeat ſerpens, ſine carmine *ullo*, *quo poſſit coërceri*, nullus eſt uſus carmen proferentis. [12]. Verba oris ſapientis *plena ſunt* gratia, ſed ſtultus labiis ſuis perit. [13]. Hujus verborum initium eſt *mera* ſtultitia, at finis dictorum calamitoſa inſania. [14]. Stultus multis verbis utitur, at homo quid futurum ſit neſcit; ecquis enim poſt ſe futura indicare ei poteſt?

[15]. Labor

gna pars hujus libri videtur deſumta, & *Hieronymus* parum nos juvant ad intelligenda verba. Græci habent: *ἐὰν ἐκπέσῃ τὸ σιδήριον, καὶ αὐτὸς πρόσωπον ἐτάραξεν.* Sed קהה *kebab* non eſt *excidit*, ſed *hebetatum eſt*, aut *hebetavit*, nec ſequentium verborum commoda ulla eſt ſententia, aut cum Hebraïcis convenientia. Propiùs ad ea acceſſit Latinus, qui habet: *ſi retuſum fuerit ferrum & hoc non ut priùs* (והוא לא פנים, quaſi legiſſet לפנים lphanim, *priùs*, aut כלפנים chilphanim, *ut priùs*) *ſed hebetatum fuerit* (קלקל quod nuſquam eſt *hebetari*,) *multò labore exacuetur*, quæ ad ſequentia pertinent.

Vires intendat oportebit] וחילים יגבר vehhajalim jegabber, *& vires corroborabit*; hoc eſt, ſi pergat lignum findere obtuſâ ſecuri, neceſſe habebit intendere vires & majore conatu lignum ferire. Futurum paſſim ſignificat non tam quod fiet, quàm quod fieri debet. Vide Pſ. LXIX, 5.

Verùm ad ictum dirigendum &c.] ויתרון הכשיר חכמה vejithron hachſchir hhochmah, *& emolumentum* (ad) *dirigendum* (ictum) *ſapientia*; hoc eſt, hoc emolumentum è ſapientia, aut peritia capi, quòd idonea ſit ad dirigendum ictum. יתרון *jithroa* ſæpiùs hoc ſignificat, in hoc ipſo libro & ante הכשיר ſubaudiendum ל aut ſi mavis ב. Proprius ſenſus reſpicit lignorum fiſſionem, in qua non tantùm opus eſt intenſione virium, ſi durius ſit lignum, aut obtuſius ferrum, ſed peritiâ, ut ſecuris ad certam ligni partem dirigatur; quod ni fiat, nihil promovebit lignarius faber, imò conſilio ſuo nocebit. Quo ſpectat etiam antecedens proverbium. Sententia autem moralis hæc eſt, niſi res ſapientiâ, vel prudentiâ regantur, molimina noſtra nobis ipſis eſſe nocitura. LXX. verterunt: *περισσεία τοῦ ἀνδρείου σοφία.* *Symmachus: προέχει ὁ γεγυμνασμένος εἰς σοφίαν.* *Hieronymus: & poſt induſtriam, ſequetur ſapientia.* Neſciverunt quid eſſet הכשיר, quod non Hebraïcum, ſed Chaldaïcum eſt, nec alibi in hiſce Libris exſtat.

11. *Si mordeat ſerpens, ſine carmine*] בלא לחש *blo lahhaſch*, in non incantatione; hoc eſt, ita ut nulla incantatio morſum ejus impedire queat. *Aquila: ἀπύστως ἐπῳδῆς* *Symmachus: ἐν οὐκ ἐπαοιδῷ*, niſi prius ſit *Symmachi*, poſterius *Aquilæ*. Vulg. *in ſilentio*. Sic Jerem. VIII, 17. minatur Deus, ſe immiſſurum Iſraëlitis *ſerpentes regulos* אשר אין להם לחש *quibus nulla eſt incantatio*; quæ, nimirum, poſſit eorum morſibus obſiſtere. Hæc, nimirum, ex vulgi opinione dicuntur, à quo ſerpentes venenatæ obmurmuratis vel demurmuratis carminibus coerceri poſſe credebantur. Vide ad Pſ. LVIII, 5, 6. & *Sam. Bocharti* Hieroz. P. 2. Lib. III. c. 6. de Aſpide ſurda.

Nullus eſt uſus carmen proferentis] ואין יתרון לבעל הלשון en jithron lbahal hallaſchon; *nullum emolumentum*, aut *uſus domini linguæ*; hoc eſt, ejus qui linguâ carmina magica proferre novit. Hîc quoque eſt proverbium, quo ſignificat Salomo fruſtra auxilia quæri contra immedicabilia mala. Sic rem intellexerunt LXX. Int. aut fortè *Aquila*, quorum ſunt hæc verba: *Ἐὰν δάκῃ ὄφις ἐν οὐ ψιθυρισμῷ, καὶ οὐκ ἔστι περισσεία τῷ ἐπᾴδοντι.* Putat etiam *Lud. Cappellus* legiſſe eos pro לשון laſchon *linguæ*, לחש lahhaſch, *murmuris*, ſed nihil opus eſt, cùm *dominus linguæ* optimè poſſit dici, qui novit linguam magicam, quâ incantari credebantur ſerpentes. Vulgatus verò hic habet: *nihilominùs habet qui occultè detrahit.* Sic & in Commentario: *ſimplex hic ſenſus eſt, ſerpens & detractor æquales ſunt. Quomodo enim ille occultè mordens venenum inſerit: ſic iſte clam detrahens virus pectoris ſui in fratrem effundit, & nihil habet à ſerpente ampliùs.* Sed coacta eſt interpretatio, quamquam multi eam ſequuntur, & inter eos *Cappellus* & *Bochartus*.

12. *Plena ſunt gratia*] חן *hhen*, hoc eſt, gratiam ei conciliant audientium; prudentiâ, nempe, quæ in iis ſermonibus elucet.

Labiis ſuis perit] *Et labia ſtulti deglutiet eum*, תבלענו *thebhallehennu*; hoc eſt, ei perniciem ereant, dum linguâ ſuâ potentes offendit.

13. *Calamitoſa inſania*] הוללות רעה holeloth rahah, *mala inſania*. Hoc eſt, tota oratio hominis imprudentis offendit, ſed quò diutiùs auditur eò magis lædit; unde fit, ut tandem ipſe ſibi exitium creet.

14. *Quid futurum ſit neſcit*] Videntur hæc reſpicere ad deliberationem quæ habetur in Concilio, de re dubia, & cujus eventus vix prævideri poteſt. De re hujuſcemodi multis agere & adſeveranter quidquam pronunciare ſtulti eſt, ſapientis paucis atque ita ut rem ſibi dubiam eſſe ſignificet. Pro מה שיהיה habent LXX. Int. *τί τὸ γενόμενον*, *Symmachus: τὰ γενόμενα*, & Vulgatus: *quid ante ſe fuerit*; quaſi legiſſent שהיה ſchchaja, *quod fuit*, non *quod erit* שיהיה. Sed fallebantur, præterita enim poſſunt ſæpe dici, futura numquam.

Ecquis enim poſt ſe futura &c.] Nemo enim ei aperire queat, quid poſt ſe futurum ſit, remotius quippe, quàm ut prævideri poſſit.

15. *Labor ſtulti eum fatigat*] *Labor ſtultorum eum fatigabit*; hoc eſt, cujuſvis ſtultorum.

Quia neſcit in urbem ire] Eſt hîc brevis ſimilitudo, quaſi ſapientia dixiſſet: ſtultus, qui aliquid adgreditur, nec tamen ſcit, quo modo perfici queat, ſimilis eſt homini, qui in urbem ire vult, ſolus & ſine duce, cum neſciat viam, quæ eò tendit; fruſtràque proinde fatigatur, dum vias aliò tendentes ingreditur. Poſſit & hæc ſimilitudo toti vitæ aptari, quæ moleſta eſt ac vaga, niſi certum ſcopum nobis conſtituerimus, & niſi ſciamus, quî ad finem nobis propoſitum certò pervenire poſſimus. Egregia plura habet, hanc in rem, *Seneca* Ep. LXXI. *Quoties*, inquit, *quid petendum ſit, aut quid fugiendum, voles ſcire, ad ſummum bonum & propoſitum totius vitæ reſpice* —— *Ideò peccamus, quia de partibus vitæ ideò deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire debet quid petat ille, qui ſagittam*

vult

Digitized by Google

15. Labor ſtulticum fatigat, quia neſcit in urbem ire.

16. Væ tibi, terra, cujus Rex eſt puer, & cujus principes mane epulantur! 17. Felicem te terram, cujus Rex eſt nobilium filius, & cujus principes tempore ſuo cibum capiunt, *reparandarum* virium, non compotandi cauſâ! 18. Pigritiâ corrumpitur tignum, & remiſſione manuum domus ſtillicidium patitur. 19. Ad hilaritatem parant convivium, &

vult mittere, & tunc dirigere & moderari manu telum. Errant conſilia noſtra, quia non habent quò dirigantur. Ignoranti quem portum petat nullus ſuus ventus eſt. Neceſſe eſt multùm in vita noſtra caſus poſſit, quia vivimus caſu. Similis eſt etiam qui *temerè*, εἰκῇ, ut loquitur *Plato*, vivit cupitque feliciter vivere, ei, qui urbem quampiam aditurus viam ingreditur, quæ an ad eam tendat ignorat, erroréque multiplici ſe cruciat, nec eò pervenit quò vult. Vide & *Perſium* Sat. III, 60. & ad eum *Iſ. Caſaubonum.*

16. *Mane epulantur*] בבקר יאכלו *babboker jochelou.* Non eſt intelligendum tenue jentaculum, ſed convivium, quo ſe cibo & potu ingurgitabant homines intemperantiores; quamquam res fuit, apud pleroſque, inuſitata. Vide Act. II, 13. & ſeqq. & quæ ad eum locum Interpretes. Adi & Eſaiæ C. V, 11.

17. *Nobilium filius*] בן חורים *ben hhorim.* LXX. Intt. υἱὸς ἐλευθέρων. Meliùs Vulgatus: *nobilis*, nam חורים ſunt primores, aut principes gentis & LXX. Intt. plerumque ἐντίμους vel ἄρχοντας vertunt. Hæc autem dicuntur tantùm κατ' ἀντίθεσιν ad hominem ignobilem, qui Rex non poteſt fieri, niſi vi & armis, imperiúmque iiſdem artibus tuetur, quibus adeptus eſt; cùm vir nobili proſapiâ, vel quæ contingit ſuperiores Reges, volentibus imperet, nec vi indigeat; omnes enim populi ſtirpe regiâ oriundis faciliùs multò parent.

Reparandarum virium &c.] בגבורה ולא בשתי bigbourah vlo baſſchethi, *in robore, & non in potatione.* Hieronymus; *ad reficiendum, ſed non ad luxuriam.* LXX. Intt. deteriùs: φάγονται ἐν δυνάμει καὶ οὐκ αἰσχυνθήσονται, quaſi בשתי eſſet à בשת *boſcheth*, ignominia, cùm ſit à ב *in* & שתי *ſchthi*, *compotatio*, quod hîc tantùm eſt; ſed eſt שתיה *ſchthijah* eodem ſignificatu, Eſtheræ C. I, 8.

18. *Pigritiâ corrumpitur tignum*] בעצלתים ימך המקרה *baatſaltajim jimmach hommekarah.* Conſtat עצל *hatſel* eſſe pigrum Proverb. VI, 9. XIX, 24. & ſæpiùs eodem in libro, item עצלה *hatſelah* eſſe pigritiam C. XIX, 5. Poſſet eſſe ſuſpecta vox dualis numeri, hoc tantùm loco, ad ſignificandum vitium non duplex, ſed valdè multiplex ſi quod aliud; totidem enim ſunt pigritiæ genera, quot ſunt res circa quas verſatur, nec quiſquam argueret codicem, qui haberet עצלת ידים *pigritia manuum.* Habent tamen LXX. Intt. ἐν ὀκνηρίαις, *in pigritiis*, ut vertit *Hieronymus* in Commentario, inque verſione ex Hebræo. Itaque nihil mutandum, cùm præſertim uſûs Linguarum ſæpe nulla ratio reddi poteſt. Pro *corrumpitur* eſt ימך *jimmach*, quod à מכך machach *attenuari.* מקרה *mkarah* quod hic tantum legitur, idem eſt ac קורה *korah*, hoc eſt, *trabs*, quod alibi exſtat. Vide Gen. XIX, 8, 2. Reg. VI, 2, 5. Habent LXX. Intt. ταπεινωθήσεται ἡ δόκωσις, Interprete *Hieronymo* in Comment. *humiliabitur contignatio.* Nec aliter vertit in Vulgata. מכך propriè eſt *attenuari*, deinde *ad paupertatem redigi* Levit. XXVI. & *ſeqq.* Vide ad Job. XXIV, 24 *Pigritiâ corrumpitur tignum*, quod tectum eſſe oporteret, ne pluviâ madeſiat, cùm negligitur, nec tegitur, ut par eſt, quo fit ut putrefactâ magnâ ejus parte *attenuetur*, ac tandem pondere frangatur. *Hieronymus* in Comment. *Omnis contignatio, quæ debet portare culmen in ſublime, ad terram corruens habitatorem ſuum opprimit; quùmque auxilium manuum —— torpuerit, omnes deſuper tempeſtates & nimborum ad nos turbo prorumpit.*

Remiſſione manuum domus ſtillicidium patitur] בשפלות ידים ידלף הבית *biſchphilouth jadajim jidloph habbajith*; hoc eſt, *in demiſſione manuum ſtillat domus*, שפלות *ſchphilouth*, eſt demiſſio, geſtum hîc deſignat hominum deſidioſorum, qui pendentibus manibus ambulant. Maluimus *remiſſionem* vertere, quod eſt inertiæ, quæ, viribus ſuis ne quis utatur, obſtat. LXX. Intt. ἐν ἀργίᾳ χειρῶν, rectè. Vulgatus minùs commodè: *in infirmitate manuum.* In ædificiis Palæſtinæ, quæ plana erant, & gypſo tecta, ut fit etiamnum in Oriente, patrifamilias danda erat opera, ut nuſquam deeſſet gypſum, ne per hiantem rimam aqua ſubiret, unde ſtillicidium creabatur, quo paullatim contignatio putrefiebat. Hæc autem eſt παροιμιώδης oratio, quæ refertur ad ſuperiora & ſequentia, & quâ ſignificat Salomo, negligentiâ procerum, tempeſtivis conviviis tempus terentium, & curam omnem Reipublicæ abjicientium, atque in alios rejicientium, non aliter eam peſſumdari, quàm domum, quæ à patrefamilias ſarta tecta non ſervatur.

19 *Ad hilaritatem parant convivium*] לשחק עשים לחם liſchhhok hoſchim lehhem, *ad ridendum faciunt panem.* Hîc לשחוק *ad ridendum*, perinde eſt ac לשמוח *ad lætandum*; nec ejuſmodi lætitia eſt ſine riſu. *Panis*, qui præcipuus eſt & maximè neceſſarius hominis cibus, ſæpe *convivium* ſignificat, unde *comedere panem* cum quopiam eſt perinde ac cum eo convivari, ut Gen. XXXI, 54. Exod. XVIII, 12. & alibi ſæpe. Participium עשים *facientes*, refertur ad proceres, *qui mane epulantur*, verſ. 16.

Et vinum vivos recreat] ויין ישמח חיים vejajin jeſchamahh hhajim, quod poſſet etiam verti: *& vinum recreat vitam*; ſed res eodem recidit, ſignificantur enim homines vita fruentes. Sic & nonnulli intelligi volunt vocem *viventes* Pſ. XXXVIII, 20. quaſi perinde eſſet ac *florentes.* Quod ſi conſtaret fuiſſe moris, apud Ethnicos, Hebræis vicinos, inferias facere defunctis vino, ut fieri apud Græcos & Latinos ſolebat, quod pluribus oſtendit *Joan. Kirchmannus* de Funer. Rom. Lib. IV, c. 2. non dubitarem quin eò obiter alluderet Salomo, quod riſerunt etiam acutiores Ethnici, qui vinum vivis non mortuis præbendum dixerunt.

& vinum vivos recreat, argentúmque omnia ſufficit. [20]. Ne apud conſcios quidem *arcanorum tuorum* maledicito Regi, nec in interioribus cubiculis diviti malè impreceris; nam avis cœli voces *tuas* deferet, & volucris verbum tuum nunciabit.

XI. *De liberalitate erga pauperes, déque vitæ uſu.*

CAPUT XI. [1]. PANEM tuum jacito in aquam, nam poſt multos dies eum reperies. [2]. Largire partem *ex tuis* ſeptem hominibus, imò etiam octo, quia neſcis quid mali in terra contingat. [3]. Cùm nubes *vaporibus* oppletæ ſunt, imbrem in terram demittunt. Cùm cecide-

Argentúmque omnia ſufficit] והכסף יענה את הכל vehaccheſeph jahaneh eth hacchol, *& argentum reſpondebit omnia*; hoc eſt, voluptariis, quæcumque ad gulam faciunt, ſibi pecuniâ comparare licebit. LXX. Intt. τοῦ ἀργυρίου ταπεινώσει ἐπακούσεται τὰ πάντα. *Aquila* verò: καὶ τὸ ἀργύριον ἐπακούσεται σὺν τὰ πάντα. Meliùs *Symmachus*: ἀργύριον δὲ ὑπακούσεται εἰς ἅπαντα. Secutus *Hieronymus* τοὺς LXX. *pecuniæ obediunt omnia*, omiſſo ταπεινώσει, quod non eſt in Alexandrino Codice, eſt perverſa interpretatio verbi יענה. Nota accuſativi את oſtendit non poſſe verti *obediunt omnia*. Senſus eſt, quem expreſſit *Symmachus*, ſed verbotenus eſt: *exaudit omnia*; hoc eſt, quidquid ab argento petes impetrabis. Sic Gen. XLI, 16. ſimili conſtructione *reſpondere pacem* dicitur, ſomniorum conjector. Huc facit elegans fragmentum *Menandri*, quod eſt CXCI. Incertarum Com.

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς Θεοὺς εἶναι λέγει
Ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀστέρας·
Ἐγὼ δ' ὑπέλαβον χρησίμους εἶναι Θεοὺς
Τ' ἀργύριον ἡμῖν, καὶ τὸ χρυσίον μόνον·
Ἱδρυσάμενος, τούτους γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν
Εὔξαι τι βούλει, πάντα σοι γενήσεται κ. τ. λ.

Epicharmus quidem Deos eſſe dicit, ventos, aquam, terram, ſolem, ignem, aſtra; ego verò exiſtimavi utiles eſſe Deos Argentum dumtaxat atque aurum nobis; poſtquàm enim hos collocaris in ædibus, opta quod voles, omnia tibi obtingent &c. Vide reliqua & quæ illic notavimus.

20. *Ne apud conſcios quidem arcanorum tuorum*] גם במדעך gam bmaddahacha. LXX. Intt. μή γε ἐν συνειδήσει σου, *ne in conſcientia quidem tua*. Vertit *Hieronymus*: *in mente tua*, in Comment. In Vulgata: *in cogitatione tua*. Sed alibi nuſquam מדע hoc ſignificat, réſque nimia videtur, neque enim Judæi unius veri Dei conſtantes cultores, dubitabant Regi Idololatræ malè precari, apud animum ſuum, certè cum legebant C. XXVII. Deuteronomii, Regémque unius è ſceleribus, quæ illic memorantur, reum eſſe pro comperto habebant. Itaque voce מדע *maddah* credidimus ſignificari eos, quos quiſque ſibi fidiſſimos amicos & arcanorum conſcios habebat. Sic מדעת *maddahath*, non tantum *cognationem*, ſed & *cognatos* ſignificat. Ac ſanè conſcii ejuſmodi debiti ſæpe amicos detulerunt, ſed nemo ſibi ſoli conſcius rem ad Regem unquam detulit.

Maledicito Regi] מלך אל תקלל melech al thekalel. LXX. Intt. βασιλέα μὴ καταράσῃ. *Symmachus*: μὴ λοιδορήσῃς. Vulgatus: *ne detrahas*. Alii: *ne contemnas*. Reverâ hæc omnia voce Hebraïcâ ſignificantur; nec quidquam vetat ea conjungi.

In interioribus cubiculis] בחדרי משכבך behhadre miſchchabcha, *in penetralibus cubilis tui*; hoc eſt, cave ne verbis ullis potentiores offendas, etiam in intimis partibus Ædium tuarum prolatis. Quæ indicant, quæ clam dici, & nemine, niſi fidis, audiente, putantur, interdum ab infidis audiri, qui ea deferunt divitibus, quos offendere tutum non eſt.

Nam avis cœli vocem tuam defert] *Facit ire vocem*; hoc eſt, facit ut voces tuæ ad divitis aures perveniant. Quæ clam dicuntur ſæpe, neſcio quomodo, ab iis, à quibus nihil ſimile timebamus, audiuntur & referuntur. Huc aliquo modo faciunt, quæ à Græcis narrantur, de Beſſo & Ibyco, quibus aves exitium crearunt. De utroque *Plutarchus* & de priore quidem in Libro de Sera Numinis Vindicta, de altero verò, in Libro de Garrulitate, in quo plura huc facientia.

Volucris] *Dominus alarum.*

COMMENTARIUS

In CAPUT XI.

1. P*Anem tuum jacito in aquam*] *In faciem aquarum.* Quæ in aquam jacimus, eorum jacturam ægrè non ferimus; ideóque cùm Salomo vellet nos docere eſſe benefaciendum etiam iis, à quibus gratiam referri nobis non poſſe putamus, hoc loquendi genere eleganter uſus eſt.

Poſt multos dies eum reperies] *In multitudine dierum*; hoc eſt, longo elapſo tempore, cùm ſimile nihil exſpectabis, beneficii gratia tibi referetur. Fieri poteſt ut qui, cùm iis damus, miſeri ſunt, mutatis rebus ad eas opes perveniant, in quibus benefactoribus ſuis gratiam & quidem cumulatam, rependere queant; præſertim ſi contingat benefactores ipſos in graves calamitates incidere. Sed quia ſemper hoc non contingit, verbum תמצא *reperies*, de eo quod fieri poteſt eſt intelligendum. Rectè *P. Syrus*:

> *Habet in adverſis auxilia, qui in ſecundis commodat.*

Idem:

> *Homo, qui in homine calamitoſo miſericors eſt, meminit ſui.*

2. *Septem*

ceciderit arbor in meridiem, aut in ſeptemtrionem, eo loco, in quem deciderit, manet. [4]. Qui obſervat ventum non ſerit, nec qui nubes contemplatur metit. [5]. Quemadmodum neſcis, quænam ſit via venti, *neque* quemadmodum oſſa in utero gravidæ *formentur*: ſic & ignoras *rationem* operis Dei, qui omnia fecit. [6]. Matutino tempore, ſementem facito; neque veſpertino, manum tuam quieſcere patiaris; neque enim noſti, hócne an illud rectum ſit, vel an ambo ſint æquè bona.

[7]. Dulcis quidem eſt lux & gratum oculis vocem videre. [8]. Verùm ſi multos annos quiſpiam vixerit, quibus omnibus hilaris fuerit, ſique recordetur dierum tenebricoſorum, qui multi fuerant, quidquid contigit inanitas *videbitur*. [9]. Lætare juvenis in adoleſcen-

2. *Septem hominibus* &c.] Hoc eſt, pluribus benefacito. Vide ad verſ. antecedentem.

3. *Cùm nubes vaporibus oppletæ ſunt*] אם ימלאו העבים im jimmale hahbim, *ſi impletur nubes*; nempe, una quæque nubes vaporibus, qui denſati calore in terram inſtar pluviæ cadunt. Proverbium eſt, quod variis caſibus aptari poteſt, ut ſi quis multis beneficiis laceſſitus, tandem gratiam referat: aut è contrario multis injuriis irritatus, tandem in iram erumpat.

Cùm ceciderit arbor &c.] Hoc videtur dictum, de ejus calamitate, quam nemo ſublevat, & cui conficiendus relinquitur; ut arbor quæ lapſa numquam erigitur, ſed eo loco jacet, in quem cecidit; in montibus, ſcilicet, aviis aut ſilvis, in quibus ſinuntur jacere arbores, quia nemini incommodum creant. Græci habent ſimilem metaphoram, quâ imagine quercûs lapſæ hominem calamitoſum deſcribunt: δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται, *lapſâ quercu, quivis lignatur*; hoc eſt, ſi ceciderit vir potens in calamitatem, quivis poteſt ex ejus malis emolumentum capere, & ſibi quidpiam ex ejus facultatibus vindicare.

Manet] Erit יהוא *jehou* pro יהיה *jihjeh* partim ex forma Syriaca. LXX. ἔσται, Vulgatus: *erit*. At *Symmachus*: παρατεύξεται, quod quid ſibi velit non adſequor.

4. *Qui obſervat ventum* &c.] שומר רוח *ſchomer rouahh*; hoc eſt, qui ſementem facere non vult, niſi certo vento flante, prætermittit ſementis tempus. Dici queat de iis, qui nimis diu commodam occaſionem, rei gerendæ, exſpectant, quâ morâ fit ut nihil faciant.

Qui nubes contemplatur] Qui ſibi timet à pluvia, maturæ meſſis tempus prætermittit. Idem eſt ſenſus ac ſuperioris.

5. *Quemadmodum neſcis*] כאשר *chaaſcher*, LXX. Intt. ἐν οἷς. *Aquila*, ἐν ᾧ. Legerunt באשר *baaſcher*, ſed melior eſt lectio noſtra.

Quænam ſit via venti] Unde oriatur, & ubi deſinat. Vide Joan. III, 8.

Neque] Hoc fuit repetendum, perſpicuitatis causâ.

Formentur] Hoc ſubaudiri manifeſtum eſt, quaſi dictum eſſet: יצרו *joutſarou*, formentur, aut quid ſimile. Vide Pſ. CXXXIX, 14, 15.

Rationem operis Dei] *Opus Dei*, ſed intelligitur ratio, quâ fit, nam opus ipſum Dei ſatis per ſe innoteſcit. Multa, & plura etiam hodie, quàm umquam, Naturæ φαινόμενα nobis innotuerunt; ſed intimam rerum naturam nobis etiamnum eſſe ignotam fateamur neceſſe eſt.

6. *Matutino tempore* &c.] Quovis tempore, cùm tempeſtas ſerendi advenerit, ſerito; hoc eſt res tuas gerito, ubi opus eſt, ſine obſervatione ulla temporis, & omiſſâ cunctatione omni.

Neque enim noſti &c.] Neſcis enim, utrum melius ſit cunctari, ac ſtatim rem adgredi, vel an utrumque perinde ſit.

An ambo ſint æquè bona] *An ambo illa ſicut unum, bona.*

8. *Quibus omnibus*] בכלם bchullam, *omnibus illis*. Omiſſa eſt copula ו. quæ abundat initio verſûs 7.

Dierum tenebricoſorum] *Dierum obſcuritatis*; hoc eſt, quibus rebus adverſis conflictatus eſt, antequàm ex iis emergeret, frueretúrque beata vita, de qua Salomo, in antecedentibus verbis. Nam *tenebræ* in Scriptura paſſim calamitates ſignificant. Vide ad Gen. XV, 12.

Quidquid contigerit &c.] Hoc eſt, habebis pro inanitate quidquid præteriit, tam bonum, quàm malum; quia felicitas præterita non magis juvat, quàm nocent veteres calamitates. כל שבא *chol ſchebba* vertimus *quidquid contigit*, ut de præteritis agatur, ut poſtulant antecedentia. Sic Cap. V, 1. בא dicitur de eo, quod contingere ſolet. LXX. Intt. ἐὰν ἔτη πολλὰ ζήσεται ἄνθρωπος, ἐν πᾶσιν αὐτοῖς εὐφρανθήσεται, καὶ μνησθήσεται τὰς ἡμέρας τοῦ σκότους, ὅτι πολλαὶ ἔσονται. πᾶν τὸ ἐρχόμενον ματαιότης. Hîc τὸ ἐρχόμενον eſt *futurum* quod tamen loco non convenit, nam omnis illa lætitia præterita erit *inanitas*, propter futuras calamitates; & quod futurum erit non erit tantùm *inanitas*, ſed calamitas. Ideò *Hieronymus* habet: *ſi annis multis vixerit homo, & in tuis omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis & dierum multorum; qui dum venerint, vanitatis arguentur præterita.* Quæ tamen non ſatis Hebraicis conveniunt. *Symmachi*, in hoc loco, verba ſic vertit *Hieronymus*: *ſi annis multis vixerit homo, & in omnibus his lætus fuerit, recordari debet & dies tenebrarum, quia multæ erunt, in quibus omnibus veniet eſſe deſinere.* Ex quibus intelligere eſt eum de morte interpretatum *dies tenebrarum* & שכל בא הבל, *in quibus omnibus veniet eſſe deſinere*, quæ ſunt coacta.

9. *Hilaris ſit animus*] *Bonum ſit tibi cor tuum* ויטיבך לבך *vitibcha libbecha*. LXX. intt. aut fortè *Aquila*: ἀγαθυνάτω σε ἡ καρδία σου. Vulgatus: *in bono ſit cor tuum.*

Ingredere vias, quæ animo tuo placent] והלך דרכי לבך hallech darche libbecha, *incede viis cordis tui*. LXX. Intt. in noſtris Codicibus: περιπάτει ἐν ὁδοῖς καρδίας σου ἄμωμος. Sed poſtrema vox deeſt, in Verſione Latina Hieronymi, quæ eſt in Comment. inque Vulgata. Eſt reverâ gloſſema additum, ne offenderentur Lectores, quaſi Salomo hîc cupiditatibus humanis fræna laxaret. Debet ſanè res ita intelligi, ut velit ita genio indulgeri, quoad per divinas leges licebat, quæ exceptio addenda ſimilibus locis,

leſcentia tua, hilaris ſit animus tuus, diebus juventutis tuæ; ingredere vias, *quæ* animo tuo *placent*, & *ſectare* quæ ſe oculis tuis adſpicienda præbent; at ſcito *fore ut*, propter omnia iſta, Deus te in jus vocet. ¹⁰. Amoveto iram ab animo tuo, & nequitiam à carne tua abſcedat curato; adoleſcentia enim & pueritia *ſunt* inanitas.

XII. Recordandum Dei in juventute, propter imminentia ſenectutis incommoda, quæ figuratè deſcribuntur, & mortem, omnia eſſe inania præter timorem Dei, qui de omnibus judicium feret.

¹. MEMENTO Creatoris tui, diebus juventutis tuæ, antequàm veniant tempora calamitoſa,

locis, ex ſequentibus & poſtremis hujus libri verbis.

Et ſectare, quæ ſe oculis tuis conſpicienda præbent] ובמראה עינך oubmareeh henecha, *& in conſpectu oculorum tuorum.* Cùm Latinè loquenti non liceret dicere: *ingredere in adſpectum oculorum tuorum*, alterum verbum ſupplere neceſſe habuimus, cui melius cum hiſce conveniret, ſervato tamen ſenſu, & verbis, quatenus licuit.

Te in jus vocet] *Te adducet in judicium*; hoc eſt, tibi indulgendo in juventute, memento fore ut Deo rationem reddas eorum, quæ feceris, pœnáſque des delictorum in ejus leges; ſive in te ipſo, ſive in poſteris. Si enim de poſtremo judicio rem intellexiſſet Salomo, numquam e giſſet tam breviter ac tam frigidè de re tanta, & quâ poſitâ ratio omnium, quæ dixit, redditur. Multò pluris intererat hujus rei pluribus & clarioribus verbis meminiſſe, quàm rerum humanarum inanitatis, quæ ſatis nota erat.

10. *A carne tua*] Hoc eſt, à te.

Pueritia] והשחרות haſſchabbarouth. LXX. Intt. verterunt: *ἄνοια*, Vulgatus: *voluptas*. Multò melius Recentiores השחרות interpretantur pueritiam quæ eſt השחר haſſchabbar, hoc eſt, *aurora* vitæ humanæ. Vult dicere Salomo pueros & adoleſcentes nihil niſi inania moliri, ſed debere tamen eos ab iracundia & nequitia abſtinere. Hæc & ſequentia ſunt explicatio eorum, quæ antea dixerat, ne in alienum ſenſum traherentur.

COMMENTARIUS

In CAPUT XII.

1. *MEmento Creatoris tui*] Hoc eſt, legum à Creatore tuo latarum memor eſto, etiamnum juvenis, ut eas obſerves, ne calamitoſâ ſenectute pœnas improbæ juventutis pendere cogaris.

Antequam veniant &c.] עד אשר לא had aſchet lo, *uſque quo non*, hoc eſt, antequàm. Serum eſt pœnitentiam flagitioſæ vitæ velle agere, cùm tempus ſuppliciorum advenit; neque enim Deo pœnitentia poteſt ſatisfacere, quæ ſolo ſenſu pœnarum extorquetur.

Quibus dices: non delector illis] Eſt, ut videtur, *μείωσις*, ut ſignificetur calamitoſa ſenectus, quâ nihil eſt moleſtius, & quam omnes abominantur.

2. *Antequàm obtenebreſcant* &c.] Eſt deſcriptio ænigmatica miſeræ & morboſæ ſenectutis; cujus incommoda plura recenſentur, quæ tamen omnia uni, aut cuivis ſeni non contingunt.

Sol, lux, luna, ſtellæ] Non ſunt hîc ſingula verba nimiùm urgenda, quæ ſeorſim ſingulare nihil ſignificant. Deſcribitur his verbis ſenectus oculorum ſenſu aut penitus, aut partim orbata, de qua *Æſchines* Dial. III, 9. κἂν μήτις θάνατον θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐφιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοήν: *tum ſi quis quàm primùm vitam, quaſi debitum, non reddiderit. Natura, quaſi fœneratrix adſiſtens pignus aufert, ab alio viſum, ab alio auditum*, &c.

Nubéſque poſt pluviam revertuntur] In temperatis regionibus, ubi pluvia cecidit, exhauſtis nubibus ſuccedit ſerenitas; quod non fit in nimium humidis, æternis nubibus veluti damnatis. Inde ſumtis coloribus pingitur hîc ſenectus rheumatibus obnoxia, quæ rheumate liberata multâ ejectione pituitæ, ſeu ore, ſeu naribus, ſeu tranſpiratione cujusvis partis, novâ fluxione denuò obruitur; de qua proinde dicere queas: *nubes poſt pluviam revertuntur.*

3. *Cuſtodes domûs*] Manus, nempe, tremulæ fiunt. Nihil aptiùs, in corpore humano, vocaveris *cuſtodes domûs*, quàm brachia & manus, quibus quæ extrinſecus corpori nocere poſſent amovemus, aut amolimur.

Incurvabuntur viri fortes] Hoc eſt, crura titubabunt, ac veluti incurvabuntur, nec ampliùs ſuo munere ſuſtentandi, & transferendi corporis fungi poterunt. Ideò *viri fortes* dicuntur quia opus eſt viribus, ut hæc fieri poſſint expeditè, & ſine cadendi periculo. Ἄλεξις ὁ τῆς κωμῳδιῶν ποιητὴς ἐπειδή τις αὐτὸν ὄντα πρεσβύτην ἑώρακε μόλις πορευόμενον, καὶ ἠρώτα, τί ποιεῖς; ἔφη κατὰ σχολὴν ἀποθνήσκω: *Alexis Poëta Comicus, cùm quidam eum ſenem vidiſſet ægrè gradientem, & quæſiſſet, quid ageret? per otium, inquit, morior.* Quæ habet *Joan. Stobæus*, è Chriis *Ariſtotelis* Flor. Tit. CXV.

Ceſſabunt ea quæ molunt] בטלו הטחנות batelou hattochanoth. Sunt *dentes*, nam שן ſchen, *dens*, eſt communis generis. Incommodum eſt ſenectutis carere dentibus. Verbum בטל hîc tantùm occurrit, ſed apud Chaldæos eſt frequens.

Minutæ fuerint] מעטו mihetou, in Pihel, quod volunt eſſe pro התמעטו hithmahatou, minuerunt ſe; nempe, adtritu, quod ſiut breviores æquo; aut numero, quod pleræque exciderint. Sed res Latinè exprimi non potuit niſi verbo paſſivo. LXX. Intt. ὅτι ὠλιγώθησαν, *Hieronymus: in minimo numero.*

Quæ

lamitoſa, & *te* adtingant anni, quibus dices: non delector illis; [2]. antequàm obtenebreſcant Sol, lux, luna, ſtellæ, nubéſque, poſt pluviam revertantur. [3]. Quo tempore nutabunt cuſtodes domûs, incurvabuntur viri fortes, ceſſabunt eæ, quæ molunt, quia minutæ fuerint, obſcurabuntur, quæ proſpectant per feneſtras, [4]. claudentur valvæ foris, quòd tenuior factus ſit ſtrepitus molæ, ſurgetur ad vocem volucris; deprimentur omnes pſaltriæ; [5]. *cùm* etiam à re alta timebitur, terror *erit* in via, florebit amygdalus, onerabitur locuſta, diſſolvetúrque adpetentia, quia homo domum æternam

Quæ proſpectant per feneſtras] הראות בארבה *barooth baarubboth*: nempe pupillæ בנות עין bnoth hajin, *filiæ oculi*, ut loquuntur Hebræi. *Symmachus*: οἱ ὁρῶντες διὰ τῆς ὀπῆς, ſed ראות eſt participium.

4. *Claudentur valvæ foris*] סגרו דלתים בשוק *ſuggeron dalthajim baſſchouk*. Multi interpretantur de *labiis*; quibus non adſentimur, quia ſi hoc ſpectaretur, non adderetur בשוק *foràs*; quod oſtendit agi de foribus, quibus apertis, in publicum egredi licet. Adde quòd ſenectutis non ſit incommodum frequens carere uſu linguæ & labiorum; cùm contrà garruli fiant ſenes. Itaque eos ſequimur, qui putent hoc ſignificari, ſenes domi ſedere, nec ampliùs egredi in forum, cujus clamores ferre non poſſunt; cùm vociferari ampliùs nequeant, ut vel in ipſo tumultu exaudiri queant.

Quod tenuior factus ſit ſtrepitus molæ] בשפל קול הטחנה biſchphal kol hattahhanah, *in humilitate vocis molæ*. *Mola* hìc dici videtur ipſum os, in quo ſunt dentes qui molunt, aut mandunt cibos, & *ſtrepitus molæ* vox, quæ ore formatur, tenuiórque eſt in ſenibus, qui propterea abſtinent à foro.

Surgetur ad vocem volucris] ויקום לקול הצפור *vejakoum lkol hatſippbor*, & ſurget; nempe ſenex; ad vocem avis. Sed quia paſſiva verba antecedunt & ſequuntur, quaſi eſſet יקם *joukam*, in Hophal; quod intelligimus de inſomnio ſenum, qui ad galli aut etiam avicularum matutinum cantum ſurgunt, aut parati ſunt ſurgere. Sic *Hieronymus*, ex nonnullorum ſententia.

Deprimentur omnes pſaltriæ] וישחו כל בנות השיר *vajiſſchabbou chol benoth haſſchir*, & deprimentur omnes filiæ cantici. *Filiæ Cantici*, ſolito idiomate Linguæ Hebrææ ſunt Pſaltriæ; ſed mirum eſt verbum eſſe hìc maſculini generis, pro תשחו *thiſſchabbou*, à שחח *ſchahhahh*. Volunt כל hìc, pro more Arabum, eſſe nomen ſubſtantivum, ut verbo tenus ſit vertendum: *deprimentur univerſus ordo pſaltriarum*. Æquè facilè dixeris Librarium hìc in litterula peccaſſe. Sic tamen occurrit Eſth. I, 20. כל הנשים יתנו *chol hannaſchim jittenou*, pro תתנו *thittenou*. Sed nec unum ejuſmodi mendum admitti potuit. Intelliguntur autem Pſaltriæ omnes dimitti à ſene, aut ſurdo, aut talium, quamvis audiat, ſpretore, ut Barzillais fuit, de quo 2. Sam. XIX, 35. Sic quoque *Hieronymus*.

5. *A re alta timebitur*] מגבה יראו miggaboha jiraou, *ab alto timebunt*. LXX. Intt. ἀπὸ ὕψους ὄψονται. *Symmachus*: *de excelſo videbunt*, quia legerunt יראו *jireou*, à *raah*, vidit, cum ſit à ירא *jareh*, timuit. Quæ aptior eſt huic loco ſignificatio, ubi deſcribuntur ſenes, qui non ſuſtinent loca alta conſcendere. Ceterùm hìc eſt verbum activum plurale, quod refertur ad eos de quibus hìc eſt ſermo. Paſſivo ſingulari uſi ſumus, eodem ſenſu, propter ſuperiora verba.

Terror erit in via] וחתחתים בדרך *vehathchhathim badderech*, & terrores in via. Hìc tantum legitur ea vox, à חתת *territus fuit*. LXX. Intt. θάμβοι ἐν τῇ ὁδῷ. *Aquila*: τρόμῳ τρομήσουσιν ἐν τῇ ὁδῷ. *Symmachus*: *terror erit in via*. Sic interpretatur *Hieronymus*: *arduis ingredi non valebunt & laſſis poplitibus, ac trementi veſtigio, etiam in plano itinere fluctuantes, offenſam greſſuum formidabunt.*

Florebit amygdalus] וינאץ השקד *vejanets haſſchaked*. LXX. Intt. ἀνθήσῃ τὸ ἀμύγδαλον. Symmachus: *obdormient vigilantes*. Sed השקד, ſi legatur *haſſchoked*, poteſt quidem verti *vigilans*, at נאץ aut נוץ nuſquam ſignificant *obdormire*. An legit ינום janoum, *dormiet*? Ceterùm hìc נאץ idem ſignificare ſtatuitur ac נוץ nouts, *florere*, & ſolent verba harum formarum miſceri. Vulgatus: *florebit amygdalus*, quod interpretatur in Commentario: *capillus canuerit*, quòd flores amygdalorum ſint albi.

Onerabitur locuſta] ויסתבל החגב *vajiſtbabbel babbagab*. Multis de hoc loco egit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. IV. c. 8. ubi omnes refert Interpretum ſententias, tandémque חגב *bhagab* caput femoris, ex Arabica lingua eſſe contendit, notarique vult hìc graviorem inceſſum ſenum; non abſurdè, niſi jam ſatis actum eſſet in antecedentibus verbis de tardo ſenum greſſu. Non diſſimulabo tamen ei aliquo modo favere *Hieronymum* in Comment. quod obſervare prætermiſit: *Sciendum eſt*, inquit, *ubi in noſtris Codicibus legitur* locuſta, *in Hebræo ſcriptum eſſe* AAGAB, *quod verbum apud eos ambiguum eſt*; *poteſt enim* talus *&* locuſta *transferri — Ambiguitas verbi per Etymologiam ejus, indicat ſenum crura tumentia, & podagræ humoribus prægravia*. At LXX. Intt. καὶ παχυνθῇ ἡ ἀκρίς, *Symmachus*: *impinguabitur locuſta*, quod habet etiam Vulgatus. Non diſplicet ſententia *Lud. Cappelli*, in Notis Criticis, ubi conjicit ſignificari hìc *aqualiculum*, *ſeu abdomen & ventrem inferiorem* (*in quo inteſtina*) *qui gravis ſit in ſenibus obeſis, ut plurimum & nimia pinguedine laborantibus*. *Notum eſt autem*, inquit, *locuſtas ſolo fere abdomine conſtare, quod in illis mirè grave eſt & incommodum*. Qua de cauſa, in hoc ænigmate non ægrè *aqualiculum* ſignificari voce חגב hagab, *locuſta*, crediderim; cùm & ea pars ſoleat, præ ceteris pingueſcere.

Diſſolvetúrque adpetentia] ותפר האביונה *vethapher haavijonah*. LXX. Intt. διασκεδασθῇ ἡ κάππαρις, quod ſequutus eſt *Hieronymus*. *Symmachus*: *diſſolvetur ſpiritûs fortitudo*; cujus interpretationis rationem me non adſequi, fateor. De priore ſic *Hieronymus* in Commentario:

ternam ibit, & plangentes foris circumibunt; 6. antequàm amoveatur funis argenteus, conteratur calix aureus, frangatur hydria ad ſcaturiginem, comminuatur rota ad ciſternam,

In eò verò, ubi nos habemus capparim, *in Hebræo habetur* ABIONA; *quod & ipſum ambiguum eſt, interpretatúrque* amor, deſiderium, concupiſcentia, *vel* capparis. *Et ſignificatur, ut ſuprà diximus, quod ſenum libido refrigeſcat, & organa coitûs diſſipentur.* Verbum אבה eſt *velle, adſentiri*, onde potuit derivari אביונה *abijonah*, quod nuſquam alibi invenitur, ſignificátque, ut videtur, cibi *adpetentiam*, quæ ſenibus deeſt. Hinc certè videntur LXX. Int. vertiſſe κάππαριν, quæ eſt bacca arbuſti, quæ ſale condita excitat orexio. Hinc Rabbini אביונות *abjonoth* vocant *baccas*, quæ in Libro Thalmudico *Berachoth*, conjunguntur cum *cappari*, ut obſervavit *Joan. Buxtorfius*, in Lexico Rabbinico. Unde liquet cur hanc vocem ſic verterint, ut diximus, LXX. Int. quorum tempore κάππαρις ita dicta eſt quod *voluntatem* comedendi excitet ea bacca.

Quia homo in domum æternam ibit] Sic Ægyptii ſepulcrum vocabant. *Diodorus* Siculus Lib. I. p. 47. Ed. Vechel. οἱ γὰρ ἐγχώριοι τὸν μὲν ἐν τῷ ζῆν χρόνον εὐτελῆ παντελῶς εἶναι νομίζουσι, τὸν δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν δι' ἀρετὴν μνημονευθησόμενον περὶ πλείστου ποιοῦνται, καὶ τὰς μὲν τῶν ζώντων οἰκήσεις καταλύσεις ὀνομάζουσιν ὡς ὀλίγον χρόνον ἐν ταύταις οἰκούντων ἡμῶν, τοὺς δὲ τῶν τετελευτηκότων τάφους ἀϊδίους οἴκους προσαγορεύουσιν, ὡς ἐν ᾅδου διατελούντων τὸν ἄπειρον αἰῶνα: *nam regionis hujus incolæ* (Memphitæ) *tempus, quo vivimus, parvi omnino pendunt, ſed id quod erit poſt mortem, quo virtutis cauſa commemorantur, magni faciunt; & habitationes quidem viventium vocant diverſoria, in quibus quippe exiguo tempore moramur, mortuorum vero ſepulcra* domos æternas *adpellant in infinitum quippe ævum in inferis manentes.* Sic & in multis inſcriptionibus Romanis vocantur DOMVS ÆTERNÆ, cujus rei exempla indicabit *Joſ. Scaliger* Cap. XVI. Indicis *Gruteri* Inſcriptionum. Plures habet etiam *Raphaël Fabrettus*, qualis hæc eſt DLXII. Cap. X. cujus eſt initium:

L. MÆCIVS. MARIVS. REFECIT
ÆTERNA. DOMV. LIB. LIBERTAB.
POSTERISQVE. EORVM
NON. FVI. ET. SI. NON. ERO. NON.
MIHI. DOLET.

Sed & hoc imperiti Chriſtiani interdum ſunt imitati, ut idem oſtendit Cap. II. Inſcription. CCLXXVIII. & ſeqq.

6. *Antequàm amoveatur funis argenteus* &c.] עד אשר לא ירחק חבל הכסף *had aſcher lo jerabbek bhebel baccheſeph*, uſque dum non amoveatur funis argenti. In margine legitur ירתק *jerathek*, adligabitur; unde רתוק ratthok, *catena*. Sed præferendum videtur *Chethib*, non enim moribundis *adligatur* catena, de qua ſermo eſt, ſed potiùs *amovetur*. Sic legiſſe videntur LXX. Int. qui habent: ἕως ὅτου μὴ ἀνατραπῇ τὸ σχοινίον τοῦ ἀργυρίου. *Symmachus* verterat: πρὶν κοπῆναι τὸ σχοινίον τοῦ ἀργυρίου. Vulgatus: *rumpatur funiculus argenteus. Lud. Cappellus* utramque lectionem in concordiam redigit, hoc modo; rem, nempe, eodem redire, ſi dicas: *quamdiu connectitur*, ſeu *connexus manet*; aut *priuſquàm rumpatur funis argenteus*; ſic enim, ut putat, ſignificatur adſectio ſpinæ dorſi, quæ in ſenibus produci ac prolongari ſolet, quæque eſt argumentum mortis non remotæ; nam interpretatur *funem argenteum* de ſpina dorſi, vertebris conſtante, in quarum cavitate eſt medulla candida, inſtar argenti. Sed & oſſa, quibus conſtat, candent. *Amoveri* autem dicitur funis argenteus, cùm vis ejus ita minuitur, ut vix corpus erectum ſtare poſſit, fune illo veluti debilitate laxato.

Conteratur calix aureus] ותרץ גלת הזהב *vetharuts gullath bazzahab.* LXX. Int. καὶ συντριβῇ τὸ ἀνθέμιον τοῦ χρυσίου. Primùm verbi תרץ ſignificationem ita expreſſerunt, ut adpareat deductum fuiſſe ab iis à רצץ *ratſats*, contritus fuit, nam paſſivè hîc ſumſerunt. Sed cur גלת verterint ἀνθέμιον, quod eſt nomen floris, qui ἀνθέμιον etiam & *chamæleon* dicitur, ſed flos vix *conteri* dicetur. *Symmachus*: καὶ ἰλαθῇ τὸ ἀσφιρὶς χρυσίου, quod quid ſit non adſequimur. *Hieronymus*: *recurrat vitta aurea* unde liquet verbum תרץ deductum ab eo fuiſſe à רוץ *currere*, unde reverâ duci etiam poteſt. Sed cur גלת aut ἀνθέμιον verterit *vittam* non video, niſi dictam putarit גלה *gullah*, eò quòd circumvolvatur, quaſi גלולה gloulah, *voluta*. Sed ea vox *lenticulam*, ſeu *lecythum*, vas, quo oleum continetur, ſignificat Zach. II, 2, 3. Eſt *ſcaturigo* aquæ Joſ. XV, 19. ornamentum capitelli columnarum 2. Reg. VII, 41. Non diſplicet hîc eorum ſententia, qui גלה *gullah* idem eſſe putant ac גלגלת *gulgoleth*, cranium, quod eſt ab eadem radice, duplicatis duabus primis radicalibus. *Conteri* autem dicitur *cranium*, non quia frangitur, ſed quia morte fit inutile, inſtar vaſis fracti. *Auream* hic vocatur, quia continet præcipuas partes vitales, & ſpiritus animales in totum corpus demittit.

Frangatur hydria ad ſcaturiginem] ותשבר כד על המבוע *vethiſſchaber coad hal hammabouah.* LXX. Int. καὶ συντριβῇ ἡ ὑδρία ἐπὶ τὴν πηγήν. Vulgatus: *& conteratur hydria ſuper fontem.* Intelligi videntur venæ & arteriæ, quæ cordi adhærent, & ſanguinem continent, inſtar cadi, aut hydriæ, quæ ad fontem fertur, & impletur aquâ. Neſciebant quidem eo ævo rationem motûs ſanguinis, quæ nuper tantùm innotuit; ſed arterias tamen & venas vaſa eſſe ſanguine turgentia norant.

Comminuatur rota ad ciſternam] ותרץ הגלגל אל הבור *venaruts bagalgal el baboor.* LXX. Int. καὶ συντροχάσῃ ὁ τροχὸς ἐπὶ τὸν λάκκον. Meliùs *Hieronymus*: *& confringatur rota ſuper ciſternam.* Hoc eſt, deſinat cor moveri, nec ſanguinem ampliùs in corpus mittat. Poteſt enim cor conferri, palpitatione ſuâ, cum rota, cui circumvolutus eſt funis, quo aqua, ope hydriæ ab eo pendentis, è puteo hauritur, circumactione rotæ. Hujoſce autem ænigmatis variarum partium interpretationes protuli, quarum

nam, 7. redeat pulvis quidem ad terram, ubi antea erat, revertatúrque ſpiritus ad Deum, qui eum dedit.

8. Inani-

rum longè major pars eſt aliorum; non quòd omnes certas, atque exploratas putarem, ſed quia mihi ceteris veriſimiliores videbantur. Μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς, in hoc & ſimilibus locis.

7. *Redeat pulvis* &c] Reſpicitur ad Gen. III, 19. Ad quæ verba obſervandum, poſt reditum corporis in terram, remanere quidem corpus, at non corpus humanum, ídque ut meliùs ſequentia intelligi queant.

Revertatúrque ſpiritus ad Deum] Vulgò putant hiſce verbis Salomonem ſatis oſtendere à ſe creditam immortalitatem Animi. Sed mirum eſſet, ſi ita res haberet, antea dubitationem hac de re à Salomone perſpicuè propoſitam, & quidem ſæpiùs Cap. III, 9. *& ſeqq.* IX, 2, 5, 10. verbulo uno & altero, quaſi metueret, ne res intelligeretur, ſolutam; cùm nulla res ſit majoris momenti, neque ſæpiùs inculcanda immortalitate animi. Atqui ut corpus reverſum in terram, deſinit eſſe corpus humanum, & diſſolvitur: ita *ſpiritus* rediens ad Deum eam pati mutationem, credere potuit Salomo, quâ deſinebat eſſe ſpiritus humanus. Quod ſi quis quærat, quæ animo ergo Salomonis inſideret ſententia, cùm ſpiritum *ad Deum redire* ſcriberet; profitebor me neſcire, ſed cavendum eſſe, ne Veteribus tribuamus noſtras ipſorum opiniones, néve ſperemus in ejuſmodi rebus per ſe obſcuris, & obſcuris loquendi generibus expreſſis, nos poſſe certò & perſpicuè ſcire, quæ notiones eorum animis obverſarentur. Itaque quid ſit hìc *reverti ad Deum*, aut qui ſtatus mentis ad Deum reverſæ à Salomone eſſe crederetur, me non intelligere, ſi ſatear, nemini rerum perito mirum accidet.

Rem ut exemplis, ex hac ipſa re ductis, illuſtrare pergam, hæc ſunt verba *Epicharmi*: *συνεκρίθη καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθεν πάλιν· γᾶ μὲν ἐς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω· τί τῶνδε χαλεπόν;* *contuſa ſunt, diſcreta ſunt, & abierunt rurſus unde venerant, terra quidem in terram, ſpiritus verò ſurſum; quid horum difficile?* E quo hæc habere videtur *Euripides* è fabula, quæ intercidit, & Chryſippus vocabatur:

Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς αἰθὴρ,
Ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
Ἡ δ' ὑγροβόλους σταγόνας νοτίους
Παραδεξαμένη τίκτει θνατούς,
Τίκτει δὲ βορὰν, φῦλά τε θηρῶν·
Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φύντ' εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
Βλαστόντα γονῆς, εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦθε πάλιν· θνήσκει δ' οὐδὲν
Τῶν γιγνομένων· διακρινόμενον
Δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο
Μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξε.

Terra maxima, & Jovis æther, hic quidem hominum & Deorum genitor, illa verò guttas humidas, in ſe conjectas, cùm admiſit, parit mortales homines, parit & victum, generáque ferarum. Recedunt retrò quæ quidem è terra nata; quæ verò ex ætherio ſemine pullularunt, in cæleſtem polum redeunt. Moritur autem nihil eorum, quæ facta ſunt, ſed ſecretum aliud ab alio formam propriam oſtendit. Quid ſit *redire ſurſum*, aut *ad polum* non eſt facile intellectu, cùm poſſit ſignificare evaneſcere in auras, atque ætheri miſceri, ita ut ſubſtantia ſuperſtes ſit, ſed accidentia pereant. Idem in Supplicibus verſ. 531. & ſeqq.

Ἐάσατ' ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς.
Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο
Ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν· οὔτι γὰρ κεκτήμεθα
Ἡμέτερον αὐτὸ, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον.

Sinite jam terrâ tegi mortuos, unde enim quidque venit in corpus (in hominem) *illuc abiit, & ſpiritus quidem in ætherem, corpus verò in terram; neque enim poſſidemus* id, quaſi *noſtrum, niſi ut id vita inhabitet.* Nemo hinc intellexerit, an voluerit mentem humanam etiamnum in æthere vivere, poſtquàm corpore exceſſit. Sed profertur alius locus ejuſdem Poëtæ ex Helena, verſ. 1020. & ſeqq.

——— ὁ Νοῦς
Τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει
Ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών.

Mens defunctorum non vivit quidem, ſed ſenſum habet immortalem in ætherem immortalem cùm inciderit. Hæc quoque ſunt obſcura, immortalitas enim ætheris nihil facit ad immortalem ſenſum Mentis; niſi Poëta voluerit particulas ætheris Mentes eſſe, & cum eo iterum miſceri, quæ videtur reverâ ejus fuiſſe ſententia; ita ut ætherem non tantùm ſubtilius corpus, ſed etiam cogitandi facultate prædirum crediderit. Nec in ea re quærendum quid Rationi conſentaneum ſit, ſed quid ſenſiſſe videatur, quatenus quidem ex ejus verbis rem expiſcari poſſumus; neque enim rectè ſenſiſſe eum neceſſe eſt. Utque ſcias, hæc loca *Euripidis* ſimiliora eſſe verbis Salomonis, quàm primo intuitu videntur, quamvis animum quoque illico ea ſimilitudo percellat; noris oportet ætherem à Poëta, ut à multis aliis creditum eſſe Deum, adeò ut *redire ad ætherem* & *ad Deum* perinde ſit. Liquet hoc ex alio ejus fragmento, quod habet *Joan. Stobæus*. Excerpt. Phyſicorum Lib. I. c. 3.

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ Θεόν.

Vidéſne ſupra hunc immenſum Ætherem, & terram circumquaque complectentem humidis ulnis? Hunc putato eſſe Jovem, hunc exiſtimato Deum. Ad hunc ergo putabat *Euripides* hominum animos migrare; ſed de pœnis & præmiis malorum & bonorum nihil habet; uti nec hìc Salomo. Quia nonnulla dicunt noſtris ad-

finia,

8. Inanitas inanitatum, inquit concionatricis *Sapientiæ Auctor*, omnia ſunt inanitas, 9. *idque eò* magis, quòd ſapiens, *qui* Concionatricem *induxit*, docuit etiam ſcientiam populum, *cujus* audientiam ſibi conciliavit, *veritatem* inveſtigavit, & multas ſententias in ordinem redegit. 10. Conatus eſt Concionatricis *Scriptor* invenire verba, quæ placerent, & ſcripta recta, *quæ ſunt* verba vera. 11. Verba ſapientum

ſinia, non ſunt propterea cenſendi idem ac nos per omnia ſenſiſſe.

8. *Inquit concionatricis Sapientiæ auctor*] Eſt hîc אמר הקהלת *amar hakkoheleth*, verbum maſculinum, cum nomine fœminino. Quare vertimus eodem modo ac ſi ſcriptum fuiſſet אמר כותב את הקהלת *dixit qui ſcripſit Concionatricem.*

Omnia ſunt inanitas] Facilè concedimus nos Chriſtiani, omnia, quæ pertinent ad hanc ſolam vitam, eſſe *inanitatem*; ſed ea tamen fiunt in hac vita per ſe inani & mortali, quæ ad æternam felicitatem ita referuntur; ut ſine iis ad eam hominibus aditus nullus detur, & quibus conſtanter, ad mortem uſque, obſervatis, eam adipiſci poſſumus; hæc verò minimè ſunt *inanitas*. Contraria etiam facta, per quæ animi hominum in pœnas æternas, poſt hanc vitam, incidunt, non ſunt res ejuſmodi, quarum conſectaria nulla ſunt, & quæ *inanitas* poſſint dici. Dignum erat ſapientiâ Salomonis, ſi hæc tum Hebræis nota fuiſſent, clarè & copiosè dicere, ut magis ac magis tantarum rerum fides, apud Hebræos, confirmaretur. Spes alterius vitæ, ejúſque æternæ, una homines poterat ſolari in adverſis, ſed rudiores erant quàm ut ſublimi doctrinæ aurem præberent, eíque fidem haberent. Poſt captivitatem Babylonicam demum res perſpicua facta eſt, propter rationes Deo notas, ad tempora Chriſti, qui eam ἐφάνερωσε, ut cum Paulo loquar. Vide 2. ad Timoth. C. I, 10.

9. *Idque eò magis*] ויותר *vejother*, quod eſt quidem *id quod supereſt*, ſed ſumitur etiam adverbii inſtar, pro *eò magis*, vel *magis*, ut C. VI, 8. Eſth. VI, 6. Hoc autem additum hîc, & quæ ſequuntur ad verſ. 13. ut pondus dictis adderetur, ab Auctore. LXX. Intt. περισσόν. *Symmachus:* ὑπερβάλλον. Vulgatus omiſit.

Sapiens qui Concionatricem induxit] שהיה קהלת חכם ſchehajah koheleth hhacham, Analogia Grammatica poſcebat, ut diceretur: היתה קהלת חכמה *hajethah koheleth hhachamah.* Sed verbum & adjectivum ſunt, ut aliquoties antea, maſculini generis, quia Concionatricis Scriptor vir fuit. At res ſic Latinè exprimi non potuit, ſine ſolœciſmo.

Docuit ſcientiam populum] Proverbiis præſertim ſuis, quod poſtea, explicationis cauſâ, additur.

Cujus audientiam &c.] ואזן veizzen, *& audire fecit.*

Veritatem inveſtigavit] Eſt tantùm וחקר vehhikker, *& inveſtigavit.* Subauditur *veritatem*, quod expreſſimus, ne verbum ſine conſtructione penderet. Ac ſanè quid aliud quærere potuit præter veritatem? Certè errorem vir ſapiens non quæſivit.

Multas ſententias in ordinem redegit] תקן משלים הרבה *thikken miſchalim harbeh.* Quarum partem habemus in Proverbiis, atque in hoc ipſo libro. Vide not. ad Prov. XXXV, 1. Hæc & ſuperiora verba verterunt LXX. Intt. καὶ οὖς (legentes אזן *auris* non אזן *audire fecit*) ἐξιχνιάσεται κόσμιον, παραβολῶν, incommodè. Melius *Aquila:* ἐνωτίσατο καὶ ἠρεύνησε. Vulg. *enarravit quæ fecerat & inveſtigans compoſuit parabolas multas.* Hîc תקן eſt *ordine diſponere*, alibi *curva corrigere*, C. I, 15. VII, 13.

10. *Conatus eſt Concionatricis ſcriptor*] *Quæſivit* (בקש *bikkeſch*, verbo maſculino) *Concionatrix ad inveniendum*; hoc eſt; dedit operam ut inveniret.

Verba quæ placerent] דברי חפץ dibre hhephets, *verba delectationis.* Certè hîc liber, ſi attentè legatur, eleganter ſcriptus eſſe comperietur. Periodi ſunt longiores & verba ſelectiora, quàm aliorum Librorum, ac proinde rariora. LXX. Intt. λόγους θελήματος, *Aquila:* χρείας, *Symmachus:* χρειώδεις, Vulg. *verba utilia* Sunt quidem ſine dubio *utilia*, ſi rectè intelligantur; ſed חפץ non *utilitatem*, ſed *delectationem* ſonat, quam cum utilitate conjunctam eſſe nihil vetat.

Scripta recta] כתוב ישר chathoub joſcher, *ſcriptum rectitudinis.*

11. *Tamquam ſtimuli*] כדרבנות *chaddorbonoth.* LXX. Intt. ὡς τὰ βούκεντρα. Malim intelligere de aculeo apis, quem in vulnere relinquere putabatur; unde petitâ metaphorâ, ſic loquutus eſt *Eupolis* Comicus de Pericle. Ejus verba habet Schol. *Ariſtophanis* ad Acharnenſes verſ. 529.

Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Interprete *Grotio:*

Suadela inſidebat quædam labiis illius,
Ita deliniebat homines, unúſque omnium
Linquebat ſtimulos, in animo audientium.

Confirmatur is ſenſus, ſequente metaphorâ.

Tamquam clavi impacti] כמשמרות נטועים chmaſchmeroth netouhim, *ut clavi plantati*; hoc eſt, altè in animum auditorum demittuntur, nec facilè oblivioni mandantur. Alibi ſcribitur מסמרות *maſmeroth.*

A paſtore uno] מרועה אחד *merobeh ehhad.* Paſtorem populorum Salomonem ſignificari puto, quo primùm jubente, & probante, collecta ſunt Proverbia. Sic *Paſtor*, ſine ulla adjectione, ſumitur Jerem. XLIX, 19. *quis eſt iſte paſtor, qui ſtare poſſit coram me*; hoc eſt, quis Rex mihi obſiſtere poterit? Hinc David *paſcere Jacobum* dicitur Pſ. LXXVIII, 71, 72. Hinc Homero *Paſtores populorum*, ποιμένες λαῶν Reges dicuntur. Sunt qui velint *Paſtorem unum* dici Deum ipſum, qui *Paſtor Iſraëlis* vocatur Pſ. LXXX, 1. Sed ſermo eſt de eo, qui juſſit colligi Proverbia, hoc eſt, de Salomone.

Eorum collectores] בעלי אספות bahale haſſuphoth,

tum ſunt tamquam ſtimuli, & tamquam clavi impacti, atque à paſtore uno eorum collectores conſtituti ſunt. 12. Præterea, fili mi, ex iis moneri te patiaris, in conficiendis multis libris nullum eſſe finem, & lectionem multam eſſe fatigationem carnis.

13. Finem dictorum omnium audiamus: Deum time, præceptorúmque ejus obſervans

photh, *domini collectionum.* Sic videntur dici ii, quibus in mandatis dedit Salomo, ut ex ipſius dictis, aut ſcriptis colligerent ſententias ad mores pertinentes. LXX. Intt. verterunt: *οἱ παρὰ τῶν συνθεμάτων.* Alius: *παρὰ τῶν συνταγμάτων*, alius, *συναθροισμάτων.* Meliùs vertiſſent: *παρὰ τῶν ἐκλογῶν.* Malè *Hieronymus: per magiſtrorum conſilium.*

Conſtituti ſunt] *Dati ſunt.*

12. *Præterea*] ויותר *vejother*, & quod ſupereſt.

Fili mi] Sic paſſim Lectorem compellat Salomo in Proverbiis, ut C. I, 8. Sic ſenior juniores, præceptor diſcipulos adpellat.

Ex iis moneri te patiaris] מהמה הזהר mehemmah hizzaher, *ex illis monetor*, aut *illuſtrator*, nam זהר *zohar* eſt *ſplendor*; ſed hîc metaphorico ſignificatu ſumitur verbum, auctórque eſt Salomo juvenibus, ut ſe ſe ex Collectionibus ſuis proverbiorum moneri patiantur. Verbum נזהר *nizhar* eſt etiam *ſivit ſe moneri* Cap. IV, 13. ubi vide notata. LXX. Intt. minùs commodè verterunt: *φυλάξαι.* Vulg. non meliùs: *ne requiras.*

In conficiendis multis libris &c.] עשות ספרים *haſchoth ſpharim*, pro בעשות *behaſchoth*. Quod in illis collectaneis videtur dictum fuiſſe. Poſſis etiam vertere: *nullus eſt finis*, ut ſit monitum hujus loci, quo Salomo ſuadeat juvenibus, ut paucis libris contenti ſint, éque iis collectaneis hauriant, quod ſit ſatis ad bene & beatè vivendum. Quod monitum ſi Salomonis tempore tempeſtivum fuit, quantò magis eſt hodie, præſertim poſt inventam Typographiam, quâ factum eſt, ut copiâ dudum laboremus? Nec tamen axioma hoc eſt Mathematicum, ſine exceptione admittendum; quot enim optimi libri ſubinde in lucem non prodeunt, quibus ſit, ut antiquiores meritò obſoleſcant? Sed nec ſuperiorum ætatum omnes libri ſunt faſtidiendi, nec hujus noſtræ labores ſpernendi. Fecerunt quod debuerunt Majores noſtri, cùm in lucem ediderunt, quod ſuis temporibus utile judicabant futurum; nóſque eos imitari jus & fas eſt, ſi putemus in eorum libris quædam eſſe emendanda, iiſdémque addi poſſe, quod non viderant; aut etiam aliter nunc dicenda, quàm dicta fuerant, ut avidiùs legantur. Sed eſt & Scriptoribus & Lectoribus delectus habendus, ne quævis ſcribantur, aut legantur. Qua de re poſſet juſtum volumen ſcribi. Quare manum de tabula.

Lectionem multam &c.] להג הרבה יגיעת בשר *lahag harbeh jegihath baſchar*. Alibi nuſquam legitur. In ſola lingua Arabica occurrit radix להג *lahiga*, avidus fuit, quæ ſignificatio fortè hîc convenit, ut aviditas ſciendi, adeóque legendi hîc à Salomone notetur, quod jam fecit Cap. I, 18. ubi dicit, *in magnitudine ſapientiæ eſſe multam iram, & quiſquis auget ſcientiam eum augere etiam dolorem.* LXX. Intt. *μελέτη πολλὴ κόπωσις σαρκὸς*, quod vertit Vulgatus: *frequénſque meditatio carnis adflictio eſt*, quaſi eſſet adfinitas inter הגה hagah *meditatus eſt*, & להג. Reverâ לאם leom *populus* formatum ab אמם, לאט leat *ſenſim* ab אטט, לבד lbad, *ſeorſim* à בדד. Sed eos ſequuti ſumus, qui *lectionem* vertunt, quia ſermo eſt in ſuperioribus verbis de libris. *Caro* hîc eſt homo, & quidem infirmus, ut alibi ſæpe, qui profectò ſcriptione, lectione & meditatione fatigatur; quod nemo, puto, magis ſenſit, quàm ego. Cur verò id facis? inquies. Quia adſueto fatigatur minùs animus aut corpus, quàm prior alitur, cujus ſcriptio, meditatio, & lectio paſtus ſunt. Adde quòd *ſtudio fallente laborem* ſcribimus.

13. *Finem dictorum omnium* &c.] סוף דבר הכל נשמע *ſoph dbar hacchol niſchmah*, quod verti etiam poſſit: *finem verbi omnes audiamus.* LXX. Intt. aut *Aquila: τέλος λόγου τὸ πᾶν ἀκούε.* At *Hieronymus: finem loquendi pariter omnes audiamus.* Reverâ כל ſolet præponi nomini ſubſtantivo ad quod refertur, ſed aptius videtur *totius verbi*, aut, ſi mavis, *rei*, ut referatur ad omnia in hoc libro dicta.

Deum time &c.] Non eſt tamen hæc, ſi bene rem penſitemus, collectio è doctrina hujus Opuſculi, quaſi ſcopus libri hic eſſet. Scopus enim eſt oſtendere inanitatem omnium rerum humanarum, earúmque proinde deſpicientiam in lectorum animis gignere. Sed clauditur hic liber hac ſententiâ, ne quæ dixit Salomo de præſenti fruïtione facultatum, voluptatum etiam, quæ ad manum ſunt, eò traherentur, quaſi ad libidinoſam & voluptariam vitam homines hortatus eſſet. Quare addit, ſe nihilo ſeciùs rem ita intelligere, ut divinæ leges obſerventur, quod & antea monuimus

Hoc enim eſt cujuſvis hominis] כי זה כל האדם *chi zeh chol haadam.* Vertimus, ex ſententia plurium recentiorum Interpretum, quaſi eſſet לכל lchol, *cujuſvis*, ſenſu perſpicuo, officium cujuſvis hominis, ſine exceptione, eſſe obſervationem legis divinæ. Sæpe omittitur ל nota Genitivi, atque expreſſum ſignificat ſæpe officium eorum, quibus præfigitur, ut Prov. XXXI, 4. 1. Par. XXIII, 26. 2. Par. XXVI, 18. Poſſis & ſic vertere, eadem ſententiâ: *nam hoc præceptum cuivis hominis.* Sic Exod. XII, 24. *Hoc obſervabitis, ut vobis, filiiſque veſtris æternum inſtitutum ſit* לחק לך ולבניך *lhhok lcha oulbanecha*, qualia ſæpe alibi LXX. Intt. verterunt *ὅτι τοῦτο πᾶς ὁ ἄνθρωπος*. Alius: *ὅλος ὁ ἄνθρωπος*, & Vulgatus: *hoc eſt enim omnis homo*, quod eſt durum & inuſitatum loquendi genus. Alii *totum hominis*, ut ſubaudiatur *officium*, ſed ſine exemplo ejuſmodi loqutionis. Vult Salomon, non eſſe cujuſvis hominis philoſophari, ut fecit ipſe in hoc Libro, aut Libros plures ſcribere, vel legere, quod etiam fecerat; ſed omnium omnino eſſe leges divinas obſervare. Videtur enim aliquo modo reſpicere ad ea, quæ proximè antecedunt.

vans eſto, hoc enim eſt cujuſvis hominis; [14]. nam omnia facta Deus in jus vocabit, cum omnibus rebus occultis, ſive bonæ ſint, ſive malæ.

14. *Omnia facta Deus in jus vocabit*] *Omne factum Deus adducet in judicium.* Intelligitur hujus vitæ judicium, quo pœnas ſumit de malis impœnitentibus, ſive in ipſis, ſive in eorum poſteris, ut Lex Moſis docet. Si ageretur de alterius vitæ judicio, res ſine dubio clarè expreſſa eſſet; quippe quæ non magis taceri, iis temporibus, potuit, aut debuit; quàm ex quo revelatione divinâ innotuit, cùm ſit res longè maximi momenti, & quæ non facilè intelligitur, præſertim à rudioribus populis, niſi perſpicuè exponatur.

Cum omnibus rebus occultis] על כל נעלם *hal ebol nehelam*, ſuper omne occultum, hoc eſt, *cum omni occulto*; nam hæc eſt inter poteſtates præpoſitionis על, ut docebit, ſi opus eſt, *Chr. Noldius*, ad ſignif. IX. LXX. Intt. ἐν παντὶ παρεωραμένῳ, *Symmachus*: περὶ παντὸς παροραθέντος; quibus vocibus ſignificant Deum pœnas ſumturum de omnibus, quæ à Judicibus animadverſa non fuerant, aut eorum diligentiam fugerant, ita vel facta, vel auctores ignorata fuiſſent. Nec tamen hoc ita capiendum, quaſi ſemper à Deo hoc fieri crederet Salomo, cùm contrarium ſæpe vidiſſet; ſed cum hac exceptione, niſi Deo, ſingularibus de rationibus, aliter videatur; qua nullus poterat abuti, cùm nemo ſciret, quid de factis ſuis ſtatuiſſet Deus.

Finem imponemus iis quæ in hunc Librum dicenda habuimus, verbis *Hieronymi* ad hanc ejus clauſulam: *Ajunt Hebræi*, inquit, *cùm inter cetera Scripta Salomonis, quæ antiquata ſunt, nec in memoria duraverunt, & hic Liber oblitterandus videretur, eò quòd vanas Dei adſereret creaturas, & totum putaret eſſe pro nihilo, & cibum & potum & delicias tranſeuntes præferret omnibus; ex hoc uno capitulo meruiſſe auctoritatem, ut in divinorum voluminum numero poneretur, quòd totam diſputationem ſuam, & omnem catalogum, hac quaſi ἀνακεφαλαιώσει, coarctaverit & dixerit finem ſermonum ſuorum auditu eſſe promtiſſimum, nec aliquid in ſe habere difficultatis; ut, ſcilicet, Deum timeamus, & ejus præcepta faciamus. Ad hoc enim natum eſſe hominem, ut Creatorem ſuum intelligens veneretur eum metu & honore & opere mandatorum* &c. Sed non ſunt hæc ſuperiorum ἀνακεφαλαίωσις, ſive *ſumma*, ut oſtendimus.

LIBRI CONCION. SALOMONIS FINIS.

CAN-

Digitized by Google

CANTICUM CANTICORUM

SALOMONIS.

1. Canticum Canticorum, quod est Salomonis.

SPONSA.

2. Osculetur me oſculis oris ſui, nam amores tui vino potiores ſunt. 3. Cum Caput I.
odore optimorum tuorum unguentorum, effuſum eſt unguentum nominis tui, ideóque
puellæ omnes te amarunt. 4. Trahe me *tecum* & poſt te curremus Intromiſit me Rex
in penetralia ſua, exſultabimus, lætabimúrque, propter te, & celebrabimus amores tuos,
magis

COMMENTARIUS

In Caput I.

1. *Canticum Canticorum*] Hoc eſt, eximium Canticum. Vide ad Eccleſ. I, 2.

Ib. Sponſa] Perſpicuitatis causâ, præfiximus ſingulis orationis membris nomina perſonarum, quæ loquentes inducuntur, & de quibus dubitari nequit. *Sponſam* autem & *Sponſum* diximus, more Chriſtiano; alioqui potiùs dicendum fuiſſet *virum & novam nuptam*, aut *conjugem*, ut lectio Cantici ipſius oſtendit. Sed de ejuſmodi interpretationibus cum nullo contendere velim.

2. *Oſculetur* &c.] Studium eorum non vitupero, qui ſpiritualem ſenſum hîc quærunt; ſed, ut jam dixi, in Diſſertatione de hoc libro, grammaticam tantùm verborum ſententiam aperire, quoad ejus fieri potuit, conatus ſum. Debet hæc eſſe Allegoriarum omnium fundamentum, cui ſuperſtruant alii, quæ ſignificari videbuntur; modò ne conjecturas dubias & contortas, pro Spiritûs Sancti ſententiis, pro imperio, nobis vendittent. Quæ autem fuerit, quæ hîc loquens inducitur, filiáne Pharahonis, an alia, ſuperſedeo quærere; ſed conſtat, puellam eſſe Salomoni adamatam, aut ejuſmodi puellam ab eo induci, quæ amores ſuos exprimit ſtylo poëtico, ut & Sponſus, Idylliorum more, ſed dictione Orientali, à Græca & Latina, remotiſſima.

2. *Amores tui*] Mutatur hîc perſona, more Hebræorum, qui in figurato ſtylo ſic ſolent, ut frequenter apud Jobum videre licet. Pro *amores tui* eſt Hebraicè דודיך *dodecha* quod verterunt LXX. Intt. μαστοί σου, & Vulgatus: *ubera tua*, quia legerunt דדיך *daddecha*: non malè & ſenſu non inconcinno, ut ait *Lud. Cappellus*, ut ubera hîc conferantur & præponantur lagenis generoſo vino plenis. Si ageretur de mammis mulieris, poſſet hoc ferri, non ubi ſermo eſt de viro, qui mammis gloriari non ſolet. Vide ad Proverb. V, 19. VII, 18.

2. *Cum odore*] לריח *lreabh*. ל interpretati ſumus *cum*, qui eſt nonus particulæ ſignificatus, idémque multis exemplis confirmatus, apud *Chr. Noldium*. Sententia eſt: non aliter ac unguentorum tuorum odor ſpargitur, nominis tui fama diffunditur; bona, nempe, fama, ut contrà *fœtere* dicitur, qui malè audit. Vide Gen. XXXIV, 30. & illic notata.

Optimorum unguentorum tuorum] LXX. Intt. τῇ ὀσμῇ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα, malè; nec melius *Hieronymus*: *fragrantia unguentis optimis*, quod refert ad *ubera*, cùm ad totum corpus referatur.

Effuſum eſt unguentum nominis tui] שמן תורק שמך ſchemen thourak ſchmecha, *oleum effuſum eſt nominis tui*. *Oleum* eſt hîc, ut paſſim, *unguentum*, ſeu oleum odoribus conditum. LXX. Intt. μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου, & Vulgat. *oleum effuſum nomen tuum*. At legendum eſt מורק *mourak*, participium *Hophal*, aut שמן eſt communis generis, ſi ſit hic tertia perſona fœminina Futuri; nam alibi hæc vocula eſt maſculini generis, ut in præcedentibus verbis, ubi legimus שמניך טובים *ſchmanecha tobim*. Qui vertunt *oleum effunderit nomen tuum*, iidem lapides poſſunt concoquere, ut mihi quidem videtur.

4. *Trahe me*] משכני moſchechei, *trahe me*. LXX. Intt. habent: εἵλκυσάν με. Sed *Aquila*: ἕλκυσόν με, quomodo etiam legendum videtur in Cod. LXX. Intt. *Symmachus*: ἕλκε με. Vulgatus: *trahe me*. Grammatico ſenſu reſpici videtur ad ludum, quo antecedens funem trahebat; & currebat, idem facientibus qui eum ſequebantur. Vide 1. Sam. X, 5.

Poſt te curremus] Reſtim ducentem ſequemur te, ego & aliæ puellæ. Addunt LXX. Intt. εἰς ὀσμὴν μύρων σου, & Vulg. *poſt odorem unguentorum tuorum*.

Intromiſit me Rex in penetralia ſua] Hoc eſt, uxorem duxit; nam puella à viro non intromittitur in interius cubiculum, niſi nuptiarum causâ.

Exſultabimus &c.] Ego & comites meæ.

Celebrabimus amores tuos] נזכירה דודיך *nazchira dodecha*. LXX. Intt. iterum hîc: ἀγαπήσομεν

magis quàm vinum. Recti amant te. 5. Fuſca ſum ego, ſed decora, ô Jeroſolimitanæ puellæ, inſtar tentoriorum Kedarenſium, inſtar cortinarum Salomonis. 6. Ne intueamini me, nam admodum fuſca ſum, quia me adſpexit Sol. Filii matris meæ mihi irati me cuſtodem vinearum conſtituerunt, vineámque, quæ mea non erat, cuſtodivi. 7. Dic mihi, ô tu, quem animus meus amat, ubi paſcas, atque ubi recubare cures *pecudes* meridie; cur enim ad ſodalium tuorum greges quaſi vaga irem?

SPON-

σομεν μαστούς σου, ubi μαστοὶ non conveniunt, nec חוכיר hizchir ſignificat *amavit*. Vulgatus: *memores uberum tuorum*. Vide ad verſ. 2.

Recti amant te] מישרים *meſcharim*, quod *rectitudines* propriè ſignificat; unde LXX. Intt. εὐθύτης ἠγάπησέ σε, quod tamen vix ferri poteſt; neque enim virtus amat virum, ſed vir virtutem. Ideò *Symmachus: οἱ εὐθεῖς οἱ ἀγαπῶντές σε*, & Vulg. *recti diligunt te*. Fortè efferendum *mejaſſcherim*, ut ſit participium *Pihel*, & ſupplendum ארחותם *orhhotham*, vias ſuas, quod exprimitur Proverb. IX, 15.

5. *Fuſca ſum*] Hoc eſt, vultu aduſto, ut Arabiſſæ, aut Ægyptiæ Æthiopiam verſùs. Nam penitus nigri non ſunt niſi Æthiopes ultra lineam æquinoctialem, quos *Nigros* propriè nunc vocamus; neque forma ſponſæ laudaretur, ſi fuiſſet eo modo *Nigra*.

Inſtar tentoriorum Kedarenſium] כאהלי קדר *cheobole kedar*. Notum eſt ita dictam partem Arabum Scenitarum, à *Kedare* Iſmaelis filio. Vide *Euſebii* loca Hebraica, & illic *Jac. Bonfrerium*, aut quæ diximus ad Pſ. CXX, 5. ubi horum tentoria etiam commemorantur. De hiſce tentoriis vide notas ad Gen. XIII, 5. ubi oſtendimus fuiſſe nigrâ lanâ contexta. Oportet tamen elegantia fuiſſe, cùm hîc ſponſa ſemet ipſa conſerat nigrore & elegantiâ ejuſmodi Tentoriis. *Arabes*, inquit, *Laurentius d'Arvieux*, de Moribus Arabum Cap. XII. *nullas habitationes habent, præter Tentoria, quæ Domos vocant. Omnia ſunt nigra & contexta lanâ caprinâ, quam nent ipſæ & texunt Arabiſſæ mulieres. Ita ſunt tenſa, ut facilè aqua pluvia per ea defluat, nec tamen ea penetret.* Vide ſequentia in Opuſculo illo poſtumo hominis, qui verſatus ipſe eſt cum Arabibus.

Inſtar cortinarum Salomonis] כיריעות שלמה *chiriboth Schlomoh*. יריעות *jeriboth* quidem aliquando ſunt aulæa, ſeu cortinæ, quibus cingitur ſpatium vacuum circa Tentorium; aliquando etiam, quibus ipſum Tabernaculum tegitur, ut videre eſt in adparatu Tabernaculi Moſaïci, Exodi Capp. XXVI, & XXXVI. Utrum hîc intelligatur non conſtat. Hoc unum liquet cortinas illas, qualeſcumque fuerint, fuiſſe nigras, ſimúlque elegantes; quandoquidem colorem & formam ſuam iis confert Sponſa. Diſtinguunt tamen LXX. Intt. qui habent: ὡς σκηνώματα Κηδὰρ, ὡς δέῤῥεις Σαλωμὼν, & Vulgatus: *ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.*

6. *Admodum fuſca ſum*] שחרחרת *ſchebbarbhoreth*. LXX. Intt. μεμελανωμένη, ex re ipſa, cum dicat Sponſa ſe ſole infuſcatam fuiſſe. Vulgatus: *fuſca*. Sed duplicatio duarum poſteriorum radicalium intendit ſignificatum, pro more Linguæ Hebraïcæ, ſæpiùs à nobis notato. Quod non ſatis animadverterunt, qui *ſubnigram* verterunt. Se *valde fuſcam* Sponſa ait, ſi conferatur, nempe, cum Jeroſolimitidibus, in umbra educatis. Si fuiſſet tantùm *ſubnigra* non induceretur dicens: *ne me intueamini*.

Me adſpexit Sol] ששזפתני *ſchezaphathni*. Verbum שזף *ſchazaph* eſt *intueri* Job. XX, 9. XXVIII, 7. Fuſca fit eorum cutis, qui eam radiis Solis, ſine umbella, exponunt. LXX. Intt. παρέβλεψέ με. *Aquila: συνέκαυσέ με*, quod ſequutus *Theodotion*, qui habebat: περιέφρυξέ με. *Symmachus: κατέψυξέ με*. Vulgatus: *decoloravit*. Idem omnes variis verbis voluerunt. Decorum hac in re probè obſervatur, ad quod pertinet hic *Theocriti* locus Eidyll. X, 24.

Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες,
Ἰσχνάν, ἁλιόκαυστον, ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.
Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος.

O Bombyce venuſta, Syram te vocant omnes, gracilem, Sole aduſtam, ego verò ſolus dico te flavam eſſe ſicut mel. Et viola nigra eſt, & notis inſcriptus hyacinthus. Non poteſt deſcribi, niſi ἡλιόκαυστος, puella quæ greges, aut vineas ſervaſſe dicitur, in regionibus calidis, qualis eſt Judæa.

Filii matris meæ] Fratres mei. Pingitur Sponſa ejus fortis fuiſſe, quâ vineæ ſervandæ, aut paſcendi pecoris neceſſitas ei eſſet impoſita: ut ipſe Salomn, ſub paſtoris imagine, deſcribitur; quia hoc eſt Idyllium paſtorale, qualia ſunt Græca *Theocriti*; partim quidem certè.

Mihi irati] נחרו בי *nibbarou bi*, in me excanduerunt. Eſt Niphal à חרה *excanduit*. LXX. Intt. ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί. *Symmachus: διεμαχέσαντό μοι*. Vulgatus: *pugnaverunt contra me*. Nulla erat ratio à proprio ſignificatu verbi recedendi, quamvis ira non ſit ſine diſceptatione, verborum certè.

Cuſtodem vinearum] Vile miniſterium, præſertim ſi aliena vinea cuſtodiatur, ut ait Sponſa, quò oſtendat, cur adeò fuſca facta ſit. Sed ſunt hæc figmenta poëtica, in quibus Salomo ne decorum quidem adcuratè ſervavit. Licentia hæc fuit Orientalium, qui non ita erant τοῦ πρέποντος obſervantes, ac Græci. Non eſſet difficile dicere ob ſenſum ſpiritualem hæc à Salomone dicta, & ſenſum rei, quæ ſubeſſe creditur, convenientem invenire. Sed à meris conjecturis abſtinere hîc decrevimus.

7. *Dic mihi ubi paſcas*] Ubi habeas greges, ubi ſint paſcua tua.

Ubi recubare cures pecudes &c.] Hoc enim fieri ſolet in calidioribus oris, ut pecudes agantur, meridie inſtante, ſub umbram, nec paſcua repetant, niſi calore inclinante. *Virgilius* in Culice verſ. 116. & ſeqq.

Et

Digitized by Google

SPONSUS.

8. Si neſcis, ô pulcra inter mulieres, egredere per veſtigia minuti pecoris, atque ad tuguria paſtorum capellas tuas paſce. 9. Equæ, *quæ eſt* in curribus Pharahonis, te ſimilem dixi, ô amica mea. 10. Ornatæ ſunt maxillæ tuæ murænulis, & collum tuum torquibus. 11. Murænulas faciemus tibi, cum punctis argenteis.

SPONSA.

12. Dum Rex eſſet in circuitu ſuo, nardus mea odorem ſuum emiſit. 13. Faſciculus

Et jam compellente vagæ paſtore capellæ
Ima ſuſurrantis repetebant ad vada lymphæ,
Quæ ſubter viridem reſidebant cærula muſcum.
Jam medias operum partes evectus erat Sol,
Cum denſas paſtor pecudes cogebat in umbras.

Quaſi vaga irem] כעטיה על עדרי חבריך chehotejah hal hedre hhaberecha, *ut tecta*, vel *ut errans ad greges ſed alium tuorum.* LXX. Intt. μήποτε γένωμαι ὡς περιβαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου. עטה eſt ſe *operire* veſte, unde interpretantur, *quaſi opertæ*, hoc eſt, meretricis inſtar; nam meretrices ſe ſe obnubere ſolebant in viis, ut videmus in Hiſtoria Thamaræ Gen. XXXVIII, 14. & ſeqq. Sed particula על *ad* videtur indicare, hoc verbo ſignificari actionem ſe conferentis ad greges, ut quærat ubi paſcat Sponſus. *Symmachus* ergo vertit: ῥεμβομένη, *errans, vaga*, & Hieronymus: *ne vagari incipiam poſt greges*; quaſi idem eſſet ac טעה *tahah*, inverſis literis, quod eſt, *errare & vagari*, apud Chaldæos præſertim; unde ad animum eſt translatum, atque Ezek. XIII, 10. הטעו *hithou*, eſt *in errorem conjecerunt.* Quin & *ſcortari* ſignificat, eo quòd vagæ mulieres ſint meretrices. Itaque hîc *vagam* ſumſerit pro muliere, quæ vagetur ſcortationis causâ. Vide Proverb. V, 6. VII, 12. ubi *volgivaga Venus*, ut ſic loquar è *Lucretio*, aut meretrix deſcribitur. Quæ ſignificatio hîc non diſplicebat *Lud. Cappello.*

8. *Si neſcis*] *Si non noris tibi*, ut mox *egredere tibi.* Quod pronomen frequenter abundat. Attamen LXX. Intt. ἐὰν μὴ γνῷς σεαυτὴν &: ἔξελθε σύ. *Hieronymus: ſi ignoras te*, deinde ſimpliciter: *abi.* *Aquila*, qui numerabat verba: ἔξελθε σεαυτῇ. *Symmachus*: ἐξελθοῦσα παρείσω, quaſi לך pronunciaſſet non *lach*, tibi, ſed *lech*, ito. Sed dicunt Hebræi: לֶךְ לָךְ *ito tibi.* Vide Gen. XII, 1. & ibi notata.

Per veſtigia minuti pecoris] בעקבי הצאן *behikbe hattſon.* LXX. Intt. ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων. Sed hîc עקבים *hakabim* non ſunt *calces*, ſed calcium *veſtigia*, ἴχνια, aut ἴχνη, ut *Symmachus.* Bene & Vulgatus, qui habet: *poſt veſtigia gregum.*

9. *Equæ, quæ eſt in curribus Pharahonis*] לססתי ברכבי פרעה *leſuſathi brichbe Pharhoh*, equæ meæ. LXX. Intt. τῇ ἵππῳ μου. Vulgatus: *equitatui meo, in curribus.* Verum quidem eſt: τὴν ἵππον dici Græcè *equitatum*, ſed סוסה *ſouſah* nuſquam vocatur Hebraïcè. Sequuti eos ſumus qui סוסתי paragogicum eſſe putant, pro סוסה, cur enim *equa Salomonis* diceretur trahere currum, aut currus Pharahonis, cùm Hebræi ab Ægyptiis ſibi equos compararent? Vide Deut. XVII, 16. & 1. Reg. X, 28. Suſpicari quis poſſit, Salomonem accepiſſe à ſocero Rege Ægypti currum, cum equa eximia, quæ eum traheret. Auribus quidem noſtris comparatio conjugis cum equa humilior & ſordidior videri poſſit; ſed ex uſu noſtro de Orientalium ſtylo judicare non licet. Elegantias ſuas ſibi habent à noſtris remotiſſimas.

10. *Ornatæ ſunt maxillæ tuæ murænulis*] נאוו לחייך בתורים *nauvou lehhajajich batthorim.* LXX. Intt. ὡραιώθησαν αἱ σιαγόνες σου ὡς τρυγόνες, quod vertit Vulgatus his verbis: *pulcræ ſunt genæ tuæ, ut turtures.* תורים reverâ ſunt *turtures*, ſed poſtea vertit eamdem vocem *murænulas.* Sunt ornamenta aurea, ex auribus, vel fortè etiam ex ornamento quodam capitis pendentia, ad genas. Interpretes memorati legerunt כתורים *chatthorim*, ut turtures, pro בתורים *batthorim*, in turturibus. Hæc quidem non conſentiunt cum ornamentis ruſticis, ſi quæ erant, puellæ capellas paſcentis, ſed τὸ πρέπον, ut diximus, úique magis ex ſequentibus patebit, negligebant Orientales.

Torquibus] בחרוזים *bahharouzim.* LXX. Intt. ὡς ὁρμίσκοι. Vulgatus: *ſicut monilia.* Sed *collum* non eſt *ſicut monilia*, verùm monilibus ornatur.

12. *Dum Rex eſſet in circuitu ſuo*] עד שהמלך במסבו had ſchehammelech bimſibbo, *adhuc cum Rex in circuitu ſuo.* Poſtremam vocem verterunt LXX. Intt. ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ. *Symmachus*: ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ. Vulgatus: *in adcubitu ſuo.* Interpretatur etiam *Lud. Cappellus*, de adcubitu ad menſam, ſed Hebræi, eo tempore, non adcumbebant, ſed adſidebant menſæ, ut videmus 1. Sam. XX, 24, 25. Præterea מסב *meſub* circuitum ſignificat, non *adcubitum*, à סבב *circuivit.* Vide 1. Reg. VI, 29. 2 Reg. XXIII, 5. Fortè eſt hîc *circuitio* horti, in quo erant aromaticæ plantæ. Sic vites florentes dicuntur *dare odorem* C. II, 13.

Nardus mea odorem ſuum miſit] Notiſſimum eſt unguentum nardinum gratiſſimi odoris, de quo *Cl. Salmaſius*, ut & de ipſa Planta copioſiſſimè egit in Exercit. Solinianis, pag. 746. & ſeqq. Ed. Ultrajectinæ. Sed quid ſibi velit Sponſa, cùm *Nardum* cum *circuitu* Regis conjunxit, fateor me non ſatis intelligere. Poſſis ſuſpicari, cùm Rex circuiret hortum, arborem Nardi, floribus emiſſis, odoratam fuiſſe. Quamvis enim ſit planta Indica, quæ vulgò in Syria non creſcebat, nihil tamen vetat, quin in hortis regiis, educata hortulanorum curâ, fuerit. Fortè neſcio quid aliud ſignificetur, in ſtylo figurato hujus libri, quod nunc nemo divinet. Nardini unguenti paraturam habet *Dioſcorides* Mat. Med. Lib. I. 75.

13. *Faſciculus myrrhæ*] De Myrrha idem egit eodem Lib. C. LXXVII. interque ejus virtutes hanc memorat: μαλάσσει ℥ ἡ μήτρας μυκήσει

Digitized by Google

culùs myrrhæ eſt mihi amaſius meus, inter ubera mea pernoctabit. 14. Botrus mihi eſt cypri amaſius meus, *quales ſunt* in vineis Hen-gedi.

SPONSUS.

15. En tu formoſa es, amica mea, en tu formoſa es, oculi tui *referunt oculos* columbarum.

SPONSA.

16. Ecce tu pulcher es; mi amaſi, jucundúſque & virens eſt lectus noſter. 17. Tigna ædium noſtrarum ſunt cedri, & laquearia ſunt abietes.

1. Ego

μαλάσσει καὶ ἀνοιγνύει: *emollit præcluſum uterum & aperit.* Quo potuit fieri ut à recens nuptis, quaſi περίαπτον, geſtaretur.

14. *Botrus mihi eſt cypri*] אשכל הכפר *eſchchol haccopher.* Conſtat אשכל eſſe *racemum*, aut fructum ad racemi figuram accedens; & הכפר *haccopher*, arbor eſt, vel arbuſtum, fructus, figuram racemi referentes, proferens. Solitos quidem hinc intelligimus Hebræos arborem, vel arbuſtum כפר in vineis plantare. LXX. Intt. habent: βότρυς τῆς κύπρου, & Vulg. *botrus cypri.* Edit. V. κύπρινον. *Dioſcorides* Mat. Med. Lib. I. c. 24. ſic deſcribit Cyprum: δένδρον ἐστὶ ἐπὶ ταῖς ῥάβδοις φύλλα ἔχον ἐλαίᾳ παραπλήσια, πλατύτερα δὲ καὶ μαλακώτερα, καὶ χλωρότερα, ἄνθη λευκὰ βοτρυώδη (ſic habet *Oribaſius*, at Codd. βρυώδη) εὐώδη, σπέρμα μέλαν ὅμοιον τῷ τῆς ἀκτῆς· γεννᾶται δὲ ἄριστα ἐν τῇ Ἀσκάλωνι καὶ Κανώπῳ. *Cyprus arbor eſt foliis circum virgulta oleæ ſimilibus, ſed latioribus, mollioribus & viridioribus; floribus candidis, ad formam racemorum, odoratis; ſemine nigro, Sambuci fructui ſimili. Optima naſcitur Aſcalone & Canopo.* Poſtea addit: σκευάζεσθαι ἐξ αὐτοῦ χρῖσμα κύπρινον, *fieri ex eo unguentum cyprinum.* Quæ huic loco Salomonis convenire videntur, præſertim cùm flores habere dicatur, ex Oribaſii lectione, βοτρυώδεις *racemorum ad inſtar*; ita, nempe, ut faſciculus florum racemi figuram referat. *Plinius* verò Lib. XII, c. 24. *Cyprus in Ægypto, eſt arbor, ziziphi foliis ſemine coriandri, candido, odorato. Coquitur hoc, in oleo, premitúrque poſtea, quod cyprus vocatur.* —— *Optima habetur in Canopica, in ripis Nili, nata; ſecundum Aſcalone Judææ; tertium Cypro inſula odoris ſuavitate. Quidam hanc eſſe dicunt arborem, quæ in Italia Liguſtrum vocatur.* Video Botanicos negare hanc eſſe Liguſtrum. *Cypri* meminit iterum *Plinius* Lib. XVII. c. 13. Malim adcredere *Dioſcoridi*, *Plinio* adcuratiori. Unguenti cyprini, quod *cyprum* vocat meminit & *Theophraſtus*, Libro de Odoribus p. 445. Ed. Heinſianæ. Ceterùm non eſt confundenda hæc arbor cum *Cypero* planta paluſtri, de qua multis *Cl. Salmaſius* ad *Solinum.*

Amaſius meus] דודי *dodi*, à דוד *dond* quod ſignificarit *amare*, unde דויד *david*, amabilis. Quia verò דוד eſt *patruus*, *Aquila* vertit: πατράδελφός μου. Sed quia non licebat patruo fratris filiam ducere, LXX. verterunt: ἀδελφιδός μου, aut fortè ἀδελφιδοῦς, ſic enim Græci *patruelem* vocant. *Symmachus* meliùs: ἀγαπητόν vertit, & Vulgatus: *amicum.*

In vineis Hengedi] Notum eſt locum fuiſſe ad occaſum Maris Mortui, in Tribu Judæ, in Aulone Jerichuntino. Vide *Euſebii* loca. In vineis autem Cyprus ſeri potuit; quòd exiguam umbram frondes ejus crearent.

15. *Amica mea*] רעיתי *rahjathi.* Ut רעה *rehah* eſt *amicus*, ſic nomen hoc fœmininum eſt *amica*, vel *amaſia*, eóque blandiore nomine uxorem amatam *Salomo* compellat. Incommodè ἡ πλησίον vertitur à LXX. Intt. quia רעה ſæpe eſt ὁ πλησίον. *Aquila:* φίλη μου, *Symmachus:* ἑταίρα μου. Eſt φιλουμένη, vel ἐρωμένη.

Referunt oculos columbarum] עיניך יונים *henajich jonim*, *oculi tui columbæ.* Idem eſt ac ſi dixiſſet עיניך כעיני יונים *oculi tui* (ſunt) *ſicut oculi columbarum.* Unde Vulgatus: *oculi tui columbarum*, meliùs quàm LXX. Intt. qui habent: περιστεραί. Oculi enim Sponſæ non conferuntur cum tota Columba, cui nihil ſimile habebant, ſed oculis Columbæ. Infrà C. V, 12. habetur de Sponſo: עיניו כיונים *henau chejonim*, quæ eſt etiam elliptica loqutio. Interpretatur *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2. Lib. I. c. 2. *oculos venuſtos, ſimplices, caſtos:* eò quòd columba ſolùm comparem ſpectet, oculos à ceteris omnibus columbis avertat. Quam in rem citat *Salomonem Jarchium* & *Aben-Ezram* Rabbinos, quibus ſubjungit *Ælianum*, qui Hiſtoriæ Animal. Lib. III. c. 44. ſic loquitur de Palumbibus, ſeu de Silveſtribus Columbis. Σωφρονέστατοι ὀρνίθων αἱ φάτται ᾄδονται· ὁ γοῦν ἄρρην καὶ ὁ θῆλυς συνδυασθέντες καὶ οἱονεὶ συμπνεύσαντες εἰς γάμον, ἀλλήλων ἔχονται καὶ σωφρονοῦσι, καὶ οὐκ ὀθνείου λέχους οὐδέτερος ἅπτεται τῶν ὀρνίθων τῶνδε. ἐὰν δὲ ὑποβλεψάμενοι ἑτέροις, περιέρχονται αὐτοὺς οἱ λοιποί, καὶ τὸν μὲν ἄρρενα οἱ ὁμογενεῖς διασπῶσιν, αἱ θήλειαι δὲ τὴν θήλειαν: *Quaſi temperantiſſimæ avium columbæ decantantur. Mas enim & fœmina ambo conjuncti, & veluti conſpirantes in nuptias ſibi invicem adhærent & temperanter vivunt, neutráque harum avium alienum cubile adtingit. Si verò oculos in alias adjecerint, eos reliqui palumbes circumſident, & mares quidem marem, fœmellæ fœmellam diſcerpunt.* Poſtea addit *Ælianus* idem etiam, apud alias ejuſmodi aves, obtinere: ἤδη δὲ ὁ τῆς σωφροσύνης νόμος καὶ εἰς τὰς τρυγόνας ἀφικνεῖται, καὶ ἄτρεπτος μένει, καὶ εἰς τὰς περιστερὰς τὰς λευκάς, πλὴν εἰ ἀποθανεῖσθαι ἑκάτερον τὸν ὄρνιν· ἐπεὶ τὸν μὲν ἄρρενα ἀναιροῦσι, τὴν δὲ θήλειαν φείδονται καὶ ἐῶσιν ἀπαθῆ καὶ περιιοῦσαν χήραν: *hujuſmodi lex temperantiæ ad Turtures tranſiit, & ſine mutatione manet, atque ad columbas etiam albas, niſi quod utraque avis morte non adficitur; maſculum enim ſolum occidunt, ſed miſerantur & pœna immunem relinquunt fœmellam; quæ vidua ſuperſtes eſt.* Hæc pluribus exſcripſimus, quàm fecit *Bochartus*, non quòd credamus eſſe omnia vera; ſed quia pleniùs hinc intelligimus vulgi hanc fuiſſe opinionem, ad quam adludere ſemper licuit Poëtis.

De

Digitized by Google

Caput II.

1. Ego ſum roſa Saronis & lilium convallium.

SPONSUS.

2. Quale eſt lilium inter ſpinas, talis amica mea inter puellas.

SPONSA.

3. Qualis eſt malus, inter arbores ſilvæ, talis amicus meus inter juvenes; umbram

De caſtitate harum avium egerunt ante *Ælianum Ariſtoteles* de Hiſtor. Animalium Lib. IX. c. 7. & *Plinius* H. N. Lib. X. c. 34.

16. *Virens eſt lectus noſter*] אף ערשנו רעננה *aph barſchenou rabananah.* LXX. κλίνη (non κοίτη κλίνη) ἡμῶν σύσκιος. Vulgatus: *lectulus noſter floridus.* Potuit fieri ut floribus & ramis odoratarum arborum tegeretur lectus novarum nuptarum. *Hieronymus* in verſione 2. Tract. *Origenis* in Cant. *Lectus noſter umbroſus*, quod & alii Latini Patres habent.

17. *Tigna ædium noſtrarum*] קרות בתינו *koroth bathenou.* LXX. Intt. δοκοὶ, & *Symmachus*: φατνώσεις. Vulg. *tigna.* Sed laquearia conſtant *tignis*, quæ videntur hîc eſſe tigna minora; nam cedrus, cujus mollius eſt lignum, apta non eſt magno oneri ſuſtinendo.

Laquearia ſunt abietes] רהיטנו ברותים *rahbitenou brothim.* Sed nulla eſt, ut bene obſervavit *Lud. Cappellus*, radix רהט in Lingua Hebraica, neque in aliis adfinibus Orientis Linguis; ac ſanè Maſſorethæ in margine legi voluot רחיטנו *rabitenou*, à רהט, quod *currere* eſt apud Chaldæos. Significari videntur traosverſa tigna majora, ex abiete, quæ minora tigna cedri ſuſtinebant, & quæ φατνώματα vocantur à LXX. Intt. *Hieronymus: laquearia.* ברותים *brothim* vertimus *abietes*, cum Recentioribus, qui ſtatuunt idem eſſe ac ברושים *broſchim*, mutato ש in ת, more Chaldaïco. Suſpicabatur *Lud. Cappellus* eamdem fuiſſe arborem, quæ *Bruta* dicitur, ut ait, *Plinio* Lib. XII. c. 17. pretioſa & odorata. Sed obſervavit ultimus *Plinii* Editor in MSS. legi *Bratum*, non *Brutam*; nec convenit ejus deſcriptio ligno, è quo *tigna*, aut majora *laquearia* fiant, *Plinius* enim dicit eſſe *Cupreſſo fuſæ ſimilem*, hoc eſt, in latitudinem potiùs fuſam, quàm in altitudinem elatam. Præterea aliis uſibus inſerviebat. LXX. Intt. κυπαρίσσους, & Vulg. *cupreſſina.*

COMMENTARIUS

In Caput II.

1. Ego *ſum roſa Saronis & lilium convallium*] אני חבצלת השרון *ani hhabatſeleth haſſcharon.* LXX. Intt. ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, *Aquila*: καλύκωσις τοῦ Σαρών. Vulgata: *ego flos campi.* Non videtur quivis *flos* hac voce ſignari, ſed certus quidam, quem *roſam* interpretantur Recentiores, quod & voluiſſe videtur, voce καλύκωσις, *Aquila*; nam κάλυξ eſt ἄνθος ῥόδου μεμυκὸς *flos roſæ clauſus. Heſychius* ſimiliter: τὸ ἄνθος τοῦ ῥόδου τὸ μὴ ἐκπεταςθέν. At Eſaiæ XXXV, 1. חבצלת vertitur κρίνον à LXX. Intt. *lilium* ab *Hieronymo*, qui tamen in Comment. ad eum locum ſic habet: *Florebit ut lilium, ſive ut ſignificantiùs expreſſit Aquila*: κάλυξ, *quam nos tumentem roſam, & necdum foliis dilatatis poſſumus dicere.* Rectiùs ergo vertiſſet *roſa*, quàm *lilium*, à qua hîc diſtinguitur. Eſt in Codd. MSS. *Hieronymi*, in eo loco, ΚΑΛΥΚΩΣΙΣ aut KALICASIS, hoc eſt, καλύκωσις, ut hîc, quod ex hoc loco potuiſſet probari. Vox eſt ab *Aquila* procuſa. Pro eo quod habemus hîc *Saronis*, LXX. Intt. habent: τοῦ πεδίου, & Vulg. *campi.* Sed conſtat fuiſſe hoc nomen proprium campeſtris regionis, circa Lyddam, Joppen & Jamniam, ut docet *Hieronymus*, ad Eſaiæ XXXIII, & LXV. Vide & locs Hebraïca. Exiſtimabat *Lud. Cappellus*, LXX. Intt. & Latinum vertiſſe campum, quia pro שרון *ſcharon*, legerant שדון *ſchadon*; ſed fallitur, ſi verterunt, quia loca, quæ *Saronis* nomine adpellantur ſunt reverâ πεδιάδες. Vide *Hadr. Relandi* Lib. I. c. 55. *Palæſtinæ Illuſtratæ.*

Ceterùm cùm ſe dicit Sponſa *roſam Saronis*, perinde eſt, ac ſi diceret, ſe eſſe *inſtar roſæ Saronis.* Comparationes paſſim in Scriptura, & præſertim in Hagiographis, carent particula כ *ut.*

Lilium convallium] שושנת העמקים *ſchoſchannath haamakim.* LXX. Intt. κρίνον τῶν κοιλάδων, & Vulg. *lilium convallium*; quæ in Hexaplorum reliquiis perperam ad antecedentia verba referuntur. Nota eſt planta, quæ ſic ex hoc, ut puto, loco vocatur, ſed intelligitur hîc lilium majus, & propriè dictum, quod in depreſſis locis feliciùs creſcit, quàm in montibus.

2. *Quale eſt lilium inter ſpinas*] *Ut lilium in ſpinis, ſic* &c. hoc eſt, tam præferenda aliis puellis, quàm lilium ſpinis. Hæc ut multa alia Bucolicum carmen, Orientalium more ſcriptum, redolent.

3. *Qualis eſt malus* &c.] Ut malus, præſtantiâ fructuum, ceteras arbores ſilvæ ſuperat: ſic vir meus ceteros viros. Hæc quoque eſt bucolica comparatio, qualis hæc Virgiliana Ecl. V, 16. & ſeqq.

Lenta Salix quantum pallenti cedit Olivæ,
Puniceis humilis quantum Saliunca Roſetis:
Judicio noſtro, tantum tibi cedit Amyntas.

E *Theocrito* ſimilem protulit *Grotius*, cui nonnulli

umbram ejus concupivi, in ea ſedi, & fructus ejus palato meo ſuavis eſt. 4. Intromiſit me in cœnaculum convivii, & vexillum ejus mihi impoſitum *eſt* amor. 5. Fulcite me pulvinaribus, recreate me malis, nam ægra ſum amore. 6. Læva ejus ſubjiciatur capiti meo, & dextera me amplexetur.

SPONSUS.

7. Jurejurando adigo vos, puellæ Jeroſolimitanæ, per capreas vel cervas agreſtes, ne excitetis, néve expergefaciatis amores meos, donec voluerint.

SPON-

nulli immeritò ſuccenſent, quòd è Poëtis Ethnicis, paria plura ad Canticum hoc congeſſerit; neque enim rem, quæ hîc ſignificari creditur, paſtoralibus verbis, conferre voluit cum *Theocriti* nugis; quibus ſimile nihil habent. Verba verbis dumtaxat contulit, & Grammaticum ſenſum verborum Salomonis, quæ ſunt è paſtorali vita deſumta, cum bucolicis Ethnicorum carminibus, indidem hauſtis.

Umbram ejus concupivi] Metaphora ex arbore ducta, quia arboris mentionem fecerat. Significatur conjugium.

4. *Intromiſit me*] הביאני hebiani, *intromiſit me*; nempe, Sponſus. LXX. Intt. εἰσαγάγετε pro εἰσηγάγετο, & poſtea τάξατε pro ἐτάξατο. Quam mutationem non ex alia lectione ortam puto, ut *Lud. Cappellus*, ſed ex imperitia Librariorum, qui hæc ſequentibus Imperativis fruſtra connexa eſſe putabant. Vulgatus: *introduxit me & ordinavit.*

Cœnaculum convivii] אל בית היין el beth hajjajin, *in domum vini*. LXX. Intt. οἶκον τοῦ οἴνου, *Symmachus*: εἰς τὸν οἰνῶνα, & Vulgatus: in *cellam vinariam*. Sed Hebræi vocant convivium משתה miſchtheh; à שתה *bibit*, ut Græci συμπόσιον à συμπίνω, *unà bibo*, quia ſub *potûs* nomine continentur etiam *cibi*. Si quæ honeſta mulier convivabatur cum viris, non propterea mero ſeſe ingurgitabat. Itaque non fuit hîc ita vertendum quaſi Sponſus, qui hîc deſcribitur, induceretur iens *in cellam vinariam*, ut ad ipſa vino referta vaſa ſe ſe cum illa liberaliùs invitaret; quod neminis eſt, niſi ebrioſi.

Vexillum ejus mihi impoſitum eſt, amor] ודגלו עלי אהבה vedigio halai ahabah, & *vexillum ejus, ſuper me, amor*, nempe, ישת jouſchath, impoſitum eſt, aut ſimile quid. Exiſtimabat *Lud. Cappellus* perinde eſſe ac, me vocat *amores ſuos* (ut revera Sponſam vocat in hoc Cantico אהבתי ahabathi, *amor meus*) méque agnoſci vult eo nomine, cujus ego ſim, quomodo milites cujuſpiam Ducis è vexillo agnoſcuntur. Eſt elegans metaphora è re militari ducta, quaſi Sponſus vexilliferam Sponſam ſuam creaſſet, ejus centuriæ, aut cohortis, in cujus vexillo ſcriptum eſſet nomen אהבה. Reverâ ſi, Grammatico ſenſu, hæc de Salomone intelligantur, habuit *vexilla amaſiarum*, ſed vexilliferarum loco, hoc eſt, ceteris gratiores, quædam ei fuerunt, aliæ gregariæ.

5. *Fulcite me pulvinaribus*] E lectulo, in quo recubabat, hæc dicens inducitur Sponſa, ut ſequentia oſtendunt, nam his dictis in ſomnum reſoluta deſcribitur. Igitur סמכוני באשישות ſamechouni baaſchiſchoth, vertimus, *fulcite me pulvinaribus*. Non ignoro tamen אשישה alibi eſſe *lagenam*, aut ſimile quid. Sed nec conſentit hîc cum eo ſignificatu numerus pluralis, ſatis enim ſupérque erat lagena vini, ad recreandam deliquium veluti patientem. Deinde verbum סמך *ſamach* meliùs convenit pulvinari quàm vino, aut lagenæ. Ac ſanè אשיות oſchjoth vocantur *fulcra* Jerem. L, 15. ſive ſint *fundamenta*, ut habet Vulgatus, ſive ἐπάλξεις, ut LXX. Intt. ſive ſubſidia intelligantur.

Recreate me malis] רפדוני בתפוחים rapphedouni battbapphouhhim. Quævis mala, aut poma, non ſunt apta ad recreandos languentis ſpiritus, ſed *mala citrea*, aut ſi quæ ſunt ſimilia. Vide ad Proverb. XXV, 11. רפדוני vertimus *recreate me*, ex re ipſa. Propriè eſt *ſternere*, aut *ſubſternere*, quod quia corpus ſuſtentat, ideò ad languentes reſocillandos ſpiritus tranſlatum verbum *recreare* ſignificat.

LXX. Intt. hunc verſum verterunt: στηρίσατέ με ἐν μύροις, στοιβάσατέ με ἐν μήλοις. Vir doctus, qui Alexandrinum Codicem edere cœperat in Anglia, pro μύροις, legit ἀμόραις, ſed quid huc faciant ἀμόραι *placentæ mellitæ*, ad mulierem recreandam, non video. Nec magis exprimit vocem אשישות quàm μύρον, neutra enim vox apta eſt, hoc in loco. Στοιβᾶν ἐν μήλοις, *ſtipare malis*, non intelligo, nec video quî ad rem faciat. *Aquila*, vocem Hebraïcam modò prolatam vertit: οἰνανθῶν vel οἰνανθίων; ſed quid huic rei eſt adfine, cum *labruſcis*? אשישים quidem ſunt *pedamenta uvarum*, vel *ridicæ* Hoſ. III, 1. Sed hæc languentem non recreant. *Symmachus*: ἐπαναπαύσατέ με ἐν ἄνθεσι, quod Hebraïcis non convenit. Vulgatus tamen: *fulcite me floribus*, quod melius non videtur.

Ægra ſum amore] כי חולת אהבה אני chi hholath ahabah ani, *nam ægra amoris ego*. LXX. Intt. τετρωμένη ἀγάπης, quaſi חלה eodem ſignificatu gauderet ac חללה *confoſſa*, quod ſine exemplo. Habebat tamen & *Symmachus*: τετρωμένη τῷ φίλτρῳ. Meliùs Vulgatus: *quia amore langueo.*

7. *Jurejurando adigo vos*] השבעתי אתכם hiſchbahthi ethchem. Græci LXX. Intt. *Aquila* & *Symmachus*, ὥρκισα, *adjuravi vos*. Propriè eſt, *à vobis exigo quaſi juraſſetis*; cui adjurationi qui pollicebantur ſe obſequuturos, habebantur jurejurando adſtricti, ſi is, qui ea formula utebatur, jus adjurandi haberet. Vide ad Levit. V, 1. אתכם eſt pro אתכן adloquitur enim fœminas.

Per capreas vel cervas agreſtes] בצבאות או באילות biſtsbaoth ou beajjeloth. Prius eſt pro צביות tsbijoth. LXX. Intt. perperam: ἐν δυνάμεσι καὶ ἐν ἰσχύεσι τοῦ ἀγροῦ, quaſi prior vox eſſet à צבא tſaba, *exercitus*, & poſterior idem ac אילות ejalouth, *vis*. Meliùs *Aquila* & *Symmachus*: ἐν δορκάσιν ἢ ἐν ἐλάφοις τῆς χώρας. Sic & Vulgatus. Eſt paſtoritia & ſimul jocoſa adjuratio, ne ſermoni amantis ſacroſanctum Dei nomen miſceretur. Sic Socrates *per canem*, aut *anſerem* jura-

SPONSA.

8. Vocem *audio* amantis mei, en venit ſaliens per montes & adcurrens per colles.
9. Similis eſt amatius meus capreolo vel hinnulo cervorum, en jam ſtat poſt parietem no-
ſtrum, *jam* proſpicit è feneſtris, jam ſe ſe oſtentat è cancellis. 10. Adloquitur me a-
mans meus & dicit: ſurge amica mea, formoſa mea, & veni. 11. En jam præteriit
hiems, imber deſiit, & abiit. 12. Flores conſpiciuntur in terra, tempus cantûs advenit,
& vox turturis in ora noſtra auditur. 13. Ficus groſſos ſuos protruſit, & vites minutas
uvas

jurabat, ut putant; ne Numinis nomen rebus non magni momenti interponeret.

Ne excitetis] Hæc oſtendunt induci Sponſam in lecto jacentem, & in ſomnum prolapſam. Pro *ne* eſt Hebraicè אם *ſi*, pro more loquendi Hebraico, in formulis jurandi, quæ ſunt ellipticæ. Formula integra eſſet: juro me non excitaturam Sponſam Regis, ſi verò feſellero, tum pœnas dem. Vide not. ad Gen. XIV, 23. XXI, 23. XLII, 15.

Amores meos] את האהבה *eth haahabah*, amorem; nempe, meum. Plurali uſus ſum, perſpicuitatis cauſâ.

8. *Vocem audio*] Supplevimus hic *audio*, eadem de cauſa. Alioqui poſſumus rem ita intelligere, ut exclamet Sponſa: *Vox amantis mei!*

8. *Saliens per montes* &c.] Feſtinans per Jeroſolimitanos colles.

Adcurrens] מקפץ *mkapphets*. LXX. Intt. διαπηδῶν. *Symmachus*: διατρέχων. Vulgatus *tranſiliens*; hoc eſt, curſim ad me veniens.

9. *Capreolo, vel hinnulo cervorum*] Nempe, celeritate pedum, quæ tum honori, etiam inter Principes, erat. Vide not. ad 2. Sam. I, 19.

Poſt parietem noſtrum] אחר כתלנו *achar chothlenou*. LXX. Intt. ὀπίσω τοῦ τοίχου ἡμῶν, Vulg. *poſt parietem noſtrum*. Hoc tantùm loco vox exſtat. Sed Chaldæis & Samaritis eſt nota.

Jam proſpicit è feneſtris] Jam ædes ingreſſus è feneſtris proſpicit; nempe, in ſubjectum quodpiam atrium, ceteráſque ædificii partes, & quidem Gynæceum.

Se ſe oſtentat è cancellis] מציץ מן החרכים *metſits min hahharachim*. LXX. Intt. παρακύπτων διὰ τῶν δικτύων. Vulgatus: *deſpiciens per cancellos*. Vox חרכים hîc tantùm legitur, ſed cùm radix ſit חרך *aſſavit*, credibile eſt propriè eâ ſignificari δικτυωτὸν ferreum, quo aſſare carnem, ei impoſitam, igne ſubjecto ſolebant; deinde per tranſlationem *cancellos*, quibus feneſtræ clauſæ erant, ut liquet ex Proverb. VII, 6. Denique ſic vocatæ à Chaldæis *feneſtræ*, quia erant cancellis clauſæ. מציץ *metſits*, propriè eſt *floreas*, ſed metaphoricè hîc ſignificat hominem caput è feneſtra emittentem, ut flos è calyce erumpit.

11. *Præteriit hiems*] הסתו עבר *hasthav habar*. In margine legunt Maſſorethæ הסתיו, in plurali numero. LXX. Intt. ὁ χειμὼν παρῆλθεν. Vulgatus: *hiems tranſiit*. Hoc tantùm loco legitur vox סתו *ſethav*, ſed Chaldæis nota, apud quos ſic ſcribitur & סתוא *ſithvah*, nec ignota eſt Arabibus.

Imber deſiit] הגשם חלף *haggeſchem hhalaph*. LXX. ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν. Vulg. *imber abiit*.

Et abiit] הלך לו *halach lo*, abiit ſibi. Τὸ *ſibi* abundat, ut לך verſu 10. & quidem bis.

12. *Flores* &c.] *Plinius* H. N. Lib. XVI. c. 25. *Flos eſt pleni veris indicium & anni renaſcentis, flos gaudium arborum. Tunc ſe novas, aliáſque, quam ſunt, oſtendunt; tunc variis colorum picturis, in certamen uſque luxuriant.*

Tempus cantûs advenit] עת הזמיר הגיע heth hazzamir higgiah. *tempus cantûs adtigit*. LXX. Intt. καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθακε. *Aquila*: καιρὸς τῆς κλαδεύσεως ἤγγικεν. Vulgatus: *tempus putationis advenit*. Sed initio veris, cum jam arbores florere incipiunt, non putantur. זמר *zamar* eſt quidem putavit in *Kal*, ſed cum is ſignificatus loco non conveniat, ſequuti ſumus cum multis Intt. ſignificationem τῆ *Pihel*, quæ eſt *cecinit* & זמיר vertimus *cantum*. Poſſes & *cantorem* vertere eodem ſenſu, ut ſignificetur tempus quo cantor canere incipit; ſeu is avis, ſeu homo ſit.

13. *Ficus groſſos ſuos protruſit*] Intelliguntur ficus præcoces, quæ בכורות *biccbouroth* Hebraicè dicuntur, quæque vernæ erant. Vide quæ de iis diximus in Addit. ad *Hammondum* Marci C. XI, 13. ne ſint hîc nobis repetenda.

Vites minutas uvas emittentes] הגפנים סמדר *haggephanim ſmadar*. LXX. Intt. ἄμπελοι κυπρίζουσι. *Symmachus*. καὶ τῆς ἀμπέλου ἡ οἰνάνθη. Vulgatus: *vineæ florentes*. Aut סמדר ſunt minutæ uvæ, quæ tum in medio flore cernuntur, aut eâ voce, cujus origo eſt ignota, ſignificantur præcoces vites, quæ primæ omnium florent. Ejuſmodi ſunt eæ, quarum meminit *Columella* Lib. VII. c. 1. ubi tradit quodnam genus vitis conveniat cuique ſolo & ſtatui cœli: *Frigidæ aut nebuloſæ* (qualitati cœli) *duorum generum viteo aptabit, ſeu præcoces, quarum maturitas frugum præcurrit hiemem, ſeu firmi durique acini, quarum inter caligines uvæ deflreſcunt, & mox gelicidiis ac pruinis, ut aliæ coloribus, miteſcunt.* Tales quæ vocantur hodie *Juliaticæ*, in Italia, quòd earum uvæ Julio menſe ſint maturæ. Græci dicunt πρωΐμους. *Baſſianus* in Geoponicis Lib. V. c. 17. ἔστι δὲ ἄμπελος ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, ἡ καλουμένη βωλινὴ, τάχιστα πεπαινομένη καὶ πρώϊμος πάνυ, μέγαν τὸν βότρυν καὶ σχεδὸν πηχυαῖον φέρουσα: *eſt vitis in Bithynia, quæ vitis vocatur Boline, citò matureſcens & valde præcox, magnum racemum & ferè cubitalem ferens.* Alioqui vites, quarum vindemia in autumnum differtur, ſerius florent. Ceterùm סמדר *ſmadar* videtur nomen proprium præcocis vitis fuiſſe; alioqui vox antecedens eſſet in ſtatu conſtructo, cùm ſit in abſoluto.

Dederunt odorem] Laudatur odor florum vitis à *Martiale* Lib. III. Ep. 65.

Quod ſpirat, tenerâ, malum, mordente puellâ,
Quod de Corycio quæ venit aura croco,
Vinea quod primis flores cum cana racemis.

Surge amica mea] קומי לכי רעיתי *koumi lachi rahjathi*; legunt enim Maſſorethæ, in margine לך

uvas *emittentes* dederunt odorem. Surge, amica mea, formoſa mea & veni. 14. Columba mea, *quæ habitas* in fiſſuris rupis, ínque latibulis adclivitatum, præbe mihi, conſpectum tuum, facitóque, ut vocem tuam audiam; ſuavis enim eſt tua vox & adſpectus decorus. 15. Capite nobis vulpes, vulpeculas, quæ vineas corrumpunt, quibus noſtris vineis ſunt minutæ uvæ. 16. Amaſius meus eſt, ego verò ejus; paſcit inter lilia, 17. donec adſpiret dies & ſugiant umbræ. Redi & ſimilis eſto, mi amaſi, capreolo & hinnulo cervorum, in montibus Betheri.

CAPUT III.

1. IN meo cubili noctu eum quæſivi quem amo, quæſivi eum nec inveni. 2. Surgam nunc, *inquiebam*, & peragrabo urbem, per plateas & fora; quæram eum quem amo;

לך pro לבי, ut eſt in textu, útque legerunt LXX. Intt. qui habent ἀνάστα, ἐλθέ. Sed meliùs Maſſorethæ, nam poſtea eſt לכי *lchi*.

Veni] לכי לך *lchi lach*, *veni tibi*, ubi pronomen abundare monuimus. Sed hîc habent LXX. ἀνάστα ἐλθὲ, πλησίον μου, καὶ ἐλθέ σοι. Meliùs omiſit pronomen Vulgatus.

14. *Columba mea*] Blanditiæ amantis, aptiores fœminæ, quam viro, coi aptantur à *Plauto* Aſin. Act. III. Sc. III, 103. Caſ. Act. I. Sc. I. 50.

Quæ habitas in fiſſuris rupis] בחגוי הסלע *bhhagve haſſelah*. Eos confutat *Lud. Cappellus*, qui derivant hanc vocem à חוג *hhoug*, quod eſt *circulus*, intelligúntque foramina rotunda, in quæ ſe abdunt columbæ in columbario. Vult formam vocis oſtendere deducendam à חגה, quam vocem, apud Arabas, ait eſſe *debilitari*, è Lexico Arabico *Raphelengii*, unde חגוים dictas putat fiſſuras in locis debilioribus, ſeu minùs firmis lapidis. Non video eam radicem Arabicam ab aliis notari. LXX. Intt. habent: ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας. *Hieronymus: in foraminibus petræ.*

In latibulis adclivitatum] בסתר המדרגה *bſether hammadregah*. LXX. Intt. ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος, quod qui invenerint, in Hebraicis verbis, non video. Volgatus: *in caverna maceriæ*, quaſi legiſſet מגדרה *magderah*, quod idem putaverit ſignificare ac גדר *geder*, maceria. *Lud. Cappellus* è Chaldaica, Arabicáque Lingua oſtendit eſſe *gradum*, & cum gradibus confert rupem præruptam, aut foramina columbarii, in ſeriem graduum diſpoſita. Malui מדרגה exponere *adclivitatem* rupis, per quam nonniſi gradatim adſcendere licet. Sic & Ezek. XXXVIII, 20. מדרגות *madregoth* conjunguntur cum montibus: *ſubvertentur montes, cadent* מדרגות, *& omnis murus in humum corruet*; unde liquet eâ voce editum quidpiam, ut ſunt adclives rupes, ſignificari. Abſurdè LXX. Intt. πεσοῦνται αἱ φάραγγες, cùm valles cadere nequeant. Vulgatus etiam illic, *valles*. Nec columbæ ſolent in vallibus nidificari, ſed in locis arduis.

15. *Capite nobis vulpes* &c.] Hoc quoque paſtorale. Mihi revocat in memoriam vulpem illam *Theocriti* ex Idyll. I, 48. quæ dum cuſtos vineæ puer aliud ageret:

— ἀμ' ὄρχως
Φοιτῇ σινομένα τὰν τρώξιμον —

per ordinem vitium graditur lædens uvam, quæ poterat comedi. Bucolicum etiam eſt plura, ſine connexione, miſcere.

Quibus noſtris vineis] *Et vites noſtræ Smadar.* De poſtrema voce vide ad verſ. 13.

17. *Donec adſpiret dies*] עד שיפוח היום *had ſebejaphouahh hajjom*; hoc eſt, donec aura matutina ſpiret, ſive ad auroram uſque. Vide not. ad Gen. III, 8.

Redi, ſimilis eſto] סב דמה לך *ſob dmeh lcha*. LXX. Intt. ἀπόστρεψον, ὁμοιώθητι σύ. Vulgatus: *revertere, ſimilis eſto.* סב *ſob* eſt propriè *convertitor*, cum quo ſubauditur אלי *ad me*; hoc eſt, revertere ad me. Hic לך *ſibi* abundat, ut antea verſu 13. refertur enim verbum דמה *ſimilis eſto*, vel *fias* ad vocem לצבי *litsbi*, capreæ. Sententia eſt, celeriter ad me rediens imitare curſu *capreas* &c. Vide verſ. 9.

In montibus Betheri] על הרי בתר *hal hare Bether*. LXX. Intt. hîc habent: ἐπὶ ὄρη κοιλωμάτων, ſed qui בתר *bether* κοιλώματα verti queat non adſequimur. *Theodotion* habebat: ἐπὶ τὰ ὄρη θυμιαμάτων, quod non magis intelligimus. Vulgatus meliùs vocem *Bether*, ut nomen proprium retinuit. Antea verò, quod mireris, verſ. 9. cùm ea de re nihil ſit in Hebræo Codice, eſt in eadem verſione, poſt vocem *cervorum*, ἐπὶ τὰ ὄρη Βαιθήλ, quod videtur ex hoc 17. verſu, atque ex alia verſione additum. Suſpicabatur *Lud. Cappellus* בתר *bether* fuiſſe oppidum munitiſſimum tractûs, qui vocatur בתרון *bithron*, 2. Sam. II, 29. nec erat procul Trachonitide. Putat etiam eamdem fuiſſe urbem, quam obſidione cinxit Hadrianus Imp. anno Imperii XVIII. ut narrat *Euſebius* in Hiſt. Eccleſiaſtica, ex *Ariſtone* Pellæo. Eamdem quoque conjicit fuiſſe quæ ab Arabibus vocatur בדר *Badr*, in Hiſtoria Saracenica *Abugiafaris*. Sed ſatis eſt conjecturarum, cùm præſertim hujus Sacri, ut ita dicam, Dramatis Scena Jeroſolimæ, aut circa Jeroſolimam conſtituatur. Sed quæ *Bether* hæc fuerit, & quam longe Jeroſolimâ remota eſſet, nos planè fugit. Vide dicta in Hiſt. Eccleſ. ad eum Hadriani annum.

COMMENTARIUS

In CAPUT III.

1. IN *meo cubili* &c.] Jam hîc eſt veluti alia Scena, in qua inducitur uxor Salomonis eum quærens in lecto, è quo, eâ dormiente, ſurrexerat domóque egreſſus erat, deinde per urbem eum inveſtigans.

Noctu] בלילות baleloth, *in noctibus*. Numero plurali

amo; *quem* quæſivi, nec tamen inveni. 3. Invenerunt me vigiles, qui urbem circumeunt, *quibus*, an eum, *inquam*, vidiſtis, quem ego amo? 4. Cùm verò eos paullulum præteriiſſem, tum inveni eum, quem amo, adprehendíque nec dimiſi, donec cum intromiſiſſem domum matris meæ & genitricis meæ cubiculum.

SPONSUS.

5. Jurejurando adigo vos, puellæ Jeroſolimitanæ, per capreas aut cervas agreſtes, ne excitetis, ne expergefaciatis amores meos, donec velint. 6. Quænam ea eſt, quæ adſcendit è deſerto, inſtar columnarum fumi, ſuffita myrrhâ, thure & omni unguentariorum pulvere?

SPON-

plurali aut ſignificatur non ſemel contigiſſe, ut Pſ. XVI, 7. aut idem exprimitur, ac ſingulari.

Quem amo] *Quem amat anima mea*; in quo loquendi genere ἔμφασιν quærunt Linguæ Hebraicæ imperiti, cùm *anima mea* & *ego* idem paſſim valeant.

2. *Per plateas & fora*] בשוקים וברחובות *baſſchevakim, oubarebhoboth*. LXX. Int. ἐν ταῖς ἀγοραῖς καὶ ἐν ταῖς πλατείαις. Vulgatus: *per vicos & plateas*. שוקים ſunt *viæ* per quas curſitare hinc atque inde licet, רחובות latius quid ſignificat. Prius à שוק *excurrit*, alterum à רחב *latus fuit* ducitur. Attamen interdum confunduntur. Supplevimus autem hîc *inquiebam*, prout res poſtulare videbatur, ut in ſeq. verſu.

3. *Vigiles*] השומרים haſſchomerim, *cuſtodientes*, armati, nempe, qui, graſſatorum nocturnorum cauſâ, urbem peragrare ſolent, præſertim in majoribus urbibus.

Quibus an eum, inquam, vidiſtis] *Quem amat anima mea vidiſtis*? Latinè loquentes *quibus* & *inquam*, addere neceſſe habuimus. Hebræi enim perſonas ex re ipſa Lectori divinandas ſæpe permittunt.

4. *Cùm verò eos paullulùm* &c.] *Cùm tamquam præteriiſſem ab iis donec inveni* כמעט שעברתי מהם עד שמצאתי *chimhat ſchebabarthi mehem bad ſchematſathi*. Hebræi non iiſdem particulis orationem connectunt, ac Græci & Latini, ut ex hoc loco, innumerisque aliis liquet; in quibus totidem particulas Græcè aut Latinè, Hebraicis ἰσοδυνάμους adnumerare Interpreti non licet. LXX. Int. ὡς μικρὸν ὅτε παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν, ἕως οὗ εὗρον. Meliùs Vulgatus: *paullulùm cùm pertranſiſſem eos, inveni*. Quod noto, ne in particulis neſcio quæ ἔμφασις quæratur.

Donec eum intromiſiſſem &c.] Videtur hoc petitum è conſuetudine comiſſatum eundi, ad aliquem, de nocte; ita ut Sponſa quaſi zelotypa inducatur Sponſum ad matrem ſuam comiſſatum ducens; ubi tamen non ampliùs degens inducitur, ſed jam à Salomone domum ducta.

5. *Jurejurando* &c.] Vide not. ad Cap. II, 7.

6. *Quænam ea eſt* &c.] Hæc non reſpondent antecedentibus. Sunt enim hîc ἀμοιβαῖα cantica, ſed ſine connexione, qualia etiam interdum in Græcis & Latinis Idylliis. Inducitur Salomon veluti è longinquo ſpectans adventantem ex Ægypto, aut alio quopiam regno Sponſam, per aliquam deſertarum Judææ orarum, quæ plures erant ad Auſtrum.

Inſtar columnarum fumi] כתימרות עשן *chthimeroth haſchan*. LXX. Int. ὡς στελέχη καπνοῦ, quaſi voluiſſent dicere fumum rectà adſcendentem, ut trunci תמרים *thmarim*, palmarum. *Aquila*: ὡς ὁμοίωσις καπνοῦ, quaſi legiſſet תמונות *thmounoth*, vel תמונת *thmounath* in ſingulari. *Symmachus* etiam: ὡς ἀναθυμίασις, quaſi poëticè fingeretur tantâ copiâ thymiamatum in via exceptas fuiſſe & Sponſam & comites, ut fumi inſtar vapor procul cerneretur. Cui interpretationi ſequentia favent. Nec nimiam ὑπερβολὴν dixeris, cùm ea figura immodicè Orientales uti ſoleant; de quorum dictione, ex Græca & Latina, quæ modeſtiores multò ſunt, judicare non licet. *Hieronymus*: *ut virgula fumi*, incommodè. Hoc loquendi genus exſtat etiam Joëlis III, 3. ubi ἀτμίδα καπνοῦ, LXX. Int. *vaporem fumi* vertit *Hieronymus*.

Unguentariorum pulvere] אבקת רוכל *abkath rochel*. LXX. Int. κονιορτοῦ μυρεψοῦ, *Hieronymus*: *pigmentarium pulverem* verterunt. Præter unguenta, aut liquida, aut certè viſcida, quibus ungebantur, erant etiam pulveres odorati, ut Aloës, quo utebantur Reges & Reginæ peregrè advenientes à populis obviam procedentibus ſuffimentis pretioſis accenſis, per vias, excipi. *Curtius* Lib. IIX. c. 9. de Indorum Regibus: *cùm Rex ſanè in publico conſpici patitur, thuribula argentea Miniſtri ferunt, totúmque iter, per quod ferri deſtinavit, odoribus complent.* Quod & in triumphis Romanis factum, ut docet *Appianus*, in Libro de Bellis Punicis p. 36. Ed. *Henr. Stephani*: ἐπὶ δ' αὐτῷ θυμιατηρίων πλῆθος, καὶ ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τοῖς θυμιάμασι: *poſt hunc* (nempe, ludionem) *acerrarum magna copia & Imperator in ſuffitibus*. Sic ille, in deſcriptione triumphi P. Cornelii Scipionis de Pœnis. Quin & in Conviviis ſuffitibus uti ſolebant Græci. Sic *Mneſimachus*, Hippotropho, poſtquàm memoravit ſplendidiſſimi convivii adparatum & odores plures: & dixit ὀσμὴν πολλὴν μυκτῆρα δονεῖν, *multo odore nares agitari*, addit: τοιάδε δόμους ὁμίχλη κατέχει πάντων ἀγαθῶν ἀνάμεστος: *talis nebula ædes occupat, bonis omnibus plena.* Hæc apud *Athenæum* Lib. IX. at Lib. XII. de Alexandro Macedone: ἔρραινε δὲ Ἀλέξανδρος καὶ μύρῳ σπουδαίῳ καὶ οἴνῳ εὐώδει τὸ δάπεδον· ἐθυμιᾶτο δὲ αὐτῷ σμύρνα καὶ τὰ ἄλλα θυμιάματα: *adſpergebat autem Alexander & unguento pretioſo & odorato vino pavimentum. Suffiebantur ei myrrha & alia ſuffimenta.* Sic & ſolebant Principum ſponſas excipere Bactrianæ populi, ut liquet ex Vita Timuris Begi, à *Scherefeddino Ali Jesdenſi*, Perſarum Hiſtoricarum Principe, conſcripta, & Gallicè verſa à *Petiſio de Cruce*, Tom. I. Lib. II. c. 13. ubi in deſcriptione Principis Canzadeæ adventantis ut Gehangiro Timuris F. nuberet: *Aër plenus erat odoribus exquiſitiſſimis, & via tapetibus &*

pannis

SPONSA.

7. En lectum Salomonis, circa quem ſunt ſexaginta viri fortes, è viris ſtrenuis Iſraëlis, 8. qui omnes gladio ſunt inſtructi, reíque militaris periti, quorum unicuique enſis ad femur *pendet*, nocturnorum pavorum cauſâ. 9. Thalamum ſibi fecit Rex Salomo, è lignis Libani. 10. Columnas fecit argenteas, ſtragulum ejus aureum, ſuperiorem partem purpuream, mediamque ſtratam puellarum Jeroſolimitanarum amore. 11. Egre-

pannis ſericeis ſtratæ; & paullò pòſt: *Ubicumque commorata eſt, Indi, quibus recrearetur, ei dati; gratiſſimis ſuffitibus aer erat oppletus, & terra elegantiſſimis floribus conſtrata.* Ad ſimile quiddam hìc reſpicere videtur Salomo, qui Sponſam Orientali luxu exceptam deſcribit.

7. *En lectus Salomonis* &c.] *En lectum ejus, qui Salomonis.*

Sexaginta viri fortes] Σωματοφύλακες, qui ne quis cubiculum Salomonis dormientis ingrederetur impediebant, ſecurúmque ab omnibus nocturnis pavoribus præſtabant.

8. *Gladio ſunt instructi*] *Apprehendentes gladium.*

Rei militaris] *Belli.*

Quorum unicuique &c.] *Quiſque gladius ejus ad femur ejus, à pavore in noctibus.*

9. *Thalamum*] אפריון *apphirejon*. LXX. Intt. φορεῖον, unde Vulgatus: *ferculum*. Sed vox nihil habet ſimile, præter ſonum; nec eſt è Græca deducta, uti nec Græca ex Hebraïca. Derivant à פרה *fructum protulit, crevit*, interpretantúrque genialem lectum.

E lignis Libani] E cedro.

10. *Columnas fecit argenteas*] Laminis argenteis cedro impoſitis tectas, ut poſtea *ſtragulum aureum* vocat, aureis filis intertextum, non ſolo auro conflatis. Hìc porrò habet עמודיו *columnas ſuas*, habet pro עמודי ממתו *columnas lecti ſui*.

Stragulum ejus aureum] רפידתו זהב *rphidatho zahab*. LXX. Intt. ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρύσεον. Vulgatus: *reclinatorium aureum*. Intelligendæ ſtragulæ veſtes, ut dixi, aureis filis intertextæ; neque enim commodè cubare in auro, vel aureâ laminâ tegi quiſquam poſſit.

Superiorem partem purpuream] מרכבו *merchabo*; dicitur hoc de ſuperiore parte lecti, quæ alteri veluti *inſidet*, quod de πορφύρας ceperim, qui purpureus fuerit. LXX. Intt ἐπίβασις αὐτοῦ πορφυρᾶ, Vulg. *adſcenſum purpureum*, incommodè.

Mediámque ſtratam amore &c.] תוכו רצוף אהבה thocho ratſouph ahabah, *medium ejus ſtratum amore*. LXX. Intt. ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον, ἀγάπην ἀπὸ θυγατέρων Ἱερουσαλήμ. *Hieronymus*: *media caritate conſtravit, propter filias Jeruſalem.* Quæ ſenſu carent, nec Hebræis ſatis conveniunt. Intelligo hæc de ſtragulis aliis veſtibus, quibus Salomo donatus fuerat à puellis Jeroſolimitanis, ut obſervantiam & amorem ſuum erga eum oſtenderent.

11. *Puellæ Sionis*] בנות ציון *bnoth tſijon*. Perinde eſt ac בנות ירושלם *filiæ Jeroſolimæ*, quæ voce *Sion* paſſim ſignificatur.

Regem Salomonem coronâ ornatum &c.] *Videte filiæ Sionis Regem* (במלך *bammelech*, quia verbum ראה *vidit*, conſtruitur cum ב) *Salomonem in corona, quâ eum coronavit mater ejus*: Munus fuit Bathſebæ, pro temporibus illis, egregium, & ſpectatu dignum.

COMMENTARIUS

In Caput IV.

1. *Oculi tui ſunt* &c.] Vide ad Cap. I, 15.

Extra velum tuum] מבעד לצמתך *mibbabad liſammatech*. LXX. Intt. ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου. Vulgatus: *abſque eo quod intrinſecus latet.* At Eſaiæ XLVII, 2. hanc eamdem vocem verterunt Græci: κατακάλυμμά σου, & Vulgatus: *turpitudinem tuam.* Ad quem locum *Hieronymus*: *In eo ubi nos interpretati ſumus*; denuda turpitudinem tuam, *pro quo LXX. tranſtulerunt*: revela operimentum; *Theodotio ipſum verbum Hebraïcum ponit* SAMTHECH, *Aquila* SEMMATHECH, *Symmachus*: τὸ σιώπηλόν σου, *quod nos exprimere poſſumus*: taciturnitatem tuam, *quòd taceri debeat præ verecundia. Quod quidem & in Cantico Canticorum legimus, ubi Sponſæ pulcritudo deſcribitur,* abque taciturnitate tua. LXX. Intt. & *Symmachus*: σιώπησιν & σιώπηλον verterunt è ſignificatione Arabica radicis, quæ tamen huic loco non convenit, ubi Sponſæ vultus deſcribitur, non pars, cujus nomen tacendum eſt; quidpiam ſignificatur, quod ad vultum pertinet. In loco Eſaiæ eſt: *ſume molam & mole farinam, revolve* aut *retege* צמתך, *aperi* שבל *ſchobel*, (fortè *malleolum pedis* Græcè σφυρόν) *nuda crus, tranſi flumina.* Non innuuntur ergo voce צמתך pudenda, quæ retegi non poterant, quin ſimul crura aperirentur, ſed aliquid potiùs, quo amoto pedes & crura oculis patent; quibus verbis Babyloniarum ſervilis conditio deſcribitur. Alii retinuerunt vocem Hebraïcam, cujus ſignificationem ignorabant.

At *Hieronymus* vult Interpretes *noluiſſe transferre nomen, quod in Sancta Scriptura ſonaret turpitudinem. Rectéque*, inquit, *contra Babylonem inverecundis utitur nominibus (licèt nulla ſit turpitudo humani corporis membrum vocare nomine ſuo) cui præcipitur ut nudet pectora, & crura ac femina aperiat, & vadat in captivitatem, videatúrque ignominia ejus & opprobrio pateat ſempiterno.* Verùm hìc, apud Salomonem, turpe eſſet ipſum induci nomine proprio Sponſæ

Digitized by Google

11. Egredimini & videte, puellæ Sionis, Regem Salomonem coronâ ornatum, quam
impoſuit ei mater ejus, eo die, quo deſponſus eſt, die, quo exhilaratus eſt ejus animus.

SPONSUS.

1. EN tu pulcra es, amica mea, en tu pulcra es. Oculi tui *ſunt inſtar oculorum* co-
lumbarum, extra velum tuum, coma tua eſt inſtar *lanæ* gregis caprarum, quæ
veniunt à monte Galahado. 2. Dentes tui ſunt inſtar gregis *ovium* æqualium, quæ è
lavacro

Sponſæ pudendum vocantem. Nihil ad rem facit, quod poſtea dicit è Stoïcis, multa, re turpia, pravâ hominum conſuetudine, verbis honeſta eſſe; rurſúmque, re honeſta nominibus videri turpia. Qua in re ineptiebant Stoïci, cùm ſatis conſtet ſonos, naturâ ſuâ, turpe aut honeſtum nihil habere; ſed quia conſuetudine quidam turpes facti ſunt, iis abſtinendum, ne caſtæ aures offendantur, ſine cauſa; quod nefas eſt dubitare an Scriptores Sacri, quibus nihil eſt verecundiùs, diligenter vitarint.

Ait Etymologiam vocis צמתך *tſammatbech* ſonare, apud Hebræos, *ſitiens tuus*, ut inexpletam Babylonis indicet voluptatem; quaſi, nempe, eſſet à צמא *ſitiit*. Sed nihil opus eſt ejuſmodi interpretatione, צמה enim poteſt optimè *velum* verti, & deduci à Chaldaica poteſtate vocis צמם *tſmam*, quâ *tegere* ſignificat, ut & צמצם *tſamtſem*. Vide *Joan. Buxtorfium* in Lexico Chaldaico, Thalmudico & Rabbinico. Ea autem vocis poteſtas utrique loco convenit. Apud Salomonem dicuntur *oculi* Sponſæ *pulcri* eſſe *extra velum ejus*, quia mulieres, iis temporibus & locis, ferebant, cùm in publicum procedebant, velum, quo tota facies erat tecta præter oculos; quod videre eſt etiamnum, apud Arabas. Adi quæ diximus ad Gen. XXIV, 65. Eadem veli ſignificatio optimè etiam in locum Eſaïæ quadrat, ubi גלי צמתך eſt *revolve velum tuum*, quod certè attolli debebat, ut pedibus rivi tranſirentur, ne madefieret.

Coma tua eſt inſtar lanæ gregis caprarum] Addidimus *lanæ* hîc, ut, ubi ſermo eſt de *oculis* inſtar columbarum, ſupplevimus *inſtar oculorum columbarum*. *Coma* enim non confertur cum *capris*, niſi earum lanæ habitâ ratione. Coma fuſcæ mulieris, qualis hæc antea deſcribitur, bene aſſimilatur lanæ caprarum nigrarum. Vide hac de re *Sam. Bochartum* Hieroz. P. I. Lib. II. C. 51.

Quæ veniunt è monte Galahado] שגלשו מהר גלעד *ſchegaleſchou mehar Gilhad.* Sic & infra C. VI, 4. LXX. Intt. ἀπεκαλύφθησαν ἀπὸ τῆ Γαλαάδ. Alius: ἀνεφάνησαν. Suſpicati ſunt *Lud. Cappellus* in notis Criticis & *Sam. Bochartus*, loco laudato, legiſſe eos שגלו *ſchegalou*, quod tamen potiùs ſignificat *revelarunt*, quàm *revelatæ ſunt*, quod eſſet נגלו *niglou* in Niphal. *Hieronymus: adſcenderunt de monte Galahad.* Quam in rem obſervat *Bochartus*, apud Arabas, radicem גלש *gialaſcha*, cujus prima littera eſt *Gim*, hoc eſt, G Gallicum, ante E & I, eſſe *adſcendere*. Sed quis adſequatur, ſi hæc vox ſenſu proprio intelligatur, quî dici queant pecudes *è monte adſcendere*? Reſpondet quidem vir ſummus eſſe hoc intelligendum de adſcenſu ex inferioribus montis partibus ad ſuperiores. Verùm hoc durum eſt, cùm præſertim pecudes adſcendentes non ſint formoſiores, quàm deſcendentes. Quod cùm animadverteret, addidit poſſe hîc eſſe trajectionem verborum, quæ ſic capienda, quaſi eſſet: *caprarum è monte Galahad, quæ adſcendunt ad illum montem.* Sed hoc quoque inane, quid enim opus fuit *adſcenſûs* mentionem fieri, potiùs quàm deſcenſûs, ubi ſermo eſt de lana caprarum? Itaque maluimus vertere *quæ veniunt*, ita ut Arabica vox intelligatur ut Hebraica עלה *halah*, adſcendit, quæ, ut & contraria ירד *jarad*, deſcendit, ire & venire ſignificat, quamvis ſermo ſit de editiore loco, aut depreſſiore, in quem itur. Vide not. ad Jud. XIV, 1. XV, 8, 10, 13. Præterea nihil notius eſt hoc loquendi genere *adſcendere Jeroſolimam*, pro eo quod eſt *in eam ire*; potuit quis intelligere capras è Galahaditis montibus Jeroſolimam adductas?

2. *Inſtar gregis ovium æqualium*] כעדר הקצובות *chehheder bakketſoubuth.* Supplevimus הרחלות harehheloth, *ovium*, ita poſtulante ſententiâ; tum הקצובות vertimus *æqualium*, quia קצב non *tondere*, quod dicitur גזז *gazaz*, ſed *ſecare* ſignificat; ſecundo autem res exæquantur, unde קצב *ketſeb* dicitur par menſura 1. Reg. VI, 25. VII, 37. ubi *ſculpturam* quidem vertimus, ſed de pari ſculptura ſermo eſt. Ac ſanè ſequentia oſtendunt agi de paribus ovibus, quæ ideò *gemellæ* dicuntur: quales eas eſſe oportet, quibus conferuntur dentes æquales. Attamen LXX. Intt. verterunt: κεκαρμένων, hoc eſt, *tonſarum*, ut habet *Hieronymus*. Vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. I. Lib. II. c. 45.

Quæ è lavacro adſcenderunt] Quo tempore, lana candidior eſt; quamobrem *Columella* vult oves ter quotannis ablui Lib. VII. c. 4. *Nonnumquam & tota eluenda eſt* (lana ovium) *ſi diei permittit apricitas, idque ter anno fieri ſat eſt.*

Omnes gemellæ] שכלם מתאימות *ſchechullam mathimoth.* LXX. Intt. αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι. Hieronymus: *omnes gemellis fœtibus.* Sic & alii Intt. quibus adſentitur *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. L. II. c. 46. Eſt quidem participium Hiphil, ſed cùm hîc tantùm occurrat, è re ipſa intelligendum de paritate, aut ſimilitudine, de qua agitur; non de gemellorum partu, de quo hîc ſermo non eſt.

Et quarum nulla eſt orba] ושכלה אין בהם *veſchacchulah en bahem.* Orbitas hæc non eſt ad fœtus amiſſos referenda, ſed ad pares ac gemellas oves. Ut viduæ orbæ שכלות *ſchacchuloth* dicuntur, quòd virum amiſerint Jerem. XVIII, 21: ſic dentes *orbi* dici poſſunt, quibus non adhæret dens compar. Laudatur autem os, quod nullos amiſit dentes, ſed omnes etiamnum habet. בהם hîc eſt pro בהן *bahen* in fœminino, nam præceſſerunt fœminina.

lavacro adſcenderunt omnes gemellæ, & quarum nulla eſt orba. [3]. Inſtar fili coccinei labia tua ſunt, & ſermo tuus decorus, inſtar fragmenti mali punici eſt *utrumque* tempus tuum extra velum tuum. [4]. Inſtar turris Davidis eſt collum tuum, *quæ turris ita* ædificata eſt, *ut* in pinnas *deſinat*. Mille clipei ex ea pendent, quæ omnia ſcuta *ſunt* virorum fortium. [5]. Duo ubera tua ſunt inſtar duorum hinnulorum gemellorum capreæ, paſcentium inter lilia. [6]. Donec adſpiret dies & fugiant umbræ, ibo ad montem myrrhæ

3. *Inſtar fili coccinei*] כחוט השני *chebhout haſſchani*. Vide Joſ. II, 18. Non eſt intelligendum filum unum lanæ coccineæ, ſed paullò latior textus, ut tænia, aut lemniſcus. Sic LXX. verterunt: σπαρτίον, & Vulg. *vittam*.

Utrumque tempus tuum] רקתך *rakkathech*, quod cùm ſit duplex addidimus *utrumque*. *Tempus* quidem ſignificat Jud. V, 26. ſed intelligitur ſumma pars genæ oculis ſubjecta, quòd è naſo veluti ſuſpenſum eſſet velum mulierum. LXX. Intt. μῆλόν σου. Ea autem pars confertur cum *fruſto mali punici*, quia eſt pars genæ, ſeu malæ, quam ita dictam volunt, quod ſit malo ſimilis. *Iſidorus* Orig. Lib. XI. c. 1. *Malæ ſunt eminentes ſub oculis partes, ad protectionem eorum ſuppoſitæ. Vocatæ autem malæ, ſive quòd infra oculos promineant in rotunditatem, quæ Græci μῆλα adpellant.* Sic reverâ *Julius Pollux* Onom. Lib. II. c. 4. §. 87. Τῆς ῥινὸς δὲ ἑκατέρωθεν ἀνέστηκεν ὑπὲρ τὰς παρειὰς, τὰ καλούμενα μῆλα, ἃ ἐστι ὑποφθάλμιος φρουρὰ τῶν ὀφθαλμῶν, ὡς διατειχίζοντα εἰς ἀσφάλειαν, ἄνωθεν μὲν ταῖς τῶν ὀφρύων προβολαῖς, κάτωθεν δὲ τῶν μήλων ἀνοχαῖς· ὠνόμασται δὲ μῆλα διὰ τὸ ἀνθεῖν ἐν ὥρᾳ: *Ex utraque naſi parte protuberant, ſuper genas, quæ vocantur malæ, quod eſt inferius munimentum oculorum, ut velut muro, in ſecuritatem, ſepiantur, ſuperiùs quidem ſuperciliorum grundis, inferiùs verò malarum collibus; malæ autem dictæ ſunt quod ſuâ tempeſtate floreant.* Hanc ipſam vultûs genam eleganter Salomo confert cum fruſto mali punici, quod emineat, atque in junioribus etiam rubeat.

4. *Inſtar turris Davidis*] Quod collum ſupra humeros attollatur, ſi paullò longius ſit, ut turris ſupra murum proximum.

Quæ turris ita ædificata eſt, ut in pinnas deſinat] בנוי לתלפיות banoui lthalphijoth, *ædificata in pinnas*. LXX. Intt. vocem Hebraicam retinuerunt, quòd eam non adſequerentur. *Aquila*: εἰς ἐπάλξεις. *Symmachus*: εἰς ὕψη. Vulgatus: *in propugnacula*. Compoſita vox eſt ex תלה thalah, *pependit*, & פיות phijoth, *ora*, ut ſignificentur *pinnæ* aliquo modo prominentes, & ſpatia vacua muro inter ſe relinquentes, è quibus propugnatores jaculabantur; quæ *pinnæ*, unà cum ſpatiis hiantibus, *ora* turris vocantur. Potuit, Orientalium more, figuris & ſimilitudinibus audacioribus gaudentium, turri rotundæ comparari, cui capitis inſtar impoſitæ prominentes pinnæ. Græcis ἐπάλξεις dicuntur & Latinis *minæ*, quaſi promionlæ. Vide *Virgilium* Æn. IV, 88 & ad locum Interpretes.

Mille clipei &c.] Hoc eſt, clipei plures, qui erant hoſti erepti, pendebantque è pinnis turris, in memoriam & oſtentationem victoriæ. Cui parti turris comparari potuit caput annulis pendentibus, & inauribus ornatum; quod fortè, quamquam obſcuriùs, indicatur hìc à Salomone. Sic ſcuta præſidii Tyriorum ornaſſe eorum mœnia dicuntur Ezekielis C. XXVII, 10, 11.

5. *Inſtar duorum hinnulorum gemellorum capreæ*] עפרים *hopharim* ſunt hinnuli cervæ, vel capreæ, ut oſtendit *Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. III, c. 24. Idem etiam docet capreas eſſe, ut capras, διδυμοτόκους, gemellóſque eſſe pares; unde quàm apta ſit ſimilitudo liquet. Eum adibunt Lectores otioſi.

Inter lilia] Silveſtria, nempe. Negat *Bochartus* in Syria & Judæa lilia in hortis culta, ut apud nos; ſed nihil vetat quin culta etiam fuerint in hortis, quamvis ſilveſtria eſſent. Nihil in hortis colitur quod non ſine cultu natum ſit & adoleverit.

6. *Donec adſpiret dies*] Vide ad C. II, 17.

Ad montem myrrhæ] *Ibo mihi* אל הר מור *el har mor*, ad montem, in quo conſitæ erant myrrhæ, quæ, Arabicæ licèt, curâ & cultu in Judæa etiam creſcebant, in montibus non minùs quàm in planitie; niſi mavis poëticè deſcribi hortos in Judæa, quales in Arabia tantùm erant. *Theophraſtus* Hiſt. Plant. Lib. IV. c. 8. Γίνεται μὲν οὖν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα, καὶ ἡ κασία, καὶ ἔτι τὸ κιννάμωμον, ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χωρᾳ, περί τε Σαβὰ καὶ Ἀδραμυτὰ, καὶ Κιτίβαινα καὶ Μαλί. Φύεται δὲ τὰ τοῦ λιβανωτοῦ καὶ τὰ τῆς σμύρνης δένδρα, τὰ μὲν ἐν τῷ ὄρει, τὰ δ' ἐν ταῖς ἰδίαις γεωργίαις ὑπὸ τὴν ὑπώρειαν· διὸ καὶ τὰ μὲν θεραπεύεται, τὰ δ' οὔ. *Naſcuntur ergo thus, & myrrha & caſia, atque etiam cinnamomum, in regione Arabum, media* (legit Interpres μέση) *circa Saba, & Adramytta, & Citibæna & Mali, & creſcunt thuris myrrhæque arbores, aliæ in monte, aliæ in regione monti ſubjecta, in propriis Arabum cultis, quamobrem aliæ coluntur, aliæ minimè.* Ex quibus verbis intelligere licet, cur Salomo loquatur de *monte myrrhæ & de colle thuris*; non quòd talia magnâ copiâ in Judæa naſceretur, ſed quòd ita loqui ſolerent Arabes, potuerítque fieri, ut non tantùm in horto ſed & in vicinis collibus ejuſmodi arbores haberet.

8. *Mecum è Libano* &c.] אתי מלבנון *itthi millebanon*. Cùm Scena hujus Dramatis, ut ab *Origene* vocatur, eſſet Jeroſolimæ, venirétque Sponſa è deſerto, hoc eſt, ex oris deſertis, quæ ad auſtrum Tribûs Judæ erant; mirum eſt Salomonem ei dicere *venies è Libano*, cùm dicendum potiùs eſſet: *ibimus unà in Libanum*. Sed fortè elliptica eſt oratio, itáque intelligenda, quaſi dixiſſet priùs Salomo נלך בארץ ארם *ibimus in Syriam*, cujus pars ei vectigalis fuit, adderetque, *& mecum venies è Libano* in terram Iſraëlis *& proſpicies* agros ſubjectos, *è vertice Amanæ* &c. Vide not. ad Gen. XIII, 11.

Proſpicies è vertice Amanæ] תשורי מראש אמנה *thaſchouri meroſch Amanah*. Videtur omnino Salomo hinc ampliſſimos terrarum tractus, quibus imperitabat, & amœnitatem proſpectuum oſtendere voluiſſe. *Amana* autem hìc videtur eſſe jugum Libani πολυδενδρώδους montis, non ſecus ac *Schenir* & *Chermon*. Mirè autem hæc &

Google

rhæ & ad collem thuris. 7. Tota formoſa es, amica mea, nec ullum vitium eſt in te. 8. Mecum è Libano, ô Sponſa, mecum è Libano venies, & proſpicies è vertice Amanæ, è vertice Seniris & Chermonis, è luſtris leænarum, è montibus pardorum. 9. Abſtuliſti cor meum, ſoror mea & ſponſa, abſtuliſti cor meum, uno oculorum tuorum, & unâ cervicis tuæ torque. 10. Quàm ſunt pulcri amores tui! quantò gratiores ſunt amores tui vino, odore unguentorum tuorum, *atque* omnibus aromatibus! 11. Favum

& ſuperiora verba verterunt LXX. Intt. δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου, νύμφη, δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου· ἐλεύσῃ καὶ διελεύσῃ ἀπ' ἀρχῆς πίστεως. *Hieronymus: veni de Libano, ſponſa mea, veni de Libano, veni; coronaberis de capite Amana.* Græci pro אִתִּי *mecum* legiſſe videntur אֵתִי *veni*, ab אתה *venit*, ut bene obſervavit *Lud. Cappellus*; deinde pro תשורי *thaſchouri*, תאשרי *theaſſcheri*, hoc eſt, *incedes*. Sed hæc non meliora ſunt, quàm quod ſequitur *à capite fidei*, cum agatur de vertice montis, ut in ſequentibus verbis; cujus verticis nomen proprium in adpellativum mutari non debuit. Rectiùs *Aquila:* Ἀμανά, quod non eſt miſcendum cum *Abana*, quod nomen eſt fluvii Syriæ Cavæ; neque cum monte *Amano*, qui Ciliciam à Syria dividit, procúlque à Libano eſt, verſus Septemtrionem, & partem Tauri quæ imperium Salomonis pertigiſſe non videtur.

E vertice Seniris & Chermonis] מראש שניר וחרמון *meroſcb ſchenir vechermon*. Hæc duo nomina unius montis fuiſſe dicuntur Deut. III, 9. ſed facilè fieri potuit, ut Salomonis temporibus jugum quodpiam *Senir* diceretur, alterum verò *Chermon*.

E luſtris leænarum] ממענות אריות *mimmehonoth arajoth*. Infeſta fuiſſe leonibus ea loca oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. III. c. 1. & c. 2.

Pardorum] נמר *namer*, quod conſtanter πάρδαλιν vertunt LXX. Intt. *Hieronymus: pardum*; quo nomine, vel non admodum diverſo vocatur hoc animal à Chaldæis, Syris & Æthiopibus, ut obſervavit idem *Hieroz.* P. I. Lib. III. c. 7. ubi copioſè deſcribitur, & inſidiatus eſſe docetur urbibus Judææ ex Hoſ. XIII, 7. Significat Salomo ſe effecturum, ut expellantur, acri venatione, feræ omnes ex illis montibus, ut ex eorum vertice tutò vicinos omnes terrarum tractus poſſit perſpicere Sponſa.

9. *Abſtuliſti cor meum*] לבבתני *libbabthini* LXX. Intt. fictâ voce: ἐκαρδίωσας, quod puto eſſe ἀντὶ τοῦ ἐξεκαρδίωσας, hoc eſt, *cor abſtuliſti*, quod perinde eſt, ac me mihi rapuiſti. *Symmachus* contrario planè ſenſu: ἐθάρρυνας, ex Chaldæorum & Syrorum uſu. Vulgatus: *vulneraviſti cor meum*, ſequuti ſumus LXX. Intt. aut fortè *Aquilam*, cujus multa ſunt, hiſce in Libris Salomonis, & qui præſente notâ vocabula, ſi deeſſent, procudebat quæ Hebraïcis reſponderent.

Soror mea] Nomen, quo utebatur interdum blandiens amaſius, apud Græcos & Latinos, de quo vide Interpretes *Minutii Felicis*, ad Cap. IX. in editione Daviſiana.

Uno oculorum tuorum] באחד מעיניך *beechhad mehenecha*, uno ex oculis tuis. Pro quo ſcribunt Maſſorethæ in margine באחת *beechhath*, quia vox ſequens eſt fœminini generis. Neſcio annon ſubaudiendum ſit nomen, quod *adſpectum*, aut intuitum ſignificet; ut ראי *roï*, aut ſimile; ita ut velit Salomo, cùm ſemel ad ſe converteret oculos Sponſa, ſatis hoc fuiſſe, ut ejus amore arderet.

Unâ cervicis tuæ torque] באחד ענק מצורניך *beachhad hanak mittavveronajich*, *in uno torque colli tui*. LXX. Intt. ἐν μιᾷ ἐνθέματι τραχήλου σου. Sed Solœciſmus oſtendit mendum ſubeſſe. Itaque emendabat *Cappellus:* ἐν ἑνὶ θέματι. Crediderim fuiſſe nomen quodpiam fœminini generis, quales δεραστίδι, περιδεραίς, aut ὑποδεραίς cum qua conſtruebatur ἐν μιᾷ, additúmque gloſſema in margine ἐν θέματι, ex vulgari fortè uſu; quod quaſi vera lectio intruſum ſit in ſeriem verborum, deleto nomine fœminino, ſed incogitantiâ Librarii relicto ἐν μιᾷ, quod debuiſſet etiam mutari, ut volebat *Cappellus*. Sed duæ voculæ oſtendunt antea fuiſſe nomen fœmininum, nullus enim Librarius tam imperitus fuiſſe videtur, ut ἐν μιᾷ poneret, pro ἑνὶ ſequente nomine neutrius generis. *Aquila* verterat: ἐν ἑνὶ πλοκάμῳ ἀπὸ τραχήλου σου. Sed ענק conſtanter *torquem*, non *comæ cinnum* ſignificat. Vulgatus tamen etiam: *in uno crine colli tui*; nec inelegans eſt ſenſus, amatium cincinno crinium nigrorum, in eburneo collo fluitante, adſectum fuiſſe. At *Symmachus:* διὰ ἑνὸς τῶν ὁρμίσκων τοῦ τραχήλου σου, & conſtat elegantem torquem candidæ cervici additum pulcritudinem juvare. Quod etiamnum hodie puellis & matronis, in Europa & Aſia, videri nemo neſcit.

10. *Amores tui*] דדיך *dodajich*. LXX. Intt. hîc, ut Cap. I, 2. μαστοί σου, & Vulg. *mammæ tuæ* quaſi eſſet דדיך *daddajich*, hoc eſt, *mammæ*. Vide dicta ad Cap. I.

Quantò gratiores ſunt amores tui] מה טבו דדיך *mah tobou dodajich*. LXX. Intt. iterum: ὡς ἐκαλλιώθησαν οἱ μαστοί σου, & Vulgatus: *pulcriora ſunt ubera tua vino*. Poſſet etiam hoc voluiſſe Sponſum, malle ſe amoribus Sponſæ inebriari, quàm vino.

Odore unguentorum tuorum] וריח שמניך *vereahh ſchmanajich*, quod vertimus, quaſi eſſet ומריח oumereahh, *& quàm odor*. Ac ſanè repetenda hîc præpoſitio מן *min*, antecedenti nomini præpoſita. LXX. Intt. ὀσμὴ ἱματίων σου, ex ſequente verſu.

Atque omnibus aromatibus] מכל בשמים *miccol beſchamim*. Supplevimus hîc *atque*. Alii volunt ſignificari unguenta Sponſæ præferri omnibus aromatibus. Sed elegantior videtur eſſe ſententia, quam expreſſimus.

11. *Favum ſtillant labia ſua*] נפת naphath *favus* eſt pro *melle*, ut Proverb. V, 3. ubi vide notata, quibus & hic locus illuſtratur.

Olei Libani] In Libano potiſſima arbor fuit Cedrus, unde reſina, quæ Cedria dicitur, è qua fit oleum. *Dioſcorides* Mat. Medicæ Lib. I. c. 105. ubi memoratis uſibus Cedriæ: γίνεται δὲ καὶ ἔλαιον ἐξ αὐτῆς χωριζόμενον ἀπὸ τῆς κεδρίας διὰ ἐρίων ὑπερπεταννυμένων ἐν τῇ ἑψήσει, ὡς ἐπὶ τῆς πίσσης: *fit & ex ea oleum, quod à cedria ſeparatur, velleribus, interea dum coquitur, ſuper eam expanſis,*

vum ſtillant labia tua, ô Sponſa, mel & lac ſunt ſub tua lingua; odor veſtimentorum tuorum *eſt* inſtar olei Libani. 12. Hortus clauſus *es*, ſoror mea & ſponſa, ſcaturigo clauſa, *&* fons obſignatus. 13. Propagines tuæ *erunt* viridarium malorum punicarum, cum delicioſo fructu & cyprorum cum nardis. 14. Nardi & croci, cannæ & cinnamomi, cum omnibus arboribus thuriferis, myrrha & aloë, cum omnibus præcipuis aromatibus. 15. Fons *eſt* hortorum, puteus aquæ vivæ, & defluentis à Libano.

SPONSA.

16. Excitare Aquilo, veni Auſter, perfla hortum meum, fluant aromata ejus; veniat amaſius meus in hortum ſuum, & comedat fructum ſuum delicioſum.

SPON-

ſis, ut in pice. Qui hoc oleum olfecerunt dijudicent, an grati ſit odoris; ego quidem numquam olfeci. Sed cùm non ſimplicia eſſent unguenta, oleo cedrino potuerunt alia aromata addi, ita tamen ut cedrinum ſemper vocaretur, quia potiſſima ejus pars erat oleum cedriæ.

12. *Hortus clauſus es*] His verbis Sponſæ caſtitatem deſcribit Salomo.

Scaturigo clauſa] גל נעול *gal nahul.* LXX. Intt. repetunt hic: κῆπος κεκλεισμένος, quaſi legiſſent iterum גן *gan*, ut in proximè ſuperioribus verbis. Multæ ſanè ſunt ejuſmodi repetitiones, vel in hoc capite, & גל *gal*, fluctum ſignificat potius, quàm *fontem.* Sed nihil muto, cum & privati, in hortis ſuis, clauſos fontes habere poſſent, ne aqua temerè exhauriretur, ut ſequentia verba oſtendunt; & devolmi ex alto fluctus aquæ labentis rivos in iis ſurmarent.

Fons obſignatus] מעין חתום *mahjan hhathoum*; hoc eſt, clauſus, petitâ metaphorâ è vaſibus, vel faſciculis, quibus clauſis ſigillum imponitur, ne quod iis ineſt auferatur.

13. *Propagines tuæ erunt* &c.] שלחיך *ſchlahhecha*, emiſſiones tuæ. Metaphorâ ex horto & arboribus deſumtâ, deſcribit Sponſæ prolem & numeroſam & ſingularibus dotibus præditam; quaſi diceret poſteros ejus futuros inter homines, quod ſunt odoratæ, jucundæque adſpectui, & fructibus arbores, quas memorat inter plantas.

Viridarium malorum punicarum] פרדס רמונים *phardes rimmonim.* De voce *Paradiſus* vide dicta ad Nehem. II, 8. Erat, nempe, viridarium clauſum, quod conſentit cum ſuperioribus. רמון *rimmon* hic *malus punica*, alibi ipſe fructus, quæ gratiſſima & elegantiſſima eſt præſertim calidioribus terrarum oris, in quibus feliciùs provenit.

Cum delicioſo fructu] עם פרי מגדים him phri mgadim, *cum fructu pretiorum*, aut *deliciarum*, pretioſa enim ſunt quæ in deliciis habentur, & viciſſim. Vide quæ de hac voce notavimus ad Deut. XXXIII, 13. & de voce מגדנות *migdanoth* ad Gen. XXIV, 51. LXX. Intt. ἀκρόδρυα, Vulgatus: *pomorum fructus. Symmachus:* ὀπωρῶν.

Cyprorum] Vide not. ad C. I, 14.

Cum nardis] Vide ad C. I, 12.

14. *Croci*] כרכום *carchom*, quod *crocum* omnes Intt. verterunt. Nota planta, cujus optimum genus in Cilicia ad Corycium promontorium, quod aut à planta traxit nomen, aut ei ſuum dedit. Quæ de ea habentur apud Veteres collegit *Cl. Salmaſius*, atque illuſtravit, ad Cap. XXXVIII. *Solini* pag. 543. & ſeqq. Potuit in viridario hæc planta, in interſtitiis arborum, ſeri.

Cannæ & cinnamomi] קנה וקנמון *kane vekinnamon.* LXX. Intt. κάλαμος καὶ κιννάμωμον. Vulgatus: *calamus aromaticus & cinnamomum.* Satis conſtat קנה idem eſſe ac *cannam*, ſeu *arundinem*, quod multis Scripturæ locis liquet. Sed hìc eſt canna aromatica, quam putat *Salmaſius* in Solinianis p. 918 & ſeqq. eam eſſe quæ vocabatur κασία σύριγξ, quæ non eſt cathartica vulgaris. Homonymia hìc magnas peperit tenebras & aberrationes, quas vir ſummus diſcutere conatur. Caſiam ergo aromaticam vult eſſe corticem frutici detractum, *Cinnamomum* verò ipſum ſurculum fruticis aromatici unà cum cortice. Ac ſanè קנה & קנמון ſunt ſine dubio adfinia, certè nomine tenus. Sunt qui diſtinguant, ſunt qui confundant eum fruticem, ex quo cortex detractus vocatur *Caſia fiſtula*, à planta, quæ Cinnamomum vocatur, ſed planè diverſa ab hodierna noſtra *Cannella*, quam vult eſſe eandem ac Caſiam illam Aromaticam *Salmaſius.* Vide quæ habet hac de re in *Homonym. Hyles Jatricæ* Cap. XCIV. ubi agit de Cinnamome & Caſia. Hìc diſtingui omnino videntur plantæ *Cannæ* & *Cinnamomi*, ſed poſterius, ſi *Salmaſio* credimus, nunc eſt ignotum. Satis nobis eſt, hoc loco, plantas eſſe aromaticas, cum quibus confertur proles futura Sponſæ.

Arboribus thuriferis] עצי לבונה *hatſe lebonah*, arboribus thuris. Arboris thuriferæ forma ignota erat Romanis, tempore *Plinii*, ut videre licet ex Lib. XII. c. 14. ubi multis de thure agit. Intima, nempe, Arabia à nemine, niſi ab indigenis adiri ſolebat. Hæc verba innuere videntur non unum eſſe thuriferarum arborum genus. LXX. Intt. ξύλων τοῦ Λιβάνου. *Hieronymus: lignis Libani.* Sed nomen montis eſt לבנון *lbanon*, thuris verò לבונה *lbonah.*

Myrrha] Arbor Arabica, quam deſcribit *Plinius* eodem Libro Cap. XV.

Aloë] אהלות *ahaloth.* De quo diximus ad Pſ. XLV, 9. LXX. Intt. hìc ἀλὼθ, *Aquila:* ἀλωθ. *Symmachus:* θυμίαμα, communi omnium aromatum nomine. Sed eſt hìc arbor & quidem ſingularis.

Præcipuis aromatibus] ראשי בשמים *raſche bſchamim*, capitibus aromatum. LXX. Intt. πρώτων μύρων, & Vulgatus: *primis unguentis*, incommodè, nam בשמים ſunt *aromata*, שמנים *ſchmanim*, unguenta.

15. *Fons es hortorum*] Hic, ut verſ. 1. & ſeqq.

Digitized by Google

SPONSUS.

1. VEni ad hortum meum, ſoror mea *&* ſponſa, collegi myrrham, cum aromate Caput
meo, comedi favum meum, cum meo melle, bibi vinum meum cum lacte; V.
comedite, amici, bibite & inebriate vos, mihi cariſſimi.

SPONSA.

2. Ego quidem dormiebam, ſed animus meus vigilabat; *cùm audita eſt* vox amantis
mei pulſantis, *& dicentis*; aperi mihi, ſoror mea, amica mea, columba mea, perfec-
ta mea, nam caput meum plenum eſt rore & cincinni mei guttis noctis.
3. *Ego verò*,
exui, *inquiebam*, ſtolam meam, quomodo eam induam? lavi pedes meos, quomodo eos
inqui-

ſeqq. eſt coacervatio ſimilitudinum, & quidem auribus noſtris duriorum; ſed apud Orientales populos gratarum & frequentium. *Ovidius* Metam. Lib. XIII. verſ. 789. & ſeqq. Polyphemum paſtorem, ſed dicendi rudem, ſic inducit blandientem Galateæ, ut ſimilitudines ſimiliter coacervet, eáſque ruſticas, certè auribus Latinis:

Candidior nivei folio, Galatea, liguſtri,
Floridior pratis, longâ procerior alno,
Splendidior vitro, tenero laſcivior hœdo,
Lævior aſſiduo detritis æquore conchis,
Solibus hibernis, æſtivâ gratior umbrâ
Nobilior pomis, platano conſpectior altâ,
Lucidior glacie, maturâ dulcior uvâ,
Mollior & cygni plumis & lacte coacto,
Et, ſi non fugias, riguo formoſior horto.

Defluentis è Libano] נזלים *nozelim.* LXX. ῥοιζοῦντος ἀπὸ τοῦ Λιβάνου. Vulgatus: *quæ fluunt impetu de Libano*: Nec deſunt loca, quibus hæc ſignificatio convenit, ut Jud. V, 5. Eſaiæ LXIII, 19 Aqua defluens è Libano dicitur *viva*, quia numquam deeſt propter nives, rores & nebulas jugis ſummis incumbentes, quibus aqua perpetua fontibus ſuppeditatur.

16. *Excitare Aquilo* &c.] Quaſi venti aromaticas plantas perflantes earum odores veherent ad nares tranſeuntium. Quod ut in Arabia, ſic in horto aromatibus referto non fieri non potuit. Vide ad Gen. XXVII, 27.

Fluant aromata ejus] Hoc eſt, emittant odores, vel reſinas odoratas, ut nardi, myrrhæ, & arborum thuriferarum.

Fructum ſuum delicioſum] פרי מגדיו *phri mgadau*, fructum deliciarum ejus. Vide ad verſ. 13.

C O M M E N T A R I U S

In Caput V.

1. C*Ollegi myrrham*] Hoc eſt, ευκτὺ excepi. Vide *Plinium* loco antea laudato.

Cum aromate meo] Cum aliis aromatibus eodem tempore maturis.

Comedi favum meum &c.] Deguſtavi, & bonam deprehendi, mélque mecum & lac comeſuros voco. LXX. Intt. pro *favo* יערי *jahri*, habent: ἄρτον perperam. *Symmachus* rectius: δρυμὸν, & Vulgatus: *favum.*

Inebriate vos] Liberaliùs mecum vos invitate.

Cariſſimi] דודים *dodim.* LXX. Intt. ἀδελφοὶ, *Symmachus*: ἀδελφιδοὶ, *Aquila*: ἑταῖροι, Vulgatus, quem ſequuti ſumus, *cariſſimi.*

2. *Ego quidem dormiebam*] Hoc eſt, ego quidem dormituriebam.

Animus meus vigilabat] ולבי ער *velibbi her*; hoc eſt, *cor meum vigilans*, ſeu varias animo etiamnum cogitationes verſabam.

Cùm audita eſt] Hæc Latinè loquentes addidimus, ſed inelegans non eſt hîc elliptica oratio auribus Hebraïcis, βραχυλογίᾳ adſuetis.

Soror mea] Vide ad verſ. 4 C. IV.

Columba mea] Vide ad C. II, 14.

Perfecta mea] תמתי *thammathi*, quod non tam immaculatam interpretor, quàm omni dotum genere cumulatam

Nam caput meum plenum eſt rore] Nemo, credo, putet Salomonem Regem capite aperto per rorem nocturnum ambulaſſe. Fictio eſt, eáque elegantiſſima, quam ſequutum eſſe *Anacreontem*, ſi Salomonis ſcripta legiſſet, putaremus; apud quem Od. III. media nocte Amor

Θυρέων ὕποτ᾽ ὀχῆας

forium pulſabat repagula, & inter quem, & ſe dialogiſmum hunc fingit:

Τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;
Κατά μευ σχίσας ὀνείρους.
Ὁ δ᾽ Ἔρως, ἄνοιγε, φησί,
Βρέφος εἰμὶ, μὴ φόβηθαι·
Βρέχομαι δὲ, κἀσέληνον
Κατὰ νύκτα πεπλάνημαι.

Quis, inquam, fores pulſat? interpellas ſomnia mea. Amor verò, aperi, inquit, puer ſum, ne timeas; pluviâ autem madeo, & illunem per noctem erravi.

Et cincinni mei guttis noctis] קוצותי רסיסי לילה *kvutsfothai rſiſe lailah.* Vox קוצות *kvutsſoth*, aut fortè *koutſoth*, aptiùs quoad litteras deduceretur à קוץ *tædio laborare*, quam à קצץ *tondere crines* cujus ſignificatus rei aptior. Sed fortè קץ à verbo affini ſignificationem interdum mutuabatur, ut alia multa. Significantur βόστρυχοι, ut habent LXX. Intt. qui *cincinni* ſic Hebraïcè vocantur, quod adtonderi ſoleant. *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 2 Lib. II. c. 10. *antias*, ſeu fronti imminentes crines interpretatur, ex Arabiſmo. Sed totam cæſariem ſignificari res ipſa oſtendit.

3. *Lavi pedes meos*]. Quandoquidem tibialia tum

inquinabo? 4. At amaſius meus immiſit manum ſuam, per foramen *oſtii*, & viſcera mea propter eum commota ſunt. 5. Surrexi ego, ad aperiendum amaſio meo, manus meæ ſtillaverunt myrrham & digiti mei myrrham puram per peſſuli cavitates. 6. Aperui amaſio meo, *ſed* amaſius meus ſubduxerat ſe *ac* tranſierat, animus meus extra me erat, cùm loqueretur, quæſivi eum, nec inveni, vocavi, nec mihi reſpondit. 7. Inciderunt in me vigiles, qui urbem circumeunt, verberarunt me ac vulnerarunt, abſtulerunt à me velum meum cuſtodes murorum. 8. Jurejurando adigo vos, puellæ Jeroſolimitanæ, ſi inveneritis illum, ut ei nuncietis me amore *ejus* languere.

JERO-

tum erant ignota, nec niſi levi calceo pes tectus erat, facilè pulvis pulverulentarum platearum poterat fœdare pedes iis, qui foras proceſſerant. Quare abluebant pedes cubile petituri, non minus ac menſæ adcubituri.

Quomodo eos inquinabo?] אטנפם *atannephem*, quoad verbum hoc tantum loco legitur in Hebraïcis libris, ſed frequens eſt apud Chaldæos.

4. *Immiſit manum ſuam*] Januæ Veterum non claudebantur, ut noſtræ, nec poſſunt hæc intelligi, niſi paucis rem aperiamus, quam copioſiſſimè perſequutus eſt *Claud. Salmaſius* ad Solinum p. 659. Ed. Ultr. & pluribus ſequentibus, ſed & ante eum *Iſ. Caſaubonus* ad *Æneæ* Tactici Cap. XVIII. Ex utroque id, quod ad rem noſtram facit, mutuum accipiemus, additis quæ deeſſe videntur. Valvis clauſis opponebatur tranſverſarius vectis, ſive μοχλὸς, qui poſtibus hinc, aut inde adhærebat, ut tamen adtolli poſſet, niſi *glans* ſeu βάλανος adderetur. Erat, nempe, ut videtur, foramen in vecte, in quod injiciebatur glans ferrea, quâ ita jungebatur valvis, ut non poſſet adtolli; quod ita factum crediderim, neque enim viri magni rem ſatis expediunt. Fibula, nimirum, fuit impacta valvis, ita ut evelli non poſſet, quæ in foramen vectis immittebatur; néve vectis amoveretur, fuit alterum foramen in vecte, quod prius foramen ad perpendiculum ſecabat. Vocabatur id βαλανοδόκη, quia in id glans ferrea demittebatur, ita ut fibulam ſimul permearet, valviſque vecti conjungeret; quæ glans non poterat extrahi, niſi ope βαλανάγρας, quæ videntur incidiſſe in foramen aliquod, quod erat in ſuperiore parte glandis; cui ita committebatur (quomodocumque hoc fieret) ut βαλανάγρα ſurſum tracta βάλανον ſecum adtraheret; quâ ſublata tranſverſaria vectis è fibula extrahebatur, & valvæ patebant. Si nullum foramen in valvis fuiſſet, potuiſſent quidem qui intus erant & βαλανάγραν habebant, fores apetire; ſed extrinſecus venientibus ita clauſæ fuiſſent, ut, niſi intrinſecus aperirentur, aditus nullus daretur, niſi foribus perfractis. Verùm in foribus erat foramen ſupra vectem, ut rectè animadvertit *Salmaſius*, per quod immitti manus poterat, ut demiſſâ in glandem βαλανάγρᾳ glans extraheretur, poſteaque eadem manu vectis pulſus amoveretur è fibula & dejiceretur. Quia verò de eo foramine hîc ſermo eſt, rem probabimus inſigni loco *Apuleii* pleniùs prolato, quàm fecit vir magnus. Sic ergo ille Lib. IV. p. 69 Ed. Pricæi de latronibus, qui nummularii ædes probè clauſas ingredi noctu & ſpoliare cupiebant: *noctis initio, foribus ejus præſtolamur, quas nec ſublevare, neque dimovere, ac nec perfringere quidem nobis videbatur; ne valvarum ſonus cunctam viciniam noſtro ſuſcitaret exitio. Tunc itaque ſublimis ille vexillarius noſter Lamachus, ſpectatâ* (l. ſpectatu) *virtutis ſuæ fiducia, quâ* CLAVI IMMITTENDÆ FORAMEN *patebat*, ſenſim immiſſâ *manu, clauſtrum evellere geſtiebat*; hoc eſt, vectem amovere, ſi fortè glans non eſſet βαλανοδόκῃ, incuriâ heri, aut ſervorum, immiſſa. Sequentia oſtendunt à Lamacho totum brachium intromiſſum fuiſſe, per id foramen, ſic enim pergit *Apuleius*: *Sed dudum*, ſcilicet, *omnium bipedum nequiſſimus Chryſeros vigilans & cetera ſimul ſentiens, lenem gradum & obnixum ſilentium tolerans, paullatim adrepit, grandique clavo, manum ducis noſtri repente, niſu fortiſſimo, ad oſtii tabulam affigit; & exitiabili nece patibulatum relinquens, gurguſtii ſui tectum adſcendit* &c. Jam hinc intelligere licet, cur Sponſus, domum Sponſæ clauſam inveniens, nec à Sponſa intromiſſus, dicatur *immiſiſſe manum ſuam per foramen*, aut *è foramine*, nam eſt Hebraicè שלח ידו מן החור *ſchalabh judo min habbor*. Volebat, nimirum, ſi fortè poſſet, vectem amovere.

Viſcera mea propter eum commota ſunt] מעי המו עליו mehai hamou halau, *viſcera mea tumultuata ſunt propter eum*. LXX. Intt. ἡ κοιλία μου ἐθροήθη ἐπ᾽ αὐτόν. Vulgatus: *venter meus intremuit ad tactum ejus*. Sed rectiùs *Symmachus*: τὰ ἔντερά μου ἐταράχθη, nam מעים *mebajim* ſunt *viſcera*, non *venter*; nec Sponſus, clauſâ januâ & immiſſâ foramini oſtii manu, quidquam tangere potuit præter obicem, ſeu vectem. Audivit Sponſa ſonitum vectis, quem quatiebat Sponſus, ut videret an peſſulus, ſeu glans ei ineſſet, eóque ſonitu ſurrexit, ſed ſerò. Eſaias LXIII, 15. ad exprimendam commotionem viſcerum, uſus eſt voce המון hammon, *tumultus*.

Stillaverunt myrrham] Quaſi Sponſus myrrhâ madefeciſſet digitos, eâque, dum obicem tractat, βαλανοδόκην unxiſſet; unde factum, ut digitos ſuos Sponſa etiam madefactos ſenſerit, cùm βάλανον extraheret.

Myrrham puram] מור עבר mor hober, *myrrha tranſiens*. LXX. Intt. σμύρναν πλήρη, Vulgatus: *probatiſſimam*. Propriè eſt quæ inter Myropolas *tranſit*, hoc eſt, recta habetur, non corrupta, aut adulterata, ut Gen. XXIII, 16. כסף עבר *argentum tranſiens* dicitur probum argentum, ut bene obſervavit *Lud. Cappellus*. Vide not. ad locum Geneſeos.

Per peſſuli cavitates] על כפות המנעול *hal chapphoth hammanhoul*. כף *chaph* quamvis *cavitatem* ſonat, ut notum eſt. מנעול *manehoul*, hoc eſt, *clauſtrum*, vocavimus βάλανον ſeu *peſſulum*, βαλανοδόκη clauſum.

6. Sub

JEROSOLIMITANÆ PUELLÆ.

9. Quid habet amans tuus, præ *alio* amante, ô pulcra inter mulieres, quid habet amans tuus præ *alio* amante, ut ſic nos jurejurando adigas?

SPONSA.

10. Amasius meus *eſt* candidus, & rubicundus, *idémque* inſignior decem millibus. 11. Caput ejus eſt aurum obrizum, cincinnique criſpi, & nigri inſtar corvi. 12. Oculi ejus *ſunt* ut *oculi* columbarum, ad rivos aquæ abluentium ſe lacte, & inſidentium ad plenum alveum. 13. Maxillæ inſtar areolæ aromatiſ ferarum *arborum*, *ut* arboretum *plantarum*

6. *Subduxerat ſe*] חמק *hhamak*. LXX. Intt. παρῆλθε, quod ad ſequens verbum עבר *habar*, tranſiit, refertur, hoc verbo omiſſo, quod non intelligebant. *Aquila*: ἔκλινε, quod ſequutus Vulgatus expreſſit: *declinaverat*. *Symmachus*: ἀπονεύσας παρῆλθεν. Jerem. XXXII, 22. in Hithpaël, תתחמקין thithhhammakin, eſt *ſubduces te*. At infra C. VII, 2. חמוקי ירכים hhammouke jerachajim, ſunt *commiſſuræ femorum*, in Iſchio vel in Genu, ut bene *Cappellus*; quâ duplici juncturâ peragitur & dirigitur inceſſus, unde verbum non ineptè conjicit eſſe circumagere crura ad inceſſum. Adde & eo modo ſe ſubducere è loco, in quo erat, quod ſententia hîc poſtulat.

Animus meus extra me erat] *Anima mea exiverat*. Galli: *j'étois hors de moi même*.

7. *Inciderunt in me vigiles*] *Invenerunt me cuſtodes*, ut ſuprà Cap. III, 3. Supplendum ante hæc, eam exiviſſe ædibus, ut in omnibus brevioribus narrationibus multa ſubaudienda.

Verberaverunt me &c.] Quaſi fuiſſet meretrix vaga. Hîc non obſervatur τὸ πρέπον in perſona Reginæ noctu per vias Regem inquirentis & verberatæ ab excubiis; verùm hoc fieri videtur, ut vehementia amoris oſtendatur. Non eſt de Orientalium Idylliis, è Græcorum & Latinorum Idylliorum moribus, judicandum. Multa audent, quæ Græcis & Romanis negata.

Velum meum] רדידי *redidi*. LXX. Intt. τὸ θέριστρον, Alius: τὸ κάλυμμά μου. Vulg. *pallium*. Eſt velum, de quo diximus ad Gen. XXIV, 64.

8. *Jurejurando adigo vos* &c.] Ut ſupra C. II, 7.

Me amore ejus languere] *Quòd ægra amoris ego*. Vide Cap. II, 5.

9. *Quid habet amans tuus*] מה דודך מדוד mah dodech middod, *quid amaſius tuus plus quàm amaſius*; quid eſt in eo tam eximium, ut magis eum depereas, quàm ceteræ mulieres amantes ſuos?

10. *Amans meus candidus & rubicundus*] Qua in re ſimilis erat Salomon Davidi patri. Vide 1. Sam. XVI, 12. Pro *candido* LXX. Intt. habent λευκός; Hebraïcè eſt צח, quod λαμπρὸν vertit *Symmachus*. Candidum ſignificat Lam. IV, 7. ſed cum *candore* non pugnat *ſplendor*, poſſuntque unà conjungi. אדום *adom*, etiam non tantùm *rubicundus* verti queat, ſed etiam *nitens*, aut *candens*. Vide not. ad Levit. XIII, 14.

Inſignior decem millibus] דגול מרבבה *dagoul merbabah*. LXX. Intt. ἐκλελοχισμένος ἀπὸ μυριάδων. *Aquila*: ἐκλελεγμένος, *Symmachus*: ἐπίλεκτος, Vulgatus: *electus*. Cùm דגל *degel* ſit ſignum militare, quo diſtinguitur centuria, aut cohors, ab aliis, exiſtimavimus eos rectè vertere, qui דגול *dagoul*, ſequente מן min *inſigniorem* vertunt, hoc eſt, faciliorem agnitu decem millibus aliis viris. Atque hoc res ipſa poſtulat.

11. *Caput ejus eſt aurum obrizum*] ראשו כתם פז *roſcho chethem phaz*. LXX. Intt. χρυσίον κεφάζ, *Aquila*: λίθιον τοῦ χρυσίου, *Symmachus*: χρύσιον, vel ὡς λίθος τίμιος. V. Ed. ἐπίσημος χρύσῳ. Vulgatus: *aurum optimum*. Nos *obrizum* vertimus, ut alibi, cùm de auro puro agi videatur, non quod nobis conſtet, quid propriè voce ea ſignificetur. *Caput* autem confertur *auro* non colore, ſed pulcritudine.

Cincinnique] קוצותיו kvuttſothau, *ut antea*, verſ. 2.

Criſpi] תלתלים *thalthallim*. LXX. Intt. βόστρυχοι αὐτοῦ ἐλάται, hoc eſt, *abietes*. Vulgatus: *ſicut elatæ palmarum*, quia ἐλάτη *corticem palmarum* ſignificat. *Lud. Cappellus*, vult eſſe à תל *thel*, quod *cumulum* ſignificat, ut ſint crines criſpi, quaſi in tumulos collecti; aut ex interpretationibus adlatis ſimiles involucro palmarum, quod *criſpaturam capillorum* referre ait. Malim תלתל *thalthul* dici cæſariem criſpam, quod in ea *pendeant* crines; hoc eſt, non capiti adplicati ſint, ut crines non criſpi, ſed penduli, atque in annulos collecti. תלה *thaluh* certè eſt *pependit*, & reduplicatio radicalium oſtendit agi de crinibus qui valde pendent in aëre, nec adhærent quaſi glutine, per totam longitudinem, capiti.

Nigri inſtar corvi] Comparatio frequens, ad colorem valde nigrum ſignificandum. Vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. 2. Lib. II. C. X.

12. *Ut oculi columbarum*] כיונים *chejonim*, pro כעיני יונים chehene jonim, *ut oculi columbarum*, ſicut C. I, 15.

Ad rivos aquæ abluentium ſe lacte] *Lac* hîc dicitur aqua limpida, nec ullo luto turbida, pura inſtar lactis recens è vaccæ uberibus excepti; neque enim

> *Flumina tunc lactis, tunc flumina nectaris ibant.*

Ad plenum alveum] על מלאת hal milleth, *ad plenitudinem*.

13. *Inſtar areolæ aromatiferarum arborum*] כערוגת הבשם chabarougath habboſchem, *ut area aromatis*. Sic & C. VI, 2. LXX. Intt. φιάλαι, aut, ut emendabat *Grabius*, φυταλίαι τοῦ ἀρώματος. Vulg. *areolæ aromatum*. Sic priùs *Aquila*: πρασιαὶ τοῦ ἀρώματος. Significatione hac occurrit vox Ezek. XVII, 7, 10. Intelligitur plantaria aromatiferarum arborum ordine conſitarum; quod

Digitized by Google

tarum odoriferarum, & labia ejus myrrham puram ſtillant. 14. Manus *ſunt ut* annuli aurei, quibus ſunt inſerti hyacinthi; viſcera ejus nitent, ut ebur tectum Sapphiris. 15. Crura *inſtar* columnarum marmorearum, quæ fulciuntur baſibus obrizi. Adſpectus ejus *quaſi* Libani, eximiúſ*que* inſtar cedrorum. 16. Palatum ejus *plenum eſt* dulcedine, & totus ipſe amabilis. Ejuſmodi eſt amaſius meus, ejuſmodi amicus meus, ô puellæ Jeroſolimitanæ.

JEROSOLIMITANÆ PUELLÆ.

17. Quo abiit amaſius tuus, ô formoſa inter mulieres, quò ſe convertit amaſius tuus, *eúmque* unà tecum quæremus?

SPONSA.

Caput VI. 1. AMASIUS meus deſcendit in hortum ſuum, ad areas aromatiferarum *arborum*, ut

quod referri videtur ad dentes. Ergo nomen generale בשם boſchem, *aroma*, ſignificat non tantùm aroma ipſum, ut thus, myrrham, & ſimilia, ſed etiam arbores, è quibus aroma colligitur: ut nomina ſingularium aromatum, utrumque etiam amplectuntur, ut נרד *nardus*, מור *myrrha*, לבונה *thus* & alia.

Ut arboretum plantarum odoriferarum] מגדלות מרקחים *migdeloth merkahhim*. Poſterior quidem vox eſt propriè *unguenta*, ſed hic ſumitur pro planta aromatifera, quæ gummi, corticem, florem, aut fructum ſuppeditat, quo fiunt unguenta, ut antea בשם ejuſmodi arborem ſonat. Vox verò prior מגדלות perinde eſt, ac *plantaria*, in quibus creſcunt גדלו *gadelou* plantæ odoratæ. Hinc LXX. Intt. φύουσαι μυρεψικά, quaſi legiſſent מְגַדְּלוֹת *quæ faciunt creſcere*, & retuliſſent hoc participium ad ערוגות, quod anteceſſit. Fortè rectè. *Hieronymus* minùs benè: *conſitæ à pigmentariis.*

Myrrham puram] Tranſeuntem, ut verſ. 5. LXX. Intt. iterum σμύρναν πλήρη, *Aquila:* ἐκλεκτὴν, *Symmachus:* πρωτείαν. Vulgat. *primam.* Sermonum Sponſi ſuavitas ſignificatur.

14. *Quibus ſunt inſerti hyacinthi*] ממלאים בתרשיש *memullaim batttharſchiſch*, impleti in tharſis; hoc eſt, quorum palæ ſunt refertæ lapide, qui Tharſis vocatur. LXX. Intt. vocem Hebraïcam θαρσὶς retinuerunt. *Symmachus:* πλήρεις ὑακίνθου, quod ſequutus eſt *Hieronymus.* VI. Edit. χρυσολίθου. Hæc duo genera gemmarum conjungit *Plinius* Lib. XXXVII, c. 19. aſtque ex India advecta, unde fit credibile *Tharſis* dictam gemmam ab Indica Tharſiſia: *Hyacinthos Æthiopia mittit & Chryſolithos aureo fulgore tranſlucentes. Præferuntur iis Indicæ, &, ſi variæ non ſint, Tibarenæ.*

Viſcera ejus nitent] מעיו עשת שן *mehau beſcheth ſchen*; viſcera ejus nitor eboris. Hîc *viſcera* vocantur externa facies pectoris & ventris intra quæ viſcera continentur; eáque ſpecies nitet, cùm pinguis eſt. Vide Jerem. c. V, 28.

Tectum Sapphiris] מעלפת ספירים *mehullepheth ſapphirim.* Oportet ut aliquando eburneis quibusdam ornamentis Sapphiri adderentur, réſque oculis Orientalium tunc placeret. LXX. habent hîc: κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου, quod quid ſibi velit non ſatis intelligo. Vulgatus: *venter ejus eburneus diſtinctus ſapphiris.* Hujuſmodi comparationes non ſunt ad vivum reſecandæ.

15. *Adſpectus ejus, quaſi Libani*] Hæc videntur ad proceram ſtaturam Salomonis deſcribendam pertinere. Sunt verba, Orientalium more, ὑπερβολικὰ, nec aliter capienda quæcumque modum excedunt. Ex ejusmodi loquendi generibus nata eſt fabula de Gigantibus, unde *Homerus* de Polyphemo Odyſſ. I, 190.

Καὶ γὰρ θαῦμ' ἐτέτυκτο πελώριον· οὐδὲ ἐῴκει
Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι
Ὑψηλῶν ὀρέων, ὅτε φαίνεται οἶον ἀπ' ἄλλων.

Etenim monſtrum erat ingens, neque ſimile homini frumento veſcenti, ſed vertici ſilvoſo excelſorum montium, quando ſolum ſeorſim ab aliis cernitur.

Eximiúſque inſtar cedrorum] בחור כארזים bahhour chaarazim, *electus ut cedri*; hoc eſt, præ ceteris eminet, ut cedri inter arbores alias. Sic & *Virgilius* Æn. Lib. III, 679.

——— *quales cùm vertice celſo*
Aëriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi
Conſtiterant, ſilva alta Jovis, lucúſve Dianæ.

16. *Palatum ejus plenum eſt dulcedine*] חכו ממתקים hhiccho mamthakkim, *palatum ejus dulcedines.* LXX. Intt. φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμοί. Vulgatus: *guttur ejus ſuaviſſimum.* Hæc iterum de dulci eloquio capienda, eadem enim, aliter expreſſa, ſæpiùs repetuntur, apud Hebræos.

Totus ipſe amabilis] כלו מחמדים *chullo mahhamadim*, hoc eſt, *totus deſiderabilis*, ut habet *Hieronymus*, ſeu amabilis, nam cupiditas & amor miſcentur.

COMMENTARIUS
In Caput VI.

1. AD *areas aromatiferarum arborum*] Vide ad C, 13.

3. *Inſtar Thirtſæ*] Thirtſæ habitavit primùm Jerobohamus, ut videre eſt 1. Reg. XIV, 17. In qua Tribu ſita fuerit non conſtat, ſed cùm Ephraïmita eſſet Jeroboamus, fuiſſe eam in agris

ut paſceret in hortis, útque lilia colligeret. 2. Ego ſum amaſio meo, & mihi amaſius
meus, paſcens inter lilia.

SPONSUS.

3. Pulcra es, amica mea, inſtar Thirtſæ, decora ut Jeroſolima, metum *ſpectanti-
bus* creas, ut *cohortes* vexillis diſtinctæ. 4. Averte oculos tuos à me, nam me ſuperbum
faciunt. Coma tua eſt inſtar *lanæ* gregis caprarum, quæ è Galahado monte veniunt.
5. Dentes tui ut grex ovium, quæ è lavacro adſcenderunt, omnéſque gemellæ, nec
ulla ex iis orba. 6. Ut fragmentum mali punici *utrúmque* tempus tuum, extra velum
tuum. 7. Sexaginta ſunt *mihi* Reginæ, octoginta concubinæ & puellæ ſine numero.
8. Una eſt columba mea, perfecta mea unica eſt matri ſuæ, pura eſt genitrici ſuæ. Vi-
derunt eam puellæ, & beatam prædicarunt Reginæ & pellices atque laudarunt. 9. Quæ-
nam eſt illa, quæ ſpectatur ſicut aurora, *quæ* pulcra eſt ut luna, pura ut Sol, & quæ
metum creat, ut *copiæ* ſub vexillis? 10. Ad hortum nucis deſcendi, ut viderem fructus
vallis, ánve florem emiſiſſet vitis, & mala punica floruiſſent. 11. Non novi *qui* anima
mea

gris Ephtaïmi credibile eſt. Mirum eſt à viro doctiſſimo, qui *Palæſtinam Illuſtratam* haud ita pridem edidit, prætermiſſam hanc urbem, nec verbulo ullo commemoratam. Ab ea deinde Rex Homris ſedem regiam in montem Somronem tranſtulit, unde *Somron*, aut Samaria caput regni facta eſt. Vide 1. Reg. XVI, 23, 24. Videtur amœna urbs fuiſſe, quandoquidem cum ea confertur Sponſa. Nec nomen à re abludit, unde LXX. Intt. verterunt hîc: ὡς εὐδοκία, *Aquila*: κατ' εὐδοκίαν, *Symmachus*: εὐδοκητὴ, V. Ed. ὡς εὐδοκοῦ, & *Hieronymus*: *ſuavis*. Mirum eſt eos, vel ex ſequentibus verbis, non ſenſiſſe nomen eſſe oppidi, cùm præſertim תרצה, quaſi nomen adpellativum nuſquam occurrat; nam εὐδοκία dicitur רצון *ratſon*, nec aliud eſt derivatum à verbo רצה, præter hoc.

Metum ſpectantibus creas &c.] אימה כנדגלות ajjumah channidgaloth, *terribilis ut vexillis diſtinctæ*. LXX. Intt. θάμβος ὡς τεταγμέναι, quibus alius Interpres addidit παρατάξεις, *Symmachus*: ἐπίφοβος ὡς τάγματα παρεμβολῶν, *Hieronymus*: *terribilis, ut caſtrorum acies ordinata*. Sed נדגלות ſunt tantum vexillis, aut ſignis diſtinctæ. Τεταγμέναι dicerentur ערוכות *barouchoth*. Hic *terribilis* dicitur Regina cujus conſpectus reverentiam in animis ſpectantium parit.

4. *Me ſuperbum faciunt*] הרהיבני *hirhibouni*. LXX. Intt. ἀνεπτέρωσάν με. *Hieronymus*: *me avolare fecerunt*. Sed tralaticio ſenſu ἀναπτεροῦν dicunt Græci, pro eo quod eſt *ſpem addere*, *audaciorem facere*, & ſic intelligendi LXX. Intt. Verbum hoc, apud Hebræos, eſt *ſuperbiorem facere*, ut Eſaï. III, 5. Vellet ergo Sponſus, ſibi blandos Sponſæ oculos audaciam facere. Non diſſimulabo tamen ex Syriſmo & Arabiſmo, ut oſtendit *Valent. Schindlerus*, poſſe verti: *terrent me*, aut *turbant me*; quæ ratio vertendi proximè ſuperioribus verbis congruere videtur, & referri queat ad tempora, quibus Sponſa iraſcebatur Sponſo, ideóque Sponſus dicat *averte oculos à me*.

Coma tua &c.] Hæc ad finem verſûs 6. jam interpretati ſumus ad Cap. IV, 1. & ſeqq. ubi hæc eadem verba habentur.

7. *Sexaginta ſunt mihi Reginæ*] ששים המה מלכות *ſchiſchim hemmah mlachoth*. Hîc pronomen, ut alibi paſſim, obtinet vim verbi ſubſtantivi. Sed ſupplendum neceſſariò eſt pronomen לי li *mihi*. Sponſus enim *ſibi*, non aliis, tot dicit eſſe Reginas & Concubinas. Tot uxores habere, totque pellices, vetante Lege Divinâ Deut. XVII, 17. rémque etiam jactare, ſapientis non fuit; hoc tempore tamen nondum ad extremam inſaniam, in hoc negotio, devenerat Salomo, ut liquet ex 1. Reg. XI, 1. & ſeq. ubi ſeptingentæ ei fuiſſe uxores principes & trecentæ pellices dicuntur.

8. *Una eſt*] אחת היא *una illa*, pro, una eſt. Formâ ceteras omnes ſuperat. Attamen hac ductâ, multas adhuc alias duxit.

Pura eſt genitrici ſuæ] ברה היא brah hi, *pura illa*, aut *electa illa*, ἐκλεκτὴ, ut habent LXX. Intt. & Latinus. Prius tamen prætulerim, quia quæ *unam* habet, non poteſt eligere. Vide Job. XI, 4. Pſ. XXIV, 4. LXXIII, 1.

9. *Quæ ſpectatur ſicut aurora*] הנשקפה כמו שחר *hanniſchkaphah chmo ſchahhar*, LXX. Intt. ἐκκύπτουσα, Alius: ἀναβαίνουσα. Vulg. *quæ progreditur*. Sumitur quidem ſæpe hoc verbum activo ſenſu, at hîc paſſivo, prout fert Analogia conjugationis Niphal, ſumi mallim. Satius eſt enim dicere *ſpectari* Sponſam *inſtar auroræ*, quæ, æſtivo præſertim tempore, gratiſſimum eſt oculis ſpectaculum; quàm Sponſam *inſtar auroræ* proſpicere alios.

10. *Ad hortum nucis*] אל גנת אגוז *el ginnath egoz*. Hortus fuit Salomonis, hoc nomine, ubi præcoces videntur fuiſſe fructus. Ad nuces tamen quod adtinet, ſeriùs folia emittunt & frigidius cœlum amant; ſed potuerunt etiam illic coli, quamquam feliciùs in Galilæa proveniebant. *Joſephus* de B. J. Lib. III. c. 35. In Græcis, de Galilææ parte, ad Geneſareticum lacum: οὐδὲ γὰρ αὐτὴ τι φυτὸν ἀρνεῖται, διὰ τὴν πιότητα, καὶ πάντα πεφυτεύκασιν οἱ νεμόμενοι· ὁ δὲ ἀὴρ εὔκρατος, ἁρμόζει καὶ τοῖς διαφόροις· καρύαι μέν γε φυτῶν τὸ χειμεριώτατον ἄπειροι τεθήλασιν ἔνθα φοίνικες οἱ καύματι τρέφονται, συκαῖ τε, καὶ ἐλαῖαι πλησίον τούτων αἷς μαλθακώτερος ἀὴρ ἀποδέδεικται: *neque enim ulla ei arbor negata, propter qualitatem ſoli, & totam iis perplantarunt qui eam incolunt; cœli enim recta temperies convenit diverſis etiam arboribus. Nuces, enim, quæ inter arbores maximè frigoribus gaudent, innumeræ floreſcunt, ubi palmæ, quæ æſtu aluntur, & ficus & oleæ, quibus mollior aër deſtinatur.* Sunt qui hæc putent à Sponſa dici, cujus tamen rei nullum in verbis indicium; omnia enim æquè conveniunt Sponſo.

11. *Non novi qui anima mea me fecerit*] לא ידעתי

Bbbbb

mea me fecerit *inſtar* quadrigarum Hammi-nadibi.

JEROSOLIMITANÆ PUELLÆ.

[11]. Revertere, revertere, ô Sulamis, revertere, revertere, nóſque te intuebimur.

SPONSA.

Quid videbitis in Sulamitide, *vos quæ eſtis* ut chorus caſtrorum?

SPON-

ידעתי נפשי שמתני *lo jadahthi naphſchi ſchamathení.* Subaudin איך *ecb*, quomodo. Sententia eſſe videtur: neſcio quo animi impetu (nam נפש quamvis animi libidinem ſæpe ſignificat) factus ſim inſtar quodrigarum &c. שום *ponere* ſæpe perinde eſt ac *facere*.

Inſtar quadrigarum Hammi-nadibi] *Poſuit me quadrigas*; id eſt, *fecit*, ficut jam dixi, *ut eſſem inſtar quadrigarum*, aut currûs. Voces עמי-נדיב *hammi-nadib*, pro nomine proprio cepimus, ut *Hammi-nadab.* Verùm eſt hîc neſcio quid παροιμιῶδες, quod non ſatis adſequimur. LXX. Intt. verterunt: οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου ἔθετό με ἅρματα Ἀμιναδάβ. *Aquila:* οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου...... ἅρματι λαοῦ ἐκουσιαζομένου ἄρχοντος. *Symmachus:* οὐκ οἶδα, ἡ ψυχή μου ἐπόρευσέ με ἅρματι λαοῦ τοῦ ἡγεμόνος. Vulgatus: *neſcivi, anima mea conturbavit me, propter quadrigas Aminadab.* Quæ omnia aut nullam, aut duriorem ſententiam pariunt. Conjecerim, ſi modò in re tam obſcura conjicere licet, Sponſum reſpicere ad id quod fecerat, cùm pulſato Sponſæ oſtio, nec eâ ſibi confeſtim aperiente, aufugerat, ſéque quærendum ei, non ſine moleſtia, præbuerat; & ſubitum animi impetum, quo in fugam actus erat, ab eo conferri cum quadrigis neſcio cujus *Hamminadibi*, quæ equis innato impetu aliquando procul aufugerant, invito aurigâ, aut etiam volente. Innumera ſunt, in omnibus Linguis, dicta παροιμιώδη, ex iis quæ nonnullis hominibus contigerant deſumta; quarum rerum ignoratio maximam illis dictis obſcuritatem creat.

12. *Revertere* &c.] Hinc intelligere eſt Sponſam offenſam induci fugâ Sponſi, eámque viciſſim fugientem. Hæc dici à Choro Jeroſolimitidum oſtendit reſponſum, quod ſequitur.

O Salamis] Poſſet fieri, ut Sponſa compellaretur nomine, quod *pacem* ſignificat, ut mulier ſuboffenſa placaretur. LXX. Intt. hîc habent, ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε, ἡ Σουναμῖτις, in Cod. Romano; at in Alexandrino melius, Σουλαμῖτις. *Aquila:* ἡ εἰρηνεύουσα, quod & Quinta Editio habuit. *Symmachus:* ἡ ἐσκυλευμένη. *Hieronymus* in MSS. Codd. *Sunamitis*, quod in Editis emendatum eſt *Salamitis.* Non mirum eſt ſcriptum à nonnullis *Sunamitis*, quia urbs erat nota *Sunem*, & nota item Abiſaga puella Sonamitis; nominis *Sulem* nulla, niſi in vitioſis Codicibus Locorum Hebræorum *Hieronymi*, mentio occurrit.

Quid videbitis in Salamitide] Poſſet etiam verti: *cur videretis Salamitidem?* Eſt Hebraïcè: מה תחזו בשולמית *mah thebbezoa baſchoalamith*; ubi מה *mah*, poteſt eſſe pro למה *lamah*, cur, & ב in nomine, quod ſequitur verbum, abundare; nam verba videndi regunt, apud Hebræos, accuſativum, præfixo ב.

Vos quæ eſtis ut chorus caſtrorum] כמחלת המחנים *chimmbbolath hammahbanajim.* Confert Chorum Jeroſolimitidum, in hoc Dramate, cum choro puellarum, qui victori exercitui obviam ibat, ut videmus 1. Sam. XVIII, 7. LXX. Intt. hîc: ἡ ἐρχομένη ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν. Alius: διερχομένη ὡς χορὸς τῶν παρεμβολῶν. *Symmachus:* οἱ τρόποι τῶν παρεμβολῶν. *Hieronymus: niſi choros caſtrorum.* Supplendum videtur אתן אשר היתן *athen aſcher hajithen*, vos quæ eſtis.

COMMENTARIUS
In Caput VII.

1. Pedes tui] פעמיך *phehamajich*, quod eſt hîc pro רגליך *raglajich*, pedes tui; quia ſequitur *in calceis*; alioqui *greſſus* ſignificat. Laudat hîc Sponſus pedem Sponſæ, cui elegantes calcei erant aptati. Quod & nunc laudatur in mulieribus. Vide *Ant. Binæum*, de Calceis Hebræorum Lib. I. c. III, 17.

Filia Principis] בת נדיב *bath nadib.* Voce *principis* non intelligimus *Regem*, ſed virum nobilem & inter primarios ſuæ gentis. Rex Hebraicè conſtanter מלך *melech* dicitur, נדיבים *nedibim* verò ſunt optimates, ut Num. XXI, 18. Hinc ſuſpicari licet Sponſam, de qua in hoc Dramate, ſenſu grammatico, non fuiſſe filiam Regis Ægypti, ſed fortè primarii cujuſdam, apud ſuos, Arabis; unde fit, ut tam frequens fit mentio Aromatum, quæ Arabiſſæ res erant notiſſimæ & gratiſſimæ. LXX. Intt. hîc: θύγατερ Ναδάβ. Vulgatus: *filia principis. Aquila:* ἄρχοντος. *Symmachus:* ἡγεμόνος. Alius: ἑκουσιαζομένου.

Commiſſuræ femorum tuorum] חמוקי ירכיך *hhammouke jerechaich.* LXX. Intt. ῥυθμοὶ μηρῶν σου. Vulgatus: *juncturæ femorum tuorum*; aut ad *iſchion*, aut ad *genu*. Vide ad C. V, 6.

Velati monilia] כמו חלאים *chmo bhalaim.* LXX. ὅμοιοι ὁρμίσκοις, Vulgatus: *ſicut monilia.* Apud Arabas, *ornamenta* ſic vocantur. Sed quænam non mihi liquet, nec rationem comparationis hujus, ut nec aliarum, plurium ex iis quæ ſequuntur, ſatis adſequor.

2. *Umbilicus tuus*] שררך *ſchorerech.* LXX. Intt. ὀμφαλός. Vulg. *umbilicus.* Dicitur Ezek. XVI, 4. שרך *ſchorech.*

Cui non deeſt vinum aquâ temperatum] אל יחסר המזג *al jebbſar hammazeg.* LXX. Intt. μὴ ὑστε-

SPONSUS.

[1]. QUAM pulcri ſunt pedes tui, in calceis, filia Principis! commiſſuræ femorum CAPUT
tuorum ſunt veluti monilia, *quæ ſunt* opus manuum artificis. [2]. Umbilicus VII.
tuus eſt ut crater rotundus, *cui* non deeſt *vinum aquâ* temperatum. Venter tuus eſt acervus tritici ſeptus liliis. [3]. Duo ubera tua *ſunt* ut duo gemelli hinnuli capreæ. [4]. Collum tuum ut turris eburna; oculi tui ſunt *inſtar* piſcinarum, *quæ ſunt* Cheſbone, ad portam filiæ ſummatum; naſus tuus eſt ut turris Libani, quæ Damaſcum verſùs proſpectat. [5]. Caput tuum, ſupra te, *eſt* inſtar Charmelis, coma capitis tui inſtar purpuræ, Rex vinctus eſt texturis *comarum tuarum*. [6]. Quàm pulcra es, quàm jucunda, ô amata *&* in deliciis *habita*! [7]. Statura iſta tua ſimilis eſt palmæ, & ubera tua botris. [8]. Dixi:

ὑστερούμενος κράματος, unde *Hieronymus: numquam indigens poculis.* Vox Chaldæis, Syris, & Arabibus frequentior, pro *miſturâ*. Cur addatur *umbilico* non intelligo, niſi neſcio quid intelligatur, quod dicere pudor vetat.

Septus liliis] סוגה בשושנים *ſougah baſſchoſchannim.* Voces ſunt ſat notæ. Prioris radix, ejúſque plura derivata, apud Chaldæos & Arabas, frequentia ſunt; ſed quâ ſimilitudine nitatur hæc comparatio, ſolus fortè Salomo dicere poſſet, ſi reviviſceret.

4. *Inſtar piſcinarum*] *Oculi tui piſcinæ.* Propter humorem, qui ex utriſque fluebat, aut pelluciditatem, ac ſplendorem. Sed cùr Cheſbonitícis piſcinis comparentur, potiùs quàm aliis, quis dixerit?

Cheſbone] בחשבון *bebheſchbon.* Fuit urbs Sichonis Amorrhæorum Regis, juris ambigui, inter Gaditas & Rubenitas. Vide Onomaſticon Euſebianum à nobis editum.

Ad portam filiæ ſummatum] בת רבים *bath rabbim.* Nomen fuit portæ Cheſbonis. Si fuit utraque piſcina fontis gemini διπίδαξ, ut Homericè loquar, eleganter oculi cum geminis illis piſcinis conferuntur, nam עין *hajin* ſimul *fontem* & *oculum* ſignificat; ſed non libet, in re prorſus ignota, hariolari.

Naſus tuus eſt turris Libani &c.] Elegantis operis hanc turrim eſſe oportuit, ut ei adſimilaretur naſus Sponſæ Salomonis; & *naſutam* fortè fuiſſe hinc intelligere liceat. Certè *ſimo naſo* non eſſet congruens comparatio.

5. *Eſt inſtar Charmelis*] Mons notiſſimus, cui *caput*, ut editiſſima corporis pars aptè adſimilatur, pro grandiloquentia Orientalium. Ideò LXX. ὡς Κάρμηλος, & *Hieronymus: ut Carmelus.* Sed quia כרמיל *churmil* genus eſt purpuræ, ut liquet ex 2. Par. II, 6, 13. III, 13. ideò nonnulli roſeum colorem capitis reſpici putant, qui cum ea purpura congruenter comparetur. Malim tamen caput ipſum cum amœno, & nemoroſo monte conferri. *Purpuræ* mentio, quæ mox ſequitur, nihil facit ad rem, quia color crinium non conſentit cum colore capitis; præterquàm quòd de colore vultûs loqui ſolemus, non de colore capitis, ſeorſim à facie & coma. De colore capillitii quædam habet *Hadrianus Junius*, in Lib. de Coma, C. IX. quæ huc facere queant; ſed ſubtiliùs talia exſequi hîc quidem non libet.

Inſtar purpuræ] Niger, nempe, color, cui ruber admiſtus; non quia nobis ejuſmodi color in crinibus diſplicet, ideò faſtidium Orientalibus creaſſe cenſendus. *Calliſtratus* in deſcriptione Statuæ IV. quæ erat hominis Indi, eáque ad fontem Nymphis conſecrata: Εἶχε δὲ εὐθαλῆ μὲν καὶ ὕλην τῆς χαίτης, οὐκ ἀκράτῳ τῷ μέλανι λάμπουσαν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἄκρων πρὸς κόχλον Τυρίαν ἀνθοῦσαν· οἷον γὰρ εὐπαθοῦσα καὶ νοτιζομένη ταῖς γειτονούσαις νύμφαις ἡ θρὶξ ἐκ ῥιζῶν ἀνιοῦσα μελάντερος, πρὸς τοῖς ἄκροις ἐπορφύρει: *habebat autem copioſum, criſpámque cæſariem, non mero nigrore ſplendentem, verùm extremis partibus, cum florido Tyriæ conchæ colore certantem. Nam veluti elegantior factus & humectatus vicinis nymphis crinis è radicibus exſurgens nigrior, ad extrema in purpureum colorem inclinabat.* Sic & *Anacreon* Carm. XXVIII. ubi deſcribit, quî amicam ſuam à Pictore exprimi vellet:

Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον
Ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας:

Pinge mihi comas primùm molliculas & nigras: tum paullò pòſt:

Ὑπὸ πορφυραῖσι χαίταις
Ἐλεφάντινον μέτωπον:

ſub purpureis capillis, eburneam frontem. Ita & Carm. XXIX. ubi Pictorem docet qualem pingi velit Bathyllum:

Λιπαρὰς κόμας ποίησον:
Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας
Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἡλιώσας.

Nitidas comas facito: introrſùs quidem nigras, ad extremum verò rutilantes. Ad quem locum vide, ſi opus eſt, *Joan. Barneſium.* Pro coma capitis eſt דלת ראש *dallath roſch.* Quod πλόκιον κεφαλῆς, verterunt LXX. Int. Vulgat. *comæ capitis tui.* Sic dicitur coma, quòd ſit *tenuis*, nam דל *dal* eſt *tenuis*, & quo tenuior eò elegantior, præſertim in mulieribus.

Rex vinctus eſt texturis comarum tuarum] מלך אסור ברהטים *melech aſour barehatim.* De ſola voce poſtrema ambigitur, quam conſtat quidem *canales* ſignare, ſed quid *canalis* ad crines? quid *vinctus* ad canalem? Videtur ergo eâ voce ſignificari contextus quidam comarum, quo eo tempore Arabiſſæ uti ſolerent, & quo deſcribatur Rex veluti vinctus, hoc eſt, elegantiâ ejus captus. Quædam genera non tantùm criſpaturæ ſed etiam contorſionis crinium habet *Hadrianus Junius*, in Comment. de Coma Cap. VIII. LXX. Int. δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς, quia רהט Chaldaïcè eſt *cucurrit.* Hieronymus: *vinctus canalibus.*

6. *O amata & in deliciis habita*] *Amor in deliciis.*

7. *Similis eſt palmæ*] Cujus truncus eſt rectus

8. Dixi: conſcendam palmam & adprehendam ramos ejus; erunt ubera tua, inſtar botrorum vitis, odor naſi tui ut *odor* pomorum, 9. & palatum tuum ſicut vinum generoſum.

SPONSA.

Eo rectà ad amaſium meum, qui ut labia veterum loquantur facit. 10. Ego ſum amaſii mei, & ad me *tendit* ejus cupiditas. 11. Age, amaſi mi, rus egrediamur, & commoremur in villis. 12. Mane ſurgamus, *ut eamus* ad vineas, videamúſque an florem ediderit vitis, ánve aperuerit ſe minuta uva, aut floruerint mala punica. Illic tibi dabo amores meos. 13. Dudæa emiſerunt odorem ſuum, & ad fores noſtras omnes delicioſos fructus novos & veteres, ô mi amans, tibi recondidi.

CAPUT VIII. 1. UTINAM eſſes inſtar fratris mei & ſuxiſſes ubera matris meæ! *Si* inciderem in te foris, te oſcularer, neque *propterea* ſpernerent me. 2. Ducerem te *mecum*, atque

& procerus. *Plinius* Lib. XIII. c. 4. de Palmis cultis: *reliquæ teretes atque proceræ, denſis gradatiſque corticum pollicibus, ut orbibus, faciles ſe ad ſcandendum Orientis populis præbent, viſilem ſibi arborique indutis circulum, mirâ pernicitate cum homine ſubeunte.*

Et ubera tua botris] Idem: *coma omnis in cacumine, & pomum eſt; non inter folia hoc; ut in ceteris, ſed ſuis, inter ramos, palmitibus racemoſum, utrumque natura uvæ atque pomi.*

8. *Adprehendam ramos*] אחזה בסנסניו *obhazab bſanſinnau.* Poſteriorem vocem, quæ hîc tantùm occurrit, nec parem habet in aliis Orientalibus Linguis, non eodem modo vertunt Interpretes. LXX. Intt. κρατήσω τῶν ὑψέων αὐτοῦ. *Aquila:* τῶν ἐλατῶν αὐτοῦ. *Symmachus:* τῶν βαΐων. Vulgatus: *adprehendam fructus ejus. Symmachum* ſequuti ſumus, qui enim ad ſummam palmam, per *pollices*, ut loquitur *Plinius*, pervenit, adprehendit ramos, ne cadat.

Inſtar botrorum vitis] Vide ad antecedentem verſum.

Ut odor pomorum] כתפוחים *chattappouhbim*, hoc eſt, כריח תפוחים *chereahh thappbouhbim*, inſtar odoris malorum, fortè citreorum.

9. *Eo rectà ad amaſium meum*] הולך לדודי *bolech ldodi.* Altera vox oſtendit verba hæc eſſe Sponſæ, ideóque legendum הולכה *bolecha* in fœminino, ſubaudiendúmque אני ani, *ego*, & למישרים *lmeſcharim* conjungendum cum antecedentibus verbis. A voce הולך verſus inchoandus fuit, ſuperiora enim ſunt ſponſi. Referunt Intt. hoc ad יין jajin *vinum*, habent enim LXX. Intt. πορευόμενος τῷ ἀδελφιδῷ μου εἰς εὐθύτητα. *Symmachus:* ἁρμόζων τῷ ἀγαπητῷ μου. Vulgatus: *dignum dilecto meo ad potandum.* Durè.

Qui ut labia veterum loquantur facit] דובב שפתי ישנים *dobeb ſebipthe jeſchenim.* LXX. Intt. ἱκανούμενος ἐν χείλεσί μου καὶ ὀδοῦσι, legentes prorſus aliter, quàm nos; nempe, דַּי בִשְׂפָתַי וְשִׁנַּיִם *ſufficiens in labiis meis & dentibus. Aquila:* χείλεσι καὶ ὀδοῦσι, poſtremam vocem eodem modo legens; ut & Vulgatus, qui mirè ſe hic geſſit: *labiiſque & dentibus ejus ad ruminandum. Symmachi* habemus tantùm duo verba, ἀνθειλημμένῳ χειλέων. Omnia ſunt coacta.

Verbum דבב *dabab* alibi non exſtat, ſed דבה *dibbah* derivatum eſt *rumor*, unde collegerunt Intt. verbum דבב *dabab* eſſe perinde ac *fecit ut loquerentur*, quod faciunt qui rumores ſpargunt. Confirmatur interpretatio, ſequente voce שפתים *labia*, quæ ſunt inſtrumenta loquelæ. Jam ישנים *jeſchenim* ſunt aut *dormientes*, aut *veteres*, quæ inter ſe non pugnant; nam veteres, dudum mortui, dormiunt. At quid ſibi volunt verba Sponſæ? Si verum fatear, me ignorare non inficiar; ſed ſi conjiciendum ſit, hoc eſt dicendum, id quod an verum ſit neſcio; reſpondebo Salomonem feciſſe, ut veteres loquerentur, quia eorum placita & dicta, libris ſuis, in lucem revocarat, quod facile eſt intellectu; aut quod ſermonem Veterum in uſum paſſim revocabat; unde fit, ut tot voces ſint in ejus libris, quæ alibi nuſquam occurrunt. Verùm quid hæc, inquies, ad antecedentia? Nihil, ſed paſſim hîc habentur, quæ nec cum antecedentibus, nec cum ſequentibus connexa ſunt. Denique meliora adferenti facilè adſentiar.

10. *Ad me tendit ejus cupiditas*] Vide not. ad Gen. III, 16.

12. *Minuta uva*] סמדר *ſmadar.* Vide ad C. II, 13.

Tibi dabo amores meos] אתן את דדי לך *etthen eth dodai lach.* LXX. δώσω τοὺς μαστούς μου σοί, & Vulgatus: *dabo tibi ubera mea.* Legerunt hîc, ut alibi ſæpiùs, דדי *daddai.*

13. *Dudæa*] הדודאים *baddoudaim*, quæ *Mandragoræ* vertuntur à LXX. Intt. & *Hieronymo.* Vide ad Gen. XXX, 14.

Omnes delicioſos fructus] כל מגדים *chol mgadim.* LXX. Intt. πάντα ἀκρόδρυα. Vulg. *omnia poma.* Significantur fructus, qui in pretio habentur. Vide C. IV, 13, 16. In villa (quæ ſignificatur voce פתחינו *phthabbenou* fores noſtræ) ait Sponſa ſe repoſitos habere veteres & recentiores fructus, in uſum Sponſi; hoc eſt, fructus illius anni, ſi qui erant, & antecedentis, qui quidem ſervari potuerant.

COMMENTARIUS
In CAPUT VIII.

1. *UTinam eſſes inſtar fratris mei*] *Quis dabit te ut fratrem mihi!*

Si inciderem in te foris, te oſcularer] אמצאך בחוץ אשקך *emtſoacha babhouts eſſchakecha*; inveniam te foris, oſculabor te. Cùm Hebræi nulla habeant tempora, diſtincta inflexione, niſi præ-

atque intromitterem domum matris meæ, doceres me, tibi bibendum præberem vinum aromatibus condîtum, atque è muſto mali mei punici.

3. Læva illius ſubjecta capiti meo erit & dextra me amplexabitur.

SPONSUS.

4. Jurejurando adegi vos, puellæ Jeroſolimitanæ; cur verò excitaretis, cur expergefaceretis amores meos, antequàm velint?

JEROSOLIMITANÆ PUELLÆ.

5. Quænam eſt iſta, quæ adſcendit è deſerto, innixa amaſio ſuo?

SPONSA.

Te excitavi ſub malo, ubi te parturiit mater tua, & peperit genitrix tua. 6. Pone me, quaſi ſigillum, ad cor tuum, quaſi ſigillum ad brachium tuum. Amor æquat mortem

præteritum & futurum (omitto enim hîc circumloquutionem præſentis, quæ fit ope participii) nullóſque Modos; Latinè loquentes tempora & modos, quibus res ipſa indiget, neceſſe habent iis veluti mutua dare; ut hîc, ubi futurum fungitur vice *Imperfecti Subjunctivi*. Res enim aliter Latinè dici non poteſt. LXX. Intt. εὑρῶσά σε ἔξω φιλήσω σε. Rectiùs dixiſſent, Attico more: φιλοίην ἄν σε. *Symmachus* verò: ἵνα εὑρῶσά σε ἔξω φιλήσω σε, incommodè, res enim non agitur, quæ in poſterum fieri poſſe ſtatuatur; ſed quam fieri poſſe optaſſet Sponſa. Non meliùs *Hieronymus*: *ut inveniam te foris & deoſculer te, & jam nemo me deſpiciat.* Ceterùm ex hoc loco colligi fortè queat, moribus illius ævi, licitum quidem fuiſſe ſorori fratri in publico oſculum libare, ſed mulieri recens nuptæ, qualis eſt hæc Sponſa, rem indecoram fuiſſe virum ſuum foris oſculari. Cujus moris veſtigium alibi obſervare me non memini.

2. *Ducerem te mecum*] Annon poterat cum viro familiariùs ſe gerere? Fortè novæ nuptæ indecorum putabatur, ſi fieret palam.

Domum matris meæ, doceres me] אל בית אמי תלמדני *el beth immi thelammedeni*. LXX. Intt. εἰς οἶκον μητρός μου, καὶ εἰς ταμιεῖον τῆς συλλαβούσης με. Hæc poſteriora καὶ εἰς &c. deſumta ex Cap. III, 4. & omiſſa verſio vocis תלמדני *thelammedeni*. At *Hieronymus*: *ibi me docebis*. Interpretantur, quî tibi morigerari debeam. Sed quid? hoc docere non potuerit uxorem domum ſuam ductam?

Vinum aromatibus conditum] מיין הרקח *mijjin harekahh*. LXX. Intt. ἀπὸ οἴνου τοῦ μυρεψικοῦ. Vulgatus: *poculum ex vino condito*. Ut ſaporem & odorem gratiorem vino conciliarent, aromatibus, ut notum eſt, utebantur; unde ἀρωματίτης οἶνος, ejus duo genera deſcribit *Dioſcorides* Mat. Medicæ Lib. V. c. 64. in quorum unum demittebantur hæc aromata ſimul trita, & linteo colligata, Calamus, Coſtus, Phu, Nardus Syriaca, Caſia, Crocus, Amomum, Aſarus. Addit & ſeqq. Capp. alias rationes condiendi Aromatibus vini. Quæ exſcripſit *Plinius* Lib. XIV. c. 16. Vide *Baſſum* Geoponicorum Lib. VII. c. 13.

E muſto mali mei punici] מעסיס רמני *mehasis rimmoni*. Verbum עסס eſt *calcare* Mal. IV, 3. unde עסיס *calcatum* dicitur vinum calcando expreſſum. LXX. Intt. hîc habent: ἀπὸ νάματος ῥοῶν μου. *Hieronymus*: *muſtum malorum granatorum meorum*. *Plinius* H. N. Lib. XIV. c. 16. *Vinum fit — è Punicis quod rhoiten vocant.* Cujus conficiendi rationem deſcribit *Dioſcorides* Lib. V. c. 34. cui adde & *Palladium*, in *Martio*, Tit. X. ac *Baſſum* Lib. X. c. 38.

3. *Læva* &c.] Vide Cap. II, 6. 7.

5. *Quænam eſt iſta* &c.] Vide Cap. III, 6.

Innixa amaſio ſuo] מתרפקת על דודה *mithrappheketh hal dodah*. Hujus participii duplex eſt interpretatio apud LXX. Intt. qui habent: λελευκανθισμένη, καὶ ἐπιστηριζομένη. Sed quid prior vox ad rem faciat non video. Ἐπιστηριζομένη, eſt *ſuffulta* vel, aliâ voce Græcâ: ἐπερειδομένη ut habebat V. Editio, &, ut Vulgatus: *innixa ſuper dilectum ſuum*. Verùm non capio quî invenerit, in hac una voce, *deliciis adfluentem*.

Te excitavi ſub malo &c.] Neſcio quid παροιμιῶδες hîc ſubeſſe exiſtimo, cujus tamen ſenſum non adſequor.

Ubi parturiit te] שמה חבלתך *ſchmah hhibbelathecha*, ibi peperit te. Quid παροιμιῶδες hîc ſignificatur neſcio, ſed *Bathſebam*, Davidis uxorem, ſub arbore Salomonem enixam non puto. Verti hîc חבלה hhibbelah *parturiit*, poſtea verò *peperit*, ne idem eodémque verbo repeteretur. Deducitur utraque vocis poteſtas ἀπὸ τοῦ חבל *hhebel*, quod dolorem ſignificat, quia utrobique dolor eſt.

Genitrix tua] ילדתך *jeladathcha*, ſubaudito אשר, *quæ te genuit*.

6. *Pone me quaſi ſigillum* &c.] Loquendi genus παροιμιῶδες, quod perinde eſt ac, ſemper eſto mei memor. Vide not. ad Exod. XIII, 9.

Amor æquat mortem fortitudine] *Fortis ut mors amor*. Ut Mors omnia vincit: ſic Amor nihil non ſuperat. LXX. Intt. ὅτι κραταιὰ ὡς θάνατος ἀγάπη. *Symmachus*: ἀκαταμάχητος ὡς θάνατος, quod eumdem ſenſum parit. Eodem pertinet Senarius *P. Syri*:

Amor miſceri cum timore non poteſt;

ideò enim eſt ἀκαταμάχητος, quia nihil timet.

Zelotypiæ verò prunæ &c.] קנאה רשפיה רשפי אש שלהבתיה kinah riſchapheah riſchphe eſch ſchalhebethjah, *zelotypia prunæ ejus prunæ ignis flamma Jah*. LXX. περίπτερα αὐτῆς περίπτερα πυρός. Fortè voce περίπτερα intellexerunt ſcintillas *circum* ardentes prunas *volitantes*. Sed רשף propriè eſt *pruna*, quæ ſignificatio huc facit;

 nam

Digitized by Google

tem fortitudine & durus eſt inſtar ſepulcri; zelotypiæ verò prunæ ſunt prunæ ignitæ, & vehementiſſimâ quidem flammâ *ardentes*. 7. Aqua multa amorem exſtinguere nequeat, nec flumina merſerint. Si quis det omnes opes domûs ſuæ, ad conciliandum ſibi amorem, *eas* contemnent. 8. Soror nobis eſt parva, nec *dum* ubera ei ſunt; quid faciemus ſorori noſtræ, eo die, quo ſermones de ea habebuntur?

SPONSUS.

9. Si murus ea ſit, ſuperſtruemus illi domum argenteam; ſi janua ſit, muniemus eam tabulâ cedrinâ.

SPONSA.

10. Ego murus ſum & ubera mea turrium inſtar. Tunc viſa ſum ei nacta eſſe pacem. 11. Vinea fuit Salomoni Bahal-hamone, tradidit eam vineam cuſtodibus, *ut* quiſque adferret, pro ejus fructu, mille argenteos. 12. Vinea, quæ mihi eſt, in conſpectu meo, mille tibi *ſit argenteorum*, ô Salomo, & ducenti *ſint* iis, qui fructum ejus ſervant.

SPONSUS.

13. O quæ habitas in hortis, ſocii adtenti ſunt voci tuæ, fac ut eam audiam.

SPONSA.

14. Fugito, mi Amaſi, ſimilis eſto capreolo, vel hinnulo cervorum, in montibus aromatiferis.

nam ſenſus eſt, zelotypiam ardere inſtar ignis. *Symmachus:* ὁρμαὶ αὐτῆς ὁρμαὶ πυρὸς, impropriè. VI. Editio πτερώματα, alius Intt. λαμπάδες, incommodè.

Vehementiſſimâ flammâ ardente] שַׁלְהֶבֶתְיָה *ſchalhabathjah*. Punctari potuit hoc modo שַׁלְהֶבֶת *quæ flamma*, ſive יָה *jah*, conjungatur voci, ſive ab ea ſeparetur. Solet addi vox *Deus*, ut ſignificatio intendatur, ut diximus ad Gen. XXIII, 6. XXX, 8.

7. *Si quis det omnes opes* &c.] Reverâ, qui alius eſt vero amore captus, munera omnia, oblata ut à ſuo amore revocetur, ſpernit; niſi ſit in eo avaritia amore potentior. Quod queſti ſunt Poëtæ ſæpiùs æquo fieri, & inter alios *Ovidius* A. A. Lib. II, 277.

Aurea ſunt verò nunc ſæcula, plurimus auro
Venit honor, auro conciliatur amor.

Eas contemnent] *Contemnendo contemnent eum*; præceſſit, nempe, הוֹן *hon*, hoc eſt, πλοῦτος. Contemnetur pecunia ab iis, quos alius amor occupaverit.

8. *Quo ſermones de ea habebuntur*] שֶׁיְּדֻבַּר בָּהּ ſchejedubbar beh, *cùm dicetur in illa*; cùm de ea viro collocanda ſermones erunt.

9. *Si murus ea ſit* &c.] Hæc quoque redolent proverbialem loquendi rationem, quam hodie nemo facilè intelligat. Scio allegoricam eorum ſententiam inveniri, ſed priùs grammatica poteſtas intelligatur neceſſe eſt, cùm ea allegoriam uti oporteat, niſi velimus omnia ex omnibus, pro libidine ἀλληγορέντων, deduci.

Muniemus eam tabulâ &c.] *Muniemus ſuper eam tabulam cedri.*

10. *Tunc viſa ſum ei* &c.] *Tunc fui in oculis ejus tamquam inveniens pacem.* Tum mihi placatus viſus eſt Sponſus. Abrupta oratio, quâ Sponſa Jeroſolimitidum chorum adloqui videtur.

11. *Bahal-hamone*] בְּבַעַל הָמוֹן *bebahal hamon*. Nomen loci, cujus nulla alibi, quam equidem norim, mentio. LXX. Intt. Βεελαμὼν. *Aquila:* ἐν ἔχοντι πλῆθος, & Vulgatus: *in ea quæ habet populos. Symmachus:* ἐν κατοχῇ λαοῦ.

Cuſtodibus] Hominibus, qui eam, ſuo ſumtu colerent, & Salomoni, pro fructibus, mille argenteos penderent. Hîc ergo נֹטְרִים *cuſtodes* dicuntur, qui propriè *conductores* erant.

14. *Fugito* &c.] Vide Cap. II, 17. Plura non addemus, nam ſingula quidem verba clara ſunt, nec obſcura ſententia; ſed quò ſpectet æquè ſumus ac ignariſſimi, qualia multa in hoc Cantico occurrunt, quæ ne omnibus quidem æqualibus perſpicua, ut puto, erant, nedum ut nobis intelligi hodie poſſint. Conjecturis autem nimis indulgere nec tutum, nec ſapiens poſſit haberi.

CANTICI CANTICORUM FINIS.

33 373141

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google